
IN ARISTOTELIS
LIBROS
DE PHYSICO AVDITV
DILVCIDA TEXTVS EXPLICA
TIO ET DISPVTATIONES
IN QVIBVS ILLVSTRIVM
Scholarum Auerrois, D. Thomæ
Scoti, & Nominalium senten:
tiæ expenduntur, earumq;
tuendarum pro:
babiliores modi
Afferuntur.
AVCTORE
P. Bartolomæo Amico So:
cietatis Jesu
Theologo.
TOMVS PRIMVS
Neapoli apud Secundinu Roncaliolum
1626
Sensus Communis
Intellectus Agens
AMICA VERITAS MAGIS
Nicolaus Perrey fecit

A D L N. C T P. R. R E M.

MVTIO VITTELESCO SOCIETATIS IESV PREPOSITO GENERALI.

Ex eadem Societate B*ARTHOLOMAEVS* A*MICVS* S. D.

Modestiæ iam satis tuæ Pater, amori nunc tantisper indulgendum est meo. Labores omnes, quibus senectutem exerceo otiosã, dicatos esse nomini oportebat tuo; sed Logicę Quæstiones minus dignæ; & tu, qui vix tuis immortalitate gratificatur, gloriam designaris mortalem. æternum sic viuas, & viues quidem non commendatus typis, sed animis omnium immortalis; viuit te Parente læta Societas; viget pietas, floret eruditio omnis disciplinarum; Inter plurima verò, quæ Societatis nostræ locupletant litteraturam, has etiam adieci nuper ego de Physico auditu tractationes, in quibus de natura dum disputo, illam experior, in exornando te cum virtute serio altercantem, ac summã tandem concordia opes vtramque suas elargientem. Pulcra contentio, vtra ornamenta tibi maiora dederit; iucundum fœdus, omnia quæq; sua. Tu tamen, Pater, naturam in his meis libris benigno gratare vultu; sic illa factum à te sibi satis existimabit, & dona in te collata plurima, maiori cum fœnore compensata. Vale.

AD LECTOREM.

Habes, amice Lector, laborum meorum recentem fœtum, quem eò libentiùs in lucem edo, quod illam Logicæ meæ elucubrationes, quas præ manibus iam diù habes, expertæ sint tua ab humanitate prosperam, ac benignam. Habes, inquam, de Physico auditu disputationes, quas si profusiores aliquãtulo videas, ijs satisfactum pauperum votis puta, vt hi vnius comparatione voluminis veterum, ac recentiorum omnium scripta parare sibi facilè possent. Meritis erga me tuis id etiam tribue, quibus respondere dum cogor, magis longitudinis ferre notam volui, ne cupiditati, tum maximè, tum minima quoque discendi, deessem tuæ, quam, vt non nihil fastidij subleuarem (quod ab ingenioso quoque procul exulat) laudem consequi breuitatis. Quare voti vt esses compos tui, ad vulgatas illas de Physicis rebus Disputationes textualem Aristotelis expositionem adiunxi, quam, vt placidiùs degustaret ingenium, sapidis difficultatum explicationibus, textus singulos veluti conditos apposui. Vt & ipsa Aristotelis germana mens, quæ diù in antiquitatis penu occulta iacuit, à Philosophiæ alumnis tandem degustaretur; asperitasq; ipsa subtilitatis, atque acuminis talibus dulcesceret condimentis. Labores igitur hosce meos secundos, vt soles, dignare obtutu, quos fine, ingenioq; tuo dignos inuenias; Deo sapientiæ omnis supremo fonti, cuius vnius gloriæ meos omnes sudores mancipatos habeo, gratias agas, ac referas.

INDEX
TRACTATVVM, ET QVAESTIONVM.

Tractatio 1. De scientia Physica, & vniuersa eius structura.

Tractio 2. De ijs, quæ sunt præmictenda ante Libros de physico auditu. 66

b Dub. 1.

AD LECTOREM.

Habes, amice Lector, laborum meorum recentem fœtum, quem eò libentiùs in lucem edo, quod illam Logicæ meæ elucubrationes, quas præ manibus iam diù habes, expertæ sint tua ab humanitate prosperam, ac benignam. Habes, inquam, de Physico auditu disputationes, quas si profusiores aliquãtulo videas, ijs satisfactum pauperum votis puta, vt hi vnius comparatione voluminis veterum, ac recentiorum omnium scripta parare sibi facilè possent. Meritis erga me tuis id etiam tribue, quibus respondere dum cogor, magis longitudinis ferre notam volui, ne cupiditati, tum maximè, tum minima quoque discendi, deessem tuæ, quàm, vt non nihil fastidij sublevarem (quod ab ingenioso quoque procul exulat) laudem consequi breuitatis. Quare voti vt esses compos tui, ad vulgatas illas de Physicis rebus Disputationes textualem Aristotelis expositionem adiunxi, quam, vt placidiùs degustares ingenium, sapidis difficultatum explicationibus, textus singulos veluti conditos apposui. Vt & ipsa Aristotelis germana mens, quæ diù in antiquitatis penu occulta iacuit, à Philosophiæ alumnis tandem degustaretur, asperitasq; ipsa subtilitatis, atque acuminis talibus dulcesceret condimentis. Labores igitur hosce meos secundos, vt soles, digneris obtutu, quos si tuæ, ingenioq; tuo dignos inuenias; Deo sapientiæ omnis supremo fonti, cuius vnius gloriæ meos omnes sudores mancipatos habeo, gratias agas, ac referas.

INDEX

TRACTATVVM, ET QVAESTIONVM.

Tractatio 1. De scientia Physica, & vniuersa eius structura.

Tractatio 2. De ijs, quæ sunt præmittenda ante Libros de physico auditu. 66

Tractatio 3. De communi ratione principiorum.

Tractio 4. De placitis philosophorum circa principia rerum naturalium.

Dub. 1.

Tractatio 5. De principio materiali.

Dub. 1.

Tractatio 6. De forma Physica

Tractatio 7. De priuatione.

Tract. 8. de natura in secundũ librum physicorum 414

Tractatio 9. De causis in communi. 473

Tractatio 10. De causa materiali. 502

Tractatio 11. De causa formali.

Art. 1.

Dub. 1.

Tract. 12. De causa efficiente

Dub. 3.

Tractatio 13. De causa finali.

Art.

Tractatio 14. De comparatione causarum inter se, & cum effectis. 814

Art. 1.

F I N I S.

I N D E X
RERVM NOTABILIVM, QVAE CONTINENTVR in Diſputationibus, & Quæſtionibus.

INDEX RERVM.

B

C

INDEX RERVM.

Con-

Dei

D

E

F

Forma

INDEX RERVM.

d Insi-

Ma-

pro-

quid

cor-

Q

R

S

Scien-

T

FINIS.

MVTIVS VITELLESCVS
SOCIETATIS IESV
PRÆPOSITVS GENERALIS.

CVM Commentarios P. Bartholomæi Amici nostræ Societatis in primum, & secundum Librum Physicorum, aliquot eiusdem Societatis, quibus id commissum fuit; recognouerint; ac in lucem edi posse probauerint: Facultatem concedimus, vt Typis mandentur, si ita ijs, ad quos pertinet, videbitur: In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Romæ 13. Aprilis 1624.

Mutius Vitellescus. Loc. ✠ sig.

Imprimatur Lælius Tassius Vic. Gen.

Alexander Russus Canon. Dep. vidit.
M. F. Felix Milensius August. Dep. vidit.

BARTHOLOMAEI AMICI
SOCIETATIS IESV.
In Aristotelis Libros de Physico auditu explicatio, & disputationes.

BREVIS EXPOSITIO TEXTVS.

Tex. 1. Quoniam autem, &c.

ARISTOTELES à text. 1. ad 5. exponit, quæ locum proœmij habet respectu Physicæ: & primo quidem statuit se prius inquisiturum principia scientiæ naturalis, quia tunc putamus nos cognoscere vnūquodquè, cum causas primas cognouerimus, & principia prima vsque ad elementa.

Tex 2 Deinde ostendit naturalem modum, quo res nos cognoscimus esse, vt à notioribus nobis ad notiora naturæ procedimus.

Tex. 3. Statuit confusa esse nobis magis manifesta, & ex his nota fiunt principia, & elementa diuidentibus hæc.

Text 4 Hinc deducit esse procedendum ab vniuersalibus ad singularia; quia totū est notius secūdum sensum, at vniuersale est quoddam totum, cū multa particularia comprehendat.

Tex. 5. Idem ostendit, tum ex definito, quod est notius definitione; tum ex pueris, qui primum omnes viros patres appellāt, deinde discernunt particulares, & determinant.

Prima Difficultas. An sit verum proœmium.

Resp. Bald. affirmatiuè, quia captat attētionem, beneuolentiam, & docilitatem, quæ sunt conditiones veri proœmij, vt ipse ostendit in proœmio primi poster. Neque obstat, quod ibi non posuerit vtilitatem, & excellentiam subiecti, quia hoc non est necessarium explicitè poni, maximè quando ex se constat.

Resp. 2. ex Auer. hic com. 5. in hoc poni intentionē dum ait, se velle inuestigare principia, & causas secundo viam doctrinæ tex. 2. & 3. tertio ordinem doctrinæ, tex. 4. & 5. docet, à quibus causis sit incipiendum.

Resp. 3. ex Auer. Hæc omnia probari hoc syllogismo; omnia, quæ habent principia, & causas, non cognoscuntur, nisi cognitis eorum principijs, & causis; sed omnia entia naturalia habent causas, & principia; ergo. Vnde fallitur Suess. in suis recognitionibus, id negās,
A *quod nulla ex præmissis dicti syllogismi posita est in tex. Arist.; quia satis est poni virtualiter; nam maior posita est in illis verbis;* tunc arbitramur scire vnūquodq;, cum eius principia, & causas cognoscimus vsq; ad elementa.

2. Difficultas, quid Arist. intelligat per cognoscere, & scire.

Resp. Alex. esse synonima: sed contra, quia cognoscere est vniuersalius, cum dicatur etiā de sensu.

Resp. 2. D. Thom. & Niph. cognoscere referri ad definitionem, scire autem ad demonstrationem, quia vtrumq; est ex causis,
B *cum definitio sit demonstratio, positione differens: sed non placet Balduino, quod datur definitio per causam formalem, per quam non procedit demonstratio.*

Resp. 3. Auer. scire refertur ad cognitionem, quæ est per causas, at cognoscere ad eam, quæ est sine causis, contra quem multa Niph. sed illum tuetur Balduinus.

Respondent 4. alij, quod cognoscere refertur ad principia, scire ad conclusiones.

Resp. 5. alij, ly, scire, ibi poni tanquam determinatiuum cognitionis, quasi dicat, cognoscere, & scire, idest cognoscere scientificè.

C *3. Difficul. quid intelligat per ly methodos.*

Resp. intelligi cognitionem cum ratione habitam, seu processum ad aliquod cognoscibile cum quadam via rectè ordinata: Neq; placet expositio Aueroes, qui per methodum intelligit artes speculatiuas.

4. Difficultas, quid intelligat nomine causæ, principij, & elementi.

Respon. 1. Alex. nomine principij intelligi causam efficientem; nomine causæ, finalem & formalem, & per elementum ipsam materiam.

At alij putant, quod licet inter se distin-
D *guantur vt infra, tamen hoc loco ab Aristot. sumi vt synonima; intelligit enim medium* propter quid *quocunq; nomine appelletur; nā hoc medium antiqui vario nomine appellabant: Dicuntur autem hæc synonima, non*

quidem perfectè quatenus significant idem omnino secundum rem, & secundum definitionem, vt vestis & indumentum; sed quatenus significant idem secundum rem, & non secundum definitionem, qua ratione vnum est expositiuum alterius, vt notat Auer. 4. Phys. tex. 47. vbi notandũ, per primas causas, & principia secundum Latinos intelligi proxima, propinqua, & propria; nam hoc significant illa verba, vsque ad elementa, quasi dicat, nõ haberi perfectam sciẽtiam, nisi conclusio sciatur per propria, & proxima principia vsque ad elementa, idest vltima: At alij, intelligi remota, quæ sunt communia ex Græcis, quæ cõmunia præponuntur proximis; & ideo tex. 4. docet ab vniuersalibus ad particularia procedẽdũ; vbi notat, causas remotissimas dici primas respectu compositionis, & vltimas respectu resolutionis.

5. Difficultas: Qualis sit hæc probatio ex vi illius propositionis; tunc enim arbitramur cognoscere vnumquodque &c.

Resp. esse Topicam, quia illa probatur ex communi consensu omnium sic arbitrantium.

6. Difficultas: Quid intelligat per ly circa principia.

Resp. Intelligit oĩa, quæ attinent ad principia, scilicet numerum, contrarietatem, & definitionem: At alij volunt intelligi ea, quæ sunt annexa principijs, vt tempus, locum, motum.

7. Cur via procedendi ex manifestioribus nobis dicatur innata.

Resp. quia cum omnis nostra cognitio Ortum ducat à sensibus. 3. de anim. tex. 30. & 39. vnde deficiente sensu deficit omnis cognitio illius obiecti. 1. post. tex. 134. fit, vt nobis notiora sint sensibilia; hæc autem sunt ignotiora naturæ.

Ego existimo, dici innatam, quia intellectus non potest assentiri conclusioni, nisi ex ijs, quæ prius ipsi sunt cognita, hoc enim habet ex natura sua, de quo non potest reddi ratio.

8. Quid intelligatur nomine naturæ, cui aliqua dicuntur notiora.

Resp. Theop. & Alph., intelligi Deum: sed reijcitur à Cometio; quia Deo non est notum aliquid prius, aliud posterius, sed oĩa simul cognoscit, ex Auer. 12. met. com. 51. cõtra Temist. Neq; dicas cũ Nipho, quod ibi sit prius, & posterius, ratione secundũ nostrum modum intelligendi; nam cũ ibi realiter non sit prius, & posterius; dum noster intellectus esse, ibi intelligit, est falsus, quia intelligit rem aliter, ac est; sed hic vir non percipit, quid sit distinctio, quæ conuenit obiecto ex nostro modo cõcipiendi; nam non ponit esse distinctionem, & prioritatem, ac posterioritatem in re, sed denominationem sumptam ex modo nostro intelligendi, vt alibi explicauimus.

Resp. 2. D. Tho. non dici nota naturæ, quasi natura intelligat, sed quia si obiectum intelligatur secũdum exigentiam suæ naturæ, prius debet cognosci causa, quam effectus.

Resp. 3. quia noster modus cognoscendi de-

A bet sequi ordinem, quem seruat natura in rebus producẽdis: vnde duplex est modus noster cognoscendi; vnus innatus nobis à natura, qui est ab effectibus ad causas; Alter est artificiosus, qui seruat ordinem in cognoscendo, quem seruat natura in producendo.

9. Difficultas. An eadem sint nobis nota, & naturæ in naturalibus.

Resp. quidam, aliquando, licet rarò, posse esse eadem nota nobis, & naturæ, vt patet ex demõstrationibus potissimis, quæ fiũt in scientia naturali; & afferunt exemplum in coloribus, qui sunt noti nobis, quia sunt sensibiles, & sunt noti naturæ, quia sunt causa specierum: B Aliud de eclypsi, cuius causam cognosceremus per sensum, si essemus supra Lunã. 2. poster. com. 7. & idem probant per demonstrationes, quas Arist. affert 6. phys. com. 12. & 8. phys. com. 58. 1. coel. com. 127. 2. coel. com. 26. & 45., 2. de anim. tex. 24. Neq; Arist. id negat vniuersaliter, quia ly non debet non præponi toti propositioni, quasi dicat, non eadem esse nota nobis, & naturæ, sed postponi sic, eadem non sunt nobis nota, & naturæ, quæ est propositio indefinita.

10. Difficultas: Quid intelligat per confusa magis, in tex. 3.

Resp. Alex. dignitates intelligi vt principia communissima scientiæ. C Resp. 2. Alij intelligi quæstiones communissimas. Resp. 3. D. Th. intelligi vniuersalia in prædicando; sed hæc non placet, quia hæc sunt ignotiora singularibus secundum nos.

Resp. 4. Simpl. intelligi composita ex partibus similaribus, & dissimilaribus simul, quia hoc est maximè confusum: sed obstat quod tex. 4. dicat ab vniuersalioribus incipiendum, sed conciliat hos tex. Achil. dicens, tex. 3. loqui de via doctrinæ, at tex. 4. de ordine. Respon. Cometius, in tex. 3. comparare causas ad effectus; at tex. 4. causas vniuersales ad minus vniuersales; vnde dicit, composita esse notiora respectu causarum; sed tex. 4 D inter causas, ait, esse notiores causas vniuersaliores, quam minus vniuersales: sed instatur, quod tex. 5. dicit, quod definitum est notius suis partibus, idest genere, & differentia. Resp. Ach. definitum esse notius confusè, at partes notiores sunt distinctè, vt dicitur tex. 4. Sed obijcit Cometius, nam ex Arist. vniuersale vult esse notius etiam confusè, patet ex exemplo puerorum, quo vtitur; quare: Resp. speciem esse notiorẽ vt totum actuale, at vniuersalia, & genus esse notiora vt tota potentialia, vel Arist. tex. 4. non intelligit vniuersale in prædicando, sed in causando. Dices, an sub ly confusa intelligat speciem. Resp. in- E telligi tàm indiuidua, quàm speciem respectu suarum partium; quare nõ dicitur species notior vt species, sed vt quoddam totum respectu suarum partium, vnde fit, vt confusio plurium in toto sit causa, vt totum vt sic, quod dicitur confusum, sit notius confusè, quam eius partes.

11. Difficultas: Quid intelligit per illa

ver-

verba; nobis diuidentibus hæc.

Resp. Intelligi reſolutionem compoſitorum in ſuas cauſas,& principia; nam poſito effe-ctu inquiruntur illius cauſæ, ex Themiſt. 1. poſt.c.26. ita enim materiam primam inuenimus ex generatione, & corruptione, cuius cauſa, non eſt ipſe actus, ſed potentia; & ſic de alijs cauſis. At inquies: proceſſio ab effectu ad cauſam eſt demonſtratio Quia, *at hæc non eſt diuiſio, quia diuiſio non eſt demonſtratio. Reſp. hunc proceſſum diuiſiuum eſſe demonſtrationem* Quia.

12. *Difficultas. Qua ratione tex.4. dicantur vniuerſalia nobis notiora cum.1 poſt. tex.com.12. dicantur ſingularia eſſe notiora.*

Reſp. Auer. Ariſt. in poſter. loquutum de vniuerſali poſterioriſtico, quod dicitur ſecundum quod ipſum, & dicit cauſam propriam, ac ſubiectum paſſionis, nam tale eſt remotiſſimum à noſtris ſenſibus; ſed in 1. phyſ. loquitur de vniuerſali in prædicando, quod eſt nobis notius.

2. *Reſp. D. Thom. ex antiquis apud Auer 1. poſt. com 12. qui putat in poſter. loqui de cognitione communi ad ſenſitiuam, & intellectiuam comparando vtramque; at in phyſica de intellectiua tantum; & in poſterior. ſingulare ſumitur pro ſingulari ſimpliciter. ſ. indiuiduo ſenſato, at in phyſica pro minus vniuerſali: vnde in poſter. comparando cognitionem ſenſitiuam, & intellectiuam ait, ſingularia eſſe notiora per cognitionem ſenſitiuam; at in phyſica comparãdo cognitionem vnam intellectiuam cum alia, ait magis vniuerſalia eſſe notiora, quam minus vniuerſalia; quare nulla eſt contradictio, quia diuerſo modo in illis locis ſumitur ſingulare, & cognitio: ſed contra hanc multa Cometius, in Balduinum.*

3. *Reſp. Cometius contrad.7. in phyſicis comparari cauſas inter ſe, dicens, quod à cauſis vniuerſaliſſimis debet ordinatè procedi ſecundum ordinem doctrinæ, quem ibi docet, & inde deſcendi ad cauſas propinquiſſimas: Sed in poſter. comparans cauſas, & cauſata quoad cognitionem intellectiuam, ait, cauſata eſſe notiora nobis, cum ſint propinquiora ſenſibus. Hinc ſoluitur alia contradictio, dũ 1 phy. tex.4. dicitur ab vniuerſalibus ad particularia procedendum, & 1. poſt. tex.22. ex ſingularibus ad vniuerſalia, nam in phyſ. loquitur de cauſis, in poſter. de vniuerſali ſumpto pro genere, & de ſingulari ſumpto pro ſpecie; nam ibi ait, facilius eſſe definire ſingulare, id eſt ſpeciem, quam genus, quia in genere latent æquiuocationes. Dices de quo vniuerſali intelligitur cũ 1. met. c.2. dicitur, quod vniuerſaliſſima sũt ignotiora ob remotionem à noſtris ſenſibus.*

Reſp. Niphi. & Zim. intelligi de vniuerſalibus per eſſentiam, vt Deus, & intelligentiæ, quæ dicũtur etiam vniuerſalia in cauſando, quia ſunt cauſæ rerum vniuerſales: ſed non placet alijs, quia etiam in phyſica tractatur de vniuerſalibus in cauſando, vt eſt materia A *prima, & aliæ cauſæ, vt patet tex.4. licet dici etiam poſſint vniuerſalia in prædicando ſaltem in obliquo. Secundo, quia in Metaphyſica tractatur etiam de vniuerſalibus in prædicando, cuiuſmodi ſunt prædicata trãſcendentia, præſertim cum Metaphyſica dicatur vniuerſalis ab his traſcendentibus.*

Reſp. Cometius Paganus, intelligi de vniuerſalibus, vt ſunt remota ab eſſe ſenſato, quæ ſunt ignotiora, quam ſingularia, ſecundum eſſe ſenſatum; at in 1. phyſ. tex.4. accipit tam vniuerſale, quam particulare ſub eſſe ſenſato: ſed hæc videtur ridicula expoſitio, cum Ariſto. probet illa vniuerſalia eſſe ignotiſſima, ex eo, quod ſint remota à ſenſibus; quare placet prima expoſitio; nam licet in phyſica tractetur B *de cauſa materiali, quæ eſt vniuerſalis, tamẽ non eſt abſtracta à qualitatibus ſenſibilibus, vt Deus, & intelligentiæ; neque obſtat, quod Metaphyſica dicatur ſcientia vniuerſalis ex trãſcendẽtibus, quia per hoc non fit, quin per vniuerſalia non intelligantur ibi cauſæ vniuerſales abſtractæ.*

13. *Difficul. Cur 1. phyſ. tex.3. compoſita eſſe poſteriora quoad naturam dicatur, cum 1. poly. c.1. & 2. Ciuitas tanquam totum compoſitum dicatur prius natura, quam ſuæ partes.*

C *Reſp in 1. phy. accipi (prius natura) pro eo, quod habet prius eſſe ſecundum naturam, vt cauſa dicitur prior effectu; & ita compoſitum, vt effectus, eſt poſterius partibus à quibus cauſatur; ſed 1. poly. accipitur (prius) pro eo, quod poteſt eſſe ſine alio, & non contra, & ita Ciuitas dicitur prior natura tanquam totum quoddam vniuerſale complectẽs ſuas partes, 5. Met. Tex.51. nam vniuerſalia ſunt priora ſecundum naturam; ſed non video quomodo totum poteſt eſſe ſine ſuis partibus, ſed potius contra, partes poſſunt eſſe ſine toto; nam quod dicunt, quod partes non poſſunt eſſe vniuocè ſine toto, non ſatisfacit, quia licet non habeãt denominationem totius, tamen habent veram* D *denominationem partium.*

Ego Reſp. Totũ via intentionis eſſe prius, at via exequutionis eſſe poſterius, & ideo 7. Met. Tex. 35. totum dicitur quoddammodo prius, & quodammodo poſterius ſuis partibus.

14. *Difficul. Cur vniuerſale dicatur Tex.4. quoddam totum, cum in 5. Met. Tex.31. abſolutè vocat totum.*

Reſp. Rectè hic dici, quia totum propriè dicitur id, quod actu continet ſuas partes, at vniuerſale non continet actu ſpecies, quia cõtineret actu oppoſita; ſed in potentia, vnde habet ſimilitudinem quamdam totius, quatenus continet ſpecies in potentia; quam imper- E *fectionem totius hic explicuit, non in Metaphyſica.*

Hinc patet, qua ratione ſingulare dicatur totum, quia continet ſuas partes; & cur confuſum, quia ſcilicet eſt compoſitum, quod cõfundit partes actu.

Alij verò ex Vicomercato putant, ex imperitia Scribentium ly, confuſa, fuiſſe poſitum

loco ly (composita) ob similitudinem vocum Græcarum, nam loco ly συγκείμενα, idest composita, posuerũt ly συγκεχυμένα, hoc est cõfusa, sed sine fundamento, cum apud Græcos expositores nulla sit suspitio huius mutationis: Deinde Tex.4. ab vniuersalibus, quæ sunt nobis. primo nota, inde deducit esse progrediendum; quare sub nomine (confusi) intelligit etiam vniuersale, & ratio est, nam confusum dicitur, quod indistinctè plura continet; hæc autem continentia potest esse dupliciter: Primo actu, & ita est compositum. Secundo potestate, & ita est vniuersale, & de vtrisq; confusis verum est, quod sint nobis notiora, vt patet ex Tex.4. vbi de vniuersalibus, & Tex.5. vbi de compositis. Confirmatur, quia vtraq; confusa nos ducunt in notitiam principiorum; per composita quidem satis patet ex Tex. 65. Per vniuersalia vero, quatenus accipit principia, vel esse vnum, vel plura, vel contraria, vel nõ contraria, mobilia, vel immobilia, quæ sunt prædicata communia.

Dices, cur additur ly (confusa magis.) Respond. id factum primo, tum indicaretur comparatio, tum inter confusa, & distinctum, & ita confusum est notius; cum inter confusa varia adinuicem, & ita magis confusum est notius: Secundo, quia non loquitur de eo, quod est primo notum absolutè, vt est calidum, frigidum, &c. sed de eo, quod est primo notum comparatè, & ita confusa sunt notiora principijs simplicibus. Tertio, quia inter confusa, aliqua sunt magis, aliqua minus, & id, quod est confusius prius apprehenditur per cognitionem crassam, & confusam.

15. *Difficul. An omnis scientia consideret omnes quatuor causas sui obiecti vsq; ad primas in singulis generibus.*

Arist. videtur negare dum ait, (quarum sunt principia) quare significat dari aliquam scientiam, seu methodum, quæ non considerat causas.

Dico primo, Physicus considerat omnia genera causarum de suo obiecto 2. Physicor. 70. 8. Metaph. 12. ratio ex Auerr. Tex.70. quia res physicæ habent materiam, sed quæ habent materiam, habent formam, nam sunt corruptibilia. 2. phys. 26. quod habet formam, habet efficiens; nam debet forma produci in materia; hoc autem habet finem, quia forma, & finis coincidunt. 2. physicor. 70. & præterea omnis actio est propter finem; quæ ratio apud Auer. non habet vim, nam ipse constituit cœlum esse corpus simplex. Dubium est, an consideret primas causas, & remotas, Auer. dicit considerare primam materiam, & primum efficiens, & bene, quod negat Alb. Tract. 1. cap. 5. quia primum efficiens agit sine motu. Dico primo, physicam in quolibet genere considerare primas causas in genere physico, vt primam materiam, primum efficiens per motum, & hoc Auerr. vocat primum efficiens simpliciter: primam formam s. vel simplicissimam, qualis est elementorum, vel perfectam qualis

A *hominis; sic etiam vltimum finem, qui s. acquiritur per motum; at finem, qui est in substantijs abstractis non considerat vt finem vltimum simpliciter, sed vt finem rerum naturalium, qua ratione Aristo. de illo. 2. de ani. 34. & 35. 2. de Gener. 59. ait, innatum esse appetitum quemdam perpetuitatis in omnibus rebus, vt sic valeant Deo assimilari.*

Dico secundo, Mathematicus in nullo genere causarum primas causas simpliciter cõsiderat, quia prima causa in vnoquoque genere est substantia, quam Mathematicus non considerat. Sed dubium, an consideret aliquam causam proximam, Alex. apud Sim-
B *plicium ait, non considerare materiam, quia abstrahit, neque efficiens, & finem, quia non versatur circa ea, quæ generantur, in quibus est efficiens, & finis; idem Auer. 1. physicor. 7. D. Thom. ibid. Alb. Tract. 1. cap. 1. Simplicius vero probat, in ijs esse materiam, quia sunt numeri, & magnitudines, quorum proprietates à Mathematico considerantur; & hanc materiam videtur considerasse Arist. 2. Poster. Tex. 11. com. 48. cum dixit, Mathematicum demonstrare per causam materialem, vt angulum esse rectũ quod sit dimidium duorum rectorum: est etiam finis, quia Mathematicæ conducunt ad artes Mathematicas, & ad Astrologiam, 2. phys. 68.*
C *& quia cõducunt ad contẽplationem Dei. &c. Durād. vero in proem. metaph. Niph. & Venet. hic. & Proclus lib. 1. Elemen. negant in Mathematicis esse causas, sed tantum procedere per principia quædam nota, quæ propriè neq; causæ sunt, neq; effectus.*

Dico tertio, Mathematica non considerat efficientem, & finem. Probatur de efficiente; quia abstrahit à motu; efficiens autem est, vnde principium motus. 2. physic. 29. Secundo, ex 3. metaph. 3. Tertio, quia Mathematicus considerat figuras, vt sunt in facto esse, at efficiens pertinet ad res, vt sunt in fieri. De fine probatur 3. metaph. 3. In immobilibus, *in-*
D *quit*, non est efficiẽs, neq; bonum; *& 1. de part. cap. 1.* In abstractis non esse id, cuius gratia; *quare quod dicit Simplicius, verum est de fine scientis, non de fine scientiæ, quia natura sua ad id non ordinatur, licet possit ad multas vtilitates dirigi, quas commemorat Alexand. 1. prior. Dices, Aristo. 13. Methaphys. cap. 3. ait, falsum dicere eos, qui Mathematicas dicunt non agere de pulchro, & bono. Respon. obiectum Mathematicæ materialiter sumptum habet quidem finem, sed non formaliter, quia non considerat quantitatem secundum suam naturam, & vt existentem, sed vt abstrahit à rebus.*

E *Dico quarto, neque habent propriè materiam, vel formam; quare notandum, dupliciter considerari quantitatem. Primo, secundum suam naturam, quatenus est passio substantiæ sensibilis, & consideratur à naturali, habetq; causas. Secundo, abstractam à materia sensibili, & hoc consideratur, vt illi quædam proprietates conueniunt, etiam*

A *ſi quantitas ens reale non eſſet, ſed tantum ens imaginarium, vt fusè 11. Metaphyſic. ſum.2. cap. 1. & 13. cap. 3. Probatur igitur concluſio ex 2.phyſic.18.& 19., 6.metaphyſ.2. 7.meth.35. 11.meth. ſum.3.c.1., 1.de ani.17. vbi Mathematicam ait abſtrahere à materia; quare neque habet propriè formam, quia hæc non eſt, vbi abeſt materia, 2. phyſic. 26. Ex his patet, nullam cauſam propriè conſiderare; quod etiam expreſsè Ariſtoteles 2.magn. mor. cap.7. dixit, vbi tantum cauſas, & principia, ſecundum ſimilitudinem agnoſcit; & hoc modo, 6. metaph. cap.1.exponendus eſt, cum ait, in Mathematicis eſſe principia, cauſas, & elementa; ideo*
B *etiam 7. metaphyſ. 39. tribuit Mathematicæ materiam intelligibilem, quam Alexand. 7.metaphyſ. com. ſuo 30. in Tex. 35. explicat dicens, in circulo eſſe primum illud interuallum, ſeu magnitudinem abſtractam mente à materia, & dicitur materia intelligibilis ſecundum illam figuram terminantem interuallum, & dicitur forma circuli; & præterea conſiderat partes, quæ materia dicuntur 2. phyſic. 31., 7.metaphyſ.34. & hac ratione 2. poſterior. 11. dixit demonſtrare per cauſam materialem; dicuntur tamen maximè conſiderare formam, quia ſuas demonſtrationes reducunt ad quædam axiomata,*
C *quæ definitiones dicuntur 2. phyſic.68. & hæc ſunt principia quæ 6. metaphyſic. initio tribuit Ariſt.Mathematicis, eque cum aſſeruit lineam fieri ex fluxu puncti &c. accipit propriè motum, ſed imaginarium. De qua re Logicæ, quæ diximus in Logica tract.26.*

Dubium manet de Metaphyſica. Alber. tract.1.cap.5.ait, conſiderare omnes cauſas, non tantum vt cauſæ ſunt, ſed etiam vt ſubſtantiæ ſunt. Idem 3.metaphyſ.tract.3.cap.1. & lib.12. tract.1.cap.3.ex his Auer.in proe. phyſ.excipit tantum materiam, qua in re ſecum diſſidet, nam 2. metaphyſ.6. 7.metaphyſ. com.9. & 12. metaphyſ. 6. docet conſiderare
D *omnes cauſas, & in ſpecie materiam; & patet ex tractatione Ariſtotelis in 7. & 8., licet aliqui velint non conſiderari, vt cauſam, vel vt materiam, ſed vt ſubſtantiam imperfectam; Alij vt differentiam entis, quia ens diuiditur in actum, & potentiam. Sed contra, quia cum conſideret compoſita, etiam partes conſiderare debet. Confirm. quia conſiderare materiam, vt potentiam eſt eſſentialiter conſiderare materiam. Alij concedunt conſiderare omnes cauſas, ſed non demonſtrare per omnes cauſas: Sed contra, quia ex 2.poſterior.11.com.48.conſtat, demonſtrationem fieri poſſe per omnes cauſas, quare ſi*
E *illas conſiderat, certè per illas etiam demonſtrabit. Alij, in Metaphyſica Ariſtotelem agere de materia, vt induit habitum phyſicum: Sed contra, quia, vt Metaphyſicus agit de ſubſtantia compoſita; ergo &c. Alij, vt Burl., Metaphyſicam in duas partiuntur partes, vnam, in qua de intelligentijs, & in hac non agitur de materia; alteram, in qua de ente in communi, in qua diſputatur de materia.*

Dico quinto, Metaphyſica conſiderat omnes cauſas; probatur, quia Ariſtoteles ait, Metaphyſicum conſiderare cauſas entis, & quia ens eſt analogum, ideo eiuſdem erit conſiderare cauſas ſpecierum entis; ſpecies autem entis duæ ſunt, materiales ſcilicet, & immateriales, quare vtriuſque ſpeciei cauſas conſiderat; vnde cum immaterialis careat materia, ſed habet efficiens ſine motu, illud conſiderat, habet etiam formam, non quidem informantem, habet etiam finem, vt patet; quare in obiecto immateriali tres cauſas conſiderat; at quia ens materiale habet quatuor cauſas, eas omnes conſiderat 8. & 12. metaphyſic. initio, ſed efficiens, & finem non conſiderat ſecundum propriam naturam, ſed in vniuerſali docens has cauſas reperiri in ente materiali in communi; ſic etiam dicitur de materia, & forma. Dices, abſtrahit à materia, & motu. Reſp. ſecundum illam partem in qua de intelligentijs. Reſp.2. non conſiderari materiam, vt principium tranſmutationis, vel vt affectam ſenſibilibus qualitatibus, ſed vt partem compoſiti, ita etiam conſiderant huius, vel illius rei naturam abſtrahendo à motu.

TRACTATIO PRIMA.

De ſcientia Phyſica, & vniuerſa eius ſtructura.

DISPVTATIO PRIMA.

De eſſentia ſcientiæ Phyſicæ ſecundum ſe.

CVM ſcientia Phyſica ſit habitus, vel actus intellectus, & horum natura ſpecificetur ex obiecto, vt Phyſicæ ſcientiæ natura cognoſcatur, initio eius obiectum inquirendum eſt.

QVÆSTIO PRIMA.
De obiecto adæquato scientiæ physicę.

ART.I. Explicatur sensus quæst.

1 PRimo supponendum ex tractatione de scientia,nomine obiecti non intelligi quicquid quacumq; ratione attingitur à scientia,sed quod habet cōditiones quas Arist. 1.post.tex.25.exigit.vt scilicet sit id, cuius inquiruntur principia, passiones, & partes:Ex quo primò fit,vt iure optimo obiectum adæquatum dicatur id,ad quod omnia tractata in scientia reducuntur, vel vt principia,vel vt passiones,vel vt partes. Quæ obiecti adæquati explicatio magis placet,tanquam Arist.magis conformis,quàm aliæ,quæ afferūtur ab alijs Auctoribus, vt dictum est in tractatione de scientia.

Quid nomine obiecti intelligatur.

Hinc etiam secundò sequitur, an iure distinguatur obiectum adæquatum,ab obiecto attributionis, ex eo quod subiectum adæquatum sit idem,ac totale quodq; in tota scientia consideratur,ita vt nec illam excedat,nec excedatur ab illa, attributionis verò obiectum sit idē ac principale:propter quod scilicet omnia cōsiderantur in scientia: vt v.g. in Methaphysica obiectum adæquatum est ens vt ens : attributionis verò substantia, seu prima intelligentia, ita Balduin.in proem.1.phys. & in eandem sentētiam fortasse adduci possunt,qui subiectum adæquatum partiti sunt ; in adæquatum adæquatione communitatis ; & adæquatum adæquatione attributionis,de qua re alibi;nobis verò nunc supponatur idem esse subiectum adæquatum,totale,& attributionis:his enim nominibus explicari putamus id, quod ex Arist. loco citato retulimus, vt scilicet subiectum in sciētia constitui debeat id, ad quod omnia referuntur,vel tanquam principia, vel partes,vel passiones.

An obiectū adæquatum distinguatur ab obiecto attributionis.

2 Secundò,supponendum hoc obiectum duplicem habere partem, materialem scilicet, & formalem, & vtriusque conditiones explicat Balduin. loco citato, Zabarell.opusc. de trib. præcogni. & nos in tract.de scientia ; Formale verò obiectum aliud dicitur (quod) & hoc et solet appellari, Ratio quæ,aliud dicitur(quo) & solet appellari,ratio sub qua,quos terminos explicat Hieron.Pla. in 1. phys. q.1. & Nos in tract.de scientia , & de vtraque parte inter recentiores,quæstio nostra tractatur,licet præcipuè de parte materiali.

Obiecti adæquati pars materialis quæ , & quæ formalis ; & quotuplex sit formalis.

3 Tertiò , supponendum difficultatem huius quęstionis magis ortam fuisse ex varijs Doctorum,& opinionibus,& modis loquendi,quàm ex re ipsa, nam qui in parte materiali consensere runt, in formali discreparunt; & contra qui in parte formali conuenerūt,de materiali diuersa senserunt. Apud antiquos enim peripateticos,vt rectè notauit Zimara 4.met.contradi.1. hæc quæstio disputata non fuit;idem enim intellexerunt dicētes ens mobile, corpus mobi-

Origo difficultatum in hac quæstione.

A le res sensibiles: quare Latini illam inuexerunt, & vt aduertit Tolc.q.2.in prolog.physic. ferè de re constat,Physicam tractare res omnes sensibiles, quatenus habent in se principium motus. id enim videtur expressisse Arist.tū 6.metaph.cap.1.tum 11.met. cap.3. versatur inquit physica circa quodam genus entis,quod in se habet motus principium : quo circa tota controuersia ferè est de nomine , An scilicet obiectum dicendum sit corpus,vel res, vel ens mobile,vel naturale,vel sensibile: Et certè negari non potest , inter aliquos esse controuersiam de nomine, quia tamen nonnulla etiam est difficultas inter aliquos Doctores de re,ideo à nobis paulò fusius est explicanda. Et vt Doctorū opiniones ordinatim referamus, eas ad tria capita reuocabimus: quare sit.

Qua rōne Doctores in hac quæst. de nomine potius , quam de re disputant.

B

ART. II. Referuntur opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium partem materialem obiecti adæquati totius physicæ explicari nomine entis : ita D. Tho. initio phys. vbi Ferr. q.2. Gratiadeus q. 6. Iandunus q. 2. Alber. de Saxon. q.1. Buridan.q.3. Iauell.q.1. Tolet.q.2.circa fin.Occham. 1.par. suæ phys. cap.2.Flādr.6 met.q.2.art.1.Aquar.1.metaph. dilucidat.1.Caiet.tom.3. opusc.de obiect.phys. 4

Prima opinio explicatur parte materialem obiecti adæquati nomine entis.

C Sed licet hi Doctores conueniant in eadem voce,qua partem materialem explicant,tamen & in significato illius vocis dissentiunt , & in parte formali, nā aliqui vt Ferrar. Gratiadeus, Saxon. & Iauell. dicunt eo nomine significari conceptum aliquem,qui est cōmunis per prædicationem,non solum ad composita, & entia integra physica,sed etiam ad eorū partes, & accidentia:Vnde & materiam,& formam,& accidentia , dicunt cōtineri sub obiecto tanquam species adæquati obiecti: Alij verò entis nomine pressius vtuntur; coq; significari aiunt conceptum communem ad compositum substantiale,& accidentale, eo quod mobilitas terminatiuè,quæ est prima, & communissima passio

Multifariā Aduersarij hanc opinionem explicant.
Ferr.Gratiade. Saxs.Iau.ponūt Ens cōmune per prædicationem etiam ad partes physicas & accidentia.
5
Ens commune ad compositū accidentale,& substantiale. Caiet. Astud.

D rerum physicarum, conueniat tàm composito substantiali , quàm accidentali : ita Caiet. loco citato,& sequitur Didac.deAstudillo q.2.prol. in phys. Denique alij nomine entis intelligunt idem,ac corpus;dicūt tamen melius significari nomine entis , quàm corporis , eo quod notius sit mobilitatem coniungi cum ente,quàm cum corpore:ita Sot.q.1.super 1.phys.cōcl.5. & Tolet.loco citato,& hęc opinio solo nomine differt ab opinione Alberti infra citandi, vt aduertit Franciscus Piccolomineus in introductione ad scientiam de natura c. 26. eamq; tribuit D.Thomæ in princ.primi de cęlo 4.phys. tex.74.1.post.lect.41.vbi corpus mobile statuit

Alij ens , vt sigui,cat corpus substantiale ex Sot. Tolet.Alb. D.Tho.

Franc.Piccol.

E subiectum scientiæ naturalis, quod etiam colligit ex proem.in primū de gener.&in proœm. phys.de his,inquit,quæ habent principiū motus internum est scientia naturalis : & infra, & quia,quod habet materiā est mobile : ideo ens mobile est subiectum;at id,quod habet principium internum motus,& quod habet materiā est corpus: ergo nomine entis significatur corpus

Pompon.

pus. Vnde errauit Pomponatius, dum ait D. Thomam se ipsum correxisse primo asserẽdo ens esse obiectum, & deinde corpus. Sequitur etiam errasse Ianellum dũ ex sententia D.Th. affirmat corpus esse speciem principaliorem subiecti physici.

Ianell.

6

Discrepant & superioris opinionis Auctores, quoad rationẽ formalem obiecti.

Alij esse naturalitatem Sot. Tolet.

Alij mobilitatẽ, ex Thomistis.

Deinde est aliud inter huius sententiæ Doctores discrimen in ratione.s.formali:nam Sot. & Tole. dicunt rationem formalem esse naturalitatem, eo quod natura sit principium motus. vnde cum ratio formalis proprio nomine explicari possit, non est cur circumscribatur p mobilitatem. Quare apud hos Doctores, obiectum adæquatum physicę est ens vt naturale. Alij verò dicunt rationem formalem esse mobilitatem: nomine autem mobilitatis nõ intelligunt motum vt cõiunctum cũ subiecto; quia ex illis constituitur ens per accidens; neq; potẽtiam proximam ad motum, quia hæc est passio, non ratio formalis, sed id, vnde fluit illa passio: qua ratione solemus principia prima explicare in ordine ad actus, vt differẽtiam hominis nomine rationalitatis. Ita Thomistæ ferè omnes, qui tamen ad huc inter se in ea non cõueniunt.

7

Alij mobilitatẽ subiectiuã, alij terminatiuã, alij vtramq; ex Caiet. & Astud. & D.Th.

Quidam volũt intelligi mobilitatem subiectiue: quidam verò, tàm subiectiuè, quàm terminatiuè. ita Caiet. loco citato, & Astudillo, vbi ait subiectum communitatis esse ens mobile, quod prædicatur de composito, tàm substantiali, quàm accidentali; subiectum verò attributionis esse corpus mobile, quia sicut omne accidens corporale dicit attributionem ad substantiam corporalem tamquam ad sui principium, & finem, ita similiter compositum accidentale ad substantiale, eamq; opinionem tribuit D.Tho.par.1.q.34. ar.1. & q.14. de verit. ar.3.ad 16.

8

Secũda asserit substantiam finitam naturalem.

Alij substãtiam communem ad corporalia, & spiritualia, cõtra Arist. ex Can. Tromb. Ioa. Andr.

Secunda opinio est dicentium subiectũ adęquatum esse substantiam finitam naturalem, q̃ opinio tripliciter explicatur: Primò, vt nomine substantiæ intelligatur, quid commune ad corporalem, & spiritualem habens in se principiũ motus successiui, & continui; quo sensu obiectum physicæ comprehendit tamquam speciẽ sui naturam Angelicam, vt habet in se principium motus, quod motus ille, cum dicat ordinem ad spatium quantum, sit physicus, quam tamen sententiam dicunt non esse de mente Arist. eo quod ignorauerit substãtias abstractas moueri motu physico: vnde ostẽdit omne mobile esse corpus, sed assignari hoc obiectũ physicæ secundum se, & veram doctrinam lumine naturali cognitam, quo ostẽditur Angelos moueri. Hinc fit, vt si Aristot. cognouisset Angelos moueri, vtiq; comprehẽdisse hos sub obiecto physicę: ita Ioan.canonic.1.phys.q.1.art.2.Parisienses q.4 Trombetta 6.met.q.2. Ioa.Andr. opus.de trib us principijs q.1.

9

Alij substantiã sensibilem vt sic ex Thienens.

Secundò, alij dicunt nomine substãtiæ intelligi eam, quæ est sensibilis, vt sensibilis est: ita Caiet. Thien.1.phys.q.2. nam subiectum adæquatũ motus physici non est corpus, quia motus non conuenit omni corpori, nõ enim corpori metaphysico, .i. constituto ex materia, &

A forma, præcisa qualitate, & quãtitate: ergo erit substantia sensibilis: quia sicut motus physicus addit supra motum sensibilitatem, ita substãtia physica addit supra substãtiam sensibilitatem, sed vt rectè aduertit Bald. loco citato: hæc opinio non videtur differre ab opinione dicẽtium subiectum esse corpus naturale, eo quod substantia sensibilis non differt à corpore naturali; nam sensibile materiale, & naturale putat esse synonima, quæ explicatio mihi placet. dici tamen potest, quod licet re ipsa non differant, cõgruentius tamen ponitur substantia sensibilis, & non corpus naturale, ad vitãdam petitionem principij, quæ in corpore naturali inuolui posset, nam cum corpus naturale dicatur, quod habet in se principium motus, dum B dicitur corpus naturale esse subiectũ adæquatum motus, perinde est, ac si diceretur corpus habens principium motus, est subiectum adæquatum motus, quæ petitio principij vitatur dum ponitur substantia sensibilis, quia omnis substantia sensibilis capax accidentium sensibilium, est subiectum motus, & contra. & hanc opinionem tribuunt Auerr. in proem. phys. subiectũ inquit istius artis non sunt nisi res sensibiles, & probant ex 12.met.tex.6. vbi Aristot. ait naturale considerare omnes substantias sensibiles, quia cum motu sunt.

Baldin.

10

Alij substantiã corpoream, ex Fabro, & Cometio.

C Tertiò, alij dicunt nomine substantiæ naturalis intelligi idem, ac corpus naturale, licet.n. substantia, sit quid abstractius corpore, tamen cũ illi additur ly naturalis contrahitur ad corpus, quia nulla substantia est naturalis nisi corpus, sicut si diceretur substantia rationalis idẽ significaretur, ac si diceretur homo: ita Philippus Faber theorem.20.cap.1.& iuxta hunc sẽsum explicat sententiam Scoti, & prius illam docuerat Cometius Hyspanus quęst. de subiecto philosophiæ naturalis art.2. cap.2. vbi ait, se intẽdere approbare rationem formalem esse naturã, nam de substrato, an sit ens, vel corpus, vel substantia, nõ est magna vis apud Philosophum, melius tamen dicitur esse substantiã, quia ita loquitur Aristot.6.met.initio, dum D assignat subiecta sciẽtiarum, & ita etiam interpretatur opinionem Scot. Zabarel. de constitu. scientiæ naturalis cap.3.

11

Tertia docet esse corpus physicum, alij metaphysic.

3. Opinio est ponentium obięctũ esse corpus nõ quidem Mathematicum, vel Metaphysicum, sed Physicum, inter Auctores autem huius sentẽtiæ adhuc est nõnullũ discrimen, nam aliqui dicunt illud corpus esse obiectum quatenus mixtũ, ita vt excludantur Elementa tanquam species subiecti, sed ea tractari tanquam principia materialia obiecti, sicut cœlum aiunt tractari, vt efficiens. refert illam Piccolomineus loco citato, eamq; tribuit Marco Antonio Ge- E nuæ, & Olympiodoro in 1. Meteororum, qui ait in 8. lib. Physicorũ declarari principia proxima, seu remota, mox proximiora, vt cœlum, quod est efficiens, & deinde Elementa, quæ sũt interna materia mixtorum.

Alij corpus generabile, ex Gal.

Alij secundò dicunt esse corpus, vt generabile, & corruptibile, vnde includunt Elemẽta tanquã species, sed excludunt Cœlum, & corpora

pora

pora incorruptibilia ab obiecto physicę,& refert illam Piccolomineus loco citato cap.25.& tribuitur Galeno lib.1.de Elementis,quod dicat physicam docere res generabiles, & corruptibiles.

Alij corpus mobile,ex Ægid. & Alb.

Alij tertiò dicunt esse corpus,vt mobile, ita Alber.1.Phys.tract.j.c.3.Ægid.in proœm.phys.

12 *Alij corpus, vt naturale, ex Themist. Auic. Bald.Zim.Per. Conimb. Zab. Pla.*

Alij quartò deniq; dicunt esse corpus,vt naturale, idest vt habet Principium, Motus, & Quietis,est Themistij 1.Phys. in proœm. naturalis,inquit scientia dicitur,quæ versatur circa res materia non carentes,quia in his consistere natura videtur,& infra intētionem,ait esse vniuersaliter tradere ea,quæ insunt rebus naturalibus,qua naturales sūt;idem autem,& corporeas dicere,& naturales,sequitur Auicen.1.suę sufficientiæ cap.1. Balduin.in proœm.Auerrois concl.1 vbi ostendit idem esse ponere pro subiecto substrato corpus materiale, & sēsibile; nam corpus sensibile nō est sine materia 6.Metaph.32.& materiale dicitur,quod est iunctum materiæ 6.Methaphysic.2.licet diuersa ratione his nominibus appelletur, rationem verò formalem conclus.2. asserit esse naturalitatem ex Auerr.7 Met.9.12 Met.6 vbi differre ait naturalem à Metaphysico per principium transmutationis, & 2.Phys.1. naturalia differre ab artificialibus, quod illud principium in artificialibus sit extrinsecum, in naturalibus sit intrinsecum,vnde Auerr.3.cœli 1. in naturali scientia subiectum esse ait id, quod constat natura. Addit tamen Balduin.concl.3.quod licet obiectum totale sit corpus naturale,seu sensibile,vt habens in se principium,motus, & quietis, tamen quia corpus solitariè sumptū habet quandam affinitatem cum Metaphysica 2.phys.18. ideo ad vitandum equiuocationem melius ponitur pro obiecto substrato sensibile,seu materiale,& pro formali, vt habet principium motus. Eandem docuit Zimara 4. Metaph. contrad.1. (vbi soluens contradictionem Auerrois quod 4. Metaph. 1. scientiam naturalem dicat esse de ente mobili,&12.Met.5.esse de corpore mobili, & in proœmio physic. esse de rebus sensibilibus) ita respondet Philosopho nō esse curam de nominibus ex Auerr. 1. Phys.tex.1. & ideo nunc nomine corporis nunc entis mobilis, nunc rei sensibilis vtitur ad idem explicandum,rationem verò formalem ait esse naturalitatem, quia mobilitas, & sensibilitas reducuntur ad naturalitatem,vt principium,sequitur Pererius lib.2 Philosophiæ naturalis cap.3 qui re ipsa putat non differre,siue dicatur corpus mobile,siue naturale,siue sensibile, sequuntur Conimbr.in proœm.phys.q.3.art.1.Zab.de cōstit.sciētiæ naturalis c.2.vbi ait esse communem recentiorum,Piccolomineus c.28. vbi ait illam opinionem supponi à Græcis, & tribui Theophrast. apud Simplicium 1.Phys.tex.j.& illam amplectitur Hieronym.Pla. 1.Phys. q.1. qui dicūt rationem formalem melius explicari per naturalitatem, quā per mobilitatem,nam vitatur æquiuocatio, quæ continetur in nomine mobilitatis,cum hoc nomen aliquando passionē, aliquando principium passionis significare soleat. Hinc Hieronym.Pla. deducit rationem formalem obiecti,quæ,esse naturam,& non entitatem naturalem, vt aliqui putarunt, eo quod per naturam constituatur ens in esse naturali,& non per entitatem naturalem,quia idem non potest esse constituens, & constitutum,nisi accipiantur sicut abstractum, & concretum,rationem verò formalem sub qua,esse abstractio em ab omni alia ratione formali excepta naturalitate, quia physica in rebus considerat naturalitatem; alias verò rationes scilicet entis,substantiæ, & similiū non considerat.

Arist.non est cura de nominibus.

Piccolom.

Theophr. Hier. Plat.

13 *Cur potius formalitas dicitur esse naturalitas, quam mobilitas.*

Ratio formalis sub qua est abstractio.

Et ad hāc fortasse reduci potest opinio dicētium,obiectū esse naturam, vt existimauit Lucillus Philalteus, & Flaminius Nobilius apud Piccolomineum cap.25.quod Arist. Physicam initio primi,& tertij Physic. & primi de Cœlo appellet scientiā de natura explicari enim possunt loqui de ratione formali (quæ)

Cur obiectū dicatur natura a Philalteo.

ART. III. Notabilia pro quæstionis intelligentia.

PRO explicatione notandum tria nomina à nobis esse declaranda. Primo, Ens. Secundo,Corpus. Tertio,Mobile; Ens enim tripliciter accipi potest. Primò, Vniuersaliter, seu trānscendēter, qua ratione significat quicquid quoquo modo est, secundum quam significationem prædicatur de Substantia,de Accidēte, Compositis,& Compositorum partibus.Secūdò,pro eo,quod dicitur fieri,& esse,qua ratione Caietanus ait hic sumi,ac prædicari de omni composito,siue substantiali,siue accidentali, quod directè ponitur sub aliquo prædicamento: vt enim dicitur homo fieri, ita etiam dicitur album fieri, ex 7.Met. tex.28. Tertiò, sumi pro eo,quod est simpliciter,& tūc idem est, ac compositum substantiale,& ita sumi ait Sot. Tolet. & recentiores Thomistæ, licet Caiet. putet ens,vt significat esse simpliciter dici tam de composito substantiali,quam de accidētali, nam eius est esse propriè, cuius est fieri; verum repugnat Aristo. vbique, quod esse simpliciter conueniat substantiæ, accidentibus vero esse secundum quid, atque adeò composito accidentali non poterit conuenire esse simpliciter, vnde neque fieri simpliciter,& patet ex vsu cōmuni loquendi, non enim dicitur fieri album musicum &c. sed semper supponitur aliud, .i. homo fit albus musicus &c. quod si alicubi ea locutio inuenitur debet in sensu improprio accipi,& explicari in sensu à nobis dicto, sicut quando simpliciter inuenitur accidētibus tribui esse. 14

Ens Tripliciter explicatur.

Secundo notandum, corpus accipi tripliciter.Primo,Metaphysicè. Secūdò,Mathematicè.Tertio,Physicè,quæ Doctores diuerso modo explicāt;nam Alber.corpus Metaphysicum ait significare compositum ex gradu substantiæ,& forma corporeitatis, quàm Alber. putat inesse materiæ,quatenus est quantificabilis, vel qualificabilis ante quam veniat quantitas, Mathematicum vero significare compositum substantiale affectum quantitate;quod si addantur qua- 15

Corpus tripliciter etiam accipitur.

qualitates, dicitur corpus phyſicum; ſed hæc explicatio non placet Toleto q.2.prol. & Piccolom.cap.26. tū quia huiuſmodi corpus Metaphyſicum diſtinctum à Phyſico non datur, nam 2.de anim.tex.3.corpus Phyſicum conſtituitur principium omnium corporum; at ſi daretur hoc corpus, illud deberet poni principium cæterorum, tum quia falſo ſupponitur dari formam corporeitatis coęuam materię, tú quia ſi daretur nō pertineret ad Metaphyſicū, ſed ad Phyſicum; nam ſicut eiuſdem eſt conſiderare hominem riſibilem, & ridentem, ita cōſiderare quātificabile, ac qualificabile, & quantum, & quale: deinde malè explicatur corpus Mathematicum pro compoſito ſubſtātiali quāto; non enim mathematicus conſiderat ſubſtantiam, ſed ſolum accidens, alioquin corpus Mathematicum eſſet prius, & principium corporis Phyſici contra Ariſtotelem vbique, vnde 6.Meta. tex.3. poſt Metaphyſicam ponit Phyſicam, deinde Mathematicam.

D.Thom. At D. Tho. aliter has corporis acceptiones explicat, putat enim Mathematicum ſignificare quantitatem, quæ conſtat trina dimenſione, vt diſtinguitur à linea, & ſuperficie, Metaphyſicum vero, & Phyſicum idem eſſe, varijs vero nominibus appellari propter vnius rōnis compoſitiones, nam dicitur Metaphyſicum quatenus conſtat ex genere, & differentia, quæ eſt compoſitio Metaphyſica, Phyſicū vero vt cōſtat materia, & forma, quę eſt compoſitio Phyſica. & hæc explicatio mihi placet, quam docuit D.Thom.in 1.diſt.25. quæſt. vnica art.1. Henricus quodlib.4.q.14.Caiet.1.par.q.7.ar.3 Toletus, & Piccolomineus locis citatis: In hac igitur quæſtione corpus accipitur, vt eſt compoſitum ex materia, & forma, ſeu formaliter, ſeu virtualiter, vel eminēter, quod dicitur propter cœlum, de quo eſt controuerſia, an componatur formaliter de materia, & forma, an vero ſit entitas ſimplex æquiualens compoſito ex materia, & forma.

16 *Varia acceptio mobilis, ex varia motus ſignificatione deſumitur, ex Caiet.* Tertio notandum ex Caiet. mobile dicere reſpectum ad motum, vnde ſicut motus ſumitur dupliciter .ſ. propriè, vt diſtinguitur contra mutationem, vt dicitur in 5.Phyſ. & dicitur eſſe ad tria tantum genera, & communiter, quatenus continet, & motum propriè dictum, & mutationem, ſcilicet generationē, & corruptionem; ita mobile dupliciter ſumi poteſt .ſ. Propriè, & Communiter, hic autem accipitur cōmuniter, prout ſignificat idem, ac mutabile Phyſica mutatione; hoc autem ad huc dupliciter dicitur, Subiectiuè ſcilicet, & Terminatiuè: & licet aliqui velint, hic accipi Subiectiuè; alij vero Terminatiuè; tamen rectè aduertit Caiet. hic ſumi indiſtinctè, non quatenus eſt quid cōmune ad omnia, quæ ſunt quoquo modo mobilia, contineatq; vt partes ſubiectiuas materiam, & formam, & accidentia, ſed vt eſt commune ad ea, quæ mouentur, vt quod, ideſt quæ ſenſu patet eſſe mobilia.

17 *Mobile proximè, & remotè.* Quarto notandum mobile, ſiue accipiatur ſubiectiue, ſiue terminatiuè ad huc poteſt accipi dupliciter .ſ. pro aptitudine proxima ad A motum, & pro fundamento, ſeu principio remoto illius aptitudinis, vt enim in alijs effectibus videmus, quod pendent proximè ex aliquo principio accidentali, & ex aliquo principio remoto ſubſtātiali: ita etiam & motus, quæ acceptio affertur hic à Caietano, cui à Piccolom. *Caiet. Piccolom.* cap.26. tribuitur mobile, ſecundum Caiet. accipi pro eſſentia rei naturalis, quæ antecedit naturalitatem, qua ratione Ariſt.10.Metaph.in fine dixit corruptibile, vel eſſe ſubſtantiam, vel eſſe in ſubſtantia, quod videtur aſſerere Caietanus loc. cit. extremis verbis, ſed rectè illi obijcit Piccolom. qđ in re naturali ſicut nihil eſt prius ſua eſſentia: ita nihil eſt prius natura- B litate, & multo minus verum eſſet illum prius pertinere ad ſcientiam phyſicam, quia ſi eſſet prius naturali non eſſet naturale, & ita nō pertineret ad Phyſicum. Neq; locus Ariſt. eſt ad rem, quia eius ſenſus eſt corruptibilitatem, vel eſſe rerum differentiam, vel paſſionem: quare poſita prædicta duplici acceptione mobilis, dubitatur quomodo hic accipi debeat, an vt ſignificat principiū remotū, an vero proximum.

Vltimo Not. cum in hac quæſtione controuerſia ſit, tam circa rationem formalem, quam materialē obiecti, nos prius explicaturos, quid ſentiamus de parte materiali, tum de formali; quare ſit.

C *ART. IV. Oſtenditur obiectum non eſſe corpus mixtum, vel generabile.*

Prima Concl. Obiectum adæquatum nō eſt 18 *Non eſt corpus mixtū, vel generabile.* corpus mixtum, vel generabile. Primo, quia obiectum eſt id, quod conſtat ex naturis; vt patet, vel ex ipſo nomine ſcientiæ naturalis, & ex Ariſt. 2. cæli 1. 3. cæli 1. & alibi: ſed id, quod ex naturis conſtat, eſt tam corpus mixtum, quā ſimplex, tam corruptibile, quam incorruptibile; cælum enim & elementa naturalia eſſe corpora tradit Ariſt.1.Meteor.cap.1. vbi epilogat, ſe dixiſſe de cauſis naturæ, & omni motu naturali, & de aſtris, & elementis corporalibus, & 2. D cæli c. 1. vbi approbat ſermonem antiquorum dicentium, *cælum eſſe aliquid mortale, & diuinum, eorumque motum quidem habent*, & clarius 1. de part.c.5. vbi *ſubſtantiam*, inquit, *quæ natura cōſtat partim ingenio mortaleſq; ſæculis omnibus ſunt, partim ortus participes, atq; interitus eſſe intelliguntur*, & 7.Met. tex.5. vbi inter corpora naturalia numerat animalia, elementa, cælum & eius partes, ſcilicet, ſydera, Lunam, & Solem, & 8.Met.tex.1. ſimiliter inter ſubſtantias naturales numerat ignē, terram, aquam, & cætera ſimplicia corpora, & tandem cælū, & partes cæli, & tex.12. vbi poſtq̄ docuit, quorū inueſtigandæ ſunt cauſæ, & prin- E cipia in naturalibus, & generabilibus ſubſtātijs, ſubdit, *de naturalibus autem, ſed perpetuis ſubſtantijs alia ratio eſt, fortaſſe enim quædā non hanc materiam, aut non talem, ſed ſolum quæ ſecundum locum mobilis eſt.*

Dices ex Auerr. de ſubſtantia orbis cap.2. & Met. 12. 12.Met.10. cælum non eſt compoſitū ex materia, & forma, quia ſecundum Ariſtot.1. cæli 2.

cæli 2. fecit ipſum remotum ab omni contrario, vt eſſet æternũ, & per conſequens ſine materia prima, quæ eſt cauſa corruptionis ratione ſuæ potentiæ contradictionis, vt videtur colligi ex 2. Periher.cap.vlt.

Reſp. de cõpoſitione cæli ſuo loco, nunc ſatis ſit doctrina Balduini loco cit. in reſponſione ad primum contra primam concl. duplicem eſſe materiam, quædam in potentia priuationibus admixta, quæ eſt cauſa corruptionis, alia in actu, quæ potius appellari debet ſubiectum, & hęc eſt cauſa æternitatis, & licet nõ habeat potentiam ad trãſmutationẽ ſubſtantialem, habet tamen potentiam ad vbi, & mutationes accidẽtales, & ratione illius dici poteſt materia.

Ex Balduino duplex eſt materia, altera in actu, altera in potẽtia priuationibus admixta.

Confirmatur ex 2. Phyſic. tex. 71. vbi ait, quæ tanquam mota mouerit eſſe Phyſicæ conſiderationis, ſiue ſint corruptibilia, ſiue incorruptibilia: cæli autem & moti mouent, & incorruptibilia corpora ſunt.

Confir. 2. ex 12. Met. tex. 1. vbi ponit tres ſpecies ſubſtantiæ, ſcilicet vnam ſenſibilẽ corruptibilem; alteram ſenſibilem incorruptibilem, ſcilicet cælum, & eius partes, tertiam immobilem, ex quibus tex. 6. ait duas, primas pertinere ad phyſicum, quod ẽt docet in 1. de part. c. 5. & clarius, & expreſſe 1. cæli tex. 5. 6. & 7. vbi probat dari corpus ſimplex, cui communicat motum circularem, pro quo ſupponit omnia naturalia corpora ſecũdum ſe eſſe mobilia, & in eis ineſſe naturã, quę eſt principiũ motus.

19 2. Probatur, nam cæli, & elementa ſunt corpora ſimplicia, de quibus ſcientia aliqua tractare debet; nam eorũ natura, & proprietates inueſtigare eſt connaturale intellectui humano, ſed ad nullam aliam ſcientiã pertinere poſſunt, quam ad Phyſicam; non enim pertinẽt ad Matematicam, quia quantitatem, & eius accidentia contemplatur, neq; ad Metaphyſicũ, quia hęc non niſi immobilia cõtemplatur, & ex diuiſione ſcientiarum ſumpta ex vario modo abſtractionis conſtat illã abſtrahere à motu: ergo non niſi ad Phyſicam pertinere poſſunt.

Cæli, & elementorum conſideratio ad nullum aliam, quam phyſicã pertinere põt.

Confirm. quia corpus, vt eſt prædicatũ cõmune corruptibili, & incorruptibili, mixto, & ſimplici, eſt ſcibile, quia habet principia communia, & paſſiones, ſed nõniſi ad Phyſicã: ergo

Confirm. 2. nam ratio formalis obiecti adæquati dicitur, qua poſita, ponitur obiectum, & ſciẽtia circa illud; & qua ablata, aufertur obiectum, & ſcientia, ſed ſi per impoſſibile auferẽtur omnia mixta remanẽtibus elementis, & cęlo, adhuc eſſet ſcientia Phyſica; ſimili enim modo argumentandi vtitur Ariſt. 6. Met. tex. 3. dum probat dari ſubſtantiam immobilem. Denique vel ab ipſis aduerſarijs concęditur mobilitatem eſſe primam paſſionem ſubiecti ſcientiæ naturalis, vnde Ariſt. ſæpe ait Phyſicam verſari in rę mobili; at huius ſubiectum adæquatũ non eſt mixtum, vel ens generabile cum clemẽta, & cæli etiam moueãtur; ergo debet eſſe aliquid communius, & prius, & ideo 1. & 3. cæli in proem. Ariſt. ſimplicia corpora numerat inter ſpecies obięcti.

Cælo tãtum & elementis remanẽtibus, & omnibus alijs ablatis, adhuc ꝑmaneret ſciẽtia phyſica.

20 Reſpondent aduerſarij cælum, & elementa tractari quidem in phyſicis, non vt ſpecies cõtẽtas ſub obiecto, ſed vt principia obiecti phyſicæ ſcientiæ; nam elementa ſunt principia naturalia mixtorum, & cęli ſunt principia effectiua, vt ex 1. Meteororum c. 5. colligitur, & ab omnibus conceditur, ꝙ non modo in 8. Phyſ. tractatur de Deo, & primo motore, qui nõ cõtinetur ſub obiecto, vt ſpecies obiecti, ſed contra, tum quia hinc ſequeretur nec mixtum eſſe obiectum, ſed viuens, quia corpus mixtum ordinatur ad viuens, tum quia cæli, & elementa ſunt ſcibilia, non vt ſunt principia alterius corporis, ſed ſecundum ſe, quatenus ſunt naturæ quædam ſpecificæ habentes ſua principia, & proprietates, vnde de elementis tractatur in 3. & 4. de cælo, quatenus ſunt partes vniuerſi, & in 2. de homine, vt principia corporis mixti, vt alibi ſuſius, & de cælo ſecundum ſe peculiarẽ inſtituit tractationem, cuius cognitionem etiã leuiſſimam 1. de part. c. 5. dixit eſſe nobis iucũdiorem ob eius generis excellentiam, quæ cum hæc nobis iuncta tenemus, & elemẽta licet dicantur mouęre ab extrinſeco, ideſt generante 8. Phyſ. tex. 32. tamen verè habent principium in ſe ſaltem paſſiuum motus, quin ẽt, & actiuũ, ideſt formam, cui non tribuitur motus, ſed generanti, eo quod danti formam attribuuntur omnia conſequentia ad formam, iuxta illud. Quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, & ideo ab Auer. 8. Phyſ. tex. 32. & ſequitur Bald. hic ad 7. contra 3. conc. generans dicitur principium eſſentiale, & per ſe, quia dat formam, quæ eſſentialiter conſtituit compoſitum; ſicut remouens impedimentum dicitur principium accidentale, quia, vt accidit corpori impediri à proprio motu, ita accidit illi indigere motore extrinſeco.

Proponitur Aduerſariorũ, reſp. & reijcitur.

Cælum, & elementa hũc phyſicæ cõditionis vt vera ſpecies & non vt principia obiecti.

Dices 1. Phyſ. 1. proponit ſe acturũ de cauſis, & elementis obiecti, nam tunc ſcire arbitramur, cum cauſas primas nouerimus, principia prima vſq; ad elementa, ideſt cum ſciuerimus principia & remota, & proxima; at habere principia remota, & proxima conuenit mixto, non tamen omni corpori phyſico; ergo 21

Reſp. 1. quid Ariſt. intellexerit per principia, & cauſas, & elementa non conueniunt Doctores. Ego omiſſis aliorum opinionibus, de quibus in explicatione tex. puto illis tribus verbis vſum fuiſſe confuſe, & ſine diſtinctione; ꝙ ea, à quibus alia pendent, ſoleant illis tribus nominibus appellari, vnde infert ſcientiam phyſicam circa princip a verſari debere, indicans ſe non ſignificaſſe aliquid diſtinctum nomine elementorum, & cauſarum, ac nomine principij. q̃. expoſitio, qm̃ ab alijs non accipitur, interim.

Ariſt. 1. phyſ. huic opin. non aduerſatur.

Reſpondeo 2. ſi intelligamus principia proxima & remota dicimus hæc conſiderari à phyſica ſcientia reſpectu eius, cui conueniunt. nam tunc res ſcitur, cum cognoſcitur ſicuti eſt; at ea conueniunt aliquibus ſpeciebus obiecti, non autem obiecto adæquato. ergo de illis ſciri debent vnde ſenſus eſt accomodus, ideſt quę habent principia proxima ſolùm, hæc ſciri debent de ijs, quæ vero remota & proxima, hæc ipſa ſimiliter cognoſcenda.

Aſſertur germana illius tex. expoſitio.

Sed

Proponuntur, ac soluuntur argumenta contra primam conclusionem.

22 SEd contra hanc conclusionem primo obijcitur illud, cui non conueniunt principia, &c. quæ traduntur in octo libris phys. nõ potest contineri in obiecto physico scientiæ, vt colligitur ex 1. phys. tex. 4. vbi Arist. ait se velle incipere ab vniuersalissimis principijs, .i. quæ conueniunt omnibus speciebus obiecti & tex. 68. explicatis natura & numero principiorum subdit *principia rerum naturalium*, & constat ratione, quia in octo libris physicorũ agitur de corpore, vt est commune omnibus speciebus, at quod conuenit generi debet conuenire speciebus: sed corporibus incorruptibilibus, idest cœlis non conueniunt principia, & alia, quæ traduntur in octo libris physicorum: ergo. Minor probatur, nam in primo tradũtur tria principia, materia, forma, & priuatio, ex q̃bus secundum multos, materia non conuenit cœlo, & secundum omnes non conuenit priuatio; deinde in secundo agitur de natura, quę est principium motus, & quietis; at in cœlo nõ est quies, imo neque motus, quia ibi non sunt termini à quo, & ad quem, quare tota tractatio de motu, quæ traditur in 3. 5. 6. 7. & 8. phys. nõ conuenit cœlo, denique cum ei non conueniat locus & tempus, nam & corpore non ambiuntur, & secundum Arist. sunt sempiterni, fit vt quæ traduntur in 4. illi non conueniant.

In octo libris physicorum tractantur principia vniuersalissima physicę

23 Resp. negãdo omnia, quæ traduntur in octo libris physic. conuenire corpori in communi positiuè, sed per non repugnantiam. vnde licet omnia, quibus conueniunt illa tria principia, cõtineãtur in obiecto physicæ, non tamẽ quicquid continetur sub obiecto habet secundum substantiam illa tria principia, neque recta regula colligendi obiectum scientiæ est, vt illi cõueniant omnia, quæ traduntur in parte sciẽtiæ in qua agitur de prædicato communi omnibus, & singulis speciebus obiecti, sed debere inspici potius rationẽ formalem, vt scilicet id contineatur sub obiecto, quod participet rationem formalem obiecti, cœlum autem naturalitatem participat.

Resp. Tria physica principia negatiuè, nõ positiuè conueniunt corpori in cõmuni.

Dices cur Arist. in octo libris phys. primo instituit tractationem de tribus principijs, si illa nõ conueniunt singulis speciebus obiecti? Resp. primo vt suo more per analogiam inuestigaret principia omnium rerum naturalium, ad hoc autem manuducitur per trãsmutationem rerum generabilium, vnde opus fuit inquirere principia transmutationis, vt inde colligeret principia compositionis, de quibus agit in 2. libro physic. definiens naturam, quæ omnibus & singulis speciebus physicis conuenit, vnde incorruptibilia & ingenerabilia & si careant omnibus principijs transmutationis substantialis, non tamen principijs compositionis.

Cur in primo physicorum tractatur de tribus principijs varia rationes.

Incorruptibilia excludunt quidem principia transmutationis, compositionis vero nõ itẽ

2. Resp. q̃a inter res naturales paucæ sũt incorruptibiles, & plurimę corruptibiles, ideo
24 horũ p̃cipua inuestigauit principia p̃sertim, q̃a sm̃ antiquos, quos nõ dũ cõfutauerat, cęli erãt corruptibiles, & ideo egit de principijs com-

A munibus omnibus rebus physicis, siue secundũ rem, siue secundũ receptam eius temporis sententiam, quam deinde in primo cęli reijcit ostẽdendo cœlos esse incorruptibiles; & deniq; licet hæc tria principia non sint in cęlo secundũ substantiam, quia, vt sic, sunt intransmutabilia; sunt tamen in cęlo sm̃ motum localem, & alias transmutationes accidentales. hinc fit vt tria principia, quæ traduntur in 1. physic. sint omnibus speciebus obiecti communia, vel formaliter ratione alicuius mutationis, quæ illis conuenit, vel virtualiter quatenus ex declaratione principiorum rerum corruptibilium cognoscuntur principia, quæ conueniunt corporibus incorruptibilibus, vnde etiam consequitur vt cętera, quæ in illis libris traduntur cœlo cõueniant, nam cum sit principium passiuum, motus, habet naturam, quę dicitur principium quietis, non quidem in singulis, & distributiuè, sed in sensu accomodo, vt alibi declarabitur; vnde etiam fit vt illi conueniat motus, non quidẽ rectus, sed circularis, ratione cuius conuenit tẽpus æternum vt tribuitur Arist. vel finitum vt nos dicemus infra, vbi etiam ostendemus quomodo cœlo conueniat locus. B

Secundum antiquorum sententiam cœli incorruptibilitate non gaudebant.

Reperiuntur in cœlis 3. physica principia secundum transmutationem accidentalem.

2. Obijcitur nam nullum compositũ potest pertinere ad physicum, nisi participet formam physicam, hæc enim sicut dat esse rei, ita dat esse intelligibile, sed forma cœli; etiam secũdum opinantes illud esse compositum, non est physica; ergo neque est intelligibile à physica; minor probatur, tum quia forma physica ex 1. de part. animalium cap. 1. dicitur, quæ educitur de potentia materiæ; vnde ibi negat Arist. intellectum pertinere ad physicum: at forma cœli vt non fit per generationem, ita neque educitur, tum ex 1. phys. tex. vlt. vbi formas physicas dicit esse corruptibiles. Confirm. ex 2. physic. 72. vbi explicans naturam scientiæ physicæ, ait, eã resoluere generationes in quatuor causas, idq; probat ex generatione rerum, ergo solum agit de rebus generalibus alioquin non rectè probaret, sed committeret fallaciam consequentis. 25 C

An forma cœli sit physica.

Arist.

Confir. 1.

D Cõf. 2. ex 12. met. tex. 5. & infra vbi diuidens substantiã in tria genera. s. in immobilẽ, in mobilẽ corruptibilẽ, & mobilẽ incorruptibilẽ, addit tria esse negotia, vnũ circa immobilẽ, alterũ circa mobilẽ incorruptibilẽ, tertiũ circa mobilem corruptibilẽ & hoc esse negotiũ physicũ.

Confir. 2.

Confirm. 3. quia si physica ageret de cęlo, deberet etiam agere de intelligentijs, cum sint & cęlorum motrices, & veluti formę assistentes: at eiusdem scientiæ est cognoscere materiã & formam, vt probatur à 1. phys. tex. 25. ad 27.

Confir. 3.

Resp. formam constitutiuam cęlos satis constat ex dictis esse formam physicam. Ad primã probationem negatur secũdum Arist. omnem formã physicam educi de potentia materiæ, vt ostendemus cũ de anima rationali: Neq; Arist. 1. de part. id asseruit, sed tantum abstracta à materia non pertinere ad physicum, quod etiã docuit 2. phys. 12. & 26. 1. de aïa 17. 6. met. 2. at forma cęli non abstrahit à materia, imo est educta de potẽtia materiæ, à qua pendet, vt cæteræ formæ materiales, licet nõ sint eductę per generationem 26 E

Non omnis forma physica à materia educitur.

Aliud est educi à materia aliud abstrahere à materia.

tionem vi agentis naturalis,vt produeũtur alię formæ materiales inferiorum,vt suo loco.

Cur formæ physicæ dicantur corruptibiles.

Ad secundam probationem respondeo ibi, Arist.duo considerare. Primo, reijcit exquisitam considerationem principij secundum formam.i.intelligentiarum ex communi, ad Metaphysicum pertinent,vt 12.Met.43. Secundo ostendit ad physicam pertinere formas physicas.i.quæ respiciunt materiam,& de his solum nominat formales, quia formæ physicæ ferè omnes sunt corruptibiles vt ẽt docet 6.phys. tex.3. vnde distinguit formas has corruptibiles à formis abstractis, & non excludi formas incorruptibiles patet,qa prius proponit se acturum de formis physicis in genere, & postea in specie nominat corruptibiles:ergo forma physica latius patet,quam formæ corruptibiles.

Physicus agit de quatuor causis.

27 Ad primam cõfirmationem ibi probare quidem physicã resoluere quæstiones in quatuor genera causarum ex generatione tanquam ab exemplo quodam,idq; optima ratione,tũ quia cum generabilia pertineant ad physicum, vbi ꝓbauerit de generabilibus inqri quatuor causas,satis probatum erit physicas has quatuor causas inquirere, præsertim cum physica ferè tota in rerum generabilium natura contéplanda versetur, tum quia ex generatione nobis facilius innotescit inquisitio omnium causarum etiam in rebus incorruptibilibus per Analogiã quamdam, innota enim est via, vt à notioribus nobis ad obscuria cognoscenda procedamus.

Explicatur Aristot. 12.met.5.

Ad secundam confirmationem ibi expresè dici substantiam sensibilem,tam sempiternam, quam corruptibilem, esse physicã, quia vtraq; est cũ motu,&quod additur in argumento,qđ sint tria negotia distincta meo tex.nõ habetur, sed tantum postquam ostendit illas substantias ad naturalem pertinere subdit: *Ista autem* (idest immobilis)*alterius* est 5.Metaph.*si nullum eius commune principium est*,idest si non conueniunt in aliquo communi,quod Scot.ibi putat fuisse dictum,quia Metaphisicus considerat etiam substantias mobiles,quatenus conueniunt cum substantia immobili in rõne entis.

Ad tertiam confirmationem concedi libenter ad Physicum pertinere considerare intelligentias,vt motrices,imò & primum Motorem quod præstatur in 8.Phys.non tamen secundũ se,& propriam ipsorum naturam.

ART. V. Ostenditur obiectum non esse ens mobile,vel naturale.

Obiectũ non est corpus vt commune per prædicationem cõpositis, & partibus, ac accidentibus.

28 Secunda conclusio, ens mobile,vel naturale, vt est commune per prædicationem compositis physicis, & horum partibus, & accidentibus,non potest esse obiectum adęquatum;neq; attributionis,neq; communitatis,scientiæ physicæ , & quidem de obiecto attributionis concedunt omnes,non enim omnia , quæ considerantur in physica dicũt attributionem ad hoc ens;attributio enim proprie est vnius ad aliud sibi extrinsecum, at huiusmodi ens intrinsecè imbibitur in omnibus in physica consideratis. quare solum est difficultas de subiecto commu-

Primum fundamentum.

A nitatis,de quo conclusio probatur: Primo, ex conditione obiecti,nam obiectum etiam communitatis non comprehendit sub se tanquam species principia,& passiones, quas considerat scientia ex 1.Post.tex.25. vbi omnis inquit demonstratiua scientia est circa tria .s. Genus .i. Subiectum,passiones,& Principia; vnde subiectum distinguitur à passionibus, & principijs; sed materia, & forma considerãtur in physica, vt principia corporis physici;ergo &c. Respõdent sicut Elementa possunt considerari, & vt principia corporis mixti,& secũdum se vt species obiecti,ita etiam & materia,& forma. Sed contra,quia elementa possunt quidem conside- B rari,vt species obiecti,quia sunt species quędã integræ, de quibus in recto prædicatur corpus,&si per impossibile auferretur corpus mixtum,adhuc essent in vniuerso,quare secundũ se considerari possunt: at materia, & forma, cum sint entia essentialiter ordinata ad compositum,non nisi respectiuè ad corpus considerãtur. Sed instatur nam Metaphysicæ obiectum ponitur ens,non solum vt cõplectitur,quæ ponuntur in recta linea prædicamẽtali,sed etiam, quæ à latere, quæ sunt entia magis partialia, q̃ materia,& forma,nã passiones, quas Metaphysicus demonstrat de ente,conueniunt illi vt est commune omnibus, tam ijs, quæ ponuntur in C recta linea,quã, quæ à latere. Resp.de obiecto Metaphysicæ suo loco dicemus;nũc vero dico esto obiectum Metaphysicæ sit ens secundum illam latitudinem,quam volunt Aduersarij;negatur consequentia, & ratio diuersitatis est, quia Metaphysica habet duas partes,vnam,quę agit de substantia, & hæc constituit scientiam Metaphysicam; alteram,quæ agit de transcendentibus,& hæc adiuncta fuit,alteri; tum quia scientia de transcendentibus non congruè cõstituebat scientiam integram; tum quia conuenirent sub eadem abstractione; nec illæ passiones demonstrari poterant congruè,& adæquatè de substantia: & præterea partes,quæ ponũtur à latere,non cõsiderantur à Methaphisico, D vt species obiecti,quatenus cõsiderãtur vt partes,sed vt entia,quæ participent passiones trãscendentes: at hæ rationes non sunt in obiecto physicæ,nam & passiones omnes cõgruentius, vt ostendemus, demonstrantur de ente solum integro,& materia, & forma non nisi vt partes participant passionem mobilitatis.

Responsio Aduersariorum.

Refellitur.

Materia,& forma nullo modo considerantur, vt species obiecti physici.

Instantia.

Reijcitur.

Cur obiectũ metaphysicæ sit ẽs cõmune substãtiæ, & accidentibus.

29 *Secundum Fundamentum.*

Explicatur ens naturale.

Secundo probatur ex significatione entis naturalis; ens enim naturale ex 2.Phys.initio dicitur,id,quod habet naturam:hoc aũt est compositum ex materia,& forma,quæ ibi dicuntur naturæ,sicut accidentia,quales sunt passiones, dicuntur entia secũdum naturam:ergo ens naturale non potest prædicari in recto de mate- E ria,& forma,& accidentibus,quia totum physicum non potest prędicari de sui parte,neque substantia de accidentibus. Confirm.quia obiectũ physicę debet constare ex principijs physicis: at materia,& forma non constant ex illis, sed potius sunt principia, & si q̃ habent compositionem, potius est ex principijs metaphys.

Confirm.

Tertio,probant alij ex passionibus,ꝙ passio adæ-

Aliorum fundamentum, ex eo quod motus nõ conueniat materiæ, & formæ, sed corpori.
Fab.

30 adæquata obiecti physici, .i. motus non conueniat materiæ, & formæ, quia ex Arist. 6. Phys. 32 omne mobile est corpus, & ostẽdit Fab. theor. 20. c. 2. nam materia, & forma nulla specie motus possunt moueri. Non quidẽ motu generationis; nam materia 1. phys. 82. dr̃ ingenerabilis, & incorruptibilis, & forma est principium, & causa, non autem causata, & principiata, neque alijs motibus; nam materia, & forma non possunt esse termini illorum motuum, cũ sint partes substantiales, & termini illorum motuum, nec sint accidentia, nec subiectũ, quia id, quod mouetur per se his motibus, est corpus, nam vt huic per se cõueniunt accidentia, ita & motus ad accidentia.

Dices, materiæ, & formæ vario modo conuenire motum, ac corpori, nam vti corpus est subiectum adæquatum motus, ita materia est subiectum radicale, & forma est subiectum motus terminatiuè; sed contra, quia hinc sequeretur quicquid est coniunctum cum motu, & habet aliquam relationem ad motum, esse subiectum, vel speciem subiecti scientiæ, quæ considerat motum vt passionem, sed hoc esse falsũ patet, nam hinc sequeretur nullum esse discrimen inter principia, passiones, & partes subiecti, sed omnia essent partes .s. subiectiuę subiecti, quia omnia principia, & passiones pertinẽtes ad physicum, sunt aliquo modo mobilia, alioquin non pertinerẽt ad physic. vt rectè notauit Arist. 1. Met. summ. 2. cap. 11. neq; satis est vt dicatur res mobilis, quod sit terminus motus, vt patet ex definitione loci, qui cũ sit terminus rationis definitur esse terminum corporis continentis immobiliter.

Sed hæc ratio quam vim habeat patebit ex argumentis Aduersariorum.

Errarũt in hoc Flaminius, & Philalth.

Hinc patet errasse Flaminium, & Filalteum, dum dixerunt obiectũ esse naturam, nam obiectum est id, quod habet naturam, vt patet ex dictis in sensu tamen à nobis dicto explicari possunt.

Proponuntur, ac soluuntur argumenta contra secundam conclusionem.

Obijc. 1.

31 SED contra hanc conclusionem, primo obijcitur auctoritas Arist. 6. Meth. initio, vbi ait: *naturalem esse circa quodam genus entis*, idest circa talem substantiam, *in quo est principium motus, & quietis.* & infra: *Naturalis est speculatiua circa tale ens, quod possibile est moueri.* Confirm. 1. ex 11. Met. sum. 2. c. 1. vbi assignans discrimen inter Metaphysicam, & Physicam: *Naturali,* inquit, *speculatione de eis,* idest accidentibus, & principijs, *Non prout entia, sed prout motu participãt attribuere quispiam queat.* Confir. 2. ex 1. cęli in proœmio: *scientia,* inquit, *de natura ferè plurima videtur circa corpora, & magnitudines, & horum passiones, atque motus, adhuc autem, & circa principia, quæ tales substantiæ sunt.*

Confirm. 1.

Confirm. 2.

Inde colligi corpus esse subiectũm.

Resp. inde clarè colligi, corpus esse subiectũ, nam concludens, ibi constituit subiectũ, in quo est principium, motus, & quietis, cuiusmodi nõ est materia prima, sed corpus, in quo est materia, & forma, quæ sunt principia, & idem probatur ex verbis sequentibus, vbi *Naturalis dicitur speculatiua circa tale ens, quod est possibile moueri.* hoc autem est corpus, non materia prima.

Ad 1. confirm. Eò modo quo motus participatur, eo modo ad physicam pertinet.

Ad primam confir. Resp. libẽter à nobis cõcedi ea, que participant motum, pertinere ad physicum; sed vt rectè aduertit Balduin. sicut motum diuersa ratione participant, ita dissimiliter ad physicum pertinent. quædam enim pertinent, vt partes .s. subiectiuæ, quędã vt passiones, quædam vt principia, quia ita referũtur ad motum: hinc autẽ non colligitur, materiam primam, & formam, ac accidentia pertinere ad physicũ, vt passiones subiectiuas, imò hoc argumẽtum retorqueri potest, non. n. subiectum in scientia ponũtur principia, & passiones, sed id, cuius sunt principia, & passiones, alioquin si omnia, quæ participent motum, debent poni, vt species obiecti, sequeretur nihil in physica considerari, nisi vt species obiecti, quia omnia referuntur aliquo modo ad motum.

Ad 2. confirm.

Ad secundam confirm. ibi numerari ea, quę tractat physicus, nõ tamen explicare, an tractet vt specie, seu alia ratione, quare conceditur illa omnia tractari à physico, sed corpora, vt species obiecti, cætera autem vt principia, passiones, vel alia ratione, qua referuntur ad corpora mobilia, & id colligi potest ex verbis ipsis Arist. nam ait ferè plurima est, quod si voluisset assignare obiectum, non dixisset ferè plurima, quia ibi numerantur, & corpora, & passiones, & principia, quare non esset, cur dixisset fere plurima, sed tota est de illis.

2. Obi. probat motum esse in materia.

Secundo obijcitur illud est subiectum scientiæ, quod est subiectum communissimæ passionis: at hoc est ens quaterus est commune corporibus, & materię, & formę; nam in definitione motus, qui est communissima passio ponitur tanquam illi subiectũ ens in potẽtia, 3. physicor. 6. Ens autem in potentia est materia prima, quæ essentialiter cõstituitur per potentiã, vnde 5. phys. 3. Arist. dixit, motum non esse in forma, sed in ligno, idest in materia, neq. enim mouet, neque mouetur forma, aut locus, aut ipsum tantum. Confirm. quia quantitas, quæ est prima passio physica, est secundum probabiliorem opinionem in materia prima tãquam in subiecto: similiter generatio substantialis subiectiuè, est in materia prima, licet conueniat composito tanquam termino. 32

Arist.

Confirm.

Confirm.

Confirm. secundo, quia motus intensionis, & remissionis conuenit formis accidentalibus, & nullo modo composito substantiali, calor enim dicitur intendi, & remicti, & non substantia: imò hæc ponitur incapax intensionis, & remissionis. Neq; dicas has passiones primario conuenire composito, secundario autem materiæ, & formæ, cum illis conueniat, vt ordinantur ad compositum, vnde generatio etiam si sit subiectiue in materia, & terminatiue, vt quo in forma, tamen simpliciter dicitur generari totum, non materia, vel forma, non inquam id dicas, tum qa instat Iauellus, prius generatio, & quantitas

Instantiã Iauelli.

tiras est subiectiuè in materia, & terminatiuè in forma, quam conueniat composito, sed in illo priori hæ passiones non possunt pertinere ad aliam scientiam, quam ad physicam; ergo in illo priori non possunt demonstrari, nisi de materia, & forma, quia non est aliud, de quo demonstrentur.

33 Respondet Balduinus 1. negando motũ esse primam passionem entis mobilis putat enim se demonstrasse nõ dari ordinem inter passiones essentiales subiecti, & ideo vnam nõ esse priorem alia; sed non placet Piccolom. loc. cit. c. 29 quia fuse ostẽdit dari ordinem inter passiones eiusdẽ subiecti, & significãt Conimb. in proœm. q. 4. ad 7. vbi ponunt quantitatem permanentẽ esse primam passionem, & præstantiorem motu, tamen à Philosophis motui tribui principẽ locum, quia ex 8. phys. tex. 22. est passio magis physica, vt potè, per quam rerum naturalium essentia, gradus, species, disquiri, atque explicari consueuerunt; Quare respondet 2. negando motum esse passionem, sed mobilitatem, quia motus est actualis, & indiuidua operatio corporis mobilis non conueniens subiecto in specie, vt tractatur in arte, sed tantum in indiuiduo; actiones enim sunt suppositorum, sicut risus est actus proueniens ab homine mediante aptitudine ad ridendum, quod putat se demõstrasse contra Nifum, & mihi probatur, sed deinde manet difficultas de mobilitate, quare.

Motus non esse prima passio ex Balduino.

Reijcitur a Piccolom.

Resp. 2. idem.

34 Resp. 3. ibi nomen entis non sumi nominaliter, pro vt significat, quicquid quo quomodo est, sed sumi verbaliter, vt significat id, quod existit, & explicatur nomine mobilis; hoc autẽ est corpus, cui conuenit primario existere, quod Faber theor. 20. c. 2. probat ex 5. phys. tex. 7. 8. & 9. dum ostendit omne, quod mouetur debere esse actu, & 3. phys. tex. 8. explicans definitionem motus, ne quis existimaret motum esse actũ entis, quod est omnino in potentia (cuiusmodi est materia prima) distinguit ens omnino in potentia ab ente, quod partim est in actu, partim in potentia, & ait motum esse actum huius entis non quatenus est in actu, sed quatenus est in potentia: ex quo colligit omnia entia physica mota mouere, quia partim sunt in actu, partim in potentia, hoc autem non cõuenit materiæ primæ, sed composito, vt patet ex definitione materiæ primæ, quam infra referemus, & ostendit Arist. sæpe 11. met. sum. 4. c. 3. subiectum motus esse ens, & ideo probat generationem non esse motum, vt optimè Alensis, & alij ibi notant, neque Aristot. 5. physic. tex. 3.

Tertia Resp. Auctoris.

Ens, & nominaliter, et verbaliter accipi potest.

Faber.

Explicatur definitio motus.

Alensis.

35 Negat formam, quatenus est pars compositi, quod subiectiuè mouetur, moueri per accidens, sed tantum non moueri, quatenus est terminus motus, nam vt sic non ipsa forma mouetur, sed subiectum dicitur moueri ad formam, quæ explicatio est magis ad mentem Arist. quã explicatio Fabri loco citat. dicentis Arist. negare formam esse mobilem per se, non tamen negare esse mobilem per accidens.

Cur forma dicatur non moueri.

36 Ad primam confirmationem respon., quod attinet ad quantitatem magnã esse controuersiã, in quo sit subiectiuè; Themistis contendẽ-

Satisfit primæ conf. ex varijs opinionibus diuersa sentientium de subiecto quantitatis.

A tibus esse in toto composito, secundum quam opinionẽ nullam haberet vim argumẽtum, vt patet: alijs vero contendentibus esse in materia prima, secundum quam opinionem, dicitur nõ esse passionem illius, quia conuenit cœlo, quod vel est substantia simplex, vel probabilius compositum ex materia diuersæ rationis: imò conuenit formis substantialibus, & accidentalibus; neque dicant esse passionem, non quidem materiæ primæ, sed alicuius prædicati, seu gradus communis his omnibus, nã etiamsi, id esset verum, adhuc non posset dici passio demonstrabilis de illo communi, quia non conuenit illis, nisi quatenus ordinãtur ad compositum, quod
B exigit in se, vel in suis partibus, & accidentibus quantitatem: quare, prima causa quantitatis est compositum; & id quidem iure, nam siue quantitas requiratur propter existẽtiam compositi, siue propter operationes, semper dicitur primario conuenire composito, vt enim operationes, etiamsi immediatè eliciãtur à formis, & potentijs accidentalibus, tamẽ primario dicuntur conuenire composito, ita & quantitas, quæ est necessaria, vt in composito recipiantur accidentia, & ab eo oriantur operationes.

Quantitas primario cõuenit composito.

37 Deinde etiãsi quãtitas esset passio primario cõueniens materiæ, & de ea demonstraretur, adhuc tamen non debet poni tanquã pars subiectiua obiecti, nã nõ quicquid est subiectum ali-
C cuius demõstrationis, quæ fit in scientia, debet poni subiectum totale, & adæquatum, vel partiale illius scientiæ, alioquin omnia accidentia, partes integrantes, & essentiales, tum physicæ, tum metaphysicæ, deberent poni species obiecti, quia semper de his aliquid demonstratur in scientia v.g. oculum debere esse talis complexionis, propter talem operationem, & sic de alijs; sed subiectum debet poni, id, ad quod omnia, quæ tractãtur in sciẽtia reducãtur, vt partes principia, & passiones; at ens, quod est cõmune materiæ, & passionibus, seu accidentibus physicis, non est huiusmodi, quia nõ omnia reducuntur ad illud, vt partes principia, & pas-
D siones, quia ad illud reducerentur potius omnia, vt passiones subiectiuæ, & hinc fit, vt quando ex aliquo fluũt plures passiones se inuicem consequentes ponitur subiectũ scientiæ illud, ex quo fluũt tanquam ex prima radice passiones, & non aliquid cõmune radicali principio, & proximo: & ex his patet ad instantiam, quæ affertur de generatione, quæ licet primario primitate executionis sit in materia subiectiuè, tamen primitate intẽsionis inest primario composito; & etiam si inesset materiæ non satis est, vt dicatur pars subiectiua propter rationes assignatas, quia quicquid illi cõuenit, vt parti cõpositi; ex qua ratione soluitur etiam.

Etiam si quantitas esset primario passio materiæ, adhuc materia nõ esset partiale obiectũ.

Generatio primario, quoad exequutionẽ est in materia subiectiuè. quoad intentionem est in composito.

38 E Secunda confirmatio, nam licet intensio, & remissio sit propria accidentium, tamẽ illis cõuenit cum subordinatione ad substãtiam: quare si de ipsis fit aliqua demonstratio semper tamen cum subordinatione ad substantiam: & præterea etiamsi intensio, & remissio, vt his nominibus explicantur, & quasi in actu signato non conueniat substantiæ, tamen qualitas, quæ inten-

Intentio, & remissio, ita accidentium propria concedenda est, vt ab ea subordinatio ad substantiã non excludatur.

intenditur,& remi&titur quasi in a&tu exercito, denominat substãtiam,hæc enim denominatur calidior,& frigidior; vnde aũt ea varietas oriatur, dicetur cum de intensione,& remissione.

Instantia.

Dices, etiam si partes,& accidentia, vt referuntur ad compositum,nõ possint poni vt species obie&ti,tamen vt pręscindunt ab ordine ad compositum, & considerantur secundum se, non est, cur non possint poni vt species obie&ti physicæ; tum quia vt sic non dicunt ordinem ad materiam, atque adeo non continentur sub abstra&tione physica: tum quia quantitas etiam si essẽtialiter respiciat subie&tum,adhuc tamen potest ab eo ordine abstrahi, & poni obie&tum scientiæ, sicut nunc ponitur obie&tum mathematicæ,quod plus est, quàm poni speciem obie&ti eiusdem scientiæ,quæ considerat illa,& vt

39 relata ad cõpositum,&secũdum se,& sic ponũtur species obie&ti. Resp.negari nõ posse,quin huiusmodi entia possint concipi sine ordine ad compositum,sed tunc non cõcipi perfe&tè, sed imperfe&tè,atque adeo cognitionem illam non esse sciẽtificam,nisi resoluatur in principia prima; hæc autem sunt principia essentialia, quæ pendent à composito,ad quod essentialiter ordinantur, & ideo eorum cognitio omnis reducitur ad compositum, atque adeo continetur sub abstra&tione physica,qua cognoscitur compositum. Neque obstat illud,quod adducitur de quantitate, quia mathematica non demonstrat passiones quãtitatis, quæ requirũt cognitionem essentiæ quantitatis in ordine ad compositum, quia vt sic quantitas pertinet ad physicum,vt passio,sed demonstrat passiones quasi extrinsecas .s. in ordine ad aliam quantitatem, ratione quarũ nõ est necesse cognoscere perfe&tè essentiam quantitatis, & ideo illa cognitio pertinet ad aliam scientiam, quod etiam Conimbr.q.4.ad.5.docent de motu,vt consideratur ab Astrologo,quia.s.non cõsiderat motum, vt est a&tus entis in potentia,qua ratione pertinet ad physicum, sed secundum mathematicas rationes,.s.numerum,æqualitatem,mensuram, propinquitatem,& alia attributa,de qua re Simpl.2.phys.tex.26.Auer.2.cæli tex.57.& 1.met. com.9.Alci.de doctrina Plat.c.6.Greg.1.d.24. q.2.ar.2. ex quo potius retorquetur argumentum,quia accidentia, vt sic considerata, si non reducerentur ad cognitionem subie&ti,iam deberent efficere scientiam omnino distin&tam, quia haberent diuersam abstra&tionẽ ab abstra&tione physica,vt di&tum est in argumẽto,sicut dicitur de quantitate, quod tamen neque ipsi Aduersarij concedunt; hoc autem verum esse nõ pôt,nisi quia eorum cognitio omnino reducitur ad cognitionem subie&ti: ex quo etiam patet,idem dicendum esse de motu quantitatis existentis extra subie&tum,vt patet in augustissimo Eucharistiæ Sacram.nam id habet,non ex natura sua, sed vi antecedentis miraculi, vnde habet,vt sit per se, semper tamen cum ordine ad subie&tum, & ideo optimè diximus,motum semper conuenire corpori substantiali; tũ quia ita naturaliter est; tum quia si aliquando aliter fit supernaturaliter,semꝑ est cũ ordine ad corpus. Quod Confirm.quia sicut physica nõ potest cognoscere obie&tum abstra&tum à materia,vt patet,ita neque accidens, vt præscindit à subie&to,quia consideraret illud, vt abstra&tum à materia, atque adeo non potest illud cognoscere,nisi vt passionem. accidens autem abstra&tè à materia ad metaphysicum pertinet.

Reijcitur.

Cognitio accidẽtis, & cuiuslibet partis sine ordine ad compositum, neque perfecta, neque scientifica est, nisi resoluatur in prima principia.

Mathematica non considerat passiones intrinsecas quantitatis in ordine ad cõpositũ, sed tantum extrinsecas in ordine ad aliam quantitatem.

Simpl. Auerr. Alcino. Greg.

40 Obijcitur secundo,quod est obie&tum alicuius partis physicæ,debet constitui species obie&ti totius, quia vt physica continet omnes partes scientiæ, ita totale obie&tum debet cõtinere omnia obie&ta illarum partium, sed anima, quæ est pars corporis est obie&tũ librorum de anima, & similiter principia dicuntur obie&ta 1. & 2. Phys. ergo similiter accidentia erunt obie&ta alterius partis phys.

Obiic.2.

Confirm. quia ratio communis corporis, vt distinguitur contra spiritum, est scibilis, quia de illa demonstrari possunt aliquæ passiones communissimæ, quæ reperiuntur in omnibus corporibus, vt quantitas &c. Sed non potest ad aliam,quam ad physicam pertinere; ergo illa ratio debet poni obie&tum, ad quod omnia, vel vt partes, vel vt principia, vel vt passiones reducuntur.

Confirm.

Resp. animam posse considerari tripliciter. Primo,secundum se. Secundo,vt est in corpore. Tertio,secundum statũ extra corpus, primo, & secundo modo pertinere ad physicum; quia vt sic, vel dicit ordinem ad materiam, vel est a&tu in materia,& hæc cognitio pertinet ad eius essentiã.Sed tertio modo pertinet ad Metaphysicum,vt alibi demonstrabitur. Hinc tamen non fit, physicum abstrahere secundum rationem à materia,vt patet:neque animam esse obie&tum lib.de anima,quia ibi cõsideratur, vt pars animalis, atq; obie&tum illorum librorum esse animal, cui conueniunt passiones ibi demonstratæ, quare potius retorqueri argumentum.

Respon.

Anima tripliciter consideratur.

Ad Confirm. illam rationem communem, vt dixi, reduci ad corpus substantiale, quia eatenus est communis, quatenus conuenit alijs à corpore,sed in ordine ad corpus, quare ratio illa communis,licet possit esse subie&tum alicuius demonstrationis, non tamen est scibilis, vt obie&tum scientiæ.

Ad confirm. responsio.

ART. VI. *Obiectum non esse aliquid commune composito substantiali,& accidentali.*

41 Tertia Conclus. obie&tum materiale scientiæ physicæ non est ens mobile, vel materiale, vt est commune per prædicationem ad compositũ substantiale,& accidentale,est contra Caiet.& Astodillum. Hanc probat 1.Faber Theor.20.c.3.nam huiusmodi ens,vel est cõpositum ex materia,& forma,& erit idem,ac corpus;vel est diuersum Quid, & erit figmentum, quia impossibile est dari aliquod ens commune decem prædicamentis, cuiusmodi esset hoc ens,nam esset commune substantiæ,& accidẽtibus, quæ includuntur in composito accidentali; vnde sequeretur, qđ quidquid ponitur in

Obiectum non est ens mobile prædicabile de composito accidentali.

Contra Caiet. & Astodill.

Fundamentum Fabri.

prædicamento substantiæ, vel in prædicamentis accidentium esset compositum ex regula antepraedicamentali. Quidquid prædicatur de prædicato, prædicatur de subiecto illius prædicati; sed hęc ratio nullam vim habet, quia facilè responderi posset hoc prædicatum abstractum non esse commune omnibus cōtentis in prædicamento substantiæ, vel accidentium, sed tantum ijs, quæ habent compositionem aliquā ex materia, & forma substantiali, vel accidentali, hinc autem nō sequitur substantias spirituales, & accidentia secundum se esse composita, quod ipse deducit tāquam absurda, quia substantia spiritualis, & accidentia secūdum se nō subsunt illi prædicato abstracto.

Reijcitur.

42 Secundo probat idem Faber, nam vel accidentia sunt composita ex materia, & forma, & repugnat naturæ ipsorum, cum nihil substātiæ includant, vt ostendit Soncinnas 12. met. q. 22. & D. Thomas 2.2. q. 52. artic. 4. vel sunt formæ simplices, & non possunt esse partes integrantes, & subiectiuę entis mobilis, quia per ens mobile Caietanus intelligit compositum ex materia, & forma; quod si dicant accidens esse formam simplicem secundum se, & vt sic non esse ens mobile, sed vt iungitur substantiæ constituit speciem entis mobilis, de qua prædicatur ille conceptus communis, contra instat Faber, nam vt iungitur substantiæ constituit ens per accidens, quod sicut non est ens per se neq; mobile per se, sed per accidens ratione, s. subiecti in quo est, at ea, quæ sunt mobilia per accidēs non sunt species obiecti physicæ, quia mobilitas non conuenit illis per se, & secūdum quod ipsum, vt requiritur in scientifica demonstratione, præsertim cum entia per accidens non sint scibilia 6. metaph. 2. verum quam vim habeat hæc ratio patebit ex ratione sequenti, ideo.

Eiusdem Fabri aliud fundamētū p nostra conclusione.

Accidens vt vnitur substantiæ constituit ens per accidens.

43 Tertio probant alij omnia composita accidentalia sunt entia per accidens, quia continet in se res diuersorum prædicamentorum, sed entia per accidens non sunt scibilia ex Arist. 6. met. 4. 5. phys. 1. vbi oē per accidens excluditur ab arte, & patet ratione, quia non habet vnam materiam, & definitionem, atque adeo non potest esse principium vnius passionis.

3. Aliorum probatio.

Ad hoc argumentum respondet Astodillo; distinguendo ens per accidēs multipliciter dici; primo accidentalitate p̄dicationis quomodo dicitur paries visus. 2. accidentalitate rei, quomodo dicitur homo risibilis, risibilitas enim est accidens reale inhærens homini. 3. accidētalitate conuenientiæ in aliquo, qui modus ab Arist. 6. met. 5. in quatuor diuiditur, nam vel est cōuenientia accidentalis in tempore, vt si in canicula pluat. Secūda qñ est cōuenientia in vno subiecto, vt albedo, & musica in hoīe, vel tertio in motu vt si descendente lapide fiat terremotus in aere, vel quarto est accidentalitas causalitatis, vt musicus ædificat; quibus positis respōdet, scientiā esse posse de ente per accidens accidentalitate rei, non solum vt de conclusione scibili, quod omnes cōcedunt; sed etiam, vt de subiecto; tum quia non est de ratione subiecti

Astodill. Resp. Entis per accidens multiplex acceptio.

Scientia esse potest circa ens per accidens accidētalitate rei

A esse vnum simpliciter, cum illi sufficiat analogica, quæ est minima vnitas, vt patet ex subiecto metaphysicæ; tum secundo, quia secūdum Arist. in 2. post. tex. 5. potest demonstrari secūda passio de subiecto mediante prima, vt risibilitas de homine mediante admiratiuo, at in hac demonstratione medium est subiectum cū prima passione, quod est ens per accidēs; quia debet sumi passio prima, non in abstracto, sed in concreto, vt possit formari demonstratio hoc modo; *omne admiratiuum est risibile omnis homo est admiratiuus; ergo omnis homo est risibilis*, vbi ly admiratiuum, dicit hominē cum admirabilitate; Deinde docet posse esse B scientiam de ente per accidens, etiam si sumatur tertio modo, nam perspectiua est de linea visuali, & musica de numero sonoro, quæ sunt entia per accidens tertio modo, visualitas enim cum non vniuersaliter ei conueniat, vt patet in lineis aeris, & cœlorum inuisibilibus, accidit lineę; & similiter sonus accidit numero, quatenus, scilicet coniungitur cum voce; neque dicatur visualitates hic non accipi pro passione, sed p principio passionis, quod facit vnum p se cum linea, quia quero, pro quo supponit visualitas, vt est principium passionis, nā vel supponit pro linea, & non quia linea pertinet ad Geometram, neque est per se visibilis sine colore, vel supponit pro colore, vel luce, & sic eC rit ens per accidens, quia color, vel lux, & quātitas sunt diuersorum prędicamentorum, neq; dicas cum Flandria 6. met. q. 8. art. 1. ad 5. per lineam visualem circumscribi rationem subiecti perspectiuę, non tamen secundum se esse subiectum, quia 1. post. tex. t. 24. & 25. de subiecto in qualibet sciētia debet pręsupponi, quid est, & quia est, vnde oportet esse manifestissimum, at hic non apparet quid aliud sit nisi ponatur ens per accidens, vt dixi.

Fland.

Per lineam visualem circumscribi subiectū per se.

Respondent aliqui, omnia hæc argumenta procedere ex insufficiēti diuisione, quia subiectum non est linea tantum, neque vt visualitas tantum, neque vtrumque ex æquo, sed vnum D sub alio, vt vnum per se sit determinatio alterius, ita vt perspectiua attingat per se lineam, & visualitatem, primo quidem visualitatem, tāquam rationem formalem obiecti, tum secundario per se tamen attingitur linea, tanquam materia in qua existit visualitas, ita colligitur ex Caietano 1. post. cap. 14. 44

Impugnatur ab aliis.

Astodil. Resp.

Caiet.

Sed contra, quia etiam si hęc doctrina sit vera quoad subalternationem scientiarum, tamē hinc non tollitur, quin illæ scientiæ sint de ente per accidēs, quia hoc totum, *linea visualis*, dicit duo prędicamenta, nam hoc compositum habet minorem perseitatem, quàm compositū ex subiecto, & propria passione, quia sicut liE nea est de definitione visualitatis, ita homo de definitione risibilitatis, & sicut linea est per se principium visualitatis, ita homo risibilitatis; & præterea homo est adæquatum principium, *& secundum quod ipsum*, risibilitatis non autem linea visualitatis; vnde formatur hæc ratio, *quando pars materialis subiecti est de definitione partis formalis tunc de illo potest esse*

scien-

ſciētia tanquā de vno, & per ſe obiecto; ſed in definitione cuiuslibet accidentis in concreto eſt ſubiectum in primo modo perſeitatis, ergo de quolibet accidente in concreto poteſt eſſe ſcientia, atque adeo de corpore albo calido, & alijs huiuſmodi poteſt eſſe ſcientia; cum corpus non ſolum, vt ſubiectum, ſed etiam, vt principium ponatur in definitione illorum.

Confirm. Confir. quia alioquin phyſica non eſſet ſciētia, qa in hoc differt à Metaphyſica, & Mathematica, quod phyſica eſt de materia, vt ſubeſt qualitatibus ſēſibilibus, at Mathematica, & Metaphyſica ab illis abſtrahūt, at materia, vt dicit qualitates ſenſibiles facit ens per accidens.

Confir. Confirm. 2. nam in hac phyſica demonſtratione, *omne compoſitum ex contrarijs eſt corruptibile, omne mixtum eſt ſic compoſitum,* ergo ly omne compoſitum ex contrarijs, habet rationem ſubiecti, & eſt ens per accidens, non enim dicit tantum ſubſtantiam, quia ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, neque dicit tātum accidens, quia minor. ſ. (omne mixtū eſt compoſitum ex contrarijs) eſſet falſa, ergo dicit ſubſtantiam, & accidens.

Conf. ex Ariſt. Confirm. 3. ex Ariſt. 3. met. loco citato, vbi diſtinguens ens per ſe, de quo habetur ſcientia ab ente per accidens, de quo non habetur ſciētia, definit ens per ſe eſſe, quod ſemper, aut in pluribus eodem modo ſe habet, ſed homo v.g. riſibilis eſt ens per ſe eodem modo ſe habens; ergo habet perſeitatem ſufficientem ad ſcientiam, & definitionem.

Conf. ex eodem Confirm. 4. quia ſecundum Ariſt. loco citato, quando plura eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur faciūt vnum per ſe, ſed homo, & ſua complexio, vel ſuæ propriæ paſſiones ſic generantur, & corrumpuntur, ergo.

45 Ex quibus putat hic doctor Ariſt. non negare de ente per accidens accidētalitate rei poſſe eſſe ſcientiam, ſed tantum de ente per accidens accidentalitate cauſalitatis, vel accidentalitate conuenientiæ plurium in tertio, cuiuſmodi non eſt compoſitum accidentale, de quo dicimus eſſe phyſicam, quia licet albedo per accidens conueniat homini ſecundum ſe, tamē homini ſic, vel ſic diſpoſito neceſſario conuenit, & fit vnum per ſe quarto modo ſecundum cauſalitatem, ſicut materiæ primæ abſolutæ per accidens cōuenit forma ſubſtantialis hominis, tamen ſic diſpoſitæ neceſſario conuenit & fit vnus homo per ſe.

Scientia ex Ariſtot. non eſt de ente per accidens accidentalitate cauſalitatis, vel conuenientia.

46 Verum in hac doctrina multa ſunt dubia, quæ examinare non eſt huius loci; ſed ad tractatum ſcientiæ pertinet; vnde etiam patebit, quam vim hæc ratio habeat, & an aliqua paſſio fluere poſſit à duabus eſſentijs ęquè primo, cū quęlibet eſſentia ſuam habeat adęquatam paſſionem; & quomodo ex accidēte, quod nō habet neceſſariam connexionem, cum ſubiecto, poſſit ex illo, vt exiſtit in ſubiecto fluere paſſio neceſſaria, nam quod dicitur de linea viſuali, & numero ſonoro, reſpondent, qui cōtrarium opinantur, paſſiones fluere, à calore, & luce, quæ ſunt accidentia viſibilia neceſſario exigentia quantitatem, ſicut paſſiones conſideratæ à muſico fluunt à ſono, qui neceſſario habet aliquam quantitatem, vnde numeratur, quare omiſſa hac ratione, de qua Fonſ. lib. 6. c. 2. q. 1.

Auctoris iudicium circa Ariſtotelis reſponſionem.

47 Quarto probant obiectum phyſicæ debet eſſe, id, quod habet naturam, at compoſitū accidentale, vt ſic non habet naturam, nam eius partes non ſunt naturæ, cum pars formalis ſit accidens, & materialis ſit compoſitum ſubſtātiale, quorum primū eſt ens ſecundum naturā, alterum eſt, id, quod conſtat ex naturis. Maior probatur ex 6. met. initio, vbi phyſica dicitur verſari circa ſubſtantiam in qua eſt principium motus, quod etiam dixerat in proœmio 1. & 3. de cœlo.

4. aliorum ratio pro noſtra concluſione.

Probatur obiectum phyſicæ dici, quod habet naturam.

Confirm. 1. quia accidentia conſiderantur à phyſico, vt accidentia, & non vt partes conſtituentes, 2. phyſ. 18. vbi ponens differentiam inter Phyſicum, & Mathematicū ait eos cōſiderare eamdem rem, ideſt quātitatem, & eius accidentia, non tamen eodem modo, quia phyſicus conſiderat accidentia, vt terminos, & quatenus accedunt rebus phyſicis; at metaphyſicus ſeparat per abſtractionem, ideſt conſiderat illa, ac ſi eſſent ſeparata, in quo tamen non errat, quia abſtrahentium non eſt mendacium.

Phyſica eſt de accidētibus vt ſic, non vt ſua partes.

Confirm. 2. quia in ſcientijs intenditur cognitio veritatis, non quęcumque, ſed perfecta, & ordinata iuxta exigentiam rerum cognitarū, nam ſicut tunc cognitio eſt vera, quando conformatur obiecto, ita tunc eſt perfecta, quando cognoſcit obiectum modo, quo natura obiecti exigit, ſed modus magis perfectus, & ordinatus cognoſcendi accidentia phyſica, eſt vt per ſuas cauſas demonſtrentur in ſubiecto, in quo ſunt; nam hoc exigit natura accidentium, ſicut enim ordinantur per ſe primo ad perfectionem ſubſtantiæ in qua ſunt, ita demonſtrari debent illi conuenire, & ineſſe, & ſicut non per ſe primo ordinantur ad conſtituendum aliquod compoſitum (ſi enim poſſent perficere ſubſtantiam ſine compoſitione adhuc eſſent; ita non conſiderantur in ſcientia, vt partes componentes, atq; adeo compoſitum reſultans ex illis non poteſt habere rationem obiecti reſpectu illius ſciētię, quæ illa conſiderat, vt paſſiones obiecti.

Scientia intendit cognoſcere res ordinatè.

Confirm. 3. Confirm. 3. quia duo genera accidentiū conſiderari poſſunt à phyſica; primo accidētia per ſe conuenientia corporibus phyſicis, & de his conſtat non conſiderari, vt partes conſtituentes ſpeciem obiecti phyſici. Secundo accidentia, quæ conueniunt per accidens, & hæc vt ſic neque, vt paſſiones, neque, vt partes conſtituētes conſiderantur, quia ſpecies illa conſtituta non poteſt habere in ſubiecto cauſas determinatas, & per ſe ſicut exigit ſcientia; hoc enim eſt conuenire per accidens v.g. albedo, vt conuenit parieti non habet in eo cauſas determinatas, & per ſe, ſed vt illi contingenter aduenit albedo, ita etiam, & cauſæ per ſe albedinis, quæ ſi aduenirent alteri corpori, tūc in eo cauſarēt albedinem, & efficerent compoſitum accidentale. Quod ſi dicant licet aliquod accidens v.g. albedo per accidens conueniat alicui ſubiecto v.g. parieti, tamen neceſſario habet

aliquod ſubiectum, cui adæquatè conueniat, & in quo habet cauſas per ſe facilè inſtatur albedinem reſpectu illius ſubiecti ſe habere, vt paſſionem demonſtrabilem, atque adeo non conſiderare, vt partem conſtituentem ſpeciē obiecti, & ex hac ratione hoc modo explicata poteſt habere vim commune illud argumentum, quod de ente per accidens, non poſſit haberi ſcientia.

48 *§. noſtræ concluſionis probatio.*

Quinto probatur ex cōditione obiecti ſciētiæ, nam obiectum ſcientiæ debet eſſe tale, vt non includat in ſe, vel ſub ſe paſſiones demōſtrabiles in illa ſcientia; ſed paſſiones debent eſſe extra conceptum ſubiecti; hac enim ratione paſſiones dicuntur accidere, & adæquatè conuenire ſubiecto, vt oſtendetur in tractatione de ſcientia, ſed compoſitum accidentale nō excludit, ſed includit in ſe paſſiones, quæ demonſtrantur in ſcientia phyſica: ergo. Minor probatur, quia ſicut compoſitum accidentale in communi includit omnia accidentia, quæ cū ſubſtantia vniuntur, ita compoſitum accidentale phyſicum includit omnia accidentia, quæ corpori phyſico, vt ſic cōueniunt, ergo includit omnes paſſiones phyſicas, quia omnis paſſio phyſica accidens quodam eſt, atque adeo nulla paſſio de eo demōſtrari poſſet. Cōfirmatur, quia ſi compoſitum hoc eſſet obiectum, deberet eſſe adæquatum, & nō ſpecies obiecti, at hoc eſſe falſum etiam aduerſarij concedunt, ſequela maioris probatur, quia compoſitum accidentale in ſuo conceptu includit ſubſtantiale, & accidens, vt enim eius naturam intelligatur debet explicari conceptus compoſitus ſubſtantialis tanquam pars illius, ſicut vt intelligatur natura compoſita ſubſtātialis debet explicari materia prima tanquā pars illius, atque adeo cognita ſemel eius natura, non eſt cur iterum explicetur, neque dicant explicationem illam non eſſe ſufficientem, quia non ſolum debet explicari, vt pars, ſed etiam ſecundum ſe, ideſt, vt habens ſuas paſſiones, & principia, non inquam id dicant, quia dum explicatur, vt pars compoſiti accidentalis, explicantur eius principia, ex quibus cōſtat, alioquin nō poſſet perfectè intelligi natura compoſiti accidentalis, & vt habet paſſiones iam conſtituit compoſitum accidentale, de quo ſecundum aduerſarios, demonſtratur generabilitas, vt quod, quia non eſt maior ratio de vno compoſito: quam de alio: quare nunquam demonſtrabuntur paſſiones conuenire corpori ſubſtantiali, ſed quod fiat compoſitum accidentale ex illis ſicut dicunt demonſtrari fieri albū quantum &c.

Compoſitum accidentale contra conditionē obiecti ſcientiæ includit in ſe paſſiones.

Confirm.

Occurritur inſtantiæ.

49 *Aduerſ. reſp.*

Reſpondere poſſent compoſitum accidentale, quod ponitur ſpecies obiecti nō conflari ex corpore ſubſtantiali, & quolibet accidēte, ſed quod phyſicè conuenit; paſſiones autem, quæ demonſtrantur metaphyſicè conueniūt, atque adeo compoſitum illud habere poteſt accidens extra ſe.

Refellitur.

Sed contra, tum quia paſſiones, quæ demōſtrantur de corpore naturali, non ſolum ſunt diſtinctæ formaliter, quæ metaphyſicè conueniunt, ſed etiam diſtinctè realiter, quæ phyſicè conueniunt, quod maximè verum eſt ſecundum opinionem Thomiſtarum, qui potentias animæ rationalis, & ſenſitiuæ putant diſtingui realiter; & negari nō poteſt in multis proprietatibus herbarum, & lapidum, tum quia non eſt maior ratio, cur potius vnum compoſitum accidentale, quàm aliud ponitur ſpecies obiecti, cum vtrumque dici poſſet mobile terminatiuè.

Alia aduerſariorū euaſio.

Reſponderi ſecūdo poſſent accidentia, quæ demonſtrantur de compoſito ſubſtantiali non conſiderari in fieri, ſed in facto eſſe.

Exploditur.

Sed contra, quia etiam, vt ſic eſſet compoſitum accidentale, atque adeo non efficeret vnā ſpeciem partialem obiecti phyſicæ, ſed includeret omnia accidentia, quæ in facto eſſe conueniunt rebus phyſicis, vnde nulla paſſio, quæ conuenit in facto eſſe remaneret extra illud, atque adeo nihil remaneret demonſtrandum de obiecto.

Confir. quia hinc ſequeretur nullā eſſe ſciētiam ſubalternatā phyſicæ, ſed eſſet pars phyſicæ, quia obiectum ſubalternatæ, cum addat cōditionē accidentalem ſubiecto ſubalternantis eſſet compoſitum quoddam accidentale, atque adeo ſpecies quędā obiecti totius phyſicę.

Afferuntur argumenta Caietani contra tertiam concluſionem.

50 *Explicatur opinio Caietani de compoſito accidentali, & de ente mobili.*

SEd contra illam inſurgit Caiet. dicēs obiectum eſſe ens mobile radicaliter, vt ſub ſe cōprehēdit compoſita ſubſtantialia, & accidētalia, ſiue ſint mutabilia ſecundum formam abſolutam, ſiue ſecundum vbi, neq; ens cōtractū per mobile putat eſſe idem ac corpus, nā ſicut ſubſtātia rōnalis eſt quid abſtractius, quā animal rationale, ita ens mobile, quā ſubſtātia mobilis, nā licet ex parte ly mobilis ſit æqua abſtractio, tamen ex parte ly ens, & ly ſubſtātia, nō ita; abſtractius.n. eſt ens mobile; Ex quo fit, vt ſicut concedens dari ſubſtantiam rationalē, adhuc poſſet dubitare an eſſet corpus, vel anima, vel aliud quid, deſcendendo ab abſtractione ad minus abſtractū, ita ſub ente mobili adhuc remaneret q̄ſtio, an illud ſit ſubſtantia, an corpus, & ideo ponit obiectum eſſe ens mobile; quod licet ſecundum vocem ſit, quid complexum, tamen ſecundum rem ſignificatam eſt quid incomplexum, & vnum ſicut id, quod ſignificatur per ens per ſe, vel per ens in alio, ꝙ Aſtudillo explicat dicens compoſitum accidētale in hoc propoſito, nō ſumi logicè, qua rōne ſupponit ꝓ ſubiecto connotādo formā, ſed ſumi phyſicè, vt dicit totum vnitum ex materia, & forma; ſicut homo nō dicit materiam cōnotando formam, ſed dicit totum vnitum: ex quo oritur, vt licet logicè album v.g. prædicetur de ſubiecto nō tñ ſi phyſicè ſumatur, ſicut neque dicitur homo eſt materia, vel materia eſt homo; quibus poſitis ſic probat.

Aſtudillo.

Compoſitū accidentale non ſumitur logicè, ſed phyſicè.

Caiet. fundamētum vnicum.

Illud eſt ſubiectum adæquatum ſciētiæ, cui adæquatè conueniunt principia illius ſcientiæ; cuiuſmodi ſunt in ſcientia phyſica tria principia,

pia, quæ tractantur in 1. physic. sed hæc reperiuntur, tam in composito substantiali, quam accidentali: ergo cõueniunt adæquate enti cõmuni vtrique. minor probatur, & quidem de composito substantiali omnes concedunt, de accidentali vero patet, tum ex auctoritate Aris. 12. met. à tex. 19. ad 29. vbi præcipue tex. 22. ostendit materiam, formam, & priuationem nõ arctari ad genus subiecti, sed vagari per omnia prædicamenta, & 1. phys. tex. 57. ait se tractare principia omnis generationis, æquè fere semper explicat exemplis mutationum accidentalium, tum patet ratione, nam vt corpus sub stantiale fit ex priuatione formæ substantialis, sic compositum accidentale fit ex priuatione formæ accidentalis.

51 *Respon. Principia comunia adæquantur composito substantiali, siue formaliter, siue virtualiter.* Resp. Principia substantiæ continere virtualiter principia accidentium, quia sunt causæ eorum, vt ait ibi Aristo. & ideo principia illa in communi adæquãtur corpori substantiali, siue formaliter, siue virtualiter; Sed contra obijcit Caiet. Primo, quia falsum est principia trãsmutationis substantialis contin ere virtualiter principia transmutationis accidentalis, nam priuatio, quę est principium mutationis substãtialis, non est principium accidentalis, vt patet in cęlo, in quo est principium mutationis accidẽtalis secundum vbi, & non substantialis: imò qui ponunt cœlum esse simplicem corporeitatem, negant in cœlo esse materiam, & formam. Secundo, *Cõtinentia virtualis non sufficit ad subiectum adæquatum.* quia etiam si concedatur illa cõtinẽtia virtualis, non tamen sufficit, vt corpus ponatur adæquatum obiectum, nam quãdo aliqua proprietas vniuersalis secundum prædicationem habet subiectum adæquatum secundum prædicationem, in quo reperitur causa, ratione cuius illa proprietas inest quibuscumque conuenit, illud dum subiectum secũdum quod ipsum, vt patet ex regulis traditis ab Arist. in 1. poster. de vniuersali prædicato, quia passio illa primario conuenit concep tui alto abstracto; & secundario obiectis partialibus, .i. mediante .s. gradu illo abstracto, sed ita est in casu nostro, qa transmutabilitas conuenit composito substantiali, & accidẽtali per aliquod commune vtriq; *Occurrit Aduers. responsioni Caiet.* ergo huic communi conuenit adæquatè, & secundum quod ipsum, & composito accidentali, & substantiali conuenit secundario, & media te. Neque dicas transmutabilitatem accidentalem reduci ad substantiam, quia ex hac ratione, nunquam posset demonstrari aliqua passio de ente communi substantiæ, & accidẽtis, nam posset dici passiones, vt conueniũt accidẽtibus reduci ad substantiam, atque adeo ens non erit obiectum metaphysicæ, contra communem ferè oẽm sẽtẽtiam, qui idcirco ponũt obiectũ attributionis metaphysicæ esse ens, qa illi primo, & per se conueniunt passiones, q̃ demonstrãtur in Metaphysica, & secũdario conueniunt substantię, & accidenti.

Confirm. Confirm. 1. Quia subiectum, vel erit ens mobile, vel corpus mobile, sed non potest esse corpus, vt infra probabitur: ergo.

Confirm. Confirm. 2. Quia id, quod fit tanquam terminus per mutationem, in physica est concep- A tus scibilis, cum habeat principia, & passiones, quæ requiruntur ad scientiam; sed id, quod fit, vt terminus est aliquid commune ad compositum substantiale, & accidentale physicum, vt probat Arist. 7. met. 28. hoc autem, nõ potest esse nisi obiectum physicæ, si enim physica adæquatè respiceret conceptum aliquem inferiorem, v. g. corpus substantiale non posset considerare conceptum illum superiorem, quia excederet fines suos, sicut si obiectum adæquatũ oculi esset visibile, non posset ferri in conceptũ qualitatis. *Respon. Conceptus analogice nõ conueniunt per se primo passiones.* Responderi potest id, quod fit, vt terminus p mutationem physicã esse quidem cõmune ad compositũ substantiale, & acciden- B tale, non tamen esse obiectum scibile sufficiens ad constituendam vnam scientiam, quia cum sit conceptus analogus, cui non conueniunt passiones per se primo, non potest esse obiectum scientiæ, de quo demonstrentur passiones, sed illę passiones debent primo demonstrari de cõposito substantiali, cui per se primo conueniũt, sed contra obijcitur doctrina Aristot. 1. poster. *Arist.* text. 11. vbi ostenditur passionem esse demonstrandam de subiecto, cui adaquatè conuenit, secũdum prædicationem, vt habere tres angulos æquales duobus rectis non conuenit adæquate figuræ, neq; ęquicruri, sed triangulo, ratione cuius conuenit æquicruri.

52 *Principia adequatè conueniunt corpori substantiali.* C Resp. Negando principia scientiæ non conuenire adæquatè corpori substantiali; nam principia propria scientiæ sunt materia, forma, & priuatio, quare vt materia propriè, & forma conueniunt corpori substantiali, ita illa tria principia conueniunt propriè, & adæquatè transmutationi substantiali; & licet etiam in mutatione accidentali reperiantur subiectum, forma, & priuatio, tamen illa non sunt princi- *Compositũ substantiale non potest esse principium physicũ.* pia, quæ tractantur in physica, nisi secundum quamdam analogiam, quia sicut materia prima se habet ad formam substantialem, ita subiectũ ad formam accidẽtalem, præsertim cum subiectum mutationis accidentalis non possit habe- D re rationem principij propriè, nam componitur ex alijs, quod repugnat definitioni principij, quia principium non potest dependere ab alio in eodem genere principij. & ideo principia illius mutationis accidentalis pertinent ad physicum, secundum hanc rationem non directè, sed indirectè, nec primario, sed secundario, & ita explicandus est Aris. cum ait hæc tria principia non coarctari ad genus substantiæ, sed vagari per omnia prædicamenta, loquitur enim de illis, vt principia accidentalia habent proportionem cum substãtialibus, & quatenus in alijs prædicamentis non reperiuntur primario, sed secundario, quod sufficit, vt ex illis, colligatur obiectum scientiæ. Secundo, dicitur E etiam si principia mutationis accidentalis pertinerẽt directè ad physicum, vt verè pertinent, *In obiecto adæquato constituendo attendenda est adæquatio secundũ prædicationem ordinatam, & requisitam ad scientiam.* quatenus secundum illa denominatur corpus substantiale mutari, adhuc tamen nõ debet poni obiectum adæquatum id, cui adæquantur illa principia secũdum prædicationem qualemcumque, sed id, cui adæquantur secũdum prædicationem ordinatam, & requisitam in sciẽtia

hoc

hoc autem est corpus substantiale, & non ens mobile, quia principia substantialia conueniũt illi, vt termino mutationis; principia autem cõpositi accidentalis conueniunt illi, vt subiecto accidentium, quod secundum ordinatam prædicationem ab illis denominatur.

Instantia.

53 Dices transmutabilitas est passio quædam communis vtrique composito: ergo etiam & principia. Resp. & dico primo, transmutabilitatem passiuam, quæ conuenit materiæ primæ, infra ostendetur non esse passionem, sed essentialem materiæ primæ, saltem in ordine ad formas substantiales, neque dicas potentiam receptiuam formæ non esse transmutabilitatem, co quod in cælo sit materia receptiua formæ sine transmutabilitate, nõ idcirco materia cæli differt à materia inferiori, quod illius potentia sit ad actum inseparabilem: Inferiorum autem ad actum separabilem ob capacitatem pluriũ formarum, in quo consistit ratio transmutabilitatis, hæc enim supra potentiam receptiuam nõ addit, nisi priuationem. Dico secundo, etiam si huiusmodi potentia esset passio demonstrabilis de materia prima, adhuc materia prima non potest poni sub obiecto scietiæ, quia de ea demonstraretur, vt habet rationẽ partis componentis obiectum. Dico tertio, transmutabilitas passiua corporis substantialis est passio illius, tum quia prius concipitur corpus in se constitutum, quam concipiatur receptiuum alterius; tum quia corpus substãtiale non est receptiuũ, nisi accidentium; ordo autem ad accidentia non est de primario conceptu substantiæ, alioquin substantia definiretur per additamẽtum, sicut definitur accidens contra Aris. 7. metaph. tex. 11. & sequẽtibus, quæ ratio, quam vim habeat dicetur alibi; neq; dicas in composito nõ esse aliam potentiam respectu accidentiũ; præter potentiam materiæ, nam etiam si vltro cõcederetur (de quo tamen alibi;) adhuc ex modo concipiendi compositum, illa non concipitur, vt constitutiua compositi, atq; adeo ex modo concipiendi se habet, vt passio, quod inde magis patet; nam accidentia dicuntur esse conuenientia, vel discõuenientia subiecto, sed hoc supponit essentiam subiecti constitutam, ratione cuius accidentia sunt conuenientia, vel disconuenientia. Dico quarto, corpus substantiale ratione huius potẽtiæ potest esse subiectum, quia ratione huius recipit accidentia, ratione quorum subiectiuè mutatur; vnde sicut in subiecto sunt principia adæquata illorum accidentium, ita ex illis potest fieri demonstratio, etiam si sint accidẽtia separabilia quatenus eorum causæ, cum quibus necessariam connexionem accidentia habent, possunt separari à subiecto. Dico quinto, quid sit transmutabilitas

Tràsmutabilitas passiua quid sit.

Precluditur aditus euasioni.

materia prima non potest poni sub obiecto scientiæ.

Ordo ad accidentia non est de primario cõceptu substantiæ.

54 terminatiua non satis constat, nam aliqui volũt esse prædicatum essẽtiale naturæ, vt enim producibilitas in communi est de essentia rei creatæ, nã & hinc distinguitur essentialiter res creata ab increata, & producibilitas rei nõ est aliud, quam rem posse existere ex vi agentis: ita producibilitas per generationem, quæ est idem, ac transmutabilitas terminatiua est de essentia rei

Explicatur qd sit transmutabilitas terminatiua.

Aliqui dicunt esse prædicatũ essentiale creaturæ.

A generabilis; nam & hinc distinguitur res generabilis à re ingenerabili, & posse generari est idem, ac posse existere ex vi generantis.

Confirm. Quia potentia ad existendum est de conceptu essentiali entis realis, at posse generari, non est nisi posse existere ex vi generantis. *Confirm. 1.*

Cõfirm. 2. Quia corruptibilitas est quædam mobilitas 8. phys. tex. 75. in omni motu inquit corruptio est, at constat mobilitatem supponi à Physico 1. phys. 8. ergo non est passio, quia passio probatur nõ supponitur, & licet aliquãdo sit notissima, tamen, vel demõstratur demõstratione *propter quid*, vel saltem, vt inquit Caiet. loco citato, à Physico deberet defendi. *Confirm. 2.*

B Confirmatur 3. ex Aristo. 10. metaphysic. vltimo, vbi ait corruptibile, & incorruptibile differre secundum potentiam, & impotentiam, & ideo non posse, neque simul, neque successiuè conuenire eidem indiuiduo, quia conueniunt substantialiter, idest per proprias essentias, vt ibi Alensis, vnde concludit differre plusquam specie, idest genere, siue logico, vt vult ibi Iandunus quest. 23. vel physico, vt vult communis, & iuxta hanc sententiam facilè soluitur argumentum, nam negatur transmutabilitatem esse passionem, & quando fit syllogismus, vbi est priuatio ibi est trãsmutabilitas, sed in compositis physicis est priuatio, ergo est transmutabilitas, ille non est demõstratiuus, sed potius argumentum à definitione ad definitũ, quia trãsmutatio non est nisi transitus subiecti ex priuatione ad formam, quia sicut essentia non demonstratur, ita neque principia essentialia. *Confirm. 3.*

C

Sed alij communiter putant esse proprietatem rerum, nam quando in re potest afferri ratio à priori in ea existens cur illi conueniat aliquod prædicatum, tunc illud prædicatum nõ est essentiale, sed accidentale, & aliquo modo proprium, quia rei nihil prius cõuenit sua propria essentia, ea enim præcisa res non est ipsa, sed corruptibilitatis, & generabilitatis potest afferri ratio inexistẽs in re, cui cõueniunt; ideo enim est generabile aliquid, & corruptibile, quia constat ex materia capaci plurium formarum, vel quia habet contrarium, vnde Aristot. 10. met. vltimo dixit corruptibilitatem, vel esse substantiam, vel insubstantiam, idest tanquam passio necessario conueniens, & iuxta hanc opinionem, vt soluatur argumentum. Dico sexto esto transmutabilitas terminatiua sit passio adhuc respectu illius non debet poni subiectum scientiæ physicæ, illud cui conuenit adęquatè secundum prædicationem, quia non est prædicatum scientificum ob defectũ inordinati modi demonstrandi, qui includeretur si illa passio demonstraretur de subiecto illo communi sicut enim nõ potest demonstrari de composito accidentali, vt dictum est, ita neque de illo cõmuni, nam eatenus de illo communi demonstrari posset quatenus abstraheretur à varijs speciebus, de quibus species trãsmutationis essent demonstrabiles, sed sicut illa passio quatenus est prædicatum scientificum cõuenit adęquatè corpori substantiali, ita de illo debet demon- 55

Alij communiter asserunt transmutabilitatem terminatiuam esse passionem.

D

Transmutabilitas terminatiua, vt proprietas est non est prædicatũ scientificum.

E

monstrari, & sicut accidentia debét demõstrari in esse substãtię, cui per se primo conueniũt, ita etiam demonstrari debent quatenus sunt in fieri; hinc fit demõstrationem illam, qua demonstratur fieri compositum accidentale esse inordinatam, si in ea compositum accidentale habet rationem subiecti, quia sicut accidentibus non conuenit esse simpliciter nisi ratione substãtiæ, ita non conuenit scibilitas nisi ratione substantiæ, in qua fiũt, & sunt, neque eadem ratio est de toto substantiali, quia sicut huius est existere simpliciter 7. met. 22. & 23. & non formæ, vel materiæ, quæ ad illud ordinantur; sicut & accidentia, vel ita omnia debent cognosci, vel ipsi conuenire, vel ad ipsum ordinari, & ideo debet poni subiectum adæquatum, & cõmunitatis, & attributionis, alioquin non satis posset conuinci, qui ponunt ens mobile esse subiectum quatenus, id est commune materiæ formę, & alijs, quibus potest cõuenire mobilitas, quæ autem fuerit mẽs Arist. 6. metaph. tex. 25. patebit infra.

Demonstratio qua demonstratur compositũ accidentale fieri, non est scientifica qui inordinata.

Et hęc ratio magis mihi placet, quam illa, qua aliquando probaui, compositum accidentale nõ posse demonstrari fieri per vnam demonstrationem, sed per plures, scilicet vna, qua ostenditur receptio formæ in materia, altera, qua ostenditur producibilitas formæ, vt enim demonstrare posset compositum accidentale posse produci, vtrumque includi in ea demonstratione debuit, nõ, inquam, nunc placet, quia eadem difficultas esset de composito substantiali, in quo, & materia recipit, & forma producitur.

55 Et prædicta responsio satis soluit difficultatem propositam; sed quoniam possunt assignari aliquę proprietates, quę conueniũt corpori accidentali, quæ nõ possunt demonstrari adæquatè de substantiali, & possent conuenire, & directè, & ordinatè demonstrari de composito in communi aliquę passiones, vt dicunt de vbi, quod nõ est ita proprium corporis substãtialis, quin conueniat etiam alijs accidentibus, atque adeo composito accidentali. Ideo resp. vniuersalius. Hinc nõ posse constitui illud esse obiectum attributionis physicæ, quia obiecta illa partialia quibus cõueniũt illę passiones reduci possunt ad aliquod prius, vnde negatur, q̃ à Caiet. asseritur debere poni obiectũ scientiæ illud, cui secundũ prædicationem adequatè conueniunt passiones, quando illud descendit ad inferiora cum dependentia ab alio, tanquam principia, partes, vel passiones. Neq; obstat quod dicitur de ente, quod ponitur obiectum metaphysicæ, vt diximus supra, quod aliqui explicant id esse, quia ens q̃ dicitur obiectum metaphysicę habet aliquas passiones, quę de nullo subiecto posũt congruentius demõstrari, non possunt reduci ad aliquam substantiam completam, quia substantiæ corporeæ, vt participant passiones illas non reducuntut ad substantias spirituales, & contra: At omnia illa, quæ participant passiones corporis, vt distinguitur contra spiritum, possunt reduci ad substantiam completam, scilicet corpoream, tanquam ad subiectum attributionis: Hinc fit, vt in physica assignari possit obiectum attributionis substantia corporea, seu corpus substantiale; non autem in metaphysica substantia spiritualis. Sed contra, tum quia, vt assignatur obiectum physicæ corpus in communi, ad quod alia reducuntur, ita posset assignari substantia in communi obiectum metaphysicæ, ad quod alia reducerentur; tum quia ratio corporis, vt distinguitur contra spiritum non reducitur ad corpus substantiale; sed corpus substantiale reducitur ad illam communem rationem corporis, tanquam inferius ad superius; ergo potius illa ratio debet poni obiectum, quam corpus substantiale. Resp. ex dictis patet responsio, q̃a in scientijs debet assignari obiectum attributionis, eo modo, quo melius traduntur ea, quæ tractantur in illa, at ostendimus supra, melius demonstrari accidẽtia, & horum passiones de substãtia corporea, quam si ponatur obiectum illa ratio communis, nam melius explicatur ratio corporis in communi post explicationem corporis substantialis, nam cognitio illius prędicati cõmunis petenda est ex cognitione corporis substantialis, cui primario conuenit capax esse quantitatis, & ideo secundum rectum ordinem doctrinæ, melius assignatur obiectũ; corpus substantiale, quam ens naturale mobile, vt abstrahit: & præterea quia sic abstractum à materia poneretur extra latitudinem abstractionis physicę.

Affertur disparitas de obiecto metaphysices.

Instantia.

Refellitur.

Ad primam confir. primo infra probabimus esse corpus. Secundo procedit ab insufficienti numeratione, nam potest dici esse substantiam vt vult Scot. vel esse mundum, vt vult Simon Portius apud Balduinum. *Resp. ad 1. cõf.*

Ad secundam confirmationem respondeo, *Ad 2.* primo posse dici ibi ab Arist. non denominari terminum, sed subiectum, quod. s. homo ex laborante fit sanus, *Respon. 1.* sed quia id non videtur ad mentem Arist. ideo resp. 2. verè ibi Arist. ostẽdere compositum accidentale fieri: ostendit. n. nõ fieri formam, seu quidditatem, eo, quod id, *Respon. 2.* quod fit ex aliquo sui fit atque adeo dicit aliquam compositionem, quæ etiam 8. met. tex. 14. docuit dicens propriè nõ generari, & corrumpi formas, sed composita non enim album fit, sed lignum album, hinc tamen non fit compositum accidentale esse speciem obiecti physici tum ob rationes dictas, quod Arist. id doceat secundum analogiam quamdam, vnde 7. met. tex. 22. & 23. clarè ostendit fieri propriè conuenire composito substantiali, cui conuenit existere, hinc fit, vt alijs conueniat secundario, idem secundum analogiam quandam sicut illis conuenit esse ens ad compositum substantiale, tum præterea hoc nõ est aliud, quam docere terminum alterationis, & mutationis accidentalis, non tamen docet accidentia debere secũdum ordinem scientificum, ita cognosci; id enim repugnaret alibi demõstratis, quod accidentia debent demonstrari de subiecto, cui conueniunt, neque eadem ratio est de ente, quod dicitur obiectum metaphysicæ, vt patet ex dictis supra, & alibi fusius dicetur, quia non con-

continetur ea inordinatio in cognitione passionum,quæ illis conueniunt.

Dices, inter res tractatas à physica sunt res Metereologicæ, quæ non sunt nisi composita quædam accidentalia,at hæc continentur tanquam species sub obiecto physicæ:ergo. Resp. suo loco ostendetur res Meteorologicas,vt dicunt mutationem accidentalem considerari,vt passiones elementorum,vel mixtorum.

ART. VII. Obiectum non esse substantiam finitam naturalem.

57 *Obiectum non est substantia finita. Faber.* QVarta Conclus. obiectum physicæ non est substantia finita naturalis, nam si nomine substãtiæ huius intelligatur idem,ac corpus,vt explicat Faber sententiam Scotistarum, iam non est cur alio nomine explicetur, quando habemus proprium nomen; vel intelligunt substantiam, vt dicit communem conceptum ad substantias corporeas, & incorporeas, iam probatur ex eo,quod Aris.vbiq; clamat, obiectum esse id, quod constat ex naturis 6.met.1. quæ sin ipsum sunt materia, & forma corporales,quod si Aris.non recipiunt,eo quod igno rauerit substantias incorporeas moueri, vt patet 12.metaph.imò 6.phys.32.& 86. negauerit indiuisibilia per se moueri,tunc cõtra illam argumentor ex natura rei, si enim Angeli, vt habent principium motus pertinerent ad physicum,iam tolleretur,sufficiens ratio distinguendi scientiam Metaphysicam à Physica,eo quod physica abstraheret re,& ratione à materia, sicut Metaphysica; consideraret enim Angeli naturam,qđ est principium motus,seu mobilitatis,quę abstrahit re,& ratione à materia,sicut ipsa essentia Angeli.Imò cum principium motus Angelici,secundum aliquos, sit intellectus, & voluntas,hæ potentiæ pertinerent ad physicum, & licet id concedant, aliqui Scotistę,dicentes potẽtias,imò & essentiam Angeli,vt habent conceptum naturalitatis, idest rationem principij motus localis ad physicum pertinere, tamen non iure, nam si semel conceditur physico, vt de re consideret aliquod prædicatum essentiale,& passionem de re incorporali,& im materiali, non est cur non omnia considerare possit, quia omnia continentur sub sua abstractione.s.secundum rem,& rationem. Neq; dicas hanc naturalitatem non abstrahere re, & ratione à materia,quia potest esse coniuncta cũ materialibus, nam eadem ratione metaphysica considerat multa prædicata, quæ possunt esse coniuncta cum materia, vt patet de conceptu substantiæ,tamen adhuc dicitur abstrahere re, & ratione à materia; vulgata enim est illa distinctio rerum, abstrahẽtium re, & ratione, qđ alia abstrahant re,& ratione positiuè,vt Angeli Deus &c. quibus repugnat coniugi cum materia. Alia vero re, & ratione per indifferentiam, vt conceptus entis substantiæ accidentis &c. & præterea licet naturalitas abstraheret re,& ratione per indifferentiam, tamen vt cõtracta ad substantiã incorpoream re,& ratione positiuè abstraheret à materia, physica autem consideraret naturalitatem Angeli, vt sic contractam, sicut quando cõsiderat naturalitatem corporis,vt contractam ad corpus.

Aristot.

Angeli, vt habẽt principium motus nõ pertinent ad physicum.

Instantia.

Reijcitur.

Obijcit Tromb.

Respondet Tromb. loc. cit. ad 1. Negando huiusmodi considerationem abstrahere re, & ratione à materia, quia sicut motus localis Angeli, cum sit ad spatium quantum reale secundum rem, vel secundum conceptum, non abstrahit à materia, quia quantum non est sine materia: Ita hoc principium,seu naturalitas nõ abstrahit re,& ratione à materia. Sed contra, tum quia hoc tantum est dicere,quod non abstrahat à quantitate; at hac ratione abstrahit à materia, vt patet ex Mathematica, quæ cum consideret quãtitatem, ratione abstrahit à materia, non enim dicere ordinem ad quantitatẽ, est dicere ordinem ad materiam: Tum quia si huiusmodi ordo sufficeret ad collocandas substantias speciales sub obiecto physicæ, sequeretur etiam intellectum,& voluntatem,vt sunt principia operationum circa aliquod quantum, .i. vt cognoscitiuæ, & volitiuæ potentiæ sunt,rerum quantarum, pertinere ad physicũ; & quia eadem est essentia harum potentiarum, vt versantur circa obiecta spiritualia,& corporalia, iam secundum omnem rationem ad physicum pertineret,quinimo Deus ipse,vt est immensus pertineret ad physicum, quia vt sic dicit ordinem ad spatium quantum reale secundum rem,vel conceptum,si enim hæc ratio sufficit,vt motus pertineat ad physicum, cur non etiam substãtia, quæ dicit similiter ordinem ad quantũ. Neq; nobis obijciant diuersam esse rationem, quod motus localis necessario est extensus,iuxta extensionem spatij,at potentiæ,& operationes intellectuales ẽt si sint circa obiecta materialia,non tamen habent extensionem; nam hæc diuersitas non tollit vim argumenti, cum etiam in operatione intellectuali dari possit aliqua extensio partium intensiua, & præterea extensio illa formaliter abstrahit re,& rõne à materia,cum sit in subiecto spirituali;& tantũ obiectiuè non abstrahit: ergo tantum secundũ rationem obiectiuam cõtinetur sub abstractione physica,sed secundum eãdem rationem obiectiuam illæ potentiæ, & actus intellectuales non abstrahunt: ergo,simili ratione pertinebũt ad physicum, quia vtrobiq; rationes formales trahuntur sub abstractionem physicam ex ratione obiectiua.

Respond.

Quid sit abstrahere ratione à materia.

Occurritur euasioni.

Tum denique quia oppositorum, quę sunt sub eadem abstractione, eadem est disciplina, vnde sicut physicus agit de substantia spirituali mobili;ita etiam de spirituali immobili. 58

Confirmat hanc conclusionem Piccolomin. cap.27.tum reprehendendo opinionem Scoti, dum subiectum ponit substãtiam finitam, quia si esset substantia corporea infinita, vt ponebãt antiqui adhuc pertineret ad physicum, qua ratione Arist.3.phys. agit de infinito, tum reprehendendo eundem Scotum, quod malè vtatur reduplicatiua,dum obiectum ponit substãtiam finitam, vt naturalem, quia reduplicatiua non debet se extẽdere ad pauciora,quam id,cui additur, sed solum cõtrahit quoad modum considerandi.

Piccolom.

Ratio formalis obiecti non cõtrahit quoad prædicationes, sed quoad modum considerandi.

ſiderãdi, tum deinde, quia rectè cognouit Ariſ. ſecundum Platonem rationalem animam moueri; eam enim ponebat ante corpus exiſtere, & tamen eius motum nõ dixit pertinere ad phyſicum, eo quod forma ſeparata à materia non pertinet ad phyſicum; atq; adeo neque illius motus, quia ſ. non eſt phyſicus, ſed eminentior.

Motus animæ ſeparatæ, non eſt phyſicus.

59 Confirm. 2. hanc concluſionem Philippus Faber ex doctrina Scoti theorem. 20. c. 1. ex diuiſione ſcientiarum tradita ab Ariſt. 6. metaph. vbi Scot. q. 1. ſic argumentatur, ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt tantum 3 res, Metaphyſica. ſ. Mathematica, & Phyſica: ergo tantum ſunt tria ſubiecta generica, virtualiter, & in communi continentia cognitionem omnium rerum ſpeculabilium, ab omnibus enim ſpeculabilibus poteſt abſtrahi conceptus communis entis, qui cum habeat proprias paſſiones cõſtituit vnam ſciẽtiam, quæ dicitur Metaphyſica, ſed quia ens complectitur omnia ſpeculabilia in vniuerſali, non autem in ſpeciali, ideo quærenda ſunt ſubiecta ſpecialia, & quia ſub ente, prima diuidẽtia ſunt decem prædicamenta, de illis non poteſt eſſe alia ſcientia niſi Metaphyſica, quia non habent alias paſſiones ſcibiles diuerſas à paſſionibus entis: quare oportet deſcendere, vt inueniãtur ſubiecta ſpecialia; verum deſcendendo, non poſſumus ſumere aliquod genus accidentis, vt ponatur ſubiectum, quia cum quodlibet illorum contineatur virtualiter in ſubſtantia mediatè, vel immediate, etiam ſi habeat aliquas paſſiones, non poteſt eſſe primum ſubiectum, cum pendeat ab alio; oportet igitur diuidere ſubſtãtiam, hæc autem primo diuiditur in corpoream, & incorpoream, ſubſtãtiam autem incorporea ad Metaphyſicum pertinet, quia de ipſa nobis ſolum ſunt notæ pro hoc ſtatu paſſiones entis, vt cõtra Modernos alibi probabitur, quare ſolum manet ſubſtantia corporea, cui primo ineſt quantitas, cuius paſſiones conſiderat Mathematica quæ ſecundum Scotum, & Antonium Andream 6. metaph. q. 3. licet dicatur eſſe de quantitate, tanquam de ſubiecto, tamen idem eſt, ac dicere eſſe, de ſubſtantia quanta. Et quia eadem ſubſtantia corporea non cõtracta ad aliquod inferius, ſed quatenus habet formam quæ eſt principium, motus, & quietis, conſtituit ſubiectum phyſicæ, quia vt ſic habet multas paſſiones ſibi inhærentes, & ſcibiles via ſenſus: ergo manet obiectum phyſicæ eſſe ſubſtantiam corpoream naturalem, quæ idem eſt, ac corpus.

Faber.

Scotus.

Optima Scoti cõſideratio circa diuiſionem ſcientiarum, & earum obiecta.

Scotus.

Anto. Andreas.

Afferuntur argumenta Scot. contra 4. concluſ.

60 SED contra hanc concluſionem inſurgunt aliqui Scotiſtæ. Primo, mobilitas eſt prima paſſio, & communiſſima, quæ conſideratur à ſcientia naturali, ergo ſubiectum ſcientiæ naturalis eſt id, quod adæquatur huic paſſioni; at id, quod illi adæquatur non eſt corpus, ſed ſubſtantia finita, quia nõ ſolum corpora, ſed etiam ſubſtantiæ abſtractæ mouentur, vt fusè probat Scot. in 2. diſt. 2. q. 9. ex eo q; omne receptiuum

A formarũ alicuius generis, q; non eſt determinatum ad aliquam vnam illarum formarum, nec eſt limitatum ad illas, poteſt moueri, ſiue mutari ab vna illarum formarum ad aliam, vt patet ex terminis, ſed Angelus eſt definitiuus alicuius vbi definitiuè licet non circumſcriptiuè, vt eadem diſtinct. q. 1. probauit, nec eſt illimitatus ad omnia, Vbi, quia non eſt immenſus, ergo poteſt mutari de vno Vbi, ad aliud. Et quia inter duo Vbi, ſunt infinita vbi media, vt patet ex continuo motu corporis per omnia illa Vbi, fit, vt per omnia illa poſſit Angelus pertranſire indiuiſibiliter exiſtendo in illis, at hoc non poteſt niſi continuè moueatur.

Scotus probat ſubſtãtias abſtractas moueri.

B Confirm. 1. Quia ratio formalis obiecti debet adæquari rationi materiali, ſed naturalitas, quæ eſt ratio formalis obiecti phyſici, non adęquatur corpori, ſed ſubſtantiæ finitæ, quia aliqua ſunt, quæ habent in ſe principium motus, & non ſunt corpora.

Confirm.

Reſpondent aliqui naturam dici principium motus phyſici; at hic requirit ſubiectum extẽſum, ſed contra, tum quia motus localis Angeli, licet non ſit extenſus ſubiectiuè, eſt tamen in ſe ipſo formaliter extenſus, quia habet in ſe quãtitatem ſucceſſiuam, at quæ ſunt huiuſmodi ad phyſicum pertinent, tum quia motus ille, etiam ſi ſit indiuiſibilis ſubiectiuè tamen vt C ſpecificatur ab vbi eſt eiuſdem ſpeciei cum motu corporis, ſicut viſus animæ rationalis, & leonis, licet differant ratione ſubiecti, vt tamen ſpecificantur ab obiecto ſunt eiuſdem ſpeciei, cum præcipuè tempus, quod eſt paſſio motus non diſtinguatur ſpecie, ſiue conſequatur motum ſubiectiuè extenſum, ſiue ſubiectiuè indiuiſibilem, modo ſit formaliter diuiſibilis; tum demum, quia falsò aſſumitur eſſe de ratione paſſionis phyſicæ habere ſubiectum indiuiſibile, vt patet ex potentijs animæ rationalis; imò etiam ex motu alijsq; actibus eiuſdem animæ, quæ omnia pertinent ad phyſicum, vnde ſi per impoſſibile, vel poſſibile, produceretur albedo in Angelo, ad huc illa pertineret ad phyſi- D cum, vnde Dęmones, ſecundum communem, torquentur per receptionem qualitatis phyſicæ, quæ licet Diuina virtute producatur in illis, tamen in ſe non mutat naturam ſuam, vt patet ex viſu reſtituto per miraculum, qui eiuſdem ſpeciei, eſt cum viſu producto naturaliter, ergo ſecundũ illam qualitatem mouetur motu phyſico, non igitur ſpectari debet ſubiectum paſſionis, an ſit extenſum, vel non, ſed natura paſſionis.

Reſponſio aliquorum.

Refellitur.

Motus Angeli eſt in ſe ipſo formaliter extenſus, licet nõ ſubiectiuè.

Paſſio phyſica non requirit ſubiectum extenſum.

Confirm. 2. Ex 6. metaph. 1. naturalis inquit eſt circa talem ſubſtantiam, in qua eſt principium motus, & quietis, at hæc ſubſtantia poteſt eſſe tam corporea, quam incorporea, ergo.

Confirm.

E Confirm. 3. Nam ſubſtantia Angeli, vt eſt mobilis ad aliquam ſcientiam pertinet, & non ad metaphyſicam, quia hæc agit de immobilibus, 6. met. tex. 3. ergo ad phyſicam, quæ agit de mobilibus, præſertim, quia motus Angelorum non eſt ſupranaturalis, neque artificioſus.

Confirm.

Confirm. 4. Quia ſi quid obſtaret, quomi-

Confirm.

nus

nus substãtia naturalis finita nõ cõprehenderetur sub obiecto maximè esset, vel quia omne mobile debet esse in loco, 5. physic. 8. Angeli autem non sunt in loco 1. cœli 100. & quarto phys.

Angeli non circũscriptiuè, sed definitiuè sunt in loco.

Vel quia indiuisibile non potest moueri, vel quia cum Angeli non habeant resistentiam motus fieret in instanti, vel quia requiritur subiectum materiale, sed nihil horum obstat, non primum, quia licet Angeli non sint in loco circumscriptiuè, vt benè negat Arist. sunt tamen per sui præsentiam in loco definitiuè, verè occupando, & replendo spatium, non secũdum, tum quia alibi probabitur indiuisibile posse moueri, tum quia Arist. non loquitur de huiusmodi indiuisibilibus, cum id negat, sed indiuisibilibus in genere quantitatis, .i. cuius subiecto respondet locus dimensionaliter, non tertium, quia etiam si non sit resistentia positiua ex parte medij positiui, est tamen resistentia ex parte termini, quia non est aptus acquiri simul, vel ex parte subiecti, quod non potest simul coexistere toti spatio, vt alibi ostendemus, & benè loco citato ostendit Tromb. ar. 2. ad 1. vbi ait, diuisionem motus Angelici non prouenire ex parte magnitudinis mobilis, sed spatij.

Trombetta.

Non quartum, quia non quicquid tractatur in physica est in se extensum, & habet in se materiam, sed satis esse si dicat ordinem ad materiã, & ad aliquod extẽsum, vt. patet tũ ex anima rationali, quæ ad physicum pertinet etiam si sit incorporea, solùm quia dicit ordinem ad corpus, tùm ex cognitione, quæ de Deo, & intelligentijs traditur in 8. phys. nam de ijs tractat ea solum ratione, quia sunt principia motus, non quidem in se, sed in alio, ergo multo magis si sunt principia motus in se, quia magis accedunt ad naturalia, vnde Trõbetta concludit non esse de ratione motus localis in communi, vt recipiatur in subiecto quanto, sed ꝓuenit in rebus corporalibus ex parte agentis cuius virtus, & exercitium requirit quantitaté.

Trombetta.

Conf.

Conf. 5. quia ex Arist. lib. 6. met. tex. 3. & lib. 11. sum. 1. cap. 3. si non essent substantiæ abstractæ, vt putarunt veteres, tunc physica esset prima philosophia; ergo obiectũ physicæ non potest contineri intra limites substantiæ corporeę positiuæ, sed debet esse aliquid communius .s. conceptus substantiæ in communi, & accidentium, quia alioqui, si hic conceptus substantiæ in communi pertineret ad primã philosophiã, iam etiã ablatis substantijs abstractis adhuc remaneret prima philosophia, quæ contemplaretur illorum conceptũ, atque adeo physica non esset prima philosophia.

62 *Probabilis est opinio Scoti.*

5. Resp. ex his valde probabilem reddi opinionem Scotistarum, non enim facilè impugnari potest eo, quod ponant motum Angelicum dicere ordinem ad materiam, scilicet magnitudinem, & spatium, per quod fit motus; vnde est in se ipso extensus, ex quo fundamento soluere possent argumenta aduersariorum negando substantiam Angelicam, vt pertinet ad physicũ abstrahere à re, & à materia, quia dicit ordinẽ ad motum, qui inuoluit ordinem ad materiam,

A

vt fusè Trombetta loco citato ad primũ, quia tamen adhuc in argumentis contra illam adductis remanet aliqua vis, ideo absolutè mihi nõ probatur vnde ad arhumenta &c.

Tromb.

Resp. ad argumenta Scotist.

Motus Angelicus cognoscitur ex principijs metaphysicis, non physicis.

Ad primum resp. concedẽdo Angelum moueri, eius tamen motum non esse physicũ, quia nec sensibilis est, nec materialis, nec cognoscibilis via sensus, potius .n. cognoscitur ex principijs metaphysicis; vnde ad metaphysicũ pertinet, ex quo sumuntur principia; & hinc patet ad primam confirmationem, negatur enim naturalitatem non adæquari cum corpore, & ad instantias, quæ afferuntur. Resp. ad 1. negando extensionem, quam habet in se formaliter

B

sufficere, vt pertineat ad physicũ alioquin etiã intellectio, & volitio Angelica, quatenus successiuè intenduntur pertinerent ad physicum. Ad secundam instantiam resp. negando esse illa vbi eiusdem speciei eo, quod ex natura sua differant, quod etiam dici posset de tempore, & de visu animæ rationalis, & leonis, de quibus etiam dici potest esse diuersam rationem, siue, quia visus animæ rationalis est in toto composito, vt volunt Thomistæ, atque adeo est extensus, siue quia differentia illa ex parte subiecti est materialis in visu eo quasi per accidẽs, nam formaliter consequitur gradum animalis, qui est eiusdem rationis in homine & leone, vnde

Vbi extensum & indiuisibile subiectiuè differunt ex natura sua.

C

non mirum si passiones consequẽtes sint eiusdemrationis, sed de hac re, suo loco fusius.

Illud autem constat non posse idem dici de motu, nam sicut vbi rerum corporalium, & incorporalium formaliter distinguuntur, cũ vnũ sit definitiuum alterum circumscriptiuum: ita etiam, & motus ad illa. 63

Subiectum saltem totale, seu remotum passionum physicarum dicit esse extensum.

Retorquetur argumentum contra Scotistas.

Ad tertiam instantiam resp. saltem subiectũ totale denominationis passionum, & actuum, qui pertinent ad physicum debere esse extensum, sicut etiam subiectum constitutum per naturam, vnde actus, & potentiæ animæ, licet sint accidentia spiritualia, tamen pertinẽt ad physicum, quia & sunt à toto composito physico, & illud denominant, non enim dicitur anima intelligere, sed homo dum anima exis-

D

tit in corpore, & hinc potius retorquetur argumentum, nam intellectio animæ separatæ à corpore non pertinet ad physicum, & intellectio, quę habetur in corpore pertinet ad physicum; at huius diuersitatis ratio nõ alia assignari potest, nisi ea, quam diximus.

Neque obstat, quod affertur de albedine posita in Angelo supranaturaliter, vel qualitate physica cruciante dęmones, nam verè illę qualitates sunt physicæ supernaturaliter tamen in illis subiectis inhærentes, & ideo non mirum si illę qualitates secundum se pertineant ad physicum: modus tamen inexistendi non ad phy- 64

Occurritur instantiæ.

E

sicum, sed ad Theologiam, vel aliam scientiam pertinet; vnde potius retorquetur argumentũ, nam modus existendi indiuisibiliter ex parte subiecti conueniens rebus natura sua requirẽtibus extensionem, non pertinet ad physicum, ergo multo minus modus inexistendi indiuisibiliter rebus non requirentibus extensionem, hoc autem non est nisi, quia requiritur aliqua exten-

Modus inexistendi supernaturaliter accidentis physici in subiecto non pertinet ad physicã.

extensio ex parte subiecti inhæsionis, vel denominationis. A

Varia op. de modo, quo dæmones torquentur. Aliqui tamen negant dæmones pati ab igne per physicam alterationem recipiendo, scilicet aliquam corpoream qualitatem, quia id esse putant impossibile; sed quia in igne, inteterrimo carcere detinentur, vt pro libito ab illo egredi non possint: nobilissimæ autem naturæ grauissimum tormentum est, obligari infimæ naturæ.

Alij vero dicunt torqueri recipiendo qualitatem aliquam specialem, quæ sint species intelligibiles ignis, eleuatæ à Deo tamquam instrumenta diuinæ iustitiæ ad eos torquendos. Quæ opinio si est vera nihil nobis aduersatur. B

Ad 1. conf. Ad secundam confirmationem respondeo, ex dictis patere sensum, Arist. ibi, nomine enim talis substantiæ, ostendimus supra, intelligi corpus.

Ad 3. Motus Angelicus pertinet ad Theologum, vel metaphysicum. Ad tertiam confirmationem respondeo, Angelum, vt mobilem, pertinere ad Theologum, vel ad Metaphysicum, qui dicitur agere de immobilibus, motu .s. physico; mobilibus tamen motu Metaphysico, quod etiam dici potest etiam quando mouetur motu intellectionis, vel volitionis, & si fortasse Arist. vel non cognouit, vel non satis expressit huiusmodi motum localem intelligentiarum, de qua re nos alibi.

Ad 4. Cur non pertineat ad physicum. Ad quartam confirmationem respon. obstare, quia motus Angelicus non est physicus, C quia physicus non habet medium ad cognoscendum motum conuenire substantiæ indiuisibili, sed cõuenire substantiæ diuisibili, & ideo requirit aliquam diuisibilitatem, & sensibilitatem ex parte subiecti, quam habet motus cœlorum, quem respiciunt intelligentiæ motrices.

Aliorum resp. Alij vero negant esse motum physicum, quia ea mouentur motu physico, quæ sunt in loco circũscriptiuè, non aũt ea, quæ sunt in loco definitiuè, vt sunt substantiæ incorporeæ, sed his *Reijcitur.* obstat motus partialis, q̃ recipitur in anima rationali, dum mouetur in corpore. Sed respondere possent, cum motum esse cõiunctum cum corporeo propter necessariam connexionem, D cũm anima informat corpus, cum quo per accidens mouetur.

Ad 5. Cur physica esset prima philosophia, nõ existentibus substantijs abstractis. Ad 5. resp. id dici ab Arist. non ex eo, quod metaphysicus solum substantias abstractas cõsideret, vel quia ex sola consideratione illarum distinguitur à physica, sed quia si nõ essent substantiæ abstractæ tunc conceptus entis substantiæ, & accidentiũ reciprocaretur cum substantia corporea, quia cũ sub substãtiæ cõceptu nõ continerentur aliæ species, præter corpora, nõ esset vnde abstrahi deberet conceptus indifferens substãtiæ ad corpoream, & incorpoream, & ideo physica tunc esset prima Philosophia, sicut posuerunt Veteres, ex eo, quod nullã substantiam abstractam agnoscerent; nunc vero nõ E ita est, quia præter substantias immateriales, datur conceptus communis entis, substantiæ, & accidentium, quæ similiter ad metaphysicum pertinent.

ART. X. Obiectum materiale est corpus substantiale.

65 Quinta conclusio obiectũ materiale adæquatũ cõmunitatis, & attributionis est corpus substantiale, est communis antiquorũ Græcorum, & Latinorũ contra eos, qui assignant obiectum esse aliquid, vel magis latè patens, vel angustius corpore substantiali, siue illud dicant ens mobile, siue naturale. *Obiectum adæquatum attributionis est corpus substãtiale*

Prob 1. auct. Probatur 1. ex Arist. locis citatis 1. de celo initio, vbi obiectum ponitur esse corpus & cætera. vt principia, partes, & passiones, & clarius 11. met. sum. 3. cap. 1. vbi ait naturalem scientiam esse circa ea, quæ motus principiũ in se habent huiusmodi aũt ipse esse docet corpora natura constantia, hoc autem non est nisi corpus substantiale, quia materia, & forma sunt naturæ ipsæ, & accidentia sunt entia secundum naturam, & compositum accidentale, vt sic non constat ex natura, vt ostendimus supra, & idem confirmat Zabarell lib. de constit. scientiæ naturalis cap. 2. ex 3. de celo initio vbi scientiam, ait natu ralem versari in corporibus, & horum principijs, & ex 2. phys. initio res naturales à non naturalibus distingui p̃ principium motus, quod dicit esse naturam, & tex. 71. quæcumque mota mouent esse physicæ considerationis, quæ vero non mota mouent non amplius, quæ omnia cõueniunt corporibus substantialibus.

Resp. 2. ratione. Secũdo probatur ratione, nam illud dicitur obiectum adæquatum in scientia ad, quod omnia reducũtur, vt principia partes, & passiones 1. post. tex. 27. sed idest corpus substantiale, quia quicquid consideratur à physico, vt dicitur 2. phys. initio, vel est materia, & forma rerum, & hæc sunt principia, vel accidentia, & hæc vel sunt passiones, vel saltem per accidens conueniunt corpori, atque adeo habent modum quẽdam passionum, vnde ad physicum etiam pertinere debent saltem, vt reijciantur à consideratione scientiæ, vel sunt species corporis naturalis, vt elementa, cœlum, & mixta, & hæc sunt partes. Et confirmatur, quia ostendimus obiectum non esse corpus corruptibile, vel mixtum, neque ens mobile, vt complectitur accidentia, & partes, vel composita accidentalia, & substantialia, neque substantia naturalis, vt ostẽdimus contra Scotum, ex eo, quod physicus nõ habet medium ad probandam mobilitem Angelorum, & ideo apud physicum sunt, ac si essent immobiles, quod si Angelos moueri probatur, id probat, vel Theologus ex Scriptura Lucæ 12. videbam Sathanam &c. Apoc. 12. non est inuentus locus eorum Tobiæ 11. Raphael ait tempus est, vt reuertar Matth. 4. accesserunt Angeli, vel Metaphysicus ex finitate substantiæ, & indifferentia ad alia vbi, conclusio autem pertinet ad eam scientiam, ex qua sumitur medium secundo physic. tex. 3. quæ ratio magis probatur, quam illa, quæ adducitur à Caietan. & Vernia quæstione de hac re, idest vltimum, q̃ attingit physic⁹ est anima humana, nã vt hoc facile asseritur ab illis, ita negaretur à Scotist. *Confirm.* *Lucæ. Tobiæ Matthæi.*

Confirmatur secũdo ex dictis, in conclusione

ne præcedenti, vbi ostendimus diuisionem scientiarum sumi ex obiectis iuxta opinionem Scotistarum, ibi enim probatur obiectum esse corpus substantiale.

Ratio materialis, & formalis debet adæquari. Tertio probatur ratio formalis debet adæquari rationi materiali, sed naturalitas, quã infra ostendemus esse rationem formalem nomini, si corpori substantiali adæquatur, ergo &c. Maior supponitur ex tractatu de scientia, & ostendit Zabarella lib.1.de natura logicæ cap.18. ex *Zabarel.* eo, quod ratio formalis non restringit subjectũ, quo ad species, sed quo ad modum considerandi: minor probatur, tùm quia naturale dicitur id, quod constat ex naturis, hoc autem est corpus substantiale, tum quia ratio formalis rei adæquatur passionibus, at passiones, scilicet quantitas, motus, & c. nõ adæquantur enti, quia non omne ens est quantum, vel mouetur, & ob eandem rationem, neque substantiæ, neque corpori animato, vel inanimato, ergo corpori, idest composito, seu substantiæ corporali complete, nam ꝙ dicitur conuenire partibus corporis, & accidentibus, iam supra ostendimus quomodo id sit verum.

66 *Simon Portius.* Ex hac conclusione deducitur, quomodo vera, vel falsa sit sententia Simonis Portij, ponentis obiectum esse vniuersum mundum corporeum, nam vera esse potest si intelligatur, quo ad partes componentes mundum, idest corpora simplicia, & mixta, hæc enim omnia sunt species corporis naturalis, quæ vnitæ illud adæquant; falsa tñ esset si velit mũdũ, vt hoc nomine significat totũ aggregatũ esse obiectũ, nã obiectum scietiæ debet prædicari de singulis speciebus obiecti; mundus autem non prædicatur; non enim dicitur ignis est mundus; at corpus prædicatur, & ideo mundus licet adæquet omnes species secundum inclusionem, non tamen secũdum prædicationem, quomodo obiectum debet poni in scientia, & ideo dicimus nõ mundum esse obiectum, sed corpus physicum, in quo etiam errat Piccolomineus in introductione ad scientiam de natura cap.29. *Obiectum materiale non est totus mundus.*

67 *Obijcit.1.* Sed contra hanc conclusionem primo obijcitur, quod corpus substantiale est nimis angustum, non enim prædicatur de omnibus, quæ tractantur in physica, vt de loco tempore, &c. neque dicas obiectum in recto prædicari debere de suis speciebus, de alijs vero satis est, vt pdicetur in obliquo, nam de mutatione instantanea, neque in recto, neque in obliquo prędicatʳ, quia non est motus in ordine ad quem definitur natura. *Resp.* Resp. etiã de mutatione instãtanea prædicari in obliquo, quia motus, qui ponitur in definitione naturæ sumitur large, vt prædicatur de mutatione, & motu propriè dicto, quorum principium in se continet corpus.

Obijci.2. Secũdo obijcit ex 2.phys.16.vbi physicus dicitur cõuenire cũ Geometria in re cõsiderata: at Geometria nõ considerat corpora, vt Geometria, sed lineas, & superficies, de quibus corpus non prædicatur.

Piccol. *Resp.* Cõr.ex Piccol.c.29.quia sequeretur physicã subordinari Stereometricæ, q̃ cõsiderat corpꝰ.

Resp. conuenire quidem in re cõsiderata, sed A diuerso modo, quia physicus illa considerat, nõ vt obiecta, sicut considerat mathematicus, sed vt passiones sui obiecti.

Ad confirmationem respondet Piccol.c.29. dub.5. corpus considerari à Geometria esse in *Ad conf. resp.* prædicamento quantitatis, sub quo non cõtinetur corpus physicum ad substantiam pertinens, sed potius contra corpus physicum cõtinet mathematicũ, non tãquam sui speciẽ, sed tanquam passionem.

Tertio obijcitur ex Astud. omne subiectum *Obijcit Astudil.* communitatis alicuius scietiæ prædicatur in recto de omnibus cõtentis in illa scietia intrinsecè .i. quæ non sunt principia essentialia, vel effectiua; sed corpus mobile, vel naturale, nõ pdicatur in recto de omnibus cõtẽtis intrinsecè in scientia physica: ergo &c. Maior pbatur, B quia illa dicuntur cõtineri intrinsecè in scientia, quæ nõ continẽtur, vt efficiens tantum, vnde excluduntur, Deus, & Angeli, quia sunt efficientia, nõ subiecta motus, vel nõ continentur, vt pars essentialis, vnde excluduntur materia, & forma, quæ nõ sunt de intrinseca consideratione physicę, sed tantum reductiuè: probatur, minor, quia corpus substãtiale nõ prædicatur de compositis accidentalibus physicis, quia nulla pars pdicatur de toto alioquin hõ dici posset materia, & aceruus lapidũ dici posset lapis.

C Resp. vt maior sine probatione assumitur ab Astudillo, ita à nobis negatur, cum sint alia in *Resp.* scientijs, idest passiones, & accidẽtia, de quibus obiectum non prædicatur in recto.

Quarto obijciũt cõmuniter Thomistæ nulla scientia probat suum subiectum esse, quia il- *Obiẽ.* lud supponit ex 1.post.initio, & ostẽdit Scotus 1.met.q.1.& Ferrar.1.cont.gen ca.12. sed corpus mobile, seu naturale probatur in scientia physica 6.phys.32.& 86.ergo.

Respondetur nunquam probari corpus mo- 68 *Resp.* bile, vel naturale esse in scientia naturali, quia aperte 1.phys.tex.11. dicitur supponẽdum in physica omnia, aut quædam moueri, & 2.phys. 6.non magis ridiculum est tentare demonstrare naturam, quã corpus esse in quo est natura, D cũ manifestius sit esse corpora, quam naturã, quod etiam colligitur ex 4 phys.tex.104.vbi ex eo, ꝙ fertur.i.ex re, quę mouetur cognoscimus prius, & posterius in motu; at motum esse non demonstratur in physica 8.phys.11.& ostẽdit Perer.lib.2.cap.4.& Themist.3.phys.16.& id ad sensum patet, vnde insipiẽtis esset in per se notis requirere probationẽ, neque in 6. physic. pbauit Arist. omne mobile esse corpus, sed tñ *In physica non probatur corpus mobile esse, sed supponitur.* omne mobile esse, diuisibile, diuisibile autẽ non est idem, ac corpus, & deinde aliud est probare corpus mobile esse, aliud est mobile cõuerti cũ corpore, quod probauit in 6.phys. contra antiquos Leucippum, & Democritum, quia ad- E mittebãt omne corpus esse mobile, sed negabãt omne ꝙ mouetur esse diuisibile, quia putabant atomos esse indiuisibilia quædã entia, & posse moueri, & ideo Aris. ostẽdit id, ꝙ est mobile nõ posse esse indiuisibile, sed debere esse diuisibile.

Sed cõtra instat Caiet. nulla scietia habẽs sub- *Obiecit Caiet.* iectũ complexum, vel complexè significatum consti-

A conſtituit,aut probat vnionem, ſeu coniuctionem partium illius complexi, ſed phyſica probat coniunctionem mobilitatis cum corpore, ergo &c. Maior ꝓbatur, qa alioquin ſciētia ſibi ſuum ſubiectum conderet, & definiret,atq; adeo non ſupponeret,quod eſt,& quid eſt ſubiecti,nã eſſentia,& exiſtētia ſubiecti cõplexi,vel complexè ſignificati conſiſtit in vnione partiũ.

Neq;dicas Ariſt.non probaſſe vnionem mobilitatis cum corpore abſolutè, ſed conuertibilitatem,nam ſcientia debet ſupponere conuertibilitatem rationis formalis cum materiali.

Reſp.primo, non eſſe à Philoſophorum cõſuetudine alienum, vt ſcientia demõſtret ſuum ſubiectum eſſe, vt aduertit Caiet.1.par.q.2.ar.3.oſtendēs Theologum etiam ſi reſpiciat Deũ, vt obiectum poſſe probare Deum eſſe. B

Scientia poteſt demonſtrare ſuum ſubiectum eſſe.

Ariſtot. probat ſubiectum, vt ſit capax motus debere eſſe quantum.

Reſp.2.ſupra diximus Ariſt. probare omne, quod mouetur eſſe diuiſibile,quod eſt probare ſubſtãtiam ad hoc,vt habeat in ſe principiũ motus,& moueatur, debere eſſe quantam,hanc autem coniunctionem probari, nõ eſt abſurdum, cum etiam multi nunc negent id eſſe neceſſarium, neque id eſt probare coniunctionē rõnis formalis cũ materiali, ſed ad hoc, vt paſſio cõueniat ſubiecto,debere eſſe quantum, quod ſi diuiſibile accipiatur pro corpore ſubſtantiali, tũc non probatur corpus de mobili,ſed ſuppoſita exiſtētia corporis probatur mobilitas ineſſe ſoli,& omni, ꝙ eſt dicere omne mobile eſſe corpus, neque eſt abſurdum probare coniunctionem paſſionis cum ſubiecto conuenire ſoli ſubiecto,imo hoc neceſſario fit in ſcientia. C

69 Dices,qui probat omne mobile eſſe corpus, per conuerſionem probat etiã aliquod corpus eſſe mobile,atque adeo probat corpus eſſe.

Inſtantia.

Reſp.ex dictis patere probari neceſſariã cõiunctionem mobilis cum quantitate, quę tamē propoſitio ſi accipiatur abſolutè conuertitur ꝑ accidens (aliquod quãtum poſſe habere motũ) ſi vero accipiatur modaliter alio modo cõuertitur(ideſt aliquod quantũ eſſe mobile eſt poſſibile)mutatur enim modus, non enim vere dici poſſe(,aliquod quantũ eſſe mobile neceſſario,) vt notatur in ſummulis; ex quo male aliq hinc dicunt probari ſubiectum de paſſione, ſed tantum quantitatē neceſſario debere ineſſe ſubiecto, in quo eſt paſſio de quo argumēto fusè Perer.Burl.Tolet.Conimb.ad 3.Bald.ad 3.contra 1.concl.& arg.1.contra 3.concluſionem. D

Refellitur.

Perer.
Burl.
Tolet.
Conimb.
Bald.

Inſtantia.

Dices 2.Ariſt.1.phyſ.oſtēdit dari materiam, & formam componentia corpus, ergo non ſupponitur,ſed probatur eſſe.

Reſp. Conimb. Ariſt. id preſtare in phyſicis indutum habitu metaphyſico, vt colligit ex 1. phyſ.tex.8.vbi ait ad eum, qui deſtruit principia non amplius eſt ratio, ſed alterius eſt ſcientiæ,aut omnium communis, vt oſtendit Auic. 1.ſufficientiæ cap.2.Ego reſp. materiam,& formam probari ex continua mutatione rerũ, atque adeo ex principio phyſico à poſteriori, quod fieri poſſe oſtendimus in logica, & contra deſtruētes principia complexa, non eſt ratio; non tamen contra deſtruentes incomplexa. E

Phyſicus probat materiam, & formam dari, vt indutus habitu metaphyſ. ex Conimb.

Quomodo non eſt ratio cõtra deſtruētes principia.

A Dices tertio,ſi corpus naturale eſt ſubiectũ vbi definit phyſica corpus naturale.

Reſpon.primo, non eſſe neceſſarium obiectum definiri in eadem ſcientia, vt oſtendemus in poſt. cum Ariſt. qui vult debere ſupponi, quid eſt ſubiecti.

Reſp.

Reſpondet 2.Auerr.2.phyſ.comment.3.fuiſſe definitũ 1.cœli 3.cum dicitur corpus eſſe ex omni parte diuiſibile, ſed contra quia illa definitio non conuenit corpori,vt naturali, ſed vt mathematico licet tex.7.videatur definitũ corpus naturale ſimplex, quare, reſpondeo 3.corpus naturale in cõmuni definitum eſſe 2. phyſ. tex.1.& 4.dum definit naturam,& ens naturale,idque optima ratione, quia deinceps paſſiones corporis explicaturus eſſet, vnde ita definiri poteſt corpus naturale eſt id,quod habet internum principium motus, & quietis hoc quidem ſecundum locum,illud, ſecundũ augmentum,& aliud ſecundum alterationem, vt optimè explicat Mercenarius initio ſuarum dilucidationum in tertia editione. B

Ex Auer. in phyſica definitur corpus.

Exploditur.

Reſpon.3.

Mercen.

Vltima concluſio, obiectum phyſicæ melius explicatur per corpus naturale, quam per ens, vel ſubſtantiam naturalem; hæc concluſio eſt contra eos,qui cum hęc omnia idem ſignificare exiſtiment, dicunt tamen melius explicari per ens,vel ſubſtantiam, quam per corpus vt optimè Piccol.c.29.& alij ſupra cit. 70

Melius explicatur obiectũ nomine corporis, quam ſubſtantia naturalis.

Piccol.

Prob.

C Probatur concluſio, quia vbi habetur nomē proprium explicans rem,nõ eſt cur circumſcribamus diuerſis nominibus præſertim coniungendo prædicatum remotum cum vltima differentia. Vnde etiam ſi eſſet notius, non tamen eſſet ita proprium, neque de hac concluſione degladiari oportet,cum ſit quæſtio de nomine,vnde D. Tho.nunc appellat ens mobile vt 1.phyſ.initio nunc corpus mobile vt q.14. de veritate ar.4.ad 16.& alibi, nunc corpus naturale vt 1.cęli lect.1. imo aliquando etiam dixit motum,vel rem mobilem eſſe ſubiectũ eius vt 1.ęth. lect.1. quam varietatem conatur explicare auctor concordantię dictorum D.Thom. d.1031. D

D.Thom.

Sed contra obijciunt Sotus,& Toletus, quia melius concipitur mobile coniungi cum ente, quia licet ens in ſupponendo,non latius pateat tamen in ſignificando eſt notius.

Obiectio.
Sot.
Tol.

Reſpondeo.etiam ſi ens in ſua latiſſima ſignificatione ſit notius,tamen ad ſignificandũ corpus non eſt notius,ſed potius ignotius,quia facilius ducimur in cognitione ſignificati per corpus, quam per ens, quia ens non ita explicitè ſignificat ſubiectum ſicut corpus.

Confirmatur, nam hac ratione poſſent poni obiecta omnium ſcientiarum, vt ſi dicatur obiectum medicinæ eſt ſanabile moralis eſt ens beatificabile,& ſimiliter,quare non eſt cur in conſtituendo obiecto phyſicæ requiramus notorietatem,quam ſecum affert nomen entis,quomodo autem ſit nota ratio formalis infra explicabimus:quare ſit. E

Confir.

QVAESTIO SECVNDA

Quæ sit ratio formalis obiecti physicæ.

1 PONENDVM hic non quæri de ratione formali, sub qua extrinseca, quia omnes conueniunt esse abstractionem ab immaterialitate, & immobilitate, eo quod omnia pertinētia per se ad physicam debent participare materialitatem, & mobilitatem: sed quæri rationem formalem dictam (quæ) seu sub qua intrinseca. De qua tres fuisse auctorum sētentias colligi potest ex dictis supra in explicatione obiecti formalis physicæ.

Aliqui enim dixerunt esse mobilitatem, siuè sumptam pro passione, siue pro principio primo. Alij esse sensibilitatem. Alij vt Caietanus, aliquid prius naturalitate, quam Aureolus quæst. de obiecto Theologiæ artic. 5. dicit esse substantialem corporeitatem. Alij denique esse naturalitatem, quam dicunt esse quidditatem rei naturalis, & ex his alij dicunt esse ipsam entitatem naturalem. Alij esse naturam vt explicat Hieronymus Pla. conclus. 3. & hanc videtur sequi Ruuius quæst. de obiecto esse principium motus. Alij denique cum Murcia quæst. 2. proœmiali cum asserant obiectum formale (quod) esse ipsas conclusiones sui passiones vt demonstrabiles de subiecto docent obiectum formale, quo, sui rationem, sub qua, esse principia, quibus passiones probantur de subiecto, vt scientia ex 1. post. c. 23. vbi scientias distingui per diuersa principia asserit Arist. At ratio sub, qua, obiectiua est id, vnde sumitur distinctio in scientijs, quia illę sunt motiuum assentiendi.

Caiet. Aureolus. Hier. Plat. Ruuius. Murcia.

2 Prima conclusio. Ratio formalis non rectè dicitur mobilitas, siue pro principio passionis, siue pro passione. Est contra Thomistas, & Albertistas, qui dicunt, quod licet mobilitas sit passio corporis secundum se, tamen vt cōsideratur à Physico est ratio formalis sui obiecti, atque adeo in Physica non habet rationem passionis, sed primi & formalis obiecti, & licet cognitio, qua nō habetur, quod quid est, similiter non sit omnino consumata, & perfectissima, est tñ pfecta in suo genere, qñ est circa, quod quid est sui obiecti formalis vt patet in Mathematica, quæ licet non consideret quod quid est, tñ est omniū certissima 2. met. tex. vlt. nostra tñ cōclusio pbatur quoad vtramque partem vnde.

Non rectè dicitur esse mobilitas, siue proxima, siue radicalis.

Prima pars pbatur, quia licet sit quæstio de nomine, siue vno, siue altero nomine explicetē, modo idem significetur, tñ non bene circūscribitur per mobilitatem, qñ habetur nomen pprium, quo exprimatur principium illud mobilitatis, cuiusmodi est naturalitas in obiecto physicæ. Conf. quia si probanda esset mobilitas, quę est passio de corpore mobili fieret propositio identica vt bene Tolet.

Prob.

Tolet.

Secunda pars, in qua est quęstio de re proba-

A tur primo à Zim. 4. met. contrad. 1. nā mobilitas probatur demonstratione simpliciter, vel saltē demonstratione, propter quid, de subiecto physicæ; nam licet mobilitas sit nota quoad esse 1. phys. 11. nobis autē, inquit, supponatur aut omnia, aut quædam moueri, quia id est manifestum inductione, & tñ demonstratur p causam. 1. cęli tex. 5. vbi demōstratur omne corpus esse mobile: & simili argumentatione probat, sensibilitatem non esse rationem formalem.

Zim. probatio.

Sed hæc rō non placet Bald. quia demōstratio duas exigit conditiones primam cognitionē causarū. Secūdā q sit causa illius; sed vtrumque supponitur, vt notissimū de mobilitate in phy-B sica. s. naturam esse 2. phys. 2. & esse principium motus. Neq; dicatur, q licet sit notū dari motū & naturā esse principium illius, esse tñ ignotū esse principium mobilitatis, & ideo demonstrari. Nō, inquā, id dicatur, quia cum Arist. definit naturā, nomine motus intelligit mobilitatē; nā motus cū sit actus conueniens indiuiduis nō cōsideratur à scientia; quare debet esse notum, naturam esse principium mobilitatis.

Reijcitur à Bal.

Secundo alij pbant, quia si mobilitas, vt differētia essentialis corporis ptineret ad physicā, tūc physica esset pars metaphysicæ, quia scientia, quæ tractat de genere tractat etiā de specie, atq; adeo Metaphysica q̄ tractat de substantia C tractaret etiā de substantia contracta essentialiter per mobilitatem ad corpus, si vero mobilitas accipiatur pro passione, & vt sic esset rō formalis, tunc physica subalternaretur metaphysicę, quia adderet obiecto illius conditionē accidentalē. Verū hęc rō nō est firma quoad vtrūque mēbrū, non .n. scientia tractans de genere considerat oēs species, sed tm̄ eas, quæ continētur sub abstractione, sub qua consideratur genus. Neque ad subalternationem satis est addere cōditionē accidentalē, quia requiruntur alię conditiones vt sumat principia à subalternāte, & similia vt dicemus in tract. de scientia. Et idē arg. fieri pōt quodcūq; ponatur pro obiecto, qa quidquid est, cōtinetur sub ente, nō tñ qd-D quid est cōtinetur sub ente sm̄ rōnem formalē, qua consideratur à met. Rō .n. formalis vnde sumitur vnitas, & distinctio scientiæ nō continetur sub obiecto formali alterius sciētiæ, si enim ex cōtinētia obiecti materialis vnius sub altero sequeretē vnā sciētiā cōtineri sub alia, fieret vt oēs aliæ scientiæ essent partes met. qa similiter obum illarū cōtineretur sub obo metaphysicę.

Aliorum ratio.

Refellitur.

Tertio probat Caiet. quia tunc scientia naturalis non posset considerare aliquod prædicatum substantiale quidditatiuum in re naturali, atque adeo non esset de substātia, sed de accidenti, vt mathematica, quia non potest excedere rationem formalem adæquatam obiecti, E vnde si mobilitas consideratur, vt ratio formalis sub ea licet solum descendere ad tales species mobilitatis, & sicut non consideraret, quod qd subiecti, in quo est mobilitas, ita neq; subiectū mobilitatis, qa nulla sciētia tractat de aliquo pdicato, quod sit prius rōne formali sui obiecti: hoc autē esse falsū patet, qa metaphysica nō descēdit ad particulares spēs, vt dr̄ 1. met. c. 2.

Caiet. probatio.

Sapien-

Sapientis, inquit, est omnia nosse nō particulariter, sed vniuersaliter & 11. meta. sum. 2. c. 2. Philosophia vero, inquit, de particularibus quidem, prout vnicuique horum aliquid accidit, non cōsiderat: circa vero ens prout ens, vnumquodque horum speculatur, vt fusè Perer. lib. 2. c. 3. ad 9. quod sequeretur nullam aliam debère poni scientiā, quia scientia, quæ rerum quidditates cognoscit, debet etiam cognoscere passiones ex illa fluētes vt colligitur ex 1. post. tex. 20. 23. & expresse dicitur 2. phys. tex. 17. inconueniens esse si physicus sciat quid sit Sol, & Luna, ullnum autem accidēs horum determinat; Neque Mathematica considerat substātiam; ergo manet vt solum Physica consideret ipsum, quid est, rerum physicarū, vt rectè Arist. 2. phys. tex. 26. Imo vt notat Aureol. ad multa se extendit consideratio physica, quorum cognitionem mobilitas non exigit, vt est celorum raritas Lunæ maculæ: mundorum pluralitas. Resp. Perer. lib. 2. c. 3. ad 9. id non dici, quod Physicus non cōsiderat res naturales, nisi cū respectu ad motum; sed quia omnium rerum naturalium quidditates necessario consequitur motus, per quē Arist. inuestigat essentiam rerum naturalium; quare per mobile non intelligitur respectus ad motus, sed gradus essentialis corporis; sed contra, quia iam non poneretur mobilitas vt est passio, sed vt principium primū, & radicale quod intendimus, sed an melius explicetur nomine mobilitatis, vel naturalitatis, infra dicetur.

Perer. — *Respon. Perer.*

3 Confirm. 1. ex 1. physic. tex. 8. vbi ait, nō esse scientiæ physicæ ꝓbare mobilitatē, sed alterius scientiæ, vel omnium communis, at si nomine mobilitatis ibi intelligeretur passio optimè physicus posset illam probare ex naturalitate subiecti; neque dicas per accidens esse, ob eius notorietatem, vt non possit probari, quia saltem posset probari, vt dicebat Zimara per demonstrationē *propter quid*, vel saltem, vt ait Caiet. physicus teneretur illam defendere contra negantes, sicut ad quemlibet artificē pertinet defendere passionem subiecti proprij, nam esse notum facit quidem, vt non probetur 2. phys. 6. sed non facit quin defendatur, nam si occulta sunt defendenda multo magis manifesta modo non sint principia scientiæ, sed ex principijs, vt est mobilitas sumpta pro passione, & mihi placet, quia verè etiam si per accidens sit, vt non probetur propter suam notorietatem, tamen satis est, vt per se possit probari maximè à priori, vt probatur mobilitas per naturam, quod repugnat subiecto formali.

Occurritur obiectioni. Zimara. Caiet.

Conf. 2. quia nihil, quod à scientia consideratur, vt passio pōt esse rō formalis obiecti, quia passio supponit subiectum constitutum per rationem formalem, ex qua fluit, at mobilitas in physica consideratur, vt passio, quia, vt rectè probat Io. Canonic. loco citato q. 4. & art. vltimo, quicquid conuenit alicui, semper omni, & Soli, & non est de conceptu quidditatiuo illius est passio; at mobilitas conuenit corpori naturali conuertibiliter 6. met. tex. 2. omnia, inquit naturalia esse mobilia, & è contra, & non est de quidditate illius, quia prius cōcipitur res in se,

Confir. Ioan. Can.

A quam, vt sit principium motus & operationis, & motum considerari in physica, vt passionem probat Aureol. in prologo q. de obiecto art. 5. nulla scientia speculatur oppositam rationem sui obiecti formalis, & si speculatur circa illud, oppositas passiones, vt medicina circa corpus humanum sanitatem, & ægritudinem. Arithmetica par, & impar; at neque medicina speculatur non hominem, neque Arithmetica non numerum, nec Geometrica non quantum: at physicus speculatur motū sicut quietem, & corpus quiescibile, vt mobile; ergo hæc cōsiderātur vt passiones, non vt ratio formalis sibi obiectiua.

Aureol.

Confirmatur 3. quia ita se habet corpus mobile ad physicum, vt quantitas immobilis, & abstracta ad Geometriam, sed immobilitas, & abstractio non est ratio formalis obiecti Geometriæ, quia obiectum Geometriæ est quantitas permanens, non quatenus immobilis, sed quatenus talis: ergo.

Confir.

B

4 Sed contra hanc conclusionē obijciunt Thomistæ subiectum formale debet esse id quo nihil est notius in scientia, sed hanc conditionem habet mobilitas: ergo. *Obiect.*

Conf. quia Arist. 6. met. tex. 1. & alibi per mobilitatem distinguit obiectum scientiæ physicæ ab obiectis aliarum. *Conf. Arist.*

Conf. 2. quia mobilitas est rō cognoscēdi oīa in physica, vt ait Auerr. 1. phys. tex. 7. *Conf. Auerr.*

C

5 Resp. 1. nihil esse notius motu, quo ad existētiam, nihil tamē illo esse ignotius quoad essentiam, id autem vnde est motus, ita est notū sicut est notus motus, q̄a statim ac cognoscimus motum, cognoscimus illum, vt in subiecto, atq; adeo ibi esse principium substantiale, vnde est motus, quia motus, cum sit accidens, quod non potest esse, nisi in substantia, & ideo notius est dari naturam, quam mobilitatem, quæ est passio, quo circa rectè dicit Arist. tentare demonstrare naturam ridiculum est. Deinde placet q̄ notat Bald. ad 3. cōtra 1. c. nā licet sit verū, quod subiectum debet in scientia supponi, vt notum, non tamē quidquid supponitur, vt notum est subiectum, nam motus est quid notum, & tamen non est subiectū, quare aduersarij falluntur. In conuertendo propositionem vniuersalē affirmatiuā per conuersionem simplicem.

Resp. Motus notus quoad existētiā & ignotus quo ad essentiam. Notior est natura, quā mobilitas. Quidquid in scientia est notū, est subiectū.

D

Ad 1. conf. resp. ab Arist. denominari obiectū physicæ ꝑ mobilitatē à posteriori, quia facilius poterat explicare obiecta aliarū scientiarū per negationē mobilitatis, sicut explicauit obiectū metaphysicæ ꝑ immobilitatē, q̄ illi satis erat, vt nobis ostenderet distinctionem scientiarum.

Ad 1. conf. Explic. obiectū physicæ per mobilitatem a posteriori.

Ad 2. conf. rōnē cognoscēdi esse duplicē, vnā q̄ est mediū, quo ducitur intellectus ad alia per illationē cognoscenda, & ita dicitur motus esse rōnem cognoscendi omnia in physica: alterā, q̄ tāq̄ forma cōstituit obiectū in esse cognoscibili. i. vt nō possit cognosci obiectū nisi sub illa rōne, & ita negat motū esse rōne cognoscēdi, nā ēt cognoscūtur obiecta in physica, quę nō mouētur, vt patet de elemēto terræ, & alijs, q̄ sunt in ꝓprijs locis, quare hinc potius alij ꝓbāt mobilitatē nō posse esse rationem formalem, quia non posset cognosci corpus, vt quiescibile.

Duplex ratio cognoscendi.

E

6 Secunda concluſio ſenſibilitas non eſt ratio formalis obiecti phyſici,nam obiectum phyſicæ,tam quoad materiale, quã formale eſt ſubſtantia, at ſenſibilitas non niſi ratione accidentium conuenit eſſe ſubſtantiæ,2. de anima tex. 65.vnde confirmatur concluſio, quia ſi ſenſibilitas eſſet ratio formalis id per ſe tractaretur à phyſico,cui per ſe tractaretur ſenſibilitas, atque adeo accidentia per ſe ſubſtantia vero per accidens tractaretur,vnde 4.met.ſum.3.c.1. & ſeq.dicitur phyſica agere de accidentibus ſenſibilibus tanquam de paſſionibus.

Conf.1.

Conf.2. Confirmatur ſecundo, quia ſolum animaſticus eſſet phyſicus,quia ille ſolum tractat de rebus,vt ſenſibilibus, quia ad eundem artificem pertinet obiectum, & potentia ſicut dixit Ariſt.2.phyſ.tex.22.de forma, & materia, quæ pertinent ad eandem ſcientiam.

Conf.3. Confirmatur tertio,ex Ariſt.12.met. 6. ſubſtantias,inquit ſenſibiles,vt tranſmutantur pertinere ad phyſicum:demum probatur à priori, quia ratio formalis eſt illa,ex qua fluunt paſſiones,quę demonſtrantur in ſcientia, ſed paſſiones,quę demonſtrantur de ſubiecto phyſico nõ fluunt à ſenſibilitate, patet de motu,tempore, quantitate,loco,& ſimilibus.

7 *Non eſt aliquid prius materialitate contra Caiet.* Tertia concluſio ratio formalis obiecti non eſt aliquid prius naturalitate eſt contra Caiet. qui dixit eſſe,quod quid rerum corporearũ, ꝙ pręuenit naturalitatem,& paſſionem. Et idem puto ſenſiſſe Aureol.q.de obiecto theol. ar. 5. dum rationem formalem eſſe ſubſtantialẽ,corporeitatem, quę opinio licet defendi poſſit tñ placet cõmunis opinio vnde concluſio ꝓbatur à Piccolomineo cap.26. *Piccol.* quia ſi daretur aliquid prius naturali, iam naturalitas eſſet conceptus accidẽtalis, atque adeo naturæ non eſſent ſubſtantiæ,ſed accidentia contra Ariſt.2.phyſ.

Probatur ſecundo,q̃a implicat aliquid prius naturale pertinere ad phyſicum,nã illud prius, non eſſet eſſentialiter naturale,atque adeo non pertineret ad phyſicum,ſicut neque conceptus entis,vel ſubſtãtiæ,quæ ſunt priora,ſolum peti poſſet à Caiet.& *Caiet.* quidem rectè,qua ratione eſſentia rei naturalis dicatur reſpectiua.ſ.ad motum,& quietem,ſed hęc eſt quæſtio vniuerſalis de qua in met.1.

8 *Rõ formalis eſt naturalitas.* Quarta concluſio,ratio formalis eſt naturalitas,patet ex dictis, quia excluſimus mobilitatem ſumptam pro paſſione, & ſenſibilitatem, ergo ſolum remanet, vt ponatur naturalitas. Confirmatur quia,ex hac ratione formali ſcientia ſibi nomen vendicat,quæ dicitur ſcientia naturalis à corpore naturali. *Conf.*

Balduin. Secundo probatur à priori à Balduino; ratio formalis eſt illa, qua poſita ponitur res, & qua ablata aufertur res, quocumque poſito ex Ariſtot. & Auerr. primo poſt. tex. 4. at poſito corpore naturali, quocumque alio ablato poneretur ſcientia phyſica, quia poneretur obiectum materiale, quod à nulla alia ſcientia conſiderari poteſt, & ablata naturalitate quocumque alio poſito, aufertur ſcientia phyſica, ſi enim maneret mobilitas, quæ eſt paſſio non eſſet eadem ſcientia,quæ nunc eſt, quia non eſſet de ſubſtantia, ſed de accidente,ita enim probauit Auer. primum motorem non pertinere ad phyſicum ſecundo phyſic. tex.73. quia non habet in ſe principium motus, & quietis, & Ariſt.ſecundo met.16. inquirens, quæ entia ad naturalem pertineant,& quæ non, ait, perſcrutandum à nobis de natura quid ſit,ſic enim patebit,quæ ſint phyſicæ conſiderationis; ergo voluit naturam eſſe rationem, qua omnia conſiderantur in phyſica. Vide ibi Auerr. & alios Doctores: vnde Auerr.7.metaph.9.12.metaph. 6. naturalis differt à metaphyſico per principium tranſmutationis, & naturalia ab artificialibus, quia naturalia habent principium in ſe intrinſecum, ſed artificialia extrinſecam, vt fusè explicat Zab. de conſtitutione ſcientiæ c. 2. Et præterea, vt notat Balduin. ad 2. contra ſecũdam concluſionem,ſi poſita mobilitate poneretur ſcientia,eſſet quia cum ſit poſterior naturalitate ſupponit illam vt priorem.

9 *Obijcit.Bald.* Sed contra hanc cõcluſionem obijcit primo Balduin.quia ſequeretur nõ poſſe à phyſica cõſiderari primum motorem, quia non habet in ſe naturalitatẽ, quæ eſt ratio formalis, qua omnia attinguntur à phyſica.

Confirm. Confirmatur, quia modus conſiderandi obiectum vnius ſcientiæ non tractatur ab alia ſciẽtia alioqui ſcientię confunderentur, & non haberent,quo diſtinguerentur, at natura vt principium motus conſideratur à metaphyſica quinto metaph. tex. quinto vbi naturam definit.

Confirm.2. Confirmatur 2.quia non conuenit omni ſpeciei,nam cęlum conſideratur à phyſico, & tamen non habet naturalitatem, quia non habet quietem,cuius eſt principium natura.

Confirm.3. Confirm.3.quia quædam tractantur in phyſica,quæ non pertinent ad corpus naturale,imò ei repugnant,vt eſt vacuum infinitum, caſus, fortuna,& ſimilia.

Confir 4. Confir.4.quia naturale eſt nomẽ æquiuocũ, poteſt enim plura ſignificare,ideſt ens vt diſtinguitur contra ſupernaturale, & vt diſtinguitur contra artificiale.

Confir.5. Confirm. 5. quia non apparet quid nomine naturalitatis intelligatur,ſcilicet an natura ipſa, an vero entitas naturalis.

Primus motor conſideratur quoad an eſt, nõ quoad quid eſt. Reſpondent aliqui apud Zab. lib. de conſt. ſciẽtiæ naturalis c.2.eſſe de cõſideratione phyſica quoad an eſt,non quoad quid eſt; & ita explicant Ariſt.2.phyſ.tex. 71. dum ait, *quæcumque mota mouent eſſe phyſicæ conſiderationis, quæ autem non mota mouent, non amplius;* Sed nõ placet Zab.quia Ariſt.ibi affert rationẽ *Reijcitur à Zabarella.* cur immota non ſint phyſicæ conſiderationis, quia .ſ. in ſe ipſis non habent motũ,vel principium motus,ſed immobilia ſunt,at ſi hæc ratio vera eſſet,ſequeretur omnia,quę non habent in ſe principium motus non pertinere ad phyſicã quoad quid eſt; Vnde, neque tempus;neq; motus,neq; locus pertinerent ad phyſicum. Neq; dicant,rationem Ariſt.ſolum habere locum in mouentibus, *Occurritur instantia.* tum quia ratio, vt ſit efficax debet habere vim in omnibus vbicunq; reperitur: tũ quia neque eſt vera in mouentibus, vt patet in

frigo-

frigore, calore, & alijs, quæ mouent, nec habent in ſe principium motus, cum tamen omnia accidẽtia naturalia cognoſcãtur à phyſico quoad An eſt, & Quid eſt.

Obiectum habet communitatem prædicationis, & continentiæ, ex Balduin.

Reſpondet 2. Bald. ad primum contra 2. cõcluſ. ſubiectum totale ſcientiæ habere duplicẽ cõmunitatem. Vnam prædicationis; aliam continentiæ, primam habet reſpectu ſpecierum obiecti, quæ habere dicunt in ſe principiũ motus, & ideo quæ non habent hoc principium, non pertinent ad phyſicum, vt ſpecies obiecti. Alteram habet reſpectu omnium, quæ tractantur, ſiue ſint principia, ſiue paſſiones; & quæ pertinent ad phyſicum hoc modo, non debent habere in ſe principium motus; primus autem Motor continetur ſub obiecto non primo modo, ſed ſecundo modo, quia eſt principium motus, vnde negare, ex eo, quod Motor non conſideratur vt ſpecies obiecti, ſimpliciter non cõſiderari, eſt argumentari à ſecundum quid ad ſimpliciter, & ſequitur fusè Zab. loc. cit. c. 2. vbi explicat Ariſt. dicentem 2. phyſ. tex. 73. duo eſſe principia mouentia phyſicę; alterum phyſicum, alterum non phyſicum, quia non habet in ſe principium motus, cuiuſmodi eſt primus Motor.

Zabar.

Quæ ratio eſt in vna ſcientia materialis, in alia eſt formalis.

Ad primam confirm. Poſſe rationem formalem vnius tractari ab alia tanquã rationem materialem ſub alia ratione formali, ſicut color, q eſt obiecti viſibilis ratio formalis, eſt materialis reſpectu ſenſus interni; quare natura cõſiderari poteſt à metaphyſico, & phyſico ſub diuerſa ratione, vt ait Auer. 5. met. 1. & 5. nam phyſicus etiam conſiderat, vt principium motus, & tanquam rationem formalem ſui obiecti; at metaphyſicus primo illam cõſiderat, vt principium entis, quatenus ens, quia ad metaphyſicum ſpectat conſiderare omnia principia, & cauſas entis, vt ibid. ait Auer.

Auer.

Secundo, conſiderat illam, vt probet, cum ad illum pertineat probare principia omnium ſcientiarum contra negantes, nam vt ait Auerr. in paraphr. metaph. tract. 1. cap. 1. illud eſt munus metaphyſici (per dicta vera) & Topici per dicta famoſa, quæ aliquando ſunt falſa, ſed ab omnibus conceſſa.

Tertio conſiderat per accidens, ideſt non ex principali intento, ſed ex neceſſitate, nam cõſiderando omnes cauſas entis, vt ſic, neceſſario explicat naturam, quæ habet rationem cauſæ.

Ad 2. Confirm. reſpon. infra, dum explicabimus naturæ definitionem, oſtendemus non eſſe neceſſarium, vt vbicumq; eſt natura, ibi ſit tam motus, quam quies, nam ſatis eſt alterutrũ eſſe, ſed vbi eſt motus, vel quies, ibi neceſſario debet eſſe natura, quare definitio illa habet ſenſum accomodum.

In phyſica quædam per ſe tractantur, quædam per accidens.

Ad 3. Reſp. in phyſica, vt etiam in alijs ſcientijs, quædam tractãtur per ſe, vt principia, partes, & paſſiones ſubiecti adæquati; quædam per accidens, vt ſ. remoueantur à numero entium naturalium, eo quod ab alijs falsò aſſerantur, vel poſſint aſſeri, quæ refellere pertinent ad ſcientiam, & huiuſmodi ſunt p ſita in argumẽto, quia eiuſdem ſcientiæ eſt oſtendere veritatem ſuarum concluſionum, & falſitatem contrariam redarguere.

A

Reſp. 2. Multa tractari in phyſica ex perſona metaphyſici.

Reſp. 2. Multa etiam tractari à phyſico aliquando ex perſona Metaphyſici, qua ratione 1. phyſ. Ariſto. tractat de Ente, & Vero contra Permenidem, & aliquando ex perſona Mathematici, vt quæ 6. phyſ. oſtendit de continuo, ea enim & ad Phyſicũ, & ad Mathematicum pertinere poſſunt, quatenus includuntur ſub abſtractione mathematica. Aliquando tamen ex perſona Dialectici amplificat, ornat digrediendo ad alienã materiam, quod eſt frequentia in tradendis diſciplinis; vnde patet non omnes rationes, quæ afferuntur eſſe ſciẽtificas, ſed pleraſq; probabiles adductas ex perſona Dialectici, vt colligitur ex 2. cæli 17. & 60. imò multa, quæ aſſeruntur in his libris phyſicis ſunt falſa, vt æternitas materiæ, cęlorum motus, intelligẽtiarum numerus, Dei neceſſitas in agẽdo, eiuſdem finita virtus, ſecundum aliquos, & ſimilia, quibus tota ferè Ariſt. phyloſophia eſt reſperſa, ex quo patet non eſſe totam ſcientificam.

B

Ad 4.

Ad 4. Reſp. maiorem æquiuocationem includi in nomine mobilis, quare ea æquiuocatio facile explicari poteſt, maximè cum hic addatur corpus, & accipiatur naturale vniuerſaliter, vt diſtinguitur contra vtrumq; membrum.

Ad 5. Hieron. Plat. natura eſt ratio formalis (Quæ.)

Ad 5. reſpondet Hieronymus Pla. naturam eſſe rationem formalem (Quæ) quia illa conſtituit obiectum materiale .ſ. corpus in eſſe naturali, nam entitas naturalis conſtituitur per materiam, & formam, quæ ſunt naturę; quare non probatur opinio Dicentium, conſtitui per entitatem naturalem, quia id non eſt accidens, ſed ſubſtantiale prædicatum; at ſubſtantia, vel eſt materia, vel forma, vel totum compoſitum, 2. de ani. text. 2. quare ſi illa entitas eſt materia, vel forma, non diſcrepat à ſententia aliorum; ſi vero intelligant eſſe compoſitum, facilè confutatur, quia idem non poteſt eſſe obiectũ materiale, & ratio formalis (quæ) obiecti materialis, quia conſtituens, & conſtitutum nõ poſſunt eſſe idem, ſed totum compoſitum .ſ. entitas materialis eſt obiectum materiale: ergo non poteſt eſſe ratio (quæ) conſtituens illud, quam aliqui appellant rationem (ſub qua.)

C

D

QVÆSTIO TERTIA.

An de rebus naturalibus poſſit eſſe ſcientia.

HANC quæſtionem pertractant Iandunus, & Ferrarienſis 1. phyſ. q. 1. vbi Gratiadeus in prol. q. 1. art. 2. Ægid. q. 1. Alber. tract. 1. c. 2. Sot. q. 1. concluſ. 2. & 3. Tole. q. 1. p. 2 Aſtudill. q. 1. Conimbr. q. 2. Hoccamus 1. par. phyſ. c. 3. & 4.

E

ART. I. Explicatur ſenſus quæſtionis.

Ex Sexto Empirico, tria fuiſſe Philoſophorũ genera.

1 PRimo Not. ex Sexto Empir. lib. 1. Pyrronicarum Hypotypoſeon tria fuiſſe genera Philoſophorum. Primum, eorum, qui verum ſe inue-

inuenisse dixerunt,qui peculiari nomine Dogmatici appellabantur,in quibus est Arist.Epicurus, Stoici. Alterum eorum, qui verum comprehendi posse omnino negarunt, vt Clitomacus Carneades, & cæteri Academici, quorum placitum fuit omnium rerum veritatem esse incertam,siue propter naturæ tenebras,quibus obruitur; siue propter similitudines rerũ, quibus confusa latitat;vnde tantum cognosci posse dicebant,quod est verisimile, quorum Fons, dicitur ab Augustino contra Academicos lib.3. fuisse Plato, qui à Socrate Præceptore, & alijs Antiquioribus,illud dicitur hausisse, licet Plato,non omnino veritatem rerum abstulerit; nã cum duplicem mundum constituerit vnum intelligibilem,alterum sensibilem,in illo veritatẽ habitare putauit, in hoc vero solum verisimilẽ veritatem,vt colligitur ex Plotino lib.4.enn.6. Ficino in conuiuium Platonis,Eugubino lib.3. de perenni philosophia cap.8.Eusebio lib.1.de præpar.euangel. cap.12. Clemente Alexandrino lib.5. Strom. ex quo colligi licet apud Platonem de rebus phys.nõ esse scientiam,sed solum opinionem.

Ex Aug. Plato Fons Accademicorum.

Mundus intelligibilis,& sensibilis,apud Pla.

Plotin.

Ficinus.

Euseb.

Alexan.

Tertium, eorum qui cum non diffidant veritatem posse comprehendi, in eius inuestigatione perseuerant,& ij Sceptici dicti sunt,idest dubitantes,seu hesitantes,qui etiam Pyrrhonici dicti sunt à Pyrrhone,quod Scepsin solidius, & apertius tractauerit, quam eos, qui ętate illũ præcurrerunt.

Qui dicantur Sceptici.

2 2. Notandum,nobis hoc loco non est disputandum cum Academicis,vel Pyrrhonicis,quatenus omnino negarunt rerum, scientiam, & veritatem,sed solum quatenus illam negarunt in rebus physicis, nam de illorum opinione in vniuersum fusissimè disputabimus in tractatu de scientia;ideoq; hanc quæstionem hic leuiter attingemus, ne omnino præterita esse videatur quare,

ART. II. Opiniones Doctorum.

PRima opinio fuit Antiquorum qui rerũ naturalium scientiam negarunt, illam docuit Pythagoras, vt refert Laertius in Pythagora,& Tertullianus lib.de anima,quod omnis cognitio physica opinionibus contineatur, eandem docuit Heraclitus, Ephesius, & Cratylus eius discipulus apud Platonem in Thęteto,&Arist. 4.metaph.tex.22.& sequutus illam est Gregor. Ariminens.apud Astudill.loco citato art.2.qui propter rerum inconstantiam non solum naturalium, sed omnium rerum negauit,solumquè scientiam dari affirmauit de complexis significabilibus,quæ videtur fuisse sententia Nominalium, de quorum opinione in tractatu de scientia. Fundamenta huius opinionis ex varijs capitibus ducuntur. Primum,ex varia opinione eorum, qui ponunt principia physica,de quibus infra fusius;nam qui asserunt tot,vel talia esse principia,vel id asserunt sine demonstratione,& iam concedunt non dari scientiam,vel id asserunt per demonstrationem,& tunc verũ euidenter dicerent; demonstratio enim constat

Prima opinio negat scientiã rerum physicarum.

Pittag.

Laert.

Tertull.

Heracl.

Ephes.

Cratyl.

Arimin.

Nominales.

Primum fundamentum.

A ex principijs,vel euidentibus, vel,quæ resoluũtur in euidentia; at hoc esse falsum,patet ex varietate opinionum, nemo enim negaret veritatem euidentem, vel euidenter probatam.

Confirmatur,nam qui phylosophorũ libros euoluit, planè videt eorum doctrinam multis erroribus scatere, vt fusius refert Mirandulan. libris sex de examine vanitatis doctrinæ gentium, imò multa sunt veritati catholicæ repugnantia, ex quo extat illud Tertull. lib. de heretic. præscriptionibus hæreses a Philosophia fuisse ortas,quod etiam Hierony. lib. aduersus Pelagianos ostendit.

Confirm.

Mirandul.

Tertull.

B Secundum fundamentum sumitur ex principiorum dependentia,nam nõ pôt haberi perfecta rerum scientia, nisi cognoscatur earum quidditas, quia proprietates, cum ab illa oriãtur,non possunt cognosci, nisi cognita quidditate,vt colligitur ex Arist.6.met.tex.1.,2.phys. tex.17.,1.poster.tex.20.23. at physicus non potest cognoscere rerum quidditatem, quia hoc est munus metaphysici,vt Arist.6.metaph.tex.3. & 4.metaph.tex.5.asserit. Neque dicas ad metaphysicum solum pertinere cognoscere quidditatem in communi,&prędicata quædam cõmunia rebus materialibus, & immaterialibus, quidditates vero in particulari proprij obiecti pertinere ad singulos artifices,atq; adeo ad physicum pertinere cognoscere quidditatem rerũ C naturalium; Non (inquam) id dicas,tum quia cum tota essentia rerum constet ex prædicatis communibus,& specificis, fit, vt ablata cognitione communium prædicatorum, rei essentia cognosci non possit; tum quia nihil,quod ponitur in prædicamento substantiæ cognosci potest sine cognitione perfecta conceptus substantię, cum ille includatur in singulis speciebus substantiæ; tum tertio, quia metaphysicus defendit contra Proteruos,& Sophistas principia scientiarum, suumq; cuique obiectum tribuit, vnde Plato in Philabo,& 7. de Repub. nomen scientiæ putat tribuendum solum metaphysicæ, quam ibi appellat Dialecticam; alias vero D dici scientias propter consuetudinem, sed indigent alio nomine clariore quidem, quam sit opinio, obscuriore verò, quam sit scientia. tum quarto,quia ex 6. metaph. tex. 1. eiusdem scientiæ est manifestum facere ipsum *Si est*, & *Quid est subiecti*, sed ad scientias particulares non pertinet ipsum, *Si est*, proprij obiecti, etiam secundum gradus contentos intra suam abstractionem; ergo neque, *Quid est*,vel quidditas obiecti secundum gradus illos.

3 *Secundum Fundamentum.*

Physic.non potest cognoscere rerum quidditatem.

Instantia.

Reiicitur.

Tertium fundamentum ducitur ex conditione obiecti,nam obiectum scientiæ debet esse certum,atq; adeo incorruptibile,& æternũ, vt docet Plato in Charmide,& Arist. 1. poster. E tex.5.15.& seq.& 6.eth.cap.3.vbi ex necessitate scibilis infert esse æternum,quæ autem æterna sũt generationi,& corruptioni minimè subiacent,& fusè Sirianus 12.metaph.vel 13.secundum Latinos cap. 2. vbi ait scientiam esse de æternis per se existentibus, & semper eodem modo affectis, & Alb.de causis lib. 2. tract. 2. cap.11.scientia vera est de rebus immobilibus, in

4 *Tertium fundamentum, quæ sint conditiones obiecti scibilis.*

Sirianus.

Alb.

in mobilibus autem eſt opinio. Sed obiectum A phyſicæ non eſt incorruptibile,& æternum, vt patet, nam omnia naturalia ſunt corruptibilia, & per conſequens ſingularia, neque eodem modo ſe habent, vt patet inductione, nam ſiue ſint elementa, ſiue mixta, ſiue cœli ſunt variabilia, vel ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum accidentia, vnde cœli cótinuo mouentur varijs motibus, luminisq. defectum, & augmentum patiuntur.

Obijcitur. Iandun. Conimbr. Quomodo ſcientia ſit de neceſſarijs.

Reſpondent communiter Iandu. Conimb. & alij hic; Vnam ſcientiam dici de neceſſarijs, & incorruptibilibus intelligi, non de obiecto incomplexo, ſed complexo, cuiuſmodi ſunt propoſitiones, nam illi termini ly *neceſſarijs, & incorruptibilibus*, B ſumuntur; ſecúndo intentionaliter; quare quantumcumq; res ſint corruptibiles ſecundum exiſtentiam, tamen adhuc ſcientia dicitur eſſe de neceſſarijs, & incorruptibilibus propoſitionibus, ſeu connexionibus prædicatorum cum ſubiectis, imò addit Iandu. neque eſſe neceſſarium, vt propoſitiones ſint metaphyſicæ, & omnino neceſſariæ, & aliter non poſſint eſſe, ſed ſatis eſſe, quod habeát neceſſitatem phyſicam, quod eſt, vt naturaliter, ita vti plurimum contingant, ideſt rebus in certo ſtatu poſitis, & ablatis impedimentis, vt eclypſis Lunæ.

Secundo, addit non eſſe imaginandum obie- C ctum ſcientiæ, nullo modo eſſe variabile, quia neceſſario, naturalia præſertim habent aliquam varietatem, ſed dici inuariabile, ideſt quod aliter non contingit eſſe quoad prædicata, quæ de ipſo ſunt, ita vt concluſio ſcita ſit æternæ veritatis, cuiuſmodi eſt, *Omnis homo eſt diſciplinæ capax, Ignis eſt aptus eſſe ſurſum*; at nó ita ſút aliæ propoſitiones, *vt omnis homo actu ſpeculatur; Omnis ignis eſt ſurſum ſimpliciter*, quia hæc accidentia cum ſint ſeparabilia, poſſunt aliter ſe habere reſpectu ſubiecti, & ſubiectum reſpectu ipſorum.

Opinio Ariſt.

Sed contra, quia Ariſt. in ea propoſitione accipit illos terminos primo intentionaliter, nam ait eſſe de incorruptibilibus ſimpliciter, & cor D ruptibilibus per accidens; at hoc nó poteſt verificari de propoſitionibus, quia hæ per ſe, & ꝑ accidens ſunt neceſſariæ: ergo debet verificari de rebus, at res ſunt corruptibiles, ſaltem vt sút in ſingularibus.

Confirm.

Confirm. 1. Ex Iandun. quia de ſingularibus non eſt ſcientia, 1. poſt. & oſtendit Alenſ. 6. met. tex. 3. ſed res naturales ſunt ſingulares, vt ex 7. metaph. tex. 35. vbi dicitur in hoc diſtingui res ſenſibiles, ab intelligibilibus, quod hę abſtrahũt à materia, vt circulus, ſed ſenſibilia ſunt in materia; ſenſibile autem idem eſt, ac naturale, ſed ex materia conſtituitur res ſingularis, vt ibi dicitur, & quia ſenſus non poteſt ferri in vniuer- E ſale, ſed in ſingularibus, vnde fit de ratione rei ſenſibilis eſſe, vt ſit ſingularis, & hinc Ariſto. 11. metaph. ſum. 3. cap. 2. ſcientia metaphyſica ſola vniuerſalium eſt, nam mathematica, & naturalis circa entia particularia verſantur.

Confirm.

Confirm. 2. Scientia non poteſt eſſe de ente per accidens, quia .ſ. non habet ſpeciem determinatam ex 11. met. ſum. 2. c. 3. ſed phyſica eſt de ente per accidens, quia entia naturalia, cum in ſua ratione includant materiam ſenſibilem ſunt aggregata ex rebus diuerſorum generum, ſcilicet ex ſubſtantia, & accidentibus ſenſibilibus.

5 *Quartum fundamentum. Origo ſcientiæ eſt ſenſus.*

Quartum fundamentum eſt ex generatione ſcientiæ, nam omnis noſtra cognitio ortum ducit à ſenſu, iuxta illud, nihil eſt in intellectu, qn prius fuerit in ſenſu, ſed ſenſus noſtri, quod ſę pè fallantur, non poſſunt inducere cognitioné certam: ergo ſi enim ſenſus, qui velnti quidam nuntij ſunt veritatis, falſa denuntiant, qua rõne intellectus poterit verum à falſo diſcernere;

Senſus corrigi ab intellectu.

Neque dicant ſenſus corrigi ab intellectu; nam cognitio illa, quæ habet vim corrigendi, vel ortum ducit à ſenſu, & expoſita eſt in ſimuli errori, vel non ducit ortum à ſenſu, & túc falſum eſſet, axioma illud (quod nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu) ſenſus autem noſtros falli fusè oſtendit Sextus Empyricus lib. 1. Pyrrhoniarum Hypotipoſ.on ferè per totum præſertim à cap. 11. & conſtat experientia, viſus .ſ. remum fractum iudicat in aqua, cum ſit integer; ſæpe etiam arte Dęmonum multa apparét, quæ non ſunt, vt homines mutari in beſtias, vt Varro narrat de ſocijs Vlyſſis à Circe famoſiſſima Maga, in beſtijs mutatis, quod idem narrat factum ab eadem Circe in homines Arcades, quos ſtagno quodam pertranſito in lupos conuertit; idemq; cótigiſſe ſocijs Diomedis à Troia reuerſis, qui in Aues mutati frequenter circa Templum circumuolabant, idemq; confirmari poteſt ex Somniantibus, qui multa certa iudicant, in quibus deinde ſe fuiſſe deceptos cognoſcunt, quin etiá vigilantes ſenſus falluntur circa hoſtiam conſecratam, in qua facta conſecratione panem eſſe iudicant, cum tñ ex fide oppoſitum ſit certum, & id, quod dicitur de ſenſu viſus, idem dici poteſt de séſu tactus; ſi enim vno digito ſupra alterum poſito aliquid tangatur, illud apparet duplex cum ſit vnum, neque diuerſa ratio eſt cur per alios ſenſus non fallamur.

Sextus Empyr.

Socij Vlyſſis mutati in beſtias.

Archades in lupos.

Socij Diomedis in Aues.

Confirm. Mouẽs nobilius re mota.

Confirm. 1. Quia entia naturalia nó poſſunt mouere intellectum, quia mouens debet eſſe nobilius moto, 3. de anima tex. 19. nam mouens vt ſic eſt actus, vel ens in actu; mobile autem, vt ſic eſt ens in potentia, 3. phyſ. tex. 16. actus aũt eſt nobilior potentia, 9. metaph. tex. 13. & ratio huius eſt, quia quando optimum in vno genere eſt melius optimo in alio genere, tunc totum illud genus eſt melius illo genere, ex regula tradita 3. top. at optimũ in genere actuum, eſt melius ſimpliciter optimo in genere potétiarum, vt Deus potentia receptiua; At cum ſcientia ſit habitus intellectualis, 6. eth. c. 2. oportet vt id, qđ ſcitur ſit intelligibile; atq; adeo moueat intellectum, ſicut ſenſibile mouet ſenſum.

Confirm.

Confirm. 2. Quia vt habeatur demonſtratio debet procedere ex notioribus nobis ad ignotiora, ſed in phyſica non põt ita procedi, quia in phyſica nobis notiora ſunt effectus, & cauſæ ſunt nobis ignotiora, & notiora natura. Neque dicas, quod quadam ſunt notiora nobis, & natura,

tura,& ex his procedere demõftrationem,quia Arift.vniuerfaliter afferit nulla effe notiora nobis,& natura. quia negatio præpofita facit, vt quando dicitur non funt eadem notiora nobis, & natura æquipolleat vniuerfali. A

Quintum fundamentum.

6 Quintum fundamentum,fumitur ex fine, nã omnis fcientiæ finis aliquis eft id, quod eft per fe bonum, ex 1.magnorum moralium cap.2. & 1.eth.cap.1.&4. at phyficæ finis non eft bonus, nam vna eius pars eft Magia, quæ definitur effe pars phyficæ ex mutua, & opportuna naturalium virium copulatione, docens opera edere admirabilia, eo quod voces fuas fupra eas, quæ naturę ordine fieri videntur, exercent, vt colligitur ex Victoria relectione de arte magica q.3 Cœlio Rodigino lib. 6. lectionum antiquarum c.12. & Scaligero exercitat. 327 Perer. lib. de magia, Io.Bapt.à Porta lib.de magia naturali. B

Victorius. Rodiginus, Scaliger, Perer. Io.Bap.à Port.

ART. III. Opinio Auctoris.

Res naturales confiderari dupliciter & in particulari, & in vniuerfali.

7 PRo folutione notandum,res naturales dupliciter confiderari. Primo, in particulari, quatenus funt determinatę ex principijs indiuiduantibus,vt Sortes Plato &c. Secundo, in vniuerfali, .i. fecundum rationem communem, quæ non includit in fe principia indiuiduantia,vt homo,equus,&c. inter quę illud eft difcrimen,quod res in particulari habet omnia requifita ad hoc,vt operentur,& patiantur,vnde dicuntur per fe primo corruptibiles,& operari. at vero in vniuerfali cũ non habeant omnia requifita,dicũtur abftrahere à motu,& operatione,nam quia in fe nõ includant materiam, quę eft caufa corruptionis, fed quia non habet natura vniuerfalis omnia requifita ad hoc, vt poffit pati,& agere, & ideo ratio vniuerfalis dicitur immobilis, licet id,cui cõuenit talis ratio moueatur, quia ipfa ratio, vt fic confideratur fine materia fignata,& indiuiduali, ficut rifibilitas confequitur naturam hominis, tamen ridere non conuenit illi,nifi fit fingularis; vnde dicitur confequi illam fecundum actum fignatum, non tamen conuenit fecũdum actũ exercitum nifi in particularibus exiftẽtibus,ita Ferrarienf.hic q.1.ex Caiet.1.pofter.c.9.&Verfor. 1.phyf.q.9.hinc fit, vt natura vniuerfalis dicatur corrumpi per accidens; particularis vero per fe primo. C D

Ferrar. Caiet. Verfor. Natura vniuerfalis eft corruptibilis per accidens, particularis, vero per fe primo.

Secundo notandum, dupliciter poffe de aliquo haberi fcientiam; vno modo principaliter vt de fubiecto primo,& adæquato paffionis dicitur primo, & principaliter haberi fcientia, vt de homine habetur fcientia quod fit rifibilis,quia illa paffio primo conuenit homini.

Scientia dupliciter dicitur effe de aliquo principaliter, & fecundario.

Alio modo fecundario,& quafi per reflexionem, ideft quando de aliquo fcitur paffio inadæquata,quæ cum adæquatè cõuenire fciatur fuperiori, concluditur etiam conuenire inferiori, ficut fi quis cõcluderet Platonem effe rifibilem,ex eo,quod homo fit rifibilis. E

De rebus naturalibus eft fcientia in vniuerfali.

8 Prima conclufio, de rebus naturalibus fecũdum rationes vniuerfales habetur verè,& propriè fcientia: probatur primo, ex auctoritate Arift.3.phyf.tex.24.& 25. vbi appellat fcientiã de natura, & ad hanc fcientiam propriè pertinere cõfiderationem de infinito, 1.de part.animalium cap. 1. vbi doctrinam de naturalibus confiderare caufas rerum naturalium,& præcipuè finem,& fæpe illam appellat fciẽtiam,ibiq; oftendit, quomodo naturalia habeant neceffitatem,& 2.metaph.tex.3.vbi phyfofophiã vocat fcientiam veritatis contemplatricem, veritatem autem nefciri non cognitis caufis, 4.metaphyf. tex.22.vbi reprehendit Heraclitum,& Cratylum, quod negarunt fciẽtiam effe rerum naturaliũ; quod etiam fine dubio opinatus eft Plato, vt alibi oftendemus, licet interferat in fcientiarum acquifitione non nulla falfa,præcipuè illud: *Nihil de nouo fciri,fed noftrum difcere effe reminifcentiam quandam*, contra quem multa Auguftin.12.de Trinit.cap.15.Alber.1.metaph.tract.1.cap.8.D.Tho.1.par.q.84 art.3. & 2.contra gentes cap.83. Irenęus lib.2. contra hæreses cap.60.& fequentibus,& Arift. 1.metaph.fum.1.c.2. vbi oftendit acquiri fciẽtiam,& artem per experientiam, quia ex nullis neceffarijs fit vnum experimentum.

Prob. 1. auctoritate.

Heracl. & Cratylus negarunt fcientiam naturalium.

Auguft. Alber. S.Thom. Irenæus.

Quod fi in Philebo ex 7. de Republ. folum Dialecticam .i. primam philofophiam fciẽtiam appellandam exiftimauit,fcientiæ nomen preffe accepit,quatenus fcilicet fignificat facultatẽ, quæ omnibus dominatur, & patrocinatur, qđ tantum metaphyficę cõuenit,phyficam,tamen inter fcientias propriè dictas connumeraffe patet ex vulgata diuifione fcientiarum fpeculatiuarum in Metaphyficam,Phyficam,& Mathematicam: & ex vulgata diuifione Philofophiæ in Phyficam, Dialecticam, & Moralem, quam Pyttagoras,Socrates, & Plato amplexi funt, vt alibi oftendimus. Quod fi aliquando id negare videntur, tãtum fignificant difficultatem acquirendi fcientiam,vt plura ignoremus,quam fciamus, vel etiam vt modefte infolentiam Sophiftarũ (qualis fuit Heraclides Ponticus apud Cic.5.Tufc.99. qui vano fapientiæ nomine gloriabantur,redarguerent, vnde extat illud Socratis, *Se hoc vnum fcire, quod nihil fciret.*

Plato non negauit fciẽtiam naturalium.

Socratis modeftia.

Secundo probatur, ratione ex definitione fciẽtiæ tradita in 1.pofter.text.5.id quod poteft cognofci per caufam, & impoffibile eft aliter fe habere, poteft effe obiectum fcientiæ, fed de rebus naturalibus haberi poteft,vnde habes talis cognitio, ergo &c. Minor quoad primam partem patet ex multis, quorum cognofcitur caufa,vt omne corpus effe diuifibile, quia continuum materiam primam naturaliter abfque omni forma effe non poffe, quia eft pura potentia, fimiliter entia naturalia effe corruptibilia, quia habent materiam capacem aliarum formarum, vel funt in materia. & fic de alijs & ratio eft,quia cum ad omnem formam cõfequatur aliqua paffio, non eft cur per illam tanquam per cãm non poffit paffio illa cognofci.

Probatur fecũdo ratione.

Probatur quoad fecundam partem, fcilicet (non poffe aliter fe habere) nam ftatim, ac quis intelligit, quod fit continuum neceffario cognofcet confequi diuifibilitatem,& fimiliter, qui intelligit quid fit pura potentia, cognofcet neceffariam connexionem illius cum aliqua forma

Caiet.

forma, & ratio, ſumitur ex Caietano, & alijs in prædicabilibus cap. de accidẽte, quod quando ſubiectum aliquod non poteſt eſſe ſine prædicato, neque in re, neque per ſecundam operationem intellectus, tunc illa propoſitio eſt neceſſaria, nam oppoſitum illius eſt ſalſum, ſaltem ſecundum cõuenientiam, licet enim fortè per potentiam diuinam poſſit ſubiectum eſſe ſine ſua paſſione, nũquam tamen fieri poteſt etiam per potentiam diuinam, vt ſubiectum non habeat proportionem cum ſua paſſione, vel vt habeat proportionem cum oppoſito ſuæ paſſionis, ſed ita eſt in naturalibus, quia ſubiectũ non poteſt eſſe ſine ſua paſſione, vt homo quin ſit capax diſciplinarum, & quin ſit riſibilis.

Quando dicitur propoſitio neceſſaria.

Confirm.

Confirm. quia de rebus naturalibus habetur aliqua cognitio, ſed hæc non eſt habitus fidei, quia non nititur auctoritate, vt patet, neq; prudentiæ, neque artis, neque ſapientiæ, neq; aliorum, qui ponuntur in 6. eth. vt ex terminis eſt manifeſtum, neq; opinionis, quia omnis opinio eſt cum formidine partis oppoſitæ; at multa oſtẽnduntur in phyſica quæ cognoſcuntur ſine tali formidine, vt patet in ſupradictis, & alijs quæ habẽtur in libris phyſ. ergo manet vt ſit ſcientia.

Confirm.

Confirm. 2. Quia ratio cur negent Aduerſarij de naturalibus eſſe ſcientiam eſt eorum mutabilitas, vt notauit Ariſ. 4. met. tex. 22. ꝙ de eo, ꝙ mutatur nihil verificari poſſit; vnde Crayl, nihil putabat dicere oportere, ſed ſolum digitum monebat, & Heraclytus reprehendit quẽdam, qui dixit, bis in eundem fluuium non eſſe intrare, ipſe enim exiſtimabat, nec ſemel quidẽ; at hæc ratio non obſtat, tum quia non omnes res naturales ſunt ita mutabiles, vt patet de cælorum ſubſtantia, quod licet negarint Aduerſarij, Ariſt. tamen id probat, & nos ſuo loco. Secundo, quia etiam ſi ſublunaria corrumpantur quo ad exiſtentia, tamen quo ad naturas ſuas, & connexionem cum proprietatibus nunquam corrumpuntur, quia habent neceſſariam connexionem, ſaltem quo ad conuenientiam, nam ſicut eſſentia ſecundum ſe abſtrahit ab hecceitatibus, ita etiam ab exiſtentia, atq; adeo à corruptione, & motu. Tertio; quia ſaltem poſſet de rebus phyſicis demonſtrari, quod ſint mutabiles, perpetuo enim conſtantiam ſeruant in hac mutabilitate, de qua re legendus eſt Ariſ. 4. met. loc. cit. & Doctores ibi.

Crayl.

Heraclyt.

10 2. Concluſ. Etiam de rebus naturalibus in particulari poteſt haberi ſcientia ſecundario, quia quæcumq; paſſio demonſtrata de ſuperiori, põt demõſtrari de inferiori, quatenus participat ſuperius, vt de iſoſcele, quod habeat tres angulos æquales, duobus rectis, quia eſt triangulus; ſed oſtendimus de rebus naturalibus ſecundum eſſentiam poſſe demonſtrari aliquam paſſionem, ergo etiam poterit eadem demonſtrari de indiuiduis, quatenus participant eſſentiam, quare natura vniuerſalis, ideſt ſecundum ſe ſpectata, vt eſt ſubiectum demonſtrationis, ꝑ quam de illa cognoſcitur aliqua paſſio eſt res cognita, vt vero per illam probamus aliquam paſſionem de indiuiduis, tunc natura, habet ra-

De rebus naturalibus poteſt habere ſcientiã etiã in particulari.

A tionem medij cognoſcendi, vt colligitur ex Auer. 2. phyſ. com. 2.

Dices, naturæ ſenſibiles, vt indiuiduæ ſunt corruptibiles, at corruptibilibus nihil cõuenit neceſſario, ſed aliquando conuenit, aliquando vero non vt videtur dicere Ariſt. 1. poſter. text. 21. vbi hinc oſtendit demonſtrationem non eſſe corruptibilem.

Confirm. Quia Plato apud Porph. cap. de ſpecie iubebat ſcientiam vſque ad indiuidua excluſiuè extendi.

Confirm. 2. Quia differentiæ indiuiduales poſſunt multiplicari in infinitum etiam per potentiam naturalem, infinitum autem eſt ignotũ 1. phy. 31., 2. met. 11.

B Confirm. 3. Quia intellectus non cognoſcit ſingulare, at ſcientia eſt in intellectu.

Reſp. Indiuidua poſſe cõſiderari dupliciter. 11
Primo, ſecũdũ ſuas hecceitates præcisè ab exiſtentia, & nõ eſt cur illis non poſſit aliquid cõuenire neceſſario, nam vt genus, & differentia ſunt de eſſentia ſpeciei, ita natura ſpecifica, & hecceitas ſunt de conceptu indiuidui, ſine quibus intelligi non poteſt. Secundo, vt ſtant ſub actuali exiſtentia, & ita nihil illis neceſſario cõuenit, quia nulli rei creatæ neceſſario cõuenit exiſtentia, quod etiam eſt verum de natura vniuerſali, cum enim dicitur homo eſt rationalis,

C ly *eſt* dicit exiſtentiam illa propoſitio eſt cõtingens, ſicut ſi diceretur Petrus eſt rationalis.

Ad confirm. Reſp. tract. de ſcientia explicabimus, cur id iubebat Plato, nunc ſatis ſit dicere non deſcendere ſcientiam ad indiuidua primario, poſſe tamen deſcendere ſecundario.

Ad 2. etiam differentiæ indiuiduales poſſunt in infinitum multiplicari, ſicut etiam fortaſſe ſpecies ſub eodem genere, vnde extat illud, *ſemper aliquid noui affert Aphrica*, tamen in ſingulis non ſunt, niſi finita prædicata, atq; adeo poſſunt cognoſci.

Ad 3. Fuse lib. de ani. de ea quæſt. nunc ſupponitur ſingularia cognoſci directè, vel reflexè.

D
ART. IV. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

AD primum fundamentum Reſp. ſcientiam 12
rerum naturalium haberi per demonſtrationem ex principijs euidentibus, vel reſolutis in euidentia, nec mirum antiquos Philoſophos negaſſe veritates euidenter cognitas, quia negarunt etiam motum, & multa alia præcipuè primum omnium principium, impoſſibile eſſe, ꝙ aliquid ſimul ſit, & non ſit propter ipſorũ pertinaciam, vt oſtendemus tract. de ſcientia.

Reſpond.

Ad Confirm. dico primo, nõ omnia, quæ traduntur in ſcientijs eſſe demonſtrata, ſed multa, & fortaſſe plurima, ſolum probabiliter

E enunciata, & inde ortum habuit tanta varietas de rebus phyſicis opinionum, & ſæpe etiam fuiſſe erratum.

Ad confirm.

Dico ſecundo, negari non poſſe, quin in tradendis diſciplinis ſæpe à Philoſophis fuerit erratum, ſed id non philoſophiæ, ſed philoſophãtium vitio, & ignorationi tribuendum, vnde

Errores in tradẽdis ſcientijs non eſt vitium ſcientia ſed philoſophantium.

Greg.

Niſſen.

Greg. Niſſenus in vita Moyſis, monet à Philoſophia naturali omnia ea reſecanda, quæ non ex ipſius artis principijs, quæ vera ſunt, ſed ex hominum fidei lumine carentium opinionibus falſa, ac fidei repugnantia, quaſi quædam infidelitatis præputia orta fuerunt.

Nulla ſcientia poteſt cognoſcere aliquam naturam perfectè perfectione abſoluta, ſed in ſuo genere, & ſecundum quid.

Ad ſecundum fundamentum Reſp. & dico primo, inde conſequi nullam ſcientiam poſſe cognoſcere perfectè naturas rerum naturaliũ, perfectione abſoluta, ſed omnes ſimul habere huiuſmodi cognitionem. Quia ſingulæ cognoſcentes, quæ ad ſe pertinent, abſoluunt cognoſcibilitatem rerum naturalium, prout ab hominibus cognoſci pro hoc ſtatu poſſunt; Non tamen hinc fieri ſingulas ſcientias non cognoſcere illas perfectè perfectione, ſecundum quid, .i. ſecundum ea prædicata, quę continentur intra abſtractionem proprij obiecti; Neque tamen hinc fit, ſcientias eſſe imperfectas priuatiuè, .i. quod careãt perfectione ſibi debita, ſed eſſe imperfectas negatiuè, .i. quod non habeant perfectionem aliquam maiorem, ſibi tamen non debitam, vt homo dicitur imperfectus negatiuè, quatenus caret perfectione, q̃ habet Angelus.

Particulares ſcientiæ cognoſcunt quidditates rerum in particulari ſecundum prædicata intra ſuas rationes formales obiecti.

Dico ſecundo, rectè ibi dictum ad Metaphyſicã pertinere cognoſcere quidditatem in cõi, ſed ad ſingulas ſcientias, quidditates propriorũ obiectorum in particulari, non quidem ſecundum gradus ſuperiores excedentes ſua obiecta, ſed ſecundum eos, qui continentur intra latitudinem ſuorum obiectorum, vnde cognoſcunt proprias paſſiones obiectorum conſequentes eſſentiam ratione graduum, quos ſingulæ cognoſcunt: Et hinc vlterius fit, vt poſſint reſoluere concluſiones proprias in principia immediata, quia hæc conflantur in ſubiecto, & definitione, & ex paſſionibus, & gradibus, ex quibus immediatè fluunt, vt oſtendemus in Poſterioribus, ex quibus facile ſoluuntur inſtantiæ; nam prima oſtendit non cognoſci rem perfectè perfectione abſoluta à nullã ſciẽtia, quod à nobis conceditur; nam multæ ſcientiæ particulares ſupponunt à Metaphyſica, præcipuè conceptũ quidditatis, ſicut etiam ſupponunt à Logica regulas bonæ definitionis, & ſyllogiſmorum, hoc tamen non tollit quin ſit perfecta ſcientia in ſuo genere.

Ad ſecundam inſtantiam, patet ex dictis, non eſſe neceſſarium, vt cognitio Phyſica ſit perfecta in ſuo genere cognoſcere in ſingulis ſuis ſpeciebus conceptum ſubſtantiæ; nam hæc cognitio pertinet ad Metaphyſicam.

Scientia particularis nõ defendit propria principia.

Ad tertiam inſtantiam, ad ſcientiam ſatis eſſe ſoluere ſuas concluſiones in principia immediata, & per ſe nota, quod præſtat ſcientia phyſica, nõ tamen eſſe neceſſarium, vt defendat ſua principia, imò hoc repugnat ſcientiæ particulari, quia nihil debet habere notius, quàm ſua principia, & ideo hoc munus demãdatum fuit Metaphyſicæ, tanquam omnium ſupremæ, & communi ſcientiæ, qua ratione Plato illam ſolã nomine ſcientiæ dignatur .i. ſupremæ, & omnium Reginæ, non tamen negat dari alias inferiores, & quaſi ſubditas ſcientias.

13 Ad quartam inſtantiam, quæ certè difficultatem aliquam habet. Primo poteſt reſponderi, ibi non loqui de quidditate particularium obiectorum, vt ſic, ſed de quidditate in communi, quia ex cognitione entis infert cognitionem quidditatis; at hinc non infertur cognitio quidditatis in particulari, & quaſi in actu exercito, ſed cognitio quidditatis in communi, & in actu ſignato, quia ſicut idem ens, & aliquid, ita idem eſt ens, & quid; quia omne, quod eſt ens quidditate quaſi ꝑ formam eſt ens, quia entitate eſt ens, entitas autem eſt idem, ac eſſentia, quæ eſt idem, ac quidditas, 7. met. 10. & præterea, quia id probat ex eo, quod id pertineat ad plures ſcientias, ſed quia text. videtur loqui de ſubiecto particulari ſingularum ſcientiarum, ideo.

Explicatur quomodo ſit eiuſdem ſcientiæ manifeſtare de obiecto Si eſt, & Quid eſt.

Reſponderi ſecundo poteſt, ibi Ariſt. probare velle ad metaphyſicam pertinere ens, vt ens, & eius principia, & cauſas inquirere. idq; probare varijs rationibus, præcipuè oſtendendo illud ad nullam ſcientiam particularem pertinere. & hinc infert ad nullam particularem ſciẽtiam pertinere cognoſcere quidditatem, ſed hanc aliæ ſcientiæ faciunt manifeſtam per ſenſum .i. vt notat Alenſ. quod præſtat phyſ. venãdo definitionem animalis per ſenſum, & motum. Aliæ vero ſupponunt, *Quod quid eſt*, ab alia ſcientia, ſed omnes ex ipſo *Quod quid*, demonſtrant paſſiones, quæ ſecũdum ſe inſunt generis ſubiecto. Hinc vlterius infert, quod ſubſtantia, vel *Quod quid eſt*, non demonſtratur, ſed reſpectu ipſius *Quod quid eſt*, eſt alius modus oſtenſionis, & ſicut ſcientiæ nihil dicũt de genere ſubiecti, circa quod verſatur, ſcilicet probando vtrum ſit, vel non ſit, ſed ipſum ſupponunt, quia eiuſdem rationis eſt demonſtrare ipſum *Quod quid eſt*, ſubiecti, & ipſum ſubiectum *Si eſt*, idq; dicitur, quia ſcientia ſupponit eſſe ſubiecti; non quidem exiſtentiæ, quia hæc non pertinet ad illam ſcientiam; ergo eſſe eſſentiæ, atq; adeo *Quid eſt*, ſubiecti, ideſt cognitione confuſa, nam cognitione diſtincta cognoſcitur eſſentia manifeſtatis paſſionibus ſubiecti, vt notat Alenſ. ibi: quare non negat Ariſt. cognitionem quidditatis proprij obiecti non pertinere ad ſcientias particulares, ſed nõ demonſtrare illam, quod nos concedimus, & dicemus in Poſter. & hoc nihil ſcientijs obeſt, quin poſſint demonſtrare ex quidditate paſſiones, vt diximus, & hic eſt germanus ſenſus.

Alenſ.

Quomodo ſcientiæ obiectũ debeat eſſe æternum, & incorruptibile.

Ad tertium fundamentum, qua ratione obiectum ſcientiæ debeat eſſe æternum, & incorruptibile, fuſè in tract. de ſcientia, vbi etiam, an hæc attributa ſubiecti ſcientiæ, *eſſe debere neceſſarium, aliter ſe habere non poſſe eſſe æternum, eſſe incorruptibile*, ſignificẽt idem, an vero diuerſa. Nunc ſupponatur, vt volunt Aduerſarij, requiri neceſſitatem incomplexam, ſeu æternitatem, & incorruptibilitatem non propoſitionis, ſed ſubiecti, de quo fit demõſtratio. 14

Reſp. res phyſicas, vt ſunt obiecta ſcientiæ habere huiuſmodi neceſſitatem, æternitatem, & incorruptibilitatem; nam hæc dupliciter conſiderari poſſunt. Primo, poſitiuè, qua ratione ſolum ſunt incorruptibilia, Deus, Angeli, & ſimilia,

A ſimilia, qa verè tã in vniuerſali, q̃ in particulari eis repugnat corruptio, quare res naturales nõ ſunt incorruptibiles. Secundo negatiuè, quia .ſ. nõ habent oĩa requiſita ad corruptionẽ, & ita dñr res naturales q̃nus ſunt obiecta ſcĩarum eſſe incorruptibiles, quia cũ abſtrahant, vt ſic ab actuali exiſtẽtia, & cõditionibus indiuiduãtib⁹ non habent oĩa requiſita ad actũ corruptionis, vnde dñr vniuerſalia abſtrahere à loco, & tpe, & hac ratione dicuntur æterna negatiuè .i. non circũſcripta aliquo tpe, & loco. Hinc fit vt dicantur corruptibilia per accidens, .i. rõne indiuiduorum in quibus exiſtunt, vt rectè D. Tho. 1. p. q. 86. ar. 3. & q. de veritate q. 1. ar. 5. Alexan. lib. 1. natural. queſt. c. 3. idq; colligunt ex 7. met. B tex. 27. Sed obijcit Iand. ꝙ Ariſ. 10. met. tex. 26. oſtendit nulli rei poſſe conuenire corruptibilitatem, vel incorruptibilitatem per accidens, qa ſunt differẽtiæ eſſentiales, vel ſaltem paſſiones, at harum ea eſt conditio, vt quando conuenit vnum, non poſſit conuenire oppoſitum.

Res naturales quatenus ſunt obiecta ſcientiarum, ſunt æterna, & incorruptibiles negatiuè.

D. Thom.
Alex.

Iand. Obijc.

Reſp. Per ſe, & per accidens dupliciter accipi. Primo, perſeitate neceſſitatis, quæ .ſ. eſt in primo, & ſecũdo modo dicẽdi per ſe, & ita cõueniunt illę differentię, vnde cum rebus phyſicis conueniat hoc modo corruptilitas, nõ poteſt eis conuenire, neq; per ſe, neq; per accidẽs incorruptibilitas. Secũdo, perſeitate immediationis, & primitatis, vt illud dicatur per ſe con- C uenire, ꝙ conuenit primo, & ratione ſui, & abſolutè conſideratę: per accidens vero ꝙ conuenit rõne alterius, vt Petro conuenit per ſe ambulare, homini vero ꝑ accidens, & ita accipitur hic, qa res phyſicæ cũ non recipiant actũ corruptionis rõne ſui, dicũtur vt ſic incorruptibiles negatiuè, .i. non corruptibiles, ſed cũ illã recipiant rõne indiuiduorũ exiſtẽtium, dicuntur corruptibiles ꝑ accidens, ſicut albedo, qa rõne ſui non habet diuiſibilitatẽ, ſed beneficio quantitatis dr̃ indiuiſibilis per ſe, & per accidẽs diuiſibilis, ita ẽt dicũtur ſubſtãtiæ primæ ſubſiſtere primario, ſecundæ aũt ſubſtantiæ ſecundario.

Reſpond.
Per ſe, & per accidens bifariam accipit.

Sed Iand. aliter docet vniuerſalia eſſe ingenita, & incorruptibilia dupliciter: Primo, ꝙ neq; D ſm̃ ſe tota ſimul quoad oẽs partes ſubiectiuas, neq; ſm̃ aliq̃ ſui partem corrũpantur, vel generentur, & ita cęlum dr̃ ingenitũ, quia neq; ſm̃ ſe totũ, neq; ſm̃ aliq̃ ſui partẽ ſubiectiuã, vel integralẽ ſimul, vel ſucceſſiuè corrũpitur, vel generatur, & ita non cõuenit oĩbus naturalibus. Secundo, ꝙ ſm̃ ſe totã ſimul non corrũpitur, vel generatur, licet ſm̃ partes ſubiectiuas, vel integrales ſucceſſiuè corrumpatur, & generetur, & ita naturalia, vt vniuerſalia, ſeu ſm̃ eſſentiam dicuntur ingenerabilia, & incorruptibilia, at hoc ſufficit ad obiectũ ſcientiæ, ſed vereor an ſit ad mentem Ariſ. vt alibi; & an veritatem cõtineat, E quia põt eſſe, vt aliqua ſpecies ſm̃ ſe totam pereat, & maneat ſolum in ſemine, de qua re alibi.

Iand. Vniuerſalia eſſe ingenita, & incorruptibilia dupliciter.

15 Ad 1. Confir. Qũo de ſingularibus nõ ſit ſcĩa, ẽt tract. de ſcĩa ſuſius; nunc id ſupponatur. & Reſp. negando obiecta ſcĩæ phyſicæ eſſe ſingularia, quia vt diximus ſunt vniuerſalia, quę licet includant mãm, non tñ ſignatã, ex qua ſumũtur A conditiones indiuiduãtes, quare Iand. ex Auer. hic q. 1. ad 1. oſtendit de ſingularibus ſm̃ rõnes vniuerſales eſſe ſcĩam, qa res ſingulares exiſtentes contra animã in materia vniuerſaliter intelliguntur, vt dr̃ 7. met. 31. & q̃n obijcitur res naturales ſunt ſenſibiles, ꝙ conuenit particularibus, nam ſenſus non feruntur circa vniuerſalia. Reſp. Senſibilia, q̃ ab actu ſentiendi dñtur eſſe ſingularia; & ſenſibilia à põta ſenſitiua pñt eſſe vniuerſalia, iuxta illud Ariſt. 2. poſt. tex. 1. ſenſus eſt vniuerſalis, ſentire aũt ſingularis, non ꝙ ſit vniuerſalis per abſtractionẽ à materia, qa potentia organica non põt eſſe ita vniuerſalis, ſed ꝑ indifferẽtiã ad plura, qa viſus v. g. eſt indifferẽs B ad albũ, & nigrũ, & ſic de alijs; at actus, qui eſt circa vnũ obiectum non põt idem numero eſſe circa aliud, & id, ꝙ de ſenſu, & ſenſ. ait Ariſt. vt eius ſit actus, cuius eſt põta, eſt verum de põta paſſiua ſubiectiuè, vt in eodẽ ſit põta, & actus eius vt viſus, & viſio, ſed obiectiuè, nõ eſt neceſſarium, vt actus ſit eius cuius eſt põta, & eodem modo, nã vna numero põta eſt ſuſceptiua ſpecierũ oĩum colorũ, & vna numero videt oẽs, at non vnus numero actus eſt circa oẽs colores.

Qua ratione obiecta phyſica eſſe ſenſibilia, ſed non ſingularia.

Ad 2. Confir. Primo, an omnia entia per accidens remoueantur ab obiecto ſcientiarum, an vero ea ſolum, quæ non habent determinatas cauſas, & paſſiones, dicetur alibi, quia fortè phy- C ſica eſt circa entia aliqua per accidens, ſecundo modo accepta. Secundo, negatur obiecta phyſicæ eſſe entia ꝑ accidens, qa ſunt corpora naturalia ſubſtantialia, q̃ ſunt entia ꝑ ſe, de quibus cognoſcuntur accidentia ſenſibilia, vt eorũ paſſiones, & ideo dicuntur includere materiam affectam qualitatibus ſenſibilibus, cum tamen verè, id quod præcisè habet rationes obiecti, qđ eſt ſubiectum demonſtratum, ſit ens per ſe.

Ad 2. Confirm.

Ad quartum fundamẽtum. Hoc argumentũ petere explicationẽ, an ſenſus fallatur circa ꝓpriũ, vel cõe ſenſibile, & qũo poſſit corrigi, quę q̃m ad lib. de anima pertinet hic ꝑtermittenda vr̃, poteſt tñ interim videri Ariſ. 4. met. à tex. 21 vbi de hac re DD. 2. de anima tex. 15. & 62. vbi D Ferr. q. 10. Tol. q. 13. Apol. q. 13. Iand. q. 7. Alb. tract. 3. c. 5. Bagn. 1. p. q. 78. ar. 3. ad 4. Conĩb. c. 6. q. 6. & alij. Nunc vero nobis ſufficiat cõis reſpõſio, ſenſũ decipi, vel ex indiſpoſitione ſubiecti, qũo infirmo dulcia apparẽt amara; & vna candela apparet plures, ablata ꝓportione ſitus vtriuſq; oculi: Vel ex indiſpoſitione obiecti ꝓpter indebitã ꝓportionẽ diſtantiæ, & ſimiliũ, & ita Sol apparet pedalis. Tertio, ex indiſpoſitione medij, qũo remus apparet fract⁹ in aqua, & Sol rubeus, dũ vr̃ per vapores; at poſitis debitis cõditionibus ſenſus nõ fallitur circa propriũ ſenſibilę. quis aũt Iudex ſit, an ſint conditiones requiſitæ notat Ariſt. 4. met. loc. cit. & nos alibi, E vbi ex Ariſ. aliqua notauimus, nunq̃ ſenſũ poſſe falli circa obiectũ, à quo immutatur, licet circa obiectum ad extra fallatur vis imaginatiua.

16 *Ad 4.*
Qũo ſenſus dicatur falli circa proprium obiectum, vel commune.
Ariſt.
Ferrer.
Tolet.
Iandun.
Apol.
Alb.
Bagn.
Conimb.

Qũo ſenſus decipiatur.

Reſp. 2. Etiam ſi ſenſus aliquando decipiantur tñ, intellectus ſuo innato lumine habet vim corrigendi errata ſenſus, quo principijs per ſe notis aſſẽtitur, & ex alijs alia deducẽdo cognoſcit, ſiue certo, ſiue probabiliter, & licet oĩs co-

Reſpon.

gnitio nostra aliquē ortū ducat à sensibus mediatè, vel immediatè, tñ non in oībus sequitur sensū, neq; ea solū cognoscit q̄ sēsus, sed habita aliquorū cognitione ꝑ sensum ad alia diuertit sine vlla deinde depēdētia à cognitione sēsitiua, vt v.g. si ꝑ sensū cęperit cognoscere aliquod totum, & partem, tñ habita cognitione ꝑ sensum, statuit per intellectum quid sit totū, quid pars, & propositionem format. Omne totum est maius sua parte, ac si nullam vnquam totius cognitionem per sensum habuerit, de qua re D.Th. 1.p.q.84.ar.6. Scot.1.d.3.q.4.

S. Thom. Scot.

Hinc patet solutio ad mutationes illas phantasticas factas ꝑ artem Dęmonis, nā vt rectè hic Astud. & traditur in 1. par. illæ aliquando veras res apparere faciunt, vt patet de serpētibus factis à Magis tpe Pharaonis, ꝙ fieri pōt vel applicādo de nouo actiua passiuis, vel transferēdo serpētes ex alio loco, & de his non procedit argumentū. Aliquādo vero sunt fictitię, vt pleraq; erunt tpe Antichristi, & tunc organa sensitiua mutantur, vt fusè Aug.18.de Ciuit. Dei à c.15. ad 18. sed hinc non licet inferre ꝙ in omnibus sensus decipiātur, sicut neq; licet colligere, intellectū decipi ex eo, ꝙ aliquādo decipiatur, nā nō semper tollitur debita dispositio organorū. Quæ.n. causa est cur sōniantes decipiātur, nam per somnū habēt impeditos sensus, vnde apparet statim, ac expergiscimur à sōno, à nobis cognosci deceptionem sōniorū; & dubitare vtrū sit sōniantiū ne, an vigilantiū vera cognitio, est potius mente carentis, q̄ sani hominis: Quod aūt dicitur de sanctiss. Eucharistię Sacramento nullam habet apparentiā, non .n. ibi decipitur sensus; visus.n. videns ibi albedinem quantitatē, & figuram non fallitur, nec tactus percipiendo qualitates sensibiles, & sic de alijs sensibus, non enim sensus percipit substantiam, vt alibi ostendemus; deceptio aūt potius ibi est in intellectu, dum iudicat ibi subesse substantiam.

De mutationibus phantasticis quot modis contingant.

Aug.

In Eucharistia sensus non fallit, sed intellectus.

17 Ad Confir. Respondēt aliqui apud Iand. (qui ex eo argumento putāt musicā esse nobiliorem cęlo) hāc rōnem nō posse solui; verū, cū & experiētia pugnet cū illa rōne, necessario explicāda est; inde.n. prouenit, ꝙ vel lapis erit nobilior intellectu, vel ꝙ non est in actu potens mouere intellectum, ꝙ est contra experientiam. quare.

Ad Confirm. Ianduni.

Alij Respondent propositionē illā. s. Q̄ optimū in aliquo gn̄e est simpliciter pfectius optimo alterius gn̄is, tūc totū illud genus est simpliciter pfectius toto alio gn̄e, intelligi in speciebus atomis eiusdē gn̄is ꝓpriè dictū, vel saltē de gn̄e vniuoco, sed in ęquiuocis, & analogis, non necessario esse verā; at in nr̄o ꝓposito actus, & res in actu in his inferioribus, & superiorib⁹ nō est quid vniuocū, sed equiuocū, vel analogū, & ideo ēt si optim⁹ act⁹ sit nobilior optima pōta; nō oportet, vt oīs actus sit simpliciter, & absolutè nobilior omni pōta; vnde phātasma simul cū intellectu agēte mouet intellectū possibilē, & tñ non est simpliciter nobilius, qa phātasma nō mouet virtute sua, sed virtute intellectus agentis, vt dicitur in 3. de anima. Verum hæc solutio neq; placet Iandun. quia phātasma agit virtute propria, .i. per propriam naturam, licet nō sine

Vltimum supremi ordinis esse supremū infimi ordinis quō intelligatur.

Reijcitur ex Iandun.

intellectu agente, omne aūt agens virtute propria, est simpliciter nobilius suo patiente, ideo.

3. Respondet Iand. agens vt sic esse pstantius patiēte, non tñ omne agēs quacūq; rōne sumatur, esse simpliciter nobilius patiēte, qa est possibile, ꝙ patiens habeat aliā operationē nobiliorē, & receptione illa, & nobilissima operatione illius agētis, & ita est in proposito nr̄o, & licet phātasma rei naturalis ꝓducat in intellectu speciem represētātē rem naturalē, qua rōne phātasma est quodammodo nobilius intellectu, tñ intellectus habet aliā operationē nobiliorem. s. intellectionē, q̄ nō recipit cōpletè ab ipso phātasmatē, q̄ operatio est nobilior quacūq; operatione phātasmatis, & ideo intellectus est simpliciter nobilior phantasmate, qa nobilitas, seu perfectio simpliciter cuiuscunq; rei attenditur ex eius perfectissima operatione, & solutio hæc nunc sufficiat, nam hanc rem exactius examinare pertinet ad lib. de anima.

Respon. Ianduni.

Ad 2. Confir. Respondet Paul. Venetus ibi in tex. expositione. propositionē illā esse indefinitā quare negatio nō debet ꝑponi, sed postponi, vt dicatur eadē non esse nobis notiora & naturę, sed mihi nō placet; tū qa aliter legitur cōiter; tū qa penè idē sensus est, nā dū dr̄ eadē nō esse nota &c. ly (eadem) se habet ex parte ꝑdicati, vt sēsus sit nota nāre, & nobis nō esse eadē, & si poneretur ex parte subiecti, nisi vniuersaliter in physicis intelligatur Aris. nō satis probaret intētū.

Ad 2. Confirm. Paul. Venet. Quę eadē sint vel nō sint nobis, & naturæ notiora.

Refellitur.

Ad 5. Scientię finē intrinsecū ꝑ se bonū esse, is.n. est perficere intellectū, ꝙ si alienū scia ordinatur ad malū id extrinsece prouenit ex parte scientis ꝙ non tollit perfectionē intrinsecā habitus, sed tm̄ perfectionem vsus sciæ ab operāte, vnde ꝙ additur de Magia. Respondent ex Alens.3.p.q.16.mēb.3. Victor. & Perer. de Magia, eam duplicē esse. Vnam maleficam præstigijs, & veneficijs plenā ad ementiendā veritatē, & alia scelera patranda ordinatā, & hæc nō est pars physicæ, vel eius partus, sed Dęmonū commercijs inuentam, & hominibus per manus traditam, vt fusè D.Th. quodl.4.q.9 ar.1. & q.16. de malo, & 3. cōt. gent. c. 104. Alb. 1. eth. tract. 3. q.6. & ideo nō solum iure canonico interdicta 26.q.6. sed et ciuili fuit interdicta, l. nemo, l. nullus, l. culpa C. de malef. & extat Tiberij decretum aduersus Magos, vt refert Dion. lib.57. de histor. Romana. 18

Finis sciæ intrinsecus est per se bonus.

Alens. Vict. S. Thom. Alb. Dion.

Magia malefica vituperatur.

Altera vero Magia ex naturaliū rerū notitia ortū habuit, q̄ mutuos naturæ cōsensus, & recōditas vires apte copulando, docet opera efficere admirāda, vt scribit Bonau.2.d.9.q.3. Guliel Paris. in suo opere 2.p. sdę par. princ. c.21. vbi oīa opera reducit ad tria genera, qdam que fiūt agilitate, & habilitate manuū, quædam que nō habēt, nisi apparētiā, & nihil oīo veritatis, q̄ fiunt subtractione, vel adhibitione quarūdā rerū, vt si cōficiatur lucerna ex cera, & coreo serpētis sulphurato, & accēdatur vbi nō est aliud lumen in loco paleis, & iūcis strato, tūc videbūtur serpētes ꝑ domū dissiliētes, qa varietas colorū à puluere pellis serpētinæ ꝓueniēs, faciet apparere viriditatem similē in iūcis, vel paleis, & motus flammæ faciet apparere dissilitiones.

Bonauen. Guiielm.

Quæ-

D. Iustin. Plat. Plin. Cicer. Tertull. Filo.

A Quędã vero vere fiũt ex applicatione virtutum naturaliũ, q̃ non oĩbus sunt notæ, ex quo genere multa edidisse Apolloniũ asserit D. Iustin. in quęst. ad gentes q. 24. & hęc est pars, vel partes physicæ vt quæ, sẽper apud Sapiẽtes in magno pretio habita fuit, vt refert Plat. in Alcib. 1. Cic. lib. j. de diuinat. Plin. lib. 30. hist. natural. initio, Tertu. lib. de Idololatr. Filo de specialib. legib. & ex hac, maxima ex parte pendet medicina.

QVÆSTIO IV.

An physica sit sciẽtia speculatiua, an practica.

B DE hac quæst. Fland. 6. met. q. 2 ar. 1. Fons. cap. 1. q. 6. Conimb. 1. phys. q. 3. Sot. q. 1. conc. 3. Ægid. in prol. Hieron. Pla. q. 1. Perer. lib. 1. c. 5.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 PRimo Not. hãc quęst. non posse à nobis hoc loco exquisite tractari, eo q̃ pẽdeat ex explicatione quidditatis sciæ practicæ, & speculatiuæ; quare vbi cognouerimus q̃d sit scientia practica, quid speculatiua, facilius innotescet interim à nobis aliqua ex communi opinione sunt supponenda, vt inde quæstio hæc decidatur.

Hieron. Plat. Scientia nõ dicitur, nisi quæ speculatiua.

C 2. Not. à nõnullis Doctoribus, vt rectè Hieronym. Pla. q. 2. nõ aliam cognitionem nomine scía appellandã, nisi q̃ est speculatiua, nam finis sciæ est veritatẽ cõtẽplari, q̃a siue à priori procedat, siue à posteriori sẽper cognoscit connexionẽ p̃dicati cũ subiecto, atq; in eius veritatis contẽplatione sistit, & iuxta hanc opinionem nulla datur scía practica, q̃ si nomine sciæ practicæ intelligatur ea, q̃ & si in sola veritatis cognitione sistit, tñ est de re à nobis operabili, tũc nõ p̃priè, sed impropriè practicã dicũt vocari.

Cõiter scía diuiditur in speculatiuam, & practicam. Fons. Fland. Perer.

Sed cõiter Doctores diuidunt sciam in practicã, & speculatiuã, siue tanq̃ per differentias essentiales, siue tanq̃ per differẽtias accidẽtales. vt refert Fons. lib. 6. met. c. 1. q. 5. Fland. 6. met. D q. 2. Perer. lib. j. philosoph. natu. c. 2. & 3. & apud hos Doctores nomen sciæ significat cognitionem oẽm, qua cognoscitur necessario passio de subiecto per cãm; vel causa de subiecto per passionẽ; vel vnam cãm per aliã, vt ex fine demonstrat practicę qualia debeãt esse principia, q̃bus res est cõstruenda, vel qualis electio est facienda.

Speculatiua vnde dicatur.

Not. 3. Speculatiuam sciam dici, quæ in sola veritatis cognitione sistit, practicã vero, q̃ ordinatur ad opus, vt probatur ex Arist. 2. met. tex. 3 dum ait: *Speculatiuæ finis est veritas, practicæ aũt opus, etenim si q̃uo se habeat*, .i. per causam, *considerant non cãm per se, propter veritatem, sed aliquid, & in eo tẽpore practici speculantur*, .i. quatenus ad actionẽ dirigitur, & vt E certi tp̃is aliarum circũstantiarum, q̃ in actione cernuntur cõsiderat, vnde siue rẽ cõsideret per cãm, siue quouis alio modo non est eorũ finis præcipuus veritatis cognitio, sed opus, q̃ Arist. egregiè 2. eth. c. 2. loquẽs de morali scía, his verbis expressit: *Nõ. n. vt sciamus quid sit virtus, sed vt benè efficiamur de virtute agimus*, q̃d ẽt colligitur ex 3. de anim. tex. 49. dum assignat discrimen inter intellectum practicum, & speculatiuum à fine.

ART. II. Referuntur opiniones Doctorum, & Auctoris.

PRima opinio est dicentiũ physicã esse sciam practicã. nã illa est scía practica, q̃ est de rebus à nobis operabilibus, vt patet ex definitione posita, q̃ eius finis sit opus, & ex 6. met. j. vbi practicę obiecti principiũ dr̃ esse in nobis, sed physica est de huiusmodi rebus, nã præcipua species est homo, qui ab homine, & sole generatur 2. phys. & quia ordinat ad diuidendũ, definiendũ, demonstrandũ, q̃ sunt opera quædã, & pręterea multa opera naturalia fiũt à nobis applicando actiua, passiuis, & in lib. de anima multa disputat de sensationibus, intellectionibus, volitionibus, & alijs operationibus animæ, q̃ fiunt à nobis. Neq; dicas quoad eã partem esse practicam, & quoad aliam de rebus, quæ à nobis fieri non possunt esse speculatiuã, quia hæ differentiæ, cum essentialiter diuidant scientiam nõ potest fieri, vt eidem conueniant, quia alioqui idem esset essentialiter duæ species. 2

Prima opinio quod physica sit practica.

Fundam.

Confirm. 1. Quia scientia quam Deus habet de rebus naturalibus est partim practica, partim speculatiua, quia est de operabilibus ab ipso ex 1. p. q. 14. ar. 16. ergo etiam nostra, quæ est participatio, quædam diuinæ scientiæ. *Confirm.*

Confir. 2. Philosophia naturalis dirigit volũtatẽ ad bene operãdũ, vt ex creaturis Deũ cognoscere, atq; adeo mouet volũtatẽ ad eius amorẽ, vt ostendit D. Th. 1. cont. gent. c. 2. & Alcin. de doctr. Plat. c. 30. ex similitudine causata ab intelligentia rerũ abditarũ, similitudo aũt est causa amoris, vnde Sapie. 7. multi dicuntur recepti in Dei amicitiã beneficio sapientię, & legimus antiquos Philosophos ex studio sapientiæ res oẽs caducas contẽpsisse, vt narrant Laert. de Socrate, Plut. lib. de exilio, Philo Iudeus lib. de vit. cõtẽplat. Theod. ser. 6. de prouid. Cels. lib. 19. lect. antiq. ergo est habitus practicus. Consequentia prob. quia ob hanc rõnem scientia moralis est practica, quia dirigit actionem voluntatis, vnde D. Th. q. 5. ar. 1. ad 4. super Boet. de Trinit. refert ex Aug. 19. de Ciuit. nulla est homini philosophandi causa, nisi vt sit Beatus, & vt supra dixit ex Clem. philosophia dr̃ animi medicina. *Confirm. 2. D. Thom. Alcin. Plat. Laert. Plut. Philo Iudeus. Theod. Celsius. D. Thom. Augu[st].*

Confir. 3. Quia medicina, quæ est scía practica, vt oẽs concedũt, est pars physicæ, ergo tota est practica, nam pars & totum nõ possunt differre per practicã, & speculatiuam. Antecedens probatur, tũ quia subiectũ medicinę est corpus sanabile; at hoc est corporis naturalis species. tũ quia non licet trãscendere de genere in genus 1. post. tex. 30. sed à naturali scía ad medicinam contingit demõstrantẽ descendere, nã ipsum p̃pter q̃d de operatione artis, oportet accipere ex proprietatibus naturaliũ rerũ, cũ artes oẽs sint tanquam ministræ ipsius naturæ, vt ostendit D. Th. super Boet. de Trinit. q. penul. ar. 1. ad 5. ergo subiectum vtriusq; est eiusdem rõnis, & non differũt essentialiter in genere scibilis, atque adeo si medicina est pars physicæ, & *Confirm. 3. D. Thom.*

practica similiter erit, & tota physica. Hinc Democritus, Hippocratis Magister, & post eum Aris. physicam, & medicinam sorores appellat, vnamq; per alteram deriuendam censebant, vt medicina est corporis philosophia, & philosophia est anima medicinæ, vt refert Clem. Alex. in pedag. c. 2. & D. Isid. epist. lib. 1. epi. 437.

Clem. Alex. D. Isid.

3 2. Opin. Est oium Philosophorum physicam esse sciam speculatiuam, neq; Doctorem legi, q contrariũ affirmarit, & mihi placet. Primo, auctoritate Doctorũ; nam id affirmat Plot. apud Alcin. de doctrina Plat. c. 7. Aris. 6. met. tex. 1. id pbat qm physica sciẽtia est circa genus quoddam entis. i. substantiam, in qua est principium motus palam, ꝙ nõ est practica, qa non est neq; actiua, neq; factiua, nã practicæ principiũ est in ipso faciẽte, siue sit intellect⁹, siue ars, siue aliud principium, de quo alibi, & actiuarũ est in ipso agente .i. electio, quia idem est agibile, & eligibile; ergo est theorica .i. speculatiua, p qua consequentia debet addi minor, quæ ab Aris. prætermittitur. s rerum naturalium principiũ non est in ipso habente habitum physicum, sed in natura, seu substantia naturali. Idem ostendit 11. met. sum. 2. c. 1. & 2. vbi ait physicam speculari entia, nõ vt entia, sed vt motum participãt, idem Boet. de Trin. hoc idẽ ostendit Aug. lib. 8 de Ciui. Dei c. 4. Vgo Victorin. 2. Didascol. c. 2, Secundo prob. rõne, q̃ recte significat Arist. loc. cit. & à nobis explicatur magis scia dr practica, qñ scia cognitione dictat de modo operandi, tradendo scilicet regulas recte operandi, vnde ex natura sua opus respicit; speculatiua vero qñ cognoscit rẽ, vt est in se, siue si illa fiat, siue non, non n. dictat de opere faciendo, vnde dicitur eius finis esse veritas. Sed scientia physica non dictat de opere faciendo, vt patet discurrenti omnes eius partes, sed tãtum cognoscit rerum proprietates, & generationes naturales; ergo non est practica, sed speculatiua.

Secunda opinio quod sit speculatiua, Auctoritate probatur.

Probatur primo auctoritate Arist.

Boet. August. Vgo Victor.

Prob. 2. rõne.

Quæ dicatur practica.

Tertio prob. Ægid. & supponit practicam sciam non pertinere ad philosophiã per se, sed per accidẽs, nã cũ philosophia, & vniuersaliter omnis scia sit in intellectu ad illã pertinere essentialiter, & p se, in quo intellectus fertur sm se, at obiectũ intellectus est verũ; ergo illa scia per se, & essẽtialiter pertinet ad intellectũ, quæ respicit veritatẽ, cuiusmodi est speculatiua, at practica per se non fertur in verũ, sed in opus ꝙ 2. met. dicitur bonũ sm aliam trãslationem; ergo non per se pertinet ad intellectum, sed ad põtam, quæ respicit bonũ, cuiusmodi est volũtas, & qa quidquid cõpetit alteri rõne alterius dicitur per accidens illi conuenire, ideo omnis scia, cuius finis est bonũ p accidẽs respicit scire vt recte 6. met. tex. 1. dicitur artificiatũ, & volitum, esse idem, & similiter eligibile, & volitũ, &. ideo scia practica sm se nõ est in intellectu, sed vt habet ordinẽ ad voluntatem. hoc supposito argumentatur, si physica esset practica diceret ordinẽ ad volũtatẽ; at hinc sequeretur in omni definitione physica dre ingredi volũtatẽ: consequẽtia probatur ex doctrina Auer. 6. met. 6. qa oĩs definitio debet participare cõditionẽ generalẽ sciæ; at hoc esse falsũ patet, nã in omni de-

Aegid. probatio, ad intellectum scia practica, non per se, sed per accidens pertinet.

A finitione debet poni natura, quæ contra distinguitur contra voluntatẽ, atq; adeo natura esset volũtas, & contra: Veru hęc rõ multa supponit falsa, pcipue illud, ꝙ voluntas nõ sit natura, nam voluntas est ens sm naturam, sicut alia accidentia, sed qa natura accipitur aliquando pro agẽte necessario, ideo solet distingui, quę distinctio hic non est ad rẽ. Deinde ex eo ꝙ respicit opus non bene inferri nõ esse in intellectu, qui respicit, tam veritatem speculatiuam, q̃ practicam, sed non est cur omnia exacte examinemus.

Exploditur.

ART. III. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

B REsp. ad primum, dico primo, nõ esse certũ an habitus practicus sit de re operabili ab eo ipso, in quo est habitus, de qua re Mol. 1. par. q. 15. Astud. 1. phys. q. 1. nã Fõs 6. met. tex. 1. q. 1. sect. 4. cũ Arim. putat id non esse necessariũ, eo ꝙ sufficiat, vt habẽs sciam dirigat opus, eti si nõ fiat ab ipso, vt probat ex Angelorũ scia, q̃ practica est circa opa à nobis facienda, q̃ ipsi dirigũt, sed nos alibi, nũc vero supponatur, vt cõiter dr esse circa operabilia ab eo, qui habet sciẽtiam. 4

Respon. ad 1. An practica sit de operabilibus a nobis. Molin. Astud. Fons. Arim.

Dico 2. Sciam physicã, et si sit circa multa, q̃ scit qũo à natura fiat, vt circa pluuiã, tonitrua, niuem, putredinẽ, & alia, non tñ esse practicam, quia nõ est directiua huiusmodi operationum.

Scia, qua cognoscit res naturales, vt fiant a natura non est practica.

C Dico 3. Etiam eã partẽ physicæ, q̃ est de hoĩe, & opationibus animæ, qñ cognoscuntur fieri à natura non esse practicã, qa licet sit de opabilibus à nobis, non tñ esse, dirigẽdo productionem illorũ .s. dictando, & cognoscẽdo qũo fieri debeant, sed tñ cognoscuntur tanq; operationes naturæ, ꝙ multo magis est verum respectu sciæ de homine, quia homo non fit à nobis per actionẽ liberã, quia licet applicatio ad seminan dũ fit à voluntate, atq; adeo directa à cognitione practica, tñ ꝙ semen producat hoĩem non est in põtate hominis, sed est operatio merè naturalis: esset tñ practica si dictaret, qũo homo intra visura matris cõfici debeat, vt ars frenefactiua, ita cognoscit factionẽ freni, vt freni simul

D dictet qũo confici debeat, & hoc est quod dixit Arist. principiũ arte factorũ esse in nobis, quia ars: q̃ est in nobis, docet qũo fieri debeant artefacta, pẽdet .n. modus faciendi rẽ artificiosã ex arbitrio hoĩs non à natura, at non ita in scietia speculatiua; qa licet sit circa ea, q̃ fiunt à nobis, tñ fiunt, vt in nobis est natura, q̃ illorum principiũ est, nõ vt in nobis est scia illorũ; vnde non recte affertur probatio ex scientia morali, quia hæc dictat de electione facienda, vt alibi.

Dico 4. Cognitiones illas per quas applicãdo actiua passiuis fiũt multę res naturales, vt panis, vinũ, &c. esse practicas, qa dirigũt operationes dictãdo, qũo fieri debeant, & ad huiusmodi

E cognitionẽ pertinet ars Chimica, & Magia naturalis, q̃ vt sũt practicæ subordinãtur quidẽ scię physicæ, at non sunt partes physicæ scientiæ.

Cognitio, quæ applicando actiua passiuis multa fiunt, est practica.

Ad primam Confirm. Resp. Qualis sit sciẽtia diuina respectu creaturarũ ad Theologos pertinet, nam de ea disputãt cum Magistro, partim in prologo, partim in 1. d. 38. & cum D. Th. 1. p. q. 14.

Ad 1 Confirm. Qualis sit scia diuina respectu creaturarum.

q.14.art.vlt.& q.15.ar.3.nunc vero supponatur scientiam diuinā respectu creaturarū,quæ fiūt, esse practicam, quidquid sit de sciētia respectu creaturarum possibilium, sed inde non fit nostram scientiam de eisdem creaturis esse practicam, quia diuina versatur circa illas, dictando quomodo fieri debeāt,at nostra non ita,sed tm̄ cognoscit illas,& earum proprietates,& productionem, & hac ratione dicitur esse participatio diuinæ, quatenus in speculatione imitatur Diuinam scientiam speculatiuam, & in practica diuinam practicam.

Ad 2. Cognitio practica est qua dirigit proximè volūtatem.

Ad secundam Confirm.Resp.dupliciter volūtatem inclinari ad bonū ab intellectu primo, remotè,& per accidens per solam ostensionem obiecti,&hęc cognitio est speculatiua.Secūdo, proximè,& per se,per ostensionem obiecti præcipiendo,& tradendo regulas voluntati,vt operetur iuxta rationis præscriptū, & hæc est cognitio practica. nunc vero physica inclinat ad amorem Dei, & despicientiam terrenorum remotè,non proximè, & ideo nō est practica,sed speculatiua; nam ostendendo ex creaturis Dei bonitatem,& perfectionem, mirum in modum delectatur anima eius cognitione; vnde sequitur cognitio practica de Deo diligendo, & despiciendo terrena,vt scientia cōparetur,&hinc dicitur medicina animi,quia ex ea moralis colligit præcepta moralia, quæ sunt cognitiones practicæ.

Ad 3. Resp. Conimb. Medicina est practica,& an pars physicæ.

6 Ad tertiam Confirm. Respondent Primo, Conimb.negādo medicinam, licet sit practica, esse partem physicæ,nam licet eius obiectū materialiter acceptum.i.corp' sanabile, sit species corporis naturalis,tamen formaliter acceptum .s.in genere scibilis,non ita,sed omnino ab illo distinguitur,quia vt sic dicit modū,quo debeat valetudo hominis cōseruari,vel restitui depulsis morbis,qua ratione non continetur sub obiecto physicæ,quæ ex Arist.de sens.& sens. c.1. corpus sanabile sm̄ eius essentiā, & affectiones, & sanitatis, & morborum causas à natura profectas,solo veritatis inquirendæ studio contemplatur;quare putant solum ex fine,ad quem cognitio à cognoscente dirigitur, distingui à speculatiua,& hinc deducunt,neq;eam partē medicinæ,quę considerat theoremata ex philosophia naturali petita,esse partem physicæ, quia ipsa cognitio dirigitur ad sanitatem conseruandam, vel restaurandam, iuxta hanc doctrinam explicāt diuisionem illam medicinæ in theoricam, & practicam, & putant non sumi à fine, quomodo sumitur quādo diuiditur scientia in practicam,& speculatiuam, sed à propinquitate,vel remotione à fine, nam Theorica dicitur quæ tradit theoremata hausta ex naturali sciētia,sed non tradit regulas curandi;Practica vero, quæ proximè dirigit,& tradit regulas medendi;vnde fit, vt Theorica illa pars sit verè, & propriè practica, quia à sciente dirigitur ad sanitatem,& hanc tribuūt D.Th.q.penult.art.1. super Boet. de Trin. & Auic. initio suæ met. Thomas Garbo quęst.proœm.

D. Thom. Auic. Tho. de Garbo.

Sed hæc responsio,licet placeat quoad id, q̄ dicit non esse partē physicę,& medicinam esse practicā,non tamen placet, q̄ asserit Theoremata, quæ sumit ex physica, esse practica,eo q̄ à cognoscente dirigūtur ad praxim, quia ordinatio ad praxim, qua constituitur scientia practica non est extrinseca,.i.ea,quam habet à cognoscente,sed esse intrinsecam,.i. quam habet ex se, ex modo .s. quo tendit ad obiectum; nam alioqui eadem cognitio eiusdem rationis, & tendentiæ in obiectum, posset esse nūc practica,nunc speculatiua solum ex fine, ad quem suam cognitionem ordinat intellectus, ideo Thom.de Garbo vocat practicam largissimè, & addit esse veras conclusiones physicas probatas,quæ sumuntur à medicina, vt principio, & benè dicit vt infra, quare.

Reijcitur opinio Conimbr. *Tho. de Garbo.*

Resp.2. Cum Flandr. loc. cit. & D. Thom. loc.cit.& nos infra, medicinā subalternari physicæ,& ideo non mirum si ad probādas suas cognitiones vtitur principijs physicis speculatiuis,quæ propriè non pertinent ad scientiā medicam,vt patet de alijs principijs,quibus vtuntur aliæ scientię subalternatæ,& ideo Arist.initio de sensu,& sens. dixit ibi *incipere medicinam,vbi desinet physica*,&quod dictum est de medicina,dicendū est de alchimia,agricultura, ex D.Thom.loco citato,& hinc patet cur philosophia,& medicina dicātur sorores,quia magnam habent affinitatem, quatenus illa naturā contemplatur,hęc ex illa cognitione elicit pręcepta medendo, tum quia illa animo, hęc corpori medetur,tum quia illa circa magnū mundum,hęc circa paruum versetur.Et hinc patet ad secundam probationem, concedimus id nō licere inter scientias omnino distinctas,quę inter se nullam habent connexionem,at inter eas quę habent subordinationem, qualis subordinatio est inter subalternantem,& subalternatā, licet vt ibi significat Arist. dicens: *Hoc autem quemadmodum contingit in quibusdam,posterius dicemus*, idest 1. poster. tex.30. vbi ait in huiusmodi scientijs à subalternata sciri, *Quia*, sed in subalternante sciri *Propter Quid*.

Medicina subalternatur physicæ,ex Flādria. *D.Thom.*

QVÆSTIO V.

De Partibus scientiæ Physicæ, earumq; connexione inter se.

EXPLICAVIMVS naturam sciētię Physicæ, nunc videndæ sunt eius partes, quot sint, & quomodo inter se comparentur: de qua re Philoponus,Simplicius, Nicol. Vernia,Burlęus,& Sotus, & alij in suis præfationibus in physicam, Toletus in prolog.q.3.Occham.1.par. suæ Physicæ cap.6. Albert.tract.1. cap. 4. Perrerius lib.2. à cap.7. Connimbr. in proœm. Zabarella lib. 1. de Methodis c.14.& Opuscul.de constitutione scientiæ naturalis à cap.6. Piccolom. introductione ad scientiam de natur. cap. 6. qui varias diuisiones afferunt scientiæ Physicæ, Federicus Pendasius in octo libros phys. de textura physica lib.1.inscript.3.& 4.

DVBITATIO PRIMA.
De diuisione totius scientiæ Physicæ.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Physica partes esse sex ex Occham.*

PRima igitur opinio Occhami, physicam diuidentis in sex partes. Prima est, q̃ tractat de principijs, & proprietatibus communibus, & magis notis omnium corporum. Secunda de corporibus cęlestibus, eorũq; proprietatibus. Tertia de corporibus inanimatis, & eorum passionibus. Quarta, de corpore animato rationali, & eius actibus. Quinta, de cæteris animalibus, & proprietatibus eorum. Sexta, de plantis, quã dicitur Arist. incepisse Theophrastus perfecit, multa addendo, stylo nonnihil reclamante, & absoluere posteriores, qui modus dicendi videtur fundari in Aristo. 1. metheor. in proęm. vbi numerat sex partes Physicæ: *De primis igitur causis inquit Naturæ, & de omni motu naturali, adhuc autem directè dispositis secundum superiorem lationem astris, & elementis, & de ea, quæ ad inuicem transmutatione, & de generatione, & corruptione communi dictum est prius.* quare videtur omnem præcedentem tractationem diuisisse in tres partes, quarum prima continetur octo libris physicorum. Secunda, quatuor libris de cęlo. Tertia, duobus de generatione, & corruptione. His additur quarta de Metheoris, contenta tribus libris, vel etiam quatuor, iuxta varias opiniones de 4. lib. Metheor. in quo agit de mineralibus, seu mixtis perfectis inanimatis multi cum Philopono contendunt, de qua res suo loco, interim videri potest, Perrerius lib. 2. c. 8. & Zabarella lib. de constitutione scientiæ naturalis à cap. 25. præsertim cap. 28. & Auicenna, atq; Albertus libris, quos de mineralibus scripsere. Quinta, pars de animalibus, quæ continetur libris de historia animalium, de eorum partibus, ac libris de animalium generatione, tribus item libris de anima, & consequentibus libris, quæ dicũtur parua naturalia; de quorum ordine nos suo loco, interim videatur Zabarella loco citato à c. 31. Sexta, denique continet tractationem de plantis, de quibus proponit Aris. se aucturum 1. metheor. cap. 1. & de sensu, & sensili in fin. de qua re nos suo loco. Interim videri potest Zabarella loco citato cap. 41.

Libros de plantis ceptos ab Arist. perfecit Theophrast.

Sex physicæ partes ex Aris.

Perrer. Zabar.

Reijcitur proposita opinio.

Verum, prædicta diuisio non omnino satisfacit, non enim seruat conditiones bonæ diuisionis, quæ cum bimembris esse potest, non est, cur multiplicetur in plures partes, deinde mẽbra non ex æquo diuidunt totum, nam prima pars, quę agit de communibus, debet opponi adæquatè secundæ parti, quæ agit de particularibus, at non ita est; nam secunda pars, quæ agit de cęlo, & elementis non adæquat eã partem, quæ opponitur tractationi de cõmunib⁹.

2 *Physicæ partes esse duas ex duplici acceptione naturæ.*

Secunda opinio diuidentium in duas partes, eas tamen ex varijs capitibus sumuntur, nam alij ex duplici naturæ acceptione. s. Primo, pro natura infra animam collocata, de qua à principio Physicæ, vsq; ad finem Metheor. Secũdo, A pro natura, quæ dicitur anima; de qua à fine Metheor. per omnes libros sequẽtes, & fundantur quia hęc scientia dicitur Naturalis, eo quia est de natura: ergo totidem partes habere debet, quot habet natura.

Confirm. nam Arist. in proęm. Metheor. enumeratis prioribus libris: *Addit reliquum aũt huius methodi est adhuc considerandum, quod omnes priores Metheorologiam vocant.* quare significat eam partem pertinere ad pręcedẽtem tractationem, tãquam postremam partem illius, vnde in fine 4. Metheor. proponit se explicaturum ea, quæ ad viuentia pertinent.

Reijcitur prædicta diuisio.

Verùm hæc diuisio mihi nõ placet; nam tra- B ctatio, quæ continetur octo libris Physicorum est communis, tam tractationi consequenti vsq; ad finem Metheor. quam reliquę tractationes de animantibus,

3 *Alij physicæ partes esse duas ex duplici ratione rei tractata.*

Alij vero diuisionem sumunt ex re tractata quod prima pars tradat principia contenta octo libris. Secunda vero corpora ipsa naturalia contenta reliquis libris, fundatur in auctoritate Arist. 1. phys. initio, vbi proponit se tractaturum ea, quę sunt circa principia, cum quibus esse debet cõiuncta tractatio communium accidentium, & 1. de cęlo initio, ait se traditurũ scientiam corporum.

Reijcitur à Zabar.

Verum, neque hæc diuisio placet Zabarellæ de constitutione scientiæ naturalis c. 6. nam C falsò dicitur in prima parte agi de principijs, & accidentibus, nã ea pars, in qua traduntur principia, & passiones, subiectum non sunt principia, & passiones, sed id, cui hæc cõueniunt; nam non alia ratione scientiæ tractant de subiecto, quam ostendendo principia, & passiones. Et confirmatur, quia passiones propriæ generis nõ possunt demonstrari de speciebus. ergo debet dari aliqua tractatio generis, cui conueniunt passiones. Hæc autem tractatio non potest esse, nisi ea, quæ continetur octo lib. phys.

Duæ physicæ partes ex duplici modo essendi obiecti in genere scibilis.

Alij vero diuisionem dicunt debere sumi ex modo essendi rerum physicarum in genere scibilis. Cum. n. scientia sit non de particularibus, D sed vniuersalibus, & hæc vniuersalia esse possunt; vel cõmunia omnibus speciebus, vel ipsæ species contentę, ideo diuiditur, 1. tota tractatio physica in duas partes: Prima, quę tractat de corpore in communi, & hæc cõtinetur octo libris Physicorum: Altera, de speciebus corporis naturalis, & hæc subdiuidi potest in alia genera subalterna, vsq; ad species infimas, & hæc opinio mihi placet, si rectè explicetur.

ART. II. Explicatur opinio Auctoris.

4 *Diuisio partiũ scientiæ sumitur ex natura ordinis.*

DVas esse primarias Physicæ partes, pro cuius probatione notãdum primo diuisionẽ E partiũ physicę sumẽdam esse ex natura ordinis, hic autem spectari debet ex nostra cognitione, modo necessitas perfectę cognitionis in eo genere in contrarium non vrgeat; nam hac vrgente seruatur ordo perfectioris doctrinæ, etiam si ordinatione rerum naturali sit contrarius; vnde, ea prius explicanda sunt, à quibus cætera pendent, quia sine ijs illa cognosci

gnosci

gnosci non possunt, vt rectè explicauit, & probauit Zabb. lib. 1. de Method. cap. 9. ad finem, & nos suo loco. Hinc Physicam diuidi in duas partes patet, quod alia sit de corpore naturali in communi, quæ continetur octo libris Physicorum: alia vero quæ de speciebus corporis naturalis, quæ continetur ceteris omnibus consequentibus libris; Nam cum species corporis naturalis perfectè cognosci non possint etiam infra latitudinem abstractionis physicæ necesse fuit præmittere tractationem de corpore naturali in communi, & quia hæc duo membra adæquatè continent omnia, quæ tractantur in Physica tamquam obiecta, oppositionemque habent, quæ necessaria est inter membra diuisionis, merito à nobis hæc diuisio probatur.

Vna de corpore naturali in cōmuni altera de speciebus.

Sed difficultas manet in subdiuisione secundi membri, quomodo, scilicet, & quo ordine species corporis naturalis tractentur: nam si Arist. Philosophiam intuemur, non satis percipi potest ratio ordinis, quem seruat, si enim diuidantur species corporis naturalis incorruptibiles, & in incorruptibiles, iam obstat tractatio de cœlo, quæ & corporum incorruptibilium, scilicet cœlorum 1. & 2. libro, & corruptibiliũ, scilicet elementorum 3. & 4. libro explicationẽ continet; si vero subdiuisio fiat corporum simplicium, & mixtorum, vt simplicia corpora explicata sint quatuor libris de cœlo, mixta vero in consequentibus libris, tunc obstant, & libri de generatione, & tractatio de animatis, nam quæ traduntur in libris de generatione communia sunt elementis, quæ sunt corpora simplicia, atque adeo obiectum librorum de generatione non potest esse mixtum in communi, deinde non apparet, vbi tractetur de mixto perfecto inanimato, cum tamen Aristoteles exactissimè agat de mixto imperfecto in libris methcororũ denique, neq; apparet ordo tractationis de animantibus, cum enim tractandum prius fuisset de viuentibus in communi, tum de speciebus, vt plantis, animalibus, ac animalium, plãtarumque speciebus, multò aliter ab Aristotele huius

Prima diffi. circa subdiuisionẽ secundæ partis

Diff. orta ex libris de generatione.

Orta ex libris de viuentibus.

3 modi rerum cognitio tradita est; Nam primum de historia, partibusque animalium, tùm de anima, quæ ad viuentia in communi pertinet tractauit. Vnde tractatio particularis fuit præposita vniuersali, quod etiam in paruis naturalibus seruasse videmus, primum enim de sensu, & sensili, de memoria, & reminiscentia, & motu animalium, quæ sunt animalium propria, quàm de morte, & vita, huiusque longitudine, & breuitate, iuuentute, & senectute, quę proprietates sunt omnium viuentium, pertractauit; quare pro horum solutione.

5 Notandum secundò physicam tradi potuisse iuxta diuisionem specierũ corporis naturalis, vt sicut corpus naturale, aliud quod continet cœlos, & astra, aliud incorruptibile, aliud corruptibile, & hoc diuidi potest in simplex, quod continet quatuor elementa, & mixtum, cuius membra sũt, mixtum imperfectum, quod subse continet Meteorologica, & mixtum perfectum, & hoc in inanimatum, quod genus est ad mineralia, & cetera huiusmodi, & animatũ,

Ex ratione specierum physica põt vario modo diuidi.

A quod iuxta triplicem animæ diuisionem, scilicet vegetatiuam communem plantis; sensitiuã propriam animalium, communem brutis, & rationalem hominis propriam, vt igitur diuiditur corpus naturale in tot species, ita diuidi potuisset physica sciẽtia in totidem partes; quem ordinem si Aristoteles seruasset, nulla nobis relinqueretur difficultas in assignandis physicæ partibus, earumdemque connexione, nunc vero, quia aliter Arist. rem tractauit, huius rei ratio inquirenda nobis est. Quocirca.

Notandum tertio, vt ingenue fatemur physicam ab Arist. non fuisse perfectam, multa enim de speciebus, ac proprietatibus mineralium, B plãtarum, animalium irrationalium desunt, immo etiam ipsamet de homine tractatio, quæ videtur magis absoluta imperfectione non caret, vt suo loco ostendemus, vt inquam hæc ingenuè fatemur, ita negari non potest ea, quæ ab Arist. nunc habemus, non fuisse mirabili artificio nobis tradita. Quod autem ante nos aduertit Zabarella libro de constitutione scientiæ naturalis cap. vlt. vbi ait Arist. physicam materialiter esse imperfectam, formaliter verò i. ratione artificij perfectam, idque significatum ab Arist. 1. methcor. cap. 1. in fine, dum ait: *agendum manere de animalibus, & de plãtis tum vniuersis, tum sigillatim, quoniam his declaratis finẽ ferè habitura est totius naturalis scientiæ tra* C *ditio*, addit enim, *ferè*, tùm propter tractationẽ de mineris, quam omisit, tum vt significet se nõ traditurum naturalem scientiam actu perfectã, idest quoad cognitionem actualem omniũ specierum, & proprietatum, sed virtute, quod tradita sint principia, quibus cętera, quæ omittuntur, cognosci possint.

Physica ab Aristot. non fuit perfecta.

Notandum quarto. Arist. coniunxisse tractationem de cęlo cum tractatione de elementis, 6 quia elementa nõ solum sunt principia mixtorum, sed etiam sunt partes integrantes vniuersum, tamquam prima corpora simul cum substantia cœlorum, & quoniam elemẽta sunt etiã principia mixtorum, quæ componunt mutua D actione inter se inuicem, ideo tractationem habuit de generatione, & corruptione alijsq; motibus, quæ necessaria fuit cum cognitionem de mixtis, quorum Aristoteles in 2. de generatione expresse meminit, hos libros consequuntur libri Metheororum, quibus explicantur mixta imperfecta, quæ explicatio cur ante posita fuerit scientiæ de mixtis perfectis? & an tradita, vel cœpta in 4. methcor. dicemus suo loco.

Cur simul de cælo, & elemẽtis.

DVBITATIO SECVNDA.

De ordine librorum in quibus Arist. tractat de corpore animato.

E Circa ordinem librorum, qui sũt de corpore inanimato, non est magna inter Doctores controuersia, de consequentibus vero libris, qui sũt de animatis ferè tota dubitatio est.

Art.

ART. I. Opiniones Doctorum.

Libros de anima ſequi libros metheororũ ex Auerr. et Auic.

PRima opinio latinorum ferè omniũ ſequuti Auerr.4.metheor. in fine & Auicennam lib.6. naturalium quæſtionum initio dixerunt poſt libros Metheororum ſequi libros de anima, nam cuiuſque rei cognoſcendæ primò debent illius principia contemplari, ſed anima eſt principium omnis viuentis corporis: ergo ab anima debet exordiri tota tractatio de viuẽtibus. Sed hæc opinio repugnat Ariſt. qui primũ locum tribuit de hiſtoria animalium, tum de partibus, deinde de inceſſu animalium, & quartum locum tribuit libris de anima, nam de libro de inceſſu animalium in fine: *his determinatis*, inquit, *proximum eſt de anima contemplari*, libros autem de inceſſu conſequi libros de partibus animaliũ, aſſerit Ariſ.4. de partibus animalium in fine: *Quæ cum*, inquit, *explicata ſint, ſequitur, vt de partibus, quæ ad inceſſum pertinent dicamus:* quod ſi 4. lib. de partibus cap. 11. aliud ſignificat, id non dicitur ordinis ſignificandi, gratia, ſed ſolum, vt citetur liber, ſicut lib. 1. Perhiermenias cap. 1. citat libros de anima cap. 4. libros elenchorum. Quia ordo librorum non eſt ſpectandus ex dictis incidenter in medio libri, ſed ex proœmio, & ex fine. vnde colligitur librum de partibus præcedere, vt rectè aduertit Zabarella de conſtitutione, ſcientiæ naturalis cap. 36. libros autem de partibus poſtponi libris de hiſtoria animalium patet ex 1. de partibus ex cap. 1. & 5. vbi Ariſt. teſtatur narraſſe hiſtoriam animalium: ergo ſecundum Ariſt. primum locum obtinent libri de hiſtoria. Secundum libri de partibus. Tertium libri de inceſſu. Quartum libri de anima.

Reÿcitur.

Ordo librorum attenditur ex dictis non incidenter, ſed ex profeſſo. Zab.

Ordo librorum de animatis.

Deinde repugnat rationi, nam concedimus ordiendum eſſe è principijs rei cognoſcendæ, ſed partes animalium ſunt principia animati corporis, quia materia: ergo ab his incipiendũ: partes autem traduntur in libris de partibus animalium, ante quos procedunt libri de hiſtoria, tamquam adiuuantes cognitionem de partibus animalium.

Dices, cum principium ſit tam materia, quã forma, cur prius agendum eſt de materia, quàm de forma; cũ enim forma ſit perfectior, & prior intenſione debet prius tractari.

Reſpondent aliqui in tradenda doctrina ſequendum ſemper eſſe ipſam rerum naturam, & quia materia eſt prior natura via generationis, quàm forma, cum forma educatur ex potẽtia materiæ, ideo materia prius.

2 Sed hæc reſponſio non omnibus placet, quia vt in tractatu de ſcientia oſtendemus ordo doctrinæ non ſemper ſumendus eſt ab ordine naturæ, ſed à noſtra faciliore, aut meliore cognitione; quare vbi forma eſt notior, & eius cognitio adiuuat ad cognoſcendam naturam, de forma prius agendũ; contra verò cũ materia eſt notior, & ob id Ariſt. in 1. phyſ. prius egit de forma, quàm de materia, quia materia prima eſt difficillima cognitu, & non niſi ex mutatione, quæ eſt ab vna forma ad aliam cognoſci poteſt;

Cur prius de partibus animalium, quã de anima.

A contra verò accidit inter partes animalis, & animam, nam anima cum ſit inſenſibilis difficilè cognoſcitur, & experientia, & varietates opinionum teſtantur apud Ariſtotelem 1. de anima in proœmio contra vero partes animalium, quæ ſunt proximę materię ſenſibiles ſunt, & notiores, & ideo Ariſt. lib. 1. de partibus cap. 1. agendum prius eſſe de materia, quàm de forma, quia ſcilicet materiæ cognitio confert ad cognoſcẽdam animam; vnde Ariſt. definiuit animam eſſe actum corporis organici, hoc autem cognoſci nequit, niſi cognoſcantur ſingulorum organorum officia, quæ explicantur in libris de partibus animalium.

B Denique hoc ipſum alij probant ex natura ordinis compoſitiui, quo traduntur ſcientiæ ſpeculatiuæ: hic enim ordo ſumitur ex ordine generationis, at materia eſt prior forma ordine generationis, ideo materia prius tractanda, niſi contrarium ſuadeat ordo facilioris doctrinæ.

Secũda opinio eſt eorũ, q primum locum tribuũt primis libris de hiſtoria animalium. Secũdum libris de partibus. Tertium libro de inceſſu. Quartum libris de anima, quæ omnia ex Ariſtotele probauimus. Quintum locum libro de ſenſu, & ſenſili, dicitur enim initio illius libri: *Quoniam*, inquit, *de anima, ſecundũ ſe ipſam determinatum eſt prius, & de virtutum quabet ſecundum partem ipſius; conſequens eſt facere conſiderationem de animalibus, & vitam habentibus omnibus, quæ ſunt propria, & quæ communes operationes eorum. Quæ igitur dicta ſunt, de anima ſubÿciantur, de reliquis autem dicamus, & primum de primis. Videntur autem maxima, & communia, & propria animalium, communia eſſe, & corporis, & animæ puta ſenſus, & memoria, & ira, & deſiderium, & omnino appetitus, & ad hæc voluptas, & dolor, etenim hæc fere inſunt omnibus animalibus.* Sextum libro de memoria, & reminiſcentia, vt patet ex fine de ſenſu, & ſenſili. Hũc ſequuntur libri de ſomno, & vigilia, de inſomnijs, & de diuinatione per ſomnum, & poſt D illos 8. liber de motu animalium, vt ex fine illius libri colligitur, *de partibus*, inquit, *vniuſcuiuſque animalium, & de anima. Præterea de ſenſu, & de memoria, & de ſomno, & vigilia, & communi motu diximus, reliquum eſt de generatione dicere.* Quare poſt libros de motu ſequuntur libri de generatione animalium, ergo hos conſequitur libellus de longitudine, & breuitate vitæ, initio enim illius libri docet Ariſt. eum collocari poſt librum de ſomno, & nõ immediatè vt probauimus ex dictis in libro de motu animalium, ergo mediatè .i. ſtatim poſt libros ibi enumeratos. 3

Primum locum obtinent libri de hiſtoria animalium, & deinde conſequũtur alÿ.

C

E Deinde conſequitur liber de iuuentute, & ſenectute, de morte, & vita, & de reſpiratione, vt colligitur ex Ariſt. in longitudine, & breuitate vitæ in fine: *Reliquum autem nobis conſiderare de iuuentute, & ſenectute, vita & morte, his enim determinatis finem quidem habebit de animalibus methodus:* His addendus eſt liber de ſanitate, & morbo, quatenus ad naturalẽ pertinet, vt colligitur ex Ariſt. de longitudine, &

ne,&

ne,& Breuitate vitæ initio.

Liber de plantis est vltimus.

Denique post tractationem de animalibus postremum locum obtinet tractatio,de Plantis. Hác opin.fusè docet Zabarella lo.cit. illam explicat,& probat.

ART. II. Proponuntur difficultates contra prædictam doctrinam.

Prima difficultas, quia vbi nō est ordo naturæ nec natura cognitionis.

4 SEd hæc doctrina nōnullas habet difficultates,primo enim nō apparet conueniens ratio huius ordinis nō enim in eo apparet ordo naturæ,cum simpliciora,quæ sunt priora,secūdum naturam,tradantur posterius, neque ordo facilioris cognitionis, tum quia confusè traditur cognitio superiorum, & inferiorum, tum quia,quæ pendent ex aliorum cognitione prius tradantur,quàm ea,à quibus pendent, organū enim sine anima est æquiuocè tale, atque adeo pēdet in sui cognitione ab anima, & tamen ex ordine supradicto prius tractatur de organis, quàm de anima,& idem dubitari potest de incessu animalium,qui etiam pēdet ab anima.

Male datus est vltimus locus plantis.

Secunda difficultas,quia nō apparet cur tractatio de plantis reiecta sit in postremum locū, tum quia Auerr.1.methcor.comm.1.& 4. methcor.in fine,& Auicenna lib.6.naturaliū quæstionum initio,& alij ferè omnes dicunt debere collocari post libros de anima, tum quia cum sint imperfectiora sunt priora secundum naturam,quæ procedit ab imperfecto ad perfectum, & quia indigent paucioribus organis ob ipsorum imperfectionem, facilius etiam cognosci possunt, quia facilius est cognoscere pauciora,quam plura,præsertim in eodem genere,cuiusmodi sunt organa vegetantium, organa plantarum, & animalium, quæ sunt proportionaliter eadem, hinc manifestè patet plātas augeri,& nutriri per radices,tum quia id videtur sensisse Arist.2.de anima tex. 34. dum ait se prius velle agere de alimento,& virtute nutritiua,quæ ex principium vegetatiuæ.

3. ex libris de morte, & iuuētute.

Tertia difficultas est de loco in quo collocati sunt libri de morte, & vita,iuuentute, & senectute,& similibus,quæ cum nō sint passiones animalis anima sensitiua, sed viuentis anima vegetatiua,debuerunt prius tractari,quàm passiones animalis, quæ sunt potentiæ sensitiuæ, memoria,somnus,& vigilia. Nam sicut passiones debent demonstrari de subiecto adæquato, ita earum tractatio vendicat sibi,vel eundem locum,quem habet subiectum,vel locum immediatum post illud, at de viuente anima vegetatiua prius tractatur,quam de viuente anima sensitiua patet ex tractatione, quam habet Aristot. in libris de anima. Confirmatur quia passiones speciei inferioris nō possunt cognosci sine cognitione passionum generis superioris,nō enim potest cognosci motus progressiuus,nisi cognoscatur motus,neque potentia visiua,nisi cognoscatur potētia sensitiua in communi.

4. quod eadem sæpius repetantur.

Quarta difficultas ducitur,quia seruato hoc ordine apparet eādem rē sæpius repeti ab Arist.nam de sensibus accurate egit in secundo libro de anima,& tamen de ijsdem iterum agit

A libro de sensu,& sensili,ita etiam de motu animaliū tum in libro de incessu, tum in tertio de anima,tum in libro de communi animaliū motu,cur enim in vno loco omnia, quæ ad animalium motum pertinent,non fuerunt explicata.

ART. III. Explicatur opinio Auctoris.

NOtandum primo exactam illarum explicationem nobis suo loco esse fusius pertractandam. Nunc verò ne omnino illas prætermittere videamur,breuiter aliqua attingemus. 5
Quare dicimus ordinem circa res tractandas

B in doctrinis,seruandum,sumendum esse ex nostra meliori,vel faciliori cognitione: vnde cum ab Arist. dicitur esse ab vniuersalioribus incipiendum,siue cōgnoscenda sit essentia rerum, siue proprietates,intelligi id debet, nō quia vniuersalia sunt,sed ob meliorem, vel faciliorem nostram cognitionem, & quia plerumque vniuersalia,vel notiora sunt,quàm particularia,vel talia sunt, sine quorum cognitione particularia cognosci non possunt,ideo absolute dici solet, (vniuersalia præponenda esse particularibus). Quòd si aliquando contingat particulariū cognitionē adiuuare ad cognitionē vniuersaliū, tūc particularia pponi debēt;vnde dici solet ex particularibus colligi vniuersalia. Quod præci-

Cur ab vniuersalioribus incipiendum.

C puè verum est, quando conceptus generis est ita notus,vt vel nulla, vel leuis eius explicatio necessaria sit ad cognitionem specierum,& has regulas obseruauit Aristoteles in ordinatione librorum de animatis,nam cum tractatio de animatis in tres partes diuidi debuisset primo de ipso viuente corpore in communi, secundum partem materialem, & formalem, scilicet animam vegetatiuam, ac accidentibus illam consequentibus,secundo de animalibus in genere, & specie,tertio de plantis,vel vt Auicennæ, & Auerroi placet secundo loco de plantis, tertio de animalibus,tamē Arist. totam tractationem de viuentibus in duas diuisit partes; vnam de a-

Quæ regulas seruate in ordinandis libris de animatis.

D nimalibus,alteram vero de plantis, illam verò de animato in genere non prætermisit, sed ob doctrinæ facilitatem simul cum scientia de animalibus tradidit,in qua nō solum ea quæ sunt animalium propria,sed etiam cum ea,quæ sunt cum plantis communia, quod ea notiora essent in animalibus,ignotiora vero in plantis,vt sunt facultates,operationes, & organa animæ vegetatiuæ. Hæc enim facilius cognita in animalibus, facili negotio proportionaliter applicari possunt plantis,neque illa tribuuntur animalibus,vt sic,quia non minus erraretur, quam si habere tres angulos demonstraretur de triangulo æquilatero,sed tribuuntur animalibus,vt

Tractatio de animatis diuisa in partes duas.

E viuentia sint,sicut medici, qui anatomiā corporis humani faciunt,inspiciunt quidem hunc hominem,sed ea nō vt huius hominis, sed vt hominis absolute considerant vbi verò facilitas doctrinæ aliud non persuasit, obseruauit alteram regulam Arist.vt ab vniuersalibus ad particularia procederet.vnde.

Notandum secundo cum perfecta cuiusque 6
subic-

Perfecta rei cognitio consistit in cognitione essentiæ, & proprietatum.

subiecti cognitio consistat in cognitione naturæ, & proprietatum, cognosci autem natura, seu essentia nequeat, nisi cognitis internis principijs, ex quibus constat, quod Arist. obseruauit in cognitione corporis naturalis 1. & 2. lib. physicorum eius principia inquirens, alijs verò sex consequentibus accidentia, merito idem obseruauit in cognitione viuentium, & animalium. Nam cum animalia constent materia eis ꝓpria, & forma; primo explicat materiam, quæ sunt partes, tum dissimilares, tum similares, deinde explicat formam, quæ est anima. Denique agit de accidentibus, & operationibus consequentibus, vt ostendimus supra, dum explicaremus ordinem librorum Arist. & quoniam physica ex sensatis per experientiam cognitis procedit, in primis proposuit libros de historia animalium, tamquam præparatorias ad scientiam demonstratiuam de animalibus, quibus narrantur omnia, quæ sensu, & experientia obseruata fuerunt, eaque historicè sine vlla redditione causarum, quas consequētibus libris inquisiturus est; hos sequuntur libri de partibus animaliū, quibus explicatur materia proxima animaliū, redditurque ratio singulorum organorum ex fine, nam finis cuiusque partis est propria operatio: instrumenti enim natura optimè ex eius fine cō gnoscitur, & hos cōsequitur liber de incessu, qui etiam est de partibus, & organis, quæ ad motum animalis inseruiunt, vt crura, alae, &c. Explicata materia; explicat formam tribus libris de anima, quibus primum tractatur de anima in communi, ac de vegetatiua, deinde de sēsitiua, tertio de anima rationali; quare in his libris etiam seruat ordinem ab vniuersalibus ad particularia. Sed cur in his libris agatur de animatū in communi, tum vegetatiua, & non de ea solum, quæ est animalium propria, & in libris de partibus animaliū nullam habeat tractationem de materia animæ in communi, vel organis communibus omnibus viuentibus? hæc ratio afferri potest. vnde.

Cur omnibus libris de animatis, præponit libros de historia animaliū.

Ratio partium materialiū animatorum sumitur ex fine.

7 Notandum tertio cum Arist. aduertisset nullam haberi posse scientificam cognitionem materiæ proximæ, quę adęquat animam in communi, nisi solum quod debeat esse organica, merito nullam de ea peculiarē instituit tractationem, & licet in plantis sunt organa quædam inseruientia earum nutritioni, & auctioni, quia tamē ea obscura sunt in plantis, & quia non habent formalem cōuenientiam, sed tantum proportionē quandā cum organis, q̄ animaliū nutritioni, & auctioni inseruiūt, ideo etiā nullā habuit tractationem de ijs organis in communi, sed ea tantùm cōsiderauit in animali, ex quibus proportionaliter applicari, poterant ad alia, at nō ita est in anima, nam & sunt operationes eius communes omnibus viuentibus, & notæ in singulis viuētium speciebus, vt enim apparet augeri, & nutriri animal, ita & Plantas, quare merito Arist. peculiarem habuit tractationem de anima in communi, & de anima vegetatiua in libris de anima, vt fusi' suo loco ostēdemus, ex quibus soluta manet prima difficultas, & reddita ratio huius ordinis.

Cur Arist. non tractauerit de materia animalium in communi.

A

ART. IV. Soluuntur difficultates propositæ Art. II.

AD primum patet ex dictis tractationem de plātis merito ab Arist. nō fuisse præpositā tractationi de animalibus, quia cum species perfectę cognosci nō possint ignorato genere, plātarum natura cognosci nō poterat ignorata viuentis natura in communi, huius autem cognitio, vt diximus permixta est cum tractatione de animalibus ob faciliorem doctrinam, & ipsa tractatio ostēdit, nam in lib. de anima agitur, & de anima in communi, & de anima vegetatiua tāquam de viuente corporis forma, & in paruis B naturalibus agitur de vita, & morte, & alijs, quę adæquatè cōueniunt viuenti, & significat Arist. de sensu, & sensili in principio, vbi proponit se acturum de animalibus, & viuentibus omnibus &c. ideo tradi nō potuit cognitio de plantis, nisi tradita cognitione de animalibus, vt testatur Arist. de lōgitudine, & breuitate vitæ in fine prout recte aduertit Zabarella lib. 1. de methodis cap. 14. sequutus Theophrastum, & fusius opusculo de constitutione scientiæ naturalis cap. 41. 8

Ad 2 difficultatem resp.

Tractatio de plantis postposita tractationi de animalibus & cur?

Tertiā difficultatē resp. solui ex dictis, nam ordo ab vniuersalibus ad particularia potissimum solet esse necessarius propter essentiæ co C gnitionem, nam alioqui si proprietates specificæ nō sunt species proprietatum generis, possent cognosci ignoratis proprietatibus generis, & ideo cognita natura v. g. animalis, & hominis nulla necessitas cogit, vt prius animalis proprietatis, quam hominis demonstremus, sed vel doctrinæ facilitas, vel alia commoditas attenditur vt ordo seruetur in illis cognoscendis, quod in paruis naturalibus cernere licet, nam cum Aristoteles noluerit ob rationes supradictas peculiarem tractationem facere de viuentibus in cō muni, sed eam immiscuit cum tractatione de animali nō potuit proprietates, & operationes adequatas viuēti corpori explicare ante tractatio D nem de animalibus, & ideo reliquit eas explicādas post cognitam naturam viuētis, & animalis, tractauit autē prius de proprietatibus, & operationibus, quæ animalibus, vt est sensus, memoria, reminiscētia, somnus, & vigilia, motus. & generatio ipsorum, quàm de ijs, quæ sunt propria viuētis vt sunt iuuētus, lōgitudo, & breuitas vitæ, mors, & vita, sanitas, & morbus, nō quidem vel necessitate coactus, cum neutræ sint alterius species, neque ob faciliorem cognitionem, cum vnius cognitio ad alterius cognitione cōferat, sed ob commodiorem doctrinam, cum enim Arist. prius tractasset de animalibus, E quam de viuētibus, merito prius tractauit accidentia, quæ respiciunt animal, quam quę viuēs, quia cū hęc omnia in animali cōsideraret prius tractat ea, quæ magis sunt essentialia, seu propria animali, quam quæ minus, & quia maximè omnium essentialis animalis est sensus, cum inde animal cōstituatur, & deinde sit necessarius motus, quia hoc opus habet, vt seruetur, & augeatur, si enim virtute motiua omnia carerent 9

Quis ordo seruandus in cognoscendis proprietatibus.

Prius de proprietatibus animalis, quam viuētis ob cōmodiorem doctrinam.

nequi-

nequirent ſibi victum quærere, atque adeo breui interirent. Denique eſt generatio, quæ nõ eſt neceſſaria animalibus, vt in indiuiduo ſeruentur, ſed ſolum ad ſeruandam ſpeciem, ideo Ariſtoteles primum agit de ſenſu, & alijs operationibus ad ſenſitiuam potentiam pertinentibus, poſtea de motu, denique de generatione, non quidem ſimpliciter ſumpta, quia ſic eſt operatio animæ vegetantis, ſed vt reſtringitur à differentia animalis ad ſpeciem generationis illius propriam. His explicatis tractat Ariſt. ea accidẽtia, quæ ſunt communia omnibus viuentibus, nõ quidem, vt contracta ad animalia, ſed vt cõmunia, cõſequẽtia gradum quemdam communem, qui in animalibus eſt. Sunt autem hæc accidentia ſenectus, iuuẽtus, &c. quibus immiſcet tractationem de reſpiratione, nõ quidẽ per ſe, quia ſic pertineret ad tractationem de accidẽtibus animalium proprijs, ſed per accidẽs, quatenus eſt neceſſaria ad vitæ conſeruationem, de qua agebat eo loco, neque in his aliqua difficultas mihi occurrit, niſi quod nõ apparet ratio, cur dicamus Ariſtotelem agere de generatione contracta ad animalia, & non ita de morte, & vita, ſed de hac re fuſius ſuo loco, nõ enim poſſumus ſuo loco explicare, quæ pertinent ad accidentia, & naturam animalium.

De eadem re in diuerſis locis ob diuerſam rationem tractatur.

10 Ad quartam difficultatem reſp. tractari in diuerſis locis de iiſdem ob diuerſam rationem, cũ enim tractatio de animalibus diuiſa ſit in tres partes, vnam in qua agitur de materia, alteram in qua de forma, tertiam, in qua de operationibus, & accidentibus, ideo de operationibus agit in tractatione de materia, vt inde cognoſcatur materia, cuius qualitatis, & cõditionis ſit, & in tractatione de anima, vt per eas cognoſcatur anima, vt 2. de anima tex. 36. teſtatur Ariſt. in libro vero de ſenſu, & ſenſili agit de accidẽtibus, & operationibus ſecundum ſe vt teſtatur Ariſtoteles de ſenſu, & ſenſili initio, quod ſi ibi dicit aliqua de anima, id nõ eſt per ſe, ſed per accidẽs, id eſt vt confert ad cognitionem operationum, & ſimili ratione de motu agit in libro de inceſſu per accidẽs. i. ad cognoſcẽdas partes organicas, & in 3. de anima de eo agit ad declarãdam virtutem motiuam animæ, in libro vero de motu animalium agit de eo per ſe explicando eius cauſas.

Dices hinc ſequeretur debuiſſe haberi peculiares tractatus omnium operationum, quarum mẽtio facta eſt in libris de anima, vt de operationibus intellectus, & phantaſiæ, quod tamen patet eſſe falſum.

Quæ perfectè tractãtur non ſunt repetenda ſicut, quæ imperfectè.

Reſp. dupliciter ea, quæ tractãtur per accidẽs poſſe tractari, primo perfectè, quæ hoc modo tractãtur, nõ eſt cur repetãtur: ſecundo imperfectè, & hæc vt perfectius cognoſcãtur debent iterum tractari, cum igitur de intellectione, & operationibus cõnexis fuerit neceſſarium Ariſtoteli exactè tractare in libris de anima, vt perfectè cognoſceretur natura intellectus, nõ erat cur peculiarem tractatum de huiuſmodi operationibus haberet, quia vero rudis cognitio operationum ſatis erat ad cognoſcendas potẽtias ſenſitiuas externas, ideo de illis imperfectè egit in libris de anima, vnde neceſſaria fuit peculiaris tractatio, vt perfecta cognitio earũ traderetur, & hoc quidem dici poteſt de motu. Deinde aliæ ſunt operationes, quarum nulla ferè mẽtio facta eſt in libris de anima, vt memoria, reminiſcẽtia, ſomnus, & vigilia, inſomnia, & cætera huiuſmodi. & de his fuit omnino neceſſarius peculiaris tractatus cum pertineant ad animalia.

QUÆSTIO SEXTA.

An ſcientia phyſica conſtans ex omnibus enumeratis partibus ſit vna, & quam vnitatem habeat.

ART. I. Continens notabilia ad faciliorem explicationem quæſtionis.

HÆc quæſtio non poteſt à nobis hoc loco exactè tractari, quia cõmunem habet difficultatem cum cæteris: vnde ex dictis de ſciẽtia facilè ſolui poteſt, tamẽ ne omnino hic prætermiſſa videatur aliqua rudi, & breuiter, & potius ex aliorum ſentẽtia afferemus, quocirca. 1

Variæ rationes ex quibus ſumi poteſt diſtinctio ſcientiarum totalium.

Primo ſupponẽdum hãc ſcientiam diſtingui ab alijs ſcientijs ſpeculatiuis totalibus, ſcilicet Metaphyſica, & Mathematica, ſiue ex diſtinctione cõcluſionum demõſtratarum, ſiue ex diſtinctione principiorum, quibus illarum cõcluſiones probãtur, ſiue ex varijs rationibus formalibus, quæ propria obiecta ſingularum conſtituũt, ſiue ex varijs rationibus formalibus, quæ dicũtur variæ abſtractiones, quibus obiecta à ſingulis cognoſcũtur. de qua re fuſius in Log. tra. 27. Hinc tamẽ oritur difficultas præſentis quæſtionis, nam cum diſtinctio rei fundetur in eius vnitate neceſſario fatendũ eſt ſcientiã phyſicam habere aliam vnitatem, & quia tam multa ſunt, tamq; diuerſa ea, quæ tractãtur in phyſica, neceſſarium eſt fateri tam multos eſſe, tãque varias cognitiones, atque adeo habitus qui verſantur circa illa cum habitus diſtinguantur per actus, & actus per obiecta. vnde non apparet, quam vnitatem habeãt tam multi, tamque varij habitus.

Sentẽtiæ variæ de vnitate ſciẽtiarum.

Secundo ſupponendũ ex loc. cit. varias fuiſſe auctorum ſententias de vnitate ſcientiarum, alij enim affirmarunt nullam eſſe ſcientiarum, diſtinctionem, alij verò, qui diſtinctionem ſciẽtiarum induxerunt vario modo vnitatem explicãt, alijs concedentibus ſingulis ſcientijs totalibus vnitatem ſpecificam, cum ponãt eam eſſe ſimplicem qualitatem, quæ tamen extenditur circa varia obiecta, ſicut qualitas extenditur per varias partes quãtitatis, & ſicut ex his vna pars poteſt eſſe ſine alia, ita per ſciẽtiam poteſt cognoſci vnũ obiectum ignorato alio, alijs vnitatem genericam, & ex his alij dixerunt ſingulas ſcientias totales coaleſcere, ex multis habitibus ſpecie diſtinctis habentibus vnionẽ quãdam ordinis, & aggregationis, atque adeo vnitatem per accidẽs. Alij vero coaleſcere ex multis habitibus ſpecie diſtinctis, tamquam ex partibus heterogeneis, atque adeo habentibus vnitatem

tatem per ſe, vt corpus organicum eſt per ſe vnũ etiamſi cõſtet ex partibus ſpecie diſtinctis.

Diuerſa ratione ſumitur vnitas, & diſtinctio actuum, & habituum.

2 Tertio ſupponendum ſicut diſtinctio habituum ſumitur ex actibus, & actuum ex obiectis, ita & vnitas, diuerſa tamen ratione, quia numquam actus, qui ſunt circa obiecta formalia diſtincta ſpecie, non poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei, at habitus idem numero poteſt eſſe circa actus diſtinctæ ſpeciei, vt clare patet in habitibus infuſis, & nos oſtendemus ſuo loco.

Quarto ſupponendum in obiecto cuiuſque habitus reperiri materiale, & formale, v. g. in obiecto viſibili materiale eſt v.g. quantum, vel ſubiectum: formale vero eſt color, vel lux. cum igitur dicimus vnitatem, & diſtinctionem ſumi ex obiecto, intelligi debet de formali, non de materiali, eadem enim ſpecie viſionis videtur homo albus, ac equus albus.

Rõ formalis obiectiua duplex, quæ & ſub qua

Quintò rationem formalem obiecti eſſe duplicem, vna enim dicitur ratio formalis, *quæ* .i. ipſa rei quidditas, ſeu definitio, altera *ſub qua*, ideſt modus, quo res aliqua à potentia, vel habitu attingitur, vt v.g. albedo eſt obiectum potentiæ viſiuæ, imaginatiuę, & intellectus, hęc.n. habet vnam rationem formalem, *quæ*, ideſt vnã entitatem, quæ attingitur ab illis tribus potentijs, & tamen illæ potentiæ diſtinguũtur ſpecie, quia non eſt vna ratio formalis, ſub qua, ideſt vnus modus, quo illæ potentiæ ordinantur ad albedinem, quia potentia viſiua terminatur ad illam ſub ratione coloris ſimpliciter, vel coloris illuminati, imaginatiua vero ſub vniuerſaliori ratione.i. ſub ratione imaginabilis, intellectus vero adhuc ſub vniuerſaliſſima ratione, ſcilicet entis, ſeu intelligibilis.

Quatuor differentiæ inter vtramque rõnẽ formalem.

3 Sexto ſupponendum has duas rationes formales quadrupliciter differre inter ſe, primò, nam ratio, *quæ*, directè terminat actum, ſed ratio, *ſub qua*, non ita, ſed eſt modus, ſeu ratio terminandi. Secundo, quia ratio, *quæ*, intrinſecè ſe habet ad obiectum, q̃a conſtituit vniuerſaliter obũm materiale in eſſe rei; ratio vero, *ſub qua*, vt plurimum ſe tenet ex parte potentiæ, vñ ſpecies ponuntur in potentijs, & licet accidat obiecto in eſſe rei tamen conſtituit illud in genere ſcibilis, vt forma gladij accidit ferro, ſed vniuerſaliter conſtituit gladium. Tertio ratio, *quæ*, eſt principium paſſionum, atq; adeo medium, quo demonſtrantur paſſiones, ſed non ita, *ratio ſub qua*. Quarto ſecundum aliquos ratio, *quæ*, ſe habet materialiter ad rationem, *ſub qua*, quia res quæ cognoſcitur materialiter ſe habet ad cognitionem, & modũ, quo eſt in intellectu, & ex hac vltima differentia dicunt habitus vltimá diſtinctionem, & vnitatem ſumi ex ratione formali, *ſub qua*.

Variæ opiniones de ratione ſub qua.

Explicatur opinio Thomiſtarũ

4 Septimo nõ ſatis conuenire inter Doctores, quænã ſit rõ formalis, *ſub qua*, in ſcientijs realibus, nam Thomiſtæ dicunt eſſe abſtractionem, nõ quidem realem, ſed intellectualem, qua intelligimus, vnũ ſine alio illi vnito ſecundũ identitatem, vel informationem, & quia hæc abſtractio intellectualis poteſt eſſe, vel per primá, vel per ſecundam operationem, dicunt hác abſtractionem intelligi per primam operationem, A quia abſtractio per ſecundam continet falſitatem, quæ repugnat ſcientijs; vnde probant vnitatem debere ſumi ex hac abſtractione, nã cum non debeat ſumi à ratione formali, *quæ*, nam hæc reperiri poteſt eadem in obiectis variarum ſcientiarum, vt patet ex quantitate conſiderata à Phyſico, Mathematico, & Metaphyſico: ergo debet ſumi à ratione formali *ſub qua*, ſed hæc non poteſt eſſe alia, quam abſtractio, nõ .n. eſt, quæ maximè videtur eſſe quidditas, vel differentia quidditatiua obiecti, cum ſit medium, quo ſcientiæ demõſtrant paſſiones, nam hæc quidditas, vt dixi à multis ſcientijs poteſt conſiderari; ergo manet, abſtractionem eſſe rõnem B formalem ſub qua, & quia hæc eſt vna in ſingulis ſcientijs, ſingulæ vnitatem habebunt ab hac abſtractione. Conſ. nã cũ hæc abſtractio aliquãdo ſe teneat ex parte obiecti, vt quando viſus percipit colorem nõ percepto ſapore illi coniuncto; aliquando ex parte medij, vt qñ intellectus cognoſcit per medium probabile rem demonſtrabilem; aliquando ex parte intellectus.ſ. quãdo res, & in ſe eſt certa, & medium, quo cognoſcitur eſt certum, tamẽ intellectus cum formidine cognoſcit, quia non penetrat efficaciam medij, fit vt cum ad rationem ſcientiæ requiratur certitudo ex parte medij, obiecti, & intellectus, differat ſcientia ab opinione rõne abſtractionis, quia ſcientia abſtrahit ab omni probabi C litate, tàm obiecti, quàm medij & potentiæ; cõtra vero opinio abſtrahit ab omni certitudine illa triplici, quod etiam in alijs cernere licet, quæ per abſtractionem diſtinguuntur, ſenſus.n. diſtinguitur ab intellectu, quia ſenſus cognoſcit per ſpecies repręſentantes res corporeas indiuiduas, & effectas accidentibus indiuiduantibus; intellectus vero per ſpecies primo, & per ſe repręſentãtes naturas vniuerſales, atq; adeo abſtrahentes à conditionibus indiuiduantibus; ſenſus etiã interni differunt ab externis, quia interni habent obiectũ magis vniuerſale, atq; adeo magis abſtractum, quod etiam in alijs quinque habitibus intellectus cernere licet.

Rõ ſub qua nõ eſt quidditas obiecti ex Thomiſtis.

Abſtractio alia ex parte obiecti, alia ex parte potentiæ.

Explicatur opinio, quod ratio ſub qua ſint principia.

5 D Alij vero dicunt rõnem *ſub qua* eſſe principia, ex q̃bus oſtenditur cõcluſio; nã cum inſtrumentum cõparãdi ſcientiá, ſit demonſtratio, & demonſtratio ex principijs cõſtet, fit principia eſſe id, quo intellectus aſſentitur cõcluſionib᷒; vnde fit eandem cõcluſionem cognitam à priori, & à poſteriori diſtingui ſpecie, etiã ſi ſint ſub eadem abſtractione, ſicut etiam cognita per medium phyſicum, vel mathematicũ, vt cognitio, qua cognoſcitur terram eſſe circularem ex grauitate partium terræ æqualiter tendentium ad centrum, diſtinguitur ſpecie à cognitione, qua cognoſcitur eadem rotunditas terræ ex eo, q̃ orbiculariter eclypſat lunam.

E Vnde conſ. quia ſub eadem abſtractione phyſica ſunt habitus diſtincti ſpecie, vt patet in habitu opinionis, & ſciẽtię, & habitu ſciẽtię, *quia*, & *propter quid*; ergo abſtractio illa non põt cõſtituere obiectũ vnum ſpecie infima in genere ſcibilis, atq; adeo aliunde habere debet hanc vnitatem; hoc autem aliud eſſe non poteſt, quam vnitas medij, & principiorum. Ex his

reſpon-

Vnitas ſumitur ab abſtractione ſimul cum principijs.

reſpondent vnitatem ſpecificam ſumi ab abſtratione ſimul cum principijs, & ideo hæc diſtinguuntur, quia licet habeant eandem abſtractionem, non tamen eadem principia. Sed cōtra, quia abſtractio illa per accidens ſe habet ad vnitatem, vel diſtinctionem, cum ſatis ſit vnitas, vel diſtinctio principiorum: ea.n. ex Ariſt. dicitur cauſa per ſe alicuius effectus, qua poſita, præciſo omni alio, ponitur effectus, & qua ablata. poſito omni alio, aufertur effectus; at poſita eadē abſtractione cum diuerſitate principiorū, ponitur diuerſa ſcientia ſpecie, & ſi auferetur vnitas abſtractionis, & poſſet poni vnitas ſpecifica medij, poneretur vnitas ſcientiæ, ergo vnitas, vel diſtinctio abſtractionis per accidens ſe habet ad vnitatem, vel diſtinctionem ſcientiæ, quatenus ſcilicet confert ad vnitatem: vel diſtinctionem medij.

ART. II. Quid ſentiendum ſit de vnitate huius ſcientiæ.

6 Prima Concluſio, ſcientia phyſica continetur ſub genere qualitatis, quia eſt habitus quidam rectè diſponens potentiam.

Cognitio obiecti phyſici eſt vna ſpecie ſubalterna, non infima.

Secunda Concluſio. Cognitio de obiecto phyſico non eſt vna ſpecie infima, ſed ſubalterna. Prima pars probatur, quia ſcientia, & opinio differunt ſpecie, 1. Poſt. tex. vlt. & nos oſtēdemus ſuo loco. Sed de obiecto phyſico habeš ſcientia, & opinio, vt patet, q̄a multa in Phyſica probabiliter dicuntur. Conſ.nā habitus principiorū ſpecie diſtinguitur à ſciētia, & opinione, at hunc reperiri in Phyſica conſtat, quia quælibet ſcientia reſoluere debet ſuas Concluſiones in prima principia indemonſtrabilia.

Secunda pars probatur, nam cum hi habitus non conueniant ſpecie infima, & ſint de eodem genere qualitatis, ſub quo magis conueniunt, inter ſe, quam cum alijs qualitatibus, verbi gr. ſenſibilibus, ergo neceſſariò conueniunt in aliquo genere ſubalterno, & hæc certa ſunt. Quare ſolum manet difficultas, tum de cognitione acquiſita per demonſtrationē *quia*, & demonſtrationem *propter quid*, tū de varijs cognitionibus acquiſitis per demonſtrationē *propter quid*, an differant ſpecie. Quare ſit

Scientia acquiſita per demonſtrationē quia & ꝓpter quid

Tertia Concluſio. Scientiæ acquiſitæ per demonſtrationem *Quia*, & demonſtrationem *Propter quid* differunt ſpecie, quia ſunt acquiſitæ per diuerſa media, quam concluſionem concedunt etiam Thomiſtæ, vnde Phyſica, quæ complectitur huiuſmodi cognitiones non poteſt eſſe vnius ſpeciei infimæ.

Habitus circa obiecta per diuerſa media, diſtingui ſpecie

7 Quarta Concluſio. Habitus acquiſitus circa obiecta Phyſica per diuerſa media, ſiue principia rei, & cognitionis, probabile eſt, diſtingui ſpecie; quia non poſſunt habere vnitatem ab abſtractione, vt probauimus ſupra, dum retulimus opiniones, neq; ex parte modi demonſtrandi, quia forma illa demonſtrationis eſt cōmunis quædam regula, quæ applicari poteſt omnibus ſcientijs. ergo applicata ad obiecta Phyſica, ſi illa ſecundum ſe diſtinguuntur ſpecie, eoquod cauſæ, proprietates, & ſubiecta

A diſtinguuntur ſpecie, non poteſt illis tribuere vnitatem ſpecificam, alioquin omnes cognitiones probabiles in eadem materia eſſent eiuſdē ſpeciei, quæ ratio videtur ſatis efficax, nec apparet quid contra illam poſſit efficaciter obijci, quia tamen hîc non intendimus rem omnino definire. Ideo

Habitus acquiſit. p actus ſciētificos propter quid ſunt eiuſdem rationis.

Quinta Concluſio, probabile mihi eſt, habitum Phyſicæ acquiſitum per actus ſcientificos *propter quid* eſſe eiuſdem rationis. Probatur. Nā huiuſmodi actus licet ſint per diuerſa media materialiter ſumpta, tamen ſunt per eadē media formaliter, ideſt eiuſdem abſtractionis, & modi demonſtrandi; abſtractio enim phyſicæ ex parte obiecti materialis, eſt conſideratio

B entis naturalis, vt naturale eſt, non conſideratis alijs rationibus ſcibilibus, quæ ſunt in ente naturali, ex parte vero medij, ſeu principiorum eſt demonſtratio *Quia*, vel *Propter quid*. Vnde ſi de ente naturali, vt ſic, & ſub hac abſtractione, q̄ eſt ex parte obiecti aliquid demonſtramus, per cauſam, per quam attributum conuenit illi, talis ſcientia erit *Propter quid*, & vna ſpecie infima. Si vero non continet, cauſam rei, conſtituitur ſcientia, *Quia*, quæ eſt alterius ſpeciei.

Confirm. quia quando obiectum eſt vnum in genere ſcibilis, ſcientia circa illud eſt vnius ſpeciei, ſed omnia obiecta Phyſica cognita per

C demonſtrationem *propter quid*, ſunt vnum ſpecie in genere ſcibilis. ergo. Probatur minor, quia quod vno modo attingitur à ſcientia eſt vnum ſpecie in genere ſcibilis; ſed huiuſmodi obiecta ita attingūtur; omnia enim attinguntur ab illa, vt ſunt entia naturalia per principia rei, & cognitionis, ideſt continentia causā cur prædicatum conueniat ſubiecto; quæ cauſa reducitur ad definitionem obiecti materialis.

Ex qua ratione patet habitum ſcientiæ, quia circa obiecta phyſica eſſe vnum ſpecie infima, quia illa continentur ſub vna abſtractione, ex parte obiecti, & medij, ideſt principiorū vnius rationis, & modi demonſtrandi.

D Sed contra hāc Concluſionem auctores oppoſitæ opinionis, ſoluētes rationes allatas multa obijciunt, quæ ſoluere non eſt huius loci, ſed pertinet ad tractatū de ſciētia in cōi. Vnde.

Qualis ſit varietas habitus.

Sed iuxta hanc Concluſionem adhuc manet difficultas, an hic habit⁹ ſpecificus vnius ſpeciei ſit ſimplex, an cōpoſit⁹, & ſi cōpoſit⁹ ex partib⁹ homogeneis, an heterogeneis, plurimi Thomiſtæ dicunt eſſe indiuiſibilē extenſiue, cōſtantē tamen ex partibus intenſionis. Alij dicunt eſſe compoſitum ex partibus homogeneis, q̄ ſunt extenſæ, non quidem ex parte ſubiecti, cum ſit in intellectu, qui eſt indiuiſibilis, ſed ex parte

E obiecti, eoquod qualitas ſcientifica, quæ verſatur circa animal, ſit vna numero cum qualitate, quæ verſatur circa cœlum, ſicut qualitas præexiſtens in ſubiecto ſit vna numero cū qualitate, quæ extēditur circa alias partes eiuſdem ſubiecti. Quare huiuſmodi qualitas dupliciter poteſt accipere augmentum, & intenſiuum circa idem obiectum, & extenſiuum circa diuerſas partes ſui obiecti.

E Alij

A Alij vero etiam ex ijs, qui profitentur ſequi doctrinam D. Thom. dicunt eſſe quidem vnā qualitatem ſpecie, non homogeneam, ſed heterogeneam, eoquod extenſio illa circa partes obiecti eſt diuerſæ ſpeciei, non quidem totalis, ſed partialis, iuxta varietatem obiectorum in genere ſcibilis; habent enim illa obiecta, quæ continentur ſub vna abſtractione, & modo ſciendi, vnitatem quandam inter ſe, in genere ſcibilis, quam non habent cum obiectis, quæ continentur ſub alia abſtractione, & alio modo ſciendi, ergo &c. etiam ſcientia, quæ verſatur circa illa obiecta; at ſi partiales illæ ſcientiæ circa illa obiecta non faciunt aliquam compoſitionem inter ſe, non apparet, quomodo B ſcientia illa maiorem quandam vnitatem habeat; nam vnitas ex parte ſubiecti reperitur in omnibus habitibus intellectus, & eiuſdem potentijs. ergo vnitas compoſitionis debet tribui ſcientijs totalibus. & hic modus dicendi mihi videtur probabilior, verum quia non caret difficultatibus, & mens nobis non eſt eadem ſæpius repetere, ideo ſatis nobis erit hæc ſignificaſſe, plura dicta ſunt in Tractatu de ſcientia.

DISPVTATIO II.

De ſcientia phyſica comparata ad alias ſcientias.

C Conimbr. in procemio Phyſic. quæſt. 5. per totam, Perer. lib. 1. cap. 4. de cert. de depend. à cap. 13. de dignit. cap. 16. Bald. in procem. fol. 52. Ægid. in prologo par. 2. Pennaſius pro gym. commun. inſcript. 1. p. 43. & ſeq. Fonſ. 2. Metaph. cap. vlt. quæſt. 5. Burid. 1. Metaph. quæſt. 1. & 2. Gab. Zerb. 1. Metaph. quæſt. 13. Alenſ. 6. Met. tex. 2. Ægid. 1. Metaph. quæſt. 23. 24. 26. & 2. Metaph. quæſt. 13. fuſe Piccol. introd. ad naturalem à cap. 12. Suar. tom. 1. Met. d. 1. ſect. 4. & 5. Flandr. 1. Metaph. quæſt. 2. artic. 2. de dignit. Met. & D quæſt. 8. per totam.

Primo Notandum ſcientiam phyſicam poſſe cum alijs comparari. Primo, quoad diſtinctionem doctrinæ. Secundo, quoad ordinem doctrinæ. Tertio, quoad præſtantiam, & dignitatem. Quarto, quoad certitudinem. Quinto, quoad dependentiam.

Secundo Notandum, nos hic nolle tractare hanc comparationem inter Phyſicam, Metaphyſicam, & Mathematicam, quoad ordinem doctrinæ, præſtantiam, certitudinem, & diſtinctionem, quia cum requirant cognitionē obiecti, & modi procedendi aliarum ſcientiarum, alio loco commodius tractabitur, interim videantur prædicti doctores, ſed tantum tracta- E bimus de depēdentia, quā aliæ ſcientiæ habent à phyſica; nam dependentia phyſicæ à Metaphyſica, non habet peculiarem difficultatem, ſed eam, quæ communis cum alijs ſcientijs, de qua in logica tract. 17. & fuſè in Metaphyſica, & Proclus lib. 1. in Euclidem, Mirand. lib. 10. de euerſ. ſect. 1. D. Thom. opuſc. de natura

An ſciētiæ particulares ſubalternentur metaphyſicæ.

A Gen. Plato 7. de Rep. qui ſubalternationē ſcientiarum reſpectu Metaphyſicam affirmant.

At alij negant perfectam ſubalternationem, de qua Ægid. 1. Phyſic. in prologo par. 2. d. 2. Aſtudillo quæſt. 1. artic. 2. conc. 3. ibi Niphus, Conimbr. quæſt. 5. ſect. 3. ad 2. Perer. lib. 1. à cap. 13. & ſequent. Sonc. 4. Metaph. quæſt. 9. Trombetta 11. Metaph. quæſt. 1. Iauell. 1. Met. quæſt. 2. Fonſ. 4. Metaph. cap. 1. quæſt. 2. Heru. in prologo ſent. q. 4. Suar. 1. tom. Met. d. 1. ſect. 4.

Quæ ſint ſcientiæ de quibus poteſt dubitari an ſubalternētur phyſicæ.

Tertio Notandum, facultates de quibus poteſt eſſe controuerſia, an ſubalternentur phyſicæ poſſe reduci ad duo capita, ſcilicet ad pra- B cticas, ſeu quæ procedunt modo practico, & ad ſpeculatiuas, & practicæ poſſunt reduci ad tria capita; nam vel reſpiciunt hominis corporale comodum, vt eſt medicina, vel animi bonum, vt eſt moralis, vel commoditatem externam hominis, vt ſunt variæ artes, vt chimica, agricultura, &c.

Inter ſpeculatiuas poteſt eſſe dubitatio de ſcientijs mathematicis, ſiue puris, ſiue medijs, qualis eſt Perſpectiua, Muſica, Aſtrologia, de quibus ſingillatim diſſerere, nimis eſſet longū, & ideo de aliquibus paulo ſuſius, de alijs generatim dicemus; ponemus tamen principia, ex C quibus quid in ſingulis dicendum ſit, facile poterit colligi.

QVAESTIO PRIMA.

De ſubalternatione medicinæ reſpectu Phyſicæ.

DVBITATIO I.

De fine medicæ facultatis.

NOtandum primo, hanc quæſtionem non poſſe perfectè cognoſci, niſi explicetur natura facultatis medicę, quod 1
D quia pendet ex cognitione finis, & obiecto medicinæ, ideo de ijs primo dicēdum, quare erunt in hac dubitatione plures dubitationes de fine, de obiecto, de ſubalternatione.

ART. I. Quis ſit finis medicinæ ſecundum alios.

IN hac difficultate, non omnes conuenire Doctores, vt refert Gab. lib. 1. method. c. 7. & in Thraſybulo. nam

variæ opiniones de fine medicinæ.

Quidam dicunt finem medicinæ eſſe inducere ſanitatem. Alij eſſe ipſam ſanitatem in- E ductam, quod etiam dixit Ariſtot. 1. Eth. c. 1. Alij morborum cauſas diuertere. Alij efficere, & præſtare ea, quæ conducunt ad ſanitatem, etiam ſi ſanitas non acquiratur, vt colligitur ex Ariſtot. 1. Rhetor. ad Theod. cap. 1. circa finem, vbi ait, *Opus Rhetoricæ non eſt perſuadere, ſed poſſe, quæ in ſingulis credibilia ſunt perſpicere, veluti etiam in cæteris*

artibus

artibus vniuersis, medicina enim non est sanitatem inducere, sed quoadusque possibile sit ad hoc vsque producere, cum possibile sit etiam eos, qui nullo possunt pacto sanari bene tamen curare. Alij gloriam, Alij diuitias finem dixerunt, sed ipse Galenus initio libri de sectis, ait scopum esse sanitatem, finem vero esse sanitatis adeptionem, & videtur Simpl. 2. Phys. vbi finem esse duplicem, alium appetitum, vel scopum, vt sanitas medicinæ; aliū in quo, idest cui aduenit, vt sanus,

ART. II. Explicatur sensus Quæstionis.

2 PRimo Notandum, solutionem huius difficultatis pendere, vt notat Argenterius in artem paruam Galeni comment. 1. ex cognitione, quid sit finis; nam qui finem cum Quintiliano, dicunt esse, quem artifex respiciendo semper acquirit, is non sanitatem, dicet esse finem medicinæ, sed prestare ea, quæ sunt apta ad acquirendam sanitatem, secundum regulas artis; sed hoc non placet alijs, quod hi non distinguant officium à fine, nam præstare quod decet medicum secundum regulas artis est potius officium, quam finis. Et Confirmatur, quia alioqui nullus artifex ageret frustra, quia vnusquisque operatur ex arte, & tamen non quilibet assequitur finem. Ideo, Secundo alij dicunt duplices esse operationes, alias quæ relinquunt opus post se, vt ædificatio; alias quæ non relinquunt illud, vt saltatio, & quidem habituum, qui respiciunt operationem habentem post se opus finis nō est operatio, sed opus ipsum, Qui vero respiciunt operationes, quæ non relinquunt opus post se finem esse ipsam operationem, vnde dicunt finem medicinæ esse sanitatem, ita colligitur ex Arist. 1. Eth. c. 1.

Quid sit finis ex Quintiliano

Officium distinguitur à fine.

Finis habitus aliquando opus aliquando operatio.

Et Confirmatur, quia ex Galen. ad Thrasybolum, vbi finem definit esse id, quo acquisito cessat motus, idest operatio, vt patet, quia ex communi conceptione finis significat vltimum complementum rei, vel simpliciter, vel in aliquo genere, iuxta qualitatem finium, vnde Aristot. 1. de partibus animal. cap. 1. finem ait esse id, in quo motus, si nihil impediat, terminatur, idest id, quod consequitur motum, si nihil impediat, & hoc idem significauit Gal. in Trasybulo cap. 8. & 10. dum ait: *nullum artificem facere finem, sed sequi ad id, quod facit, vt Imperator non facit victoriam, sed pugnam, quam sequitur victoria, & scientia non facit veritatem, sed cognoscit illam*: at operatio medicinæ cessat, nisi acquisita sanitate, vt patet, quia medicus refrigerat, calefacit, replet, euacuat, ad quas actiones sequitur sanitas, & cum errat non facit morbum, sed sequitur id, quod facit, vnde operatio elicitur ab habitu medicinæ, at sanitas est quid diuersum ab operatione, vt notat Gal. in Thrasybulo cap. 27. ergo hæc, & non operatio ipsa erit finis.

Confirmatur secundo, quia ex Arist. 2. Physic. tex. 25. & 31. & 2. Metaphys. tex. 8. & 5. Metaph. tex. 3. definitur esse id, cuius gratia actiones, & motus fiunt; sed actiones, & motus medicinæ fiunt gratia sanitatis.

Sed hic modus explicandi non omnino placet; nam licet probem distinctionem illam operationum, & finem artis operatiuæ esse operationem, quando hæc non relinquit opus post se; opus vero quando relinquunt opus post se; tamen probare non possum, dum negant id, quod consequitur operationem, non fieri ab arte; nam ex communi omnium opinione id, quod fit non est actio, sed terminus, qui consequitur actionem; quare dico terminum intrinsecum actionis fieri proprie, immo magis proprie, quam actionem, terminū vero extrinsecum non ita, & fortasse de hoc termino loquuti sunt prædicti Doctores, ideo

Id quod consequitur operationem propriè non ipsa operatio fit.

3 Notandum secūdo, finem alium dici operis, alium operantis, & primus à Psello 2. phy. dicitur finis rei, secundus dicitur finis eius, qui vtitur re, quod etiam dixit Alb. 5. met. tract. 1. cap. 3. in arte mechanica, alius est finis operis vt forte domus, vel aliud, in quo quiescit operatio operantis; finis autem intentionis est aliud à fine operis, sicut forte securitas habitationis à pluuijs, caumate, hostibus, &c. qui est diuersus à forma artificiali, quod esse dicitur in natura, quia finis generationis est forma, sed generantis secundum naturam est esse diuinum, quod participatur per generationem, vnde putat finē esse diuersum à causa finali, quæ accipitur respectu intentionis agentis. hic nos non qrere finem operantis, quia hic potest esse varius pro vario affectu operantium, & de hoc fine intelliguntur Doctores, qui dicunt finem medicinæ esse diuitias, vel gloriam, & similia, quia medicus exercet medicinam propter diuitias, vel gloriam, & similia. Quærimus igitur finem. operis idest id, ad quod operatio ex natura sua dirigitur, hic autem duplex ponitur 2. anim. tex. 34. vnus qui dicitur, *gratia cuius*, & alter dicitur *cui*, & finis *gratia cuius*, ab Alber. 5. met. tract. 1. c. 3. distinguitur in vltimum in quo, scilicet quiescit mouentis intentio, & non vltimum, seu medium, qui dicitur circa illum, qui est terminus mouentis, & sic dicuntur fines quæcumque mouente aliquo, fiunt infra finem vltimum, quam distinctionem recipit etiam D. Tho. 2. a. tex. 35. lect. 7. qui alijs verbis explicat dicens, finis cuius causa aliquid fit, dupliciter dicitur, vno modo directe, vt medicus directè agit causa sanitatis, vel corporis sani. Secundo, sicut quo, illam adipiscimur, vt si dicatur finem medicinæ esse corpus calefacere, quia à calore habetur qualitas complexionis, in qua consistit sanitas.

Finis operis, & operantis.

Finis diuersus à causa finali.

Quæritur non finis operantis, sed operis.

Finis gratia cuius vltimus, & medius ex Alb.

ART. III. Sententia Auctoris de fine medicinæ, & argumentorum solutio.

4 PRima Concl. medicinę finis *cui*, est corpus humanum, nam finis *cui* dicitur id, in cuius vtilitatem inducitur forma, quæ intenditur ab arte, vt ex explicatione nominis huiusmodi

Nemo finis cui.

finis, ſed hoc eſt corpus humanum, vt patet; ergo &c.

Operationes medicinæ finis quo

Secunda Concluſio, finis *Quo*, ſunt operationes omnes à medicina elicitæ, vel imperatę, quia per has acquiritur forma, quæ intenditur ab artę medicinæ, vt bene D. Thom. loc.cit.

Finis gratia cuius eſt ſanitas. Achill. Terſ. Fern. Alb.

Tertia Concluſio finis gratia cuius medicinæ eſt ſanitas, nam operationes omnes à medicina directè ordinantur ad ſanitatem inducendam in corpus, ſeu ad corpus ſanum. ita Conciliator different. 6. Achil. quæſt. de ſubiecto medicinæ, vbi tribuit Terſill. apud Gal. lib. 1. de ingenio ſanitatis cap. 2. & lib. de optima hæreſi, Fernel. in præfat. in medicina vbi ait finem medicinæ eſſe ſanitatem tuendam, vel recuperandam Alb. 1. Rhet. tract. 6. c. 1.

Confirmatur, quia ea acquiſita ceſſat motus, qui eſt ab arte medicinæ.

Obijcitur primo, ſanitas non fit propriè à medicina, neque vt operatio, neque vt terminus operationis; ergo non poteſt eſſe finis. Antecedens probatur, quia operatio, quæ elicitur à medicina, eſt cognitio eorum, quæ applicanda, & componenda ſunt ad ſanitatem acquirẽdam, quia operatio habitus intellectus eſt cognitio, atque eadem cognitio eſt finis.

Confirm. 1. quia aliquando medicus intendit ad morbos deſperatos, vt in curatione ęthicæ tertiæ ſpeciei, cancri exulcerati, at in hoc non intendit ſanitatem, ſed tantum vitæ productionem.

Confirm. 2. Nam, vt diximus ſupra, Ariſt. 1. Rethor. cap. 1. negat finem medicinæ eſſe ſanitatem inducere, ſed *quoadusque hoc poſſibile eſt ad hanc vsque producere*, Gal. loc. ſupra cit. *ſanitatem*, ait, *eſſe ſcopum, non finem*. Auer. 1. collig. c. 1. ait finem eſſe conſeruare ſanitatem, & remouere ægritudinem.

Confirm. 3. quia ſanitas ordinatur ad operationes rectè eliciendas; ergo non poteſt eſſe finis, ſed eſt potius medium.

5 *Ars integratur ex habitu intellectualis, & potentia exequutiua. & vtroque finis.*

Reſp. in tractatu de ſcientia fuſius oſtendimus, quomodo ars accipienda eſt, quando aſſignatur finis vel obiectum, nam cum integretur ex habitu intellectus, & habilitate membrorũ, ſeu virtute effectiua, vel applicatiua eorũ, quæ formã inducunt, nũc accipitur, vt dicit vtrũq;, nam ſi ea velimus ſeparare, ibi diximus quomodo finis aſſignari debeat, videri poteſt Zab. lib. 1. de natura log. c. 15. quia aliquid ſignificat ad hoc propoſitum. Hinc dicimus finem Architecti eſſe domum, finem artis agriculturæ eſſe frumentum, & ſimilia &c. & ita dicimus quod artis medicinæ, vt dixit habitum, & applicationem remediorum finem eſſe ſanitatẽ.

Ad primam Cõfirmationẽ reſpondeo, morbos eſſe duplicis generis, quoſdam in quibus parum, aut nihil ſpei ſupereſt, vt ſunt acutiſſimi, & de his Hyppocr. 2. aphoriſ. 29. ait, eſſe relinquendos à medico ſolis præſagijs, alios, in quibus etiam ſi non poſſint omnino expelli, tamen poſſe impediri, ne vitam citius abſumant, vt eſt ethica, & ſimilia, & circa hos opera medici non eſt inutilis, & de quibus Galen. *in deſperatis morbis tentanda remedia ad vitam*

A

producendam, quæ Medici opera ſecũdũ curſum apud Argent. in artem paruam loc. cit. reſpicit vitæ productionem, tanquam appendicẽ ſanitatis, quæ eſt finis principalis, & mihi placet, ſi recte explicetur, quidquid dicat Argenter. quia medicus ſemper reſpicit ſanitatem quantũ poſſibile eſt inducere, quod ſi non poteſt ſaltem conſeruat illud, quod manet ſanitatis, quod eſt producere, & conſeruare vitam, ſicut natura, quæ intendit perfectum ducere fœtum, ſi impeditur ab actione perfecta, ſaltem producit imperfectum, ſcilicet mõſtrum, & ideo dixit Ariſt. finem eſſe, in quem ſi nihil impediat, ceſſat motus, at in hoc caſu operatio medici impeditur à reſiſtẽtia morbi, & ſimilibus.

In deſperatis morbis cur tentãda remedia.

Medicus ſemper reſpicit ſanitatem.

B

6 *Officium differt à fine.*

Ad ſecundam Reſpondeo, Ariſtot. loqui de officio Medici, ſicut loquitur dę officio Oratoris, quod eſt apte dicere ad perſuadendum, vel loquitur de fine *Quo*, ideſt operatio; non *Qui*, ideſt terminus. Galen. vero loquitur ad Tyrones, quos intendebat ibi inſtruere de fine medicinæ, nec video quomodo diſtinguatur ſcopus à fine, niſi dicatur diſtingui ratione, quod ſcopus accipiatur reſpectu intentionis operantis, quæ intenditur: finis vero reſpectu operationis, ſeu artis, quatenus eſt vltimum, quo poſito, ceſſat actio.

An ſcopus à fine diſtinguatur.

C

Ad Auerr. Reſpondeo, etiam ſi videatur duplicem finem conſtituere, tamen vere eſt vnus, quia remotio contrariorum eſt terminus à quo potius, quam finis, vt recte Achil. loc. cit. art. 2. not. 4. vnde corruptio morbi, & acquiſitio ſanitatis, dicit eſſe finem, quia vtrumque præſtatur ſicut ſi diceretur, finem agricultoris eſſe remouere ſentes, & ſimilia, & ſeminare frumentum.

Remotio contrarij non eſt quid diuerſũ à fine.

Dices, in quo differt acquiſitio ſanitatis à conſeruatione, nam non videtur vllã poſſe aſſignari diſtinctionem, quia medicina ex Galen. in Thraſybulo cap. 8. & 10. non poteſt operari, niſi corrigendo, ſiue laboret in recuperatione amiſſa, ſiue in retinenda ea, quæ iam adeſt, at actioni corrigenti repugnat eſſe cõſeruationem, quia de ratione conſeruationis eſt efficere, vt res ſua operatione omnino permaneat immutata nihil addendo, vel diminuendo, at corrigere neceſſario dicit mutationem aliquã ſiue addendo, ſiue diminuendo.

D

Reſpondeo ex Gal. cap. 20. in Thraſybulo etiam ſi correctio ſemper ſit cum aliqua mutatione, tamen correctiones aliquas eſſe cum tã parua mutatione, vt ſenſum effugiant, an adſit vel abſit idem ſtatus corporis, & tunc dicitur conſeruari ſanitas, quia licet adſit mutatio, tamen non apparet. Alias eſſe cum magna mutatione, & tunc dicitur de nouo acquiri, & recuperari.

Correptio ſanitatis quæ dicatur.

E

Ad 2. Reſpondet Gal. c. 5. & 16. in Thraſybulo negando operationem bonam eſſe finẽ ſanitatis, quia ipſa bona complexio corporis per ſe eſt expetibilis, quã vt vmbra corpus, ſequitur bona operatio, & ſequitur Argenter. in artem paruam com. 2. 7

An bona operatio ſit finis ſanitatis.

Sed mihi non ſatis probatur, quia ſi ipſa ſubſtantia rerum, ſecundum communem opinionem

nem

nem, non est, nisi vt sit operans, necessario fit quidquid pertinet ad illam, respicere quodammodo operationes.

Sanitas est per se expetibilis licet sit vtilis ad operationes ex Zabar.

Quare melius Zabarel. libro 1. de natura Logic. cap. 15. medicam artem respicere vnum finem, quem efficit non ob alium externum finem, quia licet sanitas, quam efficit ad multas operationes vtilis sit, tamen si nullum aliũ bonum per se consequeretur, per se expetibilis esset, quia sanitas vel est particula ipsius fœlicitatis, vel saltem conditio quædam, sine qua non potest esse fœlicitas; Quod si velimus, etiã propter externum finem medicum, sanitatem procurare, non fit, quin propter se expetatur, quia imò magis propter se, quam propter alia.

DVBITATIO II.

De subiecto medicæ facultatis.

ART. I. Continens opiniones Doct.

Quæritur subiectum medicinæ non medici.

1 NOtandum ex Achil. quæstione de subiecto medicinæ, hic nos non quærere subiectum medici, videlicet circa quod sunt operationes medici, nam constat illud esse hominem aliquem particularé, quia actiones, vt sunt à suppositis, ità sunt circa supposita; sed quærere subiectum medicinæ, qui est habitus intellectus, quod non potest esse aliquod particulare, sed dicitur esse quid commune, quod amplectitur omnia particularia, circa quæ versatur medicina.

Opinio negans habere subiectum.

Prima opinio est dicentium medicam facultatem nullum habere subiectũ, sicut nulla alia ars, refert illam Argenter. loc. cit. & fundamentum esse potest, Quia non potest assignari vnũ obiectum, cum ars partim sit in intellectu, partim in potentijs exterioribus. Sed hæc opinio ab omnibus reijcitur: nam ars cum sit in intellectu, cognitionem aliquam elicit, atque adeo circa aliquod obiectum, quia implicat dari cognitionem sine obiecto, & si accipiatur pro habitu membrorum, adhuc obiectũ aliquod necessario habet, siue illud sit materia circa quam siue sit res artificiata, quæ ex actione resultat. Confirmatur, quia fundamentum nullum est, nam id non probat nõ dari obiectum artis, sed potius exigit vt explicetur vnitas obiecti, quæ est quæstio communis omnibus sciẽtijs, & qualem vnitatem, & vnde habeant, de qua re nos suo loco.

Reijcitur opinio.

Opinio esse canones.

2 Secunda opinio est dicentium subiectum medicinę esse canones medicinales, refert illã Cõciliator diff. 6. & ab Achil. tribuitur cuidam Thadeo.

Reijcitur.

Sed hi confundunt subiectũ cum cognitione, nam canones sunt ipsa præcepta, seu actus eliciti ab habitu medicinæ, quibus cognoscitur quid faciendum sit pro sanitate acquirenda, vel conseruanda. Secundo, quia hic quæritur subiectum incomplexum; sed canones sunt propositiones quædam, atque adeo quædam complexa, quare hi Doctores forte senserunt cũ Nominalibus, in scientijs non debere assignari subiectum incomplexum, sed complexum, idest connexio subiecti cum prædicato, quæ enunciatur in conclusione demonstratiua. Contra quos nos alibi.

Subiectum quadrupliciter accipitur.

Tertia opinio est dicentium subiectum accipi quadrupliciter. Primo, pro subiecto prædicationis. Secundo, pro subiecto demonstrationis. Tertio pro subiecto naturæ, siue inhæsionis. Quarto, pro subiecto circa quod versatur ars, quod potius debet dici obiectum, vel intentio, vel scopus, & finis: hic autem nõ quæritur subiectum acceptum primo, secundo, & tertio modo, sed quarto modo, quia in omni arte hoc dicitur verum subiectum, hoc autem in medicina est corpus sanabile, vt in naturali est corpus mobile, ita Montanus in artem paruam Gal. initio. Fundamentum, quia ad illud omnia referuntur à medicina, nam, quæcunq; considerat de complexionibus humani corporis, & alimentorum, morborum, medicamentorum, & similium omnia dirigit ad sanitatem, quare sanitas, vel corpus sanabile est propriè subiectum.

Opinio quid sit Corpus sanabile ex Montano.

Reijcitur ab Argenterio.

Sed hæc opinio etiam si in principali dicto, quo assignat subiectum medicinæ, non facile reprehendi potest, tamen in alijs reprehenditur ab Argenterio loc. citato, nam primo non satis bene distinguit subiectum, circa quod scientia versatur, à subiecto demonstrationis, & passionis, nam in scientijs subiectũ est id, de quo demonstrantur passiones. Secundo, sine fundamento asserit, subiectum, circa quod scientia versatur potius debere dici obiectum, seu intẽtio, & scopus, quam subiectum, quia Arist. 1. Rhet. c. 2. medicinæ subiectum, ait, esse corpus, quod sanari, & ægrotare potest, nam singulæ artes circa id, quod eis subiectum est doctrinales, persuadentesque sunt, quare verè, & proprie dicitur subiectum. 3

Subiectum distinguitur à fine.

Tertio, falso dicitur subiectum esse finem, & scopum, nam siue in cognitione speculatiua, siue practica, subiectum distinguitur à fine; nã speculatiuæ finis, est veritas; subiectum vero id, de quo passio communis demonstratur, & in artibus subiectũ est id, in quod inducitur forma, finis vero est ipsa forma, & licet artifex moueatur ad tractãdum illud subiectum propter formam, atque adeo forma videatur ratio formalis subiecti, tamen proprie subiectum dicitur id, in quod forma inducitur, & ratio illa propter quam est potius ratio finis, quam subiectiua.

Verum, hæc Montani doctrina facile defendi posset, si bene explicetur, & argumenta Argenterij soluerentur, nisi ad alia magis necessaria properarẽmus, & huiusmodi definitio exigeret, plenam cognitionem subiecti; tum in practicis, tum in speculatiuis, quas habeat conditiones, quæ à nobis hoc loco tradi non possunt, sed de ijs in tractatione de scientia dictum est.

Subiectum tripliciter accipi: vnde medicinæ subiectum triplex.

4 Quarta opinio est dicentium, vt subiectum tripliciter accipi potest, scilicet prædicationis, radicalitatis, & finis; ita medicinæ subiectum est triplex, scilicet subiectum prędica-

dicationis eſt ſanum , ſeu res medicinalis quod prędicatur de omnibus cōtentis in medicina. Subiectū vero radicalitatis, eſt corpus humanum, quia in illo radicantur, & ſubſtentātur omnes paſſiones, & proprietates, quæ conſiderātur in medicina: deniq; ſubiectum, quod eſt finis, eſt ſanitas, ita refert Conciliator diff. 6. propter ſecundum, & ſequitur Pluſquam Com. 1. tecni com. 9. & Curtius apud Argenter loc. cit.

Concil. Pluſq. Comm. Curtius.

Fundamentum ſumitur ab Ariſt. 4. met. tex. 2. vbi ait, *Ens multipliciter dici verū, ad vnū, quemadmodum ſalubre ad ſanitatem, & medicinale ad medicinam*; ſed ens huiuſmodi, quod prædicatur de omnibus ponitur obiectum metaphyſicæ; ergo ſalubre, vel medicinale, quod prædicatur de omnibus debet poni obiectum medicinæ.

Sed, licet hæc ratio difficile ſoluatur, tamen opinio mihi omnino non probatur primo à poſteriori, quia hinc ſequeretur nihil eſſe à medicina conſideratum, quod non eſſet ſubiectum, quia omnia conſiderata continentur ſub medicinali communiter accepto, ſiue vt cauſæ, ſiue vt ſigna, ſiue vt effectus, ſiue ſecundum alium reſpectum.

Reijcitur à poſteriori, et priori.

Secundo à priori, qa medicinæ ſubiectū debet poni, quod eſt ſubiectum operationum medicinę, quia habitus nō tendit in ſubiectum, niſi per operationes, ſed ſubiectum operationum medicinæ, non poteſt eſſe ſanum, ſeu medicinale in communi: ergo. Minor probatur, nam medicina habet duplices operationes quaſdam externas, & reſpectu harum, ſicut in alijs artibus, non ponitur, niſi vel id quod fit, vel id, in quod inducitur forma artificioſa iuxta varios modos, quibus ponitur ſubiectum in huiuſmodi artibus, vt tract. de ſciētia diximus. Quaſdam internas elicitas ab habitu artificioſo intellectus, & reſpectu harum obiectum, vel ſunt operationes externæ, quę dirigūtur ab habitu interno, vel eſt ipſum opus, ſeu effectus, qui fit ab actibus externis, vt patet inductione; quia frænefactiuæ obiectum, eſt frænum domifactiuæ domus &c. & ſic de alijs, & ratio, quia practica ſcientia reſpicit rem in ordine ad operationem, vt diximus ſuo loco, nam ſcientia practica ad illam reducit, & cōſiderat omnia. Cōf. primo quia medicinale, vel ſanum, vt dicit conceptum cōmunem ad omnia analogata potius eſt ſcibile per ſcientiam ſpeculatiuam, quā practicam, ſicut ens vt dicit analogiam ad ſua analogata, ſpecificat ſciētiam ſpeculatiuam, & hinc poteſt ſolui argumentum propoſitum. Conf. 2. quia forma, quam artifex intendit inducere in materiam non eſt ſubiectum operationis artificioſæ, nam forma diſtinguitur à ſubiecto, ergo neque eſt ſubiectum cognitionis dirigentis illam operationem, quia vtriuſque idem eſt adæquatum ſubiectum licet diuerſo modo quoad immediationem, & mediationem.

Medicina habet duplices operationes.

5 Reſpondetur ex ea ſimilitudine Ariſt. nolle probare ſubiectum metaphyſicæ, ſed tantum oſtendere ens, dicere analogiam quandam ſicut ſalubre, vel medicinale. Sed contra, quia

Primo reijcitur fundamētū aduerſariorum.

A Ariſtot. inde expreſſe infert, quod ſicut omnium ſanorum vna ſcientia eſt, ita & de cæteris, quia ad vnam ſcientiam pertinet ſpeculari non ſolum, quæ ſunt vnum, ideſt analoga proportionis, ſed etiam quæ ad vnum, ideſt analoga attributionis, & infra ſoluens difficultatem, quomodo, cum ens dicatur multipliciter poſſint pertinere omnia entia ad vnam ſcientiam; Reſpondet comparatione ducta ex medicina, quæ comparatio non eſt quoad obiectum adæquatum, & attributionis, ad quod alia reducuntur, ſed tantum quod ad metaphyſicam pertinent omnia entia, ſiue cōſiderentur vt obiecta, ſiue vt paſſiones, vel alia rōne. Quod confirmatur, B nam ibidem ex eo, quod Grammatica conſiderat omnes voces, infert, metaphyſicam conſiderare omnia entia, & tamen conſtat obiectum Grammaticę non eſſe vocem, ſed rectam conſtructionem, vt alibi.

2. Solutio.

Reſpondeo ſecundo, neque eſſe certum ibi poni ens, vt adæquatum obiectum metaphyſicæ, ſed potius inde colligitur eſſe ſubſtantiam, ſic enim ait, *Vbique autem proprie primi, ideſt analogati, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur, ſcientia videlicet eſt, quod ſi hoc ſubſtantia eſt oportet perfectio, vt ſubſtantiarum principia, & cauſas philoſophus habeat.*

3. ſolutio. Diſcrimen inter metaph. & medicinam.

C Reſpondeo tertio, etiam ſi ens eſſet ſubiectum metaphyſicæ, non tamen ſequitur ſanum eſſe obiectum adæquatum, & attributionis medicinæ, quia ens dicitur obiectum metaphyſicæ, tum quia habet multas paſſiones, quas de illo demonſtrat, tùm quia metaphyſica conſiderat primas cauſas, & vltimas, quæ ſunt cauſa entis in communi, vt dicitur 4. met. initio; at medicina non cōſiderat cauſas ſani in communi, nec habet paſſiones aliquas; & denique quia cum metaphyſica ſit ſcientia ſpeculatiua, poteſt conſiderare rationem illam analogam abſtractam, cum habeat paſſiones, & cauſas; at medicina cum ſit practica dicitur conſiderare ſubiectum operabile, hoc autem eſt homo, vt D ſanabilis.

6. Opinio eſſe omne corpus ægrotabile, et ſanabile ex Ariſt.

Quinta opinio eſt dicentium ſubiectum eſſe omne corpus, quod ſanari ægrotareque poteſt ita Ariſtot. 1. reth. cap. 2. ſed hæc opinio intellecta, vt ſonat intelligi debet de medicina, nō vt eſt tradita, ſed de medicina vt poteſt ſe extendere etiam ad bruta, nam reſpectu noſtræ medicinæ nimis potens obiectum aſſignatur, quia & ſi brutorum corpora in multis ſimilia ſunt corporibus humanis, quod earumdem qualitatum complexione conſtent, tamen non eundem modum curationis habent. Ideo alij limitant Ariſtot. mentem intelligi de corpore humano, vt ſcilicet corpus humanum ſit ſub- E iectum, ita Achil. quæſt. de ſubiecto medicinæ, & apud ipſum Vgo Senenſis Gal. 1. aphoriſm. 10. Auicen. prima primi cap. de definitione medicinæ Heliab. 1. Theoricæ. Alexand. Comment. lib. ſectarum, Pluſquam Comment. Concil. Arg. loc. cit. Fernelius præfat. in medicinam Auer. 4. phyſ. com. 8. 2. phyſ. com. 3. & 1. colliget c. 2.

Limitāt ad corpus humanum Achil. Vgo Senenſ. Gal. Auic. Pluſq. Comm. Argent. Fern. & Auerr.

Hi

Hi tamen differunt in ratione formali, nam Vgo Senenſis putat eam eſſe, vt viuificabile ex auctoritate Auic. tex. 3.

Alij vero dicunt eſſe vt ſanabile, ſiue ab arte adiuuante naturam, vt Auer. c. colliget cap. 1. & alij ſiue etiam à natura vt Conciliator, & Forliuien. apud Achil. not. 6. imò Pluſquam com. 1. Thecn. com. 15. & 3. Thenc. com. 22. voluit ſana per artem facta nó eſſe medico ſubiecta, ſed eſſe terminos artis.

Alij addunt, vt ægrotabile, & neutrũ, vt Vgo Senenſ. & Forl. & alij apud Achil. not. 7. ex Galen. 1. Thecn. vbi Pluſquam com. 13. *Medicina* inquit, *eſt omnium ſanorum ægrorum, & neutrorum, quia ars de omnibus vniuerſaliter.*

ART. II. Continens notabilia ad deciſionem quæſtionis.

Omnia, quæ conſiderantur in medicina re uocari ad tria capita, cũ vtatur ordine reſolutiuo.

Primo tradit cognitionem corporis.

7 PRo ſolutione Not. omnia, quæ conſiderãtur in medicina, reduci poſſe ad tria capita. Nã cũ ſit practica ordine reſolutiuo, vti eam oportet ex 7. met. tex. 23. & tradit Gal. c. 1. vltim. & penult. artis medicæ dum ait, artem medicam conſtitui à notione finis, quod eſt ſeruare ordinem reſolutiuum: Hinc factum eſt, vt primo medicina tradat cognitionem corporis, & partium eius, & partium officia, & cõplexiones; tũ quia ſanitas, quæ eſt finis vnde incipit ſcientia ſeruans ordinem reſolutiuum 7. met. 23. cognoſci non poteſt, niſi cognito humano corpore, eſt enim ſanitas bona totius corporis habitudo, & conueniens ſingularum partium temperies, vt autem hæc cognoſcatur, oportet præcognoſci, quæ ſit temperies carnis, quæ oſſium, & ſimilium. Tum ſecundo, quia humanum corpus eſt ſubiectum in quo Medicus vult efficere, vel conſeruare ſanitatem, at nullus artifex poteſt operari in ſubiecto penitus incognito, ſed vt monet Ariſt. 2. phyſ. tex. 26. & 1. eth. cap. vltim. *Quiſque artifex cognoſcere debet materiam vſque ad aliquid*, ideſt quatenus ars, *illa, & opus expoſcit.* Hanc autem cognitionem partium Medicus partim habet per ſenſum, & anatomen, quo cognoſcit rem ſine cauſarum cognitione, partim per rationem cognoſcendo cauſas, quas Philoſophus naturalis deſumit, & hæc tradit Auer. lib. 1. colleget.

Ariſt.

Auer.

Secundo, cognitionem formæ.

Secundo, agit de forma. ſ. ſanitate, quę eſt introducenda, & ideo opus ei eſt cognoſcere humores, & temperamenta, & quia ſanitati opponitur ægritudo, ideo de hac, & eius differentijs agit, & quia ægritudo ſecundum ſe ipſam non ſatis cognoſci poteſt, idem tractat de ſignis, ſ. pulſu, vrina, & ſimilibus, ac ægritudinis cauſis. & hanc tradit Auer. in tribus ſequentibus libr. nam lib. 2. colleg. vbi definit ſanitatem eſſe bonam, & naturalem temperaturam corporis totius, cum qua edere poteſt ſuas naturales operationes, & quia temperatura eſt forma complexionalis prodiens ex quatuor elemẽtis, ideo agit ibidem de quatuor elementis, & quia oppoſita pertinent ad eandẽ ſcientiam, ideo lib. 3. agit de ægritudine, quæ eſt mala temperies lædens operationem membri, quæq; opponitur A ſanitati. Deniq; lib. 4. agit de ſignis, quæ ſunt accidentia quædam cõſequentia bonam, vel malam temperiem, de quibus diuerſa ratione tractat Medicus, ac Philoſophus naturalis; nã naturalis tractat, vt eorum cognoſcat cauſas, & alia, quæ ex ipſis effluunt; at Medicus ea cognoſcit, vt inde adiuuetur in ſua operatione.

Tertio, de inſtrumentis.

Tertio, tractat de inſtrumentis inducẽtibus, & conſeruantibus ſanitatem, quam tractationẽ comprehendit tribus libris. ſ. quinto, ſexto, & ſeptimo; nam in Quinto agit de naturis ciborum, & medicamentorum, tum in vniuerſali, tum in particulari, & 6. & 7. de modo vtendi cibis, & medicamẽtis, vt in 6. quomodo B conſeruetur ſanitas, & lib. 7. quomodo recuperetur.

Quædam tractare per ſe primo, quædam ſecundario ex Achil.

8 2. Not. ex Achil. in medicina quædam tractari per ſe primo, vt ſubiectũ, & ſanitatem. Quędam per ſe ſecũdario, vt ægrotationem, & eius ſigna, & remedia; nam hæc per ſe tractantur cũ pertineant neceſſario ad medicum. ſecundario autem, quia tractãtur ratione ſanitatis, quæ primario intenditur. Quædam per accidens, vt q̃ ad prędictorum meliorem explicationem pertinent, ſed non neceſſario, cuiuſmodi eſt tractatio de elementis exacta locorum, in quibus naſcuntur ſimplicia, & habitãt homines, & ad hęc poteſt reduci tractatio de moribus animi, quatenus. ſ. faciunt ad conſeruandam, vel amittenC dam ſanitatem.

3. Not. medium habere cognitionẽ, & operationem; & cognitionem duplicem; vniuerſalẽ vnam, alteram particularem; & hãc debet pręcedere operationẽ, quæ ſe habet vt finis reſpectu medicinæ, nam cum primum Medicus ad curandum ægrum accedit, debet prius cognoſcere morbi propoſiti naturam, & conditiones, tum per cauſas præcedẽtes, tum per ſigna ſubſequentia, hac inuẽta, ſiue verè, ſiue falſo, (nam ſæpe decipiuntur, quæ ſint remedia applicãda inueſtigat, quem progreſſum indicationem appellant, hucuſque Medicus nihil operatur, ſed in ſola cognitione ſiſtit; tum procedit ad opeD rãdum, quæ operatio eſt quidem finis reſpectu præcedentis cognitionis, ſed eſt principium reſpectu effectionis quoad ſanitatem, nam Medicus per applicationem remediorũ adipiſcitur ſanitatem; vnde in medicina ordo operationis eſt contrarius ordini cognitionis, nam vbi deſinit cognitio, inde incipit operari, quia vtraque cognitio, tã vniuerſalis, quam particularis deſinit in remedijs à quibus fit initium operationũ, & hinc vbiq; Ariſt. clamat finis eſt principium in intentione, & vltimus in exequutione: hinc ſecundo dicitur in practicis à fine procedi ad inueſtigãda principia, ſcilicet operationes reſpectu finis, cuiuſmodi ſunt remedia reſpectu ſaE nitatis, non autem ad principia ſubiecti. i. corporis, quæ ſunt elementa.

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

Subiectum operationis eſt corpus humanum

9 PRima concluſio, ſubiectum operationis medicinæ eſt humanum corpus. Probatur, quia ſubiectũ operationis facultatis practicę eſt idẽ, ac

ac subiectum formæ, quia hæc per operationē circa subiectum introducitur; sed forma.i.sanitas introducitur in corpus humanum, vt patet tum experientia, tum ratione, quia ibi residet sanitas; quare siue cōseruetur, siue restituatur circa illud, debet esse operatio. Confirm. Quia idem est subiectum artis, & naturæ, quia ars adiuuat naturam, sed subiectum, circa quod operatur natura, vt producat, vel conseruet sanitatem, est corpus humanum; ergo.

Ratio formalis est, quatenus est capax sanitatis.

2. Conclus. Ratio formalis, qua corpus humanū subijcitur operationi medicinæ, est, quatenus est capax sanitatis. Probatur, quia subiectum formale operationis est illud, quod formaliter est in potentia ad formam, quam inducit operatio, quia de ratione subiecti est, esse in potentia ad formam, sed hoc est respectu medicæ operationis corpus, vt est in potentia, seu vt est capax sanitatis, ita enim circa eādem rem possunt varij artifices operari, vt circa ferrum operatur frenefactiua, quatenus est capax formæ freni, & faber ferrarius, quatenus est capax aliarum formarum.

Dices. Corpus humanum constituitur, vt sic per animam rationalem quatenus ab ea habet esse rationale, sed corpus secundum esse rationale non subijcitur operationi Medici, quia vt sic nō est sanum, vel ægrum, sed vt corpus materiale. ...

Resp. 1. Ideo additam esse rationem formalem, vt capax sanitatis, vt restringatur consideratio ad corpus humanum, non secundum esse rationale, vel tale, sed quatenus capax sanitatis.

Resp. 2. Etiam si corpus humanum constituatur in ratione humani substantialis per animam rationalem formaliter, tamen dispositiuè constituitur per complexionem debitam animæ rationali, quæ complexio, cum variari possit, indiget conseruatione, & restauratione, & ideo medicus versatur circa corpus, nō solum, vt habet cōplexionem proportionatam animæ sensitiuæ, sed etiam vt proportionatam animæ intellectiuæ, & ideo non solum est corpus animale, sed humanum.

Dices. In alijs practicis non ponitur subiectum habitus intellectus, .i. quod est subiectum operationis practicæ, seu ponitur res facta per operationem, vt patet, ergo similiter in medicina.

Respon. Rectè Probare argumentum subiectum cognitionis non esse id, quod est subiectum formæ, & operationis, vt infra. sed nos voluimus id explicare, vt intelligantur Doctores, qui tractantes quæstionem de subiecto medicinæ loquuti sunt de subiecto operationis, non autem de subiecto cognitionis, quod solet dici obiectum. ideo sit.

Obiectū cognitionis est corpus humanum

10 3. Conclus. Obiectum materiale cognitionis medicinę est corpus humanum; patet quia in practicis coincidit subiectum operationis cum subiecto materiali cognitionis, vt facile inductione probari potest ex frenefactiua, domificatiua, lignaria, &c. & ratio, quia obiectum materiale cognitionis practicę est id, quod obijcitur cognitioni, vt cognoscitur per operationem ipsius formandum, hoc autem est subiectum operationis practicæ.

Ratio formalis quatenus est sanandum.

4. Conclus. Ratio formalis, qua corpus humanum obijcitur cognitioni practicæ, est, quatenus est sanandum ex vi artis. Probatur, quia ratio formalis in practicis sumitur ex fine, vt subijcitur operationi artificiosæ; sed sanitas est finis medicinæ; ergo sanitas est ratio formalis quatenus subijcitur operationi, id autem est, vt est introducenda, vel conseruanda in corpus humanum, & ideo dicitur corpus, vt sanandum. Confirm. quia omnia quæ traduntur in medicina reducuntur ad hoc obiectum, vel vt principia siue complexa, quale est illud (*Contraria contrarijs curantur.*) siue incomplexa, qualia sunt efficientia sanitatem, & similia, vel vt passiones, quæ in practicis sunt conditiones principiorum, vt alibi, vel vt partes, quæ in hoc non sunt subiectiuę species, nisi variæ complexiones corporis humani, siue sint omnino diuersa corpora, siue sint partes ætherogeneæ eiusdem corporis.

Dices. Nihil potest considerari in scientia, quod opponatur rationi formali, quia vt potentia non potest excedere latitudinem sui obiecti formalis; ita neq; scientia; sed medicina considerat morbos, qui sunt contrarij sanitati, & similiter corpus neutrum, quod saltem priuatiuè opponitur sanitati; ergo sanitas non potest esse ratio formalis.

Aliqui putant rationem formalem integrari ex sanitate, ægritudine, & neutralitate, sed reyciuntur.

Resp. Propter hoc argumentum, aliqui dixerunt rationem formalem integrari ex sanitate, ægritudine, & neutralitate, sed non est necessarium, quia omnia considerātur ratione sanitatis; quare ęgrotatio, & neutralitas quasi materializantur in medicina sub ratione sanitatis, vt in fabrili, quæ requirit materiam duram, & illam sibi parat, cognoscit, etiam quæ opponūtur duritiei; quatenus reijcienda mollities, vt introducatur durities apta ad suum opus. Cōfirm. Achil. quia ægritudo, & neutralitas se habent, vt terminus à quo, siue per se, siue per accidens in medicina, at ratio formalis sumitur à termino ad quem, quia habet rationem finis. Neq; obstat, quod medicina definiatur scientia corporum sanorum, ægrorum, & neutrorum, ex Gal.1.Tecn.&Auic.1.par.atque adeo intrāt differentiam medicinæ, at hoc habet vim rationis formalis. nam per illa non definitur tāquam per veram differentiam, sed per ea nobis circūscribitur differentia medicinæ, quia corpus circa quod operatur medicina, vel est sanum, vt conseruetur, vel ægrum, & neutrum, vt resarciatur sanitas.

DVBITATIO TERTIA.

An Medicina subalternetur Physicæ.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

Medicina est scientia practica ex Aristot. Gal. Auer. Arg. & alijs.

1 PRimo Not. supponi à nobis medicinam esse scientiam practicam, vt cum Arist. Galen. Auer. sentit Argent. & Montan. & probat Conciliator diff. 4. Plusquam com.1. Tenc. com. 10. vbi

A vbi Gentil. Forl. & alij Auic. 1. p. doct. 1. cap. 1. vbi Gent. Zim. Theor. 77. Zab. lib. 2. method. cap. 11. Achil. quæst. de subiecto medicinæ ar. 3. vbi ait ex Gal. lib. 1. Tenc. c. 2. medicinam esse de genere factiuarũ, ostendentium tamen opus cum non operantur. qui etiam cap. 3. ibidem ait esse potius factorum correctiuam, quam factiuam, vt resarcitiua, quia natura est, sanitatem facere, artis vero reparare, & cap. 11. ait, aliquãdo artifex exẽplum sibi format, vt pictoria; aliquando vero non, & huius generis est medicina, quia per anathomiam certitudinaliter videt corpus, & cap. vlt. dicitur ministra naturæ. Ratio est, quia ordinatur ad opus, vt fusè ostendũt prædicti DD. hæc autem ordinatio, vt benè no **B** sat Garbius in summa lib. 1. quæst. proem. siue sit actiua, siue factiua non consistit, quod aliquis immediatè agat, vel faciat; sed quia ad agẽdum vel faciendum dirigit, vt v.g. medicinalis scientia non causat immediatè sanitatem, sed solum docendo dirigit qualiter, & per quę sanitas possit fieri, quare habitus dicitur formaliter practicus, quia formaliter est praxis directiuus, praxis autem est operatio existens in hominis potestate, vt fusius tract. de sciẽtia explicauimus, quomodo sit directiuus proximè, an remotè.

2 *Medicina vna pars theorica, altera practica.*

Achil.

2. Not. ab Auic. loc. cit. Medicinam diuidi in duas partes .s. Theoricam, & Practicam, ex qua diuisione. quidam apud Monachum, seu **C** Plusquamcom. s. Téc. co. 10. dixerũt, medicinę aliam partem esse speculatiuam, aliam practicã, quam videtur sequutus Achil. qui loc. cit. medicinam ait, vt specificatur ab obiecto incomplexo, totam esse practicam; vt vero sumitur ab obiecto cõplexo, sic diuidi in practicam, & speculatiuam, nam quando obiectum complexum dictat de opere, est practica, vt corpus esse flebotomandum, calefaciendum, frigefaciendum &c. sed quando non dictat de opere, est speculatiua, vt febrium genera esse tria, complexiones esse nouẽ, vel quinque, febrẽ esse calorem extraneum &c. Verum ex dictis patet totam esse practicã, quia vnitas sumitur ab obie- **D** cto formali incomplexo, quod vt diximus, cum consideretur vt subijcitur operationi, non põt pertinere, nisi ad scientiam practicam. Quare sensus illius diuisionis sumendus est ex ipsomet Auicen. nam vbi prædictam diuisionem posuit, subdit: *Theoricam dico, non quod illius finis sit scire, & practicæ operari, sed quod speculatiua quædam principia magis vniuersalia doceat; practica vero, quod magis particularia operationi propinquiora doceat*, vt benè notant Arg. & Monach. loc. cit. quod si aliquando doceat aliqua omnino speculatiua, qualia sunt numerum elementorum inquirere, complexionum, herbarum naturas, & proprietates, **E** id præstat propriè non vt medicus, sed vt physicus naturalis, vt optimè Thom. de Garbo loc. cit. conc. 7. ostendit: quare Theorica medicina dicitur, quæ docet principia medicinæ, practica vero, quæ modum medendi tradit descendendo ad magis particularia.

Cur dicatur theorica, cur practica ex Auic.

3. Not. Ab omnibus cõcedi medicinam subalternari scientiæ physicæ; nam id expreßè do**A**cet Arist. c. 1. de sens. & sens. & fragmẽto de sanitate, & morbo, sequuntur communiter DD. Concil. differ. 3. 4. & 5. Plusquãcom. 1. Thecn. com. 20. Achil. de subiecto medicinæ, Nicolaus Vernia quæst. an nobilior sit Iurisprudentia, an medicina, Perer. lib. 2. c. 4. Garb. loc. cit.

Medicina subalternatur physicæ ex Arist. Concil. Plusquã com. Vernia. Perer. Thom. de Garb.

ART. II. *continet opiniones Doctorum.*

3 *Primo negantium propriam subalternationem tam vt dicit habitum cognoscitiuũ, quã vt operatiuum sed impropriè.*

DIfficultas est in explicanda subalternatione qualis sit. Prima opinio est dicentium, non esse propriè subalternationem, sed impropriè. Hi enim distinguũt duos habitus in medicina. Vnus est, quo cognoscuntur præcepta, canones, & res illi facultati subiectæ. Alter, quo fit **B** promptus ad benè operandum ex illius cognitionis directione, quos distingui patet, quia sũt inter se separabiles; nam primus potest esse, & sæpe est sine secundo, & contra, vt patet in empiricis, & testatur Auic. p. 1. c. 1. Garb. loc. cit. & primus acquiritur speculando: secũdus operando, & per multas experientias, & ratione neutrius propriè subalternatur nõ quidẽ rõne primi habitus, nam ille siue accipiatur pro parte Theorica, quæ cognoscit generalia principia à praxi remota, siue pro parte practica, quæ attingit modum operandi, non potest propriè subalternari, nam pars Theorica est idem habitus, ac scientia physica, cuius est explicare natu**C**ram, & temperamenta, facultates, & operationes humani corporis, & horum causas, & effectus: hinc patet, physicum morborum, & sanitatis naturam, & causas declarare, tum alimentorum, ac medicamentorum, vt plantarum, & similiũ, proprietates, & virtutes. Pars vero practica, licet pendeat à physica quoad causam, & aliquam cognitionem, tamen non est propriè subalternatio; tum quia subalternatio est depẽdentia à scientia superiori; at hæc est depẽdentia non à scientia superiori, sed à parte eiusdem scientiæ, quare multo minus medicina subalternatur ratione habitus operatiui, quia subalternatio propriè est respectu habitus cognosciti**D**ui, at ille habitus non est cognoscitiuus, sed dirigitur à cognoscitiuo, & potius est elicitiuus praxis, seu operationis, quæ pendet à nostra libertate, sed quoniam habet aliquam depẽdẽtiam potest dici licet impropriè subalternari.

Pars theorica idem habitus cum physice.

Verum hæc opinio non placet, nam & si libenter concedimus habitũ illum speculatiuũ propriè esse partem habitus physici, & habitũ operatiuũ, seu elicitiuum operationis, quæ dicitur praxis, non subalternari propriè, vt ipsi probant, tamen non placet, quod dicunt, habitum practicũ cognoscitiuũ, quo dirigitur operatio, non propriè subalternari, quia vt infra ostendemus habet omnes conditiones requisi**E**tas ad subalternationem propriè dictam.

4 *Secunda pars medicinæ, qua cognoscuntur facultates medicamentorum per causas est physica, sed hæc non est necessaria medico.*

Secũda est distinguentium triplicem cognitionem. Vnam omnino physicã, vt docet Auer. 1. collig. c. 1. & Auic. par. 1. doct. 1. cap. 2. & 4. & doct. 3. cap. 2. cognoscuntur naturales facultates ciborum, alimentorum variæ huiusmodi corporis complexiones, & accidentia, & similia ex suis causis, & scientificè, & ratione huius nõ

est

eſt ſubalternatio, quia nihil ſibi ipſi ſubalterna-
tur.

Sed ſatis illi eſt cognitio experimentalis, & ratione huius poteſt dici ſubalternari vt inf.

Alteram quæ cognoſcuntur pingui Miner-
ua proprietates medicamentorum, eo quod eſt
per experientiam acquiſita, & ratione huius, pa
tet nullam eſſe ſubalternationem, quia licet p-
prietates illæ habeant cauſas, & cognitas à Phi-
loſopho, tamen exacta cognitio non eſt neceſ-
ſaria medico, quia ei ſatis eſt, vt poſſit operari
ea cognitio rudis, cũ enim medicus cognoſcat
Amarantum habere vim exiccandi, & attenuã-
di, poteſt illum applicare ad opus, etiam ſi nul-
lam habeat cognitionem, vnde oriatur illa vir-
tus, & proprietas. Aniſi ſemen inflationes ven-
B tris ſedat. Aſparacus renes, & Iecur abſtructio-
nibus liberat; huius radix, & ſemen dentium
doloribus medetur. Vua paſſa concoctoriam,
& adſtringentem vim habet, ſtomachoq; com-
modior, quam caricæ quę aluum ſubducunt, &
abſtringunt, vt colligitur ex Aetio lib. 1. & ſimi-
le eſt illud Ariſt. ſect. 1. prob. 44. Piper large ſũ-
ptum veſſicam ſoluit, parce vero aluum. Con-
tra vero ſcamonea. Hęc enim omnia à Philoſo-
pho neceſſatio debent cognoſci per ſuas cau-
ſas, à medico vero ſatis eſt cognoſci per expe-
rientiam.

Non ſubalternatur rõne partis praceptiua, qua eſt practica,

Tertiam, quæ eſt præceptiua, quæq; propriè
eſt cognitio practica, cuiuſmodi ſunt ſequen-
C tia, complexio mala ſtomachi frigida, & humi-
da eſt calefacienda, & eſiccanda, vt ait Auer. 7.
collig. c. 27. cum electuario trium piperum; ca-
lidum vero ſtomachum nõ eſſe alterandum cũ
frigidiſſimis, quia ægritudines huius membri,
vt plurimum cauſantur à frigiditate, nam eſt na
turæ frigidæ, & ideo facilè infrigidatur, hoc aũt
non eſt conueniens illi, quia eſt membrum in-
ſeruiens, concotioni, vigilias patientibus ſunt
applicãdæ vnctiones circa tempora olei nenu-
farini violati, & de ſeminibus cucurbitarum, vt
ait Auer. 7. coll. c. 21. & ſic de alijs, & ratione hu
ius, neq; poteſt ſubalternari, quia ſatis eſt me-
dico cognoſcere hæc præcepta per experien-
tiam, etiam ſi non cognoſcat cauſas, vnde non
D ſolent illa probare ex principijs phyſicis, ſed
vel per experientiam, vel ex auctoritate Galen.
& ſimilibus, vel ex fine medicinæ, quia in hac
cum ſit practica, finis habet rationem principij.

Quod ſi ab ijs petas, qua igitur ratione me-
dicina ſubalternetur phyſicæ.

Cur medicina ſubalternetur phyſica.

Reſpondent, ſubalternari ratione rudis co-
gnitionis partium, & complexionis corporis,
ac medicamentorum, quæ habet per experien
tiam, quia licet reſoluere illam cognitionem in
cauſas non ſit neceſſarium medico, tamen val-
dè illum iuuat.

5

Medico non eſt ſatis cognitio rudis, & experimẽtalis, & cur.

Verum neq; hæc opinio mihi omnino proba
tur; tum quia falſo affirmat cognitionem expe-
E rimentalem eſſe ſufficientem medico, & medẽ-
ti ex arte, quia hæc eſt recta cum ratione facti-
ua; at operatio ex illa cognitione procedens nõ
poteſt eſſe cum recta ratione, quia neq; vniuer-
ſaliter procedit, neq; omnes gradus, & perfe-
ctiones rerum, & morborum cognoſcere po-
teſt: ſi enim Empirici cognoſcũt caricas aluum
ſoluere, nec ſciunt cauſam, non poſſunt omni-

A bus indigentibus ſolutione applicare, nam ſi ex
cauſa calida oriatur, tunc ſoluendus aluus non
caricis, quæ calidæ ſunt, ſed rebus frigidis. Cõ-
tra vero ſi fluxus ventris oriatur à cauſa calida,
tunc retinendus frigidis, vt potu aquæ frigidæ
non calidis cibis. & hinc multo magis reijci-
tur, quod dicitur, ſufficere Medico cognitionẽ
Præceptoris per experientiam, nulla habita co-
gnitione cauſarum, quia ſatis conſtat huiuſmo-
di cognitionem eſſe ſatis imperfectam, & qui
ex illa medentur in varios errores incidere, &
ſæpiſſimè ægrotos ad mortem, vſque ducere, vt
rectè contra Empiricos oſtendit Forl. & alij.

Secundo, cognitio illa experimentalis, qua *Cognitio experimentalis ſicultatum pertinet ad phyſicam.*
B cognoſcuntur virtutes, & facultates ciborum,
& alimentorum non apparet quomodo ſit me-
dicinæ potius, quã phyſicæ; eſt enim cognitio
ſenſata, vnde incipit cognitio phyſici, nam ex
experientia effectuum cęperunt homines phi-
loſophari.

ART: III. Continens opnionem Auctoris.

PRima Concluſ. Medicina non ſubalternatur 6
phyſicæ rõne cognitionis ſpeculatiuæ, qua *Medicina non ſubalternatur phyſica ratione cognitiones ſpeculatiua.*
cognoſcũtur humani corporis complexiones,
& proprietates, ac facultates rerum ex ſuis cau
ſis, quia hæc cognitio eſt eſſentialiter phyſica,
& nihil eſt ſibi ipſi ſubalternatum, quia ſubal-
C terratio dicit aliquam dependentiam, vt infra,
at nihil pendet à ſe ipſo.

2. Concluſ. Neq; ſubalternatur ratione co- *Nec ratione experimentalis*
gnitionis experimentalis earumdem rerum,
quia, vt diximus illa cognitio potius eſt princi-
pium cognitionis phyſicę, nam ex ſenſatis pro-
cedimus in phyſica ad inueſtiganda occulta.

3. Concluſ. Medicina ſubalternatur phyſicę *Sed ſubalternatur rone cognitionis practica.*
ratione cognitionis practicæ, qua dirigitur ad
operandum, & applicandum cauſantia, vel cõ-
ſeruantia ſanitatem. Probatur, quia vt diximus
cum Ariſt. 1. poſter. tex. 19. vbi de ea re diſputat *Ariſt.*
vſq; ad tex. 31. tria requiruntur ad ſubalterna-
tionem. Primo, vt ſubiectum ſubalternatæ ac-
D cidentaliter ſit diuerſum à ſubiecto ſubalternã-
tis, addit enim conditionem accidentalem. Se-
cundo, vt per hanc diuerſitatem ſubiectũ vnius
ſit ſubiectum alterius, alioqui eſſent ſcientiæ
diſparatæ. Tertio, vt principia ſubalternatæ
probentur in ſubalternante; nam hinc maximè
pendet dependentia ſubalternatæ à ſubalter-
nante, quo ad euidentiam, & certitudinem. Sed
medicina habet omnes has conditiones reſpe-
ctu phyſicæ; ergo. Minor probatur, nam obie-
ctum addere conditionem accidentalem, patet
ex dictis de obiecto, quia corpus humanũ per-
tinet ſecundum ſe ad phyſicum, vt autem ſu-
bijcitur operationi medicæ, additur illi condi-
E tio accidẽtalis, & vt ſic pertinet ad medicinam,
& hinc patet illi conuenire ſecundam condi-
tionem, quia corpus humanum, vt ſanandum
eſt ſub obiecto, & ſub corpore, quod eſt obie-
ctum phyſici, quoad tertiam vero cõditionem
etiam probatur; nam in omni curatione artifi-
cioſa Medici oportet ſumere aliquam propo-
ſitionem probatam in phyſica, vt v.g. in curãda
febre

De modo curãdi febrem ethicam.

febre ethica prius videndum, quæ ſit huius febris conditio, nam oritur ex materia calida, & A ſicca, quæ eſt cognitio pertinens ad phyſicum. Secundo, eſt præceptum, quod illius curationi adhibenda ſunt infrigidantia, & humectantia, q̃ eſt cognitio medicinæ. Hoc autem probatur, ex principio phyſico, quia contrarium expellitur per contrarium: tum inquirenda, quæ ſint corpora habentia vim infrigidandi, & humectãdi, quod pertinet ad phyſicum, & inuenitur huiuſmodi eſſe lac Mulieris, tum Aſinæ, tum Capræ; ex hac infertur cognitio medicinæ; ergo ad curãdam ethicam adhibendũ eſt lac mulieris, vel aſinę, vel capræ; hoc autem præceptũ, ſeu principium non ęſt notum Medico, niſi ex B principijs phyſicis, ergo certitudinem recipit quoad ſua præcepta à phyſica. Hoc idem patet de alijs præceptis, vt v.g. ſi Medicus vult inquirere, an lac ſit dandum in magna quantitate, vel parua, oportet inquirere naturam lactis, quæ eſt vt facilè caſeari, & coagulari poſſit, q̃d ſcitur à phyſico, & ideo à principio dandũ eſt in parua quantitate, tum augenda vſq; ad dimidium rotulum. & ſimilis diſcurſus eſt neceſſarius, vt cibetur, nã medicina ſtatuit ei adhibendum cibum digeſtibile, & boni cibi, vt gallina nutrita ex frumento, capones nutriti ex amygdalis, & frumento, vitellum oui, & ſimilia.

Ducta probatione ex natura talis febris, & C ex horum ciborũ qualitate, vnde Auer. diſp. 1. ex phyſicis, dixit medicinam ſumere principia ex phyſicis, & Ariſt. frag. de ſanitate, & morbo tractat de ſanitate, & morbo eſſe in confinio quodammodo naturalis ſcientiæ, & artis medicæ, & in qua definit naturalis, ab ea incipere artem medicam.

ART. IV. Continens argumenta earumq; ſolutiones.

7 Obijc. 1. ſufficere cognitionem, quæ habetur per experientiam, quod ſcilicet lac eſt frigidæ, & humidæ naturę, & ſimilia; ergo non eſt neceſſaria cognitio phyſica.

Reſp. Ex dictis patere, id non ſufficere Medico medenti ex arte, vt benè Ariſt. 1. met. c. 1. nam neſciet applicare alijs morbis, neq; eidem morbo ſecundum debitam quantitatem.

Obijc. 2. Auer. 1. collig. cap. 1. negat medicinam habere veras demonſtrationes.

Reſp. ibi non reperiri hoc dici ab Auer. ſed tantum aſſerit aliquid huius artis eſſe ſpeculatiuum, & illius eſt ſcientia naturalis, & aliquid eius eſſe practicabile, & hæc eſt ars Medici experimentalis, vnde cognoſcuntur virtutes plurium medicinarum; verum addit, artem medicinalem ratiocinatiuam inuenire cauſas eorũ, quæ experientia docuit, ſed in hoc nos diximus E conſiſtere ſubalternationem medicinæ ad phyſicam.

Quomodo medicina non habeat demõſtrationes.

Reſp. 2. Etiam ſi alicubi id aſſerit, intelligendus eſt, ſiue quia nulla ſcientia practica habet demonſtrationes, de qua re alibi; ſiue quia medicina præcisè ſumpta, cum ſit ſubalternata, nõ poteſt cognoſcere cauſas vltimas, atq; adeo nõ poteſt per ſe ipſam reſoluere ſuas concluſiones ad principia indemonſtrabilia, quo circa nemo poteſt eſſe perfectus Medicus niſi ſit perfectus Phyſicus, vt optimè docet Arg. com. 1. Tenc. Gal. opuſc. quod optimus Medicus idem ſit, ac Philoſophus, vbi duo oſtendit eſſe neceſſaria Medico, ſcilicet cognitionem ſpeculatiuã medicamentorum &c. & experientiam, quorum ſi alterum deſit, neceſsè eſt fruſtrari fine ſui ſtudij, atq; inſtituti.

8 Obijc. 3. Subalternatio exigit, vt ſubiectum ſubalternatę non ſit eſſentialiter inferius ſubiecto ſubalternantis, vt dixi; at non ita eſt in medicina, quia ſubiectũ accidentium, vt conſiderantur in phyſica, eſt corpus, cui primo ſanitas, & morbus conueniunt, hoc autem non eſt homo, ſed aliquid ſuperius, ideſt viuentis vniuerſim ſumpti; at medicina conſiderat illa vt conueniunt homini, & eius partibus, at homo eſt inferius eſſentialiter ad viuens.

Confirm. 1. Quia ſubalternatio ſcientiarum exigit dependentiam principiorum, at non eſt talis dependentia, quia cauſæ, quæ conſiderantur à phyſico pertinent ad ſcientiam, at quæ à Medicis pertinent ad effectionem, & dicuntur remedia, quorum inuentio, & cognitio eſt ſcopus artis medicæ docentis, hæc autem, vt plurimum ſunt plantarum vires, & proprietates, q̃ licet cognoſcãtur à phyſico propter cognitionem plantarum tantum, adhuc tamen cognoſcũtur à Medico propter humani corporis ſanitatem efficiendam, vel conſeruandam, vnde naturalis horum accidentium cauſas vniuerſales cognoſcit, at particulares variorum morborum cauſas diſtinguere ad Medicum potius, quam ad naturalem pertinet.

Quomodo Medicus à naturali differat ex Zabar.

Reſpondet Zab. lib. de cõſt. ſciẽtiæ nat. c. 33. Medicum à naturali differre, ꝙ naturalis conſiderat vniuerſalia, medicina vero magis particularia, quod naturalis cognoſcat hanc viuentis corporis aptitudinem, qua poteſt eſſe ſanum, & ægrũ, & vniuerſaliter quid ſit ſanitas, & quid morbus, at medicina conſiderat particulares D morborum cauſas, & eas, quæ ſanitatem conſeruant, vel reſtituunt, & ſingulos morbos pellunt, & ob dictum ab Ariſt. inde incipere medicinam vbi deſinit naturalis; quare concedit quidem non poſſe eſſe Medicum, qui non ſit philoſophus, ſed id non aſſerit eſſe propter ſubalternationem, ſed propter dependentiam particularis ab vniuerſali.

Reijcitur opinio Zab.

Sed hæc doctrina non omnino placet, quia etiam ſi Phyſicus cõſideret vniuerſale ſubiectũ ſanitatis, & morbi, ac vniuerſales cauſas, tamen etiam conſiderat particulare ſubiectum, & cauſas, prout exigit proprietas, quæ conſideratur, nam licet hæc accidentia ſequantur viuens, tamen ſpecificæ rationes huiuſmodi accidẽtium, ſequuntur ſpecificas rationes ſub viuente; non enim omnia viuentia ſunt capacia omniũ morborum, vt patet. Quare vt ad phyſicum ſpectat conſiderare ſpecificas naturas animalium, ita etiam ſpecificas naturas accidẽtium conſequentium, atq; adeo ſanitatum, & morborum, non tamen negarim naturalem conſiderare mor-

morbum, vt in Socrate, & Callie, ſed id pertinere ad Medicum, quia vniuerſalia præcepta, & ſigna tradita in arte medicinæ, quæ etiam conſiderat vniuerſalia, applicat ad particulare ſubiectum, & morbum.

Medicina ſubordinatur phyſicæ ratione principiorum, & præceptorum.

Reſp. 2. Ex dictis ſatis conſtare, quomodo medicina, non ſolum ratione cognitionis rerū magis particularium ſubordinatur, & depēdet à naturali, vt fatetur Zabarel. ſed etiam ratione principiorum, & præceptorum, quæ tradit, qđ eorum rationes, & cauſas reddere neſcit medicina, niſi accipiat à naturali. Et ex his patet ad confirmationem.

Obijc. 4. Satis eſt Medico demonſtrare ex fine, quia hoc eſt proprium practicarum ex fine demonſtrationes ordinare. Reſp. Ex fine quidem demonſtrant practicæ inquirendo conditiones principiorum, & aliorum, quibus finis acquiritur, hoc autem non pręſtatur ſine naturalis ſcientiæ auxilio, vt dixi, quia ex hac ſumitur cognitio proprietatum ciborum, & medicamentorum.

QVÆSTIO SECVNDA.

An ſcientia moralis ſubalternetur Phyſicæ.

1 *Obiectum moralis eſt homo, vt fęlicitabilis.*

PRimo Not. obiectum moralis ſcientiæ, vt oſtendit Burid. 1. eth. q. 3. eſſe hominem, vt fęlicitabilem, ideſt ſecundum ea, quæ ſibi conueniunt ad ducēdam vitam fęlicem. Hæc autem ſunt, quæ homini conueniunt, vt liber eſt, non enim finem cōſequitur ſine cognitione, more rerum inanimatarum, neq; ſine libertate, more beſtiarum, ſed liberè operando, qui modus operandi ſubſtantiæ intellectuali, ac per conſequens homini propriè conuenit.

Quomodo moralis, & naturalis differant vt conſiderant hominem.

2. Not. Ex his patere ſcientiam naturalem, & moralem conuenire in conſideratione hominis, quia vtraq; hominem conſiderat, ſed differre in modo conſiderandi; nam naturalis cōſiderat naturā hominis, eius proprietates, actus, & cauſas, vt ſunt à natura. At moralis conſiderat de illo actus, & habitus, ac aliquas proprietates practico modo, quatenus .ſ. eius actus sūt dirigibiles à recta ratione practica.

Subiectum œconomicæ, & politicæ.

3. Not. Quod ſicut ſubiectum ethicæ eſt homo ſecundum ea, quæ ſibi conueniunt in ordine ad fęlicitatem, vt ſumitur ſecundum ſe; ita ſubiectum œconomicæ eſt idem homo ſecundum ea, quæ ſibi conueniunt, vt eſt pars communitatis domeſticæ. & ſubiectum politicæ eſt homo ſecundum ea, quę ſibi conueniunt, vt eſt pars politicæ communitatis.

2 *Prima, ſubalternari phyſicæ, q̄ agit de anima.*

Prima opinio eſt dicentium ſcientiam moralem ſubalternari phyſicæ, quoad eam partē, quę eſt de anima. Fundamentum, quia habet omnes conditiones ſubalternatæ, nam addit conditionem accidentalem ſubiecto phyſicæ, .ſ. vt eſt beatificabilis, & hinc ſubiectum moralis eſt ſub ſubiecto phyſicæ, & denique principia moralia pendent, & probantur à ſcientia phyſica, nam hoc principium. malum non eſt faciendum, & bonum amplectendum. Probatur ex phyſico, quia bonum eſt creaturæ rationali conueniens, & malum diſconueniens; at hoc non poteſt perfecte ſciri, niſi cognita conditione creaturæ rationalis, & natura boni honeſti, & mali. ſimiliter virtutes eſſe amplectendas ſupponit cognitione virtutis, quid ſit, actus virtutum frequentādos, ſupponit virtutem acquiri ex frequētatione actuum, quæ omnia sūt phyſicæ probationes. Confirm. Quia nihil poteſt perfectè præcipi, vel prohiberi per præcepta moralia, niſi cognita conditione libera hominis, hæc autem pertinet ad phyſicam.

3 *Secūda, negantium ſubalternationē, quia deeſt depēdentia principiorum.*

Secunda opinio eſt negantium, hanc ſubalternationem, quia licet non deſit accidentalis conditio ſubiecto addita, neq; altera, quod ſubiectum ſit ſub ſubiecto, tamen deeſt dependentia, quoad principia, quia principia moralis ſcientiæ ſunt adeo nota lumine naturali, etiam ſi practico modo tradantur, vt non indigeant probatione phyſica, etiam ſi inde à priori probari poſſint, q̄a ea probatio nihil iuuat ad mores dirigendos, quid enim notius, quam honeſtum, & virtutes amplectendas, & vitia fugienda? qui rationem horum exquirit, non minus caſtigandus; quam qui motum (teſte Ariſt.) negabant, quod etiam in alijs dici poteſt.

4 *Tertia, negantium ſubalternationē pfectā & affirmantiū imperfectam.*

Tertia opinio eſt dicentium, moralem non habere eam perfectam ſubalternationem, quā habet medicina ad phyſicam, ſed aliqualem habere quoad aliqua, quæ non ſunt adeo nota, vt ſine probatione ſumi poſſunt, quæ probatio quoniam plerūq; à phyſica ſumitur, ideo quoad illam partem ſubalternatur, & hæc mihi placet. Prima pars probatur ex dictis in 2. opin. quia multa ſunt principia, quæ etiam ſi probari poſſunt, tamen ſumūtur ſine probatione, vt dictum eſt.

Secunda pars, nam quæ diſputat Ariſt. in 1. & 10. eth. de fęlicitate, indigent aliqua probatione ſumpta ex phyſicis, quia pendent ex cognitione de perfectione naturali hominis, & huius operationibus, vnde concludit conſiſtere in pfectione intellectus, .i. cognitione ſubſtātiarū abſtractarū, quod ea perficitur intellectus nobiliſſimo modo, & huius generis ſunt multa alia, quę explicare pertinet ad moralem, nobis hoc loco ſatis ſit rem, & difficultatem adumbraſſe.

QVÆSTIO TERTIA.

An artes, ſeu facultates ordinatæ ad hominis commoditatem ſubalternentur phyſicæ.

1 *Chimica ſubalternatur phyſicæ.*

PRima Concluſ. Ars chimica ſubalternatur Phyſicæ. Probatur, quia maximè exigit cognitionem complexionis rerum naturaliū, ac proprietates. Confirm. quia hinc Piccolom. c. 12. introd. ad ſcientiam de natura, docet minus addiſcendas ſcientias inſpectrices; quam artes, quia illa eſt mater artium

artium,& tradit principia artibus, quia cognitio veri est recta regula operandi,& licet Arist. 1.met.in procem.dixerit prius fuisse comparatas artes,q̃ philosophiam,tamen id intelligitur de rudi,& inchoata cognitione,non aũt de exacta,

2 2.Concl.Agricultura subalternatur physicę, q̃a pendet ex cognitione qualitatis seminis, & terræ,q̃ colitur,q̃ pertinet ad physicũ,neq; insitiones fieri possunt sine cognitione plantarum, quæ sunt inserendæ; & p̃terea ex influxu astrorum,qui licet pertineat ad Astronomiam,tamẽ etiam pertinet ad physicum,vnde ex hac parte Astronomia ẽt subalternatur physicæ,.s. libris de cęlo.Ex quo patet etiam Nauticam physicę subalternari,non solũ ratione cognitionis astrorum,sed etiam quoad cognitionem ventorum, & mutationes eorum, quorum signa ponuntur in libris Meteororum.

Agricultura subalternatur physica.

3 3.Concl.Omnis quæstuaria ars naturalis aliquo modo pẽdet ex physica. (dico naturalem) innaturalis tamen qualis est pecuniaria non ita pendet.

Oĩs ars quæstuaria naturalis pendet aliquo modo à physica, non sic innaturalis.

Prima pars probatur,quia oĩs quæstuaria naturalis,de qua Arist.1.poly.exigit cognitionem alicuius rei naturalis,siue enim fiat quæstus animalibus, siue ex frugibus terræ, siue ex alio capite, semper cognitio naturæ, & proprietates illius rei,ex qua lucrum fieri debet,supponitur ex physica. Secunda pars,patet quia cum valor nũmi non tam pendeat ex natura materiæ,quã lege Principis, & potius per contractus acquiratur,quam per operationem physicam, nõ est cur q̃stus pecuniæ pendeat ex cognitione physica,nisi remotè, sicut dicitur de eo,qui cognita ex astris vbertate, & sterilitate annonæ tẽpore vbertatis multa comparauit,vt ea vẽderet tempore sterilitatis.

4.Concl. Hæc tamen dependentia non facit perfectam subalternationem, quia plerũq; magis cognitio illa sumitur ex experientia, & traditione quadam sine causarum cognitione,quã ex physica,quæ tradit rerum, & proprietatum causas,& hinc fit, vt sint ꝑfectæ illæ artes in ijs, in quibus non est physica cognitio.

QVAESTIO QVARTA.

An ex Mathematicis aliqua subalternetur Physicæ.

CONimbr. in proęm. phys.q.1. ar.4. & 2. phys.c.2.quęst.vnic.Saxo.q.7.&8. Iand. q.4.& 5.Ferr.q.2.Burl.in t.18.ibid. Piccolom.5.phy.tex.20.Tole.c.2.q.4. Mas.q.1.

DVBITATIO PRIMA.

An purè Mathematicæ subalternentur Physicæ.

1 PRimo Not. ex mathematicis aliquas dici purè mathematicas,quæ .s. considerant solum obiectum; Aliquæ, quæ quidem possunt considerari cum materia, sed tamen abstrahunt à à materia sensibili,& Geometria,& Arithmetica. Aliquas vero dici medias,quæ neq;considerant de ijs, quæ non possunt considerare sine materia, vt sunt physica, neq; de ijs, quæ sunt abstrahibilia à materia,quatenus sunt abstracta; sed de illis quæ sunt quid abstrahibile, tamen vt habent aliquam coniunctionem cũ materia, vt ꝑspectiua,musica,&astronomia,quare hę differunt à purè mathematicis,& à physicis,imò.

Ex mathematicis aliæ dicuntur puræ aliæ mediæ.

A

Primo,constat Geometriam, quæ est ex puris mathematicis non subalternari physicæ, tamen q̃a id à nemine asseritur, imò à Doctorib. oppositum significatur,dum primum locũ certitudinis tribuũt mathematicis præsertim Geometriæ, at si esset subalternata nõ posset habere primum locum certitudinis,quia eius certitudo penderet à certitudine scientiæ subalternantis physicæ,à qua principia illius probarentur. Tum quia resoluit suas omnes conclusiones in principia per se nota, qualia sunt, omne totum est maius sua parte. Quæ sunt ęqualia vni tertio sunt æqualia inter se. Si ab æqualibus æqualia demas,quæ remanent sunt æqualia,qđ patet ijs,qui eam scientiam nouerint.

Geometria non subalternatur physicæ.

B

Et ex his patet idẽ dicendũ de Arithmetica, q̃ considerat numerũ, seu q̃titatem discretam vt rectè Aris.2.phy.à tex.16.& seq.nam eædem militant rationes si benè applicẽtur, imò Geometrica resoluuntur in Arithmetica, vt in simpliciora,q̃a Arithmeticorũ principium est vnitas,quæ est simplicior pũcto, ꝙ est principium Geometricorũ, nam pũctũ dr̃ vnum nõ cõtra.

Neq; Arithmetica.

C

2 Dices.Subiectum Geometriæ est q̃tas continua,vt est mẽsurabilis, quare addit conditionem accidentalem subiecto physicæ,q̃ considerat q̃tem s̃m suam essentiam,ex 2.phy.16.huius aũt accidens est mẽsurabilitas; & hinc fit,vt principia ẽt pendeant à physica,q̃a cum principia debẽant sumi ex natura q̃tatis, necessario ex ea pendent,atq; adeo cognosci non p̃nt,nisi cognita natura,& essentia q̃tis vnde Aris.2.de anima tex. 3. dixit corpus physicum esse principium cæterorum corporum, & ratio quia 2. phys.tex.16.corpus physicum est subiectũ corporis mathematici; at subiectum est prius eo, quod est in subiecto 1.phy.tex.52.

Obiectio sumpta ex obiecto Geometriæ.

D

Resp.Et si Mathematicus consideret q̃tem, non tñ vt corporis accidens, & terminum motus, qua ratione illã cõsiderat Physicus 1.met. sum.1.c.1, sed s̃m se abstrahendo à materia, & corpore,ac motu,vt notat Aris.2.phy.t.18.vnde fit,vt sub diuersa rõne formali consideret,& ideo non dr̃ addere cõditionẽ accidentalẽ obiecto, sed oĩo eandem rem materialiter cõsiderare,sed sub diuersa rõne, physicam.s.vt q̃tas est terminus corporis, & motus mathematica s̃m se, non considerata relatione ad corpus, vt fusè Sot.2.phy.q.2.a.2.Tol.q.4.quib⁹ addi debet considerari q̃tem à physico,q̃nus est conditio sine qua non agentia naturalia agunt, & q̃nus res naturales sũt determinatæ quoad maximum,& minimum 1.phy.36.2.anim.41

Mathematicus non considerat quantitatem,vt accidens corporis vel terminum motus, sed secundum se abstractiuè.

E

3 Ex his patet,principia mathematicarum esse nota ꝑ se absq;eo ꝙ cognoscatur essentia quãtitatis,nisi confusè, quia principia sc̃iæ non sumuntur à subiecto materiali simpliciter, sed vt stat sub rõne formali,quę consideratur à sc̃ia,&

ideo habet principia per ſe nota, ꝙ facile oſteñ
ditur in mathematicis,nam eius principia ſunt, A
vel cões regulæ, vel explicationes terminorũ,
& definitiones,q́d nominis,vnde Ariſt. 2.phyſ.
tex. 48. ait, Mathematicas vltimo reſoluere in
Quid,.ſ.nominis.& ideo Ariſ.2.Eud.c.5.dixit,
ea non eſſe proprie principia, ſed ſimilitudine
Quadam;verſatur.n.in sẽſibilibus cõibus,quo-
rum interna principia non conſiderat. Confir.
quia proprietates conſideratæ à Mathematico
non probantur per alias cauſas, vt oſtendimus
in Logica,ſed per quædam concomitantia.

4 2.Conſtat Stereometriá non ſubaltenari phy-
Stereometria non ſubalternatur phyſicæ. ſicæ, qa Stereometria, vel nõ differt à Geome-
tria, ſed eſt eius pars;vel ſolũ,ꝙ Geometria dr̃,
q̃ verſatur circa lineas,& ſuperficies; Stereome
tria vero circa ſolida. Poſſet hic eſſe difficultas B
de Mecanica, ſed ex dicendis patebit q́d de ijs
ſentiẽdum, cum pertineat ad ſcientias medias.

DVBITATIO II.

An ſcientiæ Mathematicæ,quæ dicuntur mediæ ſubalternentur phyſicæ.

ART.I. Continens opiniones Doctorum.

1 *Aliqui dicunt eſſe parte phyſicæ.* PRima opin. Eſt dicentiũ non eſſe ſubalter-
natas, ſed eſſe partes phyſicæ ſcĩæ. Primo,
quia neq; rõne obiecti nõ põt habere ſubalter-
nationem,ſed ratione illius cõtinetur ſub phy- C
ſica,vt pars ſub toto; ergo. Antecedens prob.
qa obiectũ mediarũ eſt idem cũ obiecto phyſi-
cæ,quia eſt qñtas sẽſibilis,vt patet ex linea viſua
li,q̃ eſt obiectũ perſpectiuæ,numero ſonoro,ꝙ
eſt obiectum muſicæ;ſphera cæleſti, & aſtris, ꝙ
eſt obiectũ aſtrologiæ, vnde 12 met.tex 44 ait,
aſtrologiã cõſiderare ſubiectũ sẽſibile; at qñtas
ſenſibilis cõſideratur à phyſica ſm̃ vtrãq; partẽ,
& continetur ſub illius abſtractione. Confir.
quia ſi reſpiciãtur concluſ que probantur ſunt
vtriſq; communes, vt v.g. in aſtrologia rotun-
ditas demonſtratur de Terra,& eadem conclu
ſio demonſtratur in phyſica, & ſic de alijs.

2 2. Opin. Eſt dicentium has ſcientias medias D
Alij ſubalternari phyſicæ ſed magis mathematicis. Bald Piccol. Ferr Conimb. Thien. Sonc. D.Thom. ſubalternari,tum mathematicis, tum phyſicis,
ſed magis mathematicis, ita ferè omnes 2.phy.
ad tex.20.Bald.Piccol.Ferr. q. 2. Tol. quæſt.
4.ad 4.Conimb.c.2.q.vnic.Thien.Sonc.6.met.
q.11.D.Th.opuſ.70.ſuper Boet.de Trinit.q.9.
ar.5.ad 3.

Probant primam pertem quoad ſubalterna-
tionem, quia in probandis ſuis concluſionibus
dependent à principijs mathematicis,& phyſi-
cis,vt infra patebit.

Secundam vero partem,ꝙ ſint magis mathe
maticæ probant tum ex Ariſto. 12.met.tex.44.
numerat inter mathematicas,& ibi aſtrologiam
ait,eſſe præcipuam mathematicarum, & patet E
eas addiſci cum mathematicis. Confir.ratione
quia concluſiones ad eam facultatem præcipuè
pertinent,vnde ſumuntur media, quia hinc tã-
quam ex ratione formali ſpecificãtur cõcluſio-
nes, ſed media ſumuntur ex mathematicis, vt
concluſio aſtrologiæ,quod cælum ſit rotundũ,

quia eius lineæ ductæ à centro ad circumferẽ-
tiam ſunt æquales.

Confir.2.Ex Sonc. quia in earum conſidera-
tione id, ꝙ eſt phyſicũ eſt quaſi materiale, ꝙ
aũt mathematici eſt quaſi formale,ſicut muſica
conſiderat ſonos non vt ſoni, ſed vt ſunt ad in-
uicem ſm̃ proportionales numeros, quam etiã
rationem explicat Ferr.loc.cit.& nos infra.

Confir. Thiennenſ. ex eo,quod hæ ſcientiæ
incipiunt à mathematicis, his ſubalternantur,
& cum illis conſueuerunt addiſci.

3. Opin. Eſt dicentium vtriſq; ſubalterna- 3
ri, ſed magis phyſicæ videtur Pauli Veneti ad *Alij magis phyſicæ,quam mathematicis.*
tex.20.vbi D.Tho.Sax.2.phy.q.8.

Prob.Ex Ariſt.2.phyſ.tex.20.vbi expreſsè id *Venet. D.Tho.*
B aſſerit.Neq; dicas ibi nõ fieri cõparationẽ ſim- *Sax.*
pliciter mediarũ ad phyſicas,vel mathematicas; *Ariſt.*
ſed ſm̃ quid,.i.mediarũ reſpectu aliarũ mathe-
maticarũ,vt .ſ. inter mathematicas, q̃ ſunt me-
dia, eſſe magis phyſicas, q̃ purè mathematicas.
Non,inquam,id dicas,quia ait, eſſe magis phy-
ſicas ratione abſtractionis,ꝙ obiectũ earum nõ
abſtrahit à materia ſenſibili, ſicut neq; obiectũ
phyſicæ. Vnde Confir.1.conditiones ſcientia-
rum mediarũ magis conueniunt cũ conditio-
nibus phyſicæ, q̃ mathematicarũ;ergo.Antece-
dens prob.1.tum ex parte obiecti,quia conue-
niunt in abſtractione, cũ obiectũ harum ſit cõ-
poſitum ex obiecto mathematico, & phyſico,
non abſtrahit à materia ſenſibili oĩo in eo com
C poſito,id,ꝙ eſt mathematici, ſe habet vt deter
minabile;& ꝙ eſt phyſici, vt determinatiuum,
vnde Ariſt.tex.20. Geometria,inquit,cõſiderat
lineam, ſed non vt phyſicã, ſed vt mathemati-
cã;at Perſpectiuus mathematicã quidem lineã,
ſed non qñus mathematica, ſed qñus phyſica
eſt,.i.iunctã materiæ. Confir.ex ratione S.Th.
2.phyſ.loc.cit. nam vnũquodq; ſimpliciter de-
nominationem, & ſpẽm accipit à termino; ſed
terminus medias ſcientias ſpecificans eſt mate-
ria ſenſibilis,quia terminatur ad illam;ergo de-
nominãtur magis naturales,qa ſunt formaliter,
& ſm̃ ſpeciem naturalem,ſicut albificatio ſumit
ſpeciẽ ab albedine,qa terminatur ad albedinẽ.

D Secundo,ex parte actus, quia conueniunt in
certitudine, nam concluſio ſcĩæ mediæ, cum
pendeat à præmiſſa naturali non põt excedere
certitudinem ſcĩæ naturalis,etiam ſi altera præ-
miſſa habeat euidentiam mathematicam; tum
quia concluſio ſequitur debiliorẽ partem;tum
quia aggregatum ex vtraq; præmiſſa non habet
maiorem certitudinem,q̃ ſit in naturali,qa co-
pulatiua,cuius vna pars eſt cõtingens,& dubia
tota redditur contingens,& dubia, vt patet ex
ſummulis,& rectè hic oſtendit Sax.loc.cit.

Tertio,ex parte finis, quo ſpecificantur ſcĩæ
in ratione practici,& ſpeculatiui, 2.met. tex.3.
& 3.a.49. vnde denominatio ſumitur à fine, vt
E ab optimo, at finis mediarum eſt cognitio re-
rum ſenſibilium,vt ſoni,riſibilis,&c. nam inci-
piunt ſuam conſiderationem à mathematica,&
terminant in naturalem.

Quarto,rõne propinquitatis, quia cum me-
dia ſint propinquiora extremis,quam extrema
inter ſe; at conſideratio phyſica circa quãtita-
tem

tem mediat reſpectu ſcientiæ puræ, & mediæ; nam quantitas poteſt cõſiderari tripliciter. Primo, ſecundum ſe, vt v.g. linea ſecundum ſe, quȩ eſt prior ratio quantitatis. Secundo, vt habet rõnem termini, quȩ eſt poſterior. Tertio, ſm viſualitatẽ, & ſimilia, q̃ eſt vltima rõ: quãtitas igitur ſm rationem priorem ꝑtinet ad puras mathematicas; ſm poſteriorem vero pertinet ad ſcientias medias, ſed ad phyſicum ſm mediam rationem; quare conſideratio phyſica interponitur inter mathematicas puras, & medias.

Alij agnoſcunt ſubalternationem reſpectu vtriuſq; ſed diuerſa ratione magis vni, quã alteri. Caiet. Thien. Iauell.

4 4. Opin. Eſt concedentium ſubalternationẽ reſpectu mathematicarum, & phyſicæ, ſed ſm diuerſam rõnem eſſe magis vni, q̃ alteri ſubalternatam, ita Caiet. Thien. q.3. Iauel. 2. phy. q.8. qui hac rõne conciliat dicta D. Tho. 2. phy. dicẽtis eſſe magis phyſicas, & ſup Boet. de Trin. eſſe magis mathematicas. Probat, quia ſcĩa põt qualificari, tum à materia, circa quam eſt, quia hinc diſtinguitur ſcientia, vt põtia ex obiecto; tum à principijs, & medijs, ex quibus probat; & in ſcientijs medijs ſæpe principia nõ ſunt eiuſdem generis cũ materia, ſeu obiecto, quia v.g. in muſica, obiectũ eſt aliquid naturale, ſed principia ſunt mathematica, ideo aliquãdo denominantur naturales propter materiam; aliquando mathematicæ propter principia: & hinc etiam conciliãtur dicta Ariſt. 2. phyſ. vbi appellat magis phyſicas, & 12. met. tex. 44. vbi ait eſſe præcipuam mathematicarum. Neq; id eſt abſurdũ, ſicut neq; eſt abſurdum tepidum, dici magis frigidum, & calidum reſpectu diuerſorum.

ART. II. Opinio Auctoris.

Mathematicæ mediæ non sũt partes phyſicæ, ex Ariſt.

5 PRima Concl. Sciẽtiæ mediæ nõ ſunt partes phyſicæ. Probatur primo, auctoritate Ariſt. 2. phyſ. tex. 20. vbi apertè ponit diſtingui; nam cũ tex. 17. dubitaſſet de Aſtrologia an eſſet altera, an vero pars phyſicæ tex. 18. oſtendit diſtingui ex modo cõſiderandi, vnde tex. 20. ait ſcĩas medias eſſe magis phyſicas, q̃ cȩteras mathematicas. Secundo prob. ex parte principiorũ, quia vt conſtat ex modo procedendi illarũ, non ꝓbant ꝑ principia phyſica, ſed mathematica, & habẽt modum procedendi propriũ mathematicarum, ꝙ verum eſt ẽt reſpectu concluſionũ, q̃ conſtant ex terminis phyſicis, vt v.g. Terram eſſe rotundam Aſtrologus demõſtrat ꝑ mediũ mathematicum, quod .ſ. eclypſat Lunã orbiculariter, vel ꝙ eclypſis non apparet eadem hora omnibus, ſed occidẽtalibus, v.g. prima hora noctis, orientalibus vero ſecunda, vel tertia hora, Phyſicus vero ꝑ grauitatem partium, qua, partes æqualiter tendunt ad centrum. vnde rectè Alb. de Sax. 2. phy. q.8. purè phyſicus nõ poteſt demonſtrare niſi per principia naturalia.

Dices. Hęc probatio, Terra eſt circularis ex æquali tendentia partium ad centrum, pendet ex propoſitione mathematica, quod .ſ. corpus, cuius partes æqualiter à centro diſtant, eſt circulare; ergo phyſicus probat ſimiliter per principia mathematica.

Aliquã principia eſſe communia phyſicis, & mathematicis.

Reſpon. aliqui, aliqua principia eſſe cõia mathematicis, & phyſicis, vt illud; Omne totũ eſt maius ſua parte; quare ſimiliter hoc principiũ quod figura circularis ſit, cuius lineæ ductæ à centro ad circumferentiam ſunt æquales. Sed non placet, quia principia phyſica debẽt includere materiam, & motum, at hæc abſtrahunt à materia, vt patet illa ſciẽtibus. Ideo Reſp. phyſicum ſupponere definitionem circuli traditam à mathematicis, qua ſuppoſita, ipſe probat ex medio phyſico, illam figuram adeſſe corpori, vnde in ſua probatione nõ vtitur illa probatione mathematica, quod .ſ. partes eſſentialiter ſint circulares, quia æqualiter diſtant à centro.

Tertio prob. Ex parte obiecti, quia ſciȩ mediæ conſiderant aliquid in obiecto, ꝙ non pertinet ad phyſicum, vt muſica conſiderat numerum proportiones vocũ &c. Aſtrologia conſiderat quidẽ cęlũ, & ſtellas, ſed non ſm ſubſtantiam .ſ. an ſint ex elementis; an grauia, vel leuia, ingenerabilia, & ſimilia; ſed figuras, ordines, magnitudines à Terra diſtãtias mathematicis principijs fretus, non quia in cęli ſubſtantiam hæc referat, ſimiliter motus, coniunctiones, oppoſitiones, aliosq; aſtrorum aſpectus, & ſimilia, vt optimè Simplic. 2. phyſ. ad tex. 20. quod etiam videre licet in alijs medijs ſcientijs, vt patet ijs, qui docent ſcientias illas callentes.

Sex differentiæ inter phyſicam, & mathematicam, ex Perer. & Simpl.

6 Quarto, ex parte actuũ huiuſmodi ſcĩarũ, de quibus non eſt hic locus diſſerẽdi, vnde Perer. lib. 2. c. 3. ad 10. ex Simpl. 2. phy. tex. 17. & Auer. 2. cæl. com. 57. ſex poſuit differentias inter phyſicã, & aſtrologiã. Prima, quia Phyſicus conſiderat cælum ſm ſubſtantiã, non ita Aſtrologus, & hinc oritur ſecunda, vt Phyſicus conſideret oĩa gñra cãrum cæli, .ſ. mãm, ſãm, finem, & efficiẽs, q̃ non curat Aſtrologus. Tertia, qa licet vterq; cõſideret accidẽtia cæli, tñ ea Philoſophus cõſiderat, vt fluũt ex natura, ſuntq; iũcta materiæ ſenſibili, & inſtrumẽta phyſicarũ operationum, vt Aſtrologus ea accidentia cõſiderat, prout in illis reperiuntur q̃dam mathematicæ rõnes, .ſ. ratio maioris, vel minoris, vel æqualis diſtãtiæ, vel propinquitatis, & alia q̃ numerat P. Clauius in prolog. in ſphærã de Sacro Boſco, tractãs de partib. Aſtronom. Hinc oritur quarta, vt Aſtrologus non curet verè ſcire qd ſit natura cæli, nã ſufficit illi, inuenire aliq̃ rõnẽ, qua ſoluere poſſit apparentias; quare inuenti ſunt Eccẽtrici, & Epicicli, q fortaſſe non ſunt in cęlo. Quinta, nã ſępe Aſtrologus oſtẽdit à poſteriori, ꝙ phyſicus à priori, vt diximus de rotũditate Terræ. Sexta, qa Phyſicus exponit proprias, & naturales cãs, Aſtrologus vero cões, & mathematicas, vt rotũditas cęli à phyſico oſtenditur, quia nec graue, nec leue, atq; adeo aptum moueri circulariter. Aſtrologus vero, quia omni ex parte æqualiter diſtat à Terra, quod eſt eius centrum.

Ad argumenta primæ ſententiæ.

7 Ex his Reſp. ad argumenta primæ ſñtiæ. Ad primũ .n. ex dictis patere, obiectũ ſcĩarum mediarum non eſſe oĩo idem cũ obiecto phyſicæ, quia addũt aliquid, quo formaliter diſtinguũtur, ſcilicet rationem obiectiuam mathematicam, vnde ſumuntur ꝓbationes in illis ſciẽtijs.

Ex quibus facile intelligitur, qua ratione Ariſ. 12. met. t. 44. dixit Aſtrologiam cõſiderare ſubſtantiam ſenſibilem, nam non conſiderat il-

lam,vt eius eſſentiā ſpeculetur,vt dixi,ſed tanquam de magnitudine mota, tum ipſum cęlū, tum eius motum in gradus,& minuta,& eccentrica,atq; concentrica ſecans.

Ad confir.Reſp.Aliquando eſſe quidem eaſdem concluſiones materialiter,non tamen formaliter,quia per diuerſa media oſtendit phyſicus,ac ſcientiæ mediæ, vt dixi de rotunditate Terrę,quæ demonſtratur ab Aſtrologo ex eclypſi Lunæ,& à Phyſico ex grauitate partiū Terræ,quæ cum tendant ad centrum omnes æqualiter ab eo diſtare nituntur, hoc autem eſt eſſe circulare;ſcilicet quando omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiam ſunt æquales.

8 *Scientię mediæ ſubalternātur tum mathematicis, tum phyſicæ.*

2.Concl. Scientiæ mediæ ſubalternātur Mathematicis,& Phyſicæ. Prima pars aliorum eſt probare, nam addūt conditionem accidentalē ſubiecto,& ex illis ſumunt probationes.

Secunda pars probatur, nam cōcluſiones illarum probantur per principia, quorum cognitio neceſſario pendet à ſcientia phyſica, quod probare in omnibus nimis longum eſſet,nobis aūt nunc ſufficit afferre aliqua ex aſtrologia; nā *cur Mercurius in domo Saturni det bonitatē ingenij:cur Retrogadus bonos Muſicos facit. cur Cancer frigidus; Sagittarius calidus, cur potius octaua, quam altera domus mortem; cur Socrates loquax, quod in eius genitura Mercurius in Martis domo præſertim in Aſcendente,& Ariete conſtitutus fuit.* Hæc.n. omnia non poſſunt ſcientificè cognoſci,niſi accedat phyſica,cuius eſt virtutes ſyderum ſpeculari. Confir.quia media,quibus vtitur Aſtrologus;ſunt motus; lumen,& influentiæ, quę omnia ſpeculari pertinent ad Phyſicū: quare Aſtrologus à Phyſico petet ea,additis ijs, quæ accipit à Mathematico.

Dices. De ratione ſcientiæ ſubalternatæ eſt, vt ſubiectū ipſius addat conditionem accidentalem ſubiecto ſubalternantis;at ſubiectū ſcientiarum mediarum, nō ita ſe habet reſpectu ſubiecti phyſici, qa obiectū Muſicæ eſt numerus, cui additur ſonus:Perſpectiuæ eſt linea,cui additur viſualitas: Aſtrologię eſt ſphęra cæleſtis vt menſurabilis, quæ omnia vt patet intuenti non addunt conditionem accidentalem ſubiecto phyſicæ.

Muſici cognoſcunt principia & conſonantias per experientiam.

Confir.1.quia ſi haberēt dependentiā à phyſica eſſet, vt cognoſcere poſſit cām principiorum,quibus vtitur; hoc aūt non eſt neceſſariū, quia ſatis eſt cognoſcere ꝑ experientiam,vt patet in muſicis perfectiſſimis, qui neſciūt Phyſicam,& tñ cognoſcunt ꝑ experiētiam principia muſica, vt ꝙ Diapaſon conſiſtat in dupla ꝓportione,& idē patet in Perſpectiua, ꝙ oīs radius multiplicatur ſm̄ rectum,& Aſtrologo.ſatis eſt cognoſcere per experiētiam Saturnum eſſe frigidū,& ſimilia,ſicut cognoſcitur per experientiam calorē calefacere;& magnetē trahere ferrum; neq; eſt neceſſarium aliam cauſam huius inquirere,in quo deberent dependere à Phyſica, imò principia ipſa phyſica pēdent ex experientia,vt quod omnis ignis ſit calefactiuus &c.

Confir.2.quia naturalis Phyloſophus,nōniſi generalia q̄dam cognoſcit de corporibus cęleſtibus,& ſic qn̄ alicuius particularis virtutē cognoſcit,ea cognitio eſt valdè imperfecta, vt de fluxu maris diſputat Ariſt.quē in Lunam reduxit, at nihil diſputat, cur aliqua maria longiori tꝑe & ꝑ maius ſpatiū fluāt,& refluāt,qa.ſ.cęlorū vires ꝑ particularia loca,ſigna,partes cęli,lineas, circulos,pūcta,retroceſſionē.ſtationē, directionē,& huiuſmodi, ex q̄bus influxus cęlorū maximā recipiūt mutationē, non conſiderat, quia hæc oīa à Mathematicis pēdēt, ergo nō pēdet Aſtrologia à Phyſica,ſed ſolum à Matematicis.

9 *Vbi habetur dependentia principiorum, non requiritur alia conditio.*

Reſp. Eam conditionem requiri in ſubiecto ſcientię ſubalternatę, quia principia ſubalternatæ pendent à ſubalternante;vnde cum habemus hanc dependentiam,non eſt, cur requiratur prædicta conditio; deinde.

Reſp.Etiam prędictam conditionem nō deeſſe,vt patet ex ſubiectis ſcientiarū mediarum, quia conſiderant formam iunctā materiæ phyſicæ,vt muſica vocem in numero, Perſpectiua viſibilitatem in linea;Aſtrologia corpus cęleſte ſecundum diuerſam cęli diſtantiam, numeros motuū,figuraſq; diuerſas;loca,puncta,lineas,& huiuſmodi varietates;vnde varij effectus producuntur, quibus omnibus imponi poteſt vnum nomen,ideſt cęlum, vt menſurabile.

Aſtrologia pōt tradi empirico modo,& ſcientifico, ſicut & medicina.

Ad 1.confir.Reſp.Aſtrologiā dupliciter poſſe tradi. Primo,empirico modo, quo tradi etiā ſolet medicina,& ita ſufficit cognoſcere virtutes ſyderū ꝑ experētiā abſq; cognitione cāſū, vnde pēdēt;ſicut medicinę empiricę ſufficit cognoſcere virtutes medicamētorū per experientiā,& hanc muſicā tenent, q abſq; ſcīa mathematica,& phyſica,& canūt,& ēt muſicas cantilenas cōponūt.Secundo ſcientifico modo, & ita exigitur cognitio mathematicæ,& phyſicæ, vt patet in muſica cōſcripta à Ptolom.&Boet.qui rōnes reddūt cōſonantiarū,& aliarū ꝓprietatū muſicæ ex rōnibus ductis partim ex phyſica, partim ex mathematica, & hac rōne tradita ab Aſtrologia dr̄ ſubalternari phyſicæ,& mathematicæ,& licet multa à phyſico cognoſcātur ꝑ experientiam, tñ vt rectè aduertit Ariſt.1.met. init.rerū cognitarum per ſenſum philoſophus inquirit cauſas,vnde extat illud,propter admirari cęperunt homines philoſophari.

10 *Phyſica Ariſ. eſt manca.*

Ad 2.cōfir.Reſp. Phyſicā cōſiderari poſſe dupliciter.Primo,vt nūc tradita eſt ab Ariſ.& cōſtat eſſe valdè imperfectā, nam multa illi deſūt de ſpeciebus rerū naturaliū,& earū virtutibus, vt herbarū,lapidū,& ēt animaliū;quare nō mirum ſi illi deeſt illa pars,q̄ tractat de virtutibus ſyderū. Secundo,ſm̄ ſe,vt tradi debet iuxta latitudinē ſui obiecti,& ita conſtat ad eā ꝑtinere non ſolū ſcire gn̄alia principia, ſed ēt ſpecifica ſyderum,& eorū virtutes,& proprietates,vnde Aſtrologus pendet in ſui cognitione à phyſica,

Reſp.2.Etiam ſi phyſicus nōniſi gn̄alia principia,& virtutes cęlorum conſideret,adhuc tamen Aſtrologia haberet ab illo dependētiam, nam vt cognitio ſit ſcientifica, debet reſolui in principia immediata,& ꝑ ſe nota,vt alibi oſtendemus,vt non poteſt reſolui concluſio Aſtrologica in huiuſmodi principia,niſi cognita natura cęlorum,& ſyderum, & modi operandi,qui

eis

eis conuenit,quæ pertinent ad phyſicum.

3.Co cl. Etſi ſciȩ Mediȩ ſm̃ diuerſas rõnes, nũc ſint magis phiſicȩ,nũc magis mathematicȩ, tamen ſimpliciter sũt magis mathematicæ.Prima pars patet ex ijs,quȩ adducit Iauel.quia cũ hæ ſcientiæ pendeant ex vtriſque, vt pendent à phyſica dicuntur magis phyſicæ, vt vero pendẽt à Mathematicis ſunt magis Mathematicȩ, quod magis patebit ex dicendis. Et addit Picolom. lib.2.phyſ. ad tex.20. ex parte materiæ eſſe magis phyſicas, quia conſiderant formam iunctam materiæ,quam cõſiderat phyſicus;ſed rõne modi procedendi eſſe magis mathematicas,quia ſeruãt cõem modum procedendi Mathematicis proprium .i. conſiderat ſua obiecta, vt quanta, & apta menſurari, & ſumpſit ex Ferr.q.2.loc.cit.

Scientiæ Mediæ ſimpliciter ſunt magis Mathematicæ.

Piccolom.

Ex modo procedendi eſſe magis Mathematicas.

Secunda pars probatur ex dictis in 2. opin. quibus probatur eſſe magis Mathematicas, ſed aliqua rõne accedunt ad phyſicũ ob connexionem cũ materia.Confir.Ex diſcurſu Ariſ.te.18 vbi ſoluens difficultatem, an Aſtrologia ſit pars phyſicæ,ponit eas conuenire,ꝙ vtraq;conſiderat de pluribus iiſdẽ accidẽtibus cœli, vt figura motus(& dixit de pluribus, q̃a nõ de oĩbus,nõ .n. Aſtrologus agit de æternitate, ſimplicitate, & ſimilibus)deinde affert differentiã inter illa, ꝙ differãt in modo cõſiderandi, q̃a Aſtrologia conſiderat hȩc accidẽtia,non qñus accidũt corpori naturali;at naturalis tractat de his,vt accidunt corpori 2.phyſ.t.5.ergo differũt in modo cõſiderandi;atq; adeo maximè differũt, & ſolũ materialiter conueniũt. Contra vero,cum Mathematicis conueniunt in modo conſiderandi, atq; adeo formaliter, & differunt materialiter.

Ariſt.

Dices. Non apparet qualis ſit hȩc differẽtia formalis,q̃a tàm Phyſicus, q̃ Aſtrologus conſiderat accidẽtia cȩli,vt sũt in cȩlo,non.n.Aſtrologia conſiderat figuram,v.g.circularem,abſtractam à materia,vt ex 3.de ani.tex.9.& 10.illam conſiderat Mathematicus,ſed exiſtẽtem in cȩlo,& ſic etiam de lumine,& influentijs.

12 Reſp.Ex Bald.ad com.18. Phyſicã,& Aſtrologiam conſiderare accidentia, vt ſunt in cȩlo, diuerſa rõne, nã naturalis conſiderat illa,vt sũt à natura,.i.vt habent principiũ intrinſecũ, vnde fiuunt tanq̃ proprietates illius,& vt exigitas ad exiſtentiã,& operationẽ cȩlorũ; exigere .n. aliquid accidens in ſubiecto eſt illud neceſſario requiri propter principiũ, & naturam ſuam, q̃ eſt cauſa illius inhȩrentiæ;vnde cũ dicimus cõſiderari figurã Solis à phyſico, vt exigitam, eſt conſiderare illam,vt habet cãm neceſſariam illius exigentiȩ in tali ſubiecto;at nõ ita Aſtrologia,quia conſiderat abſtrahendo à prædicta ratione,ſed cõſiderat, vt ſunt in illo ſubiecto vndecunque oriantur, ꝙ optime declarat Caiet. Thien.2.phy.q.21.dicens Aſtrologiam conſiderare motus phyſicorũ corporum, nõ vt ſic, ſed vt per eos ſm̃ maiorẽ, vel minorem velocitatẽ, & tarditatẽ ſit varia coniunctio,& aſpectus planetarum;quare à Phyſico motus tales conſiderantur,vt naturales ſunt, ab Aſtrologia autem, vt ſunt quanti,& in ordine ad varias diſtantias, & propinquitates planetarum.

Qualis ſit differentia formalis & materialis inter ſcias Medias,et illas quibus ſubalternãtur,ex Bald.

Thiennenſ.

ART. III. Soluuntur argumenta tertiæ ſententiæ.

EX his Reſp.ad argumenta tertiæ ſententiæ, 13
non .n.ibi Ariſ. abſolutè dixit Medias ſcientias eſſe magis Phyſicas, ſed inter Mathematicas has eſſe magis Phyſicas,q̃a hæ ſcientiæ ſunt minus abſtractæ à materia, q̃ Mathematicæ, & ideo quia cõueniunt in abſtractione aliquo modo cũ Phyſica ſcientia, dicuntur ab Ariſ.magis Phyſicȩ,vult.n.ibi probare res Phyſicas nõ abſtrahere à materia,idq; probat ex ſcientijs Medijs, quæ inter Mathematicas magis accedunt ad Phyſicam, quam puræ Mathematicæ. Et hinc patet ad primam Confir. concedimus enim ſcientias Medias in multis cõuenire cum ſcientia Phyſica,vt probat argumẽtum,qua ratione diximus in concluſione poſſe dici ſecundum quid magis Phyſicas,nõ tamen inde ſequi ſimpliciter debere dici Phyſicas, ſed quia habent alias conditiones,in quibus conuenit cum Mathematicis magis præcipuas, vt dixi, ex his ſimpliciter dicũtur Mathematicæ,& cũ illis numerantur, & addiſcuntur. quæ reſponſio ſatis eſſe poſſet,tamen,vt rem ipſam magis explicemus. Reſp. Ad ſingulas probationes adductas in prima Confirmatione. vnde ad primam cõuenire quidem aliquo modo in abſtractione cũ Phyſica,vnde habent,vt dicantur ſcientiȩ Mediæ,nõ tamen eſſe eandem,vt explicaui in probatione tertiæ Concluſ. nam alioqui pertinerent omnino ad Phyſicam tanquam pars illius, non vt ſcientia ſubalternata. Vnde negatur id quod ſumitur à Phyſico ſe habere tamq̃ formale, quia potius eſt conditio; ſubiectum .n. ſcientiarum Mediarum duo includit,.ſ.aliquid pertinens ad Mathematicam;& aliquid ad Phyſicam, vt ſubiectum perſpectiuæ dicitur linea viſualis, ex quibus linea pertinet ad Geometriam, & viſuale ad Phiſicam. quod contrahit quidem lineam, ſed non vt ratio formalis, ſed vt conditio,vt patet,ex dictis,nam hæ ſcientiæ in ſuis demonſtrationibus vtuntur, & modo procedendi,& medijs Mathematicis,vnde ſpectatur ratio formalis obiecti ſcientiarum. & Ariſt. tex.20.ait,perſpectiuum conſiderare quidem lineam,non vt Mathematicam,ſed vt Phyſicam,non quia ratio formalis ſimpliciter conſtitutiua ſit ratio Phyſica,ſed quia per illam rationem diſtinguitur perſpectiua à Mathematica,quod ibi intendebat probare. ſicut ſi voluiſſet probare Aſtrologiam diſtingui à Phyſica, dixiſſet viſibile conſiderari ab Aſtrologia, non quidem vt Phyſicum,ſed vt includit quid Mathematicum.

Mediæ non abſolutè,ſed inter Mathematicas dicuntur magis Phyſicæ.

Mediæ,& Phyſica conueniunt in abſtractione.

Cur Ariſt.dicat perſpectiua cõſiderare lineã, non vt Mathematicam,ſed vt Phyſicam.

Et ex his facilè ſoluitur, quod adducitur ex D.Thoma, nam poteſt aliquid conſtitui abſolutè in ſpecie determinata per formam ſuam, & tamen collocari in aliqua alia ſpecie determinata ratione materiæ, vt homo per animam habet,quod abſolutè ſit homo,& tamen ſecundum materiam habet, vt ſit in ſpecie carnis, oſſis,& mixti, vt rectè hîc Ferrarienſis. Quare cum D. Thomas probat ſcientias Medias magis dici Phyſicas ratione termini, quod eſt

Explicatur D.Thom.

quid Physicum, debet intelligi, non absolutè, & formaliter, sed materialiter, qa scientiæ Mediæ ratione materiæ.i.obiecti sunt magis Physicæ, quia tamen illud, quod additur à Physica, obiectis huiusmodi scientiarum, etiamsi sit determinatiuum, nō est formale, sed conditio sine qua non, ideo dicimus has sciẽtias Medias non esse absolutè, & formaliter magis Physicas, sed magis Mathematicas, quia seruat communem modum considerandi Mathematicum, & licet multa dicant, quæ eliciũtur ex rebus physicis, vt Astrologia multa docet, quæ pendent ex natura cæli, tamen ea accipit à Physico, qui cognoscit *propter quid* corũ, quæ docet Astrologia, ipsa tamen in ijs probandis vtitur definitionibus, & principijs acceptis à Geometria, & dicitur aliquo modo abstrahere à Physicis, quatenus vtitur modo considerandi, & procedendi Mathematico. Neque exemplum, quod adducitur de dealbatione est ad rem, quia dealbatio dicitur talis solum ratione termini, qui se habet vt eius forma, & non dicitur talis ratione materiæ.

Astrologia multa accipit à physica sed ea probat medijs Mathematicis.

Ad secundam probationem. Concedo certitudinem scientiarum Mediarum, vt pendet à Physica non excedere certitudinem Physicæ, & secundum hanc rationem posse dici secundum quid magis Physicas, non tamen absolutè, vt dixi.

Ad tertiam probationem, etiamsi ratio Physica, quod includit obiectum mediarum sit vltimum, non tamen omne vltimum habet propriam rationem finis, qui dicitur intendi tanq̃ optimum, ita enim Mors, quæ est terminus vitæ haberet rõnem optimi, ex Arist.2.phy.te.23.

14 Ad quartam probationem Resp. Ex Tiennensi loco citato, quod licet consideratio naturalis ordine naturæ, & ordine intellectus sit media, quoniam prius naturaliter est linea, quã sit terminus corporis naturalis, & prius sit naturaliter hic terminus, quàm sit visualis, tamen quoad esse abstractũ, consideratio mediæ scientiæ est media inter considerationem purè Mathematicam, & considerationem purè naturalem, quia purè Mathematica est simpliciter abstracta, Physica verò simpliciter non est abstracta, Media verò scientia non est simpliciter abstracta, vt purè Mathematicæ, neque, vt ita dicam, contracta, vt purè Physicæ, vt ostendimus in conclusione.

Qualis sit abstractio Mediarum.

Dices. Videmus conclusiones scientiarum Mediarum nũquam probari per principia purè Mathematica. Sed semper includi aliquid Physicum, posse tamen probari per principia purè physica, vt declarat Alber. de Saxonia loco citato, & patet dum probamus in Physica Cælum, & Terram esse corpora circularia. ergo conclusiones Mediæ sunt magis Physicæ, quam Mathematicæ.

Resp. Conclusiones huiusmodi quatenus ꝓbantur per media Physica nō pertinere ad scientias Medias, sed ad Physicam, vnde potius retorquetur argumentum, nam huiusmodi cõclusiones, vt pertineãt ad scientias Medias debent probari modo Mathematico.

A

TRACTATIO SECVNDA.

De ijs, quæ sunt præmittenda ante Libros de Physico Auditu.

DIctum hucusque est de ijs, quæ attinent
B ad essentiam scientiæ Physicæ in vniuersum, & quoniam eius prima pars ex omnium consensu sunt Libri de Physico Auditu, ideo illis aliqua nobis præmittẽda sunt. Prima dubitatio, quis fuerit auctor horũ librorũ.

QVÆSTIO PRIMA.

De Auctore horum librorum.

DE hac Masius 1.phys. in proœ. sect.3. q.5. Concedunt non solum Recẽtiores, sed etiam Antiqui Scriptores horum 1
C librorũ auctorem fuisse Aristotelẽ, idq; Simplicius probat 6 physicor. initio, Priores quinque libros esse Arist. dicique naturales, tres vero cõsequentes inscribi de motu auctoritate Theophrasti, & Eudemi, qui fuerũt Aristotelis discipuli, & Andronici Rodij, q; ex Plutarco in Silla, & Porphyrio in Plotin. primus omnium libros Aristotelis in ordinem redegit. Et confirm. quia Aristo. in alijs libris hos citat, tamquam à se scriptos, vt dicemus infra, & collegit Franciscus Patritius lib.4. discussionũ Peripateticarum.

Auctor est Aris.

Tres vltimi inscribi de motu.

Neque in hac re est controuersia, solum dubium facere videtur. Primum, quia Laertius ho-
D rum non meminit, licet dicat scripsisse tres libros de Natura, vnum Physicum, & triginta octo naturalium secundum elementa, nũquam tamen horum meminit.

Respondetur 1. Argumentum ab auctoritate negatiuè non valet.

2. Respondetur, quia fortè inscriptio mutata est, præsertim ab Andronico.

3. Respondetur, hoc esse fortè, quia cum varia fuerint exemplaria librorum Aristotelis, vt patet ex Ateneo lib.5. & fusè ostendit Patritius lib.3. & 4. varias etiam potuerunt habere descriptiones, vel hi continentur in illis 38. naturaliũ positis à Laertio. Alij Respondent Laertium
E tantum lib. exotericos numerasse; nam Acroamatici, etiam ipsis discipulis fuerunt multo tẽpore ignoti. & colligitur ex Strab. lib.13. Plutarcho in Sill. & Patrit. lib.6. Et Confirm. quia Laertius vixit ante Andronicum, qui diuulgauit libros Acroamaticos, nã vixit tẽpore Sexti Empirici, non longè ab ætate Tiberij Augusti, & Patrit. lib.3. at And. vt ait lib.10. fuit multo post

Varia exemplaria librorum Aristot.

Acroamatici dici ignoti, & ab Andronico diuulgati.

post. fuit .n. ex Amm. in lib. 1. perh. in praef. ab Aristotele vndecimus: sed obstat, nam Simplicius in 7. Phys. narrat Eudemũ Aristotelis auditorem scripsisse ad Theophrastum, vt ad se mitteret exẽplar aliquod correctum lib. Phys.

Simpl.

Secundũ Zenocrates ex Laertio dicitur scripsisse 6. libros de natura, & sex de Physica auditione. Respondetur esse alios libros, non hos.

Xenocrates.

Tertium Suidas videtur indicare esse Nichomachi filij Aristotelis, & Iustinus Martyr, qui floruit sub Marco Antonio vero numerat nouem. Respondetur Suidam tantum dicere Nichomachum sequentem vestigia patrum inscripsisse quosdam de Physico auditu. Ad Iustini auctoritatem respondetur fortè deceptus fuit in numero, propter litterarum affinitatem, & librum septimum nõ absolutè reiectum esse ab Eudemo, vt refert Simplicius hic, sed in illum non edidisse commentaria, vide Patrit. lib. 3. discussionum.

Esse Nichomachi. *Iustinus.*

QVAESTIO SECVNDA.

De Inscriptione horum librorum.

FEdericus Pendasius vt in 8. lib. phy. lib. 1. inscriptione 2. par. 11. Zabar. & Piccolomineus initio, Toletus in prolog. quæst. 2. Masius sect. 3. quæst. 4.

DVBITATIO PRIMA.

An hi libri inscribãtur de Physico auditu? & an hæc inscriptio toti scie tiæ, an vero his octo libris fuerit attributa?

1 PRimo Notandum est, scientiam hanc dici Physicam, quia tractat de rebus naturalibus, quod enim physis grauis, nobis natura significat; neque nomen naturæ hoc loco significat essentiam rei, nã iuxta hanc significationẽ omnia entia, etiam spiritualia, vt Deum, & Angelos complectitur, de quibus hæc nostra sciẽtia non tractat. Sed significat principium motus, & quietis. vnde scientia hæc valet de rebus concernentibus motum, hujusmodi autem entia non sunt spiritualia, sed corporalia, vt infra fusius.

Dicitur physica quia est de naturalibus. *Natura hic non significat essentiam.*

Secundo Not. inscriptiones librorum à varijs peti solere, non solum ab alijs auctoribus, sed etiam ab Aristotele, vt putant aliqui. Sed Franciscus Piccolomineus in introductione ad scientiam de natura cap. 31. vult Aristotelem inscriptionem semper sumpsisse ex re, de qua agitur, vel ex aliquo eam circumscribente, vt patet ex inscriptione librorum Metaphysicorũ qui non sunt inscripti ab ordine, quod illi libri sint post physicos, vt aliqui putant, sed à reipsa, quod post naturalia sunt diuina, de quibus in ijs libris tractatur, & similiter libri Meteororũ non à loco nomen sumpserunt, sed à rebus, quod Meteora ea sint, quæ fiunt, vel apta sunt fieri in loco sublimi, de quibus in ijs libris agitur, quod idẽ patet de libris, qui de moribus, vel de Republica inscripti sunt. Vnde fit, vt etiam inscriptio, quæ est de physico auditu à rebus ipsis sit sumpta, quod vt intelligatur.

Inscriptiones sumi solent ex varijs capitibus Piccol. semper à re tractata. *Meteorologici non à loco, sed à re tractata.*

A

Notandum Tertio, dubitare solere, an hæc inscriptio attributa sit toti scientiæ physicæ, an vero solum his octo libris, in quibus agitur de corpore physico in communi. Nam Adrastus in suis libris de ordine Aristotelicarum commentationum, referẽte Simplicio in Prooemio in physicam, putat hos octo libros non inscribi de physico auditu, sed de principijs, vel de motu. Fundamentum sumitur, quia numquã Aristoteles citans hos libros sub hoc titulo eos citat, sed varijs nominibus, vt rectè aduertit Perer. lib. 2. cap. vlt. num. 1. de cœlo tex. 20. citans primum librum Physicorum, inquit quẽadmodum in primis sermonibus dictũ est, quo etiam nomine 4. cœli 28. appellat octauum librum Physicum, quem tamen primo de Generatione tex. 14. vocat sermones de auditu, & 8. Physic. 23. ait definitam esse naturam in naturalibus, idest 2. lib. Physic. quo etiam nomine 8. Physic. tex. 4. & vlt. vocat tertium librum sicut prius dictum est in Physicis, quem primo Cœli tex. 54. dicit etiam circa principia, *quemadmodum*, inquit, *ostensum est in his, quæ circa principia dicta sunt à nobis*, similiter 2. de Generat. tex. 61. loquens de 4. libr. *quemadmodum*, inquit, *in his, quæ in principio, sermonibus determinatum est*. Sextum vero librum nunc appellat in vniuersalibus de motu, vt 2. Poster. tex. 14. nunc primos sermones de motu, vt 7. 8. Physic. tex. 68. nunc libros de motu, 1. Cœli 38. 3. Cœli 5. & lib. de sensu, & sensil. hunc de natura vniuersaliter, vt 8. Phys. tex. 40. Ex his igitur patet, numquam hos libros hoc nomine ab Arist. appellari. Sed dici vel primos sermones, vel de motu, vel Physicos vel de principijs, seu circa principia, & licet Perer. singulis huiuscemodi nominibus nõ appellari omnes octo libros, sed quatuor primos libros appellari physicos, & circa principia, sextum vero, & octauum dici de motu, tamẽ placet singulis his nominibus ab Aristotele fuisse designatam integram tractationem, quæ continetur his octo libris, quia citans illos, vtitur nomine plurali, vnde designantur plures libri. 2

Inscribi de principijs ex Adrasto. *Aristoteles hos libros citat varijs nominibus.*

B C D

Perer. soluit fundamentum Adrasti. *Instatur pro Adrasto.*

Confirm. quia ex sententia Pererij hæc inscriptio non fuit præposita his libris ab Aristotele, sed vel à Teophrasto. vel alio Aristotelis discipulo. Teophrastus .n. vt refert Fonseca in proemio Met. cap. 8. opera Aristotelis in ordinem digessit. Confirmatur 2. quia hic titulus non conuenit adæquatè his libris, sed toti scientiæ Physicæ, tractatio enim acroamatica de natura, non adequatè continetur his octo libris, sed caeteris omnibus libris Physicis.

E

Sed contrarium docet communis sententia tum veterum Græcorum, & Latinorum, tum Recentiorum secundum scilicet hunc titulum de Physico auditu, apponi, non toti scientiae, sed tantum his octo libris, quod his libris contineatur doctrina necessaria omnibus reliquis partibus Physicis, neque in his conuenientior ratio peti debet, quam communis sensus, & traditio Doctorum. Neque obstat, quod aduersa- 3

Hæc inscriptio conuenit tantũ his octo libris.

Soluuntur arg. aduers.

uersarij opponunt, nam ad primum Resp. Aristotelem numquam hos libros citare sub hoc titulo, siue quia non ipse, sed alij hunc titulum præposuerunt vt ait Perer. siue quia Aristoteles citauit singulos libros ex materia, quæ in singulis tractatur.

Ad primam confirm. Resp. probabilem valde esse opinionem Perer. ex argumento proposito, quod nunquam Aristoteles citauit hos libros sub hoc titulo, non tamen inde sequi hunc titulum non conuenire his octo libris, nam quicunque fuerit, qui hunc titulum adinuenit, voluit his octo libris præponi.

Ad secundam confirmationem Resp. peti rationem. cur hæc inscriptio conueniat his libris, quod non intelligitur, nisi intellecta explicatione illius inscriptionis, Ideo

DVBITATIO SECVNDA.

Cur hi libri inscribantur de Physico auditu.

Conimb. in proœm. q. 5. art. 8. Toletus loc. cit. Pendasius loc. cit.

Variæ rationes huius inscriptionis.

1 PRimo notādum varias rationes huius inscriptionis afferri à scriptoribus. primo enim Auer. initio ante proœ. in hos libros ait per eū significari non fuisse ab Aristotele scriptos hos libros, sed eo disputante ab auditoribus, quæ disputabantur, annotata, dicique de naturali auditione, idest de ijs, quæ Discipuli audierūt de rebus Physicis ab Aristotele, quæ Auerrois interpretatio magis placet ea, quam affert Perer. lib. 2. c. 10. vt scilicet idem sit de naturali auditione, ac de naturali sermone, quod auditio per translationem significet sermonem, & contra, cum hæc ad inuicem referantur, vtitur autem Aristoteles translatis potius, quàm proprijs verbis ob maiorem quandam suauitatem illorum, vt dicitur in tertio Rhetoricorum cap. 20. verum hæc interpretatio Perrerij mihi non satisfacit, tum quia dura, tum quia nullum habet in Auerroe vestigium veritatis, tum quia illo modo explicata Auerrois opinio magis recedat à vera interpretatione illius inscriptionis, vt patebit ex dicendis.

Hi libri nō fuerunt scripti ab Aristotele, sed ab auditoribus annotati ex Auerr.

Reijcitur Ratio Perer.

Secundo Albertus primo Physicorum tract. 1. cap. 4. & Aegidius in proemio Physicorum autumant dici de Physico, quia his libris totum negotium Phisicum virtute comprehenditur, quod in ijs tradantur principia physica vniuersalia, ex quibus alia pendent, & quia principia audienda posuit quam demonstratione cognoscimus, ideo inscribuntur de Physico auditu per quandam excellentiā, vnde etiam solent inscribi de Physicis principijs, sed hanc interpretationem rectè confutat Perrer. quod principia hic posita demonstrentur, quod sint, & non esse infinita, neque vnum, sed tria, & in tertio libro multa demonstrātur de motu, aliaque in alijs. Tertio D. Tho. initio Physicorum putat ita inscribi, quia per modum doctrinæ ad audientes traditi sunt, sed neque placet Perrerio, nam cum hæc explicatio conueniat

Dicitur physica quia principia virtualiter cōtinens totam scientiam.

De Auditu quia principia audienda, & non Rationem cognoscimus ex Alb. & Perer.

Dicuntur tales tradita ad auditores ex D. Thom.

etiam alijs partibus, non est, qua ratione approprietur his octo libris.

A Quarto Piccolomineus in introductione ad scientiam de natura c. 31. qui ait hos libros duplicem habuisse inscriptionem, vnā propriam singulorū librorum, qualis est de principijs, de motu, & aliæ, de quibus supra. Alteram communem omnibus octo libris & dicitur de naturali auditu, quæ duas habet partes, prima denotatur res, de qua agitur, altera verò modus, quo explicatur. pro denotanda re dicitur de naturali (absolutè scilicet, & in vniuersim, quia his libris traduntur principia, communia, & passiones rerum Physicarum, vnde significantur, tum præstantia materiæ, tum vtilitas, cum principia communia virtute contineant

Dupliciter inscribuntur primo à re tractata secundo à modo tractādi, ex Piccol.

B cætera. Sed difficultas manet de altera parte inscriptionis, cur dicatur de auditu, seu auscultatione. Pro cuius explicatione.

Secundo Notan. communiter à Doctoribus huius rationem reddi, quod hi libri acroamatici sint. dicunt enim ab Aristotele duo librorum genera fuisse conscripta, alterum eorum, qui dicti sunt exoterici, de quibus 1. de Anima tex. 54. vbi referens sententiam dicentium animam esse armoniam, citat huiusmodi libros, *vt dictum est in ijs, qui in communi fiunt, sermonibus*, & idem signat 1. Moralium Eudemi. cap. 5. *plurimi autem*, inquit, *modi sunt tum per vagatarum, populariumq; rationum, tum*

Ratio inscriptionis ex opinione auctoris

Aristotelis libri alij exoterici, alij Acroamatici.

C *Philosophicarum, quibus hæc inquisitio, idest de summo bono fieri solet.* alterū eorum, quos vocant acroamaticos, seu auscultatorios, quam diuisionem recipit Cicero lib. 4. ad atticum Ep. 1. lib. 5. de finibus. Plutarchus in vita Alexandri. Galen. in fragmento de substantijs naturalium facultatum, ex Græcis Ammonius præfatione in prædicamenta. Themistius in proemio Physicorum, vel potius Simplicius, qui putatur esse auctor illius proemij, qui idem expressè docet 4. Phys. tex. 87. vbi exteras rationes ait esse communes, & probabiles, non tamē demonstratiuas, neq; auscultatorias, idest aptas ad tradendam disciplinam, & in proœ-

D mio Phys. explicans inscriptionem, ait. *Auscultatio dicitur ad eum modum elaborata, vt in præceptionem, & auscultationem aliorum sit proposita*, & 1. Cœli tex. 100. ibi, *quēadmodum in vulgaribus sententijs*, ipse interpretatur exoterica, idest, scripta populariter, neque ab hac explicatione recedit Auerroes ibidem, & Alexander 1. Top. & fusius Eustratius 1. Ethic. cap. vlt. explicans id, *dicuntur autem hæc ipsa in exteris etiam disputationibus*, ait ex operibus Aristotelis alia à discipulis eius scripta sunt, qui ad eum audiendum conueniebant, quæ ipse in publicis scholis disserebat. Alia priuatim ad aliquos extrinsecus, ar-

E gumento illi accommodato, quod vnusquisq; requirebat illa acroamatica, idest auditoria appellantur, quippe auditoribus publicè conscripta; hæc exoterica, quasi extera, siue extranea dixerit, quia vnumquodque ex ipsis ad priuatum aliquem extra auditorium publicum cōpositum fuit. de qua etiā diuisione Aulus Gell.

lib. 2.

lib. 2. noct. act. c. 4. Clem. Alex. lib. 5. ſtromat. Strabo. lib. 13. & videtur illam ſignificare Ariſt. 4. Phyſ. t. 87. 1. Cœl. t. 100. 1. Ethic. c. 13. 6. Eth. c. 4. 2. Pol. c. 1. 3. Pol. cap. 4.

Laertius huius diuiſionis non meminit.

Dices Laertius, qui diuiſionem operū Ariſtotelis exquiſitè in eius vita narrat, huius diuiſionis non meminit.

Reſp. ſatis illam ſignificaſſe, dum refert varios fuiſſe ab Ariſtotele conſcriptos lib. de eadem materia, deinde etiamſi Laertius eam diuiſionem expreſsè negaret, iure illis poſſet opponi auctoritas tam multorū, tamque illuſtrium virorum. Quare huiuſmodi diuiſio videtur ab Ariſtotele dimanaſſe, & ad nos vſque deueniſſe quaſi traditam per manus, & voces omniū Peripateticorum, neque in hac re video quid poſſit difficultatem nobis ingerere, niſi ſolū, quod non ſatis conſtat quinam ſint libri exoterici, & qui acroamatici. Pro cuius rei explicatione.

4 *Qui libri ſint exoterici, & qui acroamatici variæ opiniones.*

Et el qui exotericos, qui populariter, acroamaticos, qui ex cauſis procedunt.

Tertio Not. de Exotericis, atque acroamaticis libris non ſatis inter ſe Doctores conuenire; primo. n. alij dicūt libros exotericos dici, qui ex communibus, & probabilibus, atque ad populum accommodatis rationibus procedunt, vt ſunt libri de hiſtoria animalium. Poetici, Rhethorici. Acroamaticos verò, qui rerum naturas, & proprietates ex ſuis cauſis explicant, vt ait Cicer. lib. limatioris doctrinæ, & hinc oritur alia differentia, vt exoterici dicantur, qui ad populum, vel priuatum quemque accommodabantur, eo quod in ijs vtebatur ijs rationibus, quas quisque poterat capere, huiuſmodi autem rationes ſunt, quæ dicūtur probabiles. Acroamaticos verò dici, qui ad auditores ſimul in cōi dictabātur, & explicabantur, ita Simplic. in proem. Phyſ. Aul. Gell. Euſtr. Them. & ſequuntur ferè cōmuniter Latini, vt Perer. Tol. Conimbr. Pendaſ. in phyſ. inſcrip. 2. par. 10. vbi ait Nomen *Acroaſis* ſignificare actū audiendi, & quia idem eſt motus, qui eſt à mouente, & in re mota ſignificat etiā actum docendi, & hinc etiam ſignificat actum diſceptandi.

Fundamentum quia Ariſtoteles in his, qui extant libris quando prærequirit cognitionem alicuius rei minimè accuratam, & exquiſitam ab ipſo alibi explicatam, remittit lectorem ad ſuos libros exotericos: ergo libri exoterici ſunt ij, in quibus res non exquiſitę, ſed probabilibus rationibus explicatur.

Alex. conqueritur libros acroamaticos fuiſſe publicatos.

Confirm. quia quando Alex. conqueſtus eſt per Epiſto. ad Ariſtotelem, qui libros acroamaticos publicaſſet, vt refert Aul. Gell. loc. cit. per auſcultatorios viſus eſt denotaſſe totam inſpectricem diſciplinam: vnde Plut. in vita Alex. putat ſcriptam eſſe eam Epiſtolam in vulgatione librorum Metaphyſicorum.

5 *Exoterici dicūtur omnes, qui de re tractant extra ſuū locum, & nō qui populariter.*

Secundo alij dicunt libros exotericos dici omnes, qui ſunt extra opus, in quo verſatur; non enim certo genere comprehenduntur ita Sepuluenda in Scholijs in tertium Pol. c. quarto, neque probat communem expoſitionem Cic. & aliorum, ꝙ exoterici ſint, qui populariter ſunt ſcripti. Cui errori occaſionem dedit Epiſtola Alex. ad Ariſtotelem ſcripta, in qua conquerebatur auſcultatorios libros fuiſſe ab ipſo vulgatos. Fundamentum huius ſumitur ex deſtructione præcedentis opinionis, nam apud Ariſtotelem exoterici ſermones dicūtur, in quibus difficillimæ quæſtiones tractantur. nam 3. pol. cap. 4. exoterici ſignificantur libris de moribus ad Nichomachum 10. & 1. Moral. Eudem. cap. 5. loquens de idæis, per exotericos intelligit libros Met. *Sed de hac*, inquit, *opinionem multifariam diſputatū eſt in extraneis Sermonibus, qui habiti ſunt de prima Philoſophia.* & 1. Eth. c. 13. vniuerſaliter diſſerit de partibus animæ, vbi appellat libros de anima, qui ſunt difficillimi, exotericos.

Metaphyſici dicūtur exoterici

Libri de anima exoterici.

6 *Exoterici qui extra ſcholam, ſed in circulis.*

Tertio dicunt alij exotericos appellari eos, qui tam vulgati eſſent, quaſi iam ſint extra, & non amplius intra Scholam, ſed agitarentur in circulis hominum. Acroamaticos vero, qui nondum vulgati eſſent, ſed ſolum auditoribus euulgati, quare ijdem libri diuerſa ratione, & exoterici, & acroamatici dicebātur. Ita aliqui Recentiores, qui addunt hunc ſecundum librorum ordinem non fuiſſe proprium Ariſtotelis, ſed etiam Platonis, & Teoph. & colligunt ex Boetio, & Clem. Alex. loc. cit.

7 *Acroamatici in quibus Auctor ſolus loquitur.*

Quarto alij dicunt libros Acroamaticos eſſe Ariſtotelis commentarios, in quibus ipſe ſolus docet, & quæ ſentit, explicat. quare etiam dicuntur *autoproſopa*, ideſt in quibus ipſamet perſona auctoris inducitur, & acroamaticam.

Exoterici qui per dialogum.

Exoterici verò ſunt, qui dialogiſtici, & vt ita dicam collocutorij. In quibus ſcilicet auctor alijs perſonis inductis explicat, populariter quę vult. Ita Ammo. præf. in prædic. qui addit differre plurimum huiuſmodi libros, nam in acroamaticis tamquam apud legitimos, ac veros auditores diſſerens, & quæ ſentit, explicat, & exquiſitiſſimis fulcit argumentis, quæ vulgus aſſequi non poteſt, in collocutorijs autem veluti ad communem vulgi captū, & vſum ſcriptis, ea, quibus aſſentitur pronunciat, & probat, non quidem demonſtratiuis, ſed probabilibus argumentis, quæ ſcilicet à multitudine capi poſſunt. Hinc Amm. partitur Acroamatica in contemplatiua, actiua, & organica, vt apud ipſum fuſius videre licet, quam opinionem videtur ſequi Simplic. in proem. prædic. ex ſentētia Alexandri, licet videatur ſibi aduerſari in proem. Phyſ. vbi hiſtoricos, & dialogos dicit pertinere ad exotericos, Amm. ſequitur Fœlix Acorommonius in adnotationibus in 1. Ethic. ſub finem, vbi addit omnes, qui nunc extant Ariſtotelis libri, eſſe acroamaticos, & videtur Piccolominei in introductione ad ſciētiam de natura cap. 21. vbi ait auſcultatorium Sermonem contradiſtingui à dialogis, & quāuis omnis ſermo ſolutus ab interrogatione, Reſponſione dialogorum propria, dici poſſit auſcultatorius, preſertim tamen ille iudicari debet talis, qui eſt obſcurus, & de re cum attentione audienda, nam auſcultatio, præter auditum, expoſcit attentionem, & huius inſcriptionis rationem affert, vt Ariſtoteles ſe à Platonis ſcribendi modo oſtenderet differentem, nam Plato ſemper dialogis eſt vſus. Ariſtoteles

Simpl. ſibi contrarius.

Acorōmonius.

verò

verò diſciplinam modo auſcultatorio tradidit,
& huius varietatis ratio fuit diuerſitas vtriuſq.
A opinionum de modo addiſcendi ſcientias. nam
Cur Plato dialogis eſt vſus.
Plato ſcientiam cum cenſuiſſet eſſe reminiſcẽ-
tiam quandam, dialogis eſt vſus, vt per inter-
rogationes memoria excitaretur in reminiſcen-
tiam. Et quia vna cum Socrate, ſe hoc vnum
ſcire, quod nihil ſciret profiteretur, nihil ex
perſona propria, ſed aliorum loquutus eſt, Cõ-
tra verò Ariſtoteles, & negauit ſcientiam eſſe
reminiſcentiam, & multa ſe ſcire profeſſus
eſt, & ideo modo auſcultatorio in ſua diſcipli-
Authoris ſententia.
na auditoribus tradenda vſus eſt; & hæc ſen-
tentia mihi probatur, nam non multum à 1.
diſcrepat, cum vtraque aſſerat exotericos dici,
in quibus res tractãtur probabilibus, & ad po-
B pulũ accõmodatis rõnibus. Acroamaticos verò
in quibus demonſtratiuè, ac difficiliores quæ-
ſtiones tractantur, illam popularem fuiſſe dia-
logiſticè, & tractationem exactam traditam
eſſe modo narratiuo, & diſputatiuo. Sed pri-
ma opinio exotericam doctrinam apud Ariſto-
telem vocat, quę populariter eſt tradenda, etiãſi
ſine dialogo tradatur, nam ratio denominandi
non eſt dialogiſmus, ſed modus tractandi per
8 probabiles, & populares rationes. Quare hæ
duæ opiniones mihi non videntur differre. So-
lum poteſt eſſe difficultas, an ex libris, qui ex-
tant ab Ariſtotele, ſcriptus ſit aliquis exoteri-
cus. Sed nobis probatur nullum, nunc extare,
C quia omnia accuratè tractãtur, & ſine dialogo,
Ex libris Ariſt. qui extant nullus eſt exotericus.
nam quod aliqui dicunt libros de hiſtoria ani-
malium, Rhetoricos, Poeticos eſſe exotericos
probari mihi non poteſt, cum ibi exquiſitè pro
ratione materię, res tractentur, & inquirantur
rationes.
Et ex his facile Reſp. ad argumenta Sepul-
uedę, dicimus enim Ariſtotelem de ea re du-
Reſp. ad argumenta Sepulu.
pliciter egiſſe, primo populariter, ſeu dialo-
giſticè. Secundo exactè, & auſcultatorie, vt
colligitur ex operibus, quæ Laertius refert ab
Ariſtotele compoſita, & colligi poteſt ex Ari-
ſtotele ipſo 4. Phyſ.87. 6. Eth. cap. 4. 1. Eud.
c. 8. 7. Eud. initio 3. Pol. 4. 7. Pol. 1.
D Vndę libri exoterici de diuiſione Imperij,
qui ab Ariſtotele citãtur 3. Pol.c.4. non intel-
liguntur, qui nunc extant, ſed alij, qui iniuria
temporum interierunt, quod etiam intelligitur
de libris exotericis de anima, quos citat 1. Eth.
Non extant libri exoterici de anima.
in fine, & patet, tum quia Laertius refert huiuſ-
modi libros de anima dialogiſticè conſcriptos,
vnde Cicero refert lib. 1. de diuinatione. Ari-
ſtotelem ſcripſiſſe dialogum de Anima ad Eu-
demum Ciprium familiarem ſuũ, quod etiam
refert Plut. in vit. Dioniſ. & Themiſt. in para-
phraſi in 3. de anima, tum etiam, quia ibi dici-
tur de ipſa ideſt anima, etiam in exotericis ſer-
monibus ſufficienter, & quædam &c. ſed in
E his libris de anima, quos habemus, non quæ-
dam, ſed ferè omnia traduntur.
Liber verò exotericus de idæis, quem citat
Neque libri exoterici de idæis.
lib. 1. Moralium ad Eudemum non intelligun-
tur libri Metaphyſicorum, qui nunc extant;
ſed tres alij, quorum meminit Laertius in vita
Ariſtotelis, & Cic. lib. 1. & 2. de Nat. Deorũ

quos Euſebius lib. 1. de præparat. Euangelica
A primo ſignificat fuiſſe plures, quam tres, quia
citat quadam ex ſeptimo libro. quod etiam
clarè colligitur ex Ariſtotele loco citato, nam
ibi diſtinguit libros exotericos ab ijs, qui ſunt
ſecundum philoſophiam, & horum librorum
exotericorũ de idæis meminit Ariſt. lib. 13. met.
init. *Iactitata* inquit, *diuulgata ſunt de Idæis
etiam in exotericis ſermonibus*, & notat Ci-
priarus lib. 14. met. in fin.
Quarto Not. hac poſita explicatione libro-
rum acroamaticorum facilè patere rationẽ cur 9
Cur hi libri inſcribantur de phyſico auditu.
hi libri inſcribantur de Phyſico auditu, quia
ſcilicet eſt exquiſita tractatio, & licet huiuſmo-
di titulus conueniat omnibus alijs huiuſmodi
libris, tamen expreſsè, fuit præpoſitus, & ap-
B propriatus his octo libris, tum quia cum ſint de
principijs facultates ſunt de omnibus, tũ quia
principia maiorem curam, & attentionem au-
Cur hæc inſcriptio ſit appropriata his libris
ditorum expoſcunt, tum quia cæteri libri ma-
gis ſunt de rebus particularibus, à quibus
ſumpta eſt inſcriptio, tum deniq; quia Ariſtot.
initio ſuæ Philoſophiæ, oſtendere voluit ſe dif-
ferẽtem à modo Philoſophandi Platonis. Neq;
placet, quod Plutarcus in vita Alexandri refert
querelam Alexandri, quod Ariſtoteles libros
auſcultatorios edidiſſet, fuiſſe de libris Metap.
tum quia non cõſtat, an ea Epiſtola fuerit Ale-
xandri, an ſpuria, vt Pend. loc. cit. tum quia ve-
riſimilius eſt querelam fuiſſe de libris Phyſico-
C rum, quos prius fuiſſe vulgatos; probabilius
eſt, & ob eas Alexandrum coepiſſe conquæri,
tum quia potuit conqueri fuiſſe editos libros
auſcultatorios metaphyſicos, quia erant doctri-
næ reuera auſcultatoria, ſed non denomina-
bantur hoc nomine, quia ſumpſerunt nomen
à re tractata, non à modo tractãdi, & ideo dicti
ſunt Metaphyſici.

DVBITATIO TERTIA.

An hi libri aliter inſcribantur.

NOtandum præter communem inſcriptio- 1
D nem octo libris Phyſicorum tributã, ſin-
Singulæ partes habent ſua inſcriptionem.
gulis partibus propria aſſignatur, vt patet ex
dictis initio præcedentis quæſtionis, vbi retuli-
mus varias Ariſtotelis auctoritates, quibus ali-
quos ex ijs libris citat de principijs, aliquos de
motu. Sed quinam ſint libri, qui dicuntur de
principijs, & quinam de motu non ſatis cõſtat.
Lucillus diuidit in partes tres.
nam Lucillus Philalteus diuidit in tres partes,
prima pars continet primum, & ſecundum, qui
ſunt de principijs. ſecundũ, tertium, & quar-
tum de communibus affectionibus; Poſtrema,
reliquos de motu. Sed illi obſtat auctoritas Ari-
ſtotelis 1. Meteor. in proœmio, vbi inquit, ſe
egiſſe de primis naturæ cauſis, & de omni mo-
E tu naturali, & in 3. Phyſ. initio communes pro-
prietates proponuntur explicandæ ſimul cum
motu. neque apparet diuiſio tractationis pro-
prietatum à motus tractatione.
Græci verò expoſitores, & communes Lati- 2
norum diuidunt in duas partes in primam de
principijs; In alteram de motu, ſed inter ſe non
con-

ueniunt, quos libros prima, quos secunda contineat, nam Simpl. vult quinque prius esse de principijs, reliquos de motu, at Philoponus, & Porphyr. quatuor primos de principijs, postremos de motu. Sed his repugat Aristoteles, qui declaratis principijs in 1. & 2. initio tertij proponit se declaraturum motum, & alias affectiones cum eo connexas, neque placet responsio Simplicij dicentis in 3. & 5. libro agi de motu vniuersim, vt sumitur in definitione naturae, de motu verò secundum se, vt contradistinguitur à principijs agi in tribus postremis libris; nam ibi Aristoteles proponit, & definit motum, neq; in 6. lib. incipit tractationem de motu, sed prosequitur declarare, quæ ceperat in 5. & quo communior est tractatio eo magis debet iudicari de motu, neque obstat quod dicunt considerari motũ, vt relatum ad naturam, nam omnia considerata in Physica referuntur ad naturam, neque obstat ꝙ Aristotelis 8. Physicorum circa initium, loquens de motu, ꝙ sit actus mobilis dicat, *vt definitum prius in Physicis*, sicut etiam 8. Phys. in fine dum negat dari molem infinitam; quia ibi non intelligitur in Physicis, quasi principijs, sed libris, quia omnes sunt de Physicis, vnde 12. metaph. æternitatem, inquit motus declaratam esse in Physicis, at constat declaratam fuisse 8. Phys. solum obijci potest auctoritas Adrastri, Andronici, Eudemi, Theophrasti, qui dicunt tertium esse de principijs, vnde Damasius scribens vitam Eudemi dixit librorũ Aristotelis de naaura, tres esse de motu, peculiariter tamen quinq; primos de naturali ausculatione, quibus maximè fauet Aristoteles 1. de Cœl. tex. 54. vbi probat nõ dari infinitam grauitatem ex eo quod non datur infinitum corpus *vt ostensum est in ijs, quæ circa principia dicta sunt à nobis*, at hoc ostensum est in tertio. Sed huic auctoritati, quæ maximè tamen fauet Aduersarijs. Resp. potest ibi nomine principij nõ intelligi ea, quæ distinguũtur contra communes affectiones, sed intelligi prima pdicata, quæ sunt omnia communia siue principia, siue passiones; hæc enim omnia comparata cum sequentibus possunt dici principia, vt infra.

Soluitur fundamentũ Sim. & Phylop.

3 Tertio alij dicunt primum, secundũ, & octauum esse de principijs, quia octauus est de primo Motore. cæteros vero de motu. Sed huic repugnat Aristoteles, cuius inscriptionem hic quærimus. nam ipse librum octauum vocat de motu 1. de Coel. 38. 1. de Gener. 14. de motu animalium cap. 1. & Confirmatur quia secundo Phys. 71. & 73. ait primum motorem non attinere ad Physicum, ergo ab eo non debet peti inscriptio. Denique patet ex ipsa tractatione, quia liber octauus totus est de motu, & vt explicetur eius æternitas tractatur de motore.

Primũ, secũdũ, & octauũ librũ esse de principijs. Reliquos esse de motu.

4 Quarto alij dicunt omnes octo libros posse dici de principijs, & omnes posse dici de motu, verè tamen duos primos esse de principijs, reliquos verò de motu. Primam partem probant. nam in his libris tractãtur, quæ sunt communia toti sciẽtiæ, atque adeo denominari possunt nomine principij, & motus, vnde 4. Cœli 25. Octauum Physicorum vocat primos sermones, & 8. Physicor. tex. 40. *necesse igitur est*, inquit, *omne, quod mouetur esse diuisibile, vt ostensum est in ijs, quæ vniuersa sunt de Natura*. hoc autem ostẽsum est in 6. Physicorum, non in 5. vt falsò putauit Simpl. & hac ratione hos octo libros à nõnullis dictos fuisse de principijs, vt refert Adrastus apud Simplicium in proem. Phys.

Aliqua ratione omnes posse dici de principijs & de motu, & aliqua ratione nõ posse.

5 Secunda pars patet, nam dictum est supra, in primo, & secundo agi de principijs, & in tertio institui nouũ proœmium, vbi proponit ea, de quibus est acturus, ergo inde incipit noua tractatio de motu, & passionibus, de qua re videndus est Piccol. loc. cit. c. 30. Zab. loc. cit. c. 8. & seq. Pendas. lib. 1. inscript. 3. & 4. vbi structuram horum librorum exponit, & nos infra.

QVAESTIO TERTIA.

De obiecto horum librorum.

1 PRIMA dicentium esse principia, & passiones, quæ sunt communia omnibus corporibus physicis, ita Simplicius, Philoponus, & alij Græci, quos sequuntur Auerr. 1. Phys. tex. 4. 2. Phys. tex. 3. vbi ait principia esse subiectum, & ob id non in his libris, sed 1. de cœlo initio, definitur corpus, & ex Latinis illam sequuntur, Achillinus, Burlęus, & Vicomercatus, Vilelpandus quæst. 2. Buccaferreus, & Genua apud Piccolomineũ cap. 30. Fundamentum, quia Aristot. in proœmio 1. Phys. proponit agendum de principijs, & in proœm. 311. de communibus affectionibus. & in proœmio Meteororum colligit se in his libris declaratas esse primas naturæ causas, & communes passiones.

Obiectum esse principia & passiones communes.

Hi tamen Doctores diuisi sunt. nam quidam dicunt tractare principia rerum naturaliũ corruptibilium, alij vero etiam incorruptibilium.

Verum hęc opinio difficultatem habet, tum quia non apparet vnitas, quæ necessaria est in subiecto, quomodo conueniat principijs, & passionibus, tum quia subiectum non possunt esse principia, & affectiones, sed id, cui conueniunt principia, & passiones; nam hæc non considerantur, nisi gratia compositi. Vnde

Reijcitur opinio prædicta ex defectu vnitatis.

Respondetur Arist. loc. cit. non proponere se acturum de principijs, tamquam de subiecto, sed explicare intentionem circa id, quod debet explicare de subiecto; differt enim subiectum ab intentione, seu scopo, vt rectè aduertit Zabar. 2. de Met. cap. 16. & lib. de præcognitis à cap. 5.

Secunda opinio est dicentium subiectũ proximum esse principia; Corpus vero naturale esse subiectum remotum, & attributionis, quatenus ad id omnia considerata referuntur.

Proximum esse principia, at Corpus esse remotum, & attributionis.

Sed contra, tum quia est contra rationẽ subiecti, vt in ea scientia consideretur gratia alterius,

terius,nam potius omnia considerantur gratia ipsius, tum quia id, ad quod omnia considerata in Scientia referuntur, non solum dicitur subiectum attributionis, sed proximum, cum eius principia, & affectiones declarantur.

Tertia sententia est dicentium obiectũ esse ens mobile,vel Corpus Naturale,non quidem vt supponit personaliter idest pro speciebus corporis, quia hac ratione est subiectũ aliorũ librorum Physicæ, neque vt supponit absolutè .i. ꝑ corpore in sua latitudine sumpto,idest pro conceptu communi Corpori, & eius speciebus, quia ita est obiectum totius Physicæ, sed vt supponit simpliciter .i. pro conceptu communi corporis.Vnde facilè reijcitur obiectio Vicomercati, quod sit idem obiectum totius & partis, non enim est idem eodem modo acceptum, sed diuersum. Ita D. Thom. Aegidius, Mirandulanus lib.15. de singulari certamine sect. prima & ante hos Alb. 1. Phys. tract. 1. cap. 5. quem sequuntur omnes ferè Latini Zabb. c. 7. Piccolom. c. 30. Conimbr. q. 5. art. 4. circa finem Hieronymus Pla. q. 3. in fine, & alij ferè omnes. Et mihi placet & fundamentum patet ex dictis, tùm quia hac ratione ponitur vnitas obiecti, tum quia subiectum dicitur id,cuius principia, & passiones explicantur primo post. l. 25. & 12. Met. initio,vbi ait subiectum esse substantiam, quia explicantur principia substantiæ, at in his libris etiam secundum Aduersarios tractantur principia, passiones corporis naturalis ergo, &c. Confirmatur quia Corpus naturale secũdum rationem communem est scibile,cum habeat passiones de se demonstrabiles,& imperfecta esset cognitio specierum sine cognitione generis. Sed hoc non est obiectum nisi in his libris nã in cæteris,obiectum sunt species corporis, vt inductione patet, & cum Aristoteles 1. Cœli initio, dicit naturalem scientiam versari in Corporibus non id asserit, ꝙ tunc primum aggrediatur tractationẽ de corpore, sed vt significet,sed tunc primum agredi tractationem de speciebus corporis.

3 Obijcies Primo, quia corpus naturale nullibi ex his octo libris definitur; & tamen definitur in libris de cœlo, ergo non est hîc obiectũ.

Subiectum non definitur quãdo est notum.

Resp.1. non esse necessarium,vt scientia definiat suum subiectum, præcipuè quando est notum, vt docet Gal. lib.4. de differentia pulsuum.vnde Aris.in metaphysicis nõ definit ens, neq; in libris de cælo definit cælum, nisi explicando nomen, cum ait neq; esse graue,neq; leue, sed esse super omnia corpora.

Corpus naturale definitur in secundo.

Resp.2. in libris de cœlo non definitur corpus naturale,sed corpus mathematicũ,quod est trinè dimensum, sed potius corpus natutale definiri in secundo Phys. dum tex. 1. ajt corpora naturalia esse, quæ habent naturam,quæ enim habent Naturam, habent principium motus, vt dicitur in tex. 4.

Obijcies secundo principia sciæ debent tractari in aliqua parte scientię,sed Principia Physicæ non alibi tractantur. quam hîc ergo.

Respon.principia scientiæ nullibi tractari vt

A subiectum, sed vbi ipsa tractantur,ibi obiectũ dicitur esse id,cuius ipsa sunt principia,& ideo diximus in his libris corpus esse obiectum.

Principia scientiæ nullibi tractari, vt obiectum.

Obijcies tertio corpus naturale nõ est vniuocum:ergo non potest esse obiectum.

Resp.primo ad obiectum satis esse vnitatem analogiæ.

Resp. secundo an corpus naturale sit obiectum fuse tractat Zabbarella de constitutione scientiæ naturalis cap. 11. & nos alibi.

QVAESTIO IV.

An Octo libri Physicorum pertineant ad Physicum, vel Metaphysicum.

B PRIMA opinio est dicentiũ, Physicã inchoare à libris de Cœlo, hos verò octo libros pertinere ad metaphysicum positosque in hoc vestibulo Physicæ, non vt illius partẽ, sed vt vtiles, & necessarios Physicæ disciplinæ,ita Mirandulanus lib.15.de euersione singularis certaminis, seu Monomachia sect. 1. quod in his tractetur de causis,& intelligentijs.

1 Hos libros ad Metaphysicam pertinere.

C Secunda Opinio est omnium Græcorum, & Latinorũ &c. dicentium pertinere ad physicũ, vt fuse Perrer. lib 2. c.7. & Conimb.q.5.proemiali in fine, & mihi probatur, tum ex auctoritate Aristotelis,1.Phys.tex.vlt.vbi tractationẽ intelligentiarum reijcit,ab his libris, quod pertineant ad superiorem scientiã,& 1. Phys. tex. 8. ait non pertinere ad scientiam de natura,an principium sit vnũ,atque immobile, quod etiã collig. ex tex.12.& 8. Phys. 4. hos libros vocat Phys.in quibus ait se definisse motum esse actũ mobilis. Confirmatur, quia 1. Physic. initio docet pertinere ad Physicum tractare de principijs, quod præstat in 1. & 2. Phys. & initio tertij ad Physicum pertinere tractare de motu, de loco, vacuo,tempore,& alijs proprietatibus communibus, quod præstat reliquis sex libris

D ergo omnes hi libri pertinent ad Physicum. Confirmatur ex inscriptione inscribuntur enim de auditu Physico.

Pertinere ad physicum, ex Græcis.

Secundo probatur ex cõditionibus obiecti, nam in his libris cõnsiderãtur principia,& passiones corporis Naturalis, atque adeo iuxta Regulam 1. Poster. 43. & patet ex dictis corpus naturale est obiectum, at scientia considerans corpus naturale est essentialiter Physica, & eius pars ergo. Confirmatur, quia in omnibus scientijs prius tradenda sunt communia, quam particularia 1. Phys. tex. 4.2. de Gener. 55. & rationem reddit 1. de partibus cap. 1. at predicata communia rerum naturalium, non

Prius conuenit, quam particularia.

E nisi in his libris tractantur.

Tertio Probatur ex ratione abstractionis,nã quæ hic tractantur non sunt abstracta re,& ratione à materia, sed concreta, quæ autem ad Metaphysicum pertinent,sunt abstracta. Confirmatur, quia eiusdem scientiæ est cõsiderare genus,& species generis, & species specierum

Met.

4. Met. tex. 20. ideſt q̃ñ continentur infra abſtractionem pertinentē ad illā ſcientiā, ſed ſi Metaphyſica conſideraret corpus naturale, quod eſt obiectum in his libris, cōſideraret ēt omnia inferiora illius, quia continentur intra eandem abſtractionem, atq; adeo tolleretur diſtinctio Metaphyſicæ à Phyſica, quod licet Aduerſarij concedāt, tñ id falsò ab ijs aſſeri oſtēdemus, cū de ſciētiarū diſtinctione, vt oſtēdit Fonſ. lo. cit. ſiue .n. in diſtinguendis ſcientijs ſpectetur ſolū noſtra cōmoditas, ſiue natura rerum, non poſſunt hi libri pertinere ad eam partem, quæ cōſiderat obiecta abſtracta re, & ratione.

2 Sed contra obijcitur 1. auctoritas Ariſtotelis, qui initio primi de Cœlo facit proœmium pro vniuerſa Phyſica, quia eſt vniuerſalius, eo, quod conſtituit initio librorum Phyſicorum.

Reſp. ex Fonſec. 2. Met. cap. 3. q. 5. ſectione 3. ea ibi ab Ariſtotele non proponi tamquam proœmium totius Phyſicæ, ſed vt connecteret libros de cælo cum præcedentibus, quod vt præſtet, colligit Summam eorum, quæ tractantur in Phyſica, vt inde oſtenderet recta ratione ſe tractare de cęlo tāquā de prima ſpecie inter corpora naturalia, vnde proœmium 1. Phyſ. eſſe vniuerſaliſſimum totius Phyſicæ docent Simpl. Philoponus D. Thom. & Them.

3 Secundo obijcitur, quia ſubiectum in his libris non poteſt pertinere ad Phyſicum, nam eſt cōceptus ſubſtantiæ communis corruptibili, & incorruptibili, non enim principia, & paſſiones, quæ hic quæruntur, conueniunt adæquate corpori corruptibili, vt ſic, neque incorruptibili vt ſic, ergo ſubſtantiæ communi; hęc aūt ad Metaphyſicum pertinet, neque dicas poſſe idem pertinere ad duas ſcientias, quia cum ſcitur per vnam, reliqua eſt ſuperflua.

Idem non pertinere ad diuerſas ſcientias.

Confirm. primo, quia in his libris tractatur de materia, forma, & priuatione, q̃ omnia pertinet ad Metaph. vt patet ex 12. Metaph. vbi de his diſſerit Ariſtoteles, & id docet 7. met. tex. 1. vbi ait, *cauſæ .n. ſubſtantiæ, & principia quærūtur*, q̃ ponit 1. & 12. Met. eſſe mām, formā, & priuatione. Cōfir. 2. nā in 8. Phyſ. demōſtrat dari ſubſtantias ſeparatas, at de his agere pertinet ad Metaph. 3. Met. cap. 2. vbi proponit de his agere, ꝙ præſtat 12. Met. 45. & ſequentibus.

Neque dicas tractari ſub diuerſa ratione ꝙ Phyſicus demonſtrat de Intelligentijs, an ſint, metaphyſ. vero quid ſint, & q̃ earū ꝓprietates; nā demonſtrare de ijs, quod ſint eſt demōſtrare eas eſſe immateriales. At Metaph. non aliunde colligit alia attributa, quam ex immaterialitate.

Proprietates intelligentiarum Ariſt. colligit ex immaterialitate.

Confirmatur 3. nam ſi hi libri pertinerent ad Phyſicū, id eſſet, quia in ijs agitur de motu, at motus pertinet ad Metaphyſicū, tum quia per illum cognoſcuntur intelligentiæ, tum quia Metaph. eſt diuidere ens per mobile, & immobile, tum quia eſt prædicatum quoddam tranſcendens, in nullo enim pñto proponitur, tum quia partes definitionis illius pertinent ad Metaph. definitur enim actus entis in potentia, at actus, & potentia pertinent ad Metaph. 3. Metaph. 7.

4 Reſp. aliqui ſubſtantiam, quæ hic tractatur eſſe affectam qualitatibus ſenſibilibus; ſubſtantiā vero, quæ pertinet ad Metaph. eſſe, quę ſola A quantitate eſt affecta, & naturæ ordine præcedit qualitates ſenſibiles, ſed hæc Reſp. merito reijcitur à Fonſ. nam ſubſtantia vt includit aliquod accidēs nō poteſt eſſe nec corpus Phyſ. nec corpus Metaphyſicū; ſubſtantia .n. nō pōt cōponi ex accidēte, ꝙ ſi dicant ſubſtantiā corporeā dici phyſicā, vt habet ordinē ad qualitates ſenſibiles, tunc illis obſtat, quia eadem rōne vt hēt ordinē ad quātitatē eſt corpus phyſicū; ille .n. ordo nihil aliud eſt, quā ipſa, vel eſſentia, vel inclinatio naturę, q̃ vt ꝑcedit qualitates ſēſibiles, ita & qualitates. Confir. quia ſubſtantia corporea naturæ ordine pręcedit qualitates, & quantitatem, & ſolum, vt componitur ex māta, & forma pertinet ad phyſicū, qa continetur in- B fra abſtractionē phyſicā, & ē principiū motus.

Reſp. negando ſubſtantiā, quæ conſideratur in his octo libris non pertinere ad phyſicā. agit .n. de ſubſtantia corporea, quæ abſtrahit à corruptibili, & incorruptibili corpore, non aūt de ſubſtantia, vt eſt cōis materialibus, & immaterialibus; hæc .n. propriè pertinet ad metaph. ꝙ ſi aliquando metaph. agit de ſubſtātia corporea id facit per accidens .ſ. ad reprahēdēdos antiquos, qui non aliam ſubſtantiam agnoſcebant, quam corpoream, vt infra.

Subſtantia omnis corporea pertinet ad phyſicum.

Ad 1. Cōfir. reſp. Ariſt. duobus locis agere de māta, & forma, primū in 1. Phyſ. vbi de ijs agit, quatenus ſunt principia ſubſtantię in cōi, cū .n. C antiqui non agnoſcerent, niſi ſubſtātias ſenſibiles, cū huius principia tradebāt, putabāt ſe tradere, ſi non reipſa, ſaltē ex ipſorum intentione principia ſubſtātiæ in cōi, & quia ad metaphyſicū pertinet agere de ſubſtantia in cōi, ideo ad eūdē pertinet examinare antiquorū opinionē. ideo agit de māta, & forma, q̃ reſponſio poſſet ēt ſufficere ad locū, ex 12. Met. in quo ſecundo loco agit de materia, forma, & priuatione. verum quia hic locus aliū habet ſenſū, ideo aliter 5

De materia, & forma agitur in phyſica, & metaphyſica.

Reſp. 2º illū locū explicari: primo ex Alex. Auerr. D. Th. initio Met. Ariſt. mētē eſſe in 12. Metaph. agere de primo principio immobili, & ideo vt cognoſcatur quomodo illud principiū D diſtinguatur à reliquis pricipijs breui cōpēdio colligit ea oīa, q̃ idē Ariſt. explicauerat de principijs, tū in 1. Phyſ. tū in reliquis libris metaph. vnde de illis per accidens agit, & ob alium finē, ac in phyſicis. Secūdo explicatur ex eodē Alex. & Auerr. ibi Ariſt. ſoluere quæſt. propoſitam lib. 3. c. 4. an principia ſubſtantię ſint eadem, an diuerſa, vt igitur Ariſt. hāc q̃ſtionē ſoluat; primo numerat varia principia ſubſtantiarū, vt inde colligat, an ſint eadem, an non. vnde tex. 28. cōcludit eſſe ſimpliciter diuerſa, & aliquo mō eadē, .i. analogicè, quia res, cuius ſunt principia ſunt diuerſæ, ꝙ ēt dixerat t. 22. vnde tacitè reprehendit antiquos, volentes eadem principia E omniū ſubſtātiarū, materiā .ſ. formā, & priuationē, quia .ſ. hæc ſunt principia rerū ſubſtantialiū ſenſibiliū; at vero in libris Phyſic. non cōſiderantur principia ſub hac rōne, ſed vt principia tranſmutationis ſenſibilis.

Explicatur ſenſus Ariſt. cur in 12. Met. agat de materia, forma, & priuatione.

Ad 2. Confir. ad phyſicū pertinere tractationē de intelligentijs, non quidē ſin ſe, ſed rōne, 6

motus,cuius sunt principia,cũ .n. ad physicum pertineat,à quo mobilia moueantur, cõtẽplari, & cognoscat omne corporeũ moueri,et mouere ne detur processus in infinitũ, inde collegit dari Motorẽ immobilem, & hunc nõ esse materiæ immersũ,qa sic nõ posset esse immobilis, Quomodo autem id sit, an positiuè immaterialis,an intelligens,an actus purus, & similia Physicus non cognoscit, quia huiusmodi cognitio transcendit fines physicos. Quare ẽtsi Metaph. ex immaterialitate inferat cætera attributa intelligentiarũ (quod tñ non est ita certũ, vt ipsi supponunt) non tamen id Physicus potest colligere, quia transiliret fines suæ abstractionis, neq; inferẽdo primũ Motorẽ nõ ẽsse immersũ materiæ transilit fines, quia sicut est eiusdẽ potentiæ,hoc est oculi cognoscere lumen, & tenebras,ita pertinet ad eandẽ scientiã cognoscere suum obiectum,& negationem illius.

Ad tertiam Resp.aliter motum pertinere ad Phys. aliter ad metaph.ad Physicũ .n. pertinet secundũ se, & quatenus scientia quædã particularis ẽ,quæ versatur in certo rerũ genere.Ad Metaph. vero vt est particularis scientia,pertinet per accidens, non solum ex eo,quod cum cõsideret substantiã immobilẽ,debet etiã cõsiderare aliquo modo substãtiã mobilẽ, vt Phys. considerat substantiam immobilem,sed etiã qa motus est actus quidam, imò ex 9. Met. 7. dr̃ maximè actus, quia scilicet secundũ nostrã cognitionem est maxime notus, & mediũ ad cognoscenda alia esse actu,vt ibi docet D. Tho.& Alex. rebus enim non existentibus, licèt multa possint attribui, nunquam tamen motus.

Metaphysicus cognoscit de motu,etiam vt vniuersalis artifex.

Tum vt scientia vniuersalis,cuius est, & distinguere, & assignare, & defendere obiecta aliarum scientiarum, vt enim possit hęc munera præstare debet cognoscere substantias mobiles, & immobiles,corporeas,& incorporeas, & huiusmodi alia,non quidem perfectè vt particulares scientiæ,sed confusè.

7 Tertio objicitur, quia eadem, quæ in his libris traduntur de natura, tradũtur etiam in 5. Metaph.vnde 2. Met.ait explicandũ esseà Metaph.quid sit natura, quod tñ præstat in 2.Phys.

Confirmatur primo, quia tractatio de causis pertinet ad Metaph.tum quia est transcendens ad omnes substantias materiales, & immateriales,tum quia 3. Metaph.cap.1. quæstionẽ proponit,ad quã scientiã pertineat agere de oĩbus causarũ generibus,& ibi insolutã relinquit, sed in 2. Phys à tex.63. incipit eam determinare.

Resp.hoc argumentum petere solutionẽ illius dubitationis, an 2. liber Met. sit veluti proœmium 2.lib.Phys.nam aliqui putant,vt Iacobus Saldoletus,Franciscus Beatus apud Vicomercatum hic, ex Fonsec. lib. 2.Met.cap.vlt. affirmant librum 2.Metaph. esse connexũ cum lib.2. Phys. tũ quia finis primi libri Metaph. nullã habet connexionem,cũ initio secũdi, sed optimè cũ eo,qui nunc dicitur tertius vbi soluit de quibus dubitauerat in primo, optimè autem 2. lib. Metaph.congruit cũ fine 1.Phys. in quo sunt hæc extrema verba. *Rursus autem alio principio sumpto dicamus.*

Saldoletus putat 2.lib.metaphys esse proœmium 2. libri phys.

Confirm. primo ex 2. Met.1. vbi cum dixisset speculatione veritatis aliquo modo esse facilẽ, probat, quod ab ea non omnes aberrant, sed vnusquisque de natura aliquid dicit & tex. 16. ait in illo lib. non esse quærendam certitudinem Mathem. quia hæc in ijs, quæ materiam non habent, postulanda est,quo fit, vt hic modus naturalis non sit, fortassis .n. omnis natura materiam habet.Quo circa considerandum est primo quid sit natura.

Confirmatur secundo ex ipsa tractatione,nã quæ proponuntur in 2.Metaph.explicandæ de natura,& causis, explicantur in 2. Phys.

Alij tamen tum Græci, tum Latini affirmãt hunc librum pertinere ad Metaph. vt refert Fonsec. lib.2. Metaph. in proœmio, & cap.3. in fine, Simon portius lib.1. de principijs cap. 1. quorum omniũ auctoritas videtur satis sufficiens ad id probandũ.Secũdo quia,q̃ hic tractantur sunt valde vniuersalia, quæ nulli vniuersali scientiæ conuenire possunt, vt *contemplationem veritatis partim esse facilem, partim difficilem, quomodo differat contemplatiua ab actiua,cognitionem,principiorũ,& causarum esse necessariam ad cognoscendã veritatem, in causis non esse processum in infinitũ. Doctrinam de modo inquirendæ veritatis*: Hæc enim omnia, vt ait Niphus pertinent ad Metaphysicam, quæ vniuersalis scientia est, Verum alij sunt, qui victi ex argumentis vtriusq; partis, dicunt hunc 2. librum neque esse numerandum inter Metaph. neque inter Physicos, sed esse proœmium alicuius libri de Philosophia,vel de veritate in vniuersum ab Arist. scripti, qui interijt,cuius initiũ erat de natura, cũ hęc notissima sit,ita colligitur ex Alexandro comm. 1. ante mediũ,& com. 23. post med.

Latini,& Græci aiunt 2.lib. pertinere ad Metaphys. ex Fons. Simon Port.

Ex Alex. lib 2. metaph. nec ad Phys.nec ad Metaph.pertinere, sed ad aliquem qui interijt.

Mihi verò maximã vim faciunt argumenta prius proposita,sed quoniam auctoritas tantorum virorum maximã vim habet in huiusmodi quæstionibus rem dubiam mihi faciunt,cõmuni tamen opinioni assentior, quod in dubio tutius sit communem sequi vnde.

Opinio auctoris

Respondetur ad Argum. primæ Opinionis hunc librum optimè cohærere cũ primo, nam vt recte aduertit Fons. in præf.2.libri, & si finis primi libri poscat initiũ tertij, tñ quia in tertio plurimæ erant proponendę quæstiones,quibus pro vtraque parte tractandis,aperitur via ad inueniendam veritatem rerum spectantium ad Metaph. ideo inseritur breuis hæc tractatio 2. libri de modo inuestigãdæ veritatis,quæ cũ pertineat ad totã Philosophiã merito attributa est Metaph. tum quia cõis quædam scientia est, tum quia ad illam maximè spectat veritatis cognitio, vt 2. Metaph. cap. 1. dicitur quidem iure hoc loco inserta est, cum sit quasi in vestibulo Metaph.& quia in eo reijcitur progressus in infinitum in causis, nam si daretur progressus, frustra laboraremus in inquirenda veritate, quia numquam progressus in infinitum absolui posset. Dicitur autem hic liber à Græcis primus,minor, quam secundus,quia ob suã breuitatem videtur potius appendix quidam primi, quam integer secundus.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

Inter

Inter primum autem Physicorum. & secundum apparet connexio, nam cum in primo diuisisset principia in vnum, & multa, & cetera, in secundo diuidit res, vt inde colligat quid sit natura vnde si secundo Physicorum addiceretur tamquã proœmium liber 2. Met. potius inde efficeretur portentosum corpus, tũ quia supponit tractationem causarum iam factã, de quibus agitur 2. Phys. à t. 27. tum quia 2. lib. Physicorum non est necessarium tam generale principium apponi, quod est apertè Met. neq; illa verba (alio principio sumpto) dicta 1. Phys. significãt aliud exordiũ operis faciẽdi, sed aliud quasi initium tractationis, vt solet Arist. in initijs librorũ vt patet discurrenti per eius opera.

Quæ mẽs Arist. in 2. lib. Met.

Ad primã confirmationem vt respondeatur oportet inquirere, quæ sit mens Aristotelis in eo loco. Auerr. enim & Alensis Aristotelẽ tex. 15. ostendere, quæ sunt illa, quæ impediũt sciẽtiã scilicet cõsuetudinẽ, dispositionẽ naturalẽ, ob q̃ vel nihil credũt nisi mathematicè demõstretur, vel nisi auctoritate alicuius confirmetur & similia, quod impedimẽtũ oritur ex defectu logicæ: quæ docet quid sit demonstrabile, quid verò indemõstrabile, ex quibus tex. 16. concludit Aristoteles nõ esse quærendam in omnibus certitudinẽ mathematicã, sed in ijs tãtum, quæ carẽt materia, quia modus certitudinis mat. nõ est naturalis idest pertinens ad Physicam, quia forte, quod additur propter cœlũ, propter animam rationalẽ omnis natura habet materiã, & ideo inquirendũ quid sit natura.

Quæ impediunt veritatis cognitionem.

9 At D. Tho. & Scotus dicunt primũ ibi proponi quinque modos, quos Antiqui obseruarũt in inquisitione veritatis. primus est propter cõsuetudinẽ .s. in Mathematicis. Secũdus propter cõsuetudinẽ cognoscẽdi ex aliquo exẽplo, vel signo sensibili. Tertius quia assueti assentiri ex Testimonio alterius. Quartus ex nimia subtilitate in inquirẽda certitudine in omnibus, de q̃bus putãt posse reddi certã rõnem. Quintus q̃ certitudo est illis molesta, siue propter impotentiã intellectus, quod nequeãt principia connectere cũ cõclusionibus, siue propter micrologiam, idest inquisitionẽ minutam in paruis.

Cur accedẽs ad scientias debet prius logicam addiscere.

Ex his docet, accedentẽ ad scientias debere erudiri antea, quomodo singula sint recipiẽda, idest quæ cuique scibili debeatur certitudo, q̃ fit per logicã, absurdũ enim est quærere simul scientiã, & modũ sciendi, quia neutrũ acquiretur. Vnde docet in tex. 16. modũ ad inquirendã veritatẽ, q̃ est, vt nõ q̃ratur in omnibus mathematica certitudo, q̃a hęc tñ est in carẽtibus materia, qua ꝑpter modus ille .s. mathematicæ certitudinis nõ est naturalis .i. Physicæ scientiæ conueniens, quia omnis ferè natura habet materiã, & ideo inquirendũ quid sit Natura, vt inde sciatur de quibus est scientia Naturalis. Niphus verò ait Aristotelem tex. 16. velle ostẽdere modũ, quo possit superari difficultas in inquirẽda veritate, & docet id esse, vt prius addiscatur logica, & in qua diligentissimè se exerceãt, quod ostendit ex efficacia consuetudinis, quod probat varijs exemplis, & ideo concludit eum, qui accedit ad disciplinas, debere esse logicum, docetque non esse in vniuersis exquirendã mathematicam certitudinẽ; hoc autẽ secundũ Niphũ dicit, vt ostendat, quales demonstrationes prosequetur in Metaphysica, & Phys. nã rationes, quibus vtitur, possunt videri debiles, ideo se excusat, quod non in omnibus est quærenda exacta certitudo rationũ, sed tantũ in carentibus materia idest, vt omnes exponunt, quæ ratione abstrahunt à materia, nõ re, nam sicut in ijs, quæ sunt immersa materiæ, non potest haberi mathematica certitudo propter defectum obiecti, ita de ijs, quæ abstrahunt à materia re, & ratione, nõ potest haberi certitudo ex defectu nostri Intellectus, dum est in corpore, vnde colligitur responsio ad argumentum, cũ enim Aristoteles ibi doceat modum inquirendæ veritatis, in scientijs nõ mathematicis, sed in Philosophia naturali, ideo non mirum si proponit se explicaturum quid sit natura, cuius definitionem colligit in 2. Phys. ex distinctione inter naturalia, & artificialia, & hinc colligit ad quæ se extẽdat Philosophus naturalis, & ad quas mathematicus, & quę relinquãtur primo Philosopho, quod præstat 2. Phys. à tex. 16. denique ex connexione causarum inter se docet 2. Phys. à t. 70. causas, q̃ motæ mouẽt, vt moueãtur ꝑtinere ad Physicũ, quę verò ita mouent, vt nõ moueãtur, pertinere ad Metaphysicũ, & ex huiusmodi processu physico tacitè traditur modus ꝓcedẽdi in Metaphysica, vt .s. in ea, nõ requiratur mathem. certitudo, & hæc est expositio D. Th.

Non in omnibus quærenda certitudo mathematica.

Huiusmodi sint rationes Physicæ, & Metaph.

10 Verũ ex Alexandro possumus aliter dicere modũ procedendi in alijs scientijs non exigere certitudinem mathematicam, quod aliæ scientiæ tractant de naturis rerum, quæ sunt difficillimæ cognitu, non ita autem Mathematica, vnde inquirendum est, quid sit Natura idest essẽtia, atque in alijs scientijs modus procedendi est, vt prius disseratur de rebus naturalibus, quã de materiæ expertibus, qui enim fuerit in doctrina rerum Naturalium exercitatus, vt ait Alex. is poterit, quę sunt ꝓpria diuinę Philosophiæ assequi, q̃ significat Arist. 6. met. initio.

Cur maior certitudo in mathematicis, quã in alijs scientijs.

Ad secundã confirmationem, quę proponũt in 2. Metaphysices explicari in libris sequentibus Methaphysicis, nã de natura agit in quinto; q̃stionẽ verò de causis nullibi Arist. ex professo determinat, nã in 2. Phys. tantũ obiter, docet ad Physicum pertinere omnia causarum genera, vbi etiã significatur esse aliquas causas efficientes, & finales, quæ ad Phys. nõ pertinẽt. Quare puto eã quæstionẽ virtualiter tãtũ fuisse determinatã dũ in 4. Met. ponitur eius obiectũ esse ens, & tex. 3. ad Met. pertinere, quę cõsequũtur ens. Inter hæc autem est conceptus causæ in cõmuni, q̃ ad Met. pertinet sicut cõceptus causæ coniũctus cũ motu ad Phys. vnde 1. Met. sũma 2. c. 1. incipiẽs tractare de causis, *& si satis* inquit *in Naturalibus cõsideratũ sit*, q̃ etiam repetit tex. 30. vnde patet Resp. ad tertiũ arg. propositũ ꝑ Mirandulano, repetita enim tractatio est signũ hos libros distingui à Met. non enim est cõueniẽs, vt eadẽ repetãtur in eodem opere, & tractationẽ de causis pertinere etiã ad Phys. satis patet ex dictis, de quare legẽdus est Fonseca lib. 1. cap. vlt. q. 1. sect. 2. ad vltimum.

QVAESTIO QVINTA.
De diuiſione librorum de phyſico auditu.

ART. I. Explicatur vbi tractat Ariſtoteles de principijs.

1 *Horum librorũ vna pars agit de principijs altera de paſsionibus corporis.*

COnſtat hos libros ex cõmuni ferè omnium ſentẽtia in duas diuidi partes, vt recte monet Simpliç. in 5.& 6. Phyſ. in procmio,& alij in 1. Phyſ. in proem. in prima agitur de principijs, in 2. de paſſionibus corporis naturalis, cuius diuiſionis ratio eſt ex Zabbarella de conſtitutione ſcientiæ naturalis c.8. nã cu ſubiectũ horum librorum ſit corpus naturale, duplex erit, ſicut etiam in alijs ſcientijs intentio auctoris, vna, qua explicat, principia corporis, altera, qua accidentia. Quam diuiſionem comprobat etiam auctoritas Græcorum, præſertim Andronici apud Simplicium loco citato, qui hanc diuiſionem agnoſcunt, licet differant inter ſe, quibus in libris agatur de principijs, quibus verò de accidentibus;nã Simplicius ex Andronico tractationem de principijs ait cõtineri quinq; primis libris, reliquis verò de motu; nã &ſi in 3.& 5.agatur de motu,& in 4.de loco & tempore, tamen non agi per ſe, ſed per accidens, ideſt ad explicanda naturã. Quare in 6. incipit tractatio per ſe de motu.

Simplic. putat quinq; primis libris agi de principijs, in reliquis verò de motu.

At Philoponus, & Porphirius apud Simp. 5. Phyſ. initio putant tractationem de principijs contineri quattuor primis libris, ſequentibus verò de motu.

Alij verò, vt Aſcanius Cometius in præfatione in Phyſicam, tractationem de principijs internis contineri 1. & 2. de externis 7. & 8. reliquis autem intermedijs libris ideſt 3.4.5. & 6. contineri tractationem de paſſionibus. Verùm ex dictis patet tractationem de principijs contineri primo, & 2. libro reliquis verò ſequentibus tractationem de motu, & alijs paſſionibus, quæ nomine motus intelliguntur à Græcis, quod motus inter paſſiones Phyſicas principem locum obtineat. Ita D. Thom. initio Meteororum, quem ſequuntur omnes fere Latini, & colligitur ex Ariſtot. 3. Phyſ. initio, vbi numerat ea accidentia, de quibus eſt acturus, quo circa vt mens Ariſtotelis percipiatur primum videnda eſt connexio, & ſtructura primi & 2. libri, tum vero reliquorum.

Auctoris opinio quod de principijs agatur in 1 & 2. & in reliquis de motu.

2

ART. II. de connexione primi, & ſecundi libri.

DIfficultas eſt, cur Ariſt. in eadem tractatione bis agat de principijs in 1. & 2. Reſpõdẽt aliqui in 1. agi de principijs rerum naturalium, vt ſunt in fieri; in 2. verò de principijs rerum naturaliũ in facto eſſe, quæ dicuntur principia compoſitionis, ſed contra nam cum Ariſtoteles proponat ſe acturum prius de vniuerſalibus, & principia generationis non cõueniãt adęquatè corpori naturali, ſed generabili: principia autem eſſendi conueniunt adæquate corpori naturali, prius agendum erat de principijs eſſendi, quàm generationis, & quia magis vniuerſalia, & quia adæquatè competunt obiecto horum librorum. Propter hoc Doctores vario modo explicant intentionem Ariſtotelis, horũ librorũ, & ipſorũ ſtructurã, & diſpoſitionem, de quibus nos iudiciũ feremus in noſtris commentarijs in textum Ariſtotelis. Interim vero ſolũ referemus hiſtoricè, quæ Ariſtoteles hîc tradit, tũm verò quid alij ſentiant, vt quiſque iudicium ferre poſſit, quæ opinio ſit, Ariſtoteli magis conformis. Quare.

A

3 *Primi libri prima pars eſt proemium, ſecũda refert opiniones antiquorum, 3. ponit propriam.*

Notandum 1. in 1. libro agi de principijs tranſmutationis, & diuiditur in tres partes ſcilicet Proęmiũ, vbi proponit ſe acturũ de principijs rerum naturalium docetque textu 2. modum procedendi in Phyſ. vt ſcilicet à notioribus procedatur, & docet ordinem, & diſpoſitionem partium doctrinæ, vt ſcilicet vniuerſalia prius tradantur.

B

Deinde in 2. parte refert opiniones antiquorum, & demum explicat propriam ſententiam.

Opiniones docentium principiũ eſſe vnum.

Notandum 2 Ariſtotelem à tex. 6. propoſita dignitate diuiſiua, quod Principium aut eſt vnum, aut non vnum ideſt plura, incipere referre opiniones, dicentiũ principium eſſe vnũ, & immobile, vt Parmenides, & Meliſſus, vel vnum, & mobile vt Phyſici. Ex quibus alij dicebant eſſe aerem, alij Aquam. Deinde refert opiniones dicentium eſſe plura, vel finita, vel infinita.

C

Confutat eſſe vnum mobile. Qui ponebant infinita.

In textu nono confutat opinionẽ dicentiũ eſſe vnũ principium, ſed prius monet hoc non pertinere ad naturalem, nam nulla ſcientia poteſt probare ſua principia, & ideo rationes ex alia ſcientia ſumẽdas eſſe, ideſt vel met. vel dialectica, idque præſtat vſque ad tex. 32. probans non eſſe vnũ principium immobile, ſoluitque rationes Parmenidis, & Meliſſi, quæ nos referemus in quæſtionibus. Deinde à tex. 32. incipit euertere opiniones antiquorum Phyſicorum, dicentium eſſe vnum, vel plura mobilia, & pręſertim, qui ponebant eſſe infinita, vt Anaxagoras, quod præſtat vſque ad tex. 41. vbi concludit melius quidẽ eſſe pauciora, & finita recipere, & hinc incipit ſuam explicare ſententiam colligens ex opinione Antiquorum, principia eſſe aliquo mod contraria, idque ratione probat tex. 42. quod definitio principioru ſcilicet *neque eſſe inuicem ex ſe, neque ex alijs, ſed ex his omnia*, conueniat primis contrarijs, nã quia prima ſunt, non fiunt ex alijs, quia contraria non ex ſe inuicem, & quoniam vt à t. 43. incipit probare nõ quodlibet à quolibet fieri, vt v. g. Muſicũ non fieri ex quolibet non muſico ſed ex immuſico; Infert textu 47 ex contrarijs omnia fieri, licet Antiqui nõ ſatis conuenerint inter ſe in explicandis huiuſmodi contrarijs, quod alij Priora, alij poſteriora, & nonnulli ratione alij ſenſu notiora accipiant, tñ vt tex. 48. & 49. dicitur, oportet principia eſſe contraria.

D

Probatur principia eſſe contraria.

4 *Cur non infinita ſed finita.*

E

Inquiruntur principia ſubſtantialis mutationis no accidentalis.

In tex. verò 50. incipit explicare, num principia ſint duo, vel tria, vel plura, non enim poteſt eſſe vnum, quia in vno nõ eſt contrarietas, neque infinita. tũ Primo quia ꝙ eſt, ideſt cõpoſitũ ex illis, nõ eſſet ſcibile, ſecũdo quia in omni genere vno vna eſt contrarietas, ſubſtantia autẽ eſt vnũ genus; vbi notandũ hic inquiri principia ſubſtantiæ, ꝙ ſint prima, vnde excluduntur principia mutationis accidentalis, quod ea ſint

ex

ex alijs; tertio,nam eius,quod fieri poteſt per finita,non ſunt ſtatuenda principia infinita.Phyſica autem fieri poſſunt per finita, nam Empedocles omnia ſaluat per principia finita, ſicut Anaxagoras per infinita;quarto, quia ſi principia contraria eſſent infinita, omnia contraria eſſent principia, quia infinitũ omnia includit, & nihil ſui generis extra ſe derelinquit. at hoc eſſe abſurdum patet.nam contrariorũ alia ſunt priora, alia poſteriora, & alia fiunt ex alijs.at q̃ non ſunt prima,& fiunt ex alijs non debent ſtatui principia, quod explicat Ariſt. dicens; *principia autem oportet ſemper manere*, ideſt eſſe prima, *& non fieri ex alijs*, & in alia non reſolui. Vnde concludit principia neq; eſſe vnũ, neq; infinita, atque adeo eſſe finita. hæc autem non eſſe ſolum duo contraria, probat tex. 51. nam quia ſola contraria non ſufficiunt pro rerum generatione, non enim denſitas faciet raritatem, & contra, neque amicitia litem congregat, & facit aliquid ex ea, neq; lis ex illa, ſimiliter de alijs cõtrarijs ab antiquis poſitis, ſed vt ex ijs aliquid producatur,requiritur tertium ideſt ſubiectum. Vnde aliqui plura huiuſmodi ſubiecta conſtituunt, & cõfirmant tex.52.quia alioqui aliquis poſſet negare, contraria nõ eſſe principia, niſi ponatur aliud tertiũ, quod proſequitur probare vſque ad textum 56. in quo textu concludit tria eſſe principia, ſcilicet duo contraria,& ſubiectum quod vnum ſufficit pro duobus contrarijs, & ibidem oſtendit non eſſe plura tribus. nam ſi plura eſſent, vel ob materiam, & non, quia munus materiæ eſt pati ad ꝙ vnum ſufficit,vel ob contrarietatem,& neque. nam ſi primæ contrarietates eſſent duæ conſtituẽtes quatuor principia, deberet poni duplex materia, cum tamen ſatis ſit vna.Secundo ſi ex vtraque contrarietate poſſunt omnia ſcorſum fieri, iam vna contrarietas erit otioſa, vel non poſſunt omnia ex vtraque contrarietate fieri,& tunc neutra contrarietatum erit cõmune principium contra definitionem poſitam, quod ex eis omnia fiant. Denique quia impoſſibile eſt in vno genere eſſe plures primas cõtrarietates, at ſubſtantia Corporea naturalis eſt vnũ genus, cuius principia quæruntur: ergo in eo eſt vna prima contrarietas.

Infinitum nihil ſui generis extra ſe relinquit.

Principia non eſſe ſolum duo contraria.

Requiri tertiũ ſubiectum.

Oſtendit nõ eſſe plura tribus.

5 Deinde in tex.57. conſtituto numero ternario primorum principiorum incipit inueſtigare, quænam ea ſint, facta prius diuiſione generationis in ſimplicẽ, & compoſitã ſecũdũ modũ loquendi. Simplicem enim appellat,quando prædicatum tribuitur vni ſcilicet ſubiecto, vt homo fit muſicus,vel priuationi, vt immuſicus fit muſicus.Compoſitam verò quando prædicatũ tribuitur coniuncto ex ſubiecto, & priuatione,vt homo immuſicus fit homo muſicus deinde notat duplicẽ modũ loquendi in generatione rerũ,vnũ in recto,vt homo fit Muſicus, alterum in obliquo,vt ex non muſico fit Muſicus. primus modus loquendi denotat ſubiectũ permanens, quod competit generationi accidentium,& priuationi ſolum competit, quatenus denotat ſubiectum priuatum, cum dicitur immuſicus fit Muſicus. Secundus verò loquendi modus conuenit priuationi, & ſi aliquando

Quæ generatio dicatur ſimplex, quæ compoſita.

A tribuitur ſubiecto,cũ dicitur ex lignis fit ignis, ei conuenit ratione priuationis annexæ formæ ligni, quæ interit. vnde non conuenit omni ſubiecto.Quare nõ dicimus ex homine fit Muſicus. ex hac igitur diuerſitate modi loquendi, infert tex. 59. diſcrimen inter materiam,& priuationem, & inde tex. 60. infert neceſſitatem materiæ, quod proſequitur vſq; ad textum 63. vbi colligit principia eſſe tria,ſ.duo contraria, & vnum ſubiectũ.Cuius naturã ait in textu 69. & 70. cognoſci per analogiam ad artificiata.

Ly ex denotat terminũ à quo.

Principia eſſe tria duo contraria, & vnũ ſubiectum.

6 Hinc tex. 71. ait ex hoc numero principiorum poſſe ſolui dubitationem Antiquorũ negantium generationem, & corruptionẽ ex eo, quod omnia, quæ fiunt, vel fiunt ex eo, quod

B eſt,vel ex eo,quod non eſt. vtrumq; autem putabant impoſſibile. Reſpondet enim tex. 75. nihil fieri ex eo, ꝙ non eſt, vt tãquam ex principio componente, ſed fieri ex eo,quod nõ eſt ex accidente, vel materia,cui accedit priuatio, q̃ eſt,nõ eſt,& nõ ineſt in compoſito.Vnde negatur nihil poſſe fieri ex non ente per accidẽs: quia omnia fiunt ex materia,cui accedit priuatio; & cum dicunt ens non fieri ex ente.

Ex ternario principio ſoluitur an res fiat ex ente, an ex non ente.

Reſpondet tex.76.verum eſſe per ſe, ſed negatur non fieri ex ente ſecundum accidens: nã dum animal fit ex animali,vt equus ex cane;tũc animal incluſum in equo, non fit per ſe.ex animali,incluſo in cane; ſed equus fit per ſe ex ca-

Terminus, ad quem per ſe nõ præſupponitur in materia.

C ne; ideſt non equo; quia natura non fertur per ſe in productionẽ illius,quod præexiſtit in materia, ſed in id,quod non eſt in ea; vnde ſi ens, vt ens fieret oporteret, quod nullũ ens præcederet, quod eſt impoſſibile:At quia non fit ens vt ſic, ſed hoc vel illud ens,ideo nõ poteſt præcedere aliquod non ens,vel negatio entis,ſecũdum eam rationem, ſecundum quã dicitur fieri.quæ negatio re vera eſt in alio ente: quare ꝙ fit,non fit ex omnino nihilo,ſed ex aliquo ente, quod eſt aliquo modo non ens.

Reſpondet 2.tex.78.rem non fieri ex ente in actu,ſed ex ente,quod eſt in potentia, vt fuſius 9.Mot. oſtendit: quare ex ignoratione materiæ

Antiqui non agnouerunt naturã materiæ.

D antiqui errarunt:nam vel eam omnino ignorarunt,vel non diſtinxerunt à priuatione,vt t.79. & 80. oſtendit, vbi materiam vocat matrem,& priuationem maleficam, & probat tex. 81. eſſe matrem,ꝙ illi conuenit appetere formam,ſicut fœminæ marem,& turpi pulchrum, nõ .n. appetere formã cõuenit ipſi formæ,quia nõ caret ſeipſa,neq; priuationi,quia contraria ſe mutuo deſtruunt,ergo couenict materię,quatenus habet priuationem.vnde dr̃ turpis, & fœmina,de qua in tex. 82.explicat, ꝙ ſit incorruptibilis,& ingenerabilis ſm̃ ſe.vnde definit illã eſſe *primũ ſubiectũ vniuſcuiuſq; ex quo fit aliquid, cũ inſit,& non ſecundũ accidens,& ſi quod interit, in hoc abibit vltimũ*. Deniq; in.tex. vl. reijcit

E conſiderationem de principio ſm̃ formã, .i. de ſubſtãtijs abſtractis ad primã Philoſophiã, .i. à 12.met.43.vbi quærit,an ſint, & quot, & proponit ſe acturum de phyſicis, & corruptibilibus. vnde concludit à ſe determinatum,quod ſint principia,& quæ, & quot, hæc in primo.

Principium ſecundum formã nõ pertinet ad phyſicum.

7 4. not. in secũdo lib. primũ explicat quid sit natura, quid habens naturam, quid secundum naturam, & hoc vsque ad textum 7. hinc docet Naturæ nomen conuenire materiæ, & formæ, sed magis formæ, & hoc vsque ad tex. 16. hinc vero vsque ad tex. 27. explicat, quomodo Phys. distinguatur à Mat. & hinc vsque ad tex. 39. agit de quatuor generibus causarum, quæ per se concurrunt ad effectum, & hac occasione agit de casu, & fortuna, de quibus primũ propositis sententijs antiquorum reprehendit eos, quod illa non explicarint, atque definit fortunam, & casum, eaque interse distinguit, & hoc vsque ad tex. 75. vbi facta numeratione causarum, incipit agere de causa finali, & 1. vsque ad tex. 87. probat contra antiquos naturam agere propter finem, hinc verò ostendit necessitatem rerum non solum sumi ex materia, vt falso Antiqui putarunt, sed etiam ex fine. Vnde concludit tex. 91. ad physicum spectare agere de causa materiali, & finali, & præcipue de finali, quia hæc est causa materiæ, at materia non est causa finis.

Forma est magis natura, quã materia.

Causa materialis, & finalis ad physicum pertinent.

ART. II. De ordine inter 1. & 2. librum variæ opiniones.

8 MAgnã cõtrouersiã exortã esse nostris tẽporibus inter Zabbarellam, Piccolomineum, & Pendasium, de ordine inter hos libros & ratione ordinis, nam licet conueniant, quod in his libris agatur de principijs, tamen differunt in ratione, cur de illis tractetur, nam Piccolomineus in introduc. in scientiam de natura cap. 17. putat in his libris agi de principijs relatis ad motum, & generationem, de quibus quatuor explicanda sunt, 1. ex quibus principijs res fiant. 2. ex quibus elementis res genitæ constent. 3. per quas causas res cognoscãtur. 4. quomodo causę pſertim natura suo opere ꝓducant non temere, sed gratia finis. hinc Arist. tractationem de principijs diuisit in quatuor partes ordine naturæ seruato. Vnde primò tractat de principijs rerũ, quatenus fiũt, & hoc in primo libro, vt pollicetur in ꝓemio & colligit se declarasse in fine.

Agi de principijs relatis ad generationẽ ex Piccolom.

Liber secundus diuiditur in partes quatuor

Natura nõ agit temere.

Secũdo agit de Elemẽtis, ex quibus res constãt, & hoc ab initio libri 2. vsque ad tex. 27. & quia elemẽta intrinsecus rẽ constituentia sunt eius natura, ideo de natura disserunt.

Tertio agit de Causis, in qbus res debet, cognosci, nã prius res est, quã cognoscatur, & de hac re agit 2. Phys. à tex. 27. vsq; ad tex. 75. idque probat. nã in tex. 27. proponit se acturum de causis propter sciẽtiã rerum naturalium.

Quarto explicat modum operandi Causarũ à tex. 75. vsque ad finẽ libri, & confirmat quia hac ratione in 1. lib. præsertim explicatur materia cum priuatione, quia hæc est principium maximè necessariũ generationi. Deinde explicatur, pſertim forma, quia hæc pſertim constituit rẽ, tũ in declaratione causarũ pcipue explicatur efficiens, q hæc maximè conferat ad cognoscendas proprietates. denique explicans modũ operandi naturæ præsertim agit de fine, & quia in ordine compositionis, quem Aristoteles seruat in Physicis ab internis ad externa progrediendum est, ideò primo agit de principijs internis, tum de externis, ex quo colligit tractationem primi libri ex natura sua esse primam, sicut res primò fiunt, quàm sint, & nascantur, & non ex accidenti ob confutandas varias de principijs veteres Philosophorum opiniones, qui omnes res corporeas generabiles, & corruptibiles esse putarunt; hæc Piccolomineus.

9 Notandum Zabbarellam alio modo Aristotelis mentem interpretari, aliamque rationem reddere huius ordinis, putat enim in cap. 9. de constitutione scientiæ naturalis, rerum natura spectata, primum librum non pertinere ad hunc locum, sed ad libros de generatione, & corruptione, vbi agitur de rebus generabilibus, vnde in procemio librorum de generatione, proponit agere de causis generationis, & corruptionis in vniuersum. Quare principium physicæ, si natura rei spectetur, debet esse à 2. libro, nam ibi definitur obiectum, .i. corpus naturale, & traduntur principia scientiæ, vnde 1. Phys. tex. vlt. Aristoteles ait, *rursus aliud principium capientes* &c. ex quo Vicomercatus dixit procemium 2. libri esse exordium totius Physicæ, & signant Fonseca 2. met. c. 3. in expositione textus in fine, tractatio autem primi libri præposita fuit, non quia id exigebat natura rerum Physicarum, sed ob commoditatem nostræ cognitionis, cum enim obiectum Physicæ nulla habeat principia adæquata essendi, sed tantum cognoscendi coactus fuit Aristoteles ob meliorem nostram cognitionem præponere primũ librũ primo quia illa tractatio iuuat ad cognitionem naturæ, vnde sumit principium tota Physica, vt enim cognoscatur, quid sit habens naturam, non satis erat cognoscere quid sit natura, facile enim erat cognoscere naturam esse principium motus insitum corpori naturali, sed necessarium fuit cognoscere, quod nam esset hoc principium, materia ne, an forma, & ob id necesse fuit cognoscere an corpus constaret ex materia, & forma, quod in primo libro præstitit Aristoteles, cum huiusmodi compositio facile ex generatione rerum colligatur. Secundo quia cum Antiqui non agnoscerent, n si corpora generabilia, & corruptibilia Aristoteles, qui nondum ostenderat cœlum esse ingenerabile, & incorruptibile, Antiquorum opinioni se aptauit, ab ijs principijs suam Physicam exordiens, quæ ipsi putabant esse communia omnibus rebus Phys. quia ex principiorum cognitione, aliorũ cognitio pẽdet, & ego addo hãc tractationem fuisse necessariã, vt vitentur errores, qui possent irrumpere in Scientiam Physicam, nisi opiniones Antiquorum reijcerentur. Et præterea qa ex principijs generationis colligũtur principia compositionis, quæ communia sunt omnibus rebus Physicis, secundum probabiliorem sententiam. vnde Zabbarella cap. 11. affirmat, quod licet hæc tria principia, vt sunt principia essendi conueniant tãtũ rebus corruptibilibus, tamen

Zabar. opinio de mente Arist.

Tractatio primi libri præposita est ob faciliorem nostrã cognitionem.

tamen vt sunt principia cognoscẽdi, conueniũt omnibus, quia conferunt ad tractationem, quæ habetur 2. phy. vbi traduntur principia cognitionis, & ideo in 2. phys. 1. declarat nomen naturæ, à principio ad tex. 15. & quia sicut res distinguitur ab alijs rebus per formam, ita vna scientia ab alia distinguetur per modum considerandi; ideo per naturam distinguit naturalẽ scientiam à Mathematicis, & quoniam dixerat Arist. formam esse rei naturam, ideo etiam declarat, qualis esse debeat tractatio de forma in scientia naturali, vt inde Physicam distinguat à Mathematica: hęc enim omnia scilicet definitio quid nominis subiecti, & explicatio rationis formalis sui obiecti sunt principia quædam cognitionis, quæ dirigunt totam sciẽtiam, & ideo initio declaranda fuerunt.

ART. III. Explicatur ratio cur Aristot. agat de causis.

10 QVA ratione Arist. hic agat de causis, respondet Zabar. reiecta prius opinione Piccolom. tacito eius nomine, tractationẽ hanc de causis non esse propriè Physicam, sed Logicam particularem, quæ est propria singularum sciẽtiarum, & traditur in singulis scientijs, nam vt rectè notat Auerr. præfatione in posteriora, & 20. physic. comm. 16. & 1. de partibus animalium initio, duo esse regularum Logicarum genera, aliæ sunt vniuersales omnibus disciplinis, de quibus agitur in Logica, alię particulares .i. applicatæ particulari materiæ, quæ traduntur in singulis sciẽtijs, vt v.g. Logica tradit qualis debeat esse demonstratio in communi .i. vt procedat ex causis, &c. Logica vero particularis, quæ traditur à Physica, docet quales debẽt esse causæ illæ, quas assumit Physicus, nõ enim Logica vniuersalis, potest id præcipere, cum non cognoscat conditiones obiecti physici, & ideo in 2. phys. tractat de causis, vt ostendat declaratis causarum generibus, physicum demonstrare ex omnibus generibus causarum, præcipuè tamen ex fine, quia natura quicquid agit propter finem agit, vnde hic tractatio pertinet etiam ad principia cognitionis, quia inde monemur, qua methodo in sciẽtia physica progrediendum sit. huic vero tractationi connexa est cognitio de casu, & fortuna, quia cum docuisset Arist. physicum demonstrare per omnia genera causarum, & præcipuè ex fine, tandem ostendit necessitatem in rebus naturalibus tribuendam esse materiæ propter finem, non fini propter materiam. hinc excludit à rebus naturalibus casum, & fortunam, quia effectus naturales, vel semper eodem modo se habent, vel vt plurimum, sed quoniam multi effectus naturales referuntur ab hominibus in has causas, coactus fuit Aristoteles declarare quid sint casus, & fortuna, docens ea esse causas per accidens, & reduci ad genus causæ efficientis. hæc igitur Zabar. sed quęnam ex his sit verior explicatio mentis Arist. dicemus in explicatione textus, ne hoc loco sim lõgior, quam par est. multa enim essent reijciẽda, & exactius examinanda, quæ Lectorum iudicio relinquimus, nobis satis sit, ea breuiter, & fideliter retulisse. nunc igr̃ pergamus ad explicationem alioɼũ librorũ.

Tractationẽ de causis non pertinere ad physica sed ad Logicam particularẽ, ex Zab.

Duo genera legum Logicarũ.

Physicus demõstrat per omnia genera causarum præsertim finalis.

A

B

C

D

E

QVÆSTIO SEXTA.

De connexione, & structura sex librorum Physicæ auscultationis.

PRIMO notandum Aristoteles explicatis principijs corporis naturalis explicare incipit à principio tertij libri cões passiones, quæ competunt, vel competere vidẽtur corpori physico, & numerat sex, scilicet motum, continuum, infinitum, locum, vacuum, & tempus, & alij addunt sensibile, numerum, figuram, & magnitudinem. 1

Passionum explicatio incipit à lib. 3.

Secundo notandũ inter has passiones, primũ locum ex communi sententia obtinere continuum, seu quantitatem. nam primũ, quod recipitur in materia est quantitas, deinde conuenit locus, cui opponitur vacuum. Tertio, motus, quãtitas enim est necessaria ad motum naturalem, vnde mobilitas non conuenit prius quantitati, nec aliquod intelligitur esse mobile aliquo motu, nisi præintelligatur esse in loco. Quarto, tempus, infinitum vero, & finitum cõueniunt quantitati, & quoniam infinitum supponitur non posse dari, ideo quantitati conuenit finitudo, quam consequitur locus. Arist. tamen non hoc ordine de illis passionibus pertractauit, sed primo tractauit de motu. quare vt huius ordinis ratio reddatur, breuiter, quæ docet Arist. in his sex libris, colligenda sunt, & ideo.

Prima passio est quantitas tum locus tum motus, & deinde tempus.

Notãdum tertio, Arist. in 3. lib. Primum, proponere quæ agenda sunt. Secundo, quæ sunt necessaria ad definitionem motus, & eius naturam cognoscendam. Tertio, declarat definitionem motus vsque ad tex. 12. hinc reijcit sententias Antiquorum circa definitionem motus: definiebãt enim motum esse inequalitatem, alteritatem, non ens, & similia. At Arist. ostendit hæc non conuenire per se motui, quia hæc poni possunt, & tamen nõ ponitur necessario motus. Quinto, à tex. 18. incipit disputare vsq; ad tex. 24. an motus sit in mobili, an in mouente, & hac occasione explicat, quomodo differant motus, actio, & passio, deinde à tex. 24. ad 25. disputat de infinito, de quo ostendit pertinere ad physicum de eo agere, tum quia finitum, & infinitum sunt passiones corporum. tum secundo in tex. 33. quia Antiqui in quatuor cõueniebãt, quæ tribuebant infinito, scilicet quod sit principium, quod sit ingenitum, & incorruptibile, quod omnia contineat, & gubernet, sicut dicũt, qui non agnoscunt alias causas præter infinitũ. Deniq; omnes dicebant esse continuum.

Quatuor conditiones infiniti, ex Antiquis

Deinde tex. 31. sex rationibus ostendit dari infinitum. Primo, ex tempore. Secundo, ex diuisione cõtinui. Tertio, ex generatione, & corruptione rerum. Quarto, quia si non datur infinitum, ergo datur finitum, atque adeo ab alio fini-

ostenditur dari infinitum.

finitum. hoc autem,vel erit sine fine,& sic infinitum,vel ab alio finitur,& sic dabitur processus in infinitum. A Quinto,ex vi intellectiua,quæ cuicunque numero potest addere vnitatem, at intelligitur est à parte rei, qa veritas intellectus desumitur ab obiecto à parte rei.Sexto,qa extra cælum videtur esse corpus infinitum, & locus infinitus. tum tex.34. ponit, & explicat infinitum in actu, & infinitum in potentia, & postea à tex. 35. vsque ad 40. confutat opiniones dicentium dari infinitum, quod est quid ꝑ se existens,& à tex.40.vsq; ad 56.oppugnat,qui constituebant infinitum actu in magnitudine; ex quo à tex.56.ad 63. approbat infinitū in potentia, quod definit *esse id, cuius secundum quantitatem accipientibus semper est aliquid extra accipere*. B redditq; rationem à tex.67. ad 73.cur non possit reperiri infinitum in actu,sed reperiri infinitum in potentia. deniq; destruit rationes ponentium infinitum in actu. hęc in tertio.

Definitio infiniti.

3 Liber quartus physicorū diuidi solet in tres partes, in prima agit de loco,de quo primo ꝓponit rationes affirmantium, & negantium dari locum. Secundo,à tex.14 refert opiniones Antiquorum de loco,easq;reijcit vsq;ad tex.23 Tertiò, explicat tex. 22. quot modis dicatur esse aliqd in alio,nihilq; esse in seipso. soluitq; dubium Zenonis de loco, & hoc vsque ad tex. 30. C Quarto,à tex.30.vsque ad tex.50 vt explicet definitionem,& cōditiones loci multa pręmittit,dicens locum esse inuētum ex motu locali,seq; differere de loco proprio non de loco communi,& inde incipit ostendere,quæ corpora sunt in loco.

4.lib. diuiditur in partes quatuor.

Secunda pars,à tex.50.ad 87.est de vacuo,de quo primo refert dicta Antiquorum, deinde reijcit vacuū,siue ponatur separatum, siue corporibus interiectum.

Tertia pars,à tex.81. est de tempore,de quo primo proponit argumenta,quibus ostenditur non dari tempus. Secundo, disputat de natura temporis, in qua refert, & reijcit quædam Antiquorum dicta, quædam vero approbat, D inseruiant definitioni temporis. Tertio, assignat quatuor proprietates temporum. Quarto,docet quęnam contineantur tēpore. Quinto,in tex 121.explicat aduerbia tēporis. Sexto proponit quinque dubitationes de tempore. Postremo tradit regulam, an aliquid sit idem genere,vel diuersum, dicēs illa dici esse eadem in aliquo communi,quæ in aliqua differentia id proximè diuidente,conueniunt, illa autem diuersa,quæ in aliqua differentia id diuidente discrepant.

4 Liber quintus continet quatuor partes Prima,inuenit species motus. Secunda, explicat quædam vocabula,vt quid sit contiguum,continuum,separatum,consequenter &c. E Tertia, explicat vnitatem motus.Denique explicat oppositionem motuum inter se; & cum quiete, proponitq; tres dubitationes: Prima, an detur motus localis præter naturam. Secunda, à quo generetur quies in motu violento. Tertia,qua ratione nō dentur duo contraria simul in motu, cum mobile partim debeat esse, in termino à quo, partim in termino ad quem, & quies in termino à quo opponatur quieti in termino ad quem.

Lib.5. diuiditur in partes quatuor.

Cur non detur in motū duo contraria.

Liber sextus,tractat de qnte,& diuisione motus,in quo Primo probatur continuū non constare ex indiuisibilibus.Secundo,à tex.33.motū diuidi ex parte mobilis,& ex parte tēporis.Tertio,nō dari primum,dari aūt vltimū instans,seu mutatum esse,& in motu. Quarto,magnitudinem,motum,& tempus sibi inuicem correspōdere,quod prosequitur vsque ad tex. 60. vnde incipit agere de finitate, & infinitate motus. Quinto à tex 67. explicat, quomodo se habet motus ad quietem. Sexto, à tex.75. disputat contra antiquos,præcipuè contra Zenonem,& Democritum negantes dari motum, soluitquę rationes illorum. Denique à tex.86.ostēdit indiuisibile non posse moueri. 5

Liber septimus, licet ab Eudemo Alexādro, & Themistio, superfluus existimetur,quod eadem hic, q̄ in octauo demonstrantur, sed Dialecticis rationibus,vnde ab Eudem.prætermittitur, & à Themistio, & si non totus,multa in eius capita omittuntur.Sed à Simplicio,& alijs recipitur, quod quædam ibi doceat, quæ sunt necessaria ad ea, quę traduntur in octauo, nam primo tractat quęstionem illam,an omne,quod mouetur ab alio moueatur,tum in mouentibus non dari progressum in infinitum. Deinde mouens, & mobile debere esse simul, quæ omnia inseruiunt octauo, deinde quæ sequuntur quęstiones ad octauum,nihil pertinent, vt ad quas qualitates sit alteratio. de qua à tex.20.ad 21.& quæstio de comparatione motuum quoad velocitatem, & tarditatem, de qua à tex. 21. ad finem. 6

7 lib. superfluus dicitur esse ab Eudemo, Alex & Them.

At non sic Simplicius putat.

Liber octauus,solet diuidi in quatuor partes. 7 In prima ꝓponitur quæstio de æternitate motus,relatis opinionibus Antiquiorum, & reiectis.Deinde non probat dari primum motum, & vltimum, tum confutat sententiam Empedoclis,& Anaxagoræ.Denique soluit obiectiones aduersus proposi: ā à se sententiam de ęternitate motus.In secūda parte ex solutione quęstionis,quod omne,quod mouetur,ab alio moueatur,colligit dari primum Motorem immobilem, & hoc à tex.21. In tertia, ostendit dari motum vnum continuum, & perpetuū,& hoc à tex.54. docetq; motum localem esse priorem omni alio motu, natura,tempore,& perfectione,motum rectum non esse perpetuum,& cōtinuum,motum autem circularem esse,& ideo circularem esse primum omnium. In quarta, primum Motorem esse abstractum à magnitudine,& hoc à tex.78. pro qua re probanda ponit quædam præambula necessaria, vt nullam vim finitam posse in finito tempore moueri, & in magnitudine finita non posse infinitam virtutem inesse,sicut in magnitudine infinita non posse esse vim finitam. tum differit de motu proiectorum, deinde refert quasdam proprietates primi Motoris. Demum probat propositam quæstionem.

8 lib diuiditur in quatuor partes.

Dari primum Motorem immobilem.

Motum rectum non esse perpetuum, vt est circularis.

Notandum tertio, rationem ordinis horum 8
libro-

Quantitas eſt prima paſſio corporis ſecundum ſe aut corporis vt naturale eſt motus.

librorum à Piccolom. cap. 28. hanc aſſerri. nam cum ſex ſint affectiones cõmunes corporis naturalis, ex his ſi abſolutè conſiderantur, quantitas eſt prior, atque adeo prius tractáda, ex natura rei. Si autem reſpectiuè ad corpus phyſicum, vt ſic, ita motus eſt prima paſſio; nam natura, Primo, definitur principium motus, ſub quo intelligitur quies, quæ per motum cognoſcitur, vnde Ariſt. quia hic cõſideráuit motum in ordine ad naturam, ideo poſt explicationem naturæ traditam in ſecundo, auſpicatur in tertio tractationem de motu, & de cæteris, quatenus complicantur cum motu, & pro motu requiruntur, de quo explicat primo quæſtiones ſimplices. i. quid ſit motus, quod præſtat in tertio, & quotuplex ſit, & quomodo à mutatione diſtinguatur, ꝙ explicat in quinto, vnde lib. 5. tex. 21. colligens dicta ait: *Quid igitur ſit motus, quid quies, & quot ſint mutationes, & quæ ex mutationibus ſit motus.* vnd nectit 5. lib. cum 3. inter hos autem inſeruit tractationem de infinito, loco, vacuo, & tempore, quia erant vtilia ad cognoſcendum motum, vnde agit de infinito, quia ſi daretur infinitum actu, non daretur motus, & ideo illud reijcit, & approbat infinitum potentia, quod includitur in motu, & in mobili, & quia motus non eſt ſine loco, & ſecundum Antiquos non ſine vacuo, ideo de his tamquam pertinẽtibus ad conſtitutionem motus agit, antequam motum diuidat. poſt declaratiuném loci agit de tempore, ſine quia tempus ſupponit motum, & motus locũ, nam locus eſt terminus motus, & tempus eſt menſura. deinde à tex. 21. 5. lib. ſe transfert ad compoſitas quæſtiones, oſtendens qualis ſit motus, & cur ſit talis, & Primo explicat vnitatem, & oppoſitionem motuum, & quia motus vnus etiam eſt continuus, & in quinto cœperat explicare definitionem cõtinui, & in ſexto abſoluit, dicens nõ componi ex indiuiſibilibus, vnde agit de continuo, nun vt eſt paſſio corporis, ſed vt eſt paſſio motus, ex Piccolom. ibidem, ſed actu diuidi in infinitum, & quia motus habet continuitatem à mobili, ideo quærit, an omne mobile ſit corpus, & quia dixerat motum non eſſe diuiſibilem in infinitum, quærit, an competat diuiſio ex parte terminorum, & oſtendit omnes motus eſſe, inter definitos terminos, & quia motui poterat cõpetere infinitas ex parte téporis, ideo in fine ſexti proponit an poſſit dari vnus motus æternus. pro cuius quæſtionis declaratione aliqua præparat in 7. libro, mox in octauo æternitatem motus probat, aſſignando cauſam æternitatis eius deducendo nos vſque ad primum Motorem, ibiq; finem facit.

Cur de infinito vacuo, loco, & tempore.

9 Quarto notandum, à Zabarell. cap. 12. rationem huius ordinis, pauló aliter explicari. nam putat hic agi de motu, non per accidens ad declarandam naturam, ſed per ſe tamquam præcipua paſſione corporis naturalis. nam cum rõ ordinandi ſemper ſumatur à noſtra meliore, & faciliore cognitione, illa ſemper ſunt præponenda, quorum cognitio eſt neceſſaria, vel vtilis ad reliqua cognoſcéda, & quia cognitio naturæ motus nõ pendet ex notitia aliarum paſ-

Aliter explicatur ordo horũ librorum à Zabarell.

ſionum Phyſicarum, & motus ob ſui euidentiá
A Principem obtineat locum ad reliquas paſſiones cognoſcendas, ideo primum agit de natura motus, poſt quem debebat agere de ſpeciebus motus, ſed quia inter eas ſpecies eſt motus localis, qui nõ poteſt intelligi ſine cognitione loci, cum ſit eius terminus, ideo agit de loco, cui annectitur tractatio de vacuo, quod eſt locus ſine corpore, & quia in 5. libro ſæpe fit mentio temporis, & huius cognitio eſt neceſſaria ad cognoſcẽdam vnitatem motus, & ideo prius tractat de tempore; quibus omnibus præponitur tractatio de infinito, quæ habetur in tertio, qa ſi daretur infinitum, tolleretur motus localis. locus, & tempus. poſt 4. lib. ſequitur tractatiu
B de ſpeciebus motus poſita in quinto, quæ re vera non pertinet ad hos libros. nam hic agitur de communibus affectionibus corporis naturalis, at præter motum localem, qui omnibus conuenit aliæ ſpecies, vt alteratio, accretio, generatio, & ſimilia, ſolum corporibus corruptibilibus conueniunt. Quare ea tractatio pertinet ad libros de generatione, rectè tamen ab Ariſt. hoc loco inſerta eſt, non quidem per ſe, ſed ꝑ accidens, vt ſcilicet declaretur natura motus, vt eſt quoddam totum potentiale, vt enim totum actuale non poteſt perfectè cognoſci, niſi cognitis partibus componentibus, ita non pòt
C cognoſci totum potentiale, vt ſic, niſi cognoſcantur partes ſubiectiuæ, ſi non diſtinctè, ſaltẽ cõfusè, vnde Ariſt. de motu locali diſtinctè tractat in his libris, quia de eo non alibi, de alijs vero ſpeciebus motus valde rudíter, quia alibi diſtinctius tractat.

Tractatio de ſpeciebus motus per ſe pertinet ad lib de generatione, & per accidens ad hunc.

Sequitur ſextus liber, in quo agit de continuo, de quo omnino agendum erat tamquam de accidente corporis naturalis, ſed quia ſimul etiam conuenit motui, & tempori, ideo ne eadem ſæpe repeteretur, agit de eo poſt tractationem motus, & temporis, præſertim cum quinto definiſſet contiguum, & continuũ, quod repetens in ſexto eos libros connectit. 10

Cur prius de motu, & tempore, quam de continuo.

De ſeptimo autem libro putat eſſe partem
D octaui ex Auer. init. 8. & Ariſt. in fine ſexti, vbi ſignificat ſequẽtem tractationem eſſe de æterno motu, quia ad eius tractationem tota ſequẽs tractatio dirigitur. & Confir. quia eadem theoremata tractantur vtrobique in 7. & 8. Sed in ſeptimo leuioribus, in octauo autem validioribus rationibus probantur, idq; preſtitit, vt tractaturus in octauo de rebus altiſſimis viam ad earum cognitionem præpararet ꝑ rationes faciliores.

7. lib. eſt pars octaui, ex Auer.

Vltimum locum obtinet tractatio de æternitate motus, quæ habetur in octauo, nam cum prius egiſſet abſolutè de motu, & deinde de motu, vt continuo, hic agit de motu, vt æter-
E no, cuius probatio ſupponit omnia, q̃ in octo libris traduntur, vt cognitionem motus, loci, temporis, & continui. & Confirm. quia alij libri ſunt de rebus phyſicis vniuerſalibus ſecundum prædicationem, at hic eſt de æterno motu, qui eſt vnus, & ſingularis, & ſignant Ariſt. 8. phyſ. tex. 40. qui motus, licet ſit ſingularis in prædicando, extenſione tamen, & ambitu eſt vniuer- 11

In octauo de æternitate motus.

vniuersalis. nam motus circularis, de quo ibi demonstratur æternitas non consideratur, vt conuenit cœlo, sed vt omnibus rebus naturalibus, & ideo Arist. hũc librum appellat de motu 1.de Gener.14. 1.de cęl.71. quare de primo Motore non ibi tractat tamquam de subiecto, sicut de eo tractat Metaphysica, vt dicitur 2. phys.tex.73. Sed tamquam de principio naturalis passionis, neq; id nouum, nam etiam quãtitas, de qua tractat Mathematicus tãquam de subiecto, explicatur à Physico tanquam passio, & in hoc distinguitur Physicus à Metaphysico in consideratione primi Motoris; vnde falluntur, qui dicunt distingui ex consideratione variorum attributorũ, quod scilicet Metaphysicus de eo consideret, quod sit substantia separata à materia, actus purus, & similia, Physicus vero quod sit Motor immobilis; falluntur .n. nam si primus Motor consideratur à Metaphysico, vt subiectum, omnia attributa cõsiderare debet, alioquin non erit perfecta scientia, & ideo in 2.Met. dicitur de eo, non solum, ꝙ sit substantia, actus purus, &c. sed etiam, quod sit æternus Motor immobilis. Physicus vero qa de eo considerat quatenus est principium motus, ea tantum attributa cognoscit, quæ sunt necessaria ad probandam æternitatem motus, & ideo considerat esse immaterialem, & immobilem, quia alioquin nõ posset æterno tempore moueri, quia non laborat in mouendo, vnde Metaphysicus licet consideret illam substantiã esse æternum Motorem, non tamen vt æternũ Motorem, quia ex hac consideratione respectiua excluderetur consideratio aliorum attributorum.

In octauo non agitur de primo Motore vt subiecto, sed vt principio motus.

12 Et ex hoc discrimine colligitur aliud, cur Metaphysicus consideret quid sit primus Motor, Physicus vero an sit, qa scilicet Metaphysicus considerat vt subiectum, atque adeo debet cognoscere quidditatem sui subiecti, Physicus vero quia considerat respectiuè .s. ad motum, non potuit illius essentiam cõsiderare, quia essentia absoluta est. vnde dici potest tractatio de primo Motore in primo physicorum esse primaria, quatenus sumitur, vt pars tractationis de æterno motu, secundaria autem, vt sumitur distincta à tractatione de æterno motu, quia tractatio de Motore est propter æternum motum. hæc ex Zabarella, & quidem in vtriusq; doctrinæ Zabarellæ scilicet, & Piccolominei essent multa examinanda, quæ hic omittimus, vt breuitati consulamus, & ad difficiliora properemus, & quia in commentarijs nostris in textum melius explicabũtur.

Cur dicatur Metaphysicus considerare quid, & Physicus an sit primus Motor.

A

SVMMA SECVNDA

Refert opiniones Antiquorum

De principijs rerum naturalium, & confutat.

CAPVT PRIMVM.

B

ABsoluto proæmio incipit Arist. principiorũ tractationem à t.6. ad finem primi, & duas diuiditur in partes, in prima vsq; ad tex.41. Veterum opiniones exponit: in secunda, suam explicat, confirmatq; sententiã. Prima item in duas; in prima vsq; ad 13. breuibus enumerat omnes opiniones: in secunda vsq; ad 32. confutat sententiam eorum, qui vnum constituere principium, & illud immobile, tum opiniones commemorat eorum, qui physicè loquentes motum dari existimabant.

Text, igitur 6. incipit diuisione quadam; principium aut vnum, aut plura esse; & si vnum, aut immobile, vt Parmenides, & Melissus dicunt, aut mobile, vt physici; ex quibus alij aerem, alij aquam 6

C Quod si plura, illa aut finita, & tunc vel duo, vel tria, vel quatuor, aut secundum alium quempiam numerum; si infinita, aut vnum genere, idest vnius essentiæ, sed figura, & specie, idest situ, & ordine differentia; vel differentia etiam essentia, ita vt sint contraria, vt dixit Anaxagoras, ita Them. & Porph.

Tex.7. confirmat suã diuisionẽ exemplo Philosophorũ veterũ, quia numerum eorum, quæ sunt, quæ ex principijs constituuntur, quærẽtes; quæstionem similiter proponunt, an sint vnum, vel multa; & si multa, finita, vel infinita, quare similiter quærunt, quot sint ea, ex quibus sunt; ratio huius Arist. dicti ea est, quia cum illi dixerint omnia esse vnum, non ita dixerunt, quia verè existimarent omnia esse ignem, aut aquam, sed quia omnia ex illo primo initio orirentur. 7

D

Difficultates textuales circa caput primum.

PRima Difficul. Quomodo Democritus ponebat principia differre figura, & specie, & conuenire genere. Resp. Quia ponebat athomas indiuisibiles figura, vel rotunda, vel recta, &c. & differentes specie, ratione qualitatum, scilicet caloris, frigiditatis, &c.

2. Difficul. Cur Arist. non diuisit plura principia in mobilia, & immobilia. Respond. Ex Auer. & Burl. quia nemo posuit plura principia, & immobilia, sicut posuerunt vnum, & immobile, vt Parmenides, & Melissus.

E

3. Difficul. An ponentes vnum principium materiale, ponebãt res de nouo fieri. Resp. negatiuè secundum veritatem, sed solum secun-

dum

dum apparentiam; quod aliqui Moderni affirmant etiam de artefactis, quod cum ex ligno fit statua, non fit aliqua res de nouo, sed quia aliquæ partes à ligno remouentur, & aliquæ remanent, dicitur illud lignum esse statua sine alicuius rei aduentu. Sed hoc reijcit Aris. 1.phys. & 3. de anim. 81. & 8.metaph.tex.9 & 12.met. tex.4. vbi artefacta ponit composita ex materia, & forma, quæ est accidentalis, & de nouo aduenit; alias ars nihil efficeret, & in ligno essent actu tot opera artificiosa, quot ex illo fieri possunt.

4. Difficul. Quomodo Melissus, & Parmenides ponebant vnum principium, cum ipsi loquantur tantum de vnitate entis. Respon. Ex Auer., apud Antiquos conuerti ens, & principium secundum existimationem, quia secundum veritatem dicebant dari ens vnum, non autem principium; vnde licet ex vna causa possint esse plures effectus, tamen Antiqui contessissent quidem ex vno principio specie, oriri plura entia numero, non tamen plura specie, quia omnia entia putabant esse secundum veritatem eiusdem speciei, quia totam essentiam, & substantiam rei dicebant consistere in materia, negantes formas substantiales.

CAPVT SECVNDVM.

8 TEx 8 nunc declarat, quam ex his opinionibus ad physicum spectet confutare; nam quæ vnū, & immobile constituit, non est physici refutare, sicut geometra non habet rationem aliquam contra eum, qui ipsius destruit principia, sed alterius est, idest subalternantis, vel omnium communis, idest metaphysicæ ex Simpl. & Themist. vel Dialecticæ ex Philopon. & Auer., vel vtriusque ex D. Thom. ita is, qui agit de principijs, non potest disputare contra eum, qui vnum ponit principium, & ita vnum, idest immobile, nam ex hac propositione tolluntur principia, principium enim alicuius est, vel aliquorum; quare multa supponit.

9 Est autem Tex.9 hæc positio sicut quælibet alia, quæ sermonis gratia dicatur, vt illa Heracl scilicet omnia continuo fluere, & cōtradictoria esse simul vera, vel si quis dicat, omnia quæ sunt, esse vnum hominem; quare confutationem non merentur, & addit.

10 Tex.10 quia eorum.s. Melissi, & Parmenid. rationes, quod contentiosæ sint, .s. Sophisticæ, non est difficile soluere, nam falsa accipiunt, & syllogizandi formam non seruāt Et quidem Melissi ratio est magis molesta, idest vna, quod dubitatione careat, vt Vicomercatus adnotat; & quia vterque in sua ratione falsa assumebant, non mirum, si etiam falsa sequebantur, nam vno incōueniente dato, alia cōtingunt; neque difficile est, vt postquam assenserimus propositioni falsę, assentiamur etiam alijs, quę ex illa sequuntur; Vnde.

11 Text 11 docet quomodo opinio Melissi, & Parmenidis principia tollant; nam physico ponendū est entia naturalia, aut omnia, aut quædam moueri, ex hoc dicit non quod non omnia moueantur; sed quia sufficit ad opinionem eorum excludendā quædam moueri, vt patet inductione; vnde non placet id dictum esse propter polum, & axem, vt Simplic. vel propter animam, vt Alex vel propter potentias, quæ sunt in subiecto, vel virtutes animæ irrationales, vt Philopon. vel propter partes centro propinquas, vel totam terram, vt Auer. Neque eorum ratio est diluenda, quia tunc ratio est soluenda, quando ex principijs ducitur veris, sed malè concluditur; sed quæ non ex principijs veris, non est soluenda, vt quadrationem circuli per segmenta, qualis erat demonstratio Hippocratis Chij est soluenda geometræ, at quadratio Antiphontis nequaquam, quia non seruat principia geometriæ, hinc intra circulum volebat quadratum construi debere, tum reliquas partes semicirculi diuidebat in duas partes; deinde describebat figuram octo angulorum, rursus latera figuræ octogenæ in æquales partes diuidebat bifariam, & inscribebat figuram sexdecim angulorum, & sic deinceps donec veniret ad figuram rectilineam, quæ breuitate laterum adæquaret circulum; vnde vel tolleretur illud principium quantitatem esse diuisibilem in infinitum, vt ait Eud. Simpl. & Themist. vel curuæ rectam adæquari posse, vt ait Simpl.

In Text. 12 concludit, & si hi phylosophi non vtuntur rationibus naturalibus, habent tamen, quia agunt de natura, fortasse aliquantulum disputare de illorum sententia bonum erit, nam perfectè de illa disputare primi philosophi erit, quia scilicet hic agit de ente, vt Themist. & Simpl. 2

Difficultates Textuales in cap. 2.

PRima Difficul. an aliqua scientia particularis possit probare sua principia. Respon. negatiue, quia omnis probatio est per notiora, at scientia nihil habet notius suis principijs. Sed contra, quia eadem ratione neq; scientia vniuersalis, vt est Logica, & Metaphysica, posset probare sua principia, cum nihil habeat notius suis principijs; quod si dicant arguere contra negantes sua principia ex concessis ab aduersario, idem posset scientia particularis. Resp. Burl. posse quidem scientiam particularem id præstare contingenter in aliquo casu, quando scilicet, concedit aliquid in illa scientia, ex quo sequuntur principia negata; at non sic quando nihil tale concedit; sed non potest in omni casu vt potest scientia vniuersalis; quia si aduersarij volunt loqui, & aliquid affirmare, vel negare, tunc vniuersalis scientia, cum consideret ens in communi, potest ex illo arguere, & probare principium negatum, scilicet aliquod ens esse: cætera dicta sunt in Posterioribus.

2. Difficul. Quod principium negabant Parmenides, & Melissus. Resp. negasse principia naturalia, tam cognoscendi, vt plura esse entia, & entia esse mobilia; quam essendi, vt entia naturalia habere principium motus, & quietis.

3. Difficul. Vnde ex positione vnius principij, sequitur contradictio. Resp. Habere vim, quia principium dicit ordinem ad principiatum; quare necessario debent esse plura entia, atque adeo non erit vnum tantum ens; at obstat, si ponatur materiam, & formam esse omnia

nia entia, sequitur. Tantum vnum est, quia vnũ est; & nihil ab vno, est, & similiter tantũ principium est; quia principium est, & nihil quod non sit principium, est, quia materia est principium formæ, & contra. Confirmatur Quia hæc consequentia: vnum principium est, ergo principiatum non est, non valet; ergo propositio illa exclusiua non implicat contradictionem. Antecedens probatur, ex hac simili consequẽtia, quæ non valet, tantum homo est, ergo animal nõ est; consequẽtia probatur, quia vt genus est de intellectu speciei, ita vnum correlatiuum de conceptu alterius. Resp. Venet. ly vnum accipi transcendentaliter, & conuertibiliter cum ente, & sic est verum, quod tantum vnum est, nec pugnat cum illo, tantum principium est: secundo prædicamentaliter, vt est principium numeri, vt accipiebant Antiqui, & sic illi repugnat, & dictio exclusiua addita termino materiali, exponitur per notã pluralitatis, & nõ alietatis, vel infinitatis. Ad confir. Resp. diuersam esse rationem inter illas, tãtum pater est, ergo filius non est, & tm̃ principium est, ergo principiatum nõ est; quia prima est vera, secunda falsa; & ratio diuersitatis, quia nihil pot esse pater, & filius respectu eiusdem, at potest esse principium, & principiatũ; cũ causæ sint sibi inuicẽ causæ in diuerso genere; nec est simile de genere respectu speciei; quia genus est de primo intellectu speciei, at correlatiuum est conceptum secundario alterius.

4. Difficul. cur opinio Eracliti dicatur stulta. Resp. non reprehendi ex eo, quod omnia inferiora ponat in continuo fluxu, sed in eo, quod ob hunc fluxum dixit contradictoria simul verificari, & ex dictis patet, ob similem contradictionem esse fatuam opinionem Melissi, & Parmenidis, & non quia ponerent omnia quiescere, timentes, ne ex motu sequeretur penetratio.

5. Diffic. Quæ fuit ratio Parmenidis, & Melissi. Resp. Parmen. est, quod quidquid est præter ens, est non ens; sed non ens est nihil; ergo, quod est præter ens, est nihil: sed ens conuertitur cum vno; ergo, quod est præter vnũ est nihil, atque adeo tantum vnum est. In hac ratione antecedens est falsum, cum sit exceptiuè, ex quo sequitur ens est non ens, nam valet ab exposita ad vnam exponentium. secundo peccat in forma, æquiuocè accipiendo vnũ, scilicet in præmissis transcendentaliter, & in conclusione prædicamentaliter, & principium numeri. At Melissi ratio est hæc: omne, quod generatur, habet principium; ergo, quod non generatur, caret principio; sed ens non generatur; ergo caret principio, atque adeo fine, & ideo infinitũ, vnum, & immobile, nam totũ occupat. in quo discursu primo est falsũ id, q̃ non generatur, caret principio; nam cælum nõ generatur, & tamen habet principium. secundo inest fallacia consequentis, arguendo à negatione antecedentis ad negationem consequentis.

6. Difficul. Cur Arist. Tex. 10. quæ natura constat, aut oĩa, aut quædam moueri, supponit? Resp. ex Auer. dictũ propter animã, & formas naturales, de quibus est dubium, an sint mobiles, vel immobilis, sed sunt naturales, quia sũt in mobili. Vel secundo dictum propter totam Terram, vel propter partes Terræ, quæ sunt in centro, quæ non videntur esse mobiles, vt Venetus; nam anima mouetur ad motum totius, hinc colligit subiectum physicæ non esse ens mobile, quia non comprehendit omnia physica, scilicet Terram, & eius partes centrales.

7. Difficul. An Physicus possit probare, motum esse. Resp. posse supponi, & demonstrari diuerso genere cognitionis; supponi quidem vt notum per cognitionem sensitiuam, at probari per demonstrationem ex causa, vt eclypsis, quę est nota sensui, demonstratur per causam; quare quod est principium cognitionis, non potest probare; non sic autem, quando est principium cognitionis, & essendi. Respon. 2. Burl. quod licet habeat causam, nõ potest probari, quia non est ignotum, sed manifestum.

8. Difficul. Quomodo Parmenides dicatur posuisse vnum principium, cum 1. phys. tex. 41. dicatur posuisse plura, & contraria, scilicet Ignem, & Terram. Resp. aliqui principium intelligibile esse vnũ, & indiuisibile, s. Deũ; at sensibilia esse plura, & mobilia, sed non placet, quia Arist. hic loquitur de principijs sensibilibus; vnde calumniosè sentẽtiam Parmenidis retulisset, & damnasset. Deinde vnde habent Parmenidem cognouisse substantias separatas, & non esse plures. Denique ratio Parmenidis, quod quidquid est præter ens, sit non ens, non probat de Deo, sed vniuersaliter, non posse esse plura principia, quod cum ens sit vnum, illud principium debet esse vnũ, quia non posset distinctio haberi per non ens.

Resp. hos locos conciliari ex 1. met. c. 5. vbi de Parmenide ait, Coactus ea, quæ apparent sequi, & vnum ratione, & plura sensu putans esse duas causas rerum, & duo principia statuit, calidum, & frigidum, veluti Ignem, & Terram, & Ignem sub ente, Terram sub non ente collocet, quare Parmenides posuit circa eandem rem esse duo, & plura, sed diuerso modo considerata, & hinc 8. phys. 26. dixit Parmenid. id quod est, esse mobile, sed non apparere.

Dices. Quid intelligi per vnum ratione. Resp. intelligi vnum secundum essentiam, seu substantiam, quæ per intellectum potius intelligitur, quam per sensus, & hãc Auer. 1. phys. tex. 41. vocat ens intelligibile, sicut accidentia vocat entia existimabilia, quia secundum Permenidem materia dicitur tota substantia rerum, & ideo vt oĩa conueniunt in materia, ita omnia sunt vnum secundum essentiam.

Dices 2. cum Parmenides præter materiam ponat calidum, & frigidum, & ex his docet calidum esse ens, cur dixit ens esse vnũ. Resp. calorem esse ens, sed non secundum rationem idest substantiale, sed secundum sensũ, seu apparentiam, quæ absolutè est non ens, sed facta comparatione cum frigido est ens:

unde

vnde negabat mutationẽ substantialem rerũ.

Dices 3. si per vnũ principiũ immobile, intelligitur materia, malè reprehenditur ab Arist. cũ materia sit vna, ac ingenerabilis, & incorruptibilis. Resp. non reprehẽdi ex hoc, sed quia putauit essentiam rerũ naturalium totam consistere in materia, & hanc solam dicebat esse ens, cũ detur forma substãtialis, ratione cuius cõpositũ dicitur magis ens, & facit plura composita, ac generabilia ratione plurũ formarũ.

CAPVT TERTIVM.

13 IN Tex. 13. incipit opinionem eorum destruere, qui vnum posuerunt principium, & accomodatissimum principium ad hanc opinionem euertendam sumit ex multiplicitate entis; nam ens multa significat. s. substantiam, quantitatem &c. cũ ergo dicunt, omnia vnum ens, aut sunt vna substantia, aut vna qualitas &c. & si omnia vna substantia, vel vnus homo, aut æquus, aut anima vna; & si oĩa vna qualitas, vel vna albedo, vel calor, aut aliquid generis eiusdem; at hæc omnia differunt inter se plurimum, & dici non possunt esse vnum, nam.

14 Tex. 14. substantia, qualitas, & quantitas, siue separata adinuicẽ sumantur, siue non, semper multa sunt; Quod si dicant omnia esse vnam qualitatem, vel quantitatem præcisa, vel non præcisa substantia, absurdum est, (si tamen absurdum est dicendum, quod est impossibile) quia scilicet impossibile est qualitatem esse sine substantia; nam omnia de substantia dicuntur. Dicit autem solam substantiam esse separabilem, quia licet non possit esse sine vllo accidente, potest esse tamen sine hoc vel illo.

15 Et Tex. 15. Melliss., cum illud ens esse infinitum asserat, quantum necessario debet ponere, cum infinitum sit in quantitate, nam alia infinita non sunt, nisi ex accidẽte, idest beneficio quantitatis, quæ eis accidit; nam in definitione infiniti quantitas ponitur, nõ substantia, aut qualitas; quare duo entia debet ponere quãtitatem, & substantiã; & si ponit solam substantiam, non erit ens infinitum, cum infinitum sit quoddam quantum, ex quo Burl. colligit quantitatem distingui à substantia.

16 In Tex. 16. ex Diuisione vnius eandem destruit opinionem; nam vnum dicitur multiplex vt ens, si igitur omnia dicunt esse vnum, quomodo sunt vnum? aut enim continuum, aut indiuisibile, aut definitione, & essentia, vt merum, & vinum, quæ sunt synonima.

17 Tex. 17. ait nõ esse vnum continuum, tunc ens esset multiplex, nam continuum est diuisibile in infinitum. Dubitatio tamen est, an totum, & partes sint vnum, licet fortasse non pertineat ad præsentẽ Disputationem, sed est ipsa per se se consideranda, & etiam quõ sint vnum, vel plura; & si plura, quõ plura, & eadem dubitatio est de toto, & partibus discretis, nam si sunt idem cum toto veluti indiuiduum, tunc idem inter se; qua in re ab Expositoribus dubitatur, cur interponatur hæc dubitatio Resp Vicomerc. quia cum Arist. dixerit vnum cõtinuum esse multa, quod possit secari in partes, ne illi obijceretur, totum, & partes esse idem, ipse proponit dubium, dicens. hoc non esse constitutum; cætera in Simplicio: Quod si dicant esse vnum, vt indiuisibile, confutat. Hinc collige continuum habere actu partes.

18 Tex. 18. Dum tolleretur quantitas, imò & qualitas, & præterea neque esset finitum, vt putauit Parmenides, quia indiuisibile ipsum est terminus, & finis, & non est id, quod habet terminum, & finem;
A neq. infinitum vt Melliss. nisi eo modo, quo vox dicitur inuisibilis.

Neque, inquit Tex. 19. sunt vnum ratione, nam in Heracliti inciderent sententiam, quia contraria ponerent idem; nam si bonum, & malum erũt eiusdem essentiæ, non magis erit bonum, quam non bonum, quia esset vt bonum, & quia idem cũ malo non esset bonum; idem dicitur de homine, & equo; & non erit quæstio, an ea, quæ sunt sint vnum, sed an ea, quæ nihil sunt sint idem, cum ijs, quæ sunt. & præterea si quantitas, & qualitas sunt idem, idem erit tali esse, & tanto esse: Ex his rationibus, inquit. 19

Tex. 20. Turbati sunt posteri, ne illis eueniret, vt fateri cogentur idem esse vnum, & multa, vt & veteres; vnde aliqui, vt Licophon. verbum (est) 20
B abstulerunt è sermone; nam v. g. non dicebant (Socrates est albus, est Philosophus) sed simpliciter (homo albus homo Philosophus.) Alij non dicebant (homo albus est) sed (albatur) non (ambulans est) sed (ambulat) & hoc ea ratione, ne Verbum (est) adijcientes, facerent multa, quod vnum est, quasi ipsum vnum, aut ens vno tantum modo diceretur; nam quæ vna ratione vnum sunt, multa esse alia ratione possunt, vt si album, & musicũ, licet sunt vnum subiecto, tamen essentijs distinguuntur; sic & quæ vnũ sunt continuitatẽ, multa sunt diuisione, vt totum, & partes, vnde hæsitabãt, & multa esse vnum fatentur, quasi vnum, & multa idem esse non possit. s. diuersa ratione,. s. potentia, & actu, quãuis neq; opposita possint esse idem.

Tex. 21. colligit esse probatum, impossibile esse 21
C omnia, quæ sunt, esse vnũ. neq. rationes eorum, ex quibus ostendunt, difficile est soluere; nam vtriq; sophysticè ratiocinãtur. tum ex forma, tum ex materia; licet Melissi rõ sit magis importuna, sed difficile nõ est, ex vno inconueniente in multa delabi.

Difficultates textuales in cap. 3.

PRima, cur Arist. arguens contra Parmenidem, & Meliss. non petat principium supponendo ens, dici multipliciter, cum illi negẽt entium multitudinem.

D *Resp. non supponi, quod ens dicatur actualiter de multis, sed famosum dictum, quod ens dicatur de decem prædicamentis, quare petit ab illis, si ens est vnum, an sit substantia, an quãtitas &c. Resp. 2. Burl. ens dici de multis, dupliciter. Primo actu, & copulatiuè, & ita nõ supponit, quia supponeret esse multa. Secundo disiunctiuè, & sic nõ supponitur multa esse.*

2. Diffic. an ens dicatur de decem prædicamẽtis vniuocè, an analogicè. Resp. de hac quæstione fusè in Metaphysica.

E *3. Difficul. Quomodo tex. 15. infinitum dicitur esse sub genere quantitatis, cum sit non ens. Respondet Burl. Aristotele loqui de infinito secundum diuisionem, quod est ens, non autem de infinito secundum extrema. Respondet 2. Infinitum aliud esse successiuum, & hoc est ens, de quo quantum prædicatur. Aliud permanens, & respectu huius nõ est genus, secundum veritatem, sed secundum existimationem.*

H Hinc

Hinc Burl. colligit dari puncta, quia quātitati conuenit habere, & carere fine, at finis est aliud ab eo, cuius est finis.

4. Difficul. An pars distinguatur à toto. Resp. de hac Arist. tex. 12. & nos alibi.

5. Diffic. cur cōcedat vnū esse multa. tex. 21.

Resp. de rigore sermonis esse falsum, sed distinguendo secundum intellectum dicentis esse verum, quia vnum subiecto, & multa secundū ratione, vel vnū in actu, & multa in potentia.

6. Difficul. cur Aristoteles dixit Propositionem illam Melissi, si ens est factum, habet principia, si non est factum non habet principium, cū tam affirmatiua, quam negatiua, sint vera de principio temporis.

Resp. id quidem esse verum, sed Melissus non accipit principium temporis, quia non prodest ad suam intentionem probandam, scilicet esse vnum ens immobile infinitum, nam secundum Aristot. cælum non habet principium temporis, & tamen non est infinitum secundū magnitudinē, quare accipi debet pro principio alterationis, vel magnitudinis, & hac ratione assumit falsum.

CAPVT QVARTVM.

23 IN Text. 22. incipit soluere rationem Melissi; nam sumit (si quod ortum est, principium habet, quod ortum non est principio caret:) quam rationem fusè explicat Vicomerc, nam falsò, ait, ꝙ est genitū habere principium, quasi omnis rei sit principium, & non solum generationis simplicis, sed etiam alterationis, & hoc principium existimare non esse temporis, sed rei: quasi nulla mutatio fiat, simul secundum partes, qua mutatione tota substantia simul mutetur; quare multa sunt, quorum generationis principium non est sic, vt pars post partem fiat, & aliqua sit pars, à qua inceperit generatio. Deinde.

24 Text. 24. cur ponitur immobile si est vnum; nam pars aquæ vna cum sit, moueri potest in se ipsa, neque necessarium est egredi ex proprio loco, vt patet in motu circulari quare, & tota aqua similiter; præterea cur non erit alteratio? neque possunt esse vnum specie, nisi ex quo, .f. ex materia vnius speciei, vt naturales quidam; at illo modo, scilicet secundum formam, quo dicunt Melissus, & Parmenid., nemo, nam homo, & equus specie differunt inter se contraria, (idest ita apposita) vt nec simul, neque in vno conuenire possint.

25 In Tex. 25. eodem modo Parmenidis ratio soluenda, & si aliqua habeat propria; nam partim falsa assumit, partim falso concludit; falsa quidem, quia accipit ens simpliciter (idest vno modo dici) quod assumebat expressè, vt vult Vicomerc. cum dicatur multipliciter; non concludit autem, quia si sumantur multa vnum significare in albedine, tamen multa sunt sub albedine; nam non erunt vnum continuatione, quia sunt discreta, neq; ratione, quia alia est definitio albedinis, alia subiecti; neq. ob id, ponitur album esse separabile, sed alterum esse habet albedo, alterū subiectum; quam distinctionem Parmenides non aduertit.

26 Ex his Tex. 26 concludit ens non solum significare vnum, v g. accidens, sed id, quod verè est, & vnum est, quæ est substantia, nam accidens prædicatur de quodam subiecto, quare cui accidit, quod est ens, erit non ens, nam subiectū alterum est ab eo, ꝙ est .f. accidentis; quare erit aliquid non ens; vnde quod est ens, non erit alteri inexistens, quia accidens non poterit habere entis essentiam, nisi ens multa significet, ita vt vnūquodq; sit aliquid ens; at ipsi supponunt ens significare vnum, quare.

A

Tex. 27. si ꝙ verè est, nulli accidit, sed illi aliquid aliud accidit, nō magis significat id, ꝙ ens; quā nō ens, nam si substantia ponatur etiam alba, albi esse essentia non est, vt propriè sit, cum illi non possit conuenire id, quod est, cum sit non ens propriè, ideo album propriè non erit ens, non quidem determinatum .f. non Leo &c. sed omnino non ens, quare ꝙ est, non erit, cum dicatur verè esse album, ꝙ significat non ens: quod si album significat ēt, ꝙ verè est ens, tunc ens plura significabit. Deinde. 27

Tex. 28 cōtra Parmenid. qui ponebat ens finitū, ostendit non posse habere magnitudinē, si ens substantiam significat, quæ ex accidenti est quanta, at non potest esse quāta sine multitudine, nam vtriq; partium .f. substantiæ, & quantitati aliud est esse, vel vtriq. partium, vt ait Simpl. ex quibus cōponitur quātitas. Deinde ēt si ens sit sola substantia adhuc sunt plura entia; nam diuiditur v g. homo in animal, & bipes; quod si hæc non sint substantiæ, erunt accidentia, igitur vel accident homini, vel alicui alteri, quod esse non potest, nam accidēs est id, quod esse, & non inesse potest, sicut sedere, vel id, in cuius ratione ponitur subiectum, qualia sunt accidentia propria, vt simum. 28

B

Tex 29. Præterea definitio totius non ponitur in eis, quæ ponitur in eius definitione, vel ipsum cōponunt, vt in bipede hominis ratio, vel in homine ea, quæ hominis albi est; quare si bipes est accidēs, vel est tale, vt separari possit ab homine, aut homo ponendus in ratione bipedis, ꝙ esse non pōt, quia bipes ponitur in definitione hominis: Præterea neque bipes, & animal possunt esse accidens; nā neq. homo esset substātia, q̄ ex illis cōponitur; sed quod est propriè, .f. substantia, nulli pōt esse accidēs, nam cui ambæ .f. partes definitionis, & vtraq simul etiā accidet id, ꝙ constat ex ijs, ex his concludit, omnia constare ex indiuisibilibus, vel ex partibus inseparabilibus, quia alias essent accidentia, vel ꝙ omnia essent indiuisibilia .i. non cōposita. Ex his conuicti aliqui, ꝙ omnia essent vnum, & id ꝙ non est, verè esset ens (ꝙ dictū propter Platonem aliqui volūt, qui idẹam esse verè ens, māni non esse ens dixit) & altera rōne, qua probabatur, idem esse vnū, & multa; quare quantitatem ex indiuisibilibus componi putabāt, vt Xenocrates, ex hoc textu colligit Burl. genus, & differentiam, quæ sunt partes definitionis substantiæ differre à parte rei. 29

C

D

Tex. 30 soluit rationem illam, si ens vnum significat, & contradictoria nō posse esse simul vera, non ens, esse nihil; nam potest esse, vt non sit ens simpliciter, scilicet substantia, sed sit ens aliquod. 30

Tex 31. Præterea dicere oīa esse vnum nisi præter ipsum, quod est, aliquid aliud erit, est absurdū; nam quis addiscit, aut intelligit, cum audit ens, nisi quod verè est; quod si intelligit hoc .f. substantiam, nihil prohibet multa esse ipsum ens pter hoc ens, quare impossibile est, vt sit vnum ipsum ens. 31

E

Difficultates Textuales in cap. 4.

PRima Difficul. Qua ratione Tex. 24. dicatur, quod quiescente toto continuo possit pars moueri secundum locum.

Resp.

Resp. Burl. duplicem esse motum localem, vnum purum, & hunc directum, & indirectũ, seu lateralem; alterum mixtum cũ motu alterationis, vt est motus rarefactionis, & condẽsationis; quare dicit Primo, pars continui potest moueri motu mixto manente continuitate, & altera parte quiescente, atq; adeo toto non moto; nam patet, vnam partem aeris posse calefieri, ac frigefieri, atq; adeo rarefieri, & condensari; altera nec calefacta, nec frigefacta; sed quod rarefit, & condensatur, mouetur localiter: ergo. Dicit secundo, per motum purum rectum non potest vna pars continui moueri, altera quiescẽte, & manente continuitate; quia partes continui habent eundem terminum, sed moto corpore aliquo localiter, & rectè, mouetur quidquid in suo est; & similiter quiescente toto, quiescit oẽ, quod in illo est; ergo si vna pars continui moueretur, altera quiescente, idẽ punctum continuatiuũ simul moueretur, & quiesceret; & in hoc sensu intelligitur illa definitio Arist. 5. met. tex. 26. & 1 cœl. c. 2. continuũ est, cuius motus est vnus. Dices: eadem rõne, nec poterit moueri motu locali mixto, quia punctũ continuatiuum simul moueretur, & quiesceret. Resp. negãdo consequentiam, quia in motu cõdensationis, & rarefactionis nõ est necessariũ, moto aliquo moueri quodlibet, quod est in illo, nam aer potest condensari versus parietẽ immota superficie proxima parieti; & sic in rarefactione, quod si aliquis aer rarefiat secundum se totum vna medietas mouetur, secundũ vnam differentiam positionis, & altera versus alteram differentiam positionis; sed immota superficie, ad quam partes copulãtur; quia rarefactio, & condensatio non terminantur ad punctum copulatiuè inclusiuè, sed exclusiuè, & ideo ille punctus nõ mouetur, sed quiescit parte mota. Dicit tertio, potest vna pars moueri, altera quiescente motu laterali, & manente continuitate, vt patet ex motu virgæ, quæ flectitur, & addit fortè talem motum esse coniũctum cum condesatione in parte, quæ flectitur: & idem docet Venet. in tex. 24. d. 4 de parte animalis mota, quiescente toto corpore; nam quando elongatur pars ibi est rarefactio, scilicet in puncto vnionis illius partis cum alia parte; si autem appropinquat pars parti; ibi est condensatio.

2. Difficul. an differentia specifica sit rõne formæ. Resp. affirm. t. 24 nam differentiæ materiales, vt masculinitas, & feminitas nõ faciunt differẽtiã specificam, quia sunt mãles, ex 10. met. ergo differentia specifica debet sumi ex forma. Dices, ex Auer. 6. phy. cor, & cerebrũ sunt diuersæ speciei, & tamen habẽt vnã fãm. Confir. quia superficies, albedo, frigedo, differunt specie, & tñ non habent formas cum ipsæ sint simplices formæ. Resp illa vel differunt specie accidentali, vel si essentiali habẽt formas partiales diuersas. Ad confir. illa non differre per formã partis, qua carent, sed forma totius, quæ in quolibet est superius respectu inferioris. Ego Resp. differre per formas metaphysicas, quales sũt differentiæ, quę se ipsis differunt.

3. Difficul. qua rõne albũ non significat vnũ
A *secundum definitionem. Resp. quia alia est definitio subiecti, alia albedinis, ex hoc tamẽ nõ sequitur, quod sint separata in esse, quia albedo nõ separatur à subiecto, ex quo loco colligitur, quæ differunt secundũ definitionẽ, etiam si nõ sunt separabilia posse distingui realiter ex mente Arist. secundo colligitur tempore Parmenidis non satis fuisse cognitam distinctionẽ secundũ definitionẽ, nam nulla putabãt differre, nisi quorum esset extra aliud, vt Sortes, & Plat. ex Auer. com. 25. & ideo credebant albedinem esse rem albam, vt modo multi putant, quantitatem esse rem quantam, & figuram esse rem figuratam. Dices, qua rõne Porphir. diuidit accidens in separabile, & inseparabile,*
B *cũ omne sit inseparabile, ex Aris. hic. Resp. Venet. ibi per separatione intelligi corruptionem, nã aliqua corrũpuntur manentibus subiectis; alia vero nisi simul cum subiectis.*

4. Difficul. de significato termini cõcreti accidentalis. Resp. Burl. in tex. 25. triplicem esse significationẽ, vnã pricilitatis, qua significatur totum, & adæquatũ significatũ, & ita significatur subiectũ, & forma. Alterã continentiæ per quam significatur id, quod cõtinetur in eo, cui nomen imponitur, & sic totum significat partem, siue significatione actuali, vt inferius significat suum superius, siue potentiali, vt superius significat sua inferiora, & hac significa-
C *tione actuali cõcretũ significat subiectũ, & formam. Tertiã, dici significationem concomitantiæ, per quã nõ significatur id, cui nomen principaliter imponitur, sed id, quod concomitatur ad id, cui principaliter nomen imponitur, vt homo significat risibile. Dices, quod primo significat concretum accidentale. Resp. primũ, in constitue do significatur subiectum, sed primum in distinguendo significatur forma, & secundario subiectum, sed de hac re diximus in Log. Tr. 12. q. 7. dub. 3.*

5. Diffic. quid Aris. intelligat per id, quod verè est, & per id quod est. Resp. per primum intelligi substantiam, quã etiam intelligit, per ly, quid
D *est; at per id, quod verè est intelligit ens, sicut per id, quod non est, intelligit accidens, & hoc secundum opinionem Parmenid. & Melissi negantium dari aliud ens præter substantiam.*

6. Difficul. ex Burl. quomodo hic dicatur genus, & differentiam esse substantias, cum in 7. met. neget vniuersalia esse substãtiam. Resp. ex D. Th. ibi negari esse substantiam, qualem ponebat Plat.

7. Diffic. quomodo tex. 29. negetur idẽ respectu eiusdem esse definitionem, & definitum, cum correlatiua se mutuo definiant. Resp. correlatiua se mutuo definiri definitione incompleta, non tamen completa, nam completæ,
E *vel sunt definibilia, vel nõ per suum correlatiuum, nã pater non deberet definiri per filiũ, sed per genitum similem in specie, vnde vnum correlatiuum non cognoscatur per reliquum, sed cum reliquo, ex Auic. sed definitione relatiui dictum est in Logica Tr. 15. q. vlt. d. 5.*

TRACTATIO TERTIA.

De communi ratione principiorum.

TRACTATIONEM hanc paulò altius repetemus, tum quia magnopere confert ad reliquas scientias; vnde Trismegistus in cratere, principium complectamur; hoc enim cognito, facilius reliqua percurremus, & Arist.2. Elenc.cap.vlt. in principijs, inquit cognoscendis præcipue insistendum, qa ijs cognitis, facile est, quæ sequuntur cognoscere, nã vt dicitur ab Arist. 1.ethic. c.7.& lib.6.de leg. à Platone, qui principia tenet plusquam dimidium habet, vnde qui in principijs errat, ab ostio dicitur aberrare, 2.met.t.1.vbi Alex.Auer. Alber. Alens.D.Tho.& alij; ex quo extat illud apud Arist.sect.10.prob.q.15.dimidium facti, q benè cœpit, habet, & 13.met.sum.3.c.3.ex principijs non benè positis; difficilè est aliquod intelligere, de qua re legẽdus Sextus Empir.l.9. aduersus mat. cap.de nominc; tum quia huiusmodi cognitio est præcipuè necessaria Physico, non solum, ꝙ ex principijs omnia naturalia pendent, sed ẽt ob varias Antiquorum sententias, & errores, quos refellere necesse est, vt veritas stabiliatur; vnde Arist. sæpe de his egit ob varias rõnes, vt dicemus; agit.n.in hoc 1.lib. & in 1.de gener. & 1.met.sum.2.per quinq; capita, vbi refert opiniones Antiquorũ, quas sum.3. confutat, de ijsdem agit Plat. in Theæt.Sophist. & Parmen.Cicero lib.1.de nat.Deor.Plutarch. de placit.philosophor. Gal.lib.1.de elementis, Laertius sparsim in vitis philosophorũ.Doctores explicantes Arist.locis cit.præsertim Simpl. 1.phys.Fons.lib.5.met.c.1.fusissime Perer.lib.4 de princip.rer.per tot.Piccolom.lib.de placit. philos. quoad interna principia generationis.

B C D

Quanta vtilitas ex recta principiorum cognitione.

Ex Antiquis qui tractet de principijs rerũ naturalium.

DISPVTATIO PRIMA.

De natura, principij, eiusq; proprietatibus, & diuisionibus.

DE hac Doctores 5.met.cap.1. vbi Alens. Scotus, Anto. Andr. Flandr. Soncin.& alij, Suar.disp.2.met.Piccol.in 1.phys.

QVAESTIO RRIMA.

Quid nomine principij intelligatur, & qua ratione distinguatur à causa, & elemento.

ART. I. Explicantur termini quæstionis.

1 HÆC quæstio licet pertineat ad explicationem nominis, tamen maxime confert ad cognoscendum veritatem a Philosophis, & Theologis explicatam; facilè.n.errari posset in eorũ sentiũ intelligendo, nisi recta huius nominis cognitio habeatur, vt rectè aduertit Damascen.Dial.contra Manich.initio; nam à Theologis, & Patribus, conceditur Patrem esse principium Filij, sed negãt Filium habere initium, qa hæc ipsa, licet videãtur habere eamdem significationẽ, tamen valdè differunt, vt notat Vasq. 1.p.disp.139.c.1.quod initium significat principium durationis, non ita aũt principium: ideo.

A

Cognitio terminorũ necessaria ne erretur.

Not.1.Arist. 5.met. initio varias significationes huius nominis, afferre; primo .n. principiũ dr̃ id, vnde aliquid incipit moueri; vt principiũ viæ dr̃ vnde quis incipit motũ; cõtra vero, vbi quiescit, dr̃ terminus, & finis; vbi aduerte, ꝙ licet prioritas, & posterioritas motus causetur à prioritate, & posterioritate in magnitudine, sicut prioritas, & posterioritas in t̃pe causatur ab illis, quæ sunt in motu, tñ Arist. ratione nostræ cognitionis explicat prioritatem, & posterioritatẽ magnitudinis ex prioritate, & posterioritate motus; hinc punctum dr̃ principium lineæ; instans temporis, & mutatum esse motus.

B

Principiorum quinque significationes ex Arist.

Secundo, dr̃ id, vnde optime, seu cõmodius aliquid fit, vt in scientijs, in quibus non semper est inchoandum à principijs rerum, quæ sunt secundum naturam priora, sed vnde opportunius discamus.i.à nobis notioribus, ꝙ etiam habet locũ in omnibus alijs negotijs, & operibus, vt inde incipiat quis negotiari, & operari; vnde illi optime succedat negotium, & opus, quia hæc acceptio sumitur à cõmoditate operantis.

C

Secunda principij significatio ex quo aliquid comodius fit.

Tertio, dicitur id, ex quo inexistente primũ generatur res, sicut fundamẽtum dr̃ principiũ domus, carina nauis, & ex Arist.2 de gener.ani. c.4.principium corporis est cor, quẽ sequitur D.Th.q.3 de põtia ar.18.& 2.2.q.22.art.2.vel sñ Antiquos, est cerebrum, vel sñ Hippocr.& Gal.est iecur, vt probat Valles. lib.2. controu. medicar.c.6. nam cum anima cognoscatur per motũ, & sensum, alij respicientes motũ, dicunt primũ generari cor, vnde pẽdet motus, saltem vitalis, alij aũt respicientes sensum, dicunt primum generari cerebrum, in quo vigẽt sensus. Medici vero, quia putant vim vegetatiuam, ex qua fit auctio esse in iecore, vt sic Embrio augeri possit, dicunt primum generari iecur, & in auibus dicunt primum generari oculos, vt Lactantius in lib. de opificio colligit ex ouis ruptis, sed de hac re alibi.

D

Tertia significatio, ex quo inexistente primo res fit.

Quarto, dr̃ id, vnde primo fit res, non existẽte in re, & vnde motus est natus fieri, & permutatio, sicut dr̃ pater, & mater principium pueri; & cõuitiũ principiũ belli, & Principatus principiũ citiũ, ꝙ cites ad eius volũtatẽ mouẽtur, & mutantur; & inter artes, architectonicæ re- respectu earum, q̃ non sũt architectonicæ, vnde ars ciuilis dr̃ principium respectu artis militaris. Quare hæc ratio principij continet efficiẽs, vel naturale, vel ex electione, vel ex arte.

E

Quarta dicitur vnde primo res fit, non inexistente.

Quinto, dr̃ id, vnde res est primum cognoscibilis sñ se, vt suppositiones in demõstrationibus. Quare hęc acceptio differt à sc̃da, qa ibi accipitur principiũ cognitionis quoad nos; hęc aũt non solum quoad nos, sed ẽt quoad nãm.

Quinto dicitur principium vnde res est primum cognoscibilis secundum se.

Hinc

2 *Definitio communis omnibus principijs.* Hinc Arist. colligit esse commune omnibus principijs esse primum, vnde aliquid est, aut fit, aut cognoscitur, quare primitas est de ratione principij. De cuius diuisionis sufficientia plura Flandr. 5.metaph.q.1.ar.2. in corpore, vbi ostendit naturam, elementum, formam, finem, intellectum, & voluntatem, quæ sunt principia, reduci ad prædictas acceptiones, quia natura reducitur ad id, vnde incipit motus; elementum ad id, vnde tamquam inexistente primo res fit, & ad idem reducitur forma, sicut finis, intellectus, & voluntas reducuntur ad id, vnde incipit generatio, tamquam non inexistente, quia hæc principia sunt extrinseca, & finis, potest etiam reduci ad vltimum, quia scilicet in naturalibus, artificialibus, & moralibus demonstrationes sumuntur ex fine tanquã ex principio: vnde hæc non sint numerata formaliter, & exprésè, sunt tamen numerata virtualiter, & implicite, at Arist. sequentibus verbis exprefsè meminit horum, & ostendit quomodo dicantur principia; ex quo Flandr. D. Tho & Fons. q.4. conantur ostendere sufficientiam huius diuisionis, de qua nos infra.

Causa dicitur ex quo vt inexistēte aliquid fit. Not.2 ex eodem Arist.tex.2. causam multipliciter dici: Primo, ex quo aliquid fit, vt inexistente, .i. quod manet in re facta, sicut & æs est causa materialis statuæ, & argentum phialę, & horum genera .i. metallum, quod est genus ad æs; dicitur similiter materia, licet magis remotè, sicut etiam aqua, quæ est materia metalli, dicitur etiam materia statuæ, sed magis remotè. Secūdo, dicitur ipsa species, & exemplar .i. causa formalis, & quia forma est duplex; alia extrinseca, & hęc dicitur exemplar, alia intrinseca, & hæc dicitur species, quæ est ratio quidditatis, & vnde sumitur species rerum, & similiter huius genera, vt v.g. quia proportio dupla est forma diapason, numerus, qui est genus ad duplam proportionem, est forma diapason, & sic etiam se habent partes definitionis respectu definiti; licet enim genus respectu differentiæ se habeat, vt materia, tamen respectu definiti, habet rationem formæ, sicut & differentia. Tertio, dicitur causa id, vnde principium primum mutationis, vel quietis, quod conuenit causæ efficienti, quæ eadem est respectu motus, & quietis, non enim causat motum, nisi ratione quietis, & termini, siue sit causa moralis, vt Consiliator, siue Physica, vt pater filij. Quarto, dicitur id, cuius causa aliquid fit, quod conuenit fini, vnde sanitas dicitur causa ambulationis, nam si quæratur, quare ambulauit? si respondeamus, vt sanetur, putamus assignasse causam, siue sit causa finalis vltima, siue intermedia, quomodo purgatio est finis medicinæ, & attenuatio est finis purgationis, & similiter in alijs, siue hæc intermedia sint, vt organa, .i. instrumenta, quibus paratur medicina, siue sint vt operationes, vt est ambulatio, sumptio medicinæ, purgatio &c. & ad has quatuor significationes reducit Aristot. omnes alios modos causarum.

3 3.Not. ex Arist.5.met.tex.4. elementum dici, ex quo aliquid componitur primo inexistēte indiuisibili in aliam speciem, vnde quatuor A conditiones requiruntur. Primo, vt sit id, ex quo res componitur, vbi, ly, ex, non dicit habitudinem causæ efficientis, sed habitudinem causæ materialis, vnde Auerr. ait, dici de causis intrinsecis, & verius de materia, quã de forma. *Elemētum dici ex quo aliquid inexistente primo componitur indiuisibili in aliam speciem.*

. Secunda cōditio, vt sit id, ex quo primo aliquid componitur; vt excludantur, quę secundario componunt, nam primum componens dicitur id, quod non est resolubile in aliquam materiam priorem, nam quod est primum in compositione, est vltimū in resolutione, vt v.g. ęs dicitur materia statuę, non tamen elementum, quia habet aliam materiam priorem, ad B quam resoluitur, scilicet aquam.

Tertia conditio dicitur inexistente, vt significetur elemētum esse materiam manentem in composito, distinguitur enim à priuatione, & termino contrario opposito; ex quibus res ita generantur, vt transeant, & à materia proxima, quę etiam transit, qua ratione, sanguis est materia carnis, non tamen elementum.

Quarta dicitur, Indiuisibile specie in aliam speciē, quę particula vario modo exponitur, vt dicemus, cum de elementis; nunc aũt nobis sufficiat explicatio Auerrois, vt ita dicatur, quia elementum non componitur ex partibus heterogeneis, & ita nō diuiditur in partes distinctę C speciei, vnde distinguitur à partibus organicis corporis animati, quę 13 sint partes materiales corporis, non tamen elemētum, quia non sunt indiuisibiles, sed diuisibiles in partes distinctę speciei; nō ita vero materia prima, cui secundũ Auer. primario conuenit nomen elemēti, & secundario corporibus simplicibus, quia materia prima est simpliciter indiuisibilis, non quidem sm̃ quãtitatem, sed sm̃ speciem, at corpora simplicia sunt indiuisibilia non simpliciter, sed in genere corporum, quia .s. non resoluuntur in alia corpora, sicut resoluuntur corpora mixta, vt colligitur ex Aris. loc. cit. & dicemus alibi, de qua re Fland. 5.met.q.2.& nos, cum de causis.

4.Not. ex prędicta definitione, nōnullos trāstulisse nomen elementi, vt notat Arist. loc. cit. D ad significandũ quodcũq; ens, vnum, & paruũ, q est ad multa vtile, & sic maximè vniuersalia vocarunt elemēta; similiter vnum, respectu numeri; & punctum respectu lineæ; & genus magis dixerunt elementum, q̃ differentiam; verè, & propriè tamen, vt notat Alens. punctum non potest dici elementum respectu lineę, quia elementum propriè dicitur de principio intrinseco, & maximè de materia; at linea non constat ex punctis, nisi tanquam ex termino, tamen pũctum, & similia possunt dici aliqua ratione elementum, propter similitudinem in simplicitate, & vtilitate; de quorum diuisione plura Flandria 5.met.q.3. E 4 *Nomen elemēti transfertur ad significandum quodcunq; ens vnum, & paruum ad multa vtile.*

ART. II. *Explicatur distinctio inter principium, & causam.*

Prima conclus. Inter principium, & causam est hic ordo; quod principium, latius patet, quam causa, ita Alens. 5.metaph. in tex.1. *Principium latius patet quā causa.*

vbi D.Thom. Niphus, Scotus, Aphrod. 3. met. com. 7. Fonf. 5. met. c. 1. q. 7. Suar. disp. 2. sect. 1. Flandr. 5. metaph. q. 1. art. 2. Vasq. 1. par. t. 2. disp. 139. num. 21. & 22. D.Thom. 1. par. q. 33. ar. 1. ad primum, & in 1. dist. 29. ar. 1. de potentia q. 10. ar. 1. ad 9. quia omnis causa est principium, non tamen contra, vt patet ex priuatione, quæ est principium generationis, nō tamen causa, Aurora principium diei, non causa; Pater in diuinis principium filij, nō causa; & ratio est, vt infra dicemus, quia causa addit supra rationem principij aliquem influxum, cum imperfectione ex parte termini.

Per quid distinguitur principium, & causa.

Confir. ex Fland. loc. cit. quia nomen principij ordinē quendam importat, at nomen causæ importat influxum in causatum, vt infra magis explicabitur.

Confir. 2. Quia omnis causa, vel est extra essentiam rei, vt efficiens, & finis, vel intra, vt materia, & forma; at aliquod principium, neq; est extra, neq; intra, vt punctum respectu lineæ, cuius est principium.

Confir. 3. quia licet principiū dicat ordinem quendam; non tū dicit ordinem prioritatis, nisi in creatis, licet dicat ordinē originis, causa dicit ordinem prioritatis, sed de hac rōne infra.

Confir. 4. quia causa dicit diuersitatem substantiæ, quia in oībus generibus cārum, semper inuenitur inter cām, & causatum differentia sm aliquam perfectionem, aut virtutem, sed nomine principij vtimur etiam in his, quæ nō habent hanc diuersitatem, sed solum ordinem, vt punctum dr̄ principium lineæ, vel etiam, cum dicimus primam partem lineę esse principium lineę, ita Flandr. ex D.Th. 1. par. q. 33. ar. 1. ad 1.

Aureoli opinio

Aureol. aūt 1. d. 29. ar. 2. putat differre sicut concauū, & simū, quia ordo originis, quem importat principiū in diuinis, cōtrahitur ad causalitatē ratione naturæ, quatenus. s. est in materia, cū naturæ diuersitate, & rōne huius determinationis, repugnat causalitas in diuinis, sicut si diceretur Tibiæ repugnare simitatem; non enim illi repugnat ratione sui formalis .i. concauitatis, sed ratione suę determinationis, quā cōtrahit ex materia, & ideo causa, & principiū non differunt in significato formali, sed in connotato: Verum hic modus dicendi nō satisfacit; tum quia ratio principij in cōmuni significat aliud, quam ordinem originis, & productionis; tum quia si hanc rationem significaret etiam illam significaret abstractiori modo, quia non solum ex parte materiæ, sed etiam ex formali contractiuo ratio causæ differt à ratione principij, ex quo dicitur producens, vt patet apud Theologos, & nos infra, cum de causis.

Reijcitur opinio Aureol.

6 Sed contra hanc conclus. Primo obijcitur auctoritas Arist. 5. met. tex. 1. vbi ait, toties aūt, & causæ dicuntur quot modis. s. dicuntur principia, omnes enim causæ, principia.

Confir. ex 4. met. 3 vbi ait ens, & vnum comparari inter se, sicut principium, & causa, sed ens, & vnum adæquantur, ergo principium, & causa adæquantur.

Confirm. 2. quia priuatio, quæ 1. phy. dicitur principium, in 12. met. tex. 20. dicitur causa.

A Confir. 3. quia pater in diuinis, vt dr̄ principium, ita etiam dr̄ causa à Græcis Patribus, vt apud Damascen. lib. 1. orthod. fid. c. 8. & 11. Nazianzen. sermone quodam de statu episcopali, vnde Floren. in literis vnionis decreto de processi. Spiritus sancti, declarantes id, q̄ Sancti Doctores, & Patres dicunt ex Patre, per Filiū procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur filiū quoq; esse secundum Græcos quidem causam: secundum Latinos, vero principium Spiritus Sancti, sicut & Patrem, imò Aureolus apud Capreol. 1. dist. 29. hinc putat Patrem posse dici Latinè causam Filij, & Filium Spiritus sancti.

B Confir. principium, & principiatum sunt correlatiua, at principiatum idem est, ac causatum. vnde negāt Theologi aliquam personam diuinam esse principiatam, ne cogantur fateri esse cātam, vt est videre apud Molin. 1. p. q. 33. ar. 1. disp. 4. ergo ęquè latè patet principium, ac cā.

Confir. 5. quia apud Arist. 5. de gener. animal. c. 7. latius patet causa, q̄ principium, cum dicat de rōne principij esse, vt sit causa multorū, sed non habeat superiorem causam, at causa potest habere aliam superiorem.

7 *Toties dici causam quot modis principium varie exponitur.*

C Resp. Ibi solum significari ab Arist. principiū dici non solum illis modis ibi positis, sed etiam alijs, quibus dicūtur causæ, & patet ex ratione, q̄ affert, quia oēs causæ sunt principia, non tū dicit, q̄ omnibus modis, quibus dr̄ principium, dicantur & causæ, quorū verborum hic sensus est: Toties aū: dicuntur. s. principia, quoties & causæ, ita ibi Alens. sed hæc opinio non mihi vr̄ ad mentem Arist. quia non sunt alij modi dicēdi cārum, quos Arist. non comprehenderit sub varijs significationibus principij, quare nō erat, vt diceret principium, præter modos positos, dici alijs modis, quibus dicuntur causæ, ideo Alij respondent secundo, ibi nomen causæ accipi impropriè, & largè; sed falluntur, quia ibi Arist. propriè, & philosophicè explicat hęc nomina, & eorum distinctionem; ideo Respondēt

Secunda responsio.

D alij, numeratas ibi acceptiones principij conuenire causæ, sed non sub eadem ratione, qua cōueniunt principio; nam ex causa incipit motus, doctrina, & tanquam inexistente in re, & similiter de alijs, & probat illas acceptiones conuenire principio, quia conueniunt causę, quia omnis causa est principium, nō tamen inde sequi, causam, & principium reciprocè dici, quia licet aliæ acceptiones secundum alias rationes possint accomodari causæ, tamen principium latius patet, quia dicitur illis modis, quibus dicitur causa, & pręterea alijs modis secundum generalem rationem principij, ita Suarius eamq; tribuit D.Thom.

Reijcitur secunda responsio.

E Verū hęc responsio, vel non differt à distinctione Alens. vel concedit Aduersarijs, quod volunt, vel nō satis intelligitur, qd velit significare; dicebat. n. Alens. Aristotelem p̄ illa verba voluisse significare principiū dici totidē modis, quot causa, & pręterea alijs modis, q̄ etiam hic asserit Suar. dicere D.Tho. non igitur differūt in explicatione Aristo. quod si oēs modos enumeratos principij, qui conueniunt principio,

vt

vt principio vult conuenire causæ, vt causæ, iā concedit aduersarijs, quod volunt: nihil enim aliud dicunt aduersarij, quam tot significationes habere principium, vt principium, quot habet causa, vt causa, nam constat, neque principijs vt sic tribui significationē causę, vt sic, neq; cōtra; quare sine rōne deinde dicunt principiū habere alias significationes, & latius patere sūi generaliorē rōnem principij, quā causa, vt cā, quod si neque hoc dicit responsio, non apparet quid dicat, quia nō potest saluare tot modis dici cām, quot modis dicitur principium secundum significationes iam prius numeratas, ideo.

Tertia expositio D.Tho. & Scot. Tertio alij respondent vt Scotus: & D.Tho. toties dici causam, quot modis dicitur principium, sed non eodem modo, quia latius patet principium, quam causa; sed hæc responsio *Reijcitur.* implicat in adiecto, nam si toties dicitur vnū, quot modis aliud; etiam si non eodem modo, æque latè patebit vnum, ac alterum, alioquin pluries dicetur vnum, quam alterum, ideo.

Quarta expositio Auerr. & Vasq. 4. Resp. alij, vt Auerr. apud Niphum, & sequitur Vasq. cap. 1. d. 139. c. 6. n. 22. Aristotelem ibi numerasse septē acceptionis principiorum, nunc numerat octauam, vt principiū dicatur etiam id, cui conuenit nomen causæ, *Reijcitur.* quia omnis causa est principium. quæ resp. mihi maximè placeret, si Aristoteles dixisset principium dici etiam illis modis, quibus dicitur causa. sed legimus oppositum, scilicet causam dici tot modis, quot principium, id enim significant illa verba, *toties, & causæ dicuntur*, neq; est cur à cōmuni translatione recedamus, sicut recessit Vasq. loc. cit. illa verba ex græco textu interpretans, *æque, porro, atque causæ*, dicitur (supple) principium, de quo proximè dixerat, vnde res primo condita est, illud dicitur principium nam, ἰσαχῶς, significat æquè, seu toties, deinde ly, δὲ significat, porro, ideoq; ly, *autem*, quod omnes interpretes habent, in hunc sensum accipiendum est præterea, ly, *ut*, quod vim habet coniunctionis copulantis, hic debet in alio sensu accipi, quem interdum habent, vt periti linguæ græcæ testantur, *proprinde*, atq; *vel pro, atque*, quæ habent notionem comparantis, & hoc præsertim, quia præcessit particula, ἰσαχῶς, quæ significat comparationem, nempè totidem modis, vel, toties, vel æquè. Deinde ly, τὰ αἴτια, vt indicat articulus, τὰ, est in plurali, ac si dicas Latinè causa, vt oēs transtulerunt, verbum autem, λέγεται, est in singulari, & verti debet potius, dicitur, quam dicuntur, & ideo coniungi debet, nō cum particula causæ, sed cum particula, principium, vt sensus sit, principium dicitur tot modis, quot dicitur causa, quod nemo interpretum animaduertit, verum non est, cur à communi versione recedamus, cum verum sensum habeat; ideo.

Quinta expositio Fons. approbatur. Quinto, Resp. alij, vt Fonseca lib. 5. c. 1. q. 7. sect. 2. ly, toties, non accipi positiuè, sed negatiuè, idest causam non dici alijs modis, quam principium, quia omnis causa est principium, non tamen inde sequitur dici omnibus modis, ac dicitur principium; quæ expositio mihi placet, nam illi fauet ratio, quam assignat Aristo-

A teles, cum enim causa contineatur sub principio, nō potest dici pluribus modis, quam principium, neq; illi repugnat proprietas, ly, toties, nam sicut primum, primogenitus, & similia solent accipi negatiuè .i. ante quod est aliud, ita non est alienum ab vsu philosophorum, vt toties accipiatur negatiuè, & positiuè.

Ad primam Confirm. respondent aliqui, vt 8 Soncinnas 5. Meth. q. 1. ad 3. primo cum exēplorum non requiratur veritas, non mirum si Aristoteles affirmet, vnum, & ens dici, sicut dicitur principium, & causa, quia posuit ibi Arist. ly principium, & causa, gratia exempli, sed non placet, quia ibi licet vtatur ijs verbis tamquam exemplo, tamen vtitur eo, vt probet; non autem probaret, si esset falsum exemplum.

Quomodo ab Aristot. ens & vnum, comparari sicut principium, & causam, variè expositiones. 1. Sonc. Reijcitur. 2. Sonc. & reijcitur.

B 2. Resp. idem Sonc. ibi Arist. sumere nomē principij strictè, vt dicit influxum in principiatum à se distinctum secūdum substantiam, qua ratione conuertitur cum causa, sed non placet, quia est voluntaria expositio.

3. Flandr. & Fons. 3. Resp. alij vt Fons. loco citato, & Flandr. 5 Met. q. 1. art. 2. ad 2. & 4. Met. quæst. 3. not. 1. ibi nomen causæ non accipi propriè, & philosophicè, sed populariter, quatenus complectitur ea, que requiruntur ad aliud, quo pacto occasio, cōditiones sine quibus non, & alia huiusmodi dicuntur causæ, quod sæpè accidit Aristoteli præsertim extra eum locum, in quo de re, ex instituto agit; sed non placet Suario

C loco citato, neq; Vasq. p. p. d. 139. c. 6. nu. 21. quia nomen causæ etiam vulgariter sumptum, numquam tam latè patet, sicut principium, nā ibi ponitur principiū id, vnde quis incipit moueri, quod dicitur principium vitæ, & similiter punctum principium lineæ, at hæc nō sunt causæ, vel occasiones respectu prædictorum. *Reijcitur à Suarez, & Vasq.*

4. Suar. approbatur. 4. Resp. Suarius, & Vasq. ibi ab Aris. duo dici de ente, & vno, primum esse idem, seu vnam naturam. Secundo conuerti inter se, cum ergo Arist. ait, sicut principium, & causa, non comparat ea in secundo, sed in primo, nā vult probare, ens, & vnum esse idem re, non tantum ratione, sicut dicitur principium, & causa, & non

D sicut tunica, & vestis, quæ vna ratione dicūtur & hæc mihi placet; nā ibi vult probare ad eandem sciētiam pertinere ens, & vnum, quia hęc sunt idem ex natura rei, sicut principiū, & causa, & ideo pertinent ad eandem scientiam.

Ad 2. Confirm. resp. ibi nomen causæ vsurpari impropriè, quatenus significat omne id, qͣ 9 ad aliud requiritur: ita communiter ibi Doctores; sed instabis, hinc sequi principium, & causam proportionaliter sumpta reciprocè dici; nam si vtrumq; sumatur in tota sua amplitudine, & secundum vsum vulgarem conuertuntur; si autem strictè, vt causa propriè sumatur, etiam conuertitur cū principio strictè sumpto; *Quomodo principatio dicatur causa.*

E neque enim rectè comparatur causa largè sūpta cum principio strictè sumpto; nam eodem modo causa latè sumpta latius patet, quā principium strictè sumptum.

Resp. negando antecedens, nam si comparetur principium propriè, cum causa propriè, tunc communius est principium, quia in Trinitate

nitate est vera, & propria ratio principij, & nō tamen vera, & propria ratio causæ: imò etiam si vtrumq; sumatur in latissima significatione, ad huc nomē principij latius patet, nam etiam si causa sic sumpta comprǣhendat aliqua, quæ non sunt propriè causa, tamen nihil compræhendit, quod non compræhendatur sub generali significatione principij, at principium cōpræhendit aliqua, quæ non compræhenduntur etiam sub generalissima significatione causæ, vt primogenitus dicitur principium filiorum, & nullo modo causa, vt diximus.

Vario modo accipi nomē causæ apud Græcos, et apud Latinos.

Ad 3. Confirmat. resp. Græcos vario modo vsurpasse, ac Latinos; cum enim Latini videant quatuor esse genera causarum, & in diuinis nullum esse genus causæ; constat enim ibi non esse genus causæ materialis, & formalis, immo neq; finalis, cū finis sit præstantior eo, quod est ad finē, & in diuinis est summa æqualitas, quinimmo neq; efficientis, eo, quod id, quod est ab alio tamquam efficiente dicitur factum, quod Filio, & Spiritui sancto non conuenire, patet ex Symbolo Niceno, & Athanasij. Et confirmant, nam causa differt essentialiter ab effectu, & vt patet ex definitione causæ infra explicanda, & est natura prior effectu secūdum Arist. in post prædicamentis. At ibi non est distinctio essentialis, neq; huiusmodi prioritas; ergo nō potest ibi conuenire ratio causæ, sed loco causæ Latini vtuntur nomine principij, quinimmo, & nomine auctoris, vt ait D. Thom. in 1. dist. 29. q. 1. art. 1. cum Hilario lib. 4. de Trinitate, vbi Pater dicitur auctor Filij, licet neget Filiū esse auctorem Spiritus sancti, quod tamen cōcedit Hilarius loco citato, Augustinus lib. 3. contra Maximum c. 14. Molina q. 23. ar. 1. disput. 4. Zumel q. 33. ar. 1. quod in his nominibus non includatur aliqua imperfectio, tā ex parte principij, quam ex parte termini. At verò Græci, quod putent idem significare nomen causæ, ac principij propter proprietatem nominis Græci, vt nulla impfectio includatur nomine principij, vt notat Zumel in dicta quæst. 33. ar. 1. ita neq; nomine causæ, & ideo in Florentino dictū fuit id, quod secundum Græcos dicitur causa, secundum Latinos dicitur principium; idcirco concesserunt in diuinis nomen causæ, sed verè non est recedendum ab vsu Latinorum, quia licet causæ latè sumptum, & impropriè posset significare idem, ac principium, tamen, tum ad euitandum periculum erroris Arriani, tū propter communiorem vsum nominis causæ, abstinendum est ab eo in diuinis, quia causa secūdum communem vsum, & proprium semper supponit imperfectionem in rebus causatis, vt suo loco dicemus. Quocirca dum Augustinus 7. de Trin. c. 1. loquens de Patre, ait, id, quod est causa illi, vt sit, est causa, vt sapiens sit, & lib. 83. quæst. 15. quod omnium rerum, inquit, causa est, etiam suę sapientiæ causa est; & D. Hieronymus in 15. ad Ephesios 3. ex quo omnis Paternitas, ait, loquens de Deo, sui origo est, suęq; causa subsistentiæ: Hi enim Patres nomen causæ impropriè vsurpāt; quia s. vel accipitur negatiuè, vt loquitur Zumel, vt cum dicitur esse Deus causa sapientię suę, idest habet illam à se, & non ab alio. Vel, vt loquitur Molina loco citato, disp. 3. accipitur causa nostro modo intelligendi, quia concipitur Deitas tamquā forma Dei, & quia Deitas est idem cum sapientia, dicitur causa suæ sapientiæ; & quia etiam appræhendimus Deum, à cuius essentia remotè, & intellectu proximè emanat sapientia.

Cur Græci concedant vnam personam causam alterius.

D. August.

D. Hieron.

Molina.

10 A 4. Confir. Græci cōcedunt personas productas esse principiatas, sicut concedunt esse causatas; at D. Thomas p. p. q. 33. ar. 1. ad 2. negat personas dici principiatas, sicut negat dici causatas, & consequenter negare debent principiatum esse correlatiuū adæquatū principij; sed esse correlatiuum talis principij, idest diuersi secundum substātiam, quod principiatum videtur includere quandam minorationē, & subiectionem respectu sui principij, immo & aliquo modo, inceptionem, vndè dicunt correlatiuum adæquatum principij non habere vnū nomen, sed dici id, quod est à principio, quod si nomine principiati intelligatur idem, ac id, qđ est à principio, tunc, vt notant Zumel, Molina, Suarius, Fons. & Vasquez nihil absurdi concederetur; monent tamen simpliciter ab hoc nomine abstinendum propter prædictā causā.

Personas productas esse principiatas ex Græcis.

At D. Thom. negat.

Ad 5. Confir. eam definitionem non conuenire principio vniuersim, sed primo principio; qđ si est primū in aliquo ordine, nō hēt superiorē in illo ordine; si vero ē primū simpliciter absolutè simpliciter, nō hēt superiorē, cuiusmodi est solus Deus, & ex his explicanda est definitio principiorum, quod non sit ex alijs, neq; ex alterutris tradita in 1. physic. vt dicemus infra, neq; obstat, quod ab Arist. ponantur tria principia generationis, s. materia, forma, & priuatio, atq; adeo videtur excludere à ratione principij efficiens, & finale; nam Arist. ibi non negat efficiens esse principium, sed negat id requiri, vt cōcipiatur mutari subiectū ex vno in aliud, vndè dicemus infrà, vbi explicabimus an forma dicatur principium, vt forma, an vt finis.

ART. III. Explicatur quomodo causa & elementum se habeant.

Secunda Conclusio, nomen causæ latius patet, quam nomen elementi, patet ex explicationibus positis, quod nomen elementi significat causas intrinsecas; nomen verò causæ, etiā extrinsecas. Et confirmatur ex Arist. in poet. cap. 7. & 5. de generat. anim. c. 7. 11

Confirm. 2. ex auctoritate prædictorum auctorum, qui hunc esse vsum nominū testātur.

Dices Arist. 1. phys. tex. 1. videtur indifferenter vsurpare nomen principij, causæ, & elementi.

Resp. illum textum variè explicari à Doctoribus, vt patet apud Conimbr. quod Alexander, Eudemus, & D. Thomas nomine principij dicunt intelligi efficiens, nomine causæ finalem, & formalem; nomine elementi, materiam. At Auerroes, & Albertus nomine principij, efficiens; nomine causæ; finem; nomine elementi, formam, & materiam.

Tertio

Tertio alij ibi non sumi hæc nomina indifferenter, sed in proprijs singulorum acceptionibus, quod necessario ad rerum naturam inuestigandam, inquirenda sunt principia, idest omnia, quibus quocumq; modo pendent; vel causæ, à quibus res pendent in quadruplici illo genere, vel elementa, idest à causis intrinsecis, & vtitur tribus illis nominibus, vt significet omnia debere cognosci secundum illam dependentiam, quam habent.

Quarto alij, vt Piccolomineus nomen principij referunt ad rem, quatenus fit; nomen elementi, ad rem, vt est, & componitur; nomen vero causæ ad rem, vt cognoscitur.

Quinto, alij hoc loco indifferenter vsurpare, ac impropriè, quomodo vtitur Plato in Thimæo, & Aristo. 6. met. tex. 1. vbi Arist. docet in mathematicis, & in qualibet scientia speculatiua esse principia, causas, & elementa, idest initia quædam doctrinæ; quæ dignitates appellantur, & tanquam fundamenta aliorum; vnde dicuntur elementa Euclidis, & nomine causæ non intelligi omnia genera causarũ, patet, quia non omnia ex illis pendent, & demonstrant, vt rectè D. Thomas notat.

QVAESTIO SECVNDA.

De essentia, & ratione formali principiorum.

1 QVAESTIONIS huius veritas sumẽda est, partim ex definitionibus principiorum ab Aristotele traditis, partim ex conditionibus, & proprietatibus, q̃ ab auctoribus principijs tribuuntur, cum definitio rerum maximè pendeat ex vsu nominis significantis rem; sæpè enim in huiusmodi cõtrouersijs potius de nomine, quam de re disputatur, cum in vsu nominis non satis inter se conueniant Doctores; quocirca prius à nobis definitiones ab Arist. positæ, explicandæ sunt, deinde, quæ ab illis conditiones emanant, principia constituentes; ideò sit.

DVBITATIO PRIMA.

Quomodo Arist. principium definiat.

De hac Fonseca 5. Met. cap. 1. q. 1.

ART. I. Affertur, & explicatur definitio principiorum.

1 PRimo Not. quatuor ab Arist. tradi definitiones principiorum, quas collegit Fonseca loco citato.

Prima principiorum definitio. Prima traditur cap. 3. poeticæ, vbi principium dicitur esse id, quod post aliud necessario non est, post illud autem aliud natum est esse, vel fieri.

Principium nõ est necessario post aliud. Dicitur necessario &c. quatenus principium est, nã alia ratione potest esse post aliud, sicut Pater est principium filij, vt agens, & causa est filij, qua ratione non est post filium, sed secundum relationem paternitatis, quæ terminatur ad substantiam filij, est post filium; similiter ille, qui vt causa filij est eius principium, est post aliũ, à quo ipse est genitus. Ex quo patet principium distingui à medio, & à fine, quia de ratione medij est, vt sit post principium, sicut de ratione finis, vt sit post principium, & medium. *Differt à fine, & medijs.*

Dicitur (post illud autem &c.) quia non satis est ad rationem principij non habere aliud ante se, nisi referatur ad aliud, cuius sit principium, quod dicitur esse post principium.

Dicitur (natum) vt significetur hanc definitionem conuenire principio in potentia, quia non est necessarium, vt sit id, quod est à principio, sed satis est si sit natum, vt fit, quomodo fundamentum dicitur principium domus, quia super illud nati sunt erigi parietes, non tamen necessario eriguntur. *Principium non necessario postest principiatũ in actu secundo, sed satis est si in actu primo.*

Dicitur (esse, aut fieri) vt comprehendantur tam principia essendi, quam principia generationis.

Verum contra hanc definitionẽ primo obijcitur, quia non apparet, cui conueniat, nã non videtur conuenire principijs secundarijs, sed tantum primis principijs, quibus conuenit non esse post aliud. Et confir. quia distinguit principium à fine, & medio, quod dicit esse aliquo modo posterius, aliquo modo prius, at si principium potest esse post aliud, iam habebit eandem conditionem, ac medium, vt sit aliquo prius, aliquo posterius, atque adeo non distinguetur principium à medio. 2 *Prima obiectio.*

Verum ex alia parte videtur ea definitio non conuenire, nisi principio magnitudinis, vt est vnitas in numero, punctus in linea, aut eius prima pars aliquota; aurora in die, & ordine in oratione, primus gradus in qualitate, nam ibi Aristoteles diuidit totum id, quod magnitudine caret, idest extensiua, vel intensiua, qualis est magnitudo gradualis qualitatum, & id, quod magnitudinem habet, & principium dicit esse in toto magnitudinem habente; totum vero, inquit est, quod principium, medium, atq; finem habet, principium illud esse dicimus (supple) quod in toto aliquo est quocumq; modo extẽso, necessario non est post aliud. *Secunda obiectio.*

Resp. hanc definitionem (& si hoc loco applicetur principio magnitudinis) conuenire tamen alijs, vt patet in sensu ipsius; negatur tamen conuenire solum primis principijs; nam ijs conuenit negatio prioris principij necessario; principio autem hic definito nõ conuenit necessario. vnde patet ad Cõfirmationem, nam de ratione medij est, vt habeat aliquid subsequens, at de ratione principij nõ est, vt habeat aliquid antecedens, licet possit sub alia ratione illud habere. *Obiectis satisfit. Primis principijs necessario conuenit negatio prioris, non tamen principio quod hic definitur.*

Not. 2. alteram principiorum definitionem tradit Arist. 5. de generat. anim. cap. 7. principium, inquit, est esse, vt ipsum quidem causa sit multorum, sed ipsius nulla sit superior causa, quæ definitio non conuenit omni principio, quia non omne principium est causa, imò neque 3 *Secunda principiorum definitio.*

que

que omni causæ, quia non omnis causa caret superiore, sed conuenit causæ primæ, vel simpliciter, vel in genere, nam causa prima simpliciter caret simpliciter superiore; causa vero prima in genere non simpliciter, sed in eo genere caret superiore. Dicitur autem, ꝙ causa sit multorum secundum Fonsecam, quia est de ratione causæ primæ etiam in genere, ad minimum habere tres effectus, nam cum necessario causa, quæ proprie sit prima habeat duas causas ibi subordinatas, nimirum, mediam, & extremam, necessario habebit, vt minimum, tres effectus vnum, ipsam causam mediam, alterum, causam extremam (hæc .n. dicuntur ab Aristotele effecta causæ primæ, quatenus ab ea pendent in causando) tertium esse ipsum effectum vltimum causæ, & ad quem causa prima, & secunda concurrunt.

Principiū quomodo sit causa multorum, explicat Fonseca.

Sed hæc doctrina mihi non satis probatur, nam cælum dicitur causa prima respectu effectuum, qui producuntur ab agentibus particularibus, & tamē nō exigitur, vt sint tres causæ, sed satis est, vt sit vna causa cælo subordinata. Similiter Deus dicitur causa prima respectu effectuum productorum à causis secundis, & tamen non semper intercedunt plures causæ, vt patet in actu voluntatis, qui producitur ab actu, & Deo, & cōfirmatur ex ipso nomine; nam causa prima distinguitur contra secundā, & primus filius dicitur respectu secundi, etiam si non sint alij.

Reijcitur Fons. explicatio.

Tertio Not. tertiam definitionem principiorum ab Aristotele fuisse traditam, 1. phys. t. 42. Principia, inquit, sunt, quæ neq; ex se inuicem, neque ex alijs, sed ex ipsis omnia oportet. De qua nos plura dicemus.

tertia prīcipiorum definitio.

4 Quarto Not. in 5. Met. cap. 1. tradi definitionem generalem principiorum. principium, inquit Arist. esse primum id, vnde aliquid, aut est, aut fit, aut cognoscitur. Dicitur primum duplici primitate vna, q̄ dicitur negatiua, quatenus, vel simpliciter, vel in certo aliquo genere negat aliud præcedens; si enim ab aliquo præcedatur, vt sic, non est primum, atq; adeo, nec principium, vt patet. Altera, quæ dicitur positiua, idest in ordine ad sequentia, vt significet hic definiri principiū in actu, quod est per ordinem actualem ad sequētia, nam præciso hoc ordine, non potest propriè dici principium, sicut primogenitus non potest dici principium, nisi habeat alios fratres, respectu quorum dicatur principium, licet dicatur primus filius, .i. ante quem non est alius.

Quarta, & vltima definitio.

Duplex primitas attenditur in principio.

Dicitur (vnde) vt significet ad rationē principij, hîc definitam satis esse quemlibet ordinē, siue cum intrinseca habitudine, siue sine tali habitudine, vnde complectitur ordinem, qui explicatur per ly, post quod, per ly, à quo, per ly, ex quo, per ly, per quod, per ly, propter quod, per ly, ad cuius similitudinem, & similia.

Quiuis ordo sufficit.

Dicitur (aliquid, vt complectitur ens, & non ens; nam vt priuatio potest esse principium, ita potest esse principium, vnde dicitur homo fieri cæcus; cæcitas enim tunc habet rationē principij, & licet in textu Græco non habeatur ly, aliquid, tamen necessario subintelligitur, alioqui nullum posset habere sensum.

Priuatio est principium.

A

Dicitur (aut est &c.) vt explicentur ea, quæ tamquam principiata referuntur ad principia, hæc autem possunt esse, vel entia realia permanentia, vt sic, vel entia realia, vt sunt in fieri, qua ratione comprehenduntur entia successiua, vel entia quatenus cognoscuntur, sub quibus comprahendi possunt entia rationis; & ratio huius distinctionis est, nam aliqua sunt principia rei in facto esse, & non in fieri, ipsius rei, vt materia, & forma celi. alia sunt principia productionis, non tamen essendi, & in facto esse, vt priuatio; alia sunt principia, nec essendi, nec productionis, sed tantum cognitionis, vt motus respectu materię, & operatio respectu formę; vnde licet principia essendi sint etiam cognoscēdi, non tamen contra, quia sępè cognitio est ab effectis, vt cōtingere solet in physicis, & admirari licet artificium Aristotelis, qui procedens à perfectioribus, primum posuit esse reale perfectum, significatum per ly, est, secundo esse reale inchoatum, significatum per ly, fit, tertio esse cognitum, significatum per ly, cognoscit, atque adeo complexus est omne esse, quod per se, vel reductiue ponitur in præsenti.

Principium multiplex ratio.

B

ART. II. afferuntur, & soluuntur argumenta contra definitionem principiorum.

C

SED contra hanc secundam Conclusionem primo obijcitur, nā in illa videntur aliquæ particulæ superfluæ; particula enim (primum) vel accipitur negatiue, qua ratione latius patet, quam principium, ergo non potest esse essentialis, quia negatio non potest esse de essentia principij, sed potius erit proprietas, consequēs aliquid superius ad principium; vel accipitur positiuè, & tunc reliquæ particulæ sunt superfluæ, quia quicquid habet huiusmodi primitatem, necessario est principium.

Prima obiectio.

Resp. ly, primum accipi negatiuè, & cōtrahitur ad primitatem positiuam per sequentes particulas, & ideo non redundant, & licet illa negatio sit proprietas quędam cōmunioris pręD dicati; tamen non est absurdum poni in definitione inferiorū, vt patet ex definitione quinq; vniuersalium; genus enim definitur esse prædicabile de pluribus, cum tamen sit passio, quæ ponitur loco generis, & multo congruentius obseruatum fuit in hac definitione, quia prædicatum illud commune non est ita distinctè notum; vnde si dictum fuisset, principium est id, vnde ly, id non ita distinctè explicasset conditiones principij, sicut explicasset per ly, primū, quod et Aristoteles ingeniosè obseruauit in alijs particulis, nā potuisset dicere esse id, vnde aliquid est, cum ly, est, comprehendat omne esse, E & tñ vt distinctius traderet conditiones principij, explicare voluit modos essendi, & ideò dixit, aut est, aut fit, aut cognoscitur. Neque mirū si principij ratio explicata est per aliquid negatiuum, nam simplicia explicantur per negationes, vt patet in notionibus diuinis, vt benè Zumel prima parte, quæst. 32. art. 3. ad quartum,

Solutio.

Aptius per negatiuum, quā per positiuum, ratio principij explicatur.

tum, ex D.Thom.quæst.33.art.4.ad primum.

2. Obiectio. Secundo obijcitur, quia conuenit ijs,quæ nō habent rationem principij, nam compositum artificiale constat ex naturali, & forma artis, & naturale compositum non est principium artificialis,& tamē illi conuenit hæc definitio principiorum.

Confirmatur, quia opposita, per sua opposita cognoscuntur, vt priuationes per habitus, relatiuum per suum correlatiuum, Creator per creaturas, & tamen hæc non sunt principia illorum.

Respondetur. Resp. negando composito naturali conuenire definitionem,nam cum constet ex prioribus principijs, non potest illi conuenire simpliciter, vel in genere naturali esse primum, sed respectu artificiatorū, vt habet rationem primi, quia non fit ab arte, sed ab illa supponitur, vt materia formæ artificiosæ, ita habet rationem principij, sin determinato genere artefactorū.

6 Ad Confirmationem resp. non esse absurdū concedere vnū oppositum esse principium respectu alterius oppositi, quando vnum est medium ad cognoscendum aliud, quod patet in *oppositum. siue contradictorie, siue contrarie potest esse principium cognitionis alterius.* cōtradictorie, & priuatiue oppositis, in quibus positiuū natura,& cognitione semper est prius priuatiuo 1. Poster. tex. 40. & in contrarie oppositis, cum perfectius sit, veluti mensura alterius, potest dici principium quoad cognitionē imperfectioris, licet sæpè etiam quoad nos imperfectius faciat nos cognoscere perfectius, sicut etiā creaturæ possunt dici principia respectu nostri quoad cognoscendum Creatorem, non tamen hinc sequitur principia Creatoris absoluta, sed secundum quid, idest quoad cognitionem, sicut priuatio, quæ est principium generationis, non dicitur absolutè principium rei effectæ. Quoad opposita vero relatiua di- *Relatiuum potest esse principium,sed clare & distincta cognitionis alterius.* cuntur à philosophis esse simul tempore, natura, & diuisione, atque adeo vnum non videtur posse dici principium cognitionis alterius; vndè non vnum per alterum,sed alterum cum altero cognoscitur;verū licet hæc vera sint quoad cognitionem quādam confusam,tamen quo ad distinctam potest vnum esse principium cognitionis alterius, quia ex distincta cognitione vnius, potest iuuare cognitionem distinctam alterius.

3. Obiectio. Tertio obijcitur,quia hæc definitio non cōuenit omni principio, quia non meminit principiorum operandi, & appetendi.

Confirmatur,quia non conuenit causę secūdę, cum tamen talis causa sit principium; dicitur enim principium esse primum, at causa secunda non est prima, atq; adeo non potest cōuenire illi esse primum.

Confirm. 2. quia in diuinis est propria ratio principij, cum tamen Pater non potest habere rationem primi respectu filij,neqj vterq; respectu Spiritus sancti; non enim inter diuinas personas est prioritas, iuxta Symbolum Athanasij, & in hac Trinitate nihil prius, & posterius, nihil maius, aut minus est.

Diluitur obiectio. Resp. hac definitione comprehensa esse, tū principia operandi, siue quia ipsa etiam operatio sit, saltem vt quo, siue quia principia essendi sunt principia operandi,vt infra dicemus;tū etiam principia appetendi,nam si loquamur de appetitione passiua,comprahēsa sunt sub principijs cognitionis, quia appetitus non operatur nisi circa obiectum sibi repræsentatum per cognitionem,vndè sępè fit,vt obiectum .s. si conueniens reijciatur ab appetitu, quia repræsentatur vt disconueniens, & cōtra; si vero loquamur de appetitione actiua,pōt dici etiam fuisse comprahensam sub principijs effectionis, quia appetitio etiam quodammodo fit.

Ad primam Confir. resp. ly, primum in definitione principij aliter sumi, ac quando additur secundum vsum communem causæ, nam quando additur causæ, sumitur; vt dicit negationem simpliciter præcedentis in tota latitudine causæ; at quando adijcitur principio, ly, primum dicit negationem antecedentis, non simpliciter,sed in determinato genere; vnde potest conuenire causæ secundæ, quæ in alio genere præcedatur ab alio, neq; id nouum,nā in numeris non solum prima vnitas simpliciter dicitur principium numeri, sed etiam decima vnitas respectu consequentiæ. *Ly primum dicit negationē prius in determinato genere,& sic c. usū secunda est principiū.* *Exemplum de numero.*

7 Ad 2. Confirm. ex ly 1. non potest colligi ea prioritas, quam ponit argumentum, nam diximus sumi negatiuè, quod conceditur in diuinis, Pater enim dicitur prima persona, & filius dicitur secunda, quia Pater non præceditur à Filio; filius autem præceditur, quæ potius ex alijs particulis potest oriri difficultas: an ex illis colligatur vnitas positiua,eaqjsit de ratione principij,quod quia difficultatem aliquam habet, ideo sequenti dubitatione explicanda est. *Prioritas negatiua conceditur in diuinis.*

DVBITATIO SECVNDA

An prioritas respectu eius, quod est à principio, sit de ratione principij?

HÆc quæstio difficultatem nullam haberet, si ea tantum principia respiceremus, quæ sunt in Creaturis; facile enim concedi posset in ijs dari prioritatem;at quia in diuinis ponitur vera ratio principij,& tamen Concilia, & Sancti,ac Theologi omnes negāt prioritatem,ideo inuestiganda est ratio principij, quid requirat ad suam rationē formalē,de qua re D. Thom. 1. parte q.33. art.1.& q.40. art.4.q.42. ar.3. 1. sent. dist.9.q.2. ar.1. Zumel q. 42.art.3.disp.1. Molina ibidem, Vasq. disput. 167.Scotus in 1. dist.12. q.2. & dist.28. q.3. & in 2. dist.1. q.1. Buer nus 1.dist.6. quæst.1. Durand.in 1.dist.9. q. 2.dist.20.q.2. Soncin.4. Met.q.31. notab.2. 5. Met. q. 1. Flandr. q.1.art.2.in solutione argumentorum Fonf. q.3. Suar. disp.12. in Met. sect.1. à num. 8.

ART. I. *Varia Auctorum sententia.*

PRima opinio est dicentium de ratione principij esse ordinem aliquem, siue originis,siue alterius rationis, qui ordo est relatio quædam ad id,cuius est principium, vnde præsupponit

ponit distinctionem inter relata, quia nihil ad seipsum ordinatur, licet illa distinctio nõ significetur hoc nomine principij, quo significatur res absoluta sub respetu ordinis complente rationem formalem principij. Vnde principium dicunt esse relatiuum secundum dici; relationẽ autem prioritatis, & posterioritatis ad id, cuius est principiũ, non esse de ratione formali principij, nec consequi illam præcisè, & in communi, sed solum indeterminata natura, in ea, scilicet, quæ potest esse particeps prioritatis, & posterioritatis; ita Soncinnas loco citato, Guido quidam apud Bacchonem, Aureolus 1. dist. q. 91. & refert illum Bacchonius, Fland. loco citato sequuntur communiter Thomistæ, qui di-

Est Soncinnatis Aureoli Flandres, & communis Tomistarũ.

B
cunt prioritatem à parte rei non esse de ratione principij, quod id asserat D. Thom. 1. parte q. 42. art. 3. sed nostro modo intelligendi esse aliquam prioritatem, vt asserit idem D. Thom. 1. parte q. 40. art. 4. quem sequitur Caiet. d. art. 4. & 3. vbi soluit contradictionem, quæ videtur esse in D. Th. dũ ait personã producentem, & productã: esse simul cognitione, & personã producentẽ esse priorẽ producta nostro modo intelligendi, nã sunt simul cognitione ex meritis rerum, & nõ simul ex parte nostra, nam licet natura correlatiuorum sit, vt alterum sine altero non intelligatur perfectè; quia tñ nos nõ intelligimus diuina, vt sunt in se, sed nostro modo prius concipimus personam producentem,

C
quã productionẽ, & terminũ productionis, & deinde relationẽ, cũ tñ in diuinis relatio sit cõstitutiua personæ producentis, sm̃ cõem doctrinam, & illam docuit Bonau. 1. d. 2. a. 2. & 2. In corp. & ad 1. quod concedit ordinẽ sm̃ naturam, sed sine prioritate, & posteritate, & sequitur illam Molina 1. p. q. 42. a. 3. eamq. tribuit Fons. Cap. & alijs, atq; explicat D. Thom. quomodo neget primitatem inter personas diuinas etiam nostro modo intelligendi, & quomodo affirmet.

2 Secunda sententia est dicentium de ratione principij esse ordinem, qui includit aliquam prioritatem, & posterioritatem à parte rei, nec

D
posse intelligi principium producẽs sine prioritate saltem originis respectu personæ productæ, nostro tamen modo intelligendi, nullo modo esse prioritatem, quod correlatiua sint simul cognitione, & in diuinis persona producens non potest intelligi nisi sub conceptu relatiuo ita Scot. quolibet 4. & in 2. dist. 1. q. 1. & in 1. dist. 12. q. 2. & dist. 28. q. 3. vbi Tataretus, & Lichectus, Gregorius in 1. dist. 9. q. 1. vbi Gabriel q. 3. Bacchonius in 1. dist. 6.

Est Scoti Tatareti, Gregorij Gabrielis Bacconij.

Tertia sententia est dicentium; neq; ex parte rei, neque ex nostro modo intelligendi prioritatem esse de ratione principij etiam producẽtis respectu rei productæ; ita Durand. in 1. dist.

Durandus.

E
9. q. 2. & dist. 20. q. 2. Fundamentum huius, vt neget prioritatem à parte rei, sunt argumenta Thomistarum; vt aũt neget prioritatem cognitionis fundatur in argumentis Scotistarum.

Quarta sententia est dicentium de ratione principij esse aliquam prioritatem, tam ex parte rei, quam ex nostro modo intelligendi, ita Fonseca loco citato quæst. 2.

Fonsecæ opinio.

A
ART. II. Prænotantur aliqua.

3 PRO solutione notandum prius, & posterius in Bacchone loco citato art. 2. posse accipi dupliciter. Primo, vt dicunt mensuram existentiæ rei, vt sensus sit, Pater est prior Filio, idest datur aliqua mensura, in qua Pater est antequam Filius sit. Secundo vt dicunt extrema ordinis originis, vt sensus sit omnem ordinem exigere extrema ordinata secundum prius, & posterius. Quare difficultas non est an de ratione principij in communi sit prioritas, & posterioritas primi generis, quia cõstat talẽ prioritatem non exigi, cum inter diuinas personas

Prioritas sumi potest dupliciter.

B
sit vera rõ principij sine tali prioritate, vt constat ex æternitate, & necessitate essendi diuinarum personarum; vnde solum difficultas manet de prioritate secundi generis.

Secundo Not. prioritatem aliam esse ex nostro modo intelligendi, quæ dupliciter explicatur. Primo, quando in re non respondet aliqua prioritas, vt quando scilicet nos intelligimus vnum vt prius existens altero, saltem obiectiuè. Secundo qñ à parte rei respicit obiectũ, & dici solet à Bacchone in 1. dist. 26. q. 1. ar. 2. dub. 2. prioritas à consilio, sicut cum artifex ordinat, quod aliquid ponatur in fundamento, aliud in pariete, aliud in tecto, de quibus Auicenna ait 3. met. c. de ad aliquid in fine, quod

Prioritas ex nostro modo intelligendi duplex etiam est.

C
sunt relatiua in solo intellectu, aliam esse secũdum rẽ, seu, vt aliqui dicunt ex natura rei, quãdo scilicet à parte rei vnũ est prius altero, cuius prioritatis species varias numerauit Arist. in post prædicamentis de priori, & 5. Meth. à t. 16. vbi nos eas fusius explicabimus; nunc verò satis nobis sit explicare distinctionem illam à Theologis positam prioritatẽ in quo, & à quo, nam prioritatẽ, in quo, dicunt esse quando ad prius, in quo sequitur, hoc est, quando hoc non est, vt si dicatur Pater est prior, in quo, filio, sequitur, quod Pater est, quando filius nõ est vel saltem (si auferatur, ly, quando) habetur, quod verè diceretur, Pater est, filius non est

D
prioritas vero, à quo, dicit tantum, vnum esse ab alio, et si nunquam verè dici possit, quod vnum sit, & aliud non sit, ita Bacchonius in 1. dist. 1. q. 2. art. 2. in fine; prioritatem autẽ, in quo distinguere solent in prioritatem naturæ, seu secundum naturam, & in prioritatem durationis, licet aliqui confundant prioritatem naturæ, cum prioritate, à quo, sed malè, vt alibi dicemus.

Prioritas signi in quo vel est durationis, vel naturæ prioritas.

4 Tertio Not. ex Soncinnate loco citato aliquid esse de ratione principij antecedenter, vt distinctio principij à re principiata, nam cum de ratione principij, vt infra, sit ordo, & ordo necessario requirat distinctionem, inter quæ in-

Principium præexigit distinctionem inter ipsum, & principiatum.

E
tercedit, cum nihil ad seipsum ordinetur, fit, vt ad rationẽ principij præexigatur distinctio; aliquid vero sit consequens rationẽ principij, quæ sit illius proprietas, cuiusmodi est cognosci vt medium probans rem principiatam à priori; aliquid verò tanquam de ratione formali illius, idest quomodo formaliter significatur nomine prin-

principij, vt sic, & hoc quærimus quodnam illud sit.

Dices in motu, tempore, & in omni quantitate continua datur ordo à parte rei, & tamen non datur distinctio, ergo ex ordine non rectè colligitur distinctio.

Vbi est ordo ita est distinctio si realis realis, si rationis, rationis.

Resp. semper sicut est ordo: ita est distinctio, quæ supponitur, si enim ordo est à parte rei realis, supponitur distinctio realis; si formalis, distinctio formalis; si rationis est ordo similiter, & proportionata distinctio est necessaria, vnde inter partes quantitatis, vt datur ordo realis, ità distinctio realis, quia vna pars non est alia, sed vt non datur distinctio formalis, quæ est inter terminos habentes quidditates terminatas, & quasi terminus formalis, ità inter partes quantitatis continuæ non datur ordo formalis proportionatus illi distinctioni, sed hinc non fit, vt vbicumque datur distinctio detur ordo, multa sunt distincta, sed confusa, vt patet ex multitudine variarum rerum sine ordine positarum. Vnde colligitur latius patere distinctionem, quàm ordinem.

Omne principium dicitur relatiuum, licet non totum sit relatiuum, participat .n. de absoluto.

Quarto Not. ab omnibus concedi principium esse relatiuum quoddam, quia non potest intelligi sine aliqua relatione ad id, cuius est principium, siue hæc relatio sit secundum esse, vt dicunt aliqui, siue secundum, dici, vt voluit Soncinnas, quod principium dicat aliquam perfectionem, atq; adeo quid absolutum, quod completur per relationem; & mihi placet, nam totū esse principij non est ad aliud se habere, cum habeat aliud esse idest id, vnde aliquid est, neq; his obstat ratio principij, quæ est in diuinis, qua cōstituitur suppositum, quia quod ibi sit relatio secundum esse, non est ex ratione relationis, quam includit principium vt sic, sed ex ratione talis principij scilicet diuini suppositi ad intra producentis, & ideo Theologi dicunt posse concipi relationem, vt constituentem diuinum suppositum, absq; eo, quod concipiatur relatio, vt relatio, cum tamen suppositum sub ratione principij nullo modo possit concipi sine aliqua relatione
5 vt sic.

Relatio, quæ in principio continetur non est necessario realis.

Quinto Not. hanc relationem inclusam in ratione principij, vt sic, non necessariò esse realem, tùm quia ratio principij inuenitur in Deo respectu Creaturarum, cum tamen in Deo non sit relatio realis, vt in Creaturis, tum quia ratio principij, conuenit etiam entibus rationis; vt vnum ens rationis potest esse fundamentum alterius, ita potest esse principium, entibus autem rationis non posse conuenire relationem realem, notius est, quàm vt probatione indigeat. Denique quia ratio principij sæpè tribuitur à Theologis ijs, quæ non distinguūtur, nisi ratione, quomodo in Deo infinitas dicitur principium immensitatis, & tamen inter hæc non potest esse relatio realis.

Qualis sit hic ordo requisitus à principio, alij, alia.

Sexto Notandum, ab omnibus concedi de ratione principij esse ordinem quēdam ex opinionibus supra relatis, & solum quæritur qualis sit hic ordo, & quidem Thomistæ dicūt esse ordinem originis absque vlla prioritate, & posterioritate secundum rem, sed solum secundum rationem ex imperfecto nostro modo intelligendi. Scotistæ verò dicunt hunc ordinem originis, non posse esse sine ordine prioritatis, & posterioritatis, saltem secundum originem aliquam, quam prioritatem dicunt distingui à prioritate naturæ, & rationis, & ab alijs, quas Aristoteles posuit, quasque negarunt Sancti, cum dicunt in trinitate nihil esse prius, aut posterius, & Ego existimo D. Thomam nō negasse hanc prioritatem originis, sed solum eas, quas posuit Aristoteles, cuius cum obseruantissimus fuerit, non ausus fuit aliam prioritatem inuehere. Quo circa sit.

ART. III. Auctoris Opinio.

Prima Conclusio.

PRima Conclusio. De ratione principij est aliqua prioritas, siue intrinsecè, siuè consequenter, respectu eius, quod est à principio.

Probatur, quia non potest intelligi principiū, nisi intelligatur vt præsuppositū ab eo, quod est à principio, vt patet ex vi nominis, & communi omnium conceptione, ergo saltem ei conuenit prioritas secundum nostrum modum intelligendi. 6

Durandi obiectio.

Sed contrarium obijcit Durandus datur aliquod, quod constituit relationem, quatenus est simul cognitione cum sua correlatione, atque adeo non prius cognitione, ergo principiatio in communi non potest habere suam rationem formalem, quæ cōstituitur per prioritatem secundum cognitionem, quia repugnat esse simul, & prius cognitione. Antecedens probatur in diuinis, vbi Pater, qui est principium filij, constituitur per paternitatem, sicut filius, per filiationem, atque adeo principium & Filius, qui est à patre, sunt correlatiua.

Confirmatur nam etiam si principium constituatur per absolutum, adhuc tamen non potest concipi sub ratione principij, nisi concipiatur res principiata: ergo non potest vnum concipi priusquam alterum, ergo non potest habere prioritatem secundum cognitionem.

Solutio.

Resp. fusè Bacchonus loco citato art. 3. per hoc, nunc verò sufficiat, quod etiam si paternitas constituat patrem in diuinis, ad huc tamen non potest pater concipi, vt principium filij, nisi concipiatur vt quid præsuppositum, à quo est filius, atque adeò habere prioritatem ex nostro modo intelligendi, neque his repugnat, quod dicitur de correlatiuis esse simul cognitione, quia, vt explicabimus suo loco, ea simultas cognitionis non necessariò exigit, vt ad cognoscendum vnum correlatiuum, sit necessaria cognitio alterius correlatiui, sīn correlationem, quia satis est, vt cognoscatur eius terminus, sed dicuntur simul cognitione concomitanter, vt alibi dicemus, vel vt alij dicunt esse simul cognitione negatiuè, quia vnū nō pēdet in cognitione ab altero, sicut ēt dicuntur esse simul natura, quādo vnū nō pendet in essendo ab altero, quæ fusius ex-

Vnum correlatiuum non necessario cognoscitur ex cognitione alterius vt correlatiui, sed vt termini.

plicare non est huius loci; deinde etiã si essent simul cognitione ob necessariam cognitionem mutuam quoad cognitionem, adhuc tamen nõ tolleretur hæc prioritas cognitionis, quia semper vnum cognoscetur, vt id, à quo, & vt præsuppositum, & aliud, vt id, quod ab alio; atque adeò vt consequens. Vndè in diuinis, & si persona producens non possit concipi sine relatione, potest tamen concipi inspecto modo concipiendi ante productionem actiuam, non relatiuè, sed absolutè, quomodo concipimus producentia creata, quæ sunt absoluta, idque non mirum ob plenitudinem perfectionis, quæ est in illa relatione, quæ & dat esse incommunicabile, seu hypostaticum, admodum, quo dant hypostases absolutè, & refert ad personam productam, & ideò tunc non concipitur, vt terminatur ad personam productã, sed vt dat esse incommunicabile.

Ad Durandi confirmationẽ.

7 *Principium, & principiatum triplici via inter se comparatur.*

Vndè ad Conf. Resp. principium, & principiatum posse tripliciter considerari. Primo secundum esse absolutum, nulla facta ad inuicẽ comparatione, vt terminatur ad personam productam; sed vt dat esse incommunicabile. Secundo quatenus formaliter referuntur ad inuicem. Tertio pro eo, quod denominatur principium, quatenus est id, vnde aliud, seu quatenus est sub actuali ratione principiandi; & hoc modo sumitur principium, quando definitur; non. n. sumitur primo modo, quia, vt sic, non est actuale principium, sed tantum potest esse actuale principium neque secundo modo, quia vt sic, non est principium, sed præsupponitur fuisse principium; vndè ea denominatio à relatione manet toto tempore, quo manet terminus, etiam post præteritam principiationem; quare sumi debet principium tertio modo, qua ratione constat esse prius principiato, seu re, cuius est principium; siuè illa prioritas pertineat ad rationem formalem principij, siue necessariò consequatur, neque hæc prioritas tollitur ex eo, quod non potest intelligi principium sub actuali ratione principiandi, nisi intelligatur res principiata, quia in hac connexione cognitionis semper principium intelligitur, vt id, à quo, & prius, & præsuppositum, at principiatum, vt quid posterius, & consequens, quod videre licet in causa, quæ vt est sub actuali ratione causandi, non potest intelligi sine effectu consequente, & tamen causa non solum habet prioritatem ex nostro modo intelligendi, sed etiam à parte rei, non solum prioritatem originis, sed etiam naturæ; quin etiam secundum aliquos, prioritatem durationis, quando causæ successiuè producunt, de qua re nos suo loco.

8 *Principio danda est aliqua prioritas.*

Secunda Conclusio. Ad rationem principij principiantis à parte rei, necessaria est aliqua prioritas à parte rei.

Prioritas apud Aristotelem varijs modis accipitur.

Probatur primo ex Aristotele 5. Metaph. t. 16. vbi in vniuersum tradit duo genera priorum, & posteriorum; vnum eorum, quæ dicuntur priora, & posteriora ratione alicuius primi, quod principium sit in certo aliquo genere, vt id sit prius, quod principio propinquius. Vnde aliqua sunt priora loco, alia, tempore, alia motu, alia, potestate idest quod mouet per electionem, alia ordine, idest in quibus nihil aliud attenditur, quàm ordo ipse enumerationis; Alterum genus principiorum, quod conuenit rebus, quæ ex solo mutuo respectu dicuntur priora, & posteriora; & hæc sunt duplicis generis, alia sunt cognitione, siuè per intellectum, vt vniuersalia dicuntur particularibus priora, siue per sensum, vt particularia sunt priora vniuersalibus, alia verò dicuntur priora secundum naturam, idest naturali essendi ordine, quomodo causa est prior effectu, & omnia, quæ sine alijs esse possunt, non tamen hæc sine illis, & hoc modo etiam vniuersalia dicuntur priora, & similiter in alijs, ergo secundum Aristotelem prius, & posterius sumitur à principio, atque adeo necessario principium debet includere prius in ordine ad id, cuius est principium.

Etiam in relatiuis est ratio prioritatis.

Neque dicas id esse verum in absolutis, non autem in relatiuis, nam, vt rectè, Bacchonus ar. 3. Aristoteles ait, quod in quocumque genere potest assignari principium, ibi, & prius, & posterius, & ibi numerat etiam prædicamentum ad aliquid, & addit Bacchonus, quia quod conuenit alicui secundum suam rationem formalem, conuenit illi vbicumque ponatur, quia est inseparabile ab illo, sicut est in separabilis sua ratio formalis; sed principio conuenit prius, & posterius per rationem suam formalem, quia consistit in hoc, quod est esse prius ergo.

Occurritur obiectioni. 9

Neque dicas, quod licet nomen, à quo dicitur principium, sit prioritas, tamen id, quod nomen significat, non est prioritas, sed est ordo originis, non enim semper id, à quo nomen imponitur, est id, ad quod significandum imponitur, vt optimè ostendit D. Thom. p. 1. q. 13. art. 8. non inquam id dicas nam licet id sit verum, tamen non potest applicari huic proposito, tum quia est de definitione principij, nã includitur in eius conceptu formali; ideò enim sapientia, licet in creaturis sit accidens, tamen tribuitur Deo, quia retinet suum significatum formale, quando Deo tribuitur, etiam si ibi transeat ad substantiam, ita cum significatum, seu definitio ipsius prioris imponatur à ratione principi, vbicũq; inuenitur rõ principij, siuè sit absoluta, siue relatiua, inuenitur prius, et posterius, quia includuntur in eius definitione; tùm quia quæcunque dicunt aliquam perfectionem in creaturis, transferuntur ad Deum ablatis imperfectionibus, sed principium, vt dicit prioritatem originis, dicit perfectionem sine vlla imperfectione ex parte sui, vel termini, ergo non est, cur Deo non tribuatur cum hac prioritate: minor patet, quia hæc prioritas originis non repugnat cum simultate temporis, vel naturæ, vel etiam debita relatiuis: quia ordo, & prioritas vnius generis, stat cum simultate alterius generis, vt priora, & posteriora secundum ordinem naturæ, sunt simul duratione.

Neque

Aureoli dictũ reijcitur.

Neque dicas cum Aureolo, quod Aristoteles loquatur de priore, & posteriore in creaturis, nam, vt rectè Bacchonus notat, ex hac responsione, nunquam in tota Theologia, oporteret recipere Physicũ, nam semper posset dici, quod loquitur in Creaturis, non in Deo, vnde posset negari in diuinis relatio, nam definitio relatiuorum posita ab Aristotele conuenit creaturis, & similiter ratio principij posset negari de Deo, quia Aristoteles definiuit principium, quod conuenit Creaturis; quinimò posset negari in Deo ordo originis, quia sicut Philosophus nũquã vidit esse prius, & posterius, nisi inter realiter distincta secundum naturam, ita neque vidit ordinem originis, nisi inter realiter distincta secundum naturam: quare sicut ponitur ordo originis quantum ad rationem formalem eius, abstrahens ab imperfectione Creaturarum, ità debet poni ratio formalis prioris, & posterioris abstrahens ab imperfectionibus, quas habet in creaturis.

10 *Confirmatio. Maius est ly primum, quam prius.*

Confirm. ex definitione principij tradita in 5. Metaph. cap. 1. vbi dicitur esse primum, vnde &c. quod aliquid maius est, quàm esse prius; nam prius dicit solum antecessionem ad principiatum, primum vero dicit negationem prioris, & hinc Augustinus 4. de Trinit. cap. 2. appellat Patrem principium totius deitatis, & Dionysius cap. 3. de diuinis nominibus, dicit Patrem fontem cœlestis diuinitatis, & ità loquitur Concilium Toletanum sextum in confessione fidei. Concilium Vuormacense in Confessione fidei, Florentinum in litteris vnionis sess. 22. Athanas. in oratione contra Gregales Sabellij, explicans illud, Deus de Deo, quod dictum non intelligitur, quasi Pater sit principium ipsius naturæ diuinæ, non enim diuina natura secundum fidem Catholicam habet principia, cum à nulla persona diuina distinguatur; vnde cap. damnamus de summa Trinitate, & Fide Catholica, anathematizantur dicentes, essentiam generari, aut produci, sed dicitur Pater principium diuinitatis quia in ordine diuinarum personarum, ità est principium aliarum personarum, & communicationis diuinæ naturæ, vt ipse non sit ab alio principio, & non habeat naturam ab alio communicatam, vbi aduerte ex Canariens. 1. parte q. 33. art. 3. eam propositionem absolutè non esse asserendam. Ex quo patet de ratione principij, esse vt sit prius eo, cuius est principium, quod si in aliquo ordine erit simpliciter principium erit simpliciter primum in illo ordine; si verò non erit principium simpliciter, sed secundum quid, non erit simpliciter primum; qua ratione primum instans temporis dicitur absolutè principium temporis; instans verò continuatiuum non erit principium simpliciter, sed secundum quid, idest respectu sequentium.

Cur Pater in diuinis dicatur principium diuinitatis.

Aliorum responsio.

Respondent aliqui, cum Arist. non cognouerit diuinarum personarum productionem, sed tantum cognouerit principia rerum creatarum, non mirum si definit principia per prioritatem, vnde ipse exigit in principijs prioritatem, vel temporis, vel cognitionis, & similium, quæ repugnant in diuinis.

11 *Refellitur.*

A Sed contra, quia cum Aristoteles definiat principia per prioritatem, necessario in eius conceptu formali includetur, ergo conceptus ille retineri debet in diuinis cum ea prioritate, quę in diuinis non repugnat, at prioritas originis non magis repugnat in Diuinis, quam ordo originis, vt rectè probat Bacchonus in 1. dist. 6. q. 1. art. 2. quia nihil aliud dicit hæc prioritas, quam esse id, à quo, quod etiam dicit ordo originis, & fusius art. 5. ibi ostendit non magis esse compossibilem consubstantialitatem personarum cum ordine originis, quam cum prioritate, & posterioritate originis, quia eadem facilitate Philosophus negaret, vnum produci ab alio, & habere eãdem numero substãtiam, qua negaret, Vnum prius altero secũdum originem, & habere eandem num. substantiam. & cõtra; sicut concederet vnum, concederet alterum; quare sicut manet consubstantialitas cum ordine originis, ita cum prioritate originis. Vnde Augustinus lib. de triplici habitaculo siue de gaudijs Electorum, ait, quod in beata visione videbimus duas processiones, & tunc videbimus quomodo Pater præcedit filium, non tempore, sed origine, & plura affert Vasquez 1. parte disp. 167. c. 2. ex Epiphanio Nazianz. Basilio, & Augustino.

Sicuti conceditur ordo originis in diuinis ita & prioritas originis.

B

Secunda conclusionis probatio.

C Secundo probatur de ratione principij, vt patet ex definitione est esse primum, non solum negatiuè, sed etiam positiuè, vt patet ex explicatione posita; nam non solum dicitur primum, quia ante se non habet aliud, sed quia dicitur in ordine ad aliud, quod est ab ipso, sed quod est primum positiuè respectu alterius est etiam eo prius, vt patet, tum ex ratione nominis, quia sicut primum negatiue dicitur, quod non præceditur ab alio, ità primum positiuè dicitur, quod præcędit aliud, respectu cuius dicitur primũ ideo enim, quod est ab alio, non dicitur primum negatiue, quia præceditur ab alio; tum quia, quod est primum positiuè supponitur ab eo, respectu cuius dicitur primum, alioqui non magis vnum esset primum, atque adeo principium, quam alterum, tum etiam patet, quia productio præsupponit principium, sicut agere præsupponit esse: ergo multo magis terminus productus præsupponit principium, quam rationem rectè explicat Bacchonus loco citato ar. 4. Sed id, quod præsupponitur ab alio, est prius illo; hoc enim significat ly, præsupponi, & patet inductione in omnibus enim id, quod præsupponitur, est prius, neque tamen per hoc ponimus dependentiam, quia generatio præsupponit priuationem, & tamen non dependet ab illa, & in diuinis est hæc præsuppositio, & tamen ibi est omnimoda independentia, vnde aliud est præsupponi vt principium, aliud præsupponi vt causam, quia pręsuppositio causæ infert dependentiam: non ita autem præsuppositio principij.

D

8

E

12 *Tertia probatio ex inductione.*

Tertio probatur inductione, quia in omnibus principijs inuenitur aliqua prioritas, siue se-

secundum locum, siue secundum tempus, siue natura, siue secundum cognitionem, siue secundum alios modos, quibus dicitur principium, ergo etiam ratio principij, quæ est in diuinis, debet dicere aliquam prioritatem, non quidem illam, quam dicunt res creatæ inter se sed eam, quæ non inuoluat imperfectionem, cuiusmodi est prioritas originis, quia nulla est ratio cur in diuinis non ponatur, cum conceptus communis principiorum traditus à Philosophis inferat prioritatem; & negare illam in Deo sine necessitate, est scandalũ offerre Philosophis in rebus fidei, easque difficiliores reddere ad credendum.

4. probatio sumitur ex dictis aduersariorũ. Quarto probatur ex concessis ab aduersarijs, nam ipsi concedunt rationem principij in Creaturis dicere prioritatem; in diuinis verò non prioritatem originis sed ordinis, sed ordo verè includit prius, & posterius, ergo Minor prob. primo à Fonseca ex ratione ordinis, quia nihil aliud est duo esse inter se ordinata, quam vnum esse prius altero, vt patet ex definitione ordinis, quam affert Durand. 1. distinct. 20. quæst. 2. & Bonau. 1. distinct. 2. art. 2. quæst. 1. & 2. quod sit habitudo plurium ad vnum primum, vt ad vnum principium, vt ait D. Thom. & Aristoteles, qui ideo 5. met. tex. 16. & in præced. cap. de priore inter genera prioritatũ numerat, alia esse priora ordine scilicet numerationis à primo, quę ab Arist. absolutè dicũtur priora ordine, quia scilicet omnia, q̃ sunt priora, dici possint aliquo ordine priora vt loci, temporis, &c. tamẽ ea dicũtur peculiari ratione, priora ordine, in quibus nihil aliud attenditur, quam ordo ipse enumerationis, vt in fidibus ea chorda censetur prior, quæ minori numero distat à media, quam Musici principium faciunt, & caput aliarum, Ex quo fit, vt id, quod prius numeratur, dicatur secundum ordinẽ prius, & quia hæc numeratio potest fieri, vel ad libitum, vel iuxta exigentiam rerum, ideo datur duplex prioritas ordinis. Altera numerabilitatis naturalis, altera numerabilitatis voluntariæ. *Numerabilitas vel est naturalis, vel voluntaria.*

Et Confirm. inductione ex Scot. q. 3. prolog. nam aut est ordo causalitatis, & constat includere prioritatem temporis, vel naturæ, aut est ordo præsuppositionis, qui est inter partes subiecti acquirentis formam, vt v. g. illuminatio partis prioris subiecti præsupponitur ad partis posterioris illuminationẽ sine causalitate vnius partis, in aliam; similiter patet, de ordine durationis, seu vt loquitur Bonau. antecessionis, quæ est inter ea, quæ habent prioritatem secundum duratione, & de ordine naturæ, quæ secundum Bassolum requirit tres conditiones, .s. depẽdentiam posterioris à priori, distinctam essentialem, quæ oritur ex dependentia essentiali, & separabilitatem prioris à posteriori, vt scilicet 5. Met. t. 16. dicitur, genera esse priora speciebus, quia esse possunt sine illis; non tamẽ contra, ergo etiam idem dicendum de ordine originis, qui duplex ponitur à Tatareto in 1. d. 1. q. 2. alter, quo aliquid ab aliquo originatur, alter prædicatorum, quo vnum prædicatum immediatius conuenit vni, & alteri mediate, siue respectu eiusdem subiecti, cui immediatius cõuenit vnum prędicatum, q̃ aliud; nam tũc inter illa prædicata erit ordo originis, quia non potest esse ille ordo sine aliqua prioritate saltem præsuppositionis.

13 *Ordo tria dicit ex S. Thom.* Denique D. Thomas 1. dist. 20. quæst. 5. art. 3. in corpore expresse dicit tria esse de ratione ordinis; primo, est proritas, & posterioritas, secundo, distinctio, tertio, origo, vel alius modus; ad quem contrahitur ordo in specie, & prius, & posterius esse tanquam genus ad ordinem, vt infrà, quod etiam dicit secunda secundæ quæst. 26. art. 1. vbi quærit, an in charitate sit ordo, vbi ait ordinem includere in se aliquem modum prioris, & posterioris.

Minorem quarta probationis, probat Bacch. Secundo probat minorem Bacchonus loco citato ar. 2. 4. & 5. ex ipsa ratione originis, nam ordo originis nihil aliud dicit, nisi esse id, à quo alius, & qui ab alio; sed concedendo in diuinis à quo alius, iam conceditur prius, quia sicut causa dicitur prior natura effectu, quia est id, à quo natura effectus pendet; ita persona producens per originem dicitur prior origine, quia persona producta est per originem passiuam à persona producente, & sicut actio est prior passione, ita origo actiua est prior origine passiua prioritate sibi proportionata.

Confir. ex Bacchono. Confirmatur ex Bacchono loco citato, & fuse explicat Fonseca, & Vasquez prima parte disp. 167. cap. 2. quia quæcunque habent ordinem originis; se habent sicut primum, & secundum, & ideò in diuinis conceditur prima, secunda, & tertia persona, sicut ibi conceditur ordo, sed primum, & secundum, non possunt esse sine priore, & posteriore. Minor probatur, nam si aliqua sunt omnibus modis simul, & excludunt omnem modũ prioritatis, non est maior rõ, quare magis vnum dicatur primum, quàm aliud; quam rationem fuse explicat Fonseca, probans prioritatem inter diuinas personas ex ordine numerabilitatis naturalis, quem Aug. lib. 3. contra Maximum cap. 14. vocat ordinem naturæ, quem ait dari inter diuinas personas, quia non voluntariè, sed ex natura rei illis conuenit idest ex fœcunditate naturæ diuinæ, & D. Thom. 1. p. q. 42. art. 3. vocat ordinem originis, vnde Ricchard. ex ordine originis, qui est à natura rei dicit ibi esse prius, & posterius originis naturalis.

ART. IV. Diluuntur obiecta.

Sed contra 1. obijcitur, destruendo fundamentum conclusionis positæ, nam probauimus prioritatem, & posterioritatem, ex ordine, sed falsum est vbicumque datur ordo, dari primitatem; tum quia inter personas diuinas datur ordo etiam Naturæ, vt loquitur Augustinus contra Maximum c. 14. & Caietanus 1. par. q. 42. art. 3. alioqui daretur confusio, & tamen inter personas diuinas non datur prioritas naturæ; tum 2. ex diuinis attributis, vt est intellectus,

lectus, & voluntas, inter quæ datur ordo à parte rei, alioqui inter processiones diuinas nõ daretur ordo, & tamẽ à parte rei non datur prioritas inter diuina attributa, cum sint vnũ omnino sine vlla distinctione à parte rei; tum 3. quia correlatiua æquiparantia, vt duo similia ordinata sunt inter se, & tamen inter illa vnum non est prius alio.

A

Resp. rectè à nobis fuisse probatũ dari prioritatem vbi datur ordo. Ad 1. instantiam ex dictis satis patere quomodo inter personas diuinas datur ordo, & prioritas, & infra etiã magis constabit, qua ratione dicetur ordo naturę, non tamen prioritas naturæ.

Inter diuina attributa vti ordo est virtualis, & secundũ rationem ita et prioritas.

Ad secundam Instantiam, quod sicut inter diuina attributa non datur à parte rei aliquis ordo formaliter, sed virtualiter, & secundũ rationem, cum ordo exigat distinctionem, quæ repugnat cũ simplicitate diuina; ita neque datur prioritas formaliter, sed tantum virtualiter, & secundum rationem quia intellectus, & voluntas ita se habent in operando, ac si essent distincta, & vnum attributum prius, altero, quam prioritatem, Scot. quæst. 4. & 5. prolog. vocat præsuppositionis. Vnde Ricchard. lib. 6. de Trinit. c. 7. vbi quærit quomodo inter velle habere condignum idest Filium; & condilectum idest Spiritu Sãctum, sit prius, & posterius, & probat, quod habere filium sit prius, quia potest consistere in personarũ dualitate, sed habere condilectum non potest consistere sine personarum Trinitate; dualitas autem est prior, quam Trinitas.

B

C

Mutuæ relationes quatenus simul denominantur à suis relationibus nullam dicunt prioritatem.

Ad Tertiam relata per relationem æquiparantiæ, vt habent, vel carent ordine, ita habent prioritatem, & posterioritatem. Quare cum mutuæ relationes inter se non habeant ordinẽ, ita neque habent prioritatem, vnde dicuntur esse simul natura, & similiter extrema, vt denominantur per illas relationes, non dicuntur ordinata inter se, nisi nomine ordinis intelligatur conuenientia quædam in forma eiusdem rationis; vt verò reperitur ordo, ita repetitur prioritas; & quia relatio est ordo quidam pendens à subiecto, & termino ad quem est, ideo inter hæc reperitur prioritas, & posterioritas.

D

15

Secunda Obiectio ex Soncinate.

Secũdo obijcies ex Soncinnate, potest intelligi aliquid esse principium alterius, non intellecta ratione prioris, & posterioris, ergo huiusmodi ratio non est de conceptu formali principij. Consequentia probatur, quia nulla res potest intelligi absque his, quæ sunt de formali ratione ipsius. Antecedens probatur nã potest intelligi, quod, A, sit principium. B. communicando eandem numero entitatem, quam habet, & solum distinctam in ratione producentis, & producti, quod licet naturaliter non possit esse, tamen nõ repugnat appræhendi sic esse, at adiuuari potest appræhensio ex nutritione, in qua, eadem numero forma communicatur nutrimento; vndè similiter appræhendi potest, quod nutrimento cõmunicetur eadem numero materia nutriti, & quod nutritũ remaneat distinctum à nutrimento; & similiter sicut ignis generans ignem, ei communicat eã-

E

dem naturam specificam, ita appręhendi potest, quod communicet eãdem numero naturam, & ita esset principium eius. Sed his positis, A, non esset prius, B, nam, vel esset prius quoad aliquid absolutum, vel quoad aliquid relatiuum, cum nihil aliud in eo sit; sed non potest esse prius quoad absolutum, quia nulla res est prior seipsa, sed omne absolutum, quod est in A, vt supposuimus, est in B, ergo neq; quoad relationem, quia relatiua sunt simul natura, & cognitione, ergo vnum non est prius altero.

Confir. prima.

Confirmatur, quia ratio principij reperitur in principijs cognitionis, sed ex his aliqua non solum non sunt priora, sed etiam sunt posteriora, vt quando probamus causas per effectus.

Confir. secunda.

Confirmatur secundo, quia forma est principium generationis; & tamen non est prior, sed posterior generatione, quia prior est via, quam terminus.

Respond. Soncinnati.

Respondeo hoc esse fundamentum Thomistarum, verè tamen non concludit, quia licet in casu posito subiecta illa absolutè considerata, non sit prius, & posterius seipsis, tamen, vt stat sub relatione producentis, & producti, esset prior, & posterior, quia ignis, vt producens esset, vt is, à quo est ignis, vt productus & ita dicimus Deum, vt producentem idest, patrem, vt habeat ordinem originis ad Deum productum idest filium, ita habere prioritatem originis, neque obstat simultas naturæ, & cognitionis, quæ est inter correlatiua, vt diximus, quia cum hac stare potest prioritas originis.

Ignis vt producens esset etiã prior igne producto esset eandem num. naturam illi imperiret.

Patet ad primam Confirm.

Ad primam confirmationem principiũ cognitionis etiã si sit ab effectu ad causam, semper habere prioritatem quoad cognitionem, quia effectus licet nõ sit causa quoad entitatem suæ causæ, est tamen causa quoad cognitionem suę causæ: dicitur tamen cognitio à posteriori, vt distinguatur à cognitione à priori, nam cognitio à posteriori est ab effectu, qui secundum rẽ est posterior causa; cognitio autẽ à priori est à causa formali, vel virtuali, quæ est prior secundum rem effectu cognito, vtrumque autem principium cognitionis, vt sic habet rationem prioris quoad cognitionem.

Ad secundam respondent aliqui.

Reijcitur.

Ad secundam confirmationem Resp. aliqui formam esse priorem generatione etiã in executione, quia est causa formalis illius, sed non placet, nam forma non est principium generationis, vt forma est, sed vt terminus, atque adeo in genere causæ formalis non potest habere prioritatem; generatio enim constituitur formaliter, non per ipsam formam, sed per habitudinem ad formam; Imò neq; requiritur ad generationem, vt terminus præexistens, sicut requiritur terminus ad relationem prædicamentalem ideo.

16

Auctoris resp.

Resp. 2. formam vt est principium generationis, vt est in ordine intentionis, ita esse priorem generatione in ordine intẽtionis; vnde vel nullam habet causalitatem propriè respectu generationis, sicut nec priuatio, vel ea reducitur ad genus causæ finalis, quatenus finis generationis ẽ forma, vel ad genus causę formalis extrinsecę, quatenus generatio specificatur à forma, ad

quam specificationem non requiritur existentia, vt patet ex cognitione, quę specificatur ab A obiecto non existente, & secundum huiusmodi rationes nō est inconueniens actus dici principium potentiarum, quatenus sunt fines potentiarum, easque specificant, præter quam ꝙ actus est magis extrinsecus potentiæ, quā forma generationi, quia hæc sunt inseparabiliter intimè, & essentialiter cōiuncta, ita vt non possit intelligi generatio actualis, quin ibi sit forma actu informans.

3. Obiectio. Tertio obijcitur, quia principium, & principiatum sunt correlatiua, quorum vnum non est prius altero, sed simul natura, & cognitione, ergo siue sit correlatiuum originis, & originati, siue alterius rationis, semper inter ea erit simultas, B & non prioritas, quia quod conuenit alicui in quantum tale conuenit omni tali, & licet vnum relatiuum possit intelligi sine alio fundamentaliter sūptū, nō tñ formaliter; vnde 2. de an. t. 124. probat, ꝙ est impossibile, quin sit vnus sensus cognoscēs differentias sensibiliū differentiæ enim aliquorum important habitudinem aliquorum ad inuicem.

Respondetur. Resp. principium, & principiatū posse dupliciter considerari 1. formaliter sm̄ relationē supradictam; & ita vt non habent ab ea, esse id vnde, à quo. & id, quod est ab alio, ita non habent prioritatem, & posterioritatem.

Secundo Fundamentaliter, secundum virtutem, & potentiam, qua principium produ- C cit, & entitatem, qua terminus producitur, sub qua ratione fundant relationem, & vt habēt ordinem, ita habent prioritatem, quia potentia præsupponitur termino, vt rectè explicat Bacchonus loco citato art. 5. ad argumenta probans prioritatem, & posterioritatem esse inter rationes absolutas, quatenus ratio absoluta in principio est ratio principiandi, & in termino est ratio terminandi, quia relatio, vt sic, neq; est principium agendi, neque est principium terminandi productionē, sed absolutum sub respectu. Vnde D. Thom. in 1. dist. 12. q. 1. art. 1. ad primum, quod principium secundū relationem principij non est prius eo, cuius est D principiū aliquo modo, sed id, quod est principium, naturaliter est prius; quæ doctrina an, & quomodo possit esse vera in diuinis, Theologorum est examinare, & nos aliquid obiter infra dicemus.

17 *4. Obiectio.* Quarto obijcitur ex diuinis personis, quibus conuenit perfectissimè ratio principij, & tamen illis non conuenit prioritas, & posterioritas, tum quia non essent coæternæ, atque adeo incideremus in Arrianorum hæresim, tū quia, vel Pater est prior filio, non vt pater, & tunc nō esset principium, & quia implicat esse patrem sine paternitate, vel est prior in quantū Pater, & neque nam id repugnat simultati E correlatiuorum, & quia in illo priori, quo Pater est prior filio, filius non est, sed dum filius in aliquo signo non est, neque est Pater, nam (vt ait Damascenus lib. 1. c. 8.) pater sine filio nequaquam vocabitur, & Aug. 5. de Trinit. c. 5. hoc est Patrem esse, ac filium habere.

1. Confirm. Confirm. 1. quia hanc prioritatē Maximinus Arrianus apud Gennadium in vita Cerealis Episcopi Africani Castellanensis, obijciebat ipsi Cereali, vt probaret ipsam inæqualitatē personarum; Pater, inquit, in diuinis prius nominatur, quam filius, ergo filius est inæqualis Patri, vnde Aug. lib. 3. contra Maximinum c. 14. tomo 6. nō genitorem inquit, ab eo, quod genuit, sed genitum à genitore mitti oportebat; verum hoc non est inæqualitas substantiæ, sed ordo naturæ, nō quod alter prior esset altero, sed quod alter esset ab altero.

2. Confirm. Confirmatur secundo quia omnes prioritates, quæ inueniuntur in creaturis, dicunt aliquā imperfectionem, à qua nō possunt abstrahere, vt patet discurrendo per singulas scilicet prioritatem temporis, loci, perfectionis, naturæ, & similiū, ergo nulla huiusmodi prioritas potest poni in Deo. Neq. dicas esse aliam prioritatem, quæ ponitur in Deo distinctā ab ijs, quas posuit Arist. quia nos colligimus prioritatem in diuinis à definitione principij posita ab Aristotele (per ly, primum) at Arist. non definiuit principium, nisi per prioritatem, quam ipse agnouit.

3. Confirm. ex D. Thom. Confirm. 3. quia D. Thom. vbiq; negat in diuinis prioritatem, cuius auctoritas maximè facienda est, vt patet ex 1. parte q. 33. art. 1. ad 3. vbi ait principium sumi à prioritate, sed nō significare eam. & q. 44. art. 3. in corpore, & in 1. dist. 9. q. 2. art. 1. & dist. 12. q. 1. art. 1. quod in Diuinis non est, nisi ordo naturæ, hic autē est, quo alius est ex alio, nō quo aliqs est prior altero, & art. 2. ad primum, vbi ait, quod pater, licet possit dici principium, non tamen primū, quia ibi non est aliquod prius, & posterius, & dist. 15. q. 4. art. 2. ad 1. vbi disputans de prioritate missionis filij, & Spiritus Sancti, ait, in diuinis non esse prius, & posterius, quamuis (si ita loqui liceret) possemus dicere, quod missio filij ex parte exitus importati, est prior missione Spiritus Sancti quia exitus Spiritus sancti præsupponit exitum filij secundum ordinem naturæ.

18 *Ad obiectionē.* Resp. in diuinis sm̄ rectam fidem filius est consubstātialis patri, eique coæternus, & æqualis: at Catholicæ veritati repugnauit Arrius, dicens, filium Dei, Deo similem, non consubstantialem, Creaturam, facturamq. atque ex nō existentibus genitum esse, & fuisse aliquando tempus cum non fuerit, vt refert Prateolus lib. 1. verb. Arriani. Quare prioritatem, & posterioritatem, quā negant Sācti in Diuinis, est ea, quam ponebat Arrius (idest fuisse aliquando tempus) cum filius non fuerit, non tamen negarunt prioritatem, & posterioritatem originis quam ponunt Theologi, quia hæc est simul cū consubstantialitate, coæternitate, & coæqualitate. Quare Pater est vt pater simul cum filio ratione cœternitatis, & consubstantialitatis, & tamen vt pater est prior filio origine, vt eius principium, neq; hoc repugnat simultati, quam habent correlatiua secundum naturam, & cognitionem, quia sicut huic simultati non repugnat ratio principij, ita neque huiusmodi prio-

Arrij deliramētum.

Sancti negant in diuinis prioritatem temporis, quam admittebat Arrius, non illam originis.

prioritas, quia nullam imperfectionem includit, sicut neq; eam includit ratio principij; nam hæc prioritas aliud non dicit, nisi quod persona Patris habeat esse absque generatione, quam Filius habet esse à Patre, & vterque habet esse absque spiratione, per quam Spiritus Sanctus habet esse. Vnde in Diuinis nõ sunt instãtia, (in quibus) sed (à quibus) non enim recte conceditur, in illo priori, in quo Pater est, Filium nõ esse; sed bene conceditur illam prioritatem, quã Pater habet, Filium non habere, neque in hoc apparet vlla difficultas, nisi quomodo inter correlatiua põt esse prioritas, & posterioritas. Ad quam Respondent Theologi vario modo; nam Bacchonus non negat hanc prioritatem conuenire formaliter rationi correlatiuorum, sed tantum fundamentaliter, quia sicut ratio principij, non conuenit relatiuo ratione relationis, sed ratione fundamenti; ita hæc prioritas. Alij vero dicunt conuenire ratione relationis formaliter, quia licet hoc genus prioritatis inter correlatiua creata non reperiatur, quia vnum relatiuum in creatis vt sic, nõ procedit ab alio, tamen in diuinis, quia vnum correlatiuum formaliter procedit ab alio, ideo ibi inter correlatiua reperitur hæc prioritas. Sed quodcũque dicatur nostræ sententiæ non officit, quia secũdum vtrumq; modum dicendi ponitur in principio prioritas; quare non est, cur alteram ex prædictis opinionibus reijciamus, vel approbemus.

In diuinis sunt instãtia à quibus, non in quibus.

Bacchon. admittit prioritatem correlatiuis, sed fundamentaliter acceptis, non formaliter.

Ad primam confirmationem, in ea disputatione Cerealis Episcopus respondit aliquando Filium ante Patrem nominari, vt ad Galat. 1. *per Iesum Christum, & Deum Patrem*, & quidem piè, atque optimè ad verba Maximin. respondet, tamen, quia Maximinus re vera loquebatur non de ordine voluntario, sed originis, qui determinatus est ex natura rei, aliter.

Soluitur prima confirm.

19 Resp. Ex prioritate, quam ponebat Maximinus optime colligi poterat inæqualitas; ponebat enim prioritatem naturæ, & durationis, quę tollebat consubstantialitatem, & coæternitatẽ, atq; adeo æqualitatem, vt ex Augustino notat Bacchonus loco citato art. 5. quia quod præcedit, ratione, & natura differt ab alio, & secundũ rationem, & sm̃ naturam, atq; adeo neq; erit cõsubstãtiale, neq; coæternũ, sed cum prioritate originis, neque consubstantialitas, neq; coæternitas, neq; æqualitas repugnat magis, quam cũ ordine naturæ, quem ponit Augustinus, quia fieri potest, vt generãs communicet genito eãdem numero naturam, vt verè est in diuinis propter infinitam perfectionem diuinæ naturæ, vnde cum prioritate, à quo stat consubstantialitas, coæternitas, & coæqualitas, neq; hãc prioritatem negat August. sed prioritatem naturæ, vt patet ex dictis.

Inequalitas Personarum in diuinis deducitur ex Maximini prioritate, quam Personis dabat.

Resp. ad 2. vere Arist. vt patet ex 5. metaph. tex. 16. agnoscit varios modos prioritatis. Primus est secundum loci propinquitatem. Secundus est secundum tempus. Tertius, secundum motum, vt ea dicuntur priora, quæ sunt propinquiora mouenti. Quartus, secundum potẽtiam, vt prius dicatur, quod fortius. Quintus, secundum ordinem loci, ex quibus, si propriè loquamur, nullus reperitur in diuinis, quia maximè videtur ibi reperiri tertius modus, quia Patri tamquam mouẽti propinquior videatur Filius, quam Spiritus Sanctus; verè tamen non ita, quia Arist. intelligit de propinquitate secũdum duratione, qua puer prior est viro. Sextus est prioritas secundum rationem, & hæc sunt vniuersalia, & quæ secũdum suam naturam esse nõ possunt sine alijs, & hoc modo etiam singularia dicuntur priora secũdum sensum. Verum hæc, vt sæpe non distinguuntur secũdum rem, ita non habent ordinem, & prioritatem secundum rem, sed secundum rationem; vnde nõ solum reperiri potest in Diuinis inter prædicata absoluta, & notionalia, sed etiam inter ipsamet absoluta, nõ tamen potest reperiri inter correlatiua formaliter, quia hæc sunt simul cognitione, quare debet poni alius modus prioritatis, qui dr̃ originis, qui verè non fuit cognitus ab Arist. sicut neq; agnouit huiusmodi generationem in identitate naturæ eiusdem numero, neq; ipse definiuit principium per prioritates à se cognitas, sed per prioritatem in communi, & distinxit varia genera principiorum secundum varia genera prioritatum, quas agnouit. quod si aliqua alia prioritas datur, adhuc contineri debet sub illa prioritate posita in definitione principiorum; neque mirum, quia omnia prædicata, quæ reperiũtur in creaturis, & trãsferimus ad Diuina, ea separamus ab imperfectionibus creatis, & sumimus tãtum rationem formalem præcise; vnde licet dicamus sapientiam esse habitum quẽdam, tamen dicimus sapiẽtiam reperiri in Deo sine imperfectione habitus; ita dicimus in Diuinis esse prioritatem sine imperfectionibus, quas habet in creatis, propter hanc causam, & ad euitandos errores hæreticorum, monent Theologi omnes, inter Diuinas personas nõ debere concedi prioritatem nisi cum additio, s. originis, ne videamur asserere aliquam prioritatem positam à Philosophis, quarum nullam ponimus in Diuinis, vel prioritatẽ positam ab Arrianis, quæ repugnat cum recta fide.

Patet ad secundam Confirm.

Prioritatis varij modi apud Arist.

20 Ad tertiam Resp. primum, D. Thomam ponere ordinem naturæ inter Diuinas Personas, 1. par. q. 42. ar. 3. & negat prioritatem, quam s. negauerat 1. par. q. 33. ar. 1. ad 3. ibi autem negat prioritatem, quæ tollit coæternitatem, quia id probat ex symbolo Athanasij, vbi dicitur, quod inter Diuinas personas, nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus; sed totę tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.

Prima responsio ad tertiam confirm.

Resp. 2. D. Thomam re ipsa conuenire cum Scoto, nam quod D. Thom. dicit ordinem naturę, Scotus vocat prioritatem originis; vtrũq; enim significat principium, vt id, à quo; nam ordo naturæ ex Augustino 3. cõtra Maximinũ cap. 14. est id, quo aliquis est ex alio, vt notat Canariensis in dictum artic. tertium D. Thomæ, Vasq. Suar. & Fonseca locis citatis. Vndè Caietanus fatetur re ipsa idem sentire. Quare moneor, vt Thomistarũ sententiam, teneat linguam

Secunda ad eandem.

guam cohibeat, quia dum conceditur prioritas, videtur concedi, q vnus sit antiquior alio.

(Tertia ad eandem spectat.) Resp. 3. etiam si loco citato D. Th. concedat ordinem, & neget prioritatem, tamen in 1. dist. 20. art. 3. vbi expressè dicit, de ratione ordinis est includere tria, .s. rationem prioris, & posterioris; vnde secundum omnes illos modos potest dici esse ordo aliquorum, secundum quos aliquis altero prior dicitur. Secundo, includit seu potius ponit distinctioné. Tertio, includit rationem ordinis, ex quo etiam in speciem trahitur; vnde vnus ordo est secúdum locum, alius sm̃ dignitatem, alius secundum originem, & hic ordo competit diuinis personis, & licet dicatur hic ordo naturæ, vt natura importat originem, non tamen dicitur prioritas, & posterioritas naturæ, & hac ratione dicit in hoc ordine non saluari rationem generis, idest prioritatem, & posterioritatem, scilicet naturæ.

DVBITATIO TERTIA.

An ad rationem principij præter prioritatem requiratur aliqua connexio inter ea, quæ denominantur principia.

1 *(Prima opinio.)* PRima opinio est dicentium preter prioritatem nihil aliud requiri, quia eo ipso, quod aliquis est prior altero, est principium illius, cũ prioritas dicatur à ratione principij. Confirm. quia vbicumq; vnum est prius altero, ibi est primum, & secundum, at vbi hæc, ibi primum habet rationem principij respectu secundi.

(Secunda opinio.) Secunda sententia est dicentium requiri aliquam connexionem, nam principium est id, ex quo aliquid, ergo dicit tria; dicit id, quod denominatur principium, & rem principiatam, ex ly, vnde, seu ly, ex quo, quod necessario dicit aliquam connexionem, seu habitudinem.

(Prima Confirmatio.) Confirmatur quia in multis est prioritas sine ratione principij, vt patet, vt Petrus heri natus, non est principium Socratis, qui hodie nascitur, & si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, Filius non posset dici principium Spiritus Sancti, & tamen posset dici secundum rationem prior termino, vt spirato, sicut actus, & intellectus est prior actu voluntatis.

(Secunda Confirmatio.) Confirm. 2. quia iuxta varios modos consequutionis, oritur varia denominatio principij, nam interdum oritur ex consequutione secundum situm, aliquando secundum successionem intrinsecam, vt aurora respectu diei, aliquando secundum dignitatem, aliquando secundum productionem, & alios modos.

(Tertia Confirmatio.) Confirm. 3. quia sicut datur principium in actu, & in potentia, ita videmus requiri habitudinem, seu consequutionem actu, & potentia, & hæc sententia mihi placet, vnde facile soluuntur opposita, nam.

(Ad primã sententiã rationẽ.) Ad 1. Resp. etiã si demus prius denominari à principio, q nobis nó constat, tamen adhuc nó sequitur, vbicumque est prius, adhuc esse rationem principij; tum quia aliud est nomen, à quo, aliud id, ad quod significandum, nomen imponitur, vt notat D. Thom. 1. par. q. 33. ar. 1. ad 3. tum quia potuit imponi secundum aliquam rationem inclusam in principio, & non secundum totam rationem formalem principij.

(Ad eiusdẽ confirmationem.) Ad confirmationem quando primum, & secundum sumuntur, vt faciunt numerum, tunc habet aliquam connexionem, saltem per intellectum, qua ratione vnitas dicitur principium numeri, quando vero sumuntur disparate, tunc primum, vt non habet connexionem cum secundo, ita neque habet rationem prioris, & licet prioritas sit habitudo quædam ad posterius, non tamen semper est principium; quia non est ea habitudo, & connexio, quæ signatur per ly, vnde, sed est habitudo quædam similis alijs relationibus.

QVÆSTIO TERTIA.

Quot modis à Doctoribus diuidantur principia.

DE hac quæst. Simpl. 1. phys. com. 12. 2. phys. tex. 1. & 5. phys. com. 29. Philoponus com. 22. Eustratius 6. ethic. cap. 1. Albert. 1. phys. tract. 3. cap. 4. 1. cæl. tract. 2. cap. 1. Doct. 5 met. cap. 1. vbi Flan. q. 1. Soncin. q. 1. Iandu. q. 2 & 3. Fons. q. 4. Basil. de operibus sex dierum, Dam. Dialog. in Manichæos initio.

1 *(Principia alia necessaria, alia non necessaria siue per se, siue per accidens.)* Primo Not. varias afferri diuisiones principiorum. Prima diuisio, quædam dicuntur principia necessaria, vt ea sine quibus effectus, vel omnino esse non potest, vel certè naturaliter; quædam verò non necessaria. Inter hæc autem alia sunt per accidens, vt quæ coniunguntur cum causis necessarijs, non tamen concurrunt ad effectum; qua ratione musicus dicitur ædificare, quia musica est in eodem subiecto, in quo est principium, vnde pendet ædificatio; alia sũt per se, vt quando effectus pendet quidem ex illo principio, ita tamen vt possit etiam pẽdere ex alio; & hæc dicitur causa per se sufficiẽs, sed nó necessaria, quomodo lumen est causa caloris, qui potest etiã produci à calore; vnde neutrum disiunctiuè sumptum, est necessarium ad producendum calorem, sed vtrumque disiunctim.

(Principia alia intrinseca conceptus, alia nequaquam.) Secunda diuisio principiorum Quædam dicuntur de intrinseco conceptu rei principiatę, vt sunt, sine quibus res concipi non potest; alia vero non ita, quia sine illis potest concipi principiatum, qua ratione de conceptu mutationis sunt tria principia; non autem efficiens, quę diuisio colligitur ex 5. met. c. 1.

(Alia cõmunia, alia particularia, siue in prædicãdo, siue in principiãdo.) Tertia diuisio. Quædam principia dicuntur communia, quædam particularia, & communia quidem possunt esse duplicis generis, quædam in prædicãdo, & quædam in principiando, & quidem principium commune in prædicando est ratio quædam abstracta, quę prędicatur de omnibus, vel de pluribus principijs; commune verò in principiãdo dicitur id, quod licet in

se sit

se sit quid determinatum,& particulare,habet tamen virtutem illimitatam ad producendos multos effectus, & hoc potest dici magis, vel minus commune, prout plura,vel pauciora potest, qua ratione hæc numero portio materiæ primæ est principium commune respectu plurium mutationū, non sic aūt hæc numero forma; principium autem particulare potest similiter esse duplex, & in prædicando.i.aliqua indiuidua ratio principiandi,quæ sub se alias cōtinet, & in causando, quod .s. habet virtutem determinatam ad vnum effectum.

Principia alia prima, alia secundaria.

Quinta Diuisio. Quædam principia dicuntur prima, quædam non prima, seu secundaria; consistit autem primitas in duplici negatione. Primo, vt non reducatur ad aliud vniuersalius principium; vnde anima non dicitur principium primum,quia reducitur ad formā, quæ est vniuersalius principium. Secundo, vt neget principium,ex quo ipsum pendeat. Vnde elementa non dicuntur principia prima mixti,quia ipsa fiunt ex materia,& forma,& hinc Arist.posuit prima principia mutationis,materiam,formam,& priuationem,quia habent primitatem prædicationis, & causalitatis; principia vero secundaria dicūtur ea, quæ carent his cōditionibus, & de qua diuisione legendus est Albertus in lib.1. de causis tract. 1. cap.10. vbi ponit duodecim conditiones primi principij. Ex qua diuisione orta est communis illa diuisio principiorum physicorum,quod alia principia sint prima primitate prædicationis, alia prima primitate causalitatis, siue principiationis. prima autem primitate prædicationis, quæ sint,patet ex dictis,quia sunt rationes abstractę ab omnibus principijs substantialibus, & accidentalibus;vnde reperiuntur in omni mutatione,siue accidentali, siue substantiali; illa autem dicuntur prima primitate causalitatis, quæ & si non reperiūtur formaliter in omni mutatione physica, tamen reperiuntur in ea mutatione,ex qua aliæ mutationes pendent,vt principia mutationis substātialis, ex quibus formaliter, non solum pendet mutatio substantialis, sed virtualiter etiam mutatio accidentalis, eo ꝙ accidens pendeat à substantia, & ideo principia mutationis substantialis dicuntur prima primitate causalitatis, quod significat Albertus tract.1.cap.4.Auerr.1.phy.tex.56.& Arist.t.50. dum inquirens contrarietatem principiorum, ait esse vnam in vno genere substantiam, & fusius 12.met.à tex.1.vsq; ad tex.29. vbi explicat hanc causalitatem principiorum.

Alia generationis, alia corruptionis.

Sexta Diuisio. Quædam dici principia generationis,quædam corruptionis,quę licet sint æqualia numero, tamen maximam habent oppositionem,non quidem in subiecto, quod est vtriq; commune,sed in terminis,nam id,quod est terminus à quo,in generatione est terminus ad quem,in corruptione,& è contra. Ex quo patet Arist.in 1.lib. loqui de principijs generationis, quia terminum à quo illius mutationis, de qua ibi agit,ponit priuationem;quod si quis velit loqui de omni mutatione, dicere debet formam positiuam in corruptione habere rationem priuationis,quia est id, quod relinquitur;priuationem vero habere rationem formæ, vt probari potest ex communi modo loquendi aerem ex lucido, idest non tenebroso, fieri tenebrosum.

3 Secundo Not.prędictas diuisiones fuisse positas ad explicādos terminos earum diuisionū, sed vt certa methodo tradantur,reuocari posse ad duo genera, non incongruè putauit Suarius, quod alia dicantur principia cognitionis, alia vero principia rei,quæ Pauesius vocat principia existendi,quæ inter se hac ratione distinguuntur,quod principia rei,vt sic,sunt incomplexa; principia autem cognitionis sunt complexa; hæc enim licet sint, vel eadem,vel pendeāt ex principijs rei,tamen formaliter,& proximè non sunt cognitionis principia, nisi sint complexa, quia cognitio conclusionis depēdet ex cognitione præmissarum,& hoc sensu dixit Arist.1.post.omnem doctrinam ex pręexistenti fieri cognitione,vt 5.met. cap.1. suppositiones dixit esse principia in demonstratione, & 2. Elenc.cap.vlt. *In principijs addiscendis maximam diligentiam adhibendam, quia indè cætera pendent,& quia difficillimè cognoscuntur; quanto enim potestate validissima, tanto mole minima*.de quibus plura in libris Poster. hic autem sufficiēt ea, quæ dicemus de principijs rei, nam cognitio ipsa, vt res quædam est, pendet à suis causis,sicut aliæ res. Quare explicanda manent principia rei,pro quibus.

Omnia principia reuocari posse ad duo genera scilicet cognitionis, & rei, seu essendi ex Suar.

Not.3. Ex Soncinnate 5.met.q.1.quod cum ratio formalis principij dicat ordinem,vbicūq; est ordo vnius ad alterum, ibi ponitur principium;hic autem ordo dupliciter variari potest. Primo,secundum cōnexionem simpliciter,præcisa intrinseca habitudine. Secundo, ratione intrinsecæ habitudinis. Ad principia primi generis reducuntur primo,quæ habent cōnexionem secundum numerationem quandam,& ꝙ primo loco numeratur dicatur principium illius multitudinis;vnde prima vlna panni mensurati dicitur principium totius panni. Secundo,ratione loci,vnde,qui primo loco sedet,dicitur principium illius multitudinis. Tertio, ratione temporis, vnde Aurora dicitur principium diei,quia inde incipit dies. Quarto, ratione operationis, vt id, vnde aliquis incipit operari,vel moueri, dicatur principium; vndę in fili globo principium dicitur,vnde quis incipit glomerare, & principium spatij, vnde quis incipit moueri. Quinto, ratione dignitatis,vt qui in multitudine est dignior, dicitur caput, & principium populi, etiam si nullam habeāt circa ciues causalitatem, & motionem, solum ex eo,quia magis honoratur;nam si præter hoc moueat,& impellat ciues,reducitur ad principium causalitatis. Denique quicquid ab altero præsupponitur,potest dici principium eius, & ideo, quæ pertinēt ad hoc genus principiorum non possunt certo numero comprehendi, vt rectè notat Suar.loc.cit.

Vbi ordo vnius ad aliud ibi est ratio principij, siue ordo sit ratione intrinseca habitudinis, siue connexionis pura.

4 *Principium, ex ordine ratione intrinsecæ habitudinis quotuplex.*

4.Not. secundum genus principij, quod est ex ratione connexionis, non quidem simplicis, sed secundum intrinsecam habitudinem inter prin-

principium, & id, cuius est principium; adhuc diuidi in duo membra. Primum, quod est per positiuum influxum, siue cum dependentia, vt in rebus creatis, quod dicitur causa, & diuiditur iuxta quatuor genera causarum, siue absq; dependentia, vt in personis diuinis, de quibus Theologorum est ex professo disputare; Nos vero aliqua dicemus tract. de causis.

Secundum membrum, quod est ratione necessariæ habitudinis vnius ad aliud, simpliciter absque vllo positiuo influxu cōtinet omnia ea, quæ per se necessario requiruntur ad esse alterius, etiam si nihil influant, vt priuatio dicitur principium generationis, quæ tamen per se requiritur ad generationem, & non influit in illam, & ad hoc genus potest reduci forma, non quidem quatenus constituit compositum, quia sic habet verum influxum, sed quatenus terminat generationem, & ad idem reduci possunt multa, quæ numerantur supra ab Arist. cum necessario requirantur ad esse alterius, vt est fundamentum respectu domus, quod nullam videtur habere causalitatem respectu domus, & punctum respectu lineæ, & instans respectu temporis, & similia; legite Soncinn. & Flandr. loco citato.

5. Not. ad hæc principia posse reduci omnia, quæ posuit Arist. 5. met. & Simplicius locis citatis, quæ distinxit in principia positione, ordine, specie, affectione, tempore, generatione, numero, & hęc diuidit in ea, quæ vel natura, vel ad nos principia sunt, vt rectè aduertit Fōseca loco citato sect. 2. vbi soluit argumenta, quæ afferuntur contra diuisionem ab Arist. traditam, & fusius Fland. loc. cit.

QVÆSTIO QVARTA.

Quomodo principium dicatur de suis inferioribus.

DE hac quæstione Fonseca lib. 5. metaph. cap. 1. q. 5. & 6. Suar. disp. 12. met. sect. 1. à num. 13. Scholast. 1. par. q. 83. ar. 1. vbi Vasq. disp. 139. Moli. disp. 1.

DVBITATIO PRIMA.

Quomodo ratio principij dicatur de principijs respectu creaturarum.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Principium dicitur æquiuocè de inferioribus ex Gabr.*

PRima opinio est dicentium, dici æquiuocè, ita Gabr. dist. 29. q. 1. ar. 2. quia conuenit tam multis, & distinctis rebus, quæ non possunt cōuenire in vna aliqua ratione, vt est negatiuum, & positiuum, cum tamen priuatio, & forma dicātur principia; illa enim ratio communis, vel est ens, & non potest conuenire priuationi, vel non ens, & non potest conuenire positiuo, neq; potest esse aliquid abstrahens, quia inter contradictoria daretur medium.

Dici vniuocè.

Secunda sententia est dicētium, dici vniuocè, quia vniuoca dicūtur, quorum nomen vnū, & substantiæ ratio, secundum idem nomen, eadem, ex Arist. in anteprædicamentis, sed omnia principia conueniunt in nomine principij, vt patet in definitione eius. i. esse id, vnde aliqd; quæ est definitio principij, ergo.

Tertia sententia est dicentium, dici analogè, siue analogia proportionis, vt Fonseca sect. 2. siue attributionis, vt alij, de quibus infra. *Dici Analogicè.*

Quarta opinio est dicentium, has opiniones posse cōciliari accepta ratione principij diuerso modo, vnde. *Opinio cōciliāt opiniones Doctorum.*

1. Not. Principium accipi posse tripliciter. Primo, materialiter, & remotè. i. pro ipsa re, q̄ denominatur principium. Secundo, formaliter relatiuè. i. vt dicit relationem secundum esse, q̄ referri ad principiatum intelligitur. Tertio, materialiter proximè, .s. pro proxima ratione fundandi illam relationem, quæ est ipsa dimanatio principiat i à principio. 2 *Quot modis accipiatur principium.*

2. Not. Fuisse controuersiam apud Peripateticos, quid primo significet nomen principij; nam Auerr. dixit primo significare principium finale, quia hoc est primum in intentione. *Quid primo significat ly principium.*

Albertus vero, primū dici de principio magnitudinis, super quam fit motus, vnde dictum est primum de principio motus, vel temporis.

Alij vero vt Iandunus, prædictos Doctores conciliantes dicunt, Albert. loquutum fuisse de prima impositione huius vocis; veteres enim Philosophi, cum non cognoscerent, nisi res corporales, in eis primum distinxerunt principiū, medium, & finem; & quia hæc cognita fuerunt ex motu, ideo hoc nomen primo fuit impositū ad significādum principium motus, vel partem illā magnitudinis, à qua incipit motus, & ideo Arist. numeras acceptiones principij, primum posuit id, vnde motus, vt supra retulimus.

Auerroem vero loquutum fuisse de principio secundum rei naturam, seu secundum rem significatam, & ita conuenire primum causæ finali, quod Fonseca sect. 2. limitat, vt nō simpliciter intelligatur, sed inter ea principia, q̄ sunt causæ, nā causa finalis est causa cārum, vt dicetur suo loco, nā ratio cōmunior principij antecedit rationem causæ, vt patet in Diuinis personis, in quibus est ratio principij, & non causæ; quinimò putat, neq; in magnitudine, simpliciter primum fuisse appellatum principiū, nisi quatenus inde incipit motus, vndecumque inchoaretur; nam secundum se quæcumq; pars, vt est principium, ita potest esse finis. & Suar. addit, quoad rem significatam, principium primo significare principia per se, quam principia per accidens, & ex illis primario ea, quæ sunt principia per verum influxum, quod in illis reperiatur verior ratio dimanationis, & originis, quam præsefert nomen principij. Ex quibus inferūt principium posse dici vniuocè, vel analogicè secundū diuersam rōnem cōsideratum.

ART. II. Opinio Auctoris.

PRima conclus. Principium quocumq; modo sumatur, non dicitur verè æquiuocè de ijs, quæ denominantur principia, quia, vt infra consta- 3 *Principiū nō dicitur æquiuocè.*

constabit, non solum participant nomen, sed etiam definitionem principij, vt ostendit secun- A da sententia.

Quare ad argumentum primæ Resp. rationem principij, vt abstrahit, concipi vt ens abstrahens ab abusiuo, & vero, reali, & rationis, ꝙ claré cõstabit ex dicendis de priuatione, & ente rationis; neq; hinc fit dari media inter contradictoria in propositione, quia si quæratur de illo principio an sit ens, vel non sit ens, dicimus esse ens, quod contractum, ad positiuum dicitur de positiuo, contractum ad ens rationis, dicitur de illo, & similiter de abusiuo: quare semper vna pars contradictionis in propositione erit vera, licet non ita sit, vt quando est contradictio in terminis, vt dicemus in Summulis. B

Principiũ materialiter sumptum non dicitur vniuocè, ex Fons.

2. Conclus. Principium sumptum materialiter remoté nõ dicitur vniuocè de omnibus, de quibus prædicatur: ita Fons. loc. cit. sect. 1. quia ea, quæ denominantur hoc modo principia, nõ conueniunt vniuocè, sunt enim entia diuersorum prædicamentorum, imò conuenit rebus, etiam, quæ non sunt in aliquo prædicamento: Deus enim dicitur principiũ, similiter substantia creata, & accidentia, quin etiam & entia rationis, imò & non entia, vt spatium, & tempus imaginarium, quæ omnia non conueniunt vniuocè in aliqua ratione intrinseca.

4 *Principiũ sumptum relatiuè, non dicitur vniuocè.*

3. Conclus. Principium sumptum relatiuè, non dicitur vniuocè, nam hęc relatio in aliqui- C bus est realis, vt patet in causa efficiente, formali, & materiali; in aliquibus vero est rationis, vt in priuatione, & alijs huiusmodi, & in causa finali, quæ intentionaliter principiat, & in Deo respectu creaturarum; quin etiam neq; relatio principij realis est vniuoca, nam conuenit Deo respectu processionũ ad intra, & creaturis; imo relationes illæ in Diuinis, neq; inter se conueniũt vniuocè, quia tribus personis nihil est cõmune reale vniuocum, quod in eis sit diuisum, nam daretur in eis compositio .s. ex illo prædicato vniuoco, & differentia contrahente ex ꝓbabili opinione dicentium prædicatum vniuocum distingui ex natura rei à differentijs con- D trahentibus.

Principiũ sumptum ratione proximi fundamenti non est vniuocum.

4. Conclus. Principium sumptum fundamẽtaliter proximè, neq; est vniuocum, quia illa ratio fundandi nõ est vna vniuocè, quia aliquãdo est rationis, vt est ratio denominandi entia rationis, aliquando realis, vt in causis realibus, & in his aliquando est creata, vt quando est ratio fundandi relationem, qua causa refertur ad effectus creatos, aliquando increata, & est ratio fundãdi relationes ad personas Diuinas; & deniq; hæc ratio fundandi, quæ est cõnexio principij, cum principiato, habet tantam diuersitatem, vt diximus; vt non appareat quomodo possint conuenire vniuocè, nam alia participãt in- E trinsecus, alia extrinsecus, alia, vt actus, alia vt potentia; alia secundum intentionem, alia secũdum exequutionem, alia secũdum connexionẽ, per accidens, alia secundum connexionem per se, quæ omnia explicantur, & continentur sub illo verbo, vnde ab alio.

Confirm. Nam verba, quæ ponuntur in definitione, hanc vniuocationem tollunt; Dicitur enim in definitione, quod sit primum; primitas autem est communis ad primitatem temporis, loci, naturæ, originis, ordinis, & similium, quib' nihil est vniuocum, deinde dicitur (ly, vnde) ꝙ vt supra diximus, significat varios modos procedẽdi, vt, post, quod, à quo, ex quo, per quod, imitatione cuius, & propter quod.

Tertio dicitur aliquid; hoc autem constat non esse vniuocum; complectitur enim entia, & nõ entia; spatium enim imaginarium, quod est extra cęlum, principiatur inde, vbi cęlum, desinit. Ex quo patet ad fundamentum secundæ sententiæ; nam sicut ratio principij non est vna vniuocè, ita neq; eius definitio, vt patet ex particulis, quas definitio inuoluit.

Dices, videmus principium absolutè dici de omnibus, quæ significat, at hoc non conuenit, nisi vniuocis; vnde Arist. quia ens non vniuocè dicitur de substãtia, & accidente, negat accidẽs esse ens simpliciter, sed cum addito.

Resp. Hoc argumentum petere explicationem rationis analogicæ; nunc autem supponatur, nomen analogum aliquãdo simpliciter dici de omnibus suis significatis, siue hoc cõtingat ex aliqua ratione intrinseca analogatis, significata nomine analogo, siue ex manifesta ꝓportionalitate, siue ex communi vsu, siue quia ex materia subiecta apparet, in qua significatione sumatur nomen analogum, de qua re suo loco.

5. Conclus. Principium quocumq; modo sumatur analogicè dicitur de suis significatis, patet ex dictis, quia non dicitur æquiuocè, neque vniuocè, ergo analogicè. Et Confirm. ex Arist. 12. metaph. tex. 22. & 29. vbi disserens de principijs rerum sensibilium, ostendit ea analogicè conuenire, eo quod sint in rebus diuersorum generum. 5

Principiũ quocumque modo sumptum dicitur analogicè.

Sed difficultas est, quam analogiã habeat, & quidem de analogia proportionis negari nõ potest, quia sicut aliquid dicitur principium, quia principium aliquo modo depẽdet ab eo, ita similiter, & aliud. Quare solum dubitari potest de analogia attributionis. Vnde sit.

Difficultas de specie analogiæ

6. Conclus. Principium latissimè sumptum in aliquibus esse analogum attributionis; in aliquibus vero, proportionis tantum, quia vt ostẽdemus, cum de analogicis; aliquando nomen analogũ primario significans aliquam rationem in aliquibus, & trãsfertur per attributionem ad alia; aliquãdo vero significat eandem rationem per proportionalitatem cõmunem alijs, vt patet in sano, quod primario significat sanitatem animalis, & secundario attribuitur ad medicinam, pulsum, &c. & per proportionalitatem solum, significat pomum integrum, & incorruptum; dicitur enim pomum sanum, non solum ea ratione, quatenus potest causare sanitatem animalis, sed etiam quando ei nulla pars, vel ꝑfectio propriè deest, qua ratione nullam attributionem dicit ad sanitatem animalis; sed huiusmodi est ratio principij; nam ratio principij causantis conuenit Deo, & creaturis, dicitur de Deo, & de creaturis analogicè secundum attri- 6

Aliquando esse analogiam attributionis, aliquando proportionis pura.

attributionem, quia creatura nō solum quatenus ens, sed etiam quatenus efficiens dicit attributionem ad Deum, vt alibi ostendemus; at huiusmodi attributionem nō habet ratio principij, quæ conuenit Deo secundum varias rationes principiandi, quas habet: nam in ordine ad creaturas, & dicitur primum efficiēs, & primum exemplar, & primus finis. Ex quibus vna ratio principiandi non dicit attributionem ad aliam.

DVBITATIO SECVNDA.

Quomodo principium dicatur de Deo, vt est principium creaturarum, & Diuinarum personarum.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 PRima opinio est dicentium, primum dici de Deo, vt est principium creaturarū ad extra, quam, vt est principium personarum ad intra, ita Durandus 1. d. 29. q. 1.

Pricipiū primo dicitur respectu emanationis ad extra, quā ad intra.

Secunda opinio est dicentium prius dici de Deo respectu diuinarum personarum ad intra, quam creaturarū; ita Capreol. in 1. dist. 29. q. 1. cum D. Tho. ibi art. 2. Caiet. 1. par. q. 43. ar. 6. & q. 83. ar. 3. Canar. 1. par. q. 33. ar. 1. Albe. in 1. dist. 24. ar. 2. vbi Riccar. q. 2. Argentina quæst. vnica, Bon. ar. 1. q. 2. Scot. q. 1. Marf. in 1. q. 3. ar. 3. d. 4.

At alij primū dici respectu emanationis ad intra quam ad extra.

Tertia sententia est dicentium nō dici prius secundum vnam rationem, q̄ aliam, sed vtrāq; rationem vniuocè conuenire in ratione principij, ita Henricus Anglicus apud Cap. 1. dist. 29. ar. 2. ad argumenta cōtra tertiam conclusionē, & refert illam Aureolus ibidem ar. 3. neque est absurdum idem nomē, quod est analogum respectu plurium, esse vniuocū respectu aliquorum, vt patet de sano, quod est vniuocum respectu animalium, licet sit analogum respectu aliorum, atq; ita esse in casu nostro probant, quod principium non pōt esse analogū respectu Dei sub rationibus prædictis; non .n. est analogum analogia proportionis, quia principium de Deo dicitur propriè, & non per translationem, cum vtraque ratio principij dicatur propter cōuenientiam quādam in ratione originis, at in analogia proportionalitatis nō datur vna communis ratio, neq; dicit analogiam attributionis, nā Deus, vt principium creaturarum, nō refertur ad Deum, vt principium personarum, quia si per impossibile non esset principium personarum, adhuc esset principium creaturarum, & cōtra; nulla enim ratio, quæ est in Deo, dependet ab altera, quæ dependentia requiritur ad attributionem, quia dicit imperfectionem, cum igitur principium nullam habeat analogiam, necessario erit vniuocum.

Alij negāt dari prioritatē, sed æquè illas conuenire.

Confirm. ab Aureolo, nam illa, quæ non variant conceptum minus communem, non variāt magis communem, vt patet de Isoscele, & æquilatero, quæ sunt vna figura, nō tamen vnus triangulus; sed causare in alia natura, & in propria natura, non variat conceptum causæ efficientis, vt patet in causa æquiuoca, & vniuoca, A quæ conueniunt vniuocè in ratione causæ efficientis, ergo cum conceptus causæ sit minus proprius, quam cōceptus principij, vt diximus, sequitur, quod neq; variabitur ratio principij, neq; impedit vniuocationem, quod prius esse principium conueniat notionali, quàm essentiali, & quod principiatio personæ videtur causa principiationis creaturarū, quia sol est causa floris, & tamen conueniunt ratione substantiæ, & enunciatio dicitur vniuocè de negatiua, & affirmatiua, & tamen negatio est posterior affirmatione, 1. periherm. cap. 1. & propositio dicitur vniuocè de contingenti, & necessaria, ergo ratio principij potest dici vniuocè de notionali, & essentiali, etiam si vna ratio sit necessaria, alia contingens, vna prior, alia posterior.

B

ART. II. Opinio Auctoris.

PRimo Not. tria posse distingui in his denominationibus principiorum. Primo enim est ipsum subiectum remotum, quod denominatur principium, siue id sit Diuina essētia absolutè sumpta, siue formaliter, vt dicit potētiam creandi, & producendi personas, in qua, vt notat Aureolus, includuntur diuersi respectus. Secūdo, est ipsa ratio fundādi relationem principij; hæc autem est productio creaturarum ex materia, vel fine, & processiones Diuinarum personarum. Tertium, est relatio principij fundata super origines, & emanationes prædictas.

Tria debent distingui in denominatione principij.

C 1. Conclus. Principium sumptum pro relatione, nō dicitur vniuocè de notionali, & essentiali, hāc probat primo Aureolus, quia inde sequeretur creaturas, & personas Diuinas cōuenire vniuocè, nam si vnum correlatiuum dicitur multipliciter, similiter & reliquum, ergo si relatio principij est vniuoca, etiam relationes principiatorum vniuocè conueniunt, quod esse falsum, probat, quia relatio Filij in Diuinis esset in prædicamento relationis, quia contineretur sub relatione principiati, quæ cōtinetur sub conceptu generalissimo prædicamenti relationis, hoc autem est cōtra Augustinum 5. de Trinit. c. 7. vbi ait, quod nec relatio, nec aliud genus locum habet in eo, vnde nec Deus, nec aliquod, quod est in ipso, est in prædicamento; verum hæc ratio supponit cōceptum vniuocū debere esse in aliquo prædicamento, & esse distinctum ex natura rei à differentijs contrahentibus, quæ à multis negantur, & à nobis suo loco explicanda, ideo. 2

Sumptum pro relatione non dicetur vniuocè de notionali, & essentiali.

D

Secundo probat Scotus, nam relationi reali, & rationis nihil potest esse vniuocum, quia ab eo, quod est secūdum quid tale, & eo quod est simpliciter tale, nihil potest vniuocum abstrahi; at relatio principij, quæ est in Deo in ordine ad personas, est realis; in ordine vero ad creaturas est rationis, ergo vnde dixit Scotus inter eas esse analogiam proportionis tantum, & si qua est attributio, non est secundum communem conceptuum.

E

Sed cōtra hanc rationem insurgit Aureolus, quia inde sequeretur relationes rationis non esse in prædicamento, cum tamen in eis reperiatur 3

Aureolus cōtra Scot. rationem insurgit.

riatur inferius, & fuperius. Vnde, vel debent contineri fub eodem prædicamento, fub quo continentur reales relationes, vel deberet poni vndecimum prædicamentum.

Confirm. quia intellectus concipiens relationem per modum cuiufdam habitudinis fpecialis, non variat fuum cõceptum quidditatiuum, fiue intelligat illum conceptum poni in re, fiue non poffe poni, vt patet in concipiente dexteritatem, qui non variat illius rationem, dum illam intelligit in re exiftere, vel nõ exiftere, nam non variatur quidditatiua ratio propter principium productiuum, & ideo dexteritas eft eadem quidditatiuè, fiue formetur à natura, fiue ab intellectu, at hoc non eft, nifi relatio realis, & rationis poffent habere conceptum quidditatiuum communem.

Confirm. 2. quia ex Scoto conceptus certus, & dubius non poteft effe vnus, & idem, fed fæpe de aliquibus fumus certi, quod funt relationes, vt de fimilitudine, & æqualitate in Diuinis, & tamẽ difputamus an fint reales, vel rationis; ergo conceptus relationis eft vnus, vel communis vtrique.

Relationes rationis cõftituũt vndecimũ prædicamentum, ex Nigro in clyp.

Refp. Nonnullos cõcedere relationes rationis conftituere vndecimum prædicamentum, vt patet apud Nigrum in Clypeo Thomiftarũ; fed quia alij negãt, dicimus huiufmodi relationes non poni in prædicamentis, nifi reductiuè, quatenus funt fimilitudines quædam diminutæ relationum realium, vt fuo loco oftẽdetur: hinc autem non fit poffe ab eis abftrahi conceptum communem vniuocum, vt patet in priuationibus, & negationibus, & alijs huiufmodi, quæ reductiuè pertinent ad prædicamenta formarum, quas negant.

Ex principio variatur quidditas indirectè

Ad Confirmationem Refp. negando, nõ variari conceptum, nam vnius quidditas eft realis; altera eft rationis, & licet ex principio productiuo non varietur directè quidditas rei, cum idem calor fpecie producatur ab igne, & à Sole, tamen indirectè, & arguitiuè variari poteft, quia fcilicet, quæ res poni poteft ex vi potẽtiæ productiuæ, eft realis, quæ vero nullo modo poteft poni, non eft realis, fed folum concipitur ad modum realis, quafi exemplata à reali: Vnde ipfe Aureolus fatetur verbo Diuino, & verbo mentis noftræ nihil effe cõmune vniuocum, quia verbum creatum eft exemplatum à verbo increato, & non habet effe fimpliciter, fed fecundum quid, quod multo magis verum eft in relatione reali, & rationis.

Ad fecundam confirmationem Refpondeo, fundamentum illud Scotiftarum, quo probant vniuocationem, non effe firmum, vt, vel ex hoc ipfo patet, & ex alijs, quæ fuo loco dicemus.

4 Secunda Concluf. Principium fumptum fubiectiuè, feu pro potentia productiua in Deo, non dicitur vniuocè de potentia productiua creaturarum, & de potentia productiua perfonarum, quia fi vtraq; fumãtur materialiter, nullo modo diftinguuntur, & funt eadem fimpliciffima entitas; fi vero formaliter fumantur, diftinguũtur quidem fecũdum rationem, fed nõ

Principium fũptum fubiectiuè, non dicitur vniuocè.

A cõueniunt in aliquo prædicato communi vniuoco; fiue quia vniuocum requirit diftinctionẽ ex natura rei ab vniuocatis, fiue quia infinita perfectio, quæ continetur in potentia productiua creaturarum, non permittit, vt ab illa abftrahatur aliquis conceptus, quia feipfa eft potentia, & hæc potentia; & hanc rationem fignificat Aureol. loc. cit. dum explicat propriam fententiam, dicens nullum conceptum habere pro inferiori rationem indiftinguibilem, & impræcifam.

Secundo probat Vafquius loco citato cap. 4 nam abftractio conceptus vniuoci, vel poteft intelligi refpectu intellectus videntis Deum, & non, quia, qui videt rem ficuti eft, fi in re non funt plura diftincta, non poteft aliquem conce-B ptum communem abftrahere, quia nõ poffunt clarè videri, vt diftincta, quæ re ipfa non funt diftincta, at in Deo principium notionale, & effentiale non funt diftincta, ergo refpectu clarè videntis Deum non datur conceptus vniuocè communis principio effentiali, & notionali, vel datur hic cõceptus communis refpectu viatoris, & neutic, nam principium effẽtiale in Deo, vel concipitur fub relatione rationis, vel fub conceptu omnino abfoluto, & vtroque modo non habet conceptum communem, quia abfoluto relatiuo, & relatiuo rationis, & reali nihil eft commune vniuocum.

Dices. potentia productiua perfonarum, & C creaturarum conueniunt nullo intellectu confiderante in ratione potentiæ, & magis quam cum attributo fcientiæ, vel bonitatis, & non conueniunt analogicè fecũdum attributionem; quia Deus, vt eft productiuus creaturarum, nõ dicit depẽdentiam à feipfo, vt eft productiuus perfonarum, & contra, quia huiufmodi dependentia repugnat in Diuinis; tum quia alias Spiritus Sanctus diceretur principium creaturarũ per attributionem ad Patrem, & Filium; tum quia huiufmodi attributio eft, quando aliqua perfectio primario eft in vno principali, & fecundario in alijs analogatis minus principalibus, & in his nõ eft, nifi per depẽdentiã à prin-D cipali, vt alibi oftenditur; at hoc non reperitur in Diuinis perfectionibus, præfertim cum potentia creatiua dicat infinitam perfectionem, & fit abfoluta, & neceffaria, ac prius fecundum rationem conueniat Deo, quam perfectiones relatiuæ, & perfonales, & perfectiones relatiuæ nõ pendeant formaliter ex potentia productiua creaturarum, quia etiam fi non intelligatur huiufmodi potentia, adhuc poteft intelligi potentia productiua perfonarum.

Neque dicas conuenire analogicè fecundum E analogiam proportionis, quia hæc includit, vt nomen, fecundum quod eft analogia, propriè fignificat vnum, & impropriè, aliud, at nomen potentiæ tàm propriè conuenit Deo, refpectu creaturarum, quam refpectu perfonarum; non enim per tranflationem Deus dicitur potens refpectu creaturarum, & perfonarum.

Refp. Propter hoc argumentum defendi põt vniuocatio inter has potẽtias in ratione principij productiui; modo fupponatur opinio di-

centium vniuocationem nõ exigere distinctionem inter rationem vniuocam, & rationes vniuocatas, seu differentias contrahẽtes vniuocam rationem ad determinatas species, vt videtur significare, Suar. num. 23.

Probabilius cõuenire proportionaliter.

Sed quoniam Theologi refugiunt ponere in Deo rationes specificas compositas ex genere, & differentijs, quod necessariò concedi debet in prædicta opinione, cum illa ratio vniuoca habere debeat rationem generis; ideo Resp. aliter, esse inter has potentias analogiam proportionis in ratione principij, quia vt potẽtia creatiua se habet in ordine ad creaturas, ita potentia productiua in ordine ad ꝑsonas, quia vtrobiq; est id, vnde à quo, & in hac ratione proportionaliter conueniunt. Neque est necessarium, vt analogum cõueniat alicui ex analogatis impropriè, nam id est verum; quando ratio communis significata non est intrinseca alicui ex analogatis, sed vni intrinseca, & alijs extrinseca, vt dicitur de risu respectu hominis, & pratorum, vt alibi fusius ostendemus. Quare sit.

6 *Potentia illæ conueniunt proportionaliter etiam in ratione principij.*

Tertia Conclus. Potentia in ordine ad creaturas, & in ordine ad personas cõueniunt analogicè, secundum proportionem ratione principij. patet ex dictis, quia constat conuenire in aliqua ratione (vtraque enim est id, vnde quo aliquid) & non vniuoca, vt probauimus, ergo analoga.

Confirmatur, quia hæc analogia proportionis non est aliud, nisi conuenientia duorum in aliqua ratione non præcisa, & indistincta ab illis duobus, per intellectum tamen cognitis, secundum vnam rationem, quam illa duo analogata participant suo modo, vt dicemus suo loco, sed ita est ratio principij respectu potentiæ creatiuæ, & ꝑductiuæ ad intra, quia ratio principij non distinguitur ab illis; non enim alia ratio est principij, & alia potentiæ creatiuæ, & similiter in potentia productiua ad intra, vt probauimus; ergo conuenientia solum est ex eo, quod sicut potentia creatiua se habet ad suam rationem principiandi, ita potentia productiua ad suam, in qua proportione consistit hæc analogia, neque in hac re video esse aliquam difficultatem.

7 *Difficultas an inter illas sit attributio.*

Solum difficultas est, an sit aliqua analogia attributionis, & ratio difficultatis est; nam si cõsideretur perfectio, quam includit principium vtrumque, videtur maior in principio respectu creaturarum, quia hoc dicit infinitam perfectionem; principium vero notionale, vel nõ dicit perfectionem, vel nõ addit diuinæ essentiæ perfectionem: tum secundo, principium essẽtiale saltem virtualiter, & nostro modo intelligendi prius cõuenit Deo, quam notionali, cum communia sint priora proprijs; tum tertio, quia denominatio principij, vel fundatur, vel includit rationem potentiæ; non .n. Deus dicitur principium, nisi per potentiam productiuam, at potentia prius dicitur de Deo respectu creaturarum, quàm Diuinarum personarũ, vt patet ex definitione potentiæ posita in 12. metaph. tex. 17. quod sit principium transmutandi alterum, vel transmutãdi ab altero, quod

A non conuenit respectu Diuinarum personarũ, vnde etiam principium productiuum personarum non continetur sub potentia, alioquin Spiritus Sanctus non esset omnipotens; at ly, potentia comprehendit sub se omnem potentiam. Et denique, quia potentia dicit actum primum, qui in Deo propriè, & secũdum rem reperitur respectu creaturarum; respectu vero personarum, non nisi secundum nostrum modum cõcipiendi, qui secundum rem semper est in actu, neque distinguitur ab eo, quod à nobis cõcipitur ad modum potentiæ, vt rectè D. Th. 1. par. q. 41. ar. 5. ideo sit.

Principium vt dicit actũ primum conuenit Deo prius in ordine ad creaturas, quã ad personas diuinas, secus vero vt dicit actũ secundum.

Quarta Conclus. Si accipiatur principium, & potentia, vt dicit actum primum: Pri-

B mo, conuenit Deo in ordine ad creaturas, quam in ordine ad personas Diuinas; si vero accipiatur, vt dicit actum secundum primo conuenit Deo in ordine ad processiones, quam in ordine ad creaturas. Prima pars patet ex dictis; ostendimus enim potentiam in actu primo magis propriè conuenire Deo respectu creaturarũ, quia est ad emnaationẽ transeuntem re ipsa distinctam, & non necessario fluentem à tali principio, & licet perfectius ꝑcedat vna persona Diuina ab alia, quam creatura à Creatore, cum illa procedat in vnitate naturæ numericæ, hæc in vnitate analogica, tamẽ hoc non arguit principium secundũ rationem

C actus primi perfectius Deo conuenire, sed tantum dimanationes personarum esse perfectiones; emanationes vero creaturarum esse imperfectiones, ex quibus non resultat aliqua imperfectio in potentia Dei, quia potentia Dei non sumit perfectionem suã ex habitudine ad creaturas, vt alibi ostẽdemus; & præterea imperfectio creaturarum non solum nõ diminuit perfectionem potẽtiæ Dei, sed potius est indicium infinitæ perfectionis illius, quia ex excellentia Diuinæ potentiæ oritur, vt non sit necessario cõiuncta suæ actioni, nec possit habere terminum actionem sibi adæquatam.

Quia de re emanationes diuinarum processionum perfectiores sint quã creaturarum.

Secunda pars, probatur primo ex auctorita- 8

D te D. Th. loco citato. Secundo, quia emanationes Diuinarum personarum sunt perfectiores, quam creaturarum, quia illæ sũt ab æterno naturaliter, & in vnitate singularis naturæ; hæ vero ex tempore liberæ, & in vnitate analogica, & secundum infinitam distãtiam. Tertio, quia sicut secundum alia attributa, quæ conueniunt Deo, & creaturis, est analogia attributionis, ita etiam secundum emanationes, quæ conueniũt Diuinis personis, & creaturis, debet esse attributio; productio enim creaturæ, cũ sit in creatura est quid aliquo modo creatum; contra vero processiones Diuinarum personarum, cum sint in Diuinis personis, sũt aliquid increatum,

E at inter creatum, & increatum est analogia attributionis, quod significat D. Paulus ad Eph. 3. vbi loquens de Patre æterno, ex quo omnis paternitas, inquit, in celo, & in terra nominatur: vnde persona, Pater, Filius, & similia, dicuntur analogicè de Diuinis personis, & humanis; sed Deus dicitur actuale principium creaturarum ab

ab actuali emanatione illarum, ergo analogia, quæ est inter emanationes, refunditur in id, quod denominatur principium ex illis, quia denominat subiecta secundum rationem, quã habet. A

Confir. quia hac ratione benè intelligitur antecessio, & dependentia processionis Creaturarũ ad extra à processionibus ad intra, quæ licet non sint necessariæ ex parte creationis, quod intelligi possit creatio à Deo vt vno absq; eo, quod intelligatur Trinitas personarum, tamen ex parte Dei est necessaria Trinitas, atque adeo processiones; tum quia omnis actio pendet à natura personata; at Deus non personatur, nisi triplici persona, atq; adeò sine processionibus ad intra; tùm quia Deus nõ producit creaturas, sine actu intellectus, & voluntatis; at actus intellectus non est in Deo sine Verbo, nec actus volũtatis sine Spiritu Sancto: ergo B

Non potest intelligi actio ad extra à Deo vt vno quin intelligatur, vt trino, quia natura non intelligitur operatiua, nisi vt personata.

Et hac ratione D. Thom. p. 1. q. 45. art. 6. ait, creare, licet sit commune toti Trinitati, tamen diuinæ personæ secundum rationem suæ processionis habent causalitates respectu creationis rerum; quia Deus est causa rerum per suum intellectum, & voluntatem, vt ostendit Vasq. p. 1. disput. 102. c. 3. sicut artifex rerum artificiatarum, vndè Deus Pater operatus est Creaturam per suum Verbum, quod est filius, & per suum amorem, quod est Spiritus Sanctus & secundũ hoc processiones personarũ sunt rationes productionis creaturarum in quantum includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia, & voluntas. C

9 Sed contra hãc cõclus. primo obijcit Duran. quod illa emanatio est perfectior, secundum quam res procedens à principio, plus accipit, sed secundum processionem creatam creatura plus accipit, quia producitur secundum naturam, & secundum personam, at in diuinis non producitur natura, sed tantum persona.

Durandi Obiectio.

Confir. 1. quia essentialia, & absoluta sunt perfectiora personalibus, & relatiuis, at emanatio creaturarum est secundum essentiale, & absolutum, personarum verò, secundum relatiuum. D

Prima Confirmatio.

Confir. 2. quia ratio principiandi dicit aliquem defectum in re principiata, nam ponit diuersitatem simpliciter inter principium, & principiatum, vt patet de ratione potentiæ, quæ definitur 12. Metaph. tex. 17. ꝙ sit principium producendi aliud, vt sic, ergo illi magis conuenit, vbi est maior defectus, cuiusmodi est in processionibus creaturarum.

Secunda Confirmatio.

Ratio productiua vt sit ponit imperfectionẽ in producto

Conf. 3. si in Deo non esset personarum distinctio, vt Ethnici putant, adhuc Deus esset primum principium creaturarum: ergo non dependet à distinctione personarum, vt principium productiuũ, primo dicatur de Deo comparatione creaturarum. E

Tertia Confirmatio.

Confir. 4. quia sicut nomen principij prius fuit impositum ad significandum principium, vndè motus quia nobis notius, vt diximus; ita actualis principiatio prius conuenire debet emanationi creaturarũ, quia nobis notior, quã processio personarum.

Quarta Confirmatio.

Resp. indè potius colligi processiones creaturarum esse imperfectiores processione personarum etiam in ratione processionis, nã cum omne agens in Creatis intendat sibi assimilare passum, eo actio est perfectior, quò maior est assimilatio, cum ergo in Diuinis non solum sit assimilatio in identitate specifica: sed etiam in numerica natura, fit, vt ea processio sit perfectissima; & quod essentia non producatur sed communicetur tantum, auget in infinitum perfectionem productionis, quia est tantę perfectionis, vt communicet eandem naturam, sicut generatio filij, ex eo, ꝙ est idem in natura cum Patre, non contrahit imperfectionem in ratione generationis, sed infinitã perfectionẽ, vt optimè D. Thom. p. 1. q. 41. art. 5. ad primum. Quomodo autem Theologi intelligant productionem diuinarum personarum esse exemplar, & habere causalitatem in productione Creaturarum, explicatur à D. Thom. p. 1. q. 45. art. 6. & in 1. dist. 29.

Ad Durandum responsio.

Processio in diuinis perfectior est processus creatis quia dicunt identitate etiam in ratione numerica cum principio.

Dices si principiũ primo diceretur de producente diuinam personam, & de cæteris per attributionem ad illud, sequeretur tale principium esse causam cæterorum principiorum, quia primum in vnoquoque genere est causa cæterorum 8. Phys. 78. at hoc repugnat diuinæ perfectioni, vt habeat causam. 10

Obiectio.

Resp. me nõ dixisse principiũ in actu primo ad extra, pendere à principio, ad intra, nam de principio in actu primo omninò negandum est esse talem dependentiam quoad rem, licet possit esse quoad impositionem nominis, & præterea illud axioma, primum in vnoquoque genere &c. non intelligi de vera causalitate, vt alibi; & si de ea intelligatur, exponi debet in ijs, quæ distinguntur secundum essentiam, quia causa, vt causa distinguitur ab effectu; quę distinctio non est in diuinis.

Responsio.

Ad primam confirmationẽ Resp. & si principium creationis sit aliqua ratione prius, & infinitam dicat perfectionem, cum sit essentiale, & commune tribus, tamen actio, quæ indè procedit, non est essentialis, nec dicit perfectionem intrinsecam diuinæ naturæ, imo est omninò contingens, & ex tempore conueniẽs, & ideò multò imperfectior processione personarum, quæ perfectionem intrinsecam dicit in diuina natura, vt fusè Theologi ostendunt.

Prima confirmationis solutio.

Ad secundam confirmationem Resp. negando de ratione eius, quod est à principio esse imperfectionem aliquam, nam si aliquando est imperfectio, non oritur ex ratione principij, & principiati, sed ex ratione talis naturæ, quæ habeat dependentiam, & diuersitatem in natura, & sicut de ratione principij, & eius, quod est à principio, est distinctio, quia idem non potest sui ipsius esse principium, ità etiam est assimilatio; Vnde quanto magis saluatur assimilatio cum distinctione, eò est perfectior ratio principiationis; hæc autem perfectissimè saluatur in diuinis, in quibus est distinctio realis cum identitate numerica naturæ. Neque obstat definitio potentiæ tradita ab Aristotele; tùm quia cum Aristoteles

non cognouerit dari posse productionem adeo perfectam, vt productum esset eiusdem numero naturæ cum producente, ideo definiuit potentiam in ordine ad aliud idest distinctum essentialiter; quod si Aristoteles mysterium Trinitatis cognouisset, aliter profectò definisset; loco enim ly, aliud, posuisset, aliquid, tum quia ibi Aristoteles neque definit omnem potentiam, sed tantum actiuam, idest, quæ habet rationem causæ, quin etiam neque definit omnem huiusmodi potentiam, sed tantum eam, quæ supponit subiectum, in quod agat, vnde non complectitur potentiam creatiuã Dei imo forte, neque potentiã immanẽtẽ creaturę, de qua re alibi. Ex quo ẽt patet sub õnipotẽtia Dei non cõplecti omne genus potẽtiæ; non.n.cõplectitur potẽtiã passiuam; sed tãtum productiuam effectus essentialiter distincti à Deo; vnde non mirum si non comprehendatur sub ea potentia productiua personarum.

Ad tertiam cõfirmationem responsio.

Processio ad intra est perfectissima productio.

Ad tertiam patet ex dictis quomodo processiones ad intra sint necessariæ ex parte Dei ad creationem, & addo, quod si in Deo non essent processiones ad intrà, deesset in vniuerso pfectissima pductio, vt diximus; nã q̃ à Deo extra pducũtur infinitè distãt à similitudine diuinæ naturæ; q̃ verò à creaturis, distãt à pducẽtibus sæpè secundũ speciẽ, sæpè secundum, intensionem, aut extensionem, & semper secundum indiuiduam rationem naturæ.

Ad vltimam confirmationẽ responsio.

Ad vltimam. Etsi ex primæua impositione principij, nomen fuerit impositum prius ad significandum principium, vndè motus, vel magnitudinis, tamen ex re significata potest significare per prius id, quod est principalius, & à quo alia pendẽt, vt patet in alijs, & ostendit D. Thom. 1.p. q. 13.art. 6. & fortasse nomen entis primo fuit impositum ad significandum aliquid sensibile, quia notius est, tamen ex re significata, principalius significat substantiam, hinc fit, vt aliquando sit analogia attributionis in sola voce, aliquando verò in ipsis rationibus
11 rerum, vt dicemus, cum de analogia.

Concl. tertia.

Tertia Conclusio. Principium actuale ad extra, vt dicitur de Deo agente sine materia, & agente ex materia, probabile est conuenire vniuocè, quia creatio, & eductio conueniunt vniuocè in ratione effectionis, & solẽt poni sub vno prædicamento actionis, ergo, & principia, quæ ab his denominãtur; sed de hac re fusius, cum de prædicamento actionis, sicut etiam alibi dicemus quomodo principium in actu primo existens in Deo in ordine ad creationem, & in ordine ad eductionem conueniunt, vniuocè ne, an analogicè?

DISPVTATIO SECVNDA.

De Principijs Physicis in communi.

De Principijs vbi agat Arist.

DE his agit Aristoteles in 1. de generat. ad explicandam naturã rerũ generabiliũ, & in 1.met.sum.2.per quinque capita, vbi refert antiquorum opiniones, quas summ.3. confutat, vt gradũ sibi faciat ad prima prĩcipia, & causas entis, quarũ cognitio ad metaph. pertinet, cũ antiqui non agnoscerent nisi ens sẽsibile, & hic in primo phys. vt inuestiget principia rerum physicarũ, de q̃bus nobis est hoc loco agendũ.

QVAESTIO PRIMA.

Quomodo definiantur principia Physica.

RESP. Arist. 1.phys.t.42. vt probet prima principia debere esse cõtraria, assumere hãc principiorũ definitionẽ; *oportet .n. principia neq; ex se inuicẽ, neq; ex alijs, sed ex his omnia*, sed hanc definitionem sunt aliquæ difficultates, quare sit. 1

Principiorum definitio ex Ar.

Prima Conclusio. Natura principiorũ physicorũ rectè fuit per has particulares explicata. 2

Positam definitionem esse ex Aristotelis sensu.

Not. 1. q̃ licet Auerr. & D. Thom. 1. phys. t. 42. lect 12. existimarint hanc definitionem non fuisse traditam ex propria, sed Antiquorũ sententia, tamen probabilius mihi videtur oppositum; tùm quia communiter, vt Aristoteles recipitur à Græcis & Latinis, vt testãtur Themistius, Simpl. Phil. & alij t.42 Alex. 1.natural. q.9 c. 16. Plato in phædone non longè ab initio; tùm quia nullibi aliam assignat; tum quia cum probasset ex opinione antiquorum principia debere esse cõtraria volens eos carpere, q̃ non ratione, sed veritate ipsa cogẽte talia posuerint subdit ipse rationẽ his verbis; idque optima ratione. Principia enim neque &c. Tùm denique, quia eadem definitio colligitur ex 1.de generat.t.2.dum confutat Empedoclem, q̃ contrãria ex eius positione inferrentur, & quamuis illã desumpserit ex Emped. vt notauit D. Tho. loc. cit. tamen illam approbat, nam ex illa putat rationabilem fuisse antiquorum positionẽ; quod principia sint contraria.

Secundo Not. cum principiorũ alia sint cõmunissima omni mutationi naturali, alia vero particularia, vt sunt materia disposita cum specifica forma, & priuatione hanc definitionem conuenire principijs communissimis, idest abstractis ab hoc, vel illo genere principiorum, q̃ reperiũtur, nõ solũ in mutatione in communi, sed ẽt in omni particulari mutatione; quare cõpræhẽdit tàm vniuersalia, quã particularia, vndè supponit absolutè; quare Simpl. Gratiadeus Vicom. & Buccafer. lect. 52. explicant id Aristotelis t. 50. *principia autem semper oportet manere*, idest reperiri in omni mutatione vndè non conuenit hæc definitio principijs per accidens, quæ, scilicet, sunt connexa cum principijs per se, vt v.g. qa in materia, in q̃ introducẽdus est calor, reperitur frigus, ibi priuatio caloris dr̃ principiũ per se, frigus verò dr̃ principiũ per accidens, & in his pt̃ esse magis, & minus per accidẽs, prout magis, vel minus necessario supponuntur in subiecto, vnde respectu motus ad calorẽ si in subiecto sit albedo, & frigus, magis per accidẽs est albedo, q̃ frigus; nos hic agimus de principijs per se, quę sĩt intrinseca, & cõmunia, omni mutationi, siuè sint ẽtia, siuè nõ entia, q̃ significatur p illã particulã *quæ* nã priuatio, cũ sit negatio quædã est principiũ 3

Hæc definitio competit principijs prout abstrahunt.

sicut

ficut materia, & forma, quæ sũt entia, vnde prin cipium magis latè patet, quam causa, quia prin- A cipium conuenit priuationi, cui non conuenit causa; sed si respiciatur terminus, ad quẽ, magis latè patet causa, quam principia hic definita, quia etiam respicit omnia, siue naturalia, siue supernaturalia, at principia hic definita solum naturalia, & prædicti effectus, & finis dicuntur causæ, nõ tamen dicuntur principia generationis.

4 Not. 3. pro explicatione sequentium particularum principia ad tria referri posse, ad supera, ad infera, & ad æqualia; & ideo tres conditiones principiorum positas fuisse ab Aristot. quatenus enim referuntur ad supera, quia sunt prima carent eis: vnde oritur prima conditio, B vt non fiant ex alijs; id enim, quod fit, quatenus fit, nõ est principium, sed principiatũ, vt scripsit Plato in Timeo; & hinc principia distinguũtur à cœlis, quia licet cœli non fiant ex sese, tamen fiunt ex alijs principijs, scilicet materia, & forma; ex quibus constant; & inde etiam excluduntur alia elementa, & composita accidẽtalia, & substantialia, & fortè causæ efficientes, quia fiunt ex alijs .s. materia, & forma; non tamen excluduntur composita ex gradibus Metaphysicis, vt malè putauit Simpl. & apud ipsũ Ammon. qui ex hoc dicunt hac definitione nõ comprehendi formas, & materias partiales, & speciales, sed tantum generales, quia illæ constant ex gradibus vniuersalibus, & differentijs; C falluntur inquam, quia, vt diximus hæc definitio conuenit principijs, vt supponunt absolutè, nam compositio ex genere, & differentia non tollit simplicitatem principiorum physicorum. Quatenus vero referũtur ad inuicem, oritur secunda conditio .i. neq; ex se inuicem; tum quia principia, vt sic, nõ debent fieri, alioquin principiorum, vt sic, essent principia; tum quia nõ essent prima, sed illud esset primum, ex quo alia. Quod si vnũ ex alio fiat, nullũ esset absolutè primũ, sed vnumquodq; esset principium, & principiatum, per quam particulam Fonsec. ait principia distingui ab elemẽtis, & mixtis, quorum vnum fit ex alio secũdum partem, D & alias qualitates, q̃ remanent in genito: Quatenus vero referũtur ad sequentia; oritur tertia conditio .s. vt ex his oĩa .s. physica entia, quorum, principia antiqui Philosophi inuestigabãt quæ conditio illis competit, quatenus prima, & communia sunt; nam si aliqua, & non omnia ex ipsis, iam non essent omnium principia, sed aliquorum; & subintelligitur, *sunt*, vt Fonsec. colligit ex textu græco, siue in facto esse, quomodo materia, & forma sũt principia omnium rerum naturalim corruptibilium, & incorruptibiliũ; siue in fieri; quomodo omnia tria principia sunt principia omnium corruptibilium; vbi ly, *fieri*, accipitur pro effectione propriè dicta, quæ di- E stinguitur à creatione; & sensus illius definitionis, est accomodus, vt dicantur omnia fieri ex ipsis, idest vnumquodq; ex suis.

5 Ex quibus patet rectè principiorum materiam fuisse explicatam per has particulas, quia explicatur respectu oĩum, quæ respiciunt principia .s. superiorum, æqualium, & inferiorum, vt patet ex dictis, nam cum hec principia sint prima, & vniuersalissima, quatenus sunt prima debent esse simplicissima, ita vt non habeant alia priora, & ideo dicuntur neq; ex alijs, neq; ex alterutris; & quia primum dicitur dupliciter. Primo absolutè, quod nullo modo pendet ex alio, & ita solum Deus est primum principium. Secundo in genere, per quod .s. licet absolutè ab aliquo pẽdeat, nõ tamen in eodem genere, quo ipsum principiat, & ita conuenit principijs definitis, & inter hæc alia dicuntur prima principia metaphysicè, vt sunt suprema genera, quæ non sunt composita ex genere superiori; alia sunt prima principia physicè; & hæc, vel simpliciter à nullo alio physicè pendent, vel in genere, quia non pendent physicè in eo genere, quo principiant, licet pendeant in alio genere, & hoc modo prima principia rerum naturaliũ hic queruntur, vt colligitur ex Burleo, Ægidio, Philopono tex. 42. qui id probat ex Platone in Phœdone, & docet Alexand. 1. natur. q. 9. c. 16. Buccaf. lect. 13. & ratio quia sicut vltimus finis, dicitur, quod non est propter aliud, vel simpliciter, vel in genere, ita principium primũ, quod non pendet ab alio, vel simpliciter, vel in genere: Alia autem conditio est, vt principia sint vniuersalissima, & explicatur per illam particulam, *ex his omnia*, nam cum principium sit alicuius principium, si esset aliquod ens physicè, quod non principiaretur ab his, iam non essent principia omnium, atque adeo non essent vniuersalissima.

Explicatur definitio principiorum.

6 Sed cõtra primam particulam, .s. quod principia non fiant ex alijs, Primo obijcitur, quia cũ omnis materia, & forma dicatur principia physica, tamen fiunt ex alijs, scilicet Deo, qui solus non est ab alio.

Prima obiectio. principia sunt à Deo.

Confirm. quia, vt rectè Alex. 1. natur. q. 9. prima contraria, quæ ponuntur principia, nõ sunt æterna, ergo fiunt, & non ex seipsis; quia nihil potest seipsum producere, ergo ex alijs.

Confir. 1. quia non sunt æterna.

Confirm. 2. materia, & forma, cum sint extensæ, pendent à suis partibus componẽtibus, & quia componuntur ex illis, pendent in genere causæ materialis.

Secundo pendent à partibus suis.

Resp. Piccol. in tex. 42. omnia, præter Deum, pendere ab alijs, sed nõ propriè fieri, tum quia hoc conuenit solum compositis 7. phys. tex. 64. 7. met. tex. 27. quam respõsionem sumpsit à Zimar. theor. 29. & D. Th. in t. 42. hanc itẽ sequuti sunt Conimb. c. 5. q. 1. sect. 4. Sed non placet, quia licet cõposita fiãt, vt termini totales, & vt dici solet, *vt quod*, tñ partes compositi etiã fiũt vt termini partiales, & *vt quo*, tum quia ab Arist. non omnia contraria ponũtur principia, sed solum prima contraria, eò quod non fiunt ex alijs &c. & tamen etiam secunda contraria, non fiunt, *vt quod*, sed tantum vt termini partiales, ergo ob aliam rationem negat principia non esse ex alijs.

Piccolom. responsio.

Refellitur.

Secundo Respondet Sot. 1. phys. q. 5. ar. 1. nõ esse contra naturam principiorũ saltem formę, fieri ex alio tanquam à causa efficiẽte (& dixit: saltem formæ) quia materiam habuisse causam efficientem, non cognouit Arist.

Soti responsio.

Hæc item reijcitur. Sed hæc responsio non omnino satisfacit, quia non reddit rationem, cur dependentia ab alio, vt à causa efficiente, non tollat naturam primorum principiorum; vt enim causę secũdę effectiuæ, quæ pendent à causa prima, non habent rationem principiorum primorum efficientium, cur non item materia, & forma, quæ simpliciter pendent, carebunt ratione primorũ principiorum, ideo.

Vera responsio, genus efficientis causæ, non tollit rationẽ principij. Resp.3. rectè dici non tolli à materia, & forma primitatem principiationis ex depẽdentia, quam habent ab alio in genere causæ efficiẽtis, quia cum ea dependentia retinent indepẽdentiam in suis rationibus principiãdi, quia materia non pendet ab alia materia, neque forma ab alia forma in suo genere, & ideo dicũtur principia prima, nõ quidẽ in genere causæ efficientis, sed in genere causæ materialis, vel formalis, & similium; quare apparet diuersitas rationis inter causas secundas efficientes, & materiam, ac formam; quia illæ, cum pendeant ab alio in genere efficientis, perdunt rationem primæ causæ efficientis, atque adeo principij primi efficientis, at non ita materia, & forma, vt diximus.

Ad confirm. Resp. Piccolom. loc.cit. prima contraria non esse æterna, & ideo variari, sed non propriè gigni, cum huc cõueniat compositis, quæ generantur, cuius generationis termini, sunt duo contraria, & distingui prima contraria ab alijs, quia prima contraria non resoluuntur in alia priora; at cætera contraria in alia resoluuntur priora; verum ex dictis patet hanc responsionem non satisfacere, ideo.

Resp.2. principia cõtraria licet absolutè pẽdeãt à Deo in genere causæ efficientis, tñ vnũquodq; in suo genere principiandi .s. vt terminus, ad quem, & à quo; non pendent ab alijs.

Ad 2. confirm. Respondent, qui negãt partes à parte rei in continuo, negando materiam, & formam componi sm̃ rem, sed sm̃ designationem. Sed contra; tũ quia fortasse falsò negant materiam homogeneam esse cõpositam ex partibus integrantibus, vt alibi; tum quia ea compositio negari non potest in materia heterogenea, de qua procedit argumentum.

Compositio ex partibus integrantibus non repugnat rationi principiorum. Resp.2. Sotus loc.cit. cõpositionem ex partibus integrantibus non repugnare simplicitati principiorum, quia partes huiusmodi non censentur esse principia hîc definita, cuius rei reddi potest ratio, quia partes integrantes non distinguuntur essentialiter à re, quam componũt; vnde etiam supra diximus, compositum ex genere, & differentia, non tollere simplicitatem principiorum primorum.

7 *Secunda obiectio, & forma, fit ex materia, & è forma ipsa materia.* Secundo obijcitur cõtra secundam particulam, quod .s. non fiãt ex alterutris, seu ex se inuicem; nam forma fit ex materia, de cuius potẽtia educitur, & fit ex priuatione, tamq̃ à termino à quo, & materia fit ex forma, seu per formam, quia sine forma non potest naturaliter esse, vt ait Sot. loc.cit.

Responsio Soti. Resp. Sotus loc.cit. formam fieri quidem ex materia, vt ex subiecto, & priuatione, vt termino, à quo; non tamen fieri ex illis, vt partibus essentialiter componentibus, & ideo ex ae rõne nõ tolli primitatem principij, quia quãdo principia dicuntur non fieri ex alterutris, ly *ex*, dicit circumstantiam partis causæ materialis, vt explicat Mars. 1. de gener. q.2. ad secundum in confirmatione.

Refellitur. Verum hæc responsio non satisfacit, tũ quia inde sequeretur generationem esse principium respectu compositi, quia ipsa non fit ex alijs, vt partibus cõponentibus, cum sit accidẽs quoddam, tùm quia vt cõpositum, habet rationem principiati respectu termini, à quo, ita etiã forma, quia neutrũ fit ex priuatione, vt parte componente; tum tertio quia accidẽs nõ habet rationem primi principij, & tamen nõ fit ex materia, vt parte cõponente, sed tantum vt ex subiecto, ergo similiter etiam forma.

Aliorum responsio reijcitur. Respondent secundo alij, formas educi quidem de potentia materiæ, non tamen propriè fieri, quia hoc cõuenit solum compositis, quorum principia hic quærũtur; sed ex dictis patet hinc non solui, sed eludi argumentum.

Vera responsio, neque materiã, è forma, neque formã è materia in eodem genere principij. Tertio Respondent alij, principia, cum dicũtur nõ fieri ex alijs, vel alterutris, intelligi in eodem genere principiandi; vnde licet forma fiat ex materia tamquam ex subiecto, non tñ amittit rationem primi principij, quia non fit ex illa in eodem genere, quo ipsa principiat .s. in genere causæ formalis, & termini, ad quem, quod ẽt alijs principijs applicari proportionaliter põt, nam nullum ex his in eodem genere principiãdi pẽdet ex alijs, vel alterutris, sed ex his omnia, & ad hanc spectat responsio Zimar. theor. 29. formam non esse principium, quatenus principiatur, & educitur, sed quatenus constituit cõpositum, vel est finis motus, nam 5. met. tex. 29. forma dicitur finis generationis.

8 *Tertia obiectio quia cœli non sũt ex his principijs, vel certè non sũt ex priuatione.* Tertio obijcitur contra tertiã particulam (ex his omnia) nam cęli sunt entia naturalia, & tamen nõ sunt ex his principijs, cum non sint genita, tum quia ibi non adest priuatio, vt patebit ex libris de cęlo.

Confir. quia ly, ex, vel dicit habitudinem tñ intrinsecam componẽtis, & ita licet conueniat materiæ, & formæ, non tñ priuationi, quia priuatio nõ ingreditur compositionem substantiæ naturalis; vel dicit habitudinem causæ extrinsecæ, vt est finis, & efficiẽs, ita neq; cõuenit materiæ, neq; formæ, neq; priuationi, vel habitudinem termini, à quo, & ita solum conueniet priuationi.

Prima nonnullorum responsio definiri principia corruptibilium. Resp. aliqui apud Fons. loc.cit. hic non definiri principia omnium rerum physicarum, sed tantum generabilium, & corruptibilium, idq; probãt, ex 1. phys. tex. 68. quot igitur principia sint rerum naturalium, quæ circa generationẽ, & quomodo sint, dictum est.

Reijcitur. Sed non placet Fons. & sequuntur Conimb. c.5. q.1. art. vlt. quia Arist. non dixit, *ex his omnia fiunt*, sed *sunt*, vt colligit ex tex. græco.

Cõfir. quia in proęmio pręmisit se velle incipere tractare ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia, q̃ non pstitisset, nisi hoc loco de principijs oĩum rerum etiam incorruptibilium tractasset, neq; obstat locus Arist. in t.68. adductus, quia

quia ibi tantum significat se inuestigasse tria principia, quæ tria solum conueniunt rebus generabilibus, non tamen negat alia duo conuenire rebus incorruptibilibus.

Secunda aliorum Resp. materiam cœli in priori natura habuisse priuationẽ ex eo quia non essentialiter est connexa cum tali forma.

Resp. secundo alij. In productione cælorum non defuisse priuationem, quia cũ materia cæli non habeat sibi essentialiter connexam formam, secũdum essentiam illa caret, quare consideratur in productione cælorum, primo materia in priori natura, vt carẽs forma, tum produci in ea forma. Sed non placet, tũ quia Arist. doctrinæ, hæc speculatio nõ est consentanea; is enim nunquã agnouit priuationem in materia cæli, imò, vt alibi dicemus, semper putat fuisse in actu; tùm quia illa cõsideratio prioritatis secundum naturam non ponit priuationem in materia Cœli, quia priuatio, quæ est necessaria ad generationem, est negatio formæ existens in materia, & ab ea separabilis in aduentu formę, at illa priuatio, vt ab aduersarijs ponitur non est separabilis à materia in aduẽtu formæ, quia etiam quando adest in ea forma, verè dicitur, materia secundum se formam non habere, quia licet illam habeat, non habet secundum se, sed extrinsece ab alio; cuius rationis vis magis apparebit ex dicendis infra.

Tertia aliorũ Resp. cælos saltem secundum accidentales mutationes esse ex his.

Resp. tertio alij licet non reperiãtur hæc tria principia in substãtia cælorum, seù eorum productione secundum substantiam, tamen repeririuntur in cœlis secundum eorum mutationes accidentales, scilicet loci, luminis, & aliorũ accidentium. Sed non omninò satisfacit, quia saltem cœli secundum substantiam non essent ex his, atque adeo non omnia essent ex illis, quare.

Vera responsio non oportere singula entia physica esse ex his omnibus.

Resp. quarto Aristotelem non dixisse omnia esse ex tribus principijs, sed indefinitè loquitur, *omnia ex his*, quæ propositio intelligi debet in sensu accommodo, vt scilicet omnia sint ex his, idest singula ex suis, vt scilicet quæ sunt generabilia sint ex illis tribus, quæ verò Ingenerabilia sint ex his, nõ quidem oĩbus, sed duobus, scilicet materia, & forma, quare nullũ est ens physicum, quod nõ pendeat ex his, vel omnibus, vel aliquibus, quæ resp. videtur esse Soti t. 43. Them. 42. 48. Philop. t. 41. Alexandr. 1. natur. q. 9. c. 16.

Quomodo ly, ex, accipiatur in hac definitione, Simpl. Philopon Burl. Tol. & aliorum sensus.

9 Ad Confir. Resp. non conuenire Doctores quomodo, ly, *ex*, accipiatur in definitione principiorum, nam Simplicius, Philop. Burl. Paulus Venet. DD. Paris. Toletus q. 11. Sotus. q. 5. a. 1. Capreo. 2. d. 12. art. 3. putat 1. & 2. loco idest cum dicũtur principia nõ esse ex alijs, neque ex alterutris, importari solũ habitudinem partis componentis, tertio vero loco, cum dicuntur, ex his omnia, importari habitudinem, tùm partis componentis, tum termini, à quo. Sed non placet Fons. loco citato sect. 1. quia absurdum est, in tam paucis verbis vti æquiuocatione, q̃ sine necessitate admitti non debet.

Refellitur.

Alij verò putant vtrobiq; importari habitudinem partis componentis. Sed non placet, q̃a hinc excluderetur priuatio à numero principiorum, cum nihil ex priuatione, vt parte cõponente constituatur; at priuationem includi in numero principiorum hic definitorum patet, quia per hanc definitionem vult probare

Aliorum sententia improbatur.

A principia debere esse contraria.

Veneti explicatio.

Alij vt Venetus in t. 50. 6. contra ad secundum importari habitudinem termini, à quo, & licet forma fiat ex priuatione, tanquam termino à quo, non obstat, quia definitio negat vt fiat ex alijs, & alterutris tanquam termino positiuo, quia ea, quę fiũt ex alterutris, positiue reducuntur ad priora, vt dicitur de contrarijs medijs respectu primorum, sed non placet, nam hac ratione non excluderetur compositum, vt pendet ex materia, quia vt sic non pendet ex illa vt termino, à quo: secundo quia omnia dicuntur fieri ex illis, non quidem vt termino à quo, nam non omnia principia sic concurrunt, ergo non intelligitur per ly, *ex*, solum habitudo termini, à quo ideo.

Impugnatur.

B

Verus Fons. & Conimb. sensus

Resp. Fons. & Conimbr. c. 4. q. 1. art. 4. vtrobique accipi eodem modo scilicet vt dicit habitudinem partis componentis, & termini, à quo, vt scilicet principia non ex alijs, vel alterutris, sed ex his omnia vt parte componente vel termino, à quo, sunt, idest constant, vel fiunt nam ly, *sunt*, sigificat vtrumq; .s. constitutionem & effectionem, & licet ly, ex, principaliter dicat habitudinem subiecti, ex quo res est, tamen significat etiam varias habitudines tũ causæ formalis, tum efficientis, & exemplaris, seu termini, a quo, & ordinis, vt Peripatetici cum Aristotele docent 5. metaph. t. 29. & nos cum de Causis.

C

DVBITATIO PRIMA.

An hæc definitio conueniat omnibus, & solis principijs Physicis?

Constat ex regulis bonæ definitionis, definitionem debere conuerti cum definito; hæc autem conuersio exigit, vt conueniat omnibus, & solis principijs Physicis, ideò hæc dubitatio proposita est. 1

Primo per aliquas oẽs quidem sed non solis.

Prima opinio est dicentium hanc definitionem nõ esse propriam principiorum physicorum, sed omnium principiorum primorum; nam de ratione omnis primi principij est, vt non sit ex alijs, & ex illis alia.

D

Quia etiam cõuenit Deo.

Confirm. quia hæc definitio conuenit Deo, quia hic absolutè non est ex alio non Deo, vel ex altero Deo, & ex eo omnia sunt, non solum physica, sed etiam spiritualia.

Præterea actui & potentiæ, motoribus cælorum &c.

Confirm. 2. quia hæ conditiones principiorum conueniunt actui, & potentiæ, Insuper, generibus generalissimis, & similiter motoribus cælorum, hæc enim omnia non sunt ex alijs, & ex illis omnia.

Secundo per alios neq; oĩbus neque solis principijs Physicis conuenit hæc definitio.

Secunda opinio est dicentium hanc non cõuenire omnibus principijs physicis, & cõuenire alijs, quæ non sunt principia physica, vt dicebat prima opinio, & probant, quia maximè conueniret principijs rerum generabilium, & corruptibilium, at his non conuenit, nam vel conuenit illis, vt sunt principia rerum generabilium in communi, & non, quia nulla res generabilis, vt sic per se primo generatur, quia ex

E

Ari-

Aristotele 1. physic. tex. 76. ea, quorum rationes præexistunt in rebus, quæ corrumpuntur, non per se generantur; vt cum ex aqua generatur aer, non fit per se ratio corporis, quia hæc preexistebat in aqua, sed in omni generatione rei generabilis, in subiecto, ex quo noua res generatur, præexistit ratio generabilis, vt patet inductione, ergo vel cõuenit illis, vt sunt principia rerum generabilium secundum indiuiduas rationes, & neque, tùm quia hæc principia sunt particularia, quæ vt non cadunt sub scientiam, ita neque cadunt sub definitionem, tum quia à nullo illorũ omnia fiunt, sed ex singulis, Vnum ens physicum fit; ex quo etiã probatur, nec definiri principia in communi; quia definitio, quæ conuenit rei in cõmuni, conuenit etiam saltem secundariò rebus in particulari, quia res definita dũ definitur supponit non simpliciter, sed absolutè.

Confirm. quia definitiones traditæ de rebus in numero plurali, rectè accommodantur numero singulari, mutatis tamen verbis ex plurali in singularem numerum, vt si lineæ circulares definiuntur esse lineas, ex quarum centris ad circumferentias lineæ ductæ sunt æquales; rectè linea circularis dicetur esse id, ex cuius cētro &c. at ex hac definitione non potest colligi definitio principij in singulari ergo. Minor probatur, quia si principium definias esse id, ꝙ non est *ex alio, neque ex sese, sed ex ipso aliquid est*, iam mutatur sensus, tum quia ly, *ex sese*, non apparet quid verè ibi significet, ꝙ si explicetur, ꝙ significat non esse ex alio principio, iam definitũ ponitur in definitione, atq; adeo idem definiretur per seipsum; tum quia mutatur, ly, *omnia* in, ly, *aliquid*, quę sunt valdè diuersa.

Confirm. secundo, quia non conuenit priuationi, quam constat esse principium, quia nulla res ex priuatione constat, vt patet, neque ex ea fit, vt probatur, quia non est terminus, à quo, generationis, qa homo v. g. nõ fit ex priuatione formæ rationalis, sed ex non homine, vel priuato forma hominis; qa terminus, à quo, est contrarius termino, ad quem, at terminus, ad quẽ, in hac generatione est homo, cui non opponitur Immediatè, & adæquatè priuatio formæ, sed nõ homo, quod est priuatum forma hominis tanquam terminus totalis à quo.

Confir. tertio, quia non conuenit materiæ, & formæ mixtorum, quia materia mixtorum fit ex elementis, atque adeo ex alio, at hoc est absurdum, quia mixta sunt entia physica, atque adeo pendere debent ex principijs physicis.

3 Tertia opinio est dicentium hanc definitionem posse accomodari alijs principijs, quæ nõ sunt physica, vt patet ex argumẽtis primæ opinionis, tamen ex intentione Aristotelis, & restrictione verborũ, quæ adduntur illi, conuenire omnibus, & solum principijs physicis, ità ferè omnes Doctores, qui illã explicant, & mihi probatur, vt patet ex explicatione definitionis iam posita, & ex solutione argumentorum, vnde.

Tertio, & melius licet alijs possit ex mente tamen Arist solis conuenit physicis principijs.

Explicatur Opinio Auctoris.

A Not. primo sicut conditiones prædictæ possunt intelligi. primo confuse, & communiter. Secundo, distinctè, & contractè ad materiam scilicet grammaticam, logicam, physicam, & similia; ità principia similiter sumuntur scilicet confusè, seu abstractè vt sunt cõia omnibus, & contractè ad particularem materiam, Aristoteles igitur, sicut intendit hic inquirere, & definire principia physica, ita cõditiones definitionis intellexit contractè ad materiam physicam.

Vt principia possunt sumi dupliciter scilicet abstracte & contracte ita & cõditiones principiorum.

B Secundo Not. ex prædictis conditionibus primam, scilicet, vt *non sint ex alijs*, esse præstantiorem, cum conueniant in ordine ad superiora, quę negat, & inde habent primitatem; alteram verò scilicet *ex quo omnia*, esse conditionem magis propriam, quia intimius constituit principia, tanquam differentia postrema, supponens cæteras, nam quæcunque ità se habẽt, vt ex ea cuncta oriantur sunt prima & cõmunia principia, at nõ omnia, quę sunt ex alijs, sunt talia, vt ex ijs alia oriantur.

Primitas negatiuè est conditio principiorũ præstãtior, sed positiue est magis intima.

Confir. quia de ratione principij est ordo ad alia, quæ sunt ex ipso, ergo quò principium est communius, eò debet ad plura se extendi, quare differentiæ principiorum sumuntur ex ordine ad principiata.

C Tertio not. has cõditiones absolutè sũptas, esse communes omniũ principiorum, tàm contrariorum, quàm non contrariorum, tàm interiorum, quam exteriorum, vt sunt finis, & efficiens, tamen contractè sumptas, reddi proprias vnius, vel alterius principij, hic autem Aristoteles sumpsit contractè, vt supra ostendimus, qa termini sunt accipiendi secundum subiectam materiam.

Conditiones principiorum absolutè sunt communes omnibus pricipijs.

Quarto Not. solere apud Doctores controuerti, an hæ conditiones constituant principia; an verò sint proprietates consequentes; & omissis, quæ hinc, & indè afferuntur argumenta existimo esse conditiones

D constituẽtes, quia etiã si entitas aliqua absolutè sũpta, quæ denominatur principium, sit prior his conditionibus, tamen illa non habet rationem principij primi, nisi quatenus stat sub his cõditionibus, sicut Deus licet secundum se, non referatur ad alia, tamen vt stat sub ratione vltimi finis, necessario includit, vt non sit gratia alterius, & eius gratia cætera sint, ita dicimus de principijs primis; vt entitas constituatur in ratione primi principij per negationem essendi ab alio, & positionem essendi aliorum ab ipso, & licet Aristoteles probet principia nõ fieri ex se inuicem, quia contraria, & vnum contrariũ non componitur ex alio, tamen adhuc illa con-

Huiusmodi cõditiones constituunt principia.

E ditio constituit rationem principij, quia res sub ratione contrarietatis non habent rationẽ primorum principiorum, nisi habeant conditionem vt nõ sint ex alijs, vel ex se inuicem; & cur rõ principij constituatur per has conditiones non habet causã priorẽ sĩn rẽ, sicut ædificatio dicitur, quod constituitur per artem ædificãdi, neq; huius datur causa media, licet ars ædi-

ficandi

ficandi sit causa formalis ædificatorem constituens: Quare, quod hæ conditiones conueniāt principijs non datur causa, vt 8. metaph. in fine ostendit Arist. de omni essentia rerum, sed solū per posteriora, & ex se ipsa sit nota, quod præstitit Arist. dum probauit has conditiones conuenire principijs. Ex quibus satis patet veritas tertiæ sententiæ ex Responso ad argumētā.

Soluuntur argumenta primæ, & secundæ opinionis.

4 *Quomodo hæc definitio conueniat solū principijs physicis.* AD primam confirmationem primę opinionis Resp. hanc definitionem cōuenire alijs, quam principijs physicis, si particulæ positæ in definitione, abstractè sumantur, at si contractè ad materiam physicam, nonnisi principijs physicis, vt diximus supra; vnde ad confirmationem ly, ex, vt ponitur in hac definitione, dicit habitudinem partis componentis, vel termini, à quo, vel ad quem, at hac ratione non conuenit Deo, quia à Deo sunt omnia tamquam ab efficiente.

Ad secundam confirmationem Respondet Piccolom. duas priores conditiones competere alijs, quæ nō sunt intrinseca principia mutationis, vt dicitur in argumento, at tertia non cōpetit alijs, quia non cuncta fiunt ex ipsis intrinsecus; Sed non placet, tum quia ly, ex, positum in tertia particula, non dicit habitudinem causæ intrinsecæ componentis, nam comprehēdit terminum, à quo, qui nō componit res intrinsecè; tum quia non minus intrinsecè genus, & huiusmodi metaphysici cōceptus componunt res generabiles, quam materia, & forma. *Piccolom. opinio reijcitur.*

Actus non est principium sicut etiam neq; est motor calorū. Igitur Resp. actus, & cætera huiusmodi excludi à ratione principiorum physicorum, qa non concurrunt physicè ad cōpositionem physicam, sed pertinent ad compositionem metaphysicam, neque actus metaphysicus educi dicitur de potentia metaphysica, & motor calorum excluditur eadem ratione, qua excluditur Deus à ratione principii.

5 Ad argumenta secundæ opinionis facile patet ex dictis, quod licet hæc definitio cōueniat principijs rerum physicarum tam corruptibilium, quam incorruptibilium, tamen falsō supponitur in argumēto hic definiri principia solum corruptibiliū, & multo minus, solum definiri principia eorum, quæ gignuntur, & intereunt p se, quia debent tradi principia p se rei generabilis in cōi, .i. illius generis, q adæquatè complectatur oīa generabilia, & corruptibilia, at nulla mentio facta esset eorū, si hac definitione non comprehenderentur, Neq; obest, q corpus generabile, & corruptibile nō gignitur per se, tum quia satis est, quod constituatur per se, vt dicitur de re naturali, quatenus significat rem corruptibilem, & incorruptibilem. Tum quia res secundum rationem, qua generantur per se primo, habent annexam identicè rationem, secundum quam dicuntur per se secundario generari; vnde verè tota res interit, & oritur, atq; respectu totius esse dantur principia physica. *Quō hæc principia conueniāt toti generi rerum generabilium.*

A Ad primam cōfirmationem Resp. definitionem traditam de re pluraliter sumpta, posse illi conuenire distributiuè sumptæ, & tunc descendit ad inferiora facta solum mutatione numeri, vt probat argumentum, at quando conuenit illi collectiuè sumptæ, non descendit ad inferiora nisi mutētur ea, quæ ad collectionem pertinent, vt si definias coniuges esse, qui inter se indissolubiliter sunt cōiuncti ad prolem generandam; hæc definitio nō potest aptari vni, nisi mutentur ea, quæ pertinēt ad collectionem idest inter se, quod idem diximus in definitione principiorum, debere fieri mutationem in ly *ex se inuicem*, neque mutari debent ly, *omnia in aliquid*, quia singula principia ad quodlibet ens physicum suo modo concurrunt: *Quō nomen significās plur descendat ad inferiora, & quomodo non.*

B Dices (ex) vt accomodetur priuationi, debet mutari ly, omnia, quia non omnia sunt ex priuatione, nā cœlum sin substantiam, neq; in fieri, neq; in facto esse est, ex priuatione; sed Resp. particulares definitiones intelligi in sēsu accomodo, vt omnia sint ex illis eo modo, quo apta sunt esse, quare cum substantia cœli non sit ex priuatione, iam non comprehenditur, vt sic sub ly, omnia, sed quatenus ly, omnia, refertur ad materiam, & formam, ita comprehēdit cœlum, & incorruptibilia. *Definitionis particulæ debent intelligi in sensu accomodo.*

Ad secundam confirmationem Resp. quod sicut datur duplex terminus, ad quem, totalis .s. & partialis, ita etiā duplex terminus, à quo, 6 *Terminus ad quem, & à quo totalis, & partialis.*

C totalis scilicet, quod est priuatum esse forma, & partialis, qui est priuatio formę, & in definitione ly, ex, nō dicit habitudinem termini totalis, sed partialis, qa sicut terminus, ad quem, totalis, non est principium, sed principiatū, ita principium correspondens in termino, à quo, non debet esse totalis, sed partialis, ita enim intelligenda est contrarietas termini, à quo, cum termino, ad quem, vt scilicet totalis, totali, & partialis, partiali aduersetur, & solum differūt quod totales inter se non aduersantur per se primo, sed ratione terminorum partialium; partiales verò per se primo, idest se totis inter se aduersantur.

D Ad tertiam cōfirmationem Respondent primo alij, posse concedi hanc definitionem non conuenire materiæ, & formis mixtorum, sed solum materiæ, & formis cęlorum, & elemētorum, & cum dicuntur omnia fieri ex illis principijs, intelligitur mediatè, vel immediatè, quia elementa fiunt ex illis immediatè, & mixta ex elementis, atque adeo mediatè ex illis. Sed non placet, nam in genere mixtorum nō essent tria principia, cū tamen Arist. in omni generatione dicat requiri tria principia definita in 1. phys. ideo. *An hæc definitio conueniat materiæ, & formæ mixtorum.*

E Resp. 2. in mixto esse materiam, & formam. & constat materiam mixtorum secundum substantiam esse eandem numero cum materia elementorum, atq; adeo non esse compositam, qa solum differunt secundum dispositiones accidentarias, qua ratione materia mixtorum dicitur pendere ex materia elementorum, & componi ex illa, quia proxima materia .i. disposita qualitatibus pēdet ex qualitatibus elemētarijs; prin-

principium aũt non dicitur materia hæc proxima, sed materia prima secundum substãtiam A
suam, quam constat nõ esse magis compositam in mixtis, quam in elementis; vnde difficultas manet de forma, & quidem secundum eos, qui ponunt formam mixtorum essentialiter includere formas elementorum, argumentum vrget, vt dicatur huiusmodi formas nõ esse principia, quia pendent ex alijs, & iuxta hanc sententiam non potest argumentum solui, nisi iuxta primam responsionem, vt omnia dicantur ex his principijs immediate, vel mediate; verũ in alia sententia, quæ negat formas mixtorum includere essentialiter formas elementorum, facile soluitur argumentum; nam dicunt formas mixtorum secundum substantiam esse simplices B
entitates, & nõ esse compositas ex alijs formis, sed tantum esse perfectiores formis elementorum, eo quod virtualiter in sua simplici entitate contineat illas, vt fusè in 2. de gener. Deo tamen iuuante explicabimus; vnde dicimus formas mixtorum esse principia prima mixtorũ, quia non sunt ex alijs formis tamquam ex partibus cõponẽtibus essentialiter, sed tantum esse ex illis, tanquã dispositionibus materiæ, & secundum continentiam virtualem.

Formæ mixtorum sunt simplices.

Dices. Definitio supponit rem definitam esse, at non est certum, dari principia physica, imo multi negant dari plura principia, vt Xenophanes, Parmenides, Melissus, Thales, Ana- C
ximenes, & Diogenes, ergo malè definit in plurali, vnde supponit esse plura.

Resp. Aristotelem iam probasse dari principia, eaq; esse plura ex transmutatione Secũdo, etiam si nõ dum probasset, satis illi erat, ad definiendum, vt illi esset certum dari, & esse plura. Tertio, etiam si non esset certum adhuc, vt dispositio de ijs procedere posset, debet supponi saltem quid nominis; nisi enim disputantes conueniant in significato nominis, nulla recta ratione concludi posset vnquam dispositio, quare posita definitione principiorum, nũc reliqua inquiramus.

QVÆSTIO SECVNDA. D

De existentia primorum principiorum rerum naturalium.

DVBITATIO PRIMA.

An omnis productio rerum naturalium corruptibilium exigat aliqua principia.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 PRimo Not. hic non inquiri principia complexa, quæ ingrediuntur demonstrationes E
de rebus physicis, sed incomplexa, ex quibus pendet existentia corporis naturalis.

2. Not. Corpus naturale posse dupliciter cõsiderari. Primo, secundum existentiam, quam habet in facto esse. Secundo, secundum existentiam, quam habet in fieri, & secundum vtramq; consideretur posse inquiri principia illius.

Corpus naturale dupliciter consideratur.

3. Not. huiusmodi principia alia dici esse intrinseca corpori; vt est in facto esse, alia vt est in facto fieri, alia esse extrinseca corpori secundum vtramq; considerationem.

4. Not. hic nos inquirere principia intrinseca, nam de extrinsecis, quale est efficiens, & finis, non est admodum cõtrouersum, quia licet ex Antiquis alij negarunt corpus aliquod naturale, & cœlum habere causam efficientem, & rerum naturalium dari causam finalem, tamen eorũ error iam est è scholis explosus, & in suo loco fusius refutabitur. Q[u]a[re] circa, vt quæstio proposita radicitus explicetur sit

ART. II. Explicatur opinio Auctoris.

DIco primo, necessario omnis productio requirit causam agentem distinctam ab effectu producto. Prima pars probatur ex nomine productionis, & actionis, quæ dicunt ordinem ad producens, & efficiens. 2

Agens à fine distinctum ab effectu.

Secunda pars probatur, quia nihil potest se ipsum producere, vt Tract. de causis ostendemus.

Productio agentis naturalis requirit subiectum.

Secundo dico, omnis productio agentis naturalis requirit subiectum. Probatur, quia nullum agens naturale potest creare, idest producere totam aliquam entitatem sine concursu substantiæ.

Probatur primo, nam experimur omne agẽs naturale supponere aliquod subiectũ, in quod agat, vt patet nõ solum in actionibus immanẽtibus, quæ ex ratione sua includũt subiectum, ob quod dicuntur immanentes, sed etiam in omni transeunte actione, tam accidẽtali, quam substantiali; si enim ignis in productione caloris, & substantiæ ignis non indigeret concursu subiecti, iam non exigeret determinatam materiam, idest lignum, vt producat ignem, sed posset producere illum ex quacumque materia, imò sine vlla materia approximata. Neq; dicas iuuari à ligno non in genere causæ materialis, sed efficientis, quia cum efficiens, vt agat, exigat existentiam, tunc maximè iuuaret, cum existeret, vt lignum, sed tunc maximè iuuat actionem productiuam formę ignis, cum corrumpitur forma ligni, ergo non concurrit in genere causæ efficientis.

Resp. Aliqui, ideo in actione supponi aliquod corpus, quia non potest produci nouus effectus 3
idest ignis, nisi in loco occupato per aliud corpus, & quia non potest vnum corpus penetrari cum alio, necesse est, vt per suas qualitates agendo in corpus sibi proximum illud corrũpat, & in eius locum nouum corpus succedat.

Quomodo omnis actio agentis naturalis supponat corpus, scilicet nõ per accidens, sed ratione materiæ.

Sed contra, tũ quia experiẽtia constat, ignem contra inclinationem propriam descendere ad replendum vacuum, at connaturalius produceret ignem successiuè, vt successiuè ex eo loco discedit corpus, atque per ignem productum repleret locum, qui relinquitur ab alio corpore, tum quia non apparet, cur ob eam rationem requireretur, quia melius fieret actio

sine illo impedimento, si inde nullum iuuamen acciperet agens in sua actione, malè enim esset A natura instituta, vt alibi fusius ostendemus; tum tertio, quia videmus in effectu de nouo genito, v.g. igne esse aliquas qualitates illi non conuenientes, neq; productas in eo instanti, quo producitur à corpore præexistente in loco, in quo ignis producitur; ergo corpus præcedés, quod supponitur ad actionem, non omnino corrumpitur; secundum omnes sui partes. Consequentia patet, quia si dũ corrumperetur, etiam omnia illius accidentia corrumperentur, atq; adeo non possent in eo instanti producere, vel alio modo esse causa, vt in igne producto sunt aliquæ qualitates illius naturę non conuenientes, quia, quod non est, non potest causare.

Antecedens probatur, nam videmus, quod B corpus corruptum, quo erat densius, eo maius cum densitate generari ignem, contra ipsius naturam, & similiter de raritate dicitur, & ex diuersitate corporum, quæ dicimus necessaria propter actionem, generatur ignis magis, vel minus lucidus, & diuersorum colorum, vt patet in igne producto ex aqua vitæ, qui est magis tenuis, & minus actiuus, quam, qui producitur ex oleo, & ad hæc spectant omnes experiẽtiæ, quibus probamus non fieri resolutionem vsque ad materiam primam; hæc autem saluari non possunt, nisi dicamus aliquam partem substantialem esse eamdem in re corrupta, & genita, quæ sit subiectum eorundem accidentium. C

Neq; dicas manere quidem aliquid corrupti, sed nõ fieri partem rei productæ, nam cum pars essentialiter imperfecta, non possit solitariè manere, certè dicitur esse ẽns cõpletum, & proinde deberet esse quantum, at effectus productus etiam est ens completum, & quantum, ergo duo quanta se penetrabũt contra aduersarios, quia ideo dicebant corrumpi corpus illud, quia non poterat se penetrare cum nouo effectu, & ideo dicendum est id, quod manet non esse corpus distinctum ab effectu producto.

Tum quarto, quia si corpus, quod corrumpitur præreguireretur ad actionem ob occupa- D tionem spatij, agentia non exigerent determinata corpora ad suas actiones, sed ex quolibet posset quodlibet generari, & quodlibet occuparet locum per suam quantitatem; at constat non quodlibet generari ex quolibet etiam si sit quantum, vt patet ex generatione animalium, & eorum nutritione, & auctione, ergo propter aliam rationem exigitur, hæc autem non est, nisi vt aliqua pars corrupti maneat in re genita.

Tum denique, quia non esset ratio cur ignis producatur tantæ, vel tantæ quantitatis, non.n. id referri potest in agẽs, quia potest producere maiorem, neq; ad locum, in quo producitur, q̃a E sępè videmus ignem in loco paruo productum se extendere ad maiorem, condensando corpus circumstans, atq; adeo si maior à principio fuisset productus, similiter partes aeris cessassent, ergo solum id est, quia tanta erat, & non maior pars corporis, ex quo generatur ignis.

Secundo probatur, ex opinione communi Theologorum, qui non solum negant creationem posse principaliter conuenire vlli corpori, quod eadem ratio sit de creatis, & creabilibus ob similem modum compositionis, vnde oritur similis modus agendi; sed etiam posse conuenire vlli creaturæ etiam spirituali tamquam prædicamentali agenti, à qua opinione recedere, temerarium dicitur, etiam si nulla afferatur ratio omnino conueniens, & euidenter ostendens huiusmodi impossibilitatem, q̃ Nos perfectè cognoscimus imperfectionem creaturarum, & perfectionem actionis creatiuam, de quibus rationibus fusè Suar. tom. j. metaphys. disp. 20. & Theologi 1. par. q. 45. & Nos suo loco, vbi soluemus argumenta quæ afferri possunt in contrarium.

Dico tertio, hoc principium non solum est subiectum accidentium, sed etiam partis, quæ de nouo producitur, cum qua efficitur vnum per se. 4 *Materia subiectum partis producta.*

Prima pars patet ex dictis, nam argumenta, quæ ostẽdunt manere eadem accidẽtia in corrupto, & generato, satis ostendunt hoc principium esse subiectum accidentium; non enim illa accidẽtia migrant de subiecto in subiectũ, vt alibi fusius.

Secunda pars probatur .s. dari aliquam partem de nouo, quia cum aliquid de nouo generatur, & hoc non sit subiectum, nam hoc præexistebat, ergo erit aliquid aliud, quod succedit in locum eius, quod est corruptum. *Dari formam constitutiuam.*

Tertia pars, scilicet quod sit subiectum huius partis, quia ideo dicitur subiectum accidẽtium, quia ab vno accidente vnum mutatur ad aliud, & vnum expellit formaliter, aliud ab hoc subiecto, quia est incapax vtriusq; at hæc omnia conueniunt parti, quia hoc principium ab vna parte transmutatur ad aliam, & se mutuo expellunt ob incapacitatem vtriusq; simul; at hęc incapacitas nõ est localis, vt patet, eo, quod haberent vnam quantitatem, ergo non potest esse nisi subiectiua, atque adeo hoc principium est subiectum partis de nouo productæ. *Probatur subiectum causare partem, non solum accidẽtia.*

Cõfirm. quia pars illa producitur intra illud & ab eo dependenter, sed non pendet in genere causæ efficiẽtis, ergo subiectiuæ, atq; adeo habet rationem subiecti.

Dico quarto, præter efficiens, & subiectum, requiritur etiam alia pars, quæ dicitur forma. 5 *Cur forma requiratur, vt principium.*

Probatur, quia ex dictis patet, in omni productione debere aliquid de nouo introduci; hoc autem non est subiectum, quia præsupponitur actioni, ergo erit aliud, quod habet rationem actus, & formæ, nam illud, quod aduenit, verè vnitur cum subiecto, illud determinãdo quoad esse specificum, & operatiuum, & figuram motus, & determinata accidentia, at q̃ est huiusmodi, habet rationem actus, & per cõsequens formæ.

Confirm. quia ante productionem principiũ illud, habet priuationem illius partis, at priuatio est negatio formæ in subiecto apto, ergo illa pars habet rationem formæ, & illud principium

cipium præsuppositum habent rationem potẽtiæ, atque adeo materiæ, & subiectum illius, qa est capax recipere illã, quod est propriũ actus, vt recipere est proprium subiecti.

Confirm. 2. Ex rationibus, quibus probatur principium præsuppositum actioni esse subiectum, probatur etiam consequenter partẽ aduenientem esse formam, quia hæc inuicem se inferunt.

6 Dico quinto in omni productione naturali requiruntur præter supradicta principia etiam priuatio, vt fuse probat Aristoteles 1. phys. à tex. 50. vt ibi fusius nunc autem.

Priuatio principium.

Probatur, quia nullum corpus potest produci ab agente naturali, nisi per transmutationem subiecti, vt dixi, quod ab Aristotele 5. phys. tex. 7. definitur esse mutatio ex aliquo in aliquod, ergo in omni productione per transmutationem requiritur primo res, quæ transeat de vno termino in alium, & dicitur subiectum. secundo res, ad quam fiat transitus, & dicitur forma, sed quoniam subiectum non mouetur ad id, quod habet in se, necessarium est vt præintelligatur carẽs forma, ad quã moueri debet, atque adeo cum negatione formæ, at negatio in subiecto receptiuo formæ, priuatio dr.

Confirm. quia posita hac priuatione formæ in subiecto, ablato quocumque alio præexistente in subiecto optime ab ipsa, vt termino, à quo intelligit incipere mutatio, & hac ablata; posito quocumque alio in subiecto, non potest intelligi mutatio, vt patet ex mutationibus, tã accidentalibus, quam substantialibus, nam vt subiectum trasmutetur ad albedinem, non est necessarium vt præexistat negatiuo, vel aliud simile, sed satis est, vt præcedat negatio albedinis, ergo priuatio & non aliud est principium, à quo incipit mutatio, tãquã a termino, à quo; vndè ad productionẽ agentis naturalis, vt mutatio quædam est, necessaria est priuatio, quæ habeat rationem principij.

Hæc de xistentia horũ principiorum ruditer dicta sint, nam, quæ contra objiciuntur, infra fusius.

DVBITATIO SECVNDA.

An omnis productio substantialis proueniens ab agente naturali, necessario exigat tria principia prædicta.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

Primo Not. Ex dictis satis cõstare agens naturale non posse habere actionem vllam sine subiecto, quia alioquin posset creare, quod est contra expositionem adductam, & communem Theologorum.

Secundo Not. est omnem actionem agentis naturalis, aliã esse substantialem, aliam verò accidentalem. Substantialis quidem dicitur, quæ terminatur ad substantiam; accidentalis verò, q̃ terminatur formaliter ad accidens: nos prius agemus de substantiali, tùm de accidentali productione.

A Tertio not. substantialem productionẽ, aliã esse independeter à subiecto, quæ dicitur creatiua, & de hac infrà: aliam dependẽter à subiecto, quæ dicitur eductiua, & hãc etiã esse duplicem, alteram, qua partes in eadem mensura durationis cõproducuntur, vndè resultat cõpositum, quæ dici potest completa, qualis dicitur productio suppositi, & naturæ, & productio colorũ nam in eadem mẽsura, qua producitur natura, producitur etiam subsistẽtia illius & hic modus productionis non solum conuenit substantijs, sed etiam accidentibus, nã passiones comproducuntur simul cum natura ex communi phylosophorum sententia.

Actio substantialis alia dicitur creatio, alia eductio.

B Alteram, qua vna pars compositi producitur alia supposita, non solum in priori natura; sed etiam secundum aliquam durationem, quæ dici potest incompleta productio, quatenus per eam formaliter vna pars solum attingitur etiã si per eam compleatur potentia subiecti, vnde existit totum compositum.

Quarto Not. hanc productionẽ incompletam esse triplicem; vnam, qua aliquod substantiale completum producitur ex materia prius sub alia forma existẽte, de qua productione enũtiatur illud, quod productio vnius est corruptio alterius, & de hac intelliguntur, quæ quæstione præcedente docuimus.

Productio incompleta dicitur tripliciter.

C Alteram, qua ex duobus indiuiduis vnius speciei per vnionem ipsorum producitur aliud indiuiduum, vt cum ex vnione duarum partiũ aquæ, fit vna totalis, ex vtraque composita, quæ antea non erat; sine corruptione alterius entitatis, quam productionem esse substantialem, patet, quia nihil deest, quominus dicatur substantialis, quia verè terminus eius est substantialis; est enim indiuiduum substantiale, at impossibile est terminum substantialẽ produci per productionem accidentalem.

Confirm. sicut cum reproducitur homo in resurrectione dicitur productio substantialis, etiam si ambæ partes præexistant, solum, quia producitur vnio inter eas; vnde resultat totum substantiale, ità cũ vniuntur partes substantiæ D homogeneæ, dicetur substantialis actio, vnde resultat nouum indiuiduum substantiale, & dici potest productio substantialis integralis.

Tertiã, qua non producitur aliquod totum compositum substantiale, sed producitur aliqs modus substantialis, vt si fingamus à Verbo diuino dimitti humanitatẽ, tunc in ea resultaret subsistentia creata, vnde non efficeretur natura humana, sed subsistens, & suppositum, nam sicut per actionem, qua producitur albedo, dicitur produci album, ita per actionem, qua producitur subsistentia dicitur produci subsistens, seu suppositum, & hæc dici potest productio substãtialis modalis. Quare his suppositis quæ-E ritur quænam sint intrinseca principia huiusmodi prædicationis.

ART. II. Opinio Auctoris.

Prima Conclusio. Omnis productio substantialis, quæ est ab agente naturali, exigit aliquod

aliquod subiectum, patet ex dictis, quia agens naturale non potest agere independenter à subiecto, vt hic supponitur.

Nulla productio est sine termino producto.

Secunda conclusio. Nulla productio substantialis potest esse ab agente naturali, nisi intelligatur produci aliquis terminus formalis substantialis. Probatur, quia non potest intelligi actio de nouo, nisi intelligatur aliquis terminus de nouo, siue secundum se totum, siue secundum aliquam eius partem, vel modum, si enim nihil de nouo producitur non apparet, ad quid terminetur illa noua productio; non enim est conseruatio existentiæ præcedentis, vt supponimus: at hoc, quod de nouo producitur, non potest esse aliquod accidentale, quia tunc actio non esset substantialis, sed accidentalis, vt patet ex dicendis de specificatione motus, ergo erit aliquod substantiale, ad quod formaliter terminabitur productio.

Confirm. quia compositum productum est aliquod substantiale nunc existens, quod prius non existebat, ergo vel existit de nouo secundū oēs sui partes, & non, vt supponitur, vel secundum aliquid ipsius, & hoc dicetur esse terminus formalis, qui cum ingrediatur cōstitutionē indiuidui substātialis, non potest esse quid accidentale, sed necessario erit quid substantiale.

Terminus formalis in productione totius integralis.

Tertia Conclusio. In productione substantiali, integralis indiuidui, sine corruptione alicuius substātialis, terminus formalis productus est, vnio quædā illorum, quia non apparet quomodo de duobus indiuiduis fieri possit vnum, sine aliqua vnione.

Integralis indiuidui productio supponit priuationem.

Quarta Conclusio. In huiusmodi productione requiritur etiam productio quædam; nam sicut vt materia transmutetur ad formam, exigit, vt sit priuata forma, ita vt substantiæ transeant ad vnionem, exigunt vt sint priuatæ vnione.

Ex his sequitur in huiusmodi productione requiri vnionem tamquam formam, & terminum, ad quem. Secundo, priuationem vnionis, tamquam terminum, à quo. Tertio, requiri subiectum, quæ sunt substantiæ illæ, quæ vniuntur ad constituendum vnam substantiam.

Differt productio integralis à productione substantiali per quinque difficul.

3 Quinta Conclusio. Huiusmodi productio, etiam si exigat totidem principia, quot productio corporis corruptibilis, tamen maximè differunt; nam primo subiectum, quod hic requiritur, non potest habere rationem primi principij, vt dicitur in productione corporis corruptibilis. Probatur, quia de ratione primi principij est, vt non sit ex alio in eodem genere, at huiusmodi subiectū componitur ex alio in eodem genere; quia si illæ substantiæ, quę habent rationem subiecti, accipiuntur secundum physicam essentiam, constant iam ex materia, & forma partis, sicut entia secundum extēsionem iam constant ex partibus integrantibus entitatiuis, ergo vnio illis adueniens, supponit præuiā in illis vnionem.

Dices, non solum ex duabus aquis potest fieri vna aqua, sed etiam ex duabus formis homogeneis potest integrari vna forma, & similiter dicitur de materia.

A

Resp. In illis non supponi vnionem materię, & formæ inter se, sed vnionem partium entitatiuarum, quia nulla pars huiusmodi materiæ, & formæ dari potest, quæ non sit composita ex alijs partibus, idq; in infinitum, vt ostendemus, cum de essentia quantitatis agemus; est enim similis ratio.

Secundo, quia in illa mutatione subiectum est ens incompletum; in hac vero aliquando est ens completum, vt cum tota aqua vnitur aquæ, aliquando est ens incompletum, vt cum partes materiæ, vel formæ vniuntur partibus materiæ, vel formæ; quare subiectum huius abstrahit ab ente completo, & incompleto.

B

Tertio, quia in hac mutatione est duplex subiectum; in illa vero vnum, quæ differentia procedit secundum opinionem dicentium esse vnam vnionem in vtraque parte; nam qui posuit duas vniones necessario connexas partiales; vnam totalem integrantes, dicere debet esse duplicem mutationem partialem in duplici subiecto cū duplici termino, nam quæ respectu vnius est subiectū, respectu alterius est terminus, & ex ea duplici mutatione integrari vnam totalem.

Quarto, in illa mutatione, subiectum ita est subiectum, vt non possit esse forma, & forma, ita forma, vt nō possit esse subiectum, at in hoc subiectum ita est subiectum, vt essentialiter sit terminus respectu alterius.

C

Quinto, in illa productione terminus est forma, quæ est verè pars compositi; at in hac terminus est vnio, quæ nō est pars, sed modus eius; quod fit per productionem,

Dices, sicut in hac productione ponitur vnio, vt terminus distinctus ab extremis vnitis, ita in productione corporis corruptibilis præter materiam, & formam debet poni vnio, qua vniantur, ergo erunt quatuor principia, & non tria.

Respōdeo primo, Videbimus quot sint principia; hic autem quærimus, an existant aliqua principia productionis naturalis. Respondeo secundo, rectè in illa productione non fuisse vnionem positam inter principia, quia

D

terminus ad quem, in mutatione infertur à termino, à quo, nam in qualibet mutatione ille dicitur esse terminus, ad quem, qui immediatè expellit terminum, à quo, at in ea mutatione terminus, à quo, per se primus non est priuatio vnionis, sed productio formæ, quia subiectum debet mutari, non forma ad formam, quam immediatè appetit; sed quia forma vt sit terminus, ad quem, debet expellere priuationem à subiecto, ideo exigitur vt forma vniatur subiecto, quare vnio non est terminus primarius, sed secundarius in illa mutatione, at in hac terminus, à quo, est vnio, qua partes aquæ ex non vnitis fiunt vnitæ. & hine dicuntur mutari ad vnionem, & hanc esse terminum primum, ad quem, non autem alterum extremum, nisi secundario, quatenus est terminus vnionis.

E

Sexta Conclusio. Hæc tria principia reperiuntur etiam in productione substantiali 4

L mo-

Modi substantiales producuntur per hac tria principia. modali, nam in ea reperitur materia, quæ se habet vt subiectum, cum nulla detur actio naturalis agentis sine subiecto; priuatio connaturalis subsistentiæ dum supponitur, materia supposita alieno supposito, quæ se habet vt terminus, à quo, & ab ea, natura debet transire, nam vt subiectum transmutetur ad habendum aliquod, necessaria est priuatio eius, quod acquiri debet de nouo, & subsistentia tamquam forma adueniens, quæ se habet, vt terminus, ad quem materia transit.

Dices. Vt materia integra potest acquirere hunc modum, ita etiam partes physicæ, vt v.g. materia prima potest acquirere de nouo subsistentiam partialem, & similiter dicitur de forma secundum ponentes huiusmodi partiales subsistentias.

Resp. concedendo totum: quare subiectum in hac productione abstrahit ab ente completo, & incompleto.

DVBITATIO TERTIA.

An omnis productio accidentalis requirat tria principia prædicta.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 Triplex productio accidentalis. PRimo notandum, sicut diximus esse triplicem productionem substantialem, ita totidem esse productiones accidentales. Prima, qua producitur aliqua species completa, formæ accidentalis in subiecto, in quo antea non erat, vt cum subiectum ex nigro fit album, & dici potest productio accidentalis formalis.

Secunda, qua non producitur forma accidentalis completa, sed duæ formæ completæ vniuntur, vnde immediatè, & formaliter attingitur vnio partium, vt quando vniuntur duæ partes quantitatis, & dici potest productio integralis.

Tertia, qua accidens acquirit aliquem modum essendi, quomodo si quantitas sacratissimæ Eucharistiæ inciperet inhærere subiecto, inde acquirit modum inhærentiæ, & dici potest productio accidentalis modalis.

2 Subiectum accidentium immediatum, & mediatum. Secundo notandum, subiectum primarium & vltimatum accidentium, semper esse substātiā, quia omnis existentia accidentium tandem debet resolui in dependentiam à substātia.

Subiectum vero immediatum aliquando esse substātiā, siue completā, siue incompletam, iuxta naturam accidentium, aliquādo esse aliud accidens, quomodo dicuntur aliqua accidētia inherere, immediatè in quantitate, & relationes in alijs accidentibus.

Ex quo patet distingui formas accidentales à substantialibus, quia substantiales semper sunt in subiecto substantiali, quod essentialiter sit ens partiale; at accidentales possunt esse in substantia, & accidente, & in substantia tam partiali, quam totali, seu integra.

ART. II. Opinio Auctoris.

PRima Conclusio. Omnis productio accidentalis requirit tria principia prædicta. 2 Productio accidentalis requirit tria principia. Probatur, quia vt omne accidens exigit subiectum, ita omnis productio illius, quæ fit ab agente naturali exiget similiter subiectum, non solum ex generali ratione agentis naturalis, vt supra dictum est, sed etiam ex peculiari exigentia formæ accidentalis, quę producitur: hoc autem subiectum, vt transmutetur ad accidens illud recipiendum, debet illo carere, & habere potentiam ad illud recipiendum; alioquin enim non posset intelligi subiectum ad illud transmutari, atque adeo exigitur priuatio, à qua tamquam à termino, à quo intelligatur subiectum, transmutari; & denique requiritur forma; tum quia non potest intelligi productio sine forma producta; tum quia non potest intelligi trāsmutatio sine duobus extremis, vt fusius infra.

Ex hoc patet, idem dicendum de productione accidentali formali, integrali, & modali, quia facili negotio ratio dicta singulis applicari potest.

Secunda Conclusio. Et si productio accidentalis exigat totidem principia, quot substantialis, tamen aliquo modo differunt. Prima pars patet ex dictis in superiori conclusione.

3 Secunda pars, probatur, primo enim differunt ratione termini ad quem, quia ibi est substantialis, hic autem accidentalis.

Secundo, ratione subiecti, quia hic potest esse accidens, ibi vero non potest esse accidēs, nam semper est substantia, quia aliquod substantiale non potest esse in accidente, vt in substantia, siue sit forma, siue modus substantialis.

Tertio, ratione principij, quia hic est priuatio accidentalis, ibi vero est substantialis, quia priuatio, specificatur à forma, quam negat.

4 Tertia Conclusio. In productione substantiali, & accidentali principia, non sunt omnino eadem, sed solum proportionaliter.

Prima pars patet ex differentijs, quas supra attulimus.

Secunda probatur, quia sicut se habet subiectum, & forma in productione substantiali, ita proportionaliter in productione accidentali; & Confirmatur ex Aristotele 12. metaphysic. à text. 19. ad 39. dum ostendit principia omnis mutationis esse eadem, idest secūdum proportionalitatem, vt ibi vterque Alexand. Scotus, Diuus Thomas, Niphus, & alij, & fusè Flandria 12. metaphys. q.4. art.1. Sonc. q.26. & q.27.

Dices, sicut hæc principia sunt diuersa in accidentali productione, & substantiali, ita etiā in mutatione substantiali sunt inter se diuersa, quia materia cęli, & inferiorum sunt diuersę rationis, & materiæ secūdę, seu proximę oīum, etiam

etiam inferiorum, sunt inter se diuersæ, formæ item inter se distinguũtur, vel specie, vel saltem numero, vnde etiam priuationes earum distinguũtur, ergo vt non sunt eadem principia mutationis accidentalis, & substantialis, ita neq; sunt eadem principia mutationis substantialis.

Respondeo esse diuersam rationem, quia licet materiæ formarum substantialium, & similiter formæ, inter se distinguantur, omnes tamen conueniunt in genere substantiæ, at non ita principia mutationis substantialis, & accidentalis, quia non pertinent ad vnum genus, sed ad varia genera, & ideo sunt proportionaliter eadem, quod intelligimus de entitatibus substratis denominationibus principiorum, nam de ratione formali principij, an sit vniuoca, alibi disputatum est, vt infra etiam dicetur, quomodo ratio priuationis sit communis respe ctu singularium priuationum, similiter quomodo ratio subiecti, & ratio formæ sint communes, & qua ratione his tribus sit communis ratio principij.

DVBITATIO QVARTA.

De productione substantiali, vel accidentali, quæ prouenit ab aliquo agente sine mutatione substantiali, an habeat principia, & quæ.

ART. I. *Explicatur sensus quæstionis.*

1 PRimo Not. productionem, sine substantialem, siue accidentalem esse duplicis rationis. Altera enim est cum mutatione alicuius subiecti, de qua hucusque dictum est, altera est sine mutatione subiecti; hæc autem ad huc est duplex. Vna, qua producitur forma aliqua dependenter à subiecto; altera, quæ est in dependẽter à subiecto, & de vtraque nobis hoc loco dicendum est.

Productio naturalis sine mutatione subiecti. Secundo Notandum, posse ab agentibus naturalibus prouenire aliquam productionem sine mutatione subiecti; patet ex productione passionum, quæ cum in eodem instanti producantur, quo producitur natura fiunt sine vlla mutatione materiæ, nam mutatio non est, vbi non præcedit priuatio, ex qua subiectum dicitur mutari ad formam, quia subiectum passionum non potest esse connaturali modo in illo instanti sine proprijs passionibus, & hoc idem patet, dum producitur anima rationalis à Deo in corpore, quia in eodem instanti producitur ab agentibus naturalibus vnio eius cum materia, & hoc ipsum dicitur de formis partialibus, nam in eodem instanti, quo producuntur earum partes, producuntur vniones earum.

2 *Probatur dari productionem independent.* Tertio Notandum, dari aliquam productionem independenter à subiecto, quæ dicitur creatio, vt fusè alibi probabimus, nam si in omni productione substantiali subiectum A prærequiritur; vel subiectum est producibile, & necessario dabitur in infinitum nisi consistamus in subiecto improducibili, at processus in infinitum repugnat in subiectis, quæ non efficiunt vnum, sed quodlibet est in se determinatum, vt alibi, & repugnat id, quod est essentialiter subiectum, habere rationem actus sicut actum habere rationem materiæ, & subiect substantialis, vel deuenitur ad subiectum improducibile, & hoc est magis absurdum; tum quia q; est improducibile, est ex se, atq; adeo infinitæ perfectionis, quia prima perfectio diuina, qua constituitur in esse diuino est vt sit ens ex se, idest non ab alio, quam rationem prosequitur Euseb. lib. 7. de par. c. 8. disputans contra B aliquos Philosophos, asserentes materiam primam nõ fuisse à Deo productam; tum quia ẽt si non sequeretur esse infinitæ perfectionis, saltem esse infinitæ extensionis, quod est contra experientiam, cum enim omnes partes materiæ sint eiusdem rationis, sicut dicitur esse viginti palmorum, cur non etiam viginti, & quadraginta, & sic in infinitum, cum sint possibiles; nam non est ratio cur sit determinata ad tot palmos, & non sit cum omni extensione possibili; tum quia videmus singulas vniones partium esse producibiles; nam diuisis partibus, materiæ possunt iterum vniri, ergo tota materia, seu subiectum, hoc non est improdu C cibile, quia cum de essentia huius sint vniones, non potest totum subiectum secundum essentiam esse improducibile, nam si secundum essentiam habet esse à se sine vlla causa dante illi esse; iam haberet esse suum; at hoc esse non potest intelligi sine vnione partium, ergo eo ipso, quo totum esset à se, partes etiam essent à se, at videmus totum hoc, accipere vniones ab alio, ergo non est à se, atque adeo, neq; improducibile.

Confirmatur, quia secundum ponentes cœlum esse corpus simplex, non video quomodo possit negari fuisse productum sine subiecto, cum nullum habeat, at secundum ponentes esse compositum ex materia, & forma, insepa D rabilibus idem sequitur, quia materia non fuit producta prius, quam forma, cum ponantur inseparabiles, nec materia patitur materiam primam nudam sine omni forma existere, ergo simul producta est materia cum forma, atque adeo tota entitas simul, sed materiæ productio non fuit ex subiecto præsupposito, ergo datur productio independenter à subiecto, imò productio formæ illius fuit sine transmutatione, quia materia non fuit prius sub alia forma, & deinde sub forma cœli.

Confirmatur secundo, ex productione elementorum, quoad totum singulorum corpus, nam licet singulæ partes elementorum produ E cantur, & corrumpantur, tamen totum corpus, v. g. aquæ numquam simul producitur, & corrumpitur ab agente naturali, ergo totum aliquod corpus fuit simul productum independenter à materia, vnde etiam patet fuisse productionem formæ totalis in eo subiecto sine transmutatione, quia non fuit materia sine

vlla forma in aliquo instanti, neque sub alia forma, quia elementa sunt prima corpora, atque adeo primo generabilia, ergo generatio eorum non est consequuta corruptionem alterius corporis.

ART. II. Opinio Auctoris.

3 *Productio sine mutatione non exigit tria principia.*

PRima Conclusio. Productio, quæ est ab agente naturali sine mutatione subiecti, non exigit tria principia prædicta. Probatur, quia deest illi priuatio, nam cum in eodem instanti materia sit informata per formam, non habet in eo instanti priuationem illius, quia idem simul esset, & non esset contra rationem primi principij.

Dices, antequam producatur materia simul cum forma, erat negatio formæ, ergo illa habebit rationem priuationis, & termini à quo, quia erat negatio in subiecto apto, etiam si hoc non existeret per ea mensura, nam hæc aptitudo ad formam conuenit materiæ, siue existenti, siue non existenti; est enim, vel essentia, vel proprietas ipsius.

4 *Negatio formæ non constituit principium priuationis.*

Respondeo concedendo ibi adesse negationem formæ, sed non habere rationem priuationis, quia hæc debet esse in subiecto existente cum aptitudine; at hic supponitur pro ea duratione subiectum non existere; quare negatio non habet rationem priuationis, sed simplicis negationis. Vnde fit, quod licet producatur calor, verbi gratia, ex subiecto non calido, non tamen ex subiecto priuato, sed negato, quia non solum non existit calor in subiecto, sed neque existit subiectum ipsum.

Dices, adhuc in hac productione esse tria principia, scilicet subiectum, formam tamquã terminum ad quem, & negationem tamquam terminum, à quo.

5 Respondeo primo, eam negationem se habere impertinenter, & concomitanter, & non necessario quoad productionem, quia cum non habeat rationem mutationis, non est cur assignetur illi necessario terminus, à quo.

Respondeo secundo, posse dici eam negationem habere rationem termini, à quo, eo modo, quo dicunt in creatione negationem habere rationem termini, à quo, vt patebit infra.

6 Secunda Conclusio, productio formæ ex subiecto priuato, & ex negatione eiusdem formæ in ratione actionis, & productionis, non differunt essentialiter, quia essentiam habent à termino, ad quem, & concursu subiecti, & per accidens conuenit illis, vt sic, esse transmutationem subiecti, ergo per accidens illis conuenit, quod sint ex priuatione, vel negatione, sed illud discrimen potius eis conuenit, quatenus sunt mutationes quædam, vt patebit ex dicendis infra.

Dices, sicut dicitur mutari subiectum, cum recipit formam, quam prius non habebat, ita dicitur mutari, & subiectum, & forma, cum recipiunt existentiam, quam prius non habebant, ergo neque differunt in ratione mutationis.

A Respondeo, an ex ea ratione dici possint mutari, patebit, cum de subiecto mutationis. Nunc illud est certum, ex eo non differre in ratione productionis, siue differant, siue non in ratione mutationis.

7 *Creatio non exigit tria principia.*

Tertia Conclusio. Productio formæ, seu entitatis independenter à subiecto, non exigit prædicta tria principia, quia non exigit subiectum, vt patet ex terminis; & consequenter, neque priuationem, quia hæc supponit subiectum: quare solum exigit terminum, quę productio si sit cum nouitate essendi, exigit negationem existentem termini præcedentem secundum aliquam mensuram durationis; B si vero sit æterna; neq; hãc negationem requirit, sed illi satis est, quod non habeat esse à se, sed ab alio, vt fusè, cum de creatione dicemus.

DVBITATIO VLTIMA.

An ad Physicum pertineat probare existentiam principiorum.

C HÆC quæstio pertinet ad tractatum de Scientia, vbi vniuersaliter tractabitur, an scientia possit probare sua principia: Interim videtur Aristoteles primo physic. text. 8. vbi Paulus Venetus, Burlęus, Ægid. Tolet. Conimbr. & alij. Iandunus q. 7. Buccafer. lect. 17. Esculanus lect. 2. q. 1. Iauellus quæst. 6. Caietanus Thiennensis quæst. 6. Hieronymus Pla. cap. 2. quæst. 1. Pererius lib. 4. cap. 11. & alij.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Principia communia non posse probari, sed partialis obiecti posse.*

PRima opinio est dicentium, principia cõia D omnibus rebus naturalibus non posse probari à physico, sed pertinere ad aliam scietiam; principia vero alicuius obiecti partialis posse probari, ita Auicenna primo sufficientiæ cap. 1. & apud Auerr. 2. physic. text. 22. inclinat Porphyrius apud Simplic. tex. 1. & Albert. tract. 2. cap. 1. & ratio, quia quęlibet scientia supponit sua principia.

Secunda opinio est dicentium, principia cognitionis nullo modo posse probari, principia vero essendi etiam obiecti totalis posse quidem probari à posteriori, non tamen à priori, ita Auerr. loco citato, Venetus comm. 8. not. 1. Iandunus quæst. 9. Buccaferreus lect. 28. E Pererius loco citato, Diuus Thomas, Psellus, Philoponus, Burlæus, Ægidius, Achillęus, & Vicomercatus in text. 8. citatur etiam Simplicius, quod dicat physicũ probare existentiam principiorum, sed quæ sit natura principiorũ, quæ causæ pertinere ad metaphysicum, & ideo Arist. vbi probauit esse tria principia

cipia

cipia tex. 69. docet materiam cognosci secundum proportionem, quasi dicat à metaphysico per proprias causas,& tex.vlt.ait exactè agere de forma pertinere ad metaphysicum; verū hic locus nō multum fauet, nec recte interpetratur Aristotelē,quia cognitio materię ex proportione intelligitur ratione proportionis inter substantialem,& accidētalem mutationem, & de forma, vt est communis ad abstractas, ait non pertinere ad physicum,vt etiam 2.phy.26 & 1.de partib.cap.1.docet, quare magis fauet, quod docet Simpl. tex.2. dum ait principia nō demonstrari à physico à priori,sed à posteriori per effectus,& tex.3.ait Arist.nō probare principia naturalia esse,quia id notum est,& ab antiquis concessum,sed quot,& quæ sint.

ART. II. Opinio Auctoris.

2 PRima Conclus. Nullus artifex particularis potest probare sua principia complexa,quæ dicuntur cognitionis, neque per demonstrationem, *quia*, neque, *propter quid*, nam nihil habet notius, & ageret vltra suam speciem, vt ait Ægid. *Principia cognitionis probari non possunt.*

3 Secunda conclusio. Qualibet scientia potest probare principia sui obiecti, quia potest illa probare à posteriori, vt probauit Arist.existentiam materiæ, & formæ in 1 phys. *Principia sui obiecti probari possunt à posteriori ab aliqua scientia.*

Tertia Conclusio. Principia subalternata probantur in scientia subalternante, patet ex ratione subalternationis, vt in Logica.

Quarta conclusio. Scientia communis,qualis est Dialectica,& Mathematica,possūnt probare non solum principia aliorum, sed etiam propria,non quidem simpliciter, sed secūdum quid; respectu scilicet illius,qui negat, quia cū illa non habeant aliquid notius, vel probabilius, secundum se non possunt probari simpliciter, sed quia possunt assumere aliquid, quod sit notius, vel probabilius eo, cū quo disputat, ideo probatur secundum quid. *Scientia communis probare posset principia propria,& aliorum.*

Dices, quod hoc sicut potest pręstari à sciētia communi,ita posset à particulari,nam possunt aliqua concedi ab eo, cum quo disputat, vnde possit illum arguere.

4 Resp.esse diuersam rationem scientiæ particularis, & communis; nam particularis licet possit aliquando probare sua principia ex concessis ab aduersario, non tamen semper, quia non semper quæ conceduntur, pertinent ad materiam v.g.physicam,at sciētiæ cōmunes sēper possunt,& sua,& aliorum principia probare,quia ob vniuersalitatem obiecti, semper aduersarius cōcedere debet aliquid ad materiam ipsorum pertinens,nam eo ipso, quo negat aliquid,necessario debet affirmare oppositum, & regulariter contradictoriarum, quæ pertinent ad scientias communes. *Diuersitatis ratio inter scientiam particularem, & communem.*

QVAESTIO TERTIA.

De proprietatibus cæteris principiorum rerum naturalium.

DVBITATIO PRIMA.

Quomodo intelligatur id Aristotelis oportet principia semper manere.

DE hac Dubitatione Arist. 1.phys.tex.50. vbi Philop.Simpl.Ægid.D.Thom.Paulus Venet. Burl.Conimbric Piccolom. Tolet.Sot.& alij 1.metaph. q.6. resp. ad arg.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Not. explicasse Nos naturam primorum,ac vniuersalium principiorum rerum naturalium, tribus conditionibus, vt scilicet non sint ex alijs, quia alioquin non essent prima, nec omnia ex ipsis; neque ex alterutris, alioquin nō essent plura, sed vnum conflatum ex omnibus, & ex ipsis alia, quia hoc est de ratione principij, nam si non omnia ex ipsis, iam illa non essent vniuersalia; Iam vero explicandæ sunt proprietates, quæ ex his pendent, quæ tria ponuntur ab Arist. Primo,vt sint simplicissima. Secundo,vt semper maneant. Tertio,vt sint contraria,pro quorum explicatione. 1 *Proprietates principiorum primorum.*

2. Not. Ex prædictis conditionibus, quibus explicata est natura principij, sequitur principia prima debere esse simplicissima,simplicitate non excludēte compositionem partium integralium,neq;compositionem metaphysicam, vt diximus, sed compositionem physicam ex materia,& forma,quia si componeretur ex materia,& forma, iam essent ex alijs, atq; adeo essent principiata,& neq; ex ipsis omnia,quia respectu mutationis,ex qua ipsa essent genita,nō haberent rationem principij, & hæc quidem certa; solum posset disputari, an simplicitas sit de essētia,an vero sit proprietas principiorum, sed non est huius loci,cum pendeat ex generali ratione simplicitatis, quid illa sit; de qua re alibi; quare hic solum disputabitur de cæteris proprietatibus, quas Arist. tribuit principijs, vnde sit. *Simplicitas physica in principijs.*

ART. II. Opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium,hāc propositionē asseri ab Arist. ex Antiquorum sententia, ita multi apud Ægidium, præsertim Empedocles, qui dicebat qualitates elementorum,quas ponebat principia rerum naturalium semper manere: & hanc sequitur Ferr. q. 9. in fine secundæ conclusionis: quia non est absurdum in disputatione contra Antiquos vti propositione ab ipsis concessa, & fundamētum, quod non loquatur, ex propria sententia est, quia etiam si materia ob sui incorruptibilitatem sēper maneat, at vero formæ, & priuationes non sem-

ſemper, quia cõtinuo generantur, & corrumpuntur.

Principia ſemper manere, dictum ex antiquorum opinione.

Confirmatur quia, cum principia debeant eſſe contraria, non ſemper manent, quia omne habens contrarium aliquando corrumpetur, ergo principia non ſemper manere oportet; ſed non placet Ægidio, quia inde vult probare, poſteriora contraria non eſſe principia, at Empedocles, qui concedebat propoſitionem illam, non dicebat poſteriora contraria eſſe principia, vt patebit, cum referemus ipſius ſententiam, ſed alij id aſſerebant, de quibus nõ conſtat, an illam propoſitionem concederent, ergo non poteſt ipſos vti hac propoſitione, vt conceſſa. Secundo, quia ex probatione ipſius apparet loqui ex propria ſententia; probat enim poſteriora contraria non manere, ex definitione principiorum prius poſita.

1 Secunda opinio eſt dicentium, id dictum ab Ariſtotele ex propria ſententia, vt probat bene Ægidius, & ideo verus illius ſenſus inquirendus eſt.

Semper manere ratione materia, & forma corporeitatis.

3 Primus modus eſt dicentium, prima principia ſemper exiſtere, quia materia eſt incorruptibilis, & in ea datur forma corporeitatis, ſimiliter incorruptibilis, cuius priuatio ſemper eſt in materia; non quidem ſimpliciter, (quia ſic eſt impoſſibile) ſed aliquo modo, ideſt non actu, ſed potentia, & dicit etiam priuationem primæ formæ, materialis eſſe impuritatem, & defectionem à ſuo eſſe puriſſimo completo, & eſſe inclinationem illius in ſuam originem, ideſt ad nihil, quia ex ſe omnis res tendit in nihil, & hæc impuritas, quæ dicitur priuatio ſecundum quid, eſt actu, ſimul cum ſuo habitu oppoſito incompleto, qui eſt radix omnium priuationum ſequentium, ſicut oppoſitus habitus eſt radix omnium formarum, ita Lincon. apud Burleum in text. 51. & ad hanc poteſt referri opinio Commbr. 1. phyſ. cap. 9. quæſt. 8. art. 2. dicentium ſemper manere non omnia, ſed quæ in compoſitionem veniunt.

Prima principia non dicuntur exiſtere ſemper ob formam corporeitatis coæuam materiæ.

Sed hæc opinio præter difficultates communes, quas infra afferemus, habet propriam, tum quia ponit vnam formam coæuam materiæ, atque ab ea inſeparabilem, quod eſt contra communem, & veritatem, vt alibi, tum quia inde deſtrueretur generatio ſimpliciter; tum quia etiam ſi daretur, nihil ei eſſet contrarium aptum recipi in materia; tum denique, quia illud genus priuationis non facit ad rem noſtram, quia Ariſtoteles loquitur de vera priuatione, quæ eſt abſentia formæ à ſubiecto, vt infra patebit: Ex quo multo magis confutatur Conimbr. quia ſi non omnia opinantur manere, iam ratio Ariſt. non probaret, vt patet conſideranti illam.

Semper manere in vniuerſali, non in particulari.

Secundus modus eſt dicentium, principia
4 prima debere ſemper manere, non quidem ſecundum indiuiduum, ſed ſecundum ſpeciem, vel genus, nam vt non manet materia ſecunda, ſed materia prima, ita non manet hæc, vel illa forma, quæ ſunt principia huius, vel illius mutationis, ſed ſemper manet aliqua forma, & priuatio, quæ vt ſunt principia mutationis in communi, ita manent forma, & priuatio in communi, ideſt ſecundum ſpeciem, vel genus, nec mirum quia, vt dicitur ſecundum Ariſto. generatio eſſet æterna, licet hæc, vel illa corrumpantur, ita etiam principia debent dici æterna, & ſemper manere, ideſt ſecundum ſpeciem, ita Ægid. & Alex. apud Simplic. & re vera ſequitur Venetus, eamq; tribuit Auer.

Non dicuntur ſemper exiſtere principia, quia ſemper manent ſecundum ſpeciem.

Sed non placet Burl. quia Ariſtoteles ex ea proprietate vult probare principia debere eſſe prima cõtraria, & nõ poſteriora cõtraria, at poſteriora contraria manẽt ſecundũ ſpeciem, vel genus ſicut prima contraria, quia omnia vniuerſalia ſunt æterna; cuius contrarium aſſerit Ariſtoteles, vnde Simplic. reprehendit Alexandrum, quod dixerit, vniuerſalia principia eſſe incorruptibilia, & æterna, ſed fallitur, quia Ariſ. loqtur de cõtrarietate cõſtituẽte terminos generationis, qui neceſſario variãtur, nam 1. cœli tex. 61. dicit, principia mortalium eſſe immortalia, æternorum verò, æterna. Hinc explodenda etiam eſt ſententia eorum, qui apud Philopon. aſſerunt hic denotari principia prima cœleſtia, & æterna, quales ſunt ideæ, exploditur inquam, quia hic loquitur de internis, & contrarijs principijs.

Tertius modus eſt dicentiũ, principia ſemper manere, dum manet generatio; vnde dum deſinit generatio, deſinit ratio principiorum actualium; ſed non placet, quia hinc non probaretur poſteriora contraria non poſſe eſſe principia, ſed prima contraria, quia etiam dum fit tranſmutatio ex contrarijs poſterioribus, hęc manent, dum manet tranſmutatio, quę pendet ex illis; ex quo etiam fit, reijci ſententiam Ocham. apud Venetum, principia, inquit, ſemper manere, ideſt poni in definitione tranſmutationis, quæ non poteſt intelligi ſine contrarijs; non inquam placet, quia ſi intelligatur de tranſmutatione in communi, vt hęc abſtrahit à particularibus mutationibus, ita contraria, ſine quibus non poteſt intelligi, abſtrahunt à primis, & poſterioribus contrarijs; ſi autem intelligatur de tranſmutationibus in particulari; vt tranſmutatio inter prima contraria non poteſt ſine illis intelligi; ita, neque tranſmutatio inter poſteriora poteſt intelligi ſine poſterioribus. Quare alius ſenſus quęrendus eſt illius proprietatis. 5

Refellitur opinio Occhami de permanentia principiorũ.

Confirmatur ex Veneto, quia cum poſſibile ſit, vt non ſit aliquis conceptus definitiuus tranſmutationis, erit etiam poſſibile, vt non ſint tria principia, quæ ponuntur in eius definitione, ergo non ſemper manent.

Quartus modus aſt Burlæi, dicẽtis, principia ſemper manere, non quia ſemper exiſtant, ſed quia ſemper manẽt termini cuiuſcumque mutationis; vnde, ly, ſemper, non ſignificat temporis æternitatẽ, ſed tranſmutationis vniuerſalitatem; nam in qualibet traſmutatione vnus terminus eſt priuatio, & alter eſt forma; hæc enim verificãtur de terminis cuiuſcumque mutationis, at nõ ita eſt de poſterioribus cõtrarijs; non 6

enim

enim dulce, & amarum, album, & nigrũ in generatione ignis, & aquæ reperiũtur sequitur illam Tolet. eamq; tribuit Philopon. & Simpl. Conimb. l. 1. phy. c. 9. q. 8. ar. 2. ad 1. ex Ammon. Buccaf. 1. phys. lect. 57. vbi ait, ly, semper, non dicere vniuersalitatem temporis, sed rerum generabilium.

Refellitur opinio Burlai. Sed hic expositio habet difficultatem quia non ostendit quomodo semper maneat, nã solum sequitur manere, dum manet aliqua transmutatio, quod videtur coincidere cum secunda opinione.

Secũdo quia non ostendit quomodo opposita priuatiuè sint prima contraria.

Tertio quia manere non denotat cõcurrere ad omnium productionẽ non enim id ostendit Simplicius.

Quarto quia Aristoteles dũ negat posteriora contraria esse principia, non id probat, quia non reperiuntur in omni generatione, sed quia ex alijs oriuntur.

7 Quintus modus est dici semper manere scilicet in ratione principij quia non fiũt ab alijs in eodem genere principij, & similiter nõ corrumpuntur in aliqua similia principia, nã prima forma non fit ex alia forma, quia non esset prima, nam neq; corrumpitur in priorem formam, & idem dicitur de materia; at posteriora contraria fiunt ex extremis in eodẽ genere; ita idem Burl. & etiam Alex. 1. natur. q. 4. c. 16. vbi ait principia semper manere, quia semper in materia reperiuntur, & in aliqua parte eius, & ad omnium productionem concurrunt, & addit, semper dici manere, quia non fiunt ex alijs, nec resoluuntur in priora, vndè Simpl. diminutè expositionem Alexandri retulit; tribuitur etiam Auerroi, qui dixit posteriora contraria non semper manere, quia fiunt ex alijs: Mercenarius dilucidè de hac re, q. id probat ex discursu Aristotelis, nã ità ratiocinatur, oportet principia semper manere, sed non omnia contraria semper manẽt, quia multa sunt, quæ fiunt ex alijs, ergo non omnia contraria sunt principia, ex quibus probat suam sententiam, ita affirmat de principijs, quod semper maneant, vt neget de aliquibus idest posterioribus cõtrarijs, at de his negat, quia non sunt prima, eo quod fiant ex alijs, ergo de principijs id asserit, quia sunt prima & non fiunt ex alijs.

Semper manere in ratione principij.

Sed contra, quia si ea, quæ generãtur, & corrumpuntur, dicuntur semper manere, quia nõ sunt ex alijs, sequeretur ea, quæ sunt ex alijs, non semper manere, at hoc est falsum: quia cœli, & elemẽta sunt ex alijs, & tamen semper manent, imò species rerum sunt ex alijs, & tamen dicuntur æternæ.

ART. III. Opinio Auctoris.

8 Prima conclusio. Principia dicuntur semp manere, vt, ly, semper, dicit vniuersalitatem rerum, seu transmutationis, quia idem est semper manere, ac manere in omni transmutatione, sed huiusmodi sunt prima contraria, quæ dicuntur principia prima, non autem posteriora contraria ergo.

Quomodo semper maneant idest manent in omni transmutatione.

A Ex quibus facilè soluũtur quæ contra obiecimus, quia iam ostendimus, quomodo, semper manere idest esse in omni genere sit ad illã cõcurrere, & licet Aristoteles formaliter nõ probet semper manere ex hac vniuersalitate, sed ex negatione habitudinis ad alia priora, tamen vniuersaliter hoc asserit, quia ex eo, quod debent concurrere ad omnem generationem, necessario exigunt non esse ex alijs, quia non concurrunt ad generationem, per quam ipsa fiunt.

B Secunda Conclusio. Prima principia dicũtur semper manere, quia non fiunt ex alijs; patet, quia Aristoteles ex hac ratione id probat, vt optimè ponderauit Mercenarius. 9

Prima principia dicuntur semper manere quia non fiunt ex alijs.

Confirm. nam duo Aristoteles enuntiat de his principidijs, quod sint prima, & quod sint communia omni generationi; primitatem denotauit, cum dixit contrariorum, alia esse alijs priora, & ideo non omnia posse judicari principia, cum oporteat principia semper manere, idest stare, vt colligitur ex primo poster. c. 3. q. a ad principia prima in resolutione statur nec possit ad superiora procedi; vniuersalitatẽ verò denotauit, dum dixit, ex contrarijs fieri alia ex alijs idest proximè pendere ex varijs contrarijs, cum tamen oporteat principia manere sẽper, vt dicit vniuersalitatẽ, cõcurrendi ad omnium productionem, quia semper ea, quæ fiunt, habent pro terminis formam, & priuationem.

C Vndè cœli, elementa, ac species etiam si sint semper, vt ly, semper denotat vniuersalitatem temporis, non tamen semper manent vt princi. pia, vt ly, semper denotat vniuersalitatem concursu, & dicit stationem, & mansionem in illis.

Et ex his patet, quid de singulis opinionibus sentiendum sit secundum veritatem, & Aristotelis mentem.

DVBITATIO SECVNDA.

D *An principia prima rerum naturalium debeant esse contraria.*

Aristoteles de hac re disputat à tex. 41. ad 50. vbi Ægidius. Lect. 12. Simpl. t. 42. Vicomercat. dum exponit definitionem principiorum. Vallesius in tex. 50. & cõtrou. 6. ad Tyron. Iand. q. 18. Theriensis 1. phys. q. 16. Ferr. q. 8. Buccafer. Lect. 53. & seq. Sotus quęst. 5. Tolet. quęst. 11. in te. 49. Perer. l. 5. cap. 2. Conimbr. cap. 5. q. 2. 1

Primo Not. principiorum naturalium rerũ, alia esse extrinseca, vt efficiens, & finis, alia intrinseca, vt materia, & forma; hic Aristoteles nõ agit de principijs extrinsecis, sed intrinsecis, quod magis conferunt ad cognitionem rerum naturalium, nam faciunt magis ad esse ipsarum, cum sint partes, atque adeò ipsa entitas rerum, & sunt magis appropriata rebus cum causa efficienti, & finali, indiuidua sint simul ęquè causæ multorum effectuum.

Quotuplex sit principium.

E

Se-

Principia intrinseca alia prima alia posteriora.

Secundo principiorũ, quæ sunt intrinseca, alia esse prima, quibus conuenit definitio principiorum supra explicata, alia esse posteriora, quibus scilicet deficit aliqua ex conditionibus positis in definitione prædicta, vt v.g. secundũ Thien. forma ignis, est principium ignis, sed nõ primum, quia habet aliquid prius idest formã in communi, à qua in eodem genere principij pendet; similiter carò est principium naturale animalis, sed non primũ, quia ipsa componuntur ex materia prima, & forma carnis accidentali, vel substantiali secundum diuersas de ea re opiniones. Hic igitur non agit de principijs posterioribus, sed principijs primis.

Prima principia dicuntur prima vel primitate causalitatis, vel cõmunitatis. Prima 2. causalitatem.

Tertio Not. principia hæc dupliciter dici prima; vel primitate causalitatis, vel primitate communitatis prima principia secundum causalitatem dicuntur, quæ cum non habeant alia se priora sunt causæ omniũ, vel per seipsa immediatè, vel mediatè per suos effectus, cuiusmodi sunt forma substantialis, & eius opposita priuatio, & materia prima, qa hæc sunt principia substãtię corporeę, vt substãtia corporea ē causa, vel finalis, vel efficiens, vel naturalis omnium accidentium materialium, ità principia huius substãtiæ sunt principia accidẽtiũ huiusmodi, & principiorum accidentalium, atque adeo omnium materialium rerum.

Prima 2. communitatem.

3 Prima autem primitate communitatis dicũtur, quę secundum prædicationẽ sunt communia omnibus principijs, tam accidentalibus, quam substantialibus, vt forma in communi, q̃ prædicatur de substantiali, & accidentali, atq; adeò eius priuatio, & materia vt est communis, omni receptiuo.

Hic autem Aristot. intendit agere de principijs primis primitate causalitatis, vt patet ex discursu Aristotelis à tex.48. quo probat nõ omnia contraria esse principia, sed solũ prima, quæ dicit esse in genere substantiæ, & licet afferat multa exempla in accidentibus, tamen ea affert, vt ostendat primitatem principiorũ substantialium, qua ratione, quod est principiũ respectu vnius potest esse ab alio principiatum, de qua re nos peculiari questione disputabimus infra.

Quarto, vt res nãles posśũt dupliciter cõsiderari, primo quoad esse, q̃ hñt, secũdo quoad fieri earum; ita similiter principia dantur rerũ, quoad esse, & quoad fieri: hic autem non agimus de principijs rerum quoad esse, quia constat non esse contraria, quando simul vnita constituunt compositum, & vnum sit perfectio alterius; sed de principijs rerum, quoad fieri earum, quæ dicuntur intrinseca, & per se transmutationis rerũ, quia nullus intellectus potest intelligere quidditatiuè transmutationẽ sine illis, vt sunt materia, forma, & priuatio; neq; dicuntur intrinseca, quod componant transmutationem, vt materia, & forma dicuntur intrinseca composito, sed quia eius definitionem ingrediuntur vt infra.

Omnia principia non debẽt esse contraria.

4 Prima Conclusio. non omnia principia debent esse contraria; quia materia est vnum ex principijs, vt infrà, at hæc non habet contrariũ, quia, & simul, est cum priuatione, & cum forma. Vnde 1. phys. tex.79. materia, & priuatio dicuntur vnum subiecto, & t.vlt. forma dicitur expeti à materia, vt eius perfectio, at vnũ contrarium non est perfectio alterius, cum se inuicem destruant formaliter. Resp. aliqui intelligi de contrarijs secundis, non autem de primis, quia hæc se inuicẽ perficiunt; sed contra, nã omnia contraria debent participare ꝓprietates oppositionis, quę est veluti genus ad omnia contraria, at inter cæteras proprietates oppositionis est, vt se inuicẽ expellant à natura eiusdem entis.

Materia non habet contraria.

Probatur materiam habere contrariam.

Contrarium docet Aquarius ad quæstionem 8. Ferrariensis. Fundatur quia materiæ conueniunt conditiones primorum contrariorũ, vt scilicet non sit ex alio, neque ex altero principio, sed ex eo, omnia.

Confirm. quia materiæ, & formæ conuenit ea conditio contrariorum, quæ asseritur 2. cœli 18. posito vno contrariorum in materia, dicitur poni & reliquum, nam materia non potest esse sine forma, & è contra.

Confirm. secundo, quia contrariorum effectuum sunt contrariæ causæ 2. de gen. 56. quia idem vt sic, semper fuit idẽ, sed effectus materiæ, & formę sunt contrarij; neque obstat, quod materia subijciatur vtrique contrario 1. phys. 20. & alibi, nam habentibus hanc contrarietatem, non repugnat esse simul, sed solum habentibus contrarietatem positiuam, vel priuatiuam.

Resp. hunc auctorem confundere principia cum contrarijs; definitio enim illa adæquatè conuenit primis principijs, non autẽ primis contrarijs, quare nõ rectè infertur, vt cuicumquę conuenit, ea definitio conueniat etiam cõtrarietas: quare committitur fallacia cõsequẽtes. vnde etiam Resp. ad primam confirmationem, vbi etiam committitur similis fallacia, quia licet ex contrarietate rectè inferatur positio vnius, & alterius, non tamen rectè infertur vbicũq; sit ea illatio, vt posito vno, debeat poni & reliquum, ibi sit contrarietas. 5

Ad secundam confir. Resp. ibi, & maiorem esse falsam, cum appareat ex eodem sole, & lutum indurari, & ceram liquefieri, neque Aristoteles id asserit, sed tantum esse diuersa, quia idem secundum idẽ non potest efficere diuersa, & ideo dr̃ supponi aliqua diuersitas. resp. 2. etiam minorem esse falsam, quia effectus materiæ, & formæ non sunt contrarij, sed diuersi, cum pateat eos simul concurrere, & vniri, & licet materiæ, & formæ opponantur relatiuè, nõ tamen contrariè, siuè propriè, siue impropriè, nisi abuti velint nominibus, contra communẽ vsum.

Principia aliqua esse contraria probatur.

6 Secunda Conclusio. Principia aliqua debẽt esse contraria probatur ab Aristotele à t.41. & 1. de gen. t. 50. & 10. met. t.16. & 22. primo autẽm antiquorũ, qui omnes, vt notat ibi Auer. coacti sunt ꝓcedẽte experientia ponere principia contraria, cum experiantur entia fieri ꝑ actionem, & passionem contrariorum, nam qui posuerunt principium esse vnum, adhuc posuerunt

fuerunt

fuerunt principia contraria, vt Parmenides, qui dixit esse vnū immobile, posuit calidum, quod vocat ignem, & ens, & frigidum, ꝙ vocat terrā, & non ens, Melissus, & alij, q vni principio mobili adiecerunt, rarum, & densum, qui omnia fieri dicebāt ex vno corpore per condensationem, & rarefactionē, idem asserūt, qa plura fecere principia, vt Democritus, qui duplici ratione contrarietatem addidit primo ponendo omnia ex inani, & atomis idest pleno, inter se pugnantibus coaluisse. secundo ponēdo illa indiuidua corpuscula inter se differre ordine idest secundum prius, & posterius; positione ante, & retrorsursum, & deorsum, & deniq; figura angulari scilicet, & non angulari, recta, curua, & similibus differentijs, quæ non propriè, sed impropriè dicuntur contraria, quod habeant aliquam oppositionem. Vnde t. 48. concludit, omnes enim elementa, & ab ipsis vocata principia, & vera sine ratione ponentes; tamen contraria dicunt tanquam ab ipsa veritate coacti. Vndè significat Aristoteles hanc contrarietatē principiorum esse per se notam, & solum differebant antiqui, quod alij priora, alij posteriora contraria ponerent. secundo, quod alij ponerent contraria notiora secundum rationem, vt Pythagorici, ponentes numeros, pares, & impares, & Empedocles ponēs concordiam, & discordiam, & qui potuerunt, principia magis vniuersalia posuerūt contraria notiora secundū rationem, quia vniuersale est notius secundū rationem. Alij verò posuerunt principia contraria notiora secundum sensum, vt Parmenides, & alij qui calidum, & frigidum, humidū, & siccum, rarum, & densum dixere principia, vel dicuntur notiora secundum sensum posuisse principia, quod magis particularia dixerunt, quia particulare est notius secundū sensum, & quoad nos.

7 *Probatur ratione principia esse contraria.* Secundo probat ratione ex definitione principiorum, nam omnia, quę nō sunt ex alijs, neq; ex alterutris, sed ex his oīa, ea sūt principia. sed prima contraria sunt huiusmodi, quia non ex alijs, alioquin non essent principia, sed illa, ex quibus fierent, essent prima, neque ex alterutris, quia vnum contrarium non fit ex alio, vt ly, ex, dicat habitudinem partis componentis, vel habitudinem termini, à quo, in eodē genere, nam alioq possit fieri ab alio contrario tanquam termino à quo multis probat. t. 47. vt ibi Ægid. Sotus q. 5. Val. t. 42. ibidē Simpl. Philop. t. 41. licet Simpl. & Philoponus intelligant nō fieri ex contrario etiam vt ex causa efficiente, quos sequatur Buccaf. lect. 52. Iand. q. 18. & ante omnes Alexander 1. naturalium q. 9. c. 16. quamuis Auer. & Burlæus dicant etiam non fieri, ex alterutris, & subiecto manente, sed omia ex contrarijs fieri probat Aristot. inductione, tam in simplicibus, quam in compositis, vt patet à t. 43. ad 50. vbi supponit primo neq; contingens agere in contingens, neq; pati cōtingens à contingenti, sed determinatum à determinato, nam omne, quod fit, per actionem aliquam fit; agens autem requirit materiam, vnde possit educere formam, neque ex omni materia potest educi quælibet forma, vt v. g. ex anima rōnali, vel cælo calor, ideò nō quodlibet fit ex quolibet, neq; quodlibet agit ex quolibet, sed ex subiecto apto ad formam recipiēdam, & quia agens non agit in subiectum, quod habet formam similē agenti, requirit in subiecto negationem illius formæ, quam debet introducere, nam id, quod producitur, ante quā producatur, non est, quam ratione fuse explicat Piccol. l. 5. suæ philosophiæ c. 3. qui longa inductione siuè in malibus simplicibus, siuè cōpositis, siue artefactis id ꝓbat, vt ēt Burl. tex. 43

8 Ex hac explicatione patet sensus illius propositionis non quodlibet corrumpi in quodlibet, sed in determinatum, vt cum corrumpitur album, non desinit in frigus, vel dulcedinē, sed in oppositum, in quo scilicet sit priuatio albi, quæ priuatio dicitur per se terminare productionē illam, contrarium autem dicitur terminare per accidens.

Et ratio huius dicti ea est, nam cū agens agit in passum, non agit, vt totum passum corrumpat, sed vt excludat formam, & illi oppositum inducat, vt ignis agit in aquam, vt ab ea excludendo frigiditatem, calorē inducat, ex quo fit, vt semper agens habeat aliquam formā oppositam formæ, quæ est passo, quia eadem materia est susceptiua contrariorum 1. de gen. tex. 24. & de long. & Breuit. c. 2. at forma habens contrarium, non excluditur à subiecto, nisi opposita inducatur: quare cum subiectū nunquā deponat aliquam formam, nisi oppositam recipiat, semper habebit alterum oppositorū, ideò 5. Met. 16. opposita dicuntur se mutuò excludere ab eodē subiecto; & hæc est ratio cur Aristoteles hic, & Plat. in phęd. dicant res fieri ex opposito, quod si intelligatur de opposito positiuo, plerumque, verū est, licet non necessario neq; semper si de priuatiuo sēper est verum, & necessarium ratio primi est, quia constat experientia in productione luminis & habituum animæ, & quidem iure, quia contrariū potius impedit actionem agentis, Secundi verò ea est rō, quia subiectū dicitur posse recipere, & carere forma illa introducenda; quare aqua si non haberet frigus, facilius reciperet calorē: Ex his patet formam contrariam per accidens requiri, quatenus scilicet continet priuationē formæ, dicitur tamen terminus, à quo, ipsa forma contraria, quia est magis sensibilis, quā priuatio. *Quomodo vnū contrarium fiat ex alio.*

9 Dices quō verum est vnum contrariū fieri ex alio. cū supra sit negatū. Resp. Them. Simp. Philop. Alex. Venet. Sot. Buccaf. loco citato negari id fieri posse, vel vt ex subiecto, tanquā parte componente, vel in eodem genere, at hic conceditur vt à termino, a quo, vt idem sit, ac vnum contrarium fit post alterum; ex nocte fit dies Vide Fonf. l. 5. c. 1. q. 3. sect. 3. qui duplex esse contrarium, alterum primario, ꝙ scilicet nihil includit, ꝙ alteri nō aduersetur, & hoc modo negat contrarium ex contrario, licet fiat post illud: Alterum secundario contrarium, ꝙ scilicet non repugnat secundum totum alteri, & hoc modo dicit contrarium fieri ex contrario

rio,q uia sub vno cõtrario manet pars materialis alterius contrarij .

10 Tertio probatur ex ratione agentis;nã agens naturale exigit , vt subiectum in quo producit formam,possit illam recipere, & ea careat non enim,quod existit,producitur. Vnde 1.de gen. tex.50.si non quodcumque (inquit) natum est pati, & facere:sed quæcunq;aut cõtraria sunt , aut contrarietatẽ habẽt , ideo necessariè est & patiens , & faciens genere quidem simile esse , specie autem dissimile,& contrarium .

Quarto Ex rõne generationis,quæ cõsistit in transitu de non forma ad formam, vel de vna forma ad aliam illi incompossibilem .

11 Sed contra hanc conclusionem videtur docere Buridanus 1. phys.q.4. dum negat priuationem esse principiũ; & probari potest primo destruendo probationem allatam ab Aristotele, quia hic probat principia debere esse contraria ex opinione antiquorum; at antiqui alio modo ponebant contrarietatem in principijs , ac Arist. quia Arist. contrarietatem posuit inter principia intrinseca mutationis,sed antiqui inter actiuum,& passiuum,principium,vt colligitur ex 1. phys.t.55.& t.41.& 48.vbi ex antiquis aliqui dicebant esse calidum,& frigidum . Alij litem,& amicitiam,& similia,q̃ sunt actiua principia .

Probatur principia non debere esse contraria.

Confir. quia Aristoteles dum vult probare principia esse contraria , sibi ipsi videtur repugnare,quia.t.43.supponit non quodlibet agere in quodlibet,sed contrarium in contrarium,& deinde t.51. probat p̃ter duo contraria, requiri tertium,tanquam subiectum , quia vnũ cõtrarium non agit in aliud .

Cõfir.2. quia in primo de generatione t. 49. probat in omni mixto esse quatuor elementa, quia generantur ex contrarijs; at hæc sunt actiua principia ergo non probatur contrarietas principiorũ transmutationis,sed & inter agẽs , & patiens .

Confir. 3. ad omnem transmutationem sufficit agens,& patiẽs,cuiusmodi sunt materia,& forma,at hæc non sunt contraria,vt supra dixi, ergo sed omnia principia prima sunt necessaria ad quamlibet transmutationem, ergo nulla prima principia sunt contraria .

Confir.quarto quia si prima contraria essent principia tunc tot essent prima principia, quot sunt prima contraria,sed hoc est falsum , quia primæ qualitates dicuntur prima contraria,q̃a non sunt ex mutatione aliarum qualitatũ; hinc sequitur primo dari plura principia contraria, quam duo.secundo dari plura subiecta .

Resp. Arist. nõ vti auctoritate antiquorũ ad ꝓbandũ,quæ principia sunt contraria,& qualem contrarietatem habeant, sed tantũ , vt ꝓbet principia debere esse contraria; quo autem sint contraria,non conuenit inter Aristotelem, & ipsos,immo neq; inter ipsosmet. Vnde Aristoteles notat eos coactos à veritate,nõ à ratione aliqua, posuisse principia contraria & ideo Philop. dixit sermonem de contrarietate esse inductum ad probandum pluralitatem principiorum,vel dicere dari subiectum .

Resp. secundo quamuis antiqui non eodem
A modo posuerint principia contraria, atq; Aristoteles,tamen illa posuerunt in aliquo principio intrinseco generis,siue in materiali, vt Plato,qui posuit magnum,& paruũ, & alij, siuè in formali, vt qui raritatem & densitatẽ excessum & defectum,& huiusmodi alia dixerunt,vt notarunt Simpl. Phylop. D. Thom. Burl. Ægid. Venetus, & Vicomerc. Ratio huius diuersitatis est,nam aliqui videntes sub vna specie multa indiuidua, dixerunt esse duo ex parte materiæ,scilicet paruum, & magnum,& vnum ex parte formæ, scilicet idæam,vt Plato . Alij verò considerantes materiã variari per diuersas formas,enuntiarunt esse vnum ex parte materiæ . & plura ex parte formæ .

B Resp.tertio & si antiqui vtuntur nominibus 12
actiui,& passiui,seu agere,& facere, & pati, nõ tamen per hæc intellexerunt propriè actionẽ , sed informationem actiuam,& passiuam,vt indicat ibi Simpl. & apertè docet Niph. & videtur Aristoteli satis consonum,quod sæpè testatur antiquos vix cognouisse causam efficientẽ vt 1. Metaph. sum. 2. c. 2. in fine, & à pluribus non fuisse cognitum,nisi principium materiale vt 1. Metaph. sum.2.c.1.& 1.de part.c.1 . dicitur & ex 1.phys.t.50.56.58. colligitur Aristotelem loqui,non de principijs actiuis,sed intrinsecis mutationis ; non tamen ibi ostendit qualis debeat esse contrarietas, quia tũc illi sa-
C tis erat probare principia debere esse contraria,deinde probaturus,quali contrarietate .

Ad primam confirm. resp. Piccolom. in annot.in 43. ex Plat. in phædone, contraria sumpta in abstracto nõ fieri ex se inuicẽ,sed vt sunt termini motus,nõ enim sunt abstracta, sed cõcreta,q̃ omnia fiunt ex cõtrarijs, vnde cõtraria sũpta in cõcreto fiũt ex cõtrarijs:& licet quoad hoc eadem sit ratio primorum contrariorum , & posteriorum , tamen hæc non dicuntur prima principia,quia ex illis non fiunt omnia ; verum hæc mihi non omnino satisfacit , vt alibi dixi .

Resp. secundo Auerr. quem sequuntur la-
D tini,negatur contrarium fieri ex contrario , vt ex subiecto;affirmatur autem vt ex termino à quo:quare ibi nulla est contradictio quia vtrũque verè dicitur , si rectè explicatur,nam contrarium agit in contrarium ratione subiecti, & non agit in contrarium ratione formæ , q̃a vnũ contrarium non recipit actionem alterius, sed potius indè destruitur ; nam mens Alistotelis erat duo ꝓbare,scilicet inter principia esse cõtrarietatem priuatiuam, & dari tertium subiectum. Primum probatur ex ea suppositione , quod nõ quodlibet agit in quodlibet,nec quo-
E dlibet aptũ est pati à quolibet , sed determinatũ à determinato , nã subiectũ debet esse aptũ recipere formã,& ea carere,quæ carẽtia explicata est nomine contrarij positiui tanquã sensibilioris,in quo includitur priuatio alterius,alterũ verò ꝓbat ex alia suppositione,q̃ cõtrariũ non agit in contrarium , & ideò requiri tertiã quandam naturam, quæ vtriusque contrarij sit susceptiua;vnde t.56. asserit satis esse vnum ad patien-

patiendum pro vtroque contrario: & quidem Aristoteles recta ratione ex contrarietate inter A actiuum, & passiuum t. 43. & 44. colligit contrarium inter terminos transmutationis; tùm quia omnis trāsmutatio fit actione, & passione; tum quia contrarietas, quæ est inter agens, & patiēs, est notior, tum quia contrarietas agentis, & patientis respondet contrarietati terminorum, & est origo, & causa eius, quatenus agens sua cōtrarietate permutat patiens à contrario in cōtrarium, vndè est ei contrarium initio actionis, & simile in fine, & præsente similitudine, cessat actio, & passio.

Ad secundam resp. alij ibi non loqui de cōtrarietate inter principia mutationis, sed ea, q̄ B est peculiaris mixto: sed non placet alijs, quia ibi probat contrarietatem ex eo, quod generatio, quæ est mutatio est inter contraria, & ideò Resp. secundò ibi loqui de contrarietate, quæ est inter principia actiua; & quia actio physica ordinatur ad generationē, ideò optimè ex contrarietate inter terminos generationis rectè colligit contrarietatem requisitā ad actionē quia idē sunt termini actionis, & generationis, & mihi placet.

Ad tertiā resp. recensiores negando ad omnem transmutationem sufficere agens, & passum, quia etiam exigitur in passo priuatio formæ, quam debet recipere, per transmutationem. C

Prima contrarietas duplex positiuè, & priuatiuè.

Ad Quartā Resp. primā contrarietatē accipi posse dupliciter. Primò positiuè, p ijs q̄ sūt inmutuo actiua, & passiua, & ideò qualitates primæ dicuntur prima contraria, & his omnibus datur vnum subiectum, vt in materia de elementis dicemus. Secundo priuatiuè, & ità non conuenit primis qualitatibus, sed substātię suæ priuationi vt infra & de hac contrarietate loquitur Aristoteles.

13 Dices Aristoteles 1. phys. t. 50. & 56. loquēs de prima contrarietate priuatiua, asserit quod in quolibet genere datur vna prima contrarietas, sed genera sunt decem: ergo decem prima contraria: ergo totidem subiecta. D

Resp. de sensu illius propositionis alibi fusius nunc vero sensus sit, in quolibet genere dari vnam primam contrarietatem secundū quid, non tamen simpliciter, qa hæc est solum in substantia, q̄ est principium aliorum generum.

14 Secundo obiicitur ex ratione substātię, quia principia prima rerum naturalium debent esse in genere substātiæ, quia vt substātia est primū ens, ità eius principia sunt prima principia in genere entis, sed substātię nihil est cōtrarium, vt dicit in prædicamentis cap. de substantia, & 1. phy. 52. 5. phy. 20. vbi ob id negatur ad substātiam esse motum, & 2. de generat. t. 34. ait elementa pugnare inter se ratione qualitatum, vt E t. 49. nā aliam cognoscit in ter substātias contrarietatem, & ob id de sensu, & sensibili, negat ignem agere vt ignem, quia illi nihil est cōtrarium; at actio exigit cōtrarietatem, ergo prima principia non possunt esse cōtraria, quia principia substātię, debent esse substantia, nam substantia non fit ex non substantijs.

Confirm. ex Iand. quia sequeretur dari principium respectu principij, quod repugnat, quia principio nihil est prius. Conseq. probatur, quia cum substantiæ nihil sit cōtrarium, oporteret eius principia esse accidentia; at hæc cum sint in subiecto, haberēt aliquid prius, quia subiectum est principium accidentium.

Confir. quia etiam si in substātia corruptibili esset aliqua contrarietas, attamen in cœlo non potest esse contrarietas, cum ibi non sit corruptibilitas, ergo principia prima respectu omniū rerum naturalium non sunt cōtraria, quia cælum est ens naturale.

15 Resp. de hoc argumento plura Mereon. dilucide de hac re; nobis verò satis est dicere substantiæ nihil esse contrarium positiuè idest contrarietate proprie dicta vt recte Aristoteles & Nos suo loco explicabimus quomodo id sit verum in simplicibus, vel compositis substātiis contra Auerroem: at nihil prohibet esse contrariū priuatiuè, siue cōtrarietate īpprie dicta.

Ad primam confir. patet ex dictis, quia nihil sequitur posita contrarietate impropriè dicta.

Ad secundam Resp. Iand. omnia naturalia aliquo modo habere contraria, vel secundum substātiam, vt res corruptibiles, vel secundum accidentia, vt corpora in corruptibilia, quæ sūt secundū substantiam incorruptibilia, sed corruptibilia secundum accidentia idest secundū, vbi, & lumen, cætereq; huiusmodi qualitates.

16 Sed cōtra, quia hic quæruntur principia rerum naturalium secundum substantiam, ergo contrarietas debet illis conuenire secundum substantiam, ideò.

Resp. secundo in cœlo esse quidem contrarietatem impropriè, non tamen propriè, nec habere corruptibilitatem, quia hæc non sequitur ex contrarietate impropria, sed ex propria, quæ est inter qualitates positiuas.

Sed cōtra, quia etiam si in cœlo non sit contrarietas ppriè dicta; tamen, vt ibi ponatur corruptibilitas, satis est adesse contrarietatem impropriè dictam, quia (vt alibi ostendemus) corruptibilitas ab intrinseco non conuenit rebus ratione agentium extrinsecorum, quæ desunt in cœlo, sed ratione priuationis annexæ formæ existenti in materia, ergo si hæc adest in cœlo, iam est ab Intrinseco corruptibile, ideo.

Resp. primo principia prima contraria non dici respectu cuiusque substātiæ, sed tantū respectu substātiæ corruptibilis, in qua est transmutatio secundum substantiam & ideo nō mirum si non conuenit respectu cælorum, in quibus non est huiusmodi transmutatio; licet in illis reperiatur aliqua contrarietas respectu transmutationis accidentalis.

17 Tertio obijcitur quia si primitas contrarietatis reperiretur in principijs substantiæ, maximè essent inter formam, & eius priuationem; sed hoc est falsum, quia si hæc essent prima, nō darentur alia priora ipsis, vt patet; at dantur, nā vt forma communis ad substantialem, & accidentalem est prior, quàm substantialis, cū cōmunia sint priora ex Aristotele c. de priori, ita

contra-

contrarietas formæ,& priuationis in communi est prior contrarietate formæ substantialis, & eius priorationis.

Confir. ex Thien. quia prima principia opposita sunt priuatiuè opposita, at hæc non sunt contraria, quia, vt patet ex c. de oppos. oppositio contraria est species quædam distincta à priuatiua oppositione.

Maior probatur, quia prima principia opposita, sunt ea, inter quæ est trāsmutatio, at hæc est per se primo inter opposita priuatiuè, vt ait Auer. primo phys. com.44. vbi ponit tres terminos transmutationis. Vnum per se primum & hunc dixit esse priuationem, alium per se secundarium, & hic est forma positiuè contraria. tertium per accidens, & est alia quęlibet forma disparata; vt v. g. cum subiectum mutatur in album, terminus per se primus est principiū albedinis; per se vero secūdarius, est color niger, vel alius medius; per accidens autem est dulcedo, musica, &c. quæ possunt esse indeterminata, cum tamen illi non possint esse, nisi determinati.

18 Resp. ex prioritate communioris cōceptus, quæ dicitur prioritas secundum subsistēdi cōsequentiam, non fieri quominus forma substātialis, & eius priuatio sint prima simpliciter in ratione principiandi, quia ex ea non tollitur, quominus eis cōueniat definitio principiorum; vnde dicuntur prima primitate causalitatis, nō autem primitate prædicationis, quia hæc primitas conuenit formæ, & priuationi in communi.

Ad Confir. patet ex dictis, qua ratione principia dicantur contraria; non enim habent cōtrarietatem propriè dictam, sed impropriè, Vnde.

19 Tertia Concl. Contrarietas, quæ requiritur inter principia transmutationis, non est positiua, sed priuatiua. Pro cuius explicatione notandum ex Aristotele in post prædicamentis quatuor poni oppositorum genera. Vnum dicitur relatiuorū, cuiusmodi oppositio est inter correlatiua, seu relatiuum, & suum terminum. Secundum dicitur contrariorum, quæ dicuntur esse opposita sub eodē genere maxime distantia, & eidem subiecto vicissim insunt, nisi eorum alterum insit à natura, cuiusmodi oppositio est inter primas, & secūdas qualitates. tertiū dicuntur contradictoriè opposita, cuiusmodi est negatio, & affirmatio, siue in terminis, siuè in propositionibus. vltimum eorum, quæ priuatiuè opponuntur, hæc autem addunt supra oppositionem contradictoriam, aptitudinem subiecti, in quo forma, seu habitus, & eius negatio recipiuntur, & his alij addunt quintum genus scilicet eorum, quæ cum sint disparata, inter se repugnant, vt homo, & lapis. Iam verò dicimus in conclusione contrarietatem necessariam inter principia esse priuatiuam, quæ impropriè contrarietas dicitur, non positiuam, quæ propriè dicitur; est omnium Peripateticorum & probatur, quia præcisa omni contrarietate positiua, si intelligatur subiectū priuatum forma, adhuc intelligi potest, & sequi mutatio physica ad illam formam, vt patet ex productione luminis formarum substantialium, multorum habituum, & colorum ex noua commixtione alimentorum, in quorum subiectis non procedit forma aliqua positiua opposita, sed tantum priuatio.

Contrarietas principiorum est priuatiua.

Et confirmatur ex ijs, quæ dicemus de priuatione cum Aristotele 1. phys. à tex. 58. ad 69. & 12. met. 8. 12. 27. Vnde Aristoteles 10. metaph. 15. omnes oppositiones reducit ad priuatiuam.

Oppositum tribuitur Philopono, quod dixerit Aristotelem per prima contraria intelligere positiua contraria, sed Philopon. docet oppositum tex. 41. & 50. idem etiam tribuitur Achill. 1. phys. tex. 44. & 1. de element. dub. 28. Verum hic expresse docet principia motus in communi debere opponi priuatiuè; motus verò successiui, opponi contrariè, quod, qua ratione sit verum infra suo loco explicabimus. Idem etiam tribuitur Alberto tract. 3. cap. 3. & probatur primo ex Aristotele, qui vbi loquitur de contrarietate principiorum, semper illam exprimit per cōtraria positiuè, vt patet 1. phys. t.41. 42. 50. & 51. & t.64. vbi soluens dubitationem antiquorum, inquit, ea, quæ fiunt, non gigni ex non ente idest ex priuatione, nisi ex accidenti.

Confirm. quia in 5. physicorum ait motum esse à subiecto in subiectis vbi nomine subiecti intelligit materiam affectam contraria qualitate.

Confir. 2. qa si oppositio priuatiua satis esset, tūc ex quolibet posset fieri quodlibet, quia oīa inferiora habent eamdem materiam, atq; adeò in illa est priuatio omnium formarū præter eā, quam habet.

Confir. tertio nam principia dicuntur primo contraria: at prima contrarietas est oppositio contradictoria, nam hæc est vniuersalior, & prior, & maxima oppositio.

Confir. quarto. Quicquid corrumpitur à contrario corrumpitur 1. cœl. 140. Vnde tex. 20. dicitur natura rectè eximisse cœlum à cōtrarijs, sed omnis gereratio est cum aliqua corruptione alterius, ergo in omni generatione requiritur contrarietas positiua.

Resp. primo ex Auerr. t.42. Aristotelem, vt ostenderet principia esse cōtraria ex rebus sensatis, vti exemplis contrariorum positiue, quia ibi ea contrarietas est notior, & cum vno contrario est adiuncta priuatio alterius. Vnde sēper vtitur illis exemplis, donec tex. 50. statuat oppositionem necessariam in omni mutatione esse priuatiuam. Ex quo manauit distinctio illa triplex terminorū mutationis in per se primum, per se secundario, & in terminum per accidēs, vt supra explicauimus, & ad t.74. resp. priuationem si referatur ad generationem, dici principium per se; si autem referatur ad rē genitam, dicitur principium per accidēs, quia nō est eius pars, nec definitionem illius ingreditur. 20

Quid sentiat Auerroes de cōtrarietate principiorum.

Ad primā confir. in mutatione successiua esse duo, scilicet mutationem, & ratione huius

suffi-

sufficit oppositio priuatiua, 5. phy. tex. 59. & successionem, & ratione huius requiritur contrarietas aliqua positiua, ex qua oriatur, vt forma nõ acquiratur simul, sed successiue, vt dicetur in 5. phys. vbi hæc Arist. distinguit, nam in primo, confusè loquitur de terminis motus, & mutationis.

Ad secundam confirm. non posse negari in qualibet particula materię inesse potentiã remotam ad quamlibet formam inferiorem, proximam vero non inesse, nisi vbi adsunt dispositiones, & hinc fit vt verè dici possit sm potentiam remotam ex qualibet parte materiæ, posse fieri quodlibet; falsò autem id dicitur secundum potentiam proximam; vnde acetum non fit ex materia ferri, sed ex vino, quia materia vini est proximè disposita ad formam aceti, non autem materia ferri.

Ad tertiam, ẽt si contradictio sit maxima oppositio, non tñ Arist. cum dixit principia mutationis debere esse principia contraria, intelligit opposita contradictoriè, sed priuatiuè, quia his cõuenit definitio principiorũ, nõ illis, & dicuntur prima contraria in genere principiorum, nõ simpliciter, quia oĩa contraria, quæ possunt esse in mutatione, reducuntur ad illa.

Dices, cur Arist. potius appellauit contraria, quam priuatiua. Resp. Albe. loc. cit. quia omnia opposita reducuntur ad priuatiua, sed non placet, nam ex hac ratione potius debet appellari contradictoria. Resp. 2. alij priuationem, & formam dici contraria, vt sunt termini generationis, quia vt sic, distant inter se aliqua latitudine, in quo assimilantur oppositis contrariè, quam latitudinem non habent, si non considerantur, vt termini generationis, quia inter priuationem, & formam nulla alia fingi potest latitudo, vt ad generationem concurrunt, nisi ipse transitus, qui est ab vna ad aliam; sed quia hic transitus non propriè mediat; nam in quocũq; instãti fingatur hic trãsitus, iam nõ est in illo subiecto priuatiuo, sed fuit immediatè ante, ergo nulla est latitudo inter illa etiam vt concurrũt ad generationem, quare oĩo medio carent, vt dicitur Cap. de oppositis, siue considerentur in ordine ad generationem, siue secundum se.

Resp. 3. alij, hæc vt concurrũt ad generationem, dici contraria, quia non quæuis priuatio est principium generationis, sed quæ est annexa contrario, vt significat Aristot. dicens album non fieri ex quolibet non albo, sed ex nigro. Sed contra, quia licet hoc contingat quando transmutatio fit ex contrario, tamen non semper id accidit, vt patet ex productione formarum, quæ carent contrario, & productione colorum, ex prima mixtione elementorum, & generatione formæ substantialis, quæ non habet contrarium.

Quare ego Resp. 4. ex 1. phys. tex. 70. Aristo. vsum fuisse hoc nomine, quia eo vtebatur Antiqui, & ipse non dum ostenderat qualis esset hæc oppositio necessaria inter principia, cũ præsertim omnia opposita etiam nũc quia nequeunt esse simul, dicuntur largè contraria.

Ad quartam confirm. Resp. 1. etiam si omnis generatio esset cum aliqua corruptione contrarij, adhuc tamen terminus p se primus mutationis non est contrarium, sed priuatio, vt diximus. Vnde non est mirum, quod Arist. loquẽs de substãtijs corruptibilibus, dixerit, quicquid corrumpitur, corrumpi à contrario, quia licet formæ harum substantiarum non habeant contrarium, pendent tamen ex qualitatibus, & dispositionibus, habentibus contrarium. Vnde 2. cęli 37. docet defectus, qui videntur in animalibus oriri ex contrarijs, ex quibus constat, & ideo non mirum si quæ habent contrarium, corrumpantur.

Resp. 2. non nulla etiam posse corrumpi, & non à contrario, nam aliqua corrumpuntur ex defectu actionis, conseruantis, vt lumen; aliqua ex defectu subiecti, vel dispositione subiecti, vt dicitur de virtute impressa, speciebus sensibilibus auditus, & alijs multis qualitatibus.

Resp. 3. ex dictis in conclusione patere aliquando esse mutationem sine corruptione alterius, vt diximus, de productione luminis, & similium.

SECVNDA PARS SECVNDÆ SVMMÆ,

In qua narrantur Antiquorum errores circa principia.

CAPVT PRIMVM.

Prima opinio Antiquorum circa principium materiale.

EX Tex 32. incipit referre errores, quos Physici in principijs constituendis, commiserunt. 32 Alij ergo vnum constituerunt, quod sit subiectum, & illud, vel vnum ex tribus elementis, vel aliud igne densius, aere vero subtilius, & ex hoc principio volunt omnia generari raritate, & densitate, facientes multa principia contraria, & magis vniuersaliter ponunt principium, exuperantiam, & defectum, vt Plato, qui dixit materiam esse paruum, & magnũ; & si hic differt ab alijs, ꝙ hæc ponat, vt materiam, & addit vnum vt formam. Alij ponunt materiam vnam, sed formas faciunt contrarias. Alij volunt ex vno subiecto segregari contrarias formas non per raritatem, & densitatem, sed per separationem, vt Anaximander; & idem illi, qui ponunt vnum, vt chaos, & multa .s. contraria .i. vt idem sit vnum, & multa ex Vicom. vt Emped. & Anaxag. nam hi etiã ex separatione eorum, quæ sunt commixta volunt res generari: Differunt tamen, nam Anaxag. vult omnia esse confusa per tempus infinitum, sed per intellectum fieri segregationem duratorum in infinitum, quod in quolibet essent infinitæ partes similares tanquam principia, vnde mundus semel fuit factus per segregationem rerum ex chao, qui nunquam corrumpetur. At Empedocl. vult per circulũ omnia fieri, quia ponit tam mixtionem, quã segregationem fieri per tempus determinatum; vnde mũdus infinities generatur, & corrũpitur. Secundo posuit quatuor elemẽta in quolibet, & illa esse principia similariũ partiũ, ex Burl. licet aliter Piccol. de placit. veter. philosoph. c. 20. & 21. & Nos alibi.

Ratio Anax. Tex. 33. ea est, qa putabat nihil pos- 33

se fieri ex nō ente;quare dicūt oīa simul erāt, quia .s.vident ex quolibet quodlibet generari,& tex.34 hoc fieri,alterationē vocauit;alij aūt cōgregationē &segregationē;&hic melius qa dicit motū localē.

34 Tum Tex.34 cū cōtraria fiāt ex alterutris,igitur antea inerant,nā omne,ꝙ fit,vel fit ex eo,ꝙ est,vel ꝙ non est;ꝙ aūt est, impossibile est fieri ex nō ente,quæ est oīum physicorū sententia;vnde necessario putauerunt,reliquū esse,vt fiant ex ijs,quæ sūt, & insunt, licet à nobis nō sentiātur propter paruitatem;quare omnia in omnibus miscentur, sed differentia apparēt,quia aliquæ particulæ superabundant propter multitudinem in mixtione infinitorū, sed nihil sincerum est totum,sed ea videtur esse natura rei,cuius plurimum apparet.

Difficultates in cap. 1. summę.

PRima Diffic.quos appellat naturaliter loquentes Resp.intelligi,qui concedunt motū.

2.Difficul.cur ponentes vnum principiū ponunt vnum ens.Resp.quia entia distinguuntur per principia; at qui posuerunt plura principia, posuerunt ponere plura entia propter distinctionem principiorum,& contra; at non sic,qui vnum posuere principium.

2.Diffic.in quo differt opinio Plat.ab aliorū ponentiū vnū principiū. Resp.differre in modo generationis;nam Plat.posuit omnia generari ex illo vno per magnum,& paruum,quia vna sit maior alia: sed alij per densitatem, & raritatem;vt si v.g.condensetur,fit terra ; si rarefiat,fit aqua;& magis,fit aer;& sic deinceps ignis . Secundo differre, quod Plat. magnum, & paruum dixit esse materiam,& tertiū quoddam esse formam magni , & parui.At alij cōtraria dixerūt esse fām illius principij.Dices cur Plat. posuit duo ex parte materiæ, & alij vnū.Resp.Venet.quia Plat.processit ex intelligibilibus ad sensibilia,vt vidit ex parte intellectus,credit esse ex parte rei;& quia intellectꝰ abstrahit vniuersale ex multis indiuiduis, qui habēt rōnem materiæ,1.cel.ideo posuit pluralitatem ex parte materiæ,& vnitatē ex parte formæ;At contra alij ex sensibilibus ad intelligibilia procedentes cognouerūt distinctionem esse ex formis,videntes raritatem nō esse densitatem,& materiam nunc sub raritate, nunc sub densitate dixerunt, vnū se tenere ex parte materiæ,& pluralitatē ex parte formę.

4.Diffic.cur Anaxag.dixit,denominationē rerū fieri ex superabundantia , cū in quolibet sint infinitæ partes cuiuslibet rei,& vnū infinitū nō sit maius altero,nec infinita plura infinitis.Resp.partes,alias esse actuales,quæ .s.possunt esse in actu separatę,seu separatim existere;Alias esse potentiales,quæ nō possunt separatę existere,sed inexistūt toti:vnde Burl.ait, partes actuales infinitę, quarū quęlibet sit totaliter extra altā,nō sunt in quolibet infinitæ in aliquo finito,sed ex talibus plures sunt in vno,quā in alio,à quibus res denominatur secundū Anaxag.sed à pluralitate partiū potentialium nō fit denominatio; quia in vnoquoq; sunt infinitę,atq; in nullo plures, quā in alio, & placet Veneto;alioqui totum nō esset maius sua parte, quia nō essent plures partes in toto, quam in parte. Dices,in continuo sunt infinita puncta,quæ sunt principia cōtinui, & infinitæ partes,quæ sunt principia corporis; ergo non est absurda opinio Anaxag. ponentis in quolibe infinita prīcipia. Resp.Venet.ab Anagora ponit infinitas partes actu , & æterogenea,ac prima;at Arist.posuit partes,& principia potentialia homogenea,& nō prima,sed secundaria : vocat autem principia,& partes actu,quæ non sunt partes aliorum,sed singulæ sunt per se totaliter ab alijs separatæ ; potentiales vero,quæ sunt partes aliorum.

CAPVT SECVNDVM.

Referuntur rationes contra infinitatem principiorum .

IN Tex.35.incipit refellere opinionem ponētium infinitudinem principiorum:Primo,quia sic infinitum,vt infinitū incognitū est,siue sit infinitū multitudine,siue magnitudine, ꝙ quātum quoddā est, siue sit infinitum,sm̄ formam(.i.eorum,quæ specie differūt)vt Anaxag. ꝙ est infinitum quoddā quale; sed si ponātur infinita principia, siue numero,siue specie differētia,nō poterunt cognosci ea,quę sunt ex his, nā tūc cognoscūtur cōposita,cū cognouerimus,quæ sint,& quot principia rei,quæ cōponitur. 35

Tex 36.secūda rō est:si vera est opinio Anaxag. necesse est nō dari terminū sm̄ magnitudinem , & paruitatē in cōpositis;nā cuius partes nō habēt terminū,neq. totū(est aūt pars in quā cū insit,diuiditur totū)at videmus animal,aut plātam,impossibile esse,quātūcūq. esse sm̄ magnitudinem, vel paruitatē;quare neq. partes eius; at caro,& os sūt partes animalis,& fructus plātarū(ꝙ im ppriè dr̄ ex Vicomerc.)nā neq. semen, neq. fructus dicūtur partes, vt Theophr.1 de plant & hoc dictū exponitur ratione substātiæ,seu ratione formæ, qua cōstituūtur organa animalium, nam ratione quātitatis tex 39. dixit oppositum . 36

Tex 37.si ex quolibet extrahitur quodlibet,vt ex carne,aqua,&c.& oē corpus finitū absoluatur per ablationem corporis finiti,nō pōt in vnoquoq;esse vnūquodq.;nā remota carne ex aqua,& iterum ex reliqua facta alia segregatione, ētsi semper minor auferatur,nō poterit excedere determinatam magnitudinē in paruitate,quare si stabit segregatio nō oē in omni inerit,nā caro nō erit in reliqua aqua; si nō stabit, tūc in magnitudine finita erant partes æquales finitæ sm̄ magnitudinem , sed infinitæ secundum multitudinem,quod est impossibile. 37

Quarta ratio Tex.38 Ex quolibet corpore ablata aliqua parte necesse est fieri minus;at carnis est magnitudo determinata,& paruitas;quare ex minima carne non poterit fieri segregatio,nam esset minor minima.Quinta ratio ducit ad incōueniēs,ꝙ essent infinita multa, et illa quidem separata, cum tn̄ res vna ab alia separata finiti habeat rationem,nā cum poneret partes similes esse infinitas,& in quacūq; illarum inesse omnia, statueret, iam necessario debent ponere infinitam carnem, sanguinem &c. in infinitis corporibus , quæ quamuis sint adinuicem separata , non tamen minus entia sunt , & vnumquodq; eorum esset infinitum. 38

In Tex.39 reprehendit Anax.quod nō scienter, licet verè diceret , quodlibet non posse separari à quoli- 39

quolibet, & separationem aliqũ finem habituram; nam passiones.i. accidentia non separaotur.s.à subiecto;quia si v g. colores, & habitus separentur, erit aliquod album,& sanum, ꝙ oõ sit hoc aliquid aliud existens,v g.lignũ, animal,&c. quæ non dicaotur de subiecto,non tñ scienter hoc dixit, quia non respexit accidentia,sed de oĩbus alijs dixit.& cãm ignorauit,cur separatio finẽ oõ habeat:Ex his cõcludit mẽtem ab Anaxag.positã conãtem oĩa segregare,absurdã esse, qa impossibilia tẽtaret.s.segregare,cũ dẽtur minima in naturalibus,& qualitete .i. accidentiũ,quæ à subiecto sũt inseparabilia. Occurrit ei,ꝙ dici posset ab Anaxag.scilicet mentẽ conari separare ea,quæ possunt,vide Simpl. hic.

Difficultates textuales in cap. 2.

PRima Difficul.quomodo compositum ex infinitis est ignotum,cum quãtitas composita ex infinitis partibus cognoscatur. Resp.Burl. compositum ex infinitis partibus qualitatiuis id est diuersarum rationum,vt sunt materia, & forma;vel ex infinitis partibus quãtitatiuis actualibus(quæ s.perfectè,& per se separatim existere possũt,vt sũt minima naturalia, & his maiores)est ignotum;at nõ sic, quod est compositum ex infinitis partibus quãtitatiuis potentialibus,quæ.s per se existere non possũt separatim; & quia continuum est compositum ex infinitis partibus potentialibus,ideo potest esse scibile,quia eius scientia non pendet ex cognitione distincta partium potentialium, sed actualium. Sed non placet Veneto,tum quia partes huiusmodi actuales non possunt omnes naturaliter cognosci, quia non possunt omnia minima naturalia per intellectum distingui completè; tum quia ex finitis æqualibus non communicantibus fiunt infinitæ cõmunicantes æquales;ergo si oportet cognoscere omnes partes actuales, etiam has oporteret cognoscere. Resp.2.Venet.sciam effectuũ naturaliũ pẽdere ex cognitione principiorũ,tam propinquorum, quã remotorũ,quæ sunt materia, & forma,nudè,vel dispositè sumpta,quæ sunt finitæ;neque oportet cognoscere quãlibet partem quantitatiuam illarũ,quia cum non sit ratio, cur potius vnius cognitio, quã alterius requiratur, deberẽt oẽs cognosci;quare satis est,cognoscere materiam,& formam, & illam tam secũdum se,quam vt habet dispositiones, seu secundum partes totales,quę non sunt partes aliarũ partium; & hinc fit,vt totum discontinuum non possit cognosci nõ cognitis eius partibus, quia sunt totale, & inter se separatæ.

2.Diffic.cur T.37.dicitur quodlibet finitum per ablationẽ finiti finiri,cũ ex cõtinuo possint sumi partes finitę in infinitũ. Resp.intelligi de partibus infinitis secundũ numerũ eiusdẽ quãtitatis non cõicantibus .i.quarum quælibet sit extra aliã totaliter, non aũt de infinitis partibus proportionalibus,vel æqualib⁹ cõicantib⁹.

3.Difficul.qua rõne T.36.dicitur,quod pars & totum se inuicẽ consequũtur in magnitudine,& paruitate.Resp.Venet.non intelligi,quod habeant simpliciter eandem mensuram, sed proportionaliter;vnde crescente toto, crescunt partes proportionales illius,vt crescente animali crescit cerebrum,& cor illius.

4.Diffic.an detur minimum naturale Resp. Arist. affirmatiuè ex natura intrinseca talis speciei, quæ denominat sibi tantam quantitatem, ita vt sub minore nequeat existere; nam homogenea naturalia quoad paruitatẽ habet terminũ intrinsecum; sed quoad cognitionem, extrinsecum. Ita Venetus, sed Nos alibi.

5.Diffic. quo est absurdũ, ꝙ in aliquo finito cõtineãtur infinities infinita,cũ in linea pedali sint infinita puncta,& in qualibet parte illius sũt infinita pũcta,atq; adeo infinities infinita. Resp.esse quidẽ infinities infinita,non actu,sed põtia;nam tã puncta,quã partes põtiales,idest non potẽtes per se existere,sunt infinita;non tñ partes actuales,& formales non cõicantes; at secundũ Anaxag. in quolibet finito ponebãtur infinities infinita actu,& nõ cõicantia.Resp.2. Burl.duplex esse infinitũ,vnũ secundũ compositionem;alterum secundũ extensionem;quare si quodlibet esset in quolibet, esset infinitũ secũdũ cõpositionem,quia cõponeretur ex infinitis diuersis secundũ speciẽ;sed nõ esset infinitũ secundũ extensionẽ, quia nõ cõponeretur ex infinitis secundũ extensionẽ:vnde ait,esse absurdum, ꝙ in infinito secundũ extensionẽ sint infinitæ partes secũdũ extensionẽ: vel ꝙ in infinito secũdũ cõpositionẽ,sed finito secundũ extensionem sint infinities infinita corpora æqualia distincta secundũ locum;at si quodlibet esset in quolibet, tunc in quolibet corpore esset infinitus sanguis, idest habe͂t infinitas partes æquales minimo sãguinũ,& similiter dicendũ de cerebro, & cæteris partibus,quæ esset in corpore finito secundũ extensionẽ,& infinito secũdũ cõpositionẽ.sed in linea nõ est absurdũ esse infinities infinita pũcta, qa ibi sũt infinities infinitę partes proportionales cõtentę in finita magnitudine.

6. Diffic. qua rõne colores dicũtur non posse separari à subiectis.Resp.naturaliter,nam per intellectum possunt separari,in quo differunt à sanitate, quæ quia dicit respectũ actualem ad corpus,vt motus ad mobile, & figura ad figuratum,non põt separari per intellectũ à subiecto,vt neq; sciã à sciente; nã licet Deus posset ponere illã qualitatẽ,quæ est sciã,in lapide,nõ tñ haberet respectũ sciæ, quia sciã essentialiter dicit respectũ ad animã, vt visio ad vidẽtem, & locus dicit superficiẽ cũ respectu ad locatũ.

SVMMA TERTIA.

Exponuntur principia rerum naturalium pręcipuè materiale.

CAPVT PRIMVM.

Rationes famosæ,quod principia sint contraria,atque plura,quam vnum.

IN Tex.40. alterum dictum Anax.repræhẽdit,.s. generationem fieri ex separatione similiũ partiũ 40

ex alijs, & inter se compositione; nam etiam quæ sũt similium partium partim diuiduntur in similes, A partim in dissimiles, vt lutum in lutu, & in terram, & aquam; quare neque vt domus fit ex lateribus per cõgregationem, & lateres, ex domo per segregationem, ita aqua fit ex aere, & contra. s. per congregationem, sed per alterationem, ita exponit, & legit Themist Simpl & Vicom licet nos nõ habeamus particulam negatiuam. Ex his tex 41. cõcludit melius esse facere principia finita, vt Empedocles.

41 In Tex 41. incipit Arist. determinare de principijs, iuxta propriã sententiã, & vt determinet, quot sint principia, prius cõstituit qualia sint principia; Tex igitur 41. statuit, principia ex communi sententia esse contraria, nam qui ponunt vnum principium immobile, etiam contraria faciunt secundum sensum, vt Parmenid. quæ calidum, & frigidũ, quæ ignem, & terram appellat; & alij ponunt rarum, B & densum; & Democritus, qui infinita posuit, etiã solidum, & inane constituit, quorum primum appellat ens: alterum, non ens; præterea particulas illas facit differentes positione, vt N. Z. figura A. B. ordine BA AB quæ omnia genere contraria sunt, nõ propriè, sed aliquo oppositionis genere, ex his.

42 Tex 42. colligit omnes quodammodo facere principia contraria, & iure, nam oportet *principia neque esse ex alterutris, neq; ex alijs, sed ex his omnia*, quæ proprietates insunt primis contrarijs; nam ex eo, quod primi sunt, non sunt ex alijs; quod sint contraria: non fiunt ex alterutris. Alteram particulam ostendit.

43 Tex 43 conuenire, & vt ostẽdat supponit quædã; Primum eorũ, quæ sunt nihil põt agere cõtingens in cõtingens, neq; pati cõtingens à cõtingenti. Secundum, ex quolibet nõ fit quodlibet, nisi secundũ C accidens, q explicat exemplis; non. n. album fit, ex musico, nisi musicum fit accidens albo, vel nigro; quare album fit ex non albo, neq; ex omni, sed nigro, vel medijs. i. habentibus potentiam ad receptionem albi; & musicum fit ex non musico, sed non omni, sed ex immusico, vel si est aliquid medium.

44 Et Tex. 44. probat in corruptione neque corrũpitur primum in contingens i. id, quod accidit termino, vt album nõ corrumpitur in musicum, sed in non album, neque quodlibet, sed nigrum, vel medium; similiter aũt, & musicum in immusicum, &c.

45 In Tex 45. ostendit inductione in corruptione compositorum, in quibus id latet, quoniam oppositæ dispositiones non habent nomen; nam necessè D est omne consonans, idest armoniacum ex inconsonanti fieri, idest ex ijs, quæ habent negationem consonantiæ, cum possint illam habere, & consonans corrumpitur in inconsonantiam, & hanc non contingentem, idest quamlibet, sed eam, quæ sit opposita.

46 Et Tex 46. addit, nihil differt, siue compositum sit per consonantiam, siue per ordinem, siue per compositionem partium; quia eadem est ratio, & idem confirmat in generationibus artificialibus; nam domus, & statua, & alia fiunt similiter, nam domus fiunt ex partibus, quæ non sunt compositæ, sed sic diuisæ; sic statua, & alia figurata ex infigurato, quę per ordinem partiũ constituuntur, & alia per compositionem quamdam.

47 Ex his Tex. 47. concludit omnia fieri ea contra- E rijs, aut in contraria corrumpi, vel media, quæ etiã ex contrarijs sunt, vt colores medij ex albo, & nigro; omnia igitur, quæ natura fiunt, vel contraria sunt, vel ex contrarijs.

CAPVT SECVNDVM.

Præter duo contraria dari tertium, neque plura tribus.

IN Tex. 48 reddit ad Antiquorũ opinionem, qui veritatem hucusq. sequuti sunt, q principia fecerint contraria; nam oẽs ponentes elementa, vt principia, licet sine rõne, tñ illa dixerunt esse cõtraria, coacti ab ipsa veritate; differunt tñ inter se; nã alij priora. i. vniuersaliora, hoc est defectum, & exuperantiam, litẽ, & amicitiã, par, & impar cõstituerũt, quæ rõne cognoscũtur; alij posteriora, vt calidũ, & frigidũ, rarũ, & densum, licet illa his priora dicantur, quæ secundum sensum sunt notiora; quare. 48

Tex. 49. concludit Antiquos partim dicere, idem secundum proportionem, quia. s. omnes accipiunt principia ex eadem coordinatione i. vel vniuersaliora, vel magis particularia; & omnes, vel omnia sensibilia, vel intelligibilia: quare similiter alij melius, alij peius, vt qui ponunt notiora secundum rationem, melius, q̃ illi, qui ponunt notiora secundũ sensum; nam vniuersale est notum secundum rationem, singulare secundum sensum; partim etiam differunt, vt dictum est, & patet plurimis. 49

Ex his in Text. 50. colligit numerũ principiorũ, an sint duo, an tria, an plura; nã impossibile est esse vnum, quia vnũ non est contrariũ, neq. infinita. qa infinitum non est scibile, atq. adeo id q est. s. compositum ex infinitis; tum quia in omni genere, vno idest vniuoco est vna prima contrarietas, substantia aũt est vnum quoddam genus, vna autem cõtrarietas non requirit. nisi duos terminos, tũ quia melius saluamus per finita vt Empedocles, sicut Anaxagoras omnia saluabat per infinita, tum quia si principia debent esse contraria, si essent infinita, tunc oia contraria essent principia, q esse non põt, quia alia principia sunt alijs priora. & fiunt alia ex alijs, vt dulce, & amarum, album & nigrum ex primis qualitatibus; at principia oportet sẽper manere. i. debẽt esse ita vniuersalia, vt in omni mutatione reperiãtur, vel vt Vicomerc. his verbis comprahẽdit omnes illas conditiones suprapositas; quare principium neq. vnum, neq. infinita esse possunt, vnde debent esse finita. 50

Tex 51. at nõ facere duo tantũ, est rationi cõsentaneum; & Primo quia raritas nõ esset apta facere dẽsitatẽ, aut dẽsitas raritatẽ, & similiter ex alijs cõtrarijs vnũ efficere alterũ; non. n. amicitia litẽ. neq. facit aliquid ex illa, sed vtraq. alterũ quidẽ tertiũ, i. vtraq requirit tertium, quod mutetur de vno in aliud, cuius subiecti necessitas tanta est, vt quidam plura constituerint, ex quibus conficiunt naturam eorum, quæ sunt, vt Empedocles. 51

Secũdo Tex. 52. in hoc tex obscurè cõcludit, necessariam esse tertiã naturã, q̃ substernatur contrarijs, vt cõtraria sint principia; nã principia sũt rerũ essẽtia; at cõtraria nullius rei essẽtiã esse videmus; Maiorẽ probat, quia principiũ nõ dr̃ de subiecto. i. nõ est accidẽs, quia. s. haberet aliud principiũ; nam oẽ accidẽs est in subiecto, q est prius accidẽte. Et confirm. necessarium esse tertium principium, nam sequeretur ex non substantia substantiam fieri, vel non substantiam priorem esse substantia, quia substantia non est contraria substantiæ, quare principia non possunt esse contraria, quoniam ex principijs substantia prioribus, substantia constat. 52

Ex his Tex. 53. dicit, si quis priorem rõnem. s. cõtrarij esse principium, veram esse posuerit, & hãc omnino concludere, scilicet sola contraria non posse esse principia, oportet, vt saluetur vtraq; ratio, 53

subij-

subijci, tertium subiectum, vt illi dicunt, qui putãt vniuersum esse vnam naturam, aquam, aut ignem, aut medium horum, & ex his.

54 Tex. 54. melius, qui medium corpus constituerunt, nam alia determinant sibi determinatas contrarietates, quare benè dicunt, qui aliud ex his faciunt subiectum, & ex illis, qui ponunt ex elementis vnum melius faciunt, qui aerem, nam minus q̃ alia differẽtias sensibiles habent, & deinde melius ponitur aqua & Not. cum 1. met. 13. dicitur, melius poni ignem, considerat non vt subiectum, sed vt agens per rarefactionem, & condensationem.

55 In Tex 55. nunc reddit ad contrarietatem principiorum probandam ex eo, quod omnes, qui ponunt vnum subiectum contrarijs figurant, vt densitate, & raritate, vt Diogenes, & Thales, & intensione, & remissione, quæ sunt super abundantia, & defectus, vt tex 32. diximus, & hæc opinio videtur antiqua, quod vnum, superabundantia, & defectus sint principia entium (vt significet non fuisse Platonis intentum) sed diuersimodè, illa ponebant, nã Antiqui duo tantum agere, vnum autem pati, idest subiectum: Posteriores, vt Plato, vnum agere, idest vnam formam, duo pati scilicet magnum, & paruum, poluerunt esse subiecta. Adde hoc ea ratione, quia formæ est rem terminare, materia vero dicit diuisibilitatem, atque adeo infinitatem, vbi ly efficere accipitur largè, vt extenditur ad causalitatem etiam formalem, quæ etiam priuationi tribuitur 2. phyi 14. & 5. met.

56 In Tex. 56. colligit ex dictis tria esse principia; quod autem non sint plura tribus patet; nam ad patiendum sufficit vnum, & duo tantum dantur contraria (quod subiacet fortè Scriptorum iniuria) & probat, quia si contraria plura sint, quam duo; sint v.g. quatuor, quæ duas contrarietates efficiãt, & vtriusque contrarietatis aliam quamdam mediã naturam, in qua vtrumq; par contrariorum separatum agat, esse oportet; hoc autem superuacaneũ est, quia ad patiendum sufficit vnum, quod si huiusmodi contrarietates ponantur, quæ possint ex se vicissim generari, otiosum erit alterum par contrariorum, nam sufficit vnum par; & præterea impossibile est plures esse, scilicet in vno genere contrarietates primas; substantia autem est vnum genus entis; quare solum principia different, non quidem genere, idest subiecto, sed eo, quod aliud alio prius, & posterius est; semper enim in vno genere est vna prima contrarietas, nam omnes reducuntur ad vnam contrarietatem.

Difficultates textuales in cap. 1. & 2. tertiæ summę.

PRima Difficul. in Tex. 47. An omne, quod generatur generetur ex suo contrario.

Resp. affirmatiuè accipiẽdo contrariam oppositionẽ largè, secus vero si strictè pro oppositione inter formas positiuas, cum multa sint, quæ nõ habent contraria positiue, cuius est substantia, quæ fit ex priuatione sui, non autem ex cõtrario positiue, neq; dicitur fieri ex contraria tamquam ex subiecto; quod dicitur ens in potentia, sed tamquam ex termino à quo.

2. Difficul. an media inter contraria componantur ex contrarijs.

Resp. componi ex contrarijs tamquam ex terminis, no autem tãquam ex partibus, & si loqueretur de compositione ex partibus, debet intelligi de partibus virtualibus, non autem actualibus, quæ actu, & formaliter existãt in medijs, quia quæ sic componunt se adæquatè compatiuntur simul, at non sic contraria.

3. Difficul. qua ratione Antiqui differrent in ponenda contrarietate principiorum.

Resp. ex Burl. differre tripliciter, iuxta triplicem modum prioritatis: Primo, aliqui posuerunt prioritatem secundum cognitionem arguitiuam, vt Empedocles ponens concordiã, & discordiam. Alij secundum cognitionem sensitiuam, vt qui calidum, & frigidum. Alij secundum cognitionem intellectiuam apprehẽsiuam, vt qui par, & impar.

4. Difficul. Quomodo Tex. 49 vniuersale dicitur notum secundum rationem, singulare autem secundum sensum, cum in proœmio singulare sit positum notius secundum intellectũ.

Respon. hic loqui de cognitione distincta, & scientifica, at in proœmio de cognitione confusa. At instabis in 2. poster. in fine, sensus dicitur vniuersalium, sentire autem singularium. Resp. id dici, quia potentia ex se non est contracta ad aliquod singulare, sed æque se habet ad omnia, at actus sensiendi non potest esse nisi circa aliquod singulare, in quo distinguitur ab actu intellectus, qui põt ferri circa vniuersale.

5. Difficul. cur contraria dixit esse elementa, cum priuatio non possit habere rationem elementi. Resp. elementum primo dici de materia, quæ omnibus supponitur, & manet in composito; Tum dicitur de forma, quia omnia interna principia vocat elementa, & per accidens de priuatione, quatenus identificatur cum materia, & aliquo modo cum forma, 2. phys. Tex. 14. at Antiqui materiam, & formam vocabant principia, non autem elementa, & hos sequitur Galen. libro de elementis.

6. Difficul. Cur magnum, & paruum dicuntur notiora secundum rationem: at rarum, & densum, secundum sensum, cum illa ponantur inter sensibilia communia. Resp. id dici triplici ratione. Primo, quia rarum, & densum sunt magis coniuncta sensibilibus proprijs, at magnum, & paruum vocat priora secundũ rationem, quia sic magis possunt abstrahi à materia, & sensibilibus proprijs. Secundo, quia loquitur de paruo, & magno, secundum sententiam Platonis, quia illis nominibus significabat materiam, quæ non sensu, sed ratione cognoscitur. Tertio, quia paruum, & magnum sunt priora, & magis vniuersalia, quia conueniunt physicis, & mathematicis, rarum vero, & densum, solum physicis.

7. Difficul. Quomodo aliqua dicantur notiora secundum sensum, & alia secundum rationem, cum hæc sint potentiæ distinctæ habentes distincta obiecta; non enim rectè diceretur visibile est notius secundum visum, quã sapor secundum gustum. Resp. hanc comparationem posse fieri tripliciter. Primo, inter obiecta secundum se sumpta, & in ordine ad

naturæ cognitionem, quomodo aliqua dicuntur notiora secundum naturam, & ignotiora quoadnos, & contra. Secundo, inter obiecta comparata ad vnam potentiam, & hoc modo aliqua dicuntur notiora secũdum sensum, alia posteriora, & similiter cõparata ad intellectũ, alia dicũtur priora, alia posteriora. Tertio, põt fieri cõparatio inter obiecta in ordine ad diuersas potentias, & hoc dupliciter: Primo, quando vtraq; põtia cognoscit illa obiecta, & pa. et, p̃ se fieri. Secundo, quando non vtraq; cognoscit obiecta comparata, & hæc comparatio debet intelligi respectu suppositi, quod cognoscit illa obiecta per diuersas facultates, vnum scilicet prius per sensum, aliud cognoscit prius per intellectum.

8. Difficul. in Tex. 50. cur in omni genere sit vna prima contrarietas. Respond. primo, id esse ex conditione generis, quod cum sit vniuocum habet vnam naturam, quæ constituitur per vnã formam, at vni formę opponitur vna priuatio. Secundo, ex conditione contrarietatis, nã contrarietas prima est maxima distantia, at in vno genere maxima distãtia est vna. Tertio, ex ratione primi, quia quod vnum est, & ab eo recedẽtes deuenimus in plura. Quarto, ex ratione coordinationis prædicamẽtalis, in qua proceditur per diuisionem vnius in species per oppositas differentias.

9. Diffic. quomodo contrarietas substantiæ sit prima contrarietas. Resp. quia substantia est primũ omnium entium, à quo cætera prædicamenta pendent: vnde sicut principia ipsius sunt prima; ex quibus reliqua pendent, ita contrarietas, quæ in substantia idest forma constitutiua substantiæ & eius priuatio, est prima contrarietas. Altera ratio est, quia, prima contrarietas est circa primum subiectum, quæ est materia 1 phys. Tex. 82. at materia primo componit substantiam, mox pertinet ad cætera prædicamenta.

10. Difficul. quomodo principia oporteat sẽper manere. Resp. primo alij, principia dici semper manere, quia debent esse prima, in quibus probatur, nec posse fieri resolutionem in alia priora. Resp. secundo alij, per hæc significasse non omnia contraria esse principia, quia ad rationem principiorum duæ sunt conditiones necessariæ; vna, quod sint prima, & ob id dixit contrariorum, alia alijs esse priora, & ob id non omnia contria posse esse principia, quia principia oportet semper manere, idest non habere alia priora, in quæ fiat resolutio, sed sint illa, in quę maneat resolutio. Altera conditio est vt sint communia omni generationi, quod significauit per illa verba, alia ex alijs fieri, *cum tamen oporteat principia semper manere, idest in omni generatione manere, hoc est reperiri, at hæc non sunt omnia contraria, sed solum prima contraria. Resp. tertio alij, cum Alex. 1. natur. quæst. quia licet varientur in particulari, semper in materia reperitur priuatio alicuius formæ, & aliqua forma, ex quibus conseruatur generatio, & corruptio in vniuerso, ad quas omnes concurrunt principia huiusmodi.*

11. Difficul. quomodo in Tex. 52. dicatur, A *contraria non esse de substantia rerum. Resp. Arist. ibi ostendere contraria non esse principia sufficientia, sed requiri tertium, scilicet materiam: Hinc negat contraria esse de substantia, quia vel accipitur tam forma, quam priuatio, & non possunt constituere essentiam, quia inter se sunt incompossibilia, vel accipitur sola forma, & hæc non potest sine materia constituere rem.*

12. Diffic. qua ratione negat principiorum dari principia cum Deus solus sit principium carens omni principio. Resp. negari id in eodem genere principiandi, & formaliter sumendo principia, vnde licet omnia sint à Deo, B *tamẽ vt sic non sunt principia, sed principiata. Hinc etiam licet forma sit in materia, & ab hac principietur, tamen neq; principiatur vt accidentia à subiecto, neque in eodem genere, quo ipsa forma principiat; & hinc patet cur subiectum dicatur prius prædicato; loquitur enim de subiecto inhæsionis, nam subiectum purè prædicationis, non semper est prius, vt patet ex indiuiduo, quod est posterius genere, & prædicatis essentialiter superioribus.*

13. Difficul. quomodo substantia non dicitur contraria substantiæ, cum principia generationis substantialis sint contraria. Resp. Arist. C *non negare substantiam habere contrarium, scilicet priuatiuè, sed negat substãtiam vnam non esse contrariam alteri substantiæ, at priuatio, quæ formæ opponitur nõ est substantia. Resp. secundo, loqui de contrarietate propriè dicta, qualis est inter calidum, & frigidum. Hinc intelligitur, qua ratione neget ex nõ substantia fieri substantiam, non enim ly ex dicit terminum à quo, sed partem componentem, quia substantia non componitur ex non substantijs, hinc etiam intelligitur, qua ratione neget non substantiam esse priorem substãtia; non enim loquitur de priuatione formę substantialis, quæ est principium, & prior tã-* D *quã terminus à quo, sed de accidentibus, quatenus sunt substantiæ, & ponebantur ab antiquis, principia rerum.*

14. Diffic. Cur 1.54. laudat eos, qui ponebãt naturam mediam esse materiam, cum hæc sit magis affecta contrarietatibus, & 1. metaph. Tex. 13. & 1. de anima Tex. 29. laudet ponentes ignem potius esse principiũ. Resp. ab Arist. omnes has opiniones reputari falsas absolutè, sed laudat aliquas secundum quid, quatenus accedunt magis ad veritatem secundũ aliquam rationem, quare laudat ponentes naturam mediam secundum potestatem, non autem quæ est media secundum cõpositionem, & mixtionem, nisi hæc consideretur, quod melius E *conuertitur in extrema, quã vnum extremum in aliud; vnde fit, vt terminus participet rationem materiæ, quia ex Platone in Timeo ob suam densitatem non mutatur in alia elemẽta, vel difficillimè; præfertur autem ignis cæteris elementis in ratione principij effectiui,*

non

non autem materialiter, & si præfertur in genere materialis, id est secundum quid, quatenus ratione partium tenuissimarum, facilè commiscentur inter se.

15. *Difficul. in Tex. 55. in quo distinguitur Plato ab Arist. quoad contrarietatem principiorum. Resp. circa principia æterna generationis, & corruptionis litem esse de verbis, nam Plato in Phędone fusè ostendit, omnia fieri ex contrarijs, & in contraria corrumpi; quod etiam Arist. fatetur; quare dum materiæ tribuit paruum, & magnum, non loquitur de terminis, qui recipiuntur in materia, sed describit conditionem materiæ indefinitam, duplici nomine illam significans, more Pythagoræ, qui materiam parem, & binarium appellabat; quare fit, vt solum differant nominibus, quod Plato contraria dixit quidem esse necessaria ad generationem, sed noluit vocare principia, vt appellauit Arist.*

16. *Difficul. qua ratione contraria dicantur principia, cum non habeant rationem primitatis, eo quod continentur sub eodem genere, & in eodem subiecto apta inesse; nec apta sunt construere, sed potius destruere res.*

Resp. hic inquiri principia intrinseca ortus, & interitus, sine quibus intelligi non potest transmutatio: Hæc autem sunt vnum subiectum, & duo contraria, quæ in ratione terminorum sint prima, & ex alijs in ea ratione non pendeant, cuiusmodi sunt forma, & eius priuatio, quæ pendent à subiecto in alio genere principij, nec huiusmodi contraria continentur sub eodem genere, sed quæ positiua; & quia sunt principia, & termini, ideo habent se mutuo destruere, & expellere: Neq; primæ qualitates dicuntur prima principia generationis, vt termini, sed vt instrumenta efficientis.

17. *Difficul. quomodo Tex. 56. dicatur ad patiendum sufficere vnum, cum detur materia rerum corruptibilium, & cælestium.*

Resp loqui de materia, quæ transmutatur ex vno contrario in aliud; quia vna vtriq; contrario supponitur: Quod si essent plures contrarietates adhuc vna materia satis esset; quia omnes illæ contrarietates essent circa eandem naturam mediam, scilicet materiam, quæ dicitur media per negationem vtriusque extremi cum potentia ad recipiendum vtrumq;

Dices, inter ens, & non ens non datur medium; ergo materia non est natura media. Resp. non dici mediam secundum formam, vt inquit Auer. sed dici mediam, quia non est forma, seu actus; neque omnino nihil, vt priuatio, sed est ens, quod dicitur in potentia.

18. *Difficul. quomodo omnes contrarietates redigantur ad vnam. Resp. quia reducuntur ad contrarietatem, quæ est inter habitum, & priuationē, & licet eo traductio fit prior, quā oppositio priuatiua; tamen illa non confert ad generationem, atque adeo est communior secundum prædicationem, non autem secundum productionem; quia album non fit ex quo cumq; non albo, vt dicitur Tex. 43.*

TRACTATIO QVARTA:

De Placitis Philosophorum circa principia rerum naturalium.

QVÆSTIO PRIMA.

De sensu Philosophorum in indagandis rerum naturalium principijs.

NOtandum primo, tria esse pręcipua philosophiæ fundamenta, ex quorum notitia pendet notitia cęterorū; ea autem sunt vniuersi huius, quod mundum appellamus, conditiones, animarum natura; rerum ortus, & interitus principia; nos cæteris hoc loco omissis, de hoc vltimo disseremus; de qua re Aristoteles multa docet in 1. phy. 1. de gener. 1. de cœli, 1. de anima, & 1. met. Plato in Theæteto, & in Sophista, Plotinus lib. 9. Ænead. 2. Theophrast. in sua metaph. cap. 3. Cicero lib. 2. Academicarum Quæstionum, Plutar. 1. de placit. philosophorum, & lib. de Iside, & Osiride, Gal. de historia philosophica; Diogenes Laert. sparsim in vitis Philosophorum, Sextus Empiricus pyrronicarum hypoteposeon cap. 4. Theodoretus lib. 2. de curand. grę canic. affectionibus, Euseb. Cæs. lib. 1. & 14. de præparatione Euangel. cap. 1. & 5. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, Iustinus in exhortatorio ad gentes, August. li. 8. de ciuit. Dei, Irenęus lib. 2. contra Hęr. cap. 19. Clemen. Roman. lib. recognit. Ambros. lib. 1. examen. cap. 2. Hippocr. initio de natura humana, Tert. lib. aduersus Marcion. Lattantius lib. 1. de fals. religion. Epiphan. lib. 3. aduersus hæreses in 80. Lucretius in suo opusc. hoc versibus decantauit, Galen. 1. de element. Fons. 1. metaph. cap. 7 q. 2. Pererius lib. 4. philosophię naturalis, Suar. in metaphysica disp. 13. sect. 2. Flandr. 1. met. q. 1. & seq. Franciscus Piccolominęus in introductione ad scientiam de natura per integrum librum; Doctorės in Arist. loca, vt Simplicius, Philoponus, Burlęus, Ægid. Paul. Venet. in 1. phys. & alij in c. 7. 1. phys. vbi Conimbr. q. vnic. Hieron. Pla. c 6. 1

Arist. præcipuè credendum circa opiniones antiquorum.

Secundo notandum, veterum opiniones à nobis cognosci non posse, nisi ex ijs, quæ grauissimi Auctores, & Antiquiores nobis scripta reliquerunt; inter hos autem præcipuus est Aristoteles, cuius de hac re testimonium alijs non iniuria præferri debet, quod vir ille, & veritatis amicissimus fuerit, & eo tpe scripsit, quo inuidię facilè, falsitatisque accusari potuisset ab alijs eius temporis philosophis, si q in referendis veterū opinionibus enuntiasset falsitatem,

tem de qua re plura Auerr. 2. cœli comm. 72. & 1. de anima 76. quod si aliquando verba po-
A tius, quàm mentem oppugnare videatur, optima ratione id præstitit, cum oratio sit mentis interpres, posterosquè docere voluit, in veritate rerum indaganda non allegorijs, & enigmatibus, sed rationum momentis vtendum, vt optimè Vicomerc. notauit in tex. 71. & Pererius lib. 4. philosoph. natur. cap. 18. & Aristoteles 1. metaph. sum. 2. cap. 1. post medium, & c. 2. circa medium. Cur autem Veteres illi eo loquendi genere vsi fuerint, variæ afferuntur rationes. Aliqui enim id referunt ad inopiã vocabulorum, quibus res physicas explicarent. Aliqui ad rationem carminum, quibus philosophiã tradiderũt, vt Pythag. Xenophanes, Em-
B pedocles. Parmenides, vt refert Laertius, & his annumerari possunt Orpheus, Hom. Esiodus, qui vt refert Aristot. loco citato, fabellis phylosophiam inuoluerunt, alij vt vulgarem populum philosophicas veritates celarent, ex quo scientiarum studiosi pluris fierent.

Cur antiquorũ philosophia obscura.

2 Tertio not. nominibus causæ Elementi, & principij vario modo antiquos vsos fuisse, nam apud Platonem, & Stoicos nomine causæ solũ efficiens significatur, & apud Aristot. & internę, & externę causæ; nomẽ verò Elemẽti apud Platonem primũ & Arist. deinde, significat solũ interna principia, vt refert Simpl. in proœm. phys. nam ab antiquioribus philosophis eę tã-
C tum partes vocabantur Elementa, quæ erant eiusdem generis cũ re composita ex illis, vndè partes corporis, q̃ corpora sunt, dicũtur Elementa, & similiter in qualitate, alijsque eiusmodi, vnde materiam, & formam, non Elementa, sed principia vocabant, præcipuè materiam ex 1. phys. t. 48. sed apud Arist. nomine principij præcipuè significatur finis, & efficiens. Verum in euertendis antiquorum opinionibus eodem modo hoc nomine vtitur, ac antiqui.

Quid causa, elementum, & principium apud antiquos.

Quarto not. ex Arist. 1. met. sum. 2. cap. 2. apud antiquos non solum fuisse controuersiam de causa materiali, sed etiam de efficiente; cum enim omnes posuerint causam materialem re-
D rum naturalium; efficientem tamen causam aliqui negarunt, vndè, quia videbant omnem mutationem requirere causam efficientem, (eo, q̃ nihil potest seipsum mutare) posuerunt primũ principium materiale immobile, non solũ negantes ortum, & interitũ vniuersæ naturæ idest mutationem substãtialem rerum (hæc enim & vetus opinio est, & in qua omnes consenserũt) sed etiam omnẽ aliam mutationem idest accidentalem, quod fuit illorum idest Xenoph. Parmenidis, & Melissi proprium, licet, (vt ibi notat Arist.) Parmenides, cum omnia esse vnum ratione, & plura secundũ sensum poneret, causam efficientem, quodammodo concessisse vi-
E detur, vbi aduerte ex Fonseca 1. met. c. 1. litt. S. veteres non negasse causas efficientes particulares, cum plerumque sensu ipso sint notæ, sed causam vniuersalem omniũ, sicut agnoscebant causam vnam materialẽ. Cæteri vero causam efficientem concesserunt, vndè alij mentẽ, vt Hermotimus: & Anaxagoras apud Aristotelem loco citato & 1. phys. t. 39. Alij amorem,

Antiqui discrepant non solũ circa causam materialẽ, sed etiam efficientem.

Cur apud aliquos principiũ materiale immobile.

A aut cupiditatem vt Hesiodus poeta, & videtur Parmenidis, quatenus differit de rebus, vt sunt plures secundum sensum, qui dixit Deum primũ produxisse amorẽ, idest ante omnes Deos, quorum nomine cœlestia corpora videtur intellexisse, vel potius ante quàm Deus produxerit res ad extra, ꝓduxisse in se ab æterno amorem diuinum; Hesiodus autem ante amorem dixit extitisse chaos, & terram. Alij verò dixerunt esse litem, & amicitiam, vt Emped. apud Aristotelem loco citato, & 1. phys. t. 48. 1. de generat. t. 1. & 2. vnde Emped. videtur duas posuisse causas efficientes. Vnam bonorũ, quã vocat amicitiam, alteram malorum, quã vocat litem, nam cum in rebus sint mala, & bona, &
B mala non sint casu, necesse est ponere causam per se efficientem illorum; quia verò causa per se bonorum est bona; malorum verò est mala, colligit Aristoteles Empedoclem primum posuisse bonum, & malũ esse principia rerũ idest efficientia (& fortasse quidem inquit rectè) quod addit, quia concordia licet sit causa boni in generatione mixtorum, est tamen causa mali in efficiendo chao, quod fiat confusio ex partibus vniuersi; lis verò licet sit causa mali in dissolutione mixtorum, quæ fit pugnantibus inter se Elementis, est tamen causa boni, dum gignit Vniuersum, quod fit pugnantibus inter se rebus omnibus, quæ latebãt cõfuse in chao.

C Ex quibus Aristot. loco citato colligit eos, qui posuerunt causam efficientẽ, posuisse etiã causam finalem, quã tamen ab efficiente non distinguebãt, eaq; non ex arte, sed quasi casu, & ipsa veritate cõpellẽte posuerunt, quia non ex professo, sed quasi pertranseundo, & rarò causę efficientis, & finalis meminerũt, vt fuse Arist. loc. cit. ostendit. Nos omissa causa efficiente principia intrinseca mutationis inquiremus.

Quinto not. Antiquorum sententias posse 3
reduci ad tria capita. In primo capite sunt, qui dixerunt esse vnum. In secundo, qui plura. In tertio partim vnum, & partim plura. Ex ijs, qui vnum posuere principium, Alij finitum, & mo-
D bile, vt Thales, Hippon, & Hippias, qui aquam Anaximanes, & Diogenes, qui aerem, Hesiodus, Pherecides, Chius, & Pronopides, qui terram, Eraclitus, & Zeno, qui ignem.

Alij finitum, sed immobile, vt Parmenides, alij infinitum, sed mobile, vt Anaximander, alij infinitum, sed immobile, vt Melissus, alij dixerunt esse vnum, nec finitum, nec infinitum, nec mobile, nec immobile, vt Xenophanes. Ex ijs verò, qui plura posuerunt, alij dixerunt esse finita, vt Plato, qui magnum, & paruum, & vnũ posuit. Pythagoras, qui post primum vnum, decem primas contrarietates; Empedocles, qui vna cum lite, & amicitia, quattuor Elementa,
E Baetus, qui ignem, & aerem, Parmenides, qui ignem, & terram, & ad hos pertinet opinio Aristotelis, statuens materiam, & formã, & priuationem rerum principia, alij vero dixerunt esse plura, sed infinita, siue genere eadem distincta vero figura, & specie, vt Democritus, Leucippus, & Epicurus innumeras statuẽtes, athomos, &

mos, &

mos, & immensum inane, siuè genere distincta, & contraria, vt Anaxagoras, qui infinita corpora similiũ partiũ, & confusa in chao constituit.

Iàm verò ad tertium caput idest eorum, qui partim vnum, partim plura posuerunt ex Aristotele 1. phys. t. 32. pertinent Anaximander, Empedocles, Parmenides, Zeno, & Anaxagoras, qui quomodo partim vnum, partim plura statuerunt, infra patebit.

4 Sexto not. vanum esse laborem Simplicij, dũ veterum sententias inter se dissidentes, conciliare nititur, cum omnino discrepent, alij enim motum tollebant, alij admittebant 1. phys. t. 6. 8. 12. & 32. Alij materiam corpoream distinxerunt ab incorporea, vt Plato, & Pythagorici, & alij apud Simplicium 1. phys. tex. 6. alij verò non nisi corpoream agnoscebant 4. phys. tex. 1. 4. met. tex. 7. & 22. & Simplicius loc. cit. atq; illius distinctionis materiæ corporeæ, & incorporeæ; Auctorem alij faciunt Trismegistũ, alij hæbreos, alij Pythagoram, vt Simplicius, idque videtur probari ex Aristotele 1. met. sum. 3. cap. 1. & 3. alij verò alio modo inter se dissidẽt vt patebit ex dicendis.

Frustra Simplicius conatur antiquis conciliare.

Septimo not. ex Aristotele 1. met. sum. 2. cap. 1. Antiquos in eo conuenisse, quod solam materiam internam causam esse putarunt, quia cætera omnia, quæ in materia sibi inuicem succedunt, accidentia esse existimarũt, atque adeò indigna nomine causae præsertim internæ, & essentialis, quam solum inquirebant; vndè etiã patet eos conuenisse, vt dicerent materiam esse totam rerum substantiam, & hinc coacti fuerũt negare generationem, & corruptionem simpliciter, quia cum omnium rerum substantia eadem sit, nihil omninò secundum substantiam mutatur, sed tm̃ sm̃ alias, atque alias substantię affectiones; Vndè Aristoteles 1. phys. t. 6. incipit numerare Antiquorum sententias, non quidem omnes, sed celebriores, & quæ magis ad rem præsentẽ faciunt, vt notãt ibi Simpl. Auer. & D. Thomas.

Antiqui omnes materiam vt solam causam internam agnoscebant, cetera esse accidentia dicetes.

5 Octauo not. oẽs Antiquos, vt notat Alens. 1. met. t. 23. conuenisse, vt quod illud; ꝙ fit, aliquando præexistere dixerint; si enim nullo modo præfuisset, nullo modo posset fieri; quod enim est omninò non ens, non potest fieri ex illo principio, *quod ex nihilo nihil fit*, & sicut philosophi ponebant varium modum præexistendi, ità variò modo ponunt principia rerũ, vt fuse ipse loco citato explicat, & nos infra referemus.

Ex antiquorũ sensu quidquid fit aliquando præstitisse.

QVAESTIO SECVNDA

De opinione eorum, qui posuerunt vnum principium.

DVBITATIO PRIMA

De opinione eorum, qui posuerunt vnum principium immobile.

Cvm ex his alij dixerunt esse vnum principium immobile, alij esse vnum mobile, Prius agemus de ijs, qui dixerunt esse immobile, deindè de ijs, qui esse mobile putarunt.

A

ART. I. *referuntur opiniones Antiquorum; & eorum variæ explicationes.*

Primò not. ex Antiquis nonnullos posuisse omnium rerum naturalium, vnum principium, qui cum dicerẽt illud esse immobile, nõ naturales ab Aristotele 1. phys. t. 8. dicti sunt: huius opinionis meminit Aristoteles 1. de generat. t. 57. & tribuitur Xenophani lib. de Xenophane, & refert Simplic. 1. phys. t. 6. quem audiuit, & sectatus est Parmenides, & hũc Melissus, vt refert Aristoteles 4. phys. t. 53. & 54. & 3. cœli tex. 2. & hos sequitur Zeno, Eleates, quem pedicam Parmenidis appellauit Laertius in Zenone, & refert Pererius lib. 4. c. 5. qui omnes id commune habent, quod cum vnũ principium statuant, & omne, quod est, dicant esse vnum, multitudinem auferunt, & cũ illud immobile, asserant, motum euertunt, atque adeò principia cognitionis physicæ destruentes, non potest physicus aduersus eos disserere, quia tamen eorum mendacium est de rebus physicis, maximeque illius scientia obest, ideo Aristoteles aduersus eos primo phys. tum rationibus metaphysicis, tùm dialecticis, & tùm per concessa ab aduersarijs disserit. 1

B

Qui posuerunt principium immobile dicũtur ab Arist. nõ naturales.

C

Secundo not. inter huius opinionis Auctores est magna dissentio, nam, vt refert Arist. lib. de Xenophane hic dixit illud vnũ esse ens infinitum, æternum vndequaque sibi simile, omninò immobilè, tam à se, quam ab alio, & ideo esse omnis morbi, & doloris expers, immixtũ, imò immiscibile. Verum Theophrastus apud Simplic loc. cit. tribuit Xenophani, quod illud posuerit neque finitum, neque infinitum; at Aphrodisæus (referente Simplicio) tribuit illum sensisse esse finitum. Denique Laertius in Xenophane scribit, & mũdos putasse innumerabiles, & quatuor esse rerum principia; Arist. verò 1. metaph. sum. 2. c. 4. refert Xenophanẽ primum posuisse vnum principium, sed non explicauit qua ratione esset vnũ, *nihil de materia, vel de forma attigit, quare respiciẽs ad totum cœlum idest vniuersum ipsum dixit esse vnum Deum*, & affert Scot. rationem dicti, quia scilicet cum videret omnes partes mundi esse similes scilicet quoad corporeitatem, indicauit de ijs, quasi omnia essent vnum compositum. 2

D

In quibus dissentiant qui posuerunt vnum principium immobile.

At Parmenides à magistro dissentit, ꝙ putarit illud esse finitũ, vt colligitur ex 1. phys. t. 6. 18. & 25. & 1. met. sum. 2. cap. 4. cum Xenophanes nihil dixerit an esset finitum, an infinitum, & refert Aristoteles loco citato summa 2. c. 4.

Esse finitum ex Parmen.

E

Melissus verò à Xenophane dissidet, quod putarit non esse infinitum secundum virtutẽ, sed quia non habet (vt ait Simplicius) neque principium, neque finem, (vt ego puto) durationis, illud dixit esse immobile, quia quiescit in se ipso: à Parmenide verò discrepat, ꝙ Parmenides statuens finitum principium, magis

Esse finitum secundum virtutem ex Meliss.

gis reſpexit formale principium;Meliſſus verò materiale,vt refert Ariſtoteles 1. met. loc. cit. vbi Meliſum pręfert Xenophani,vtrique vero Parmenidem.

Quam diuerſitatem Scotus 1. met. in text. 26. colligit ex rationibus Parmenidis,& Meliſſi, nã ratio Parmenidis conſiderat ipſam rationem formalẽ eſſendi,quæ videtur ſibi eſſe vna; vnde quidquid eſt præter illam, dixit eſſe non ens, & ideò tetigit ens ex parte formæ; & quia ex forma ſumitur definitio,ſeù ratio, ideò Parmenides dicitur poſuiſſe vnum ſecundum rationem, Meliſſus verò cum probet vnitatem entis ex eo,quia non generatur ex aliquo priori,dicit eſſe vnũ ens ex parte materiæ, quia eſſe ingenerabile,& incorruptibile eſt proprium materiæ, & quia finitum pertinet ad formam, infinitum ad materiam, ideò Parmenides dixit eſſe vnum finitum, & Meliſſus vnum infinitũ, & quia infinitum omnia occupat,dixit eſſe immobile.

Secundo differunt,quia Xenophanes,& Meliſſus poſuerunt illud ens omninò vnũ; at Parmenides dixit eſſe vnum ſecundum rationem, ſed coactus apparentia ſequi, dixit eſſe plura ſecundum ſenſum ſcilicet calidum, & frigidũ, vt ignem,& terram, tribuens ſcilicet,igni calidum, quod pertinet ad cauſam efficientem, terræ verò frigidum,quod pertinet ad cauſam materialem,& quidem calidum dixit eſſe ens, frigidum verò non ens, vnde ſaluabat ſuam rationem,quod quidquid eſt præter illud vnum, quod eſt ens, ſit non ens ſecundum rationẽ, & ſecundum rem,cuiuſmodi eſt frigidũ, licet ſit ens ſecundum apparentiam ſenſus, qua in re videtur ad veritatem acceſſiſſe, nam principiũ materiale,quod ponebat eſſe terram, vel frigidum,non eſt ens in actu,ſed in potentia, & ſimiliter priuatio,quę eſt in materia habet rationem non entis 1.phyſ. 75.

Denique Meliſſus nihil differit de cauſa efficiente:at Parmenides poſuit amorem, vt cauſam efficientẽ vt refert Ariſt. 1.met.ſum.1.c.2.

Quomodo antiqui dixerint ōnia eſſe vnum.

3 Tertio not.non eſſe certum apud Doctores quomodo prædicti philoſophi intellexerint, omnia eſſe vnum,& vnum eſſe omnium rerum principium,nam aliqui illis tribuunt, quod loquuti fuerint, non quidẽ de principio intrinſeco,ſed extrinſeco ſcilicet Deo,ita Theophraſtus apud Simplicium 1.phyſ.31.& ipſemet ſequitur cum Philopono 2. phyſ. in cap.2, Plotinus Encade 5. lib.1. c.8 vbi ait, Parmenides igitur prior, opinionem huiuſmodi attigit ſcilicet vnum principium eſſe Deum, ſequitur Beſſarion lib. 2. contra calumniatorem Platonis c. vlt. ex Nicolao Damaſco,& quidem Xenophanẽ intellexiſſe Deum videtur colligi ex Ariſt.loc.cit. & ex lib.de Xenophane,& ex hac rõne forte Ariſt.1.phyſ.t.8.dixit hanc *conſiderationem non eſſe phyſicam, ſed diuinam*, & 3. cœli 2. dicitur *Meliſſus, & Parmenides etiam ſi bene,non tamen phyſice loqui*, & probabilis redditur hæc interpretatio quia nõ eſt veriſimile tantum philoſophũ, qualis fuit Parmenides,quem Plato in Theæteto, & ſophiſta vocat magnum ſapientem acrem, generoſum, Socratis magiſtrum,tã abſurde ſenſiſſe, vt omnia diceret eſſe vnum;præterea,qui a Xenophane eius magiſtro didicit, *illud principium eſſe vnũ vniuerſum ingenitum, immobile, & vndique perfecte globoſum, ipſum enim ſolum procul à mixtione,cum non ente;in ſe eminentiſſime,& vnitiſſime eſſe omne,quod eſt*, quod etiam ſubindicauit Auuer.1. phyſ. 41. & viſus eſt denotaſſe Parmenides per varia ſua carmina relata à Beſſarione loc.cit. & à Simplicio 1. phyſ. tex. 31.quibus diſtinguit ens mortale ab immortali; ſic.n.loquitur de immortali (*entis enim non ſunt primordia primi*) de mortali verò ſic ſcribit (*Hactenus & veri mentem, intemerataque verba; Nunc, res mortales carmen quoque ſumite fallax*)vbi ſubdit ignẽ & terram,ſiue lumen, & tenebras eſſe principia rerum ſenſibilium, per quæ fortaſſe ſignificare voluerunt materiam, & formam, idque eſt conforme ijs, quæ refert Ariſtoteles de Parmenide 1. phyſic. tex. 41. 1. metaphyſic. ſum. 2. c.1. & 4. vbi refert poſuiſſe plura principia, & Laertius in Parmenide refert veri iudicium nõ in ſenſibus, ſed in ſola mẽte collocaſſe Parmenidem his verſibus.

Parmenid primus poſuit Deũ

Laus Parmenidis apud Platonem.

Nec tibi communis ſenſus perſuadeat vmquam.
Quicquam,vt fallaces oculi, aut vt iudicet auris.
Aut lingua at ratio dirimat diſcrimina rerum.

Cur Parmenides iudicium veri tribuat intellectui, non ſenſibus.

4 Ratio autem cur iudicium veri, intellectui, non ſenſibus tribuit, eſt quia nomine entis ſolum intelligit illud,quod eſt ſempiternum,immutabile,& diuinum; res vero corruptibiles, & generabiles, ſenſui ſubſtantias,fallaces,& nõ entia dicebat, & ſolum entia ſecundum opinionem hominum;qui ſolum ea exiſtere putãt, quæ ſenſibus apparent, hæc autem dicebant non entia,tum quia tempus, quo exiſtunt, perexiguum eſt, imò comparatum cum infinito tempore, quo non exiſtunt, eſt pene nihil, tum quia etiam dum exiſtunt, nunquam eadẽ permanent,ſed continuo mutantur, & huiuſmodi ſenſibilium rerum duo facit principia. ignem ſcilicet,& terram. De qua re fuſe Pererius lib. 4. philoſophiæ natural. c.26. vbi hanc opinionem tribuit Xenophani, & Meliſſo,quæ ex Simplicio 1. phyſ. t. 6. eadem ſentit ac Parmenides de infinitate, & finitate illius entis,nã Parmenides ſpectans ambitum cœli finitum; & quod infinitas arguat quandam materię imperfectionem, & quod Deus ob ſui perfectionem dicatur in ſe finitus,cum finis ſit perfectio rei, & reſpectu aliarum rerum, veluti finis, omnia vi ſuæ efficientiæ conſeruationis, & regiminis finiens, & quamlibet rem intra ſuos terminos continens,vocauit illud vnum ens finitum,Meliſſus vero vocauit infinitũ, quia Deus ex omni parte infinitus; non enim habet principiũ, à quo ſit, vel cuius gratia ſit, neque principiũ vel durationis,vel finem, neque aliquibus differentijs circumſcriptum, aut aliquo termino perfectionis.

Meliſſus eũ poſuit infinitum.

Verum

5 *Reÿcitur prædicta interpretatio circa opiniones antiquorum.* Verum hæc interpretatio, & si multam probabilitatẽ habet, tñ dubbia mihi videtur; tum quia Aristoteles in 1. phyſ. vbi hanc opinionẽ refert, loquitur de rebus physicis materialibus, eorũq; principia inquirit, & eorum refert philosophos, negasse ortum, & interitum, motum, & multitudinem; vnde negantes multitudinem, dicunt certi principia, quia principium cum distinguatur à principiato, supponit multitudinem.

Tum secundo quia 2. cœli tex. 2. ait eos asseruisse nihil interire, sed tantũ videri, at Deus non solum nõ interit, sed nec videtur interire.

Tum tertio quia Plato 1. de placit. c. 24. Parmenid. inquit, Melissus, & Zeno, cum omnia existimarent esse motus expertia, ortum, & interitum sustulerunt.

Tum quarto, quia Plato ex persona Parmenidis referens varia absurda, quæ sequuntur ex eo, quod negatur, omnia esse vnum, non loquitur de separatis à materia, sed de rebus materialibus, & initio dialogi, de Parmenide, nã tu, inquit, in poematis, vnum esse ius hoc totum, quod est atque huius rationes, quàm pulcherrimas, affers; hic verò (nempe Zeno) multa esse negat &c. insuper in Theæteto inquit, propemodum ò Theodore, oblitus erã, quod alijs his contraria mõstrant, vniuersi, videlicet congruens nomen esse hoc existens immobile, & alia quæcunq; Melisso, Parmenidiq; aduersantes his omnibus asseuerant, quod omnia vnum sint, idq; vnum ipsum in seipso consistat, locum in quem moueatur, nullũ penitus habens &c. Asserit itaque Plato opinionem horũ esse cõtrariam opinioni putantium cuncta fluere, at qui putabant fluere cuncta, non de immaterialibus, sed rebus physicis, & materiatis loquebãtur. Eandem sententiam enuntiauit Aristoteles in secundo cont. tertij de cœlo, inquiens Parmenidem, & Melissum renuisse ortum, & interitum, mox in cont. 3. addit alios è contrario cuncta ortui, interitui, & transmutationi subiecisse, è quorum numero fuerunt Hesiodus, & Heraclitus, ac etiam (si rectè perpẽditur locus ille) tribuit philosophus Parmenidi, & Melisso, quod putarint nil reperiri, præter sensibiles substantias; at quia per opera excitabantur in cognitionem naturæ, & considerationis primorum principiorum, ideò quę, re vera immaterialibus principijs competũt, sensibilibus substantijs tribuerunt. Et profectò valdè inuidum, malignum, & leuem Aristoteles se patefecisset, si disputans in 1. phyſ. de principijs internis rerum natura constantium, Parmenidem, & Melissum increpasset, asserentes id ꝙ est esse vnum, & noluisset eos de re alia, nempe de separatis substantijs, & supera mente fuisse loquutos, quæ ad rem non faciebant.

6 *Secunda interpretatio prædictorum philosophorum.* Secundo alij interpretantur horũ sententiã, quod loquuti fuerint sermonis gratia ad ostentationem scilicet ingenij, quod videtur indicare Aristoteles 1. phyſ. t. 9. vbi ait, simile itaque est considerare an sic vnum est, & ad aliã quãlibet positionem, sermonis gratia dictam, veluti Heracliteam. Et confirmatur ex Platone in Parmenide, vbi Parmenidẽ ità disputantem inducit, vt nihil affirmet, sed tantum ostendat nõ carere difficultate opinionem dicentium esse plura enna.

Verum neque hæc interpretatio placet, quia Aristoteles, & alij illam referunt vt propriam opinionem Parmenidis, & aliorum, neque contrarium significat tex. 9. sed tantum ibi probat non pertinere ad naturalẽ arguere horũ opinionẽ manifestè falsam, & improbabilem, sicut aliam quamlibet huiusmodi positionẽ, vt v. g. est opinio Heracliti, dicentis omnia esse in continuo motu, aut dicentium omnia esse vnũ hominem; nec te moueat auctoritas Platonis, nam ipse more Accademicorum in omnibus dialogis eodem modo disputat. *Reÿcitur secunda interpretatio.*

Tertio alij dixerunt Veteres per ly, *quod est*, intellexisse hoc vniuersum sẽsibile, quod dixerunt esse vnũ, ita Eudemus apud Simplic loc. cit. colligitur ex Platone in Parmenide, vbi varijs rationibus ostendit vniuersum esse vnum, & significat Aristoteles tũm 1. phyſ. tum 1. met. lib. de Xenophane scribit Parmenidem fecisse vniuersum (quod appellat vnum ens) in genitũ, immobile, vndique perfectè globosum, & colligitur ex Alexandro apud Simpl. 3. cœli t. 2. quod Veteres posuerint, solũ existere sensibilia, de quibus est scientia, & ideo immobilia, quia scibilia sunt immobilia: hãc tamen vnitatem vniuersi vario modo explicarũt; nã alij dixere esse vnũ rõe vnius primi principij quod cætera omnia participant, & ità Xenophanes dixit esse vnum Deum; & hanc videtur Pererius loc. cit. tribuere Parmenidi, dicẽs loquutum de cœlo, vel vniuerso, cuius animam putauit esse Deum, & ideo in suis versibus illi vni enti aliqua tribuit, quæ soli Deo conueniunt, vt esse intelligens, totũ simul, indiuiduũ &c. quæ Simpl. refert; Alij verò ei assignat ratione corporis, quod animat, mouet, & regit, idque probat ex Cicerone lib. 1. de nat. Deor. *Parmenides*, inquit, *commentitium quiddã coronę similitudine efficit, stephanen appellat, continente ardore lucis Orbem, qui cignit cœlum, quem appellat Deum*. *Tertia interpretatio opinionis antiquorum de eo, quod est existimo.* 7 *Prima explicatio vnitatis vniuersi.* *2. explicatio.*

Alij verò referunt hanc vnitatem ad ordinẽ, qui est in vniuerso ex vno principio pendens, & in vnum finem tendens, qua ratione dicitur vna domus, & vnus exercitus, & de hoc enuntiarunt, quod sit finitum mole scilicet, & gradu suæ essentiæ, & perfectionis, & similiter sit infinitum, scilicet secundũ durationem, & intentionem virtutis sui principij, & similiter nec finitum, nec infinitum ratione scilicet materiæ, quæ ex se est indeterminata. Dicitur præterea immobile, tum ratione primi principij, tum ratione totius Vniuersi, quod locum non mutat, tum ratione materiæ, quæ secundum essentiã est incorruptibilis; & quoniam quies supponit aptitudinem ad motum, ideò illud ens nec dicitur quiescens. *3. explicatio.*

Alij vero intellexerunt vnitatem vniuersi: qa omnes substantiæ, quæ 1. phyſ. t. 29. dicuntur propriè entia sunt eiusdem essentiæ, licet habeant diuersa accidentia: hanc aũt vnitatẽ esse- *4. explicatio.*

ſentiæ Meliſſus intellexit eſſe rationem materiæ, vt ait Galenus in lib. de natura humana, & ibidem Hyppocrates, & colligitur ex Ariſt. 1. met. ſum. 2. c. 4. & 1. phyſ. t. 23. & 24. neque mirum, quia (vt Ariſtoteles ſæpe docuit) veteres putarunt totam eſſentiam rerum ſenſibilium coſiſtere in materia.

Quinta explicatio vnitatis principij.

Alij denique, vt Parmenides, putarunt eſſe vnum ens ſecundum rationem ideſt ſecundum commune predicatum, quod eſt ens; omnia enim, quæ ſunt in Vniuerſo, conueniunt in ratione entis.

ART. II. Explicatur quid ſenſerint Parmenides, & Meliſſus ex ſenſu Auctoris.

8 *Parmenid. & Meliſſus loquuti ſunt de principio intrinſeco.*

PRima Concluſio. Probabile mihi eſt Parmenidem, & Meliſſum ponentes vnũ principium loquutos fuiſſe de principio intrinſeco rebus ſenſibilibus.

Probatur, tũ quia Ariſtoteles hanc illis opinionem videtur tribuere; neque enim veriſimile eſt falſam illis opionem tribuiſſe, & verba ſolum, non ſenſum improbaſſe eo tempore, quo multi viuebãt, à quibus facilè accuſari poterat inuidiæ, & falſitatis.

Secundo probatur ex rationibus, quas illi afferunt illæ n. probãt de rebus ſenſibilibus quarum natura, & principia intrinſeca inquirebãtur à Veteribus, & licet alicubi reperiantur aliqua ab illis philoſophis dicta, quæ Deo conueniunt non autem vniuerſo ex rebus ſenſibilibus conſtante, hoc tamen non efficit quin etiã exquiſiuerint principia rerum ſenſibilium, dicere enim potuit vtrumque, & reperiri Deum, cui conueniunt proprietates quas refert Simp. Deo attributas, & reperiri principium intrinſecum rerum ſenſibilium, quod eſſet immobile & infinitum, vel finitũ iuxta explicationes poſitas.

Principium intrinſecum eſt eſſentia.

Secunda Concluſio. hoc principium eſt eſſentia rerum ſenſibilium, quam Meliſſus dixit eſſe materiam ex 1. met. ſum. 2. cap. 4. & Parmenides dixit eſſe rei diffinitionem 1. met. loc. citato.

9 *Eſt vnum vnitate ſpecifica eſſentiali.*

Tertia hoc principium ideò dixere eſſe vnũ, quod putauerint omnia eſſe eiuſdem ſpeciei, & differre ſolum ſecundum accidentia. Patet, quia Parmenides dicebat eſſe vnum ſecundum rationem, & plura ſecundum ſenſum 5. met. loc. cit. at hoc eſt dicere eſſe vnum ſecundũ eſſentiam, quæ per rationẽ cognoſcitur, & plura ſecundũ accidentia, quæ ſenſibus ſunt peruia, & quia ſecundum eſſentiam putabant nũquam res mutari, ideò dixerunt illud principiũ eſſe immobile, & vt accidentia non putabãt eſſe numeranda inter entia, ita acquiſitionem accidentium negabant eſſe motum.

Confir. ex Ariſtotele 1. de generat. t. 1. vbi loquens de ijs, qui vnum ponebant principiũ, ait, eos fuiſſe loquutos de quodquid eſt his verbis (quicunque enim omne quidquid eſt, vnũ eſſe dicunt, & omnia ex vno generant) quaſi omnia vnum ſint, de illorum ſentẽtia, eo quod ſubiectum vnum ſit, hocque ſubiectum ſit vniuerſa rerum ſubſtãtia, vt ibi Philoponus, Ægidius, Flaminius, Nobilius, & alij.

A

Confutatur opinio ponẽtis vnitatem, & immobilitatẽ principij.

Quarta Concluſio. horum opinio etiã ſic explicata recte confutatur ab Ariſtotele, nam duo dicebat primũ illud principium eſſe vnũ, & hoc infra confutabitur; alterum eſſe immobile, & infinitum, vel finitum, & hoc, vt illi aſſerebant, & deducebant ex vnitate principij, ita nos deſtructa eius vnitate, deſtruemus conſequenter immobilitatem; quare hic pauca dicemus.

Primo igitur probatur, quia ponere illud principium immobile, repugnat ſenſui, nam videmus res omnes, & ſecundum motum localem, & ſecundum accidẽtia alia moueri, neque dicas Antiquos conceſſiſſe motum ad accidẽtia negaſſe tamen ad ſubſtantiam.

B

Sed huic rationi obeſt, tum quia non omnes huius opinionis auctores concedebant mutationem ad accidentia, ſed ſolum Parmenides, tum quia vt accidens ordinatur ad ſubſtantiam, ita alteratio eſt via ad generationem ſubſtantiæ; vnde ablata mutatione in ſubſtantia, auferri debet etiam mutatio in accidentibus ideſt alteratio, atque adeo etiã tollerentur omnes cauſæ, quæ omnes dicunt ordinem ad motum, vt recte Pererius lib. 4. c. 11. deducit, de cuius rationis vi, & efficacia plura alibi, quia ſupponit mutationem in formis ſubſtantialibus.

C

Confirm. primo ex Ariſtotele 1. phyſ. t. 24. vbi oſtendit male Meliſſum collegiſſe immobilitatem, quia licet alio non poſſit commigrare, tamen poſſet moueri in eodem loco ſecundum partes, ſicut mouetur cœlum, & licet nõ poſſit moueri motu locali (vt oſtendit Ariſtoteles 1. Cœli) cur non poterit moueri ſecundum alterationem, ſaltem ratione ſuarum partium? Deindè impugnat Meliſſum, quod dixerit omnia eſſe vnius ſpeciei, cum conſtet multa diſtingui ſpecie, & eſſe diuerſæ rationis. Et hęc ſatis ſint, nam cætera, quæ ad horum ſententiã, ſiuè impugnandam, ſiue defendendam pertinent, & eorum argumenta melius infrà afferũtur, ſolum affertur rõ Meliſſi, qua probat principiũ, illud eſſe immobile, quia de ijs, quæ ſunt, eſt ſcientia, at ſcientia eſt de Immobilius.

D

Reſp. ſcientiam eſſe de immobilius ratione neceſſariæ connexionis eorum, quæ demonſtrationem ingrediuntur, cuiuſmodi ſunt propoſitiones, & concluſiones, quibus ſufficit neceſſitas complexa; quod ſi velint requiri neceſſitatem etiam incomplexã, ea intelligenda eſt negatiuè, quia .ſ. eſt de rebus vniuerſalibus, quę nunquã corrũpuntur, ſed ſemper cõſeruantur in aliquo Indiuiduo, vt ſuſius tractatione de ſcientia explicatur.

E

DVBITATIO SECVNDA.

De opinione eorum, qui dixerunt eſſe vnum principium, ſed mobile.

DE horum opinione Ariſtoteles 1. metaph. ſum. 2. c. 4. & ſum. 3. c. 1. 1. phyſ. t. 16. & ſequen.

ſequentibus, præſertim à tex.32.1. de generat. initio. Pererius lib.4.c.6. Fonſ.1. met.c.7.q.2. ſect. 2. Conimbr. 1.phyſ.c.7. q.ar.2. Suar. tomo 1. met. diſp.13. ſect.3. Flandr. 1. met. q.1. Piccolom. de placit. veterum c. 3.

1 *In quibus conueniunt potiores vnũ prin. ſtatuẽtes mobile.* Primo not. qui vnum principium ſtatuerũt mobile, conuenere, tum in motu, quẽ aſſerebãt dari. Vnde naturales dicti ſunt ab Ariſtotele 1. phyſ. t.6. & 32. tũ quod illud principiũ dicebant eſſe materiã & totã rerũ naturã, & eſſentiã, tum etiam quia illud vnum principium dicebant eſſe multarum virtutum, vt notat Flandr. 1. met. q. 1. art. 2. nam vt anima licet ſi vna eſt tamen multarum vitutum, ita illud principium erat vt anima mundi, quem dicebant eſſe animal quoddam; differre tamen inter ſe, in explicatione illius corporis, quod non ſit vnum.

Quid ſit illud corpus quod eſt principium. Secundo not. Auctores huius ſententiæ ad duo capita reduci poſſe, nã aliqui ponunt corpus quoddam medium inter Elementa; Alij vero vnũ ex Elementis. Ex his, qui poſt Thaletem, & Pythagoram philoſophati ſunt, nemo poſuit terram ob nimiam ipſius duritiẽ, & denſitatem, vnde inepta eſt ad figuras recipiendas. Qui verò antiquiores illis fuerunt: terrã principiũ eſſe dixerunt, at refert Ariſt.1. met.t. 14.

2 *Qui dixerunt eſſentias.* Quare prima ſentẽtia eſt dicentium rerum omnium principium eſſe terram, eam Ariſt. dicit fuiſſe vulgatam opinionem apud Antiquos. Vnde Heſiodus, (qui vixit eadem ætate; qua Homerus; de quo certum eſt vixiſſe ante vrbem conditam, vt colligitur ex Cicer.1.tuſcul. initio, & Solino c. 53. ſuæ hiſtoriæ vbi teſtatur Heſiodum perijſſe initio Olympiadis, Vrbẽ vero conditam Olympiade ſexta) primum corporum terram ait eſſe, nam (vt refert Ariſtoteles 1.met.ſum.2.c.2.) primum omnium fuiſſe chaos, deinde terram ſpatioſam, atqui amorem, qui inter omnes mortales elucet, tamquã opportunũ ſit, vt in entibus aliqua cauſa inſit, quæ res ipſas moueat, atque coniungat, vbi nomine amoris videtur denotare, vel cauſam efficientem, quatenus mouetur à fine, & deſiderio communicandi ſeipſam, vel appetitum materiæ reſpectu formæ, & ſimili modo explicari poſſunt Parmenides, & Empedocles, cum inter principia generationis ponunt amorẽ, & licet ab aliquibus dicatur eam opinionem nõ dixiſſe Heſiodum ex propria, ſed ex Vulgi ſenſu, cui ſe accommodauit, tamen probabilius videtur dixiſſe ex ſua ſententia, nam eam opinionẽ Galenus de Hiſtor. philoſ. tribuit quibuſdã philoſophis, & videtur deſumpta ex 1.capit.Gen. vbi Deus dicitur in principio creaſſe cœlũ, & terram, quem ſequens Plato in Timæo dixit in principio creaſſe ignem, & terram, nomine ignis denotans cœlum. Vnde Heſiodus in ſua Theogonia pronuntiauit, *terram eſſe cœli coniungem*, idemque cenſuiſſe Pherecidem teſtatur Theodoratus lib. de materia, & mundo, & Sextus philoſophis in lib. 9. *Πρὸς φυσικούς*. Et quoniam Ariſt. negat aliquem poſteriorum philoſophorum dixiſſe ſolam terram eſſe principium, ideo veriſimile eſt Phericidem aliqd aliud poſuiſſe principium cum terra.

Quid nominẽ amoris intelligerent antiqui.

3 *Rationes ponẽtium terrã pro principio.* Moti autem ſunt ad id aſſerendum propter ſimiles proprietates terræ, & materiæ. Prima quia omnibus ſubeſt, atque alijs tanquam à forma cõtinetur. Secundo quia, vt eſt maxime denſa, ita plurimum materiæ, quæ tota ſubſtantia rerum ab ipſis dicebatur, includit, & ideo mutationem, qua denſa fiunt ex raris, vocabãt generationem, quaſi viam ad eſſe. Contrariam vero corruptionem, & viam ad non eſſe, & ratione huius proprietatis Ariſt. 1.met. t.14. aſſerit terram potius, quam cœtera Elementa debuiſſe poni principium, quod habeat perfectionẽ eam, quam exigit principium.

Tertio quia cæteris alimentum maximè præbet.

Quarto quia in mixtis plurimũ dominatur; ad cœlũ perinde ſe habet, ac fœmina ad marẽ.

Quinto quia in eam cuncta videtur reſolui.

Sexto quia in ea, & ex ea cuncta præſertim viuentia generantur. Vnde, & mater omnium, & Veſta ab Antiquis dicebatur, ſiue quia rebus omnibus veſtitur, ſiue quia vi ſua ſtat (vt notat Ouidius ſexto Faſt.) Arnobius lib. 3. contra gentes circa medium, quod proprium eſt materiæ, & primi ſubiecti.

4 *Qui dixerunt eſſe aquã Thales.* Secunda ſententia eſt dicentium illud principium eſſe aquam. Ex his primus fuit Thales, Mileſius vnus ex ſeptẽ Græcis ſapientibus, qui relictis forenſibus negotijs, ſe totum ad rerum naturam contemplandam contulit, & de ſolis corporeis, corporis expertia nulla, eſſe exiſtimans, diſſeruit, tanquam de vniuerſo entium genere, qui cum floreret Olympiade III. regnante Græco apud Rom. & vt aiunt, ætate Ezechielis, & Danielis, dum populus Iſraeliticus teneretur captiuitate Babylonica, & Fland. 1.met.q.1.ar.2. Regnãte Romulo apud Romanos, & Acaz apud Iſrael; Ioniæ familię auctor, & Princeps euaſit. Thaletem ſequutus eſt Hippias, & Hippon, qui, ex 1. de anima tex.12. indigni nomine philoſophi putatur, ſiue propter ingenij, & iudicij tenuitatem, ſiue propter impietatem, quod Deum eſſe negauerint ex Alexandro, & Simplicio, quã de aqua opinionem, Ioannes Picus ait fuiſſe deſumptã ab Egyptijs, qui ſoli fœcunditatem ob Nili inundationem inſpicientes, aquam rerum principiũ exiſtimarunt, & eamdem Plato in Theæteto tribuit Homero, dum finxit Oceanum, & Thetym Deorum eſſe parentes, quod etiam decantarunt Orpheus, Muſeus, & Linus, quos Ariſtoteles 1. met. ſum.2. c. 1. Theologos, quod res diuinas carmine decantarint, & antiquiſſimos vocat, quod ſcilicet ante Thaletis obitum ſexcentis triginta annis floruerint, quando apud Hebræos, Iudices florebãt, & Troiæ excidiũ accidit. Vnde finxerũt poetæ Deos ſolitos fuiſſe iurare per aquã ſtygẽ, ex quo ſignificare voluerũt Deos, & eſſe corporeos, & poſteriores fuiſſe aqua, cũ iuſiurandũ fiat per rẽ honore digniſſimã; hæc autẽ eſt, quæ antiquiſſima opinio dr.

Hippias, & Hippon negarunt Dei exiſtentiam.

Cur aquã poſuerit princ pium.

Cur Dei iurabãt per aquam ſtygem.

Anaximander. Cum Thalete ſenſiſſe Anaximandrũ refert Ariſt. lib. de Xenophane, ſed falſo, vt patebit ex infra dicendis, quod mihi maximo argumẽto eſt libellum illum non eſſe Ariſtotelis.

5 Fundamentum sumitur ex similibus ꝓprietatibus aquæ,& materiæ,nam aqua, & proprijs terminis caret,& alienos facile respicit.

Ratio cur aqua sit primũ principium.

Secũdo varijs affectionibus subijcitur. Tertio (vt notat Plato) sensibilium rerũ,& inconstantiam indicat,quæ omnia dicũtur proprietates materiæ. Ex quibus aliqui apud Fonf.l.1. c.7.q.2. sect.2. putant, nomine aquæ significatã fuisse materiã primã quomodo aqua sumitur Gen. 1. *& Spiritus Domini ferebatur super aquas*;& similiter apud Ægyptios,dũ sub simulacro Serapidis, ꝙ aquã repræsentabat, materiã primã venerabantur; sed eorum interpretationem reijcit Fonf. tum quia Thales non vtebatur ænigmatibus, vt Pythagorici, sed proprijs verbis; tum secundo, quia alij philosophi illum confutarunt, quod posuisset principium valde sẽsibile, at immerito si nomine aquæ intellexisset materiam primam, tum denique, quia & si Thaletes diù in Ægypto philosophatus est, vnde potuit Scripturæ diuinæ cognitionẽ habere, & aliquid ex Ægyptiorum philosophia addiscere, tamen nec scriptura nomine aquæ intelligit materiam primã, nec elementũ ipsum nec Ægyptij sub effigie serapidis, colebãt materiam primam, sed aquam ipsam propter beneficium inundationis Nili. Quo circa nomine aquæ intellexit Elementum ipsum,& ità Aristot.ei tribuit.Vnde in hoc sensu illã opinionẽ. Confirm. primo loco citato, nam humidum est alimentum omnium,& calor ex humido gignitur,& conseruatur, videtur enim humor, materia caloris, & animal ipsum humido viuit; vnde propter desiccationem humidi radicalis animal moritur. Quo circa merito secundum Antiquiores, natura aquam collocauit in medio,& maxima ex parte sub terra, vt æque distaret ab omnibus, quæ ex ea ali debent, sicut videmus in animali, locum medium deputatũ esse nutrimento.

Confir.secundo ex animalibus,quæ sunt nobilissima inter entia, quorũ omnia semina humidam naturam habent; aqua verò est humidorum principium.

6 Tertia opinio est dicentium hoc principiũ esse aerem,ita Anaximanes,Milesius,Anaximãdri auditor,& Ioniæ familiæ alumnus, quẽ audiuit & sequitur DiogenesApollin.vt suse Simpl. Laertius in Diog. Plut. 1. de placitis c. 3. Aug. 8.de Ciuit. c. 2. Quare fallitur Nicolaus Damascenus,dicens illum posuisse corpus medium inter aerem,& ignem,vt infra, qui tamẽ inter se (vt notat Scotus 1. met. loc. cit. differunt,quod Anaximanes simpliciter asserit aerẽ esse principium rerum simplicium, Diogenes vero non,nisi quia aer eſt compos diuinæ rationis,vt dr̃ primo de anima; Hos sequitur Idæus, Imereus,& Archelaus Atheniensis cognomẽto, physicus,& magister Socratis.

Qui dixerũt esse aerem.

Archelaus physicus magister Socratis.

Fundametũ sumi potest ex similibus ꝓprietatibus materiæ,& aeris,qui & proprio nomine caret,& facile alienũ terminum recipit,sicut ẽt alienas impressiones, minime cõtrarijs resistens facile etiam in alia vertitur, & in minutissimas partes diuiditur. Vnde ad quamuis formam se accomodat.

Ratio cur ponẽt aerem.

Confir.primo,nam spiritus ille, per quẽ fœcũda sunt semina ex 2. de gen.cap.3. & de quo dixit Poeta (*Spiritus intus alit*) est aer, Vnde animalia,quæ sunt entium nobilissima, aerẽ spirantia,viuunt, & vita in calido, & humido, quæ sunt proprietates aeris, non in frigido, & humido,quæ sunt proprietates aquæ,consistit, quin potius frigiditas vitæ aduersatur; & motum tollit,comprimens sensitiuam.

Confir. secundo,quia principium debet poni id, quod est simplicissimum ens; non enim Compositũ potest habere rationem principij, quia partes componentes sunt composito simpliciores, ac inter omnia corpora simplicia nullam potest habere rationem principij, nisi aer, ergo.Minor probatur,quia non potest esse ignis, cum hic sit omnium destructiuus, neque terra, tum quia est minus simplex,quama qua, tum quia mortifera, & propter easdem rationes neque aqua, ergo est aer.

Quarta opinio est dicentiũ esse ignẽ,ita Heraclitus Ephesius, dictus ob obscuritatem dicendi *Heruaus*, & animo adeo excelso, vt ex Laertio constat,Regnum,ẽt alteri concesserit; Hippasũs,Metapontinus,Zeno Stoicus;& Stoicorum familia apud Cic. 3. de natura Deorũ quod solem, Stellas, & cœlum ignem esse dixit, cœlumque nuncupatum fuisse ætherem, non ab æterno cursu,vt censuit Aristoteles,sed à combustione propria ignis, & ideò ex igne omnia fieri,& in ignẽ omnia reuersura, & rursum mundum refici existimauit. Vnde Ouid, 1. metamorphos. 7

Qui dixerunt esse ignem Heraclitus Regnum reliquit.

Esse, quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo Mare, quo Tellus, correptaque Regia Cœli,
Ardeat,& mundi moles operosa laboret.

Fund. posuit Arist. 1. met. t. 14. quod cum de ratione principij,sit simplicitas (composita n. à simplicibus pẽdẽt) recta ratione igni rerũ primordia data sũt, qa ob maximã sui tenuitatem, & raritatem, est omnium elementorum simplicissimum.

Ratio cur ignis dicatur principium.

Confir. quia cum ad constitutionem principij sit necessaria perfectio quædam maior, quã in principiatis (imperfecta enim à perfectis pendẽt) necessario igni conuenit ratio principij, nã ignis est omnium elemẽtorũ perfectissimus, vt patet,tum ex loco illius supra alia elementa,tum virtute actiua,qua alia in se cõuertit,tum ex lumine, quod mouet ad esse omnia corporalia; lumen autem dicebat esse defluxum corporis,quod per indiuisibilia fluit in ꝑspicuo, & per perspicua intrinseca corpora, & sic constituit omnia,nihil enim est,cui lumen se non intermisceat, ac lucem primam dixerũt esse ignẽ, atq. adeo ignẽ esse omniũ principiũ. ita Resp. Flan.loc. cit. Vnde Arist. respiciens ignis simplicitatẽ,& eius virtutẽ actiuã, ac nutricẽ,opinionẽ statuẽtiũ ignẽ ꝓferẽbat,alijs dicentib⁹,principia esse cætera elemẽta, quamquam 1.phys. tex. 54. respiciens conditiones proprias materiæ, dicat aeri magis conuenire rationem prin-

principij materialis; igni verò minime omniũ.

Confir. secũdo qa tria sunt de ratione principij primum est simplicitas; & hanc inesse igni supra ostendimus. secũdo, quod sit prior in cõpositione, & vltimum in resolutione, & ita esse ignem patet ex ratione eius, nam spissum componitur ex raro, & in rarum resoluitur. tertiò quod sit ens, nã non ens nequit esse principium entis; vnde corpus à corpore principiari nõ potest, sed ab eo, qui maxime habet corporeitatẽ, qa in omni genere, id, quod est maxime vniuersale, est causa, & principium cæterorum; at hoc cõuenit igni, quia materia in nullo corpore habet maiorem extensionem, quam in igne.

8 Quinta opinio est dicentium illud vnum principium esse corpus diuersum ab Elementis, & inter ea medium, & ex his aliqui dixerũt esse densius igne, & rarius aere, vt tribuitur Diogeni Apollinati, Alij esse medium inter ignem, & aquam, vt tribuitur Rhegino Hippo; Alij verò medium inter aerem, & aquam, vt tribuitur Anaximandro Thaletis sodali, de cuius sentẽtia non conueniunt Doctores, nã Porphyrius, & Nicolaus Damascius illi tribuunt, quod posuerit corpus infinitum, vt seruaretur generatio in infinitum, nec tamen explicasse quid nã illud esse, quod etiam significauit Plutarcus l. 1. de placit. c. 3. *Anaximander*, inquit, *rerum omnium principium esse infinitatem. Ex eo enim existere, inuicemque in id abire cuncta. Quare produci etiam innumeros mundos, ac denuo in id, vnde sint orti, recedere. Ac refert quidem, cur infinitio sit quo nusquam, quę originem præbet, clandicet productio, Enim vero offendit in eo hic, quod non explicet quid sit infinitũ, aer, ne an aqua, an terra, an alia quæpiã corpora. Allucinatur igitur, qui materiã statuat, causam vero efficientem tollat. Si quidem infinitas aliud nihil nisi materia est. Nõ valet autem esse materiæ efficientia; nisi subsit efficiens.* Alij tamen dicunt Anaximandrum determinasse illud corpus, quodnam esset, nam Galenus in lib. de historia philosophorum tribuit dixisse id esse Aetherem. Themistius id esse crassius igne, tenuius aere. Alij verò mediũ inter aerem, & aquam, & ex eo corpore dixit res fieri non densitate, & raritate, vt alij, sed per quandam secretionem ex Aristotele 1. phys. 32. *quidam ex vno inexistentes, cõtrarietates secernunt, vt Anaximander.*

Qui posuerunt corpus mediũ inter elementa & inter eos dissentio.

Anaximandri, quæ fuerit sẽtentia variant doctores.

9 Fundamentum est, quia illud principium, vel est vnum ex Elementis, vel corpus medium, nã non apparet quid aliud sit, cum omnes veteres posuerint principium esse corpus aliquod sed non est vnum ex Elemẽtis, quia singula sibi vẽdicant, vt propriam aliquam contrarietatẽ; hoc autem repugnat primo principio, quod debeat esse indifferens ad omnia, ergo debet esse corpus medium, quod est magis alienum à cõtrarijs, quare principium Anaximander appellauit subiectum, & iccirco Aristoteles 1. phys. t. 54. præfert alijs statuentibus aliquod ex Elemẽtis.

Ratio cur principium sit corpus medium.

Dices, quid intellexerint hi philosophi per hoc corpus medium.

Quid per corpus mediũ intellexerint philosophi.

Resp. aliqui intellexisse; duplex genus habituum, ex quibus mixta, tam perfecta, quam imperfecta proximè gignuntur.

Alij tamen dicunt significatum fuisse materiã primam, quæ ratione suæ potẽtiæ est quid medium inter oppositas formas, & quatenus terminis proprijs caret indefinita & quatenus nulla forma satiatur, infinita dici potest, ex qua per secretionem cuncta fiunt, quatenus ex eius potentia educuntur, quæ potentia est veluti quædam inchoatio formarum.

Alij materiam primam.

DVBITATIO TERTIA
An opinio statuentium vnum principium rerum omnium naturalium veri aliquid contineat?

ART. I. Explicatur ex sententia auctoris sensus dubitationes.

1 PRimo not. prædictas opiniones de vnitate principij posse dupliciter à nobis considerari. primo quatenus referũtur ab Aristotele. secundo quatenus ab alijs ad bonum sensum reducũtur. Nos pcipue primo modo cõsiderabimus secũdario verò, quasi incidẽter 2. modo.

Vnitas principij potest cõsiderari dupliciter.

Secundo not. omnes vtriusque sentẽtiæ auctores, quos recitauimus, tam in prima, quam in secunda dubitatione; primo conuenire, quatenus nullam substantialem distinctionem rerum naturalium admittunt; secundo quatenus auferunt omnem substantialem generationem; tertio quatenus substãtiã rerũ æternã faciũt, & ex horum singulis, satis impugnari, & argui vt falsæ possunt, sed tamen inter se discrepant; nam relati in secunda dubitatione, componunt res naturales ex substantia, & accidentibus, quare affirmant esse inter illas aliquam essentialẽ distinctionem, saltem accidentalẽ, Relati verò in prima dubitatione nullam huiusmodi compositionẽ admittunt, siue quia accidentia collocãt inter nõ entia, siue qa nullã faciũt differentiã inter substantiã, & accidens, vt notant Doctores 1. phy. t. 32. cũ Auerroe ibi, & Paulo Veneto. Vnde consequenter dicunt omnia solo numero differre, tollẽtes omnẽ essẽtialẽ distinctionẽ realẽ, & verã, sed solã apparẽtẽ sensibus posuit Parmenides. Vndè consequẽter negant verũ motũ, & nõ nisi apperẽtẽ sensibus admisit Parmenides. Vnde Arist. 1. phys. t. 8. & 1. metaph. sum. 2. c. 4. eos excludit à numero philosophorum naturalium; Posteriores vero motum non negãt. Deinde Priores philosophi omnino negant principiũ rerũ naturaliũ; dũ enim dicunt omnes res naturales esse vnũ ens, cõsequẽter negant rationẽ principij. Posteriores vero ponunt rationẽ principij, qa ponũt plura entia.

In quibus prædicti auctores discrepant.

ART. II. Explicatur quid auctor sentiat de opinionibus prædictorum.

PRima Concl. Opinio ponẽtiũ esse vnũ principiũ rerũ omnium naturaliũ, quod omnia sit vnũ ens; Merito reijcitur ab Arist. in 1. phys. & primo qdẽ t. 9. ex rõne principij, qa principiũ cũ includat relationẽ ad principiatũ, necessario

Reijcitur vt falsa opinio ponentium omnia esse vnum.

supponit plura entia; nihil enim est principiatum,& pendet à seipso, ergo ponentes omnia esse vnum ens,tollunt rationem principii.

Similiter qui tollunt motum

Secundo quia hæc opinio tollit motum,quo nihil absurdius,cum nihil sit notius motu; cōstat enim aut omnia naturalia,aut quędam moueri,vt dicitur in tex.11. induicione esse manifestum: vnde ad physicum non pertinet illum probare,nec posse contra huiusmodi opinionē ex physicis principijs argumentari, ideo.

Tertio probat t.13.& sequentibus & (vt ait Alexander) ex metaphysici persona, supponit ens significare substantiam,quantitatem,& cætera prædicamenta, atque adeo habere multiplicem significationem,quo supposito argumētatur Arist. *cum dicunt omnia esse vnum ens*. Aut dicunt esse vnum ens, sicut substantiam, quantitatem, qualitatem, &c. & tunc necessario concedere debent dari multa, quia concedunt dari substantiam,& accidentia,siuè ea sint inter se separata,siue non. Vel dicunt esse vnū ens idest substantiam solum,vel accidens solū, & tunc, vel dicunt esse talia secundum vnitatem genericam,vel specificā, & necessario cōcedere debent multitudinem,quia tam genus, quam species dicunt vnitatem cum communitate ad multa, vel dicunt esse talia cum vnitate numerica,& tunc aut est accidens solum, & si hoc est cum substantia, iam concedunt multitudinem,vel sine substantia, & sequitur absurdum,scilicet accidens separatum à substantia, cum accidens definiatur esse id, quod dicitur de substantia,aut de subiecto.

Vel denique est substantia solum sine accidentibus, & sequitur nō posse esse illud ens finitum contra Parmenidem, neque infinitū cōtra Melissum, quia hæc sunt differentiæ quantitatis,cum infinitum dicatur esse quantum nō terminatum; vnde quantum est genus quoddā ad infinitum,vt notat hic Burlęus,tam respectu infiniti secundum diuisionem, quā respectu finiti secundum extremi,siue successiui,quod est ens reale, siue permanentis, quod putatur impossibile,atque adeo nō ens,vnde respectu huius non dicitur genus verè secundum rem, sed secundum existimationem, quod si dicant omnia esse vnum secundū nomen entis, quod dicitur de omnibus,quæ re vera sunt multa, iam cum his nulla quęstio manet,quia hanc vnitatē omnes admittunt,sed nō soluitur; ꝙ quæritur,

Obiectio contra rationem Arist.

3 Dices Arist. in hac ratione petit principiū, nam cum aduersarij negent multa, gratis supponit ens dici de multis.

Resp.Burlęus dupliciter primo dici de multis actu,& copulatiue,hoc supponit multa, at dici de multis disiunctiuè, non ità, nam Deus vere sub disiunctione dicitur de multis, vt de prima causa,de arbore,de homine,& tamen nō sequitur esse plures Deos, & ità hic supponit ens dici de multis.Sed qa hæc Resp.posset pati instātiā ab Arist.nō supponi ens dici de multis, sed tāquā famosū ab omnibus cōcessū significare decē suprema genera,siue hæc per se distinguantur,siue nō, & ex hoc supposito tāquā omnibus manifesto adiūctis alijs principijs metaphysicis,argumētū,quod diximus, proponit.

Quarto probat à tex.16. ad 22. ex multiplici significatione vnius; nam cum dicunt omnia esse vnum,vel intelligunt de vnitate cōtinuationis,vel indiuisibilitatis,vel rationis, seu definitionis,cuiusmodi sūt synonoma (omittit autē vnū analogia genere,& specie,qa ex dictis patet hæc includere multitudinem)

Nō primū qa cū cōtinuū sit diuisibile in infinitū,iā cōcederent plura actu, vel potentia.

Non secundū quia tolleret quantitatē, atque adeo qualitates ei inhærentes; quidquid enim est,vel est quātum per se,vel per accidens;imo neq; esset finitū,neq; infinitū cōtra aduersarios, nam finitum dicitur esse id, ꝙ habet finē: at indiuisibile non habet finem,sed ipsum est finis.

Neque tertium quia inciderent in opinionē Eracliti;vnde sequuntur multa inconuenientia scilicet,quod eadem esset essentia contrariorū scilicet boni,& mali,imo eadem esset cōtradicentium,vt boni, & non boni,imò disparata,vt homo,& equus essent eadem, & similiter,quæ differunt genere, vt tale,ac tantus idest qualitas,& quantitas, imo ens, & nihil essent idem, atque adeo omnia essent nihil, neq; timere debēt,vt dicitur t.20. concedere multitudinem, vt timebat Lycophron, q idcirco afferebat nō esse dicendū,homo est albus, sed homo albus, vel vt alij,qui dicebāt,homo albescit,quia nullum sequitur inconueniens,quia non conceditur idem eodem modo sumptum esse vnū, & plura,sed secundū diuersam rationē,vt v.g. cū dicimus Socratem esse albū,& musicū, si quæratur vtrū albū, & musicū sint vnū. Resp. esse vnū secundū subiectū, & plura secundū essentiā,seu rationem, imo de ipsomet Socrate dicimus,ꝙ est vnus actu,& plura pōtia sicut dicim⁹ de magnitudine,de qua re vide Perer.l.4.c.11.

ART. III. Afferuntur & soluuntur argumenta pro ijs,qui ponunt vnū principiū.

4 SEd contra hanc Conclusionem,primo obijcit Xenophanes,nam principium debet esse æternum,& ingenitū,quia si esset genitū,vel esset ex nihilo, & patet ex nihilo nihil fieri, & non esset ratio cur fieret hoc, vel illo tempore; vel est genitum ex alio,& tunc,vel ex alio simili,& eadem ratio est vtriusque, vt sicut vnū est factum,ita & alterum;vel ex dissimili,& sequeretur etiam fieri ex nihilo,nam id,quod de nouo est,cū antea non fuerit, necesse est vt fiat ex nihilo.Vnde sequitur,vt quidquid,est ens, necessario sit æternū,ergo infinitū,quia nō habet principium suæ existentiæ,neque finem,in quē desinere possit. Si infinitum, ergo vnū, si enim essent multa,essent inuicem terminata, & vnū extra aliud,quod infinito repugnat. Si vnū, ergo vndique sibi simile, nam vbi dissimilitudo ibi pluralitas;ex vnitate sequitur immobilitas; non enim a se moueri potest, cum sit omnino simile,neque ab alio,quia nullum tale est.

Arg. Xenoph.

Confirm. quia vel moueretur in plenum, & supponitur nō esse aliud ens, vel in vacuum, & hoc repugnat naturæ.

Resp.

Reſp. ad arg. Xenophanis ex Perer.

Reſp. Pererius lib.4. c. 12. ex Ariſtotele lib. de Xenophane, vbi multis oſtendit hanc rationem eſſe infirmam,& captioſam, nã primo errat negando res certiores,& notiores, vt ſaluet veritatem principij incertioris,& qa dari multitudinem rerum,& motum,certius eſt, & notius, quam ex nihilo nihil fieri, vt patet ex auctoritate Heſiodi, qui cecinit ex non ente res gigni;deinde etiam poſita veritate illius principij,quod ex nihilo nihil fit, adhuc poni poteſt rerum diſtinctio, & motus, vt patet ex Empedocle,Anaxag.& Democrito,qui conceſſerunt ex nihilo nihil fieri, & tamen dixerũt dari motum, & multitudinem rerum, nam eius ratio facile ſoluitur, ſi quis dicat in rebus naturalibus quaſdam eſſe æternas, ingenerabiles,& incorruptibiles,vt cœlum,& materiam primam. Alias vero generari, & interire non ex nihillo, vel in nihilum,ſed alias ex alijs,vel directè procedendo in infinitum, vel in circulum, vt ſicut aqua ex aere, ita aer ex aqua oriatur,vt fuſe Pererius explicat.

Secundo, non recte colligit ex æternitate infinitum,& magnitudinem, ſed tantum inde colligi poteſt infinitum ſecundum duratioñe. Vnde Emped. quatuor Elemẽta ingenita poſuit,& Democritus Athomos,neuter tamen illis tribuit infinitum ſecundum magnitudiñe, & Ariſtoteles Cælos poſuit ingenitos, non tamen infinitos in magnitudine. Et confirmatur, quia vel dicunt illud ens eſſe incorporeum, & non erit infinitum, quia hoc ſupponit quantitatem,vel corporeum, & multas habet partes.

Tertio dici poſſet ens eſſe vnũ ingenitum, & infinitũ,tamen conſtitutiuũ, vel ex partibus diſſimilis naturæ,cuiuſmodi eſt animal, vel ex partibus ſimili quidem natura præditis, diſſimilibus tamen affectis accidẽtibus, vt aliæ ſint raræ,aliæ denſæ,aliæ obſcuræ, quã varietatem nos ipſi agnoſcimus in cœlo,cuius ſubſtantiam vniformem eſſe,& ſimplicem arbitramur.

Denique non recte negat motum ex eo, quia non datur vacuum, quia notius eſt dari motum,quam non dari vacuum; tum quia etiã ſi inde tolleretur motus localis rectus, non tamen circularis totius, vel partium, neque motus alterationis.

5 *Argumentum Meliſſi.*

Secundò obijcit Meliſſus. Ens non eſt genitum,ergo non habet principium, quia ſicut quod eſt genitum,habet principium, ita quod non eſt genitum,non habet principium, ſed ꝙ nõ habet principiũ,nõ habet finẽ,ergo eſt infinitũ,atq; adeo vnũ,qa multa ſimul infinita eſſe nõ poſſunt; hinc ſequitur eſſe immobile:iã vero id,ꝙ eſt, non eſſe genitũ, probat ex eo, qa vel eſt genitũ ex ente,vel ex nihilo;nõ primum quia iam eſſet antequam gigneretur.

Reſp. ad arg. Meliſſi, & oſtenditur peccare in forma.

Reſp. hãc rationẽ ex Ariſt.t.22.23.&24.eſſe importunã,quia veritatẽ apertius oppugnat,& nullã haberet dubitationẽ, qa dupliciter peccat.primo in forma. ſecũdo in materia; peccat, .n.in forma,qa procedit ex oppoſito antecedẽtis ad oppoſitum conſequentis, ſicut in ſimili ſi quis colligeret ex hac,homo eſt, ergo animal eſt,ergo ſi homo non eſt, animal non eſt, peccaret ſecundum fallaciam conſequentis, vt dicitur in 2. Elench. cap. 5.

Dices quando termini ſunt cõuertibiles,tũc licet colligere ex oppoſito antecedentis oppoſitum conſequentis.

Sed contra,quia eſſe genitũ, & carere principio,non ſunt termini cõuertibiles, vt patet, tũ quia principiũ multa ſignificat, ſcilicet durationis,& magnitudinis. Vnde licet inde colligi poſſit non habere principium durationis, non tamen carere principio ſimpliciter, quia poteſt habere principium magnitudinis; tum quia ſecundum veritatem Cœlum de facto nõ fuit genitum, & tamen habet principiũ durationis,& magnitudinis.

Et peccare in materia.

Secundo peccat in materia,quia hoc nomen principium dicitur de principio magnitudinis, ſeu rei,de principio alterationis ſucceſſiue, nõ momentaneæ,& de principio temporis. Cum igitur ait,ſi ens eſt factum, habet principium, ſcilicet temporis,tunc vere aſſumit, ſed minor eſt falſa,ſcilicet carens principio tẽporis, eſſe infinitum ſecundum magnitudiñe, & affertur inſtantia in corpore cœleſti ſecundum Ariſtotelem; ſi vero vtatur principio alterationis, tũc falſo aſſumitur; omne,quod generatur, habet principium ſcilicet alterationis, quia alteratio non ſubita generatur, cum habeat eſſe poſt nõ eſſe, & tamen non habet principium alterationis, & licet alteratio ratione formæ ſit ſucceſſiua, tamen ratione ſubiecti poteſt eſſe ſimul ſecundum plures partes illius, in qua notatur prima pars ſubiecti alterati, vt dicitur de congelatione aquæ,& lactis coagulatione. Si vero vtatur principio pro principio magnitudinis, tunc falſo aſſumitur omne, quod non generatur,non habet principium magnitudinis,vt sm̃ Ariſtot. patet in corpore cœleſti, & Democritum in Athomis. De qua re lege D.Tho.Burl. Sot.Tolet.Conim.& alios in t.23.& Per.c.13.

Oſtenditur ex infinitate non colligi immobilitatem.

Tertio tex.24.oſtendit male colligere ex infinitate immobilitatẽ. Primo qa poſſet habere motũ in ſuis partibus manẽte toto in eodẽ loco,vt patet in aqua,& aere, quæ ſecundum ſe tota ſemper manẽt in eodẽ loco, & tamẽ eorũ partes moueantur ſecundũ locũ ſecũdo qa etiã in infinito non poſſet eſſe motus localis; poſſet tamẽ eſſe motus alterationis,qa etiam ſi plures antiqui opinati ſunt omnia eſſe vnũ ſecundũ materiã,tamen ſecundũ formã impoſſibile eſt exiſtimare omnia eſſe vnũ.qa manifeſtũ eſt hominem eſſe alium ab æquo in forma,& contraria inter ſe differre, atque adeo poſſe inter ea eſſe alterationem.

Quarto, ꝙ licet ens in cõi nõ ſit genitũ, cũ generatio ſit rerũ ſingulariũ,tamẽ hoc vel illud eſt ens genitũ,partĩ quidẽ ex ẽte,partim ex nõ ente.Ex ente ſcilicet in potẽtia,& ex non ente in actu;vt fuſius cũ Ariſt.infra explicabimus.

6 *Argumentum Parmenidis.*

Tertio obijcit Parmenides. Quidquid eſt pter ens,eſt nõ ens,ſed ꝙ eſt nõ ens eſt nihil, ergo quidquid eſt præter ens,eſt nihil,ſed ens eſt vnũ,quia ſi plura vel different per differentias, quę ſunt entia, tũc ens differret ab ente p ens, quod eſſe abſurdum,patet,quia in ente ſunt ſimilia,

N 3

milia,& non diuersa,atque adeo sunt vnū. Vel differunt per differentias,quæ sunt non entia, & ita ens per nihil differt ab ente,cum non ens sit nihil, atque adeo simpliciter non differret, ita rationem Parmenidis explicat Porphyrius apud Simp. in tex. 25. Pererium c. 5. Piccol. cap. 2. qui notat alias rationes afferri pro Parmenide à Platone in Parmenide deducēdo varia absurda ex multitudine rerum.

Resp. arg. Parmenidis, quod falsa assumat. Resp. Aristoteles ostendendo hanc rationē, & esse captiosam, & falsum assumere. primo enim falso assumi quidquid est præter ens, esse nihil, quia cum ens multis modis dicatur, scilicet de substantia,& accidentibus, à Parmenide sumitur,ac si vno modo,seu vniuoce diceretur vnde non valet in æquiuocis(quidquid est præter canem,est non canis) quia præter canē cœlestem ,potest esse terrestris, ita similiter quid quid est præter ens, scilicet subiectum, potest esse ens accidens, & ideo falso dicitur esse non ens, quod si in maiori propositione cum dicitur,quidquid est præter ens, est nō ens, ly,ens, accipiatur pro substantia,& accidentibus verè dicitur,sed tunc minor erit falsa, quod scilicet ens sit vnum, quia substantia, & accidens non sunt simpliciter vnum,sed plura, & vnum secundum quid,idest vnitate analogica,quæ dicitur ab vno.

2. male inferat Resp. secundo, etiam vitiosè colligere, quia seruata eadem argumentādi forma in alijs terminis,antecedens est verum,& consequens falsum, vt v. g. si ponatur omne ens esse album, rectè dicitur quidquid est præter album,est nō album, atque adeo nihil, sed album est vnum idest secundum vniuocam naturam, & tamen non sequitur:ergo non sunt plura alba,quia esse possunt plura alba discreta, vt patet in niue, & lacte,imo ratio albi est distincta à ratione subiecti, neque id dicitur,quod albor sit separatus à subiecto, sed quia differunt secundum essentiam,& definitionem.

3. secum pugnare. Resp. tertio t. 26. & 27. ostendendo hanc sententiam secum ipsam pugnare, nā si ens est vnum sequitur, quod sit nihil,nam vel est accidens, vel est substantia;non primum,quia cum accidens indigeat substantia tamquam subiecto,sequeretur accidens,quod est ens inhærere substantiæ,quod est non ens,quod cum sit impossibile, sequitur id ipsum accidens etiam esse non ens,quare erit ens, & non ens. Non secundum,tum quia illi multa accidunt, & si accidentia sint non entia, sequitur non ens, atque adeo ens erit non ens,quatenus non ens, significat purum nihil: quare sicut verè dicitur substantia,est alba,ita dici poterit esse nō ens idest purum nihil; quæ ratio videtur claudicare,sed defendi potest,vt speculanti patet,tùm quia illa substantia,vel est corporea habens magnitudinem,& ita habebit partes, atque adeo multa esse concedere debent; vel incorporea,& ita illud ens non erit finitum, vel infinitum, cum hæc supponāt quantitatem, vt diximus supra. Et præterea cum illa substantia habeat definitionem, constabit genere, & differentia, ergo erunt plures substantię scilicet partes illius definitionis,quæ debent esse substantiæ;non enim

A possunt esse accidentia, vt probat tex. 29. & quia accidentia supponunt subiectum constitutum;& quia hęc,vel sunt inseparabilia,& nō potest hoc dici, quia accidens inseparabile definitur per suum subiectum, vt simitas per nasum, at partes definitionis non definiuntur per suū definitum; vel separabilia, & neq, hoc dici potest,quia sequeretur definitum posse esse sine sua definitione, & partibus illius. Neque dicant accidere alteri à definito, quia sequeretur ipsum definitum accidere alteri, cum tamē substantia nulli accidat, nam cuicunque accidit definitio,vel partes eius, eidem accidit & ipsum definitum; neque mirum Parmenidem non vidisse hæc incommoda, quia hoc accidit

B ei,vt cæteris antiquis ob ignorantiam logicarum præceptionum, vt ait Eudemus apud Simplicium.

7 Resp. Quarto Plato in sophista concedendo Parmenidi omnia esse vnum in mundo intelligibili, seu Ideali idest Deo,at in mūdo sensibili omnia esse diuisa; quare concedit, quid quid est præter ens, esse non ens idest complectens omnia, sed hoc non ens non est purum nihil,sed determinatum ens distinctum ab alijs. Vnde vult hoc non ens largiri rebus diuersitatem,multitudinem,& inæqualitatem, & fortè Aristoteles tex.30.ita Platonem intelligit cū ait *quosdam acquieuisse vtriusque rationibus*

C *& concessisse omnia esse vnum*, & quidquid est præter ens,esse nō ens,atq; hoc non ens esse quid determinatum; quam responsionē oppugnat tex. 31. sed Platonem defendit Pererius cap. 15. dicens non ens apud Platonem accipi tripliciter, primo pro eo,quod opponitur enti vniuersalissime sumpto, & hoc non ens est purum nihil. *Quid Plato de opinione Parmenidis.* *Pererius defendit Platonem.*

Secundum pro eo,quod opponitur enti incorruptibili,& æterno,& hoc nō ens est idem, ac ens generabile,& corruptibile,quod dicitur non ens,non quidem simpliciter, & absolutè sed (vt ait Augustinus lib. 7. Confess. c. 11.) respectiuè scilicet respectu rerum, quæ sunt

D magis entia, nā (vt notat Simplic.1.phys.t.15.) sicut non dicitur album id, quod habet plus nigredinis,quàm albedinis, ita non dicitur ens id,quod habet plus non entis,quā entis; at generabilia habent plus non entis,quia paruo tēpore existunt,& infinito tempore idest ante generationem,& post corruptionem nō existunt, imò eo tēpore,quo existunt,semper variantur, q̃ oritur ex potentia materiæ,ex qua cōstāt,vt notat Simplicius 1.phys.tex.30.ex Porphyrio.

Tertio accipitur non ens, vt opponitur enti habenti omnē perfectionem entis, quomodo ens esse soli cōuenit Deo, Creaturis,verò non esse;ex quo Aug.l.8. de ciuitate Dei c. 11. hoc

E vno maximè argumēto sibi persuadet libros sacræ Scripturæ lectos esse à Platone, quod solū Deo tribuit esse,iuxta illud Exodi c.3. *Ego sū, qui sum*. Vnde hoc etiam nomine Eusebius lib. 11. de præparatione Euang. c.7. laudat Plutarcum, quod multa præclara scripserit ad confirmandam sententiam scriptam in foribus

templi

templi Delphici, E i, ideft tu es, quod refpondebant ingredientes in templum, cum monebantur à Deo per id (nofce te ipfum) & ratio huius eft, nam cum ens non fignificat vnam aliquam naturam diuerfam ab alijs, fed immediatè quidquid aliquo modo eft, fit, vt non poffit abfolutè, & propriè vocari ens, nifi complectatur omne effe, quod foli Deo conuenit; Creaturæ vero, quia limitatam habẽt naturam, ficut per proprium effe, quod habet, poteft dici ens, ita propter alias partes entis, quas non habet, poteft dici non ens, vt v. g. homo dicitur ens propter naturam hominis, quam habet, fed nõ ens, quia non eft ens, leo, equus, planta, &c. Vnde quælibet creatura magis poteft dici nõ ens, quam ens, & hoc, non ens, eft caufa omnis multitudinis, & diuerfitatis, quia vbi eft multitudo, ibi necesfe eft, vt vnum fit non ens, quod eft alterum; vnde in Sophifta dicuntur hæc quinq; idem, diuerfum, ftatum, motum, inæquale effe diuerfa ab ente; & participare non ens. Vnde Plato in Parmenid. ponit tripliciter accipi vnũ. Primo, pro ijs, quæ fluunt, & fenfibus fubijciuntur, & fenfibilia nominantur. Secundo, pro ijs, quæ femper eadem funt, & dicuntur intelligibilia, quæ non fenfibus, fed fola mente percipiuntur. Tertio, pro ijs, quę funt fupra fenfum, & fenfibilia, & fuper intellectum, & intelligibilia.

Vnum tripliciter accipi apud Plato.

Ex quibus facilè patet, qua ratione Plato in Sophifta concedat Parmenidi ens. i. conplectens omnem perfectionem, effe vnum, & qua ratione non ens dicat effe; non enim accipit nõ ens primo modo, fed fecundo, & tertio modo, vt apertè in Sophifta fignificat Plato, & in hoc non difcrepat Ariftot. à Platone, vt colligitur 1. phyf. tex. 30. vt fusè Pererius lib. 4. c. 15.

Quarto obijcitur, nam materia eft in omnibus eadem, & cum fit ingenerabilis, & incorruptibilis 1. phyf. 81. erit immobilis, ergo datur vnum principium omnium rerum immobile.

Refp. 1. Non omnia entia effe materialia, vt alibi. Secundo, non effe certum omnia materialia habere vnam materiam, vt patebit ex lib. de cœlo, vbi dicemus multos ponere celũ effe fimplex corpus, & alij, effe compofitum ex materia diuerfæ rationis. Tertio, præter materiam, conftabit infra dari etiam alia principia. Denique materia etiam fi ponatur terminatiuè ingenerabilis, & incorruptibilis, non tamen fubiectiuè 1. phyf. tex. 64. & licet ens in communi nõ fit capax ortus, & interitus, 9. met. 21. tamen quæ fub eo continentur, materiam primam includunt contrarietatibus præditam.

ART. IIII. Explicatur, & probatur non effe vnum ens infinitum, nec vnum corpus fimplex, vel mixtum.

8 Secunda Conclufio principia rerum naturalium non poffe p ni vnum ens infinitum. Hanc conclufionem infra fufius probabimus, cum de infinito; interim legi poffunt rationes Ariftotelis adductæ 1. phyf. à tex. 31. ad 55. & 1. cæli à tex. 33. ad 76. vbi oftendit ex pofitione infiniti tolli omne aliud corpus, cum infinitum omnia contineat, fimiliter tolli motum localẽ, quia omnia occuparet; vnde nec agere, nec pati poffet, cum terminis careat, & figura, neque perpetuæ generationis caufa eft corpus infinitum, vt Aduerfarij volunt, fed referri debet in materiam, quæ fucceffiuè recipere poteft infinitas formas 1. de gener. 15. 2. de gener. 56. vnde tex. 17. dicitur corruptio vnius eft generatio alterius, & vt in caufam efficientem referri poteft in motum æternum cœlorum 2. de gen. 59. & 2. de anima 34. 35. in appetitum naturalem omnium rerum, quia omnia appetunt affimilari vltimo fini; vnde fit vt æternitatem eius quoad fieri poteft æmulari appetant. Cumque in fe ipfis corruptibilia fint, perpetuo indiuiduorum naturam propagare affequuntur.

Principia rerũ non poffe poni vnum ens infinitum, ex Arist.

Tertia Conclufio. Primum principium non eft vnum corpus. Hæc conclufio antequam probetur explicatur, dupliciter poffe intelligi primum principium. Primo, refpectiue idem in ordine ad mixta, & hac ratione elementa, q̃ funt corpora, dicuntur prima principia mixtorum. Secundo, principium fimpliciter, & ita negatur aliquod corpus effe primum principium, quod probari poteft, tum ex ratione corporis; & de hoc infra: tum ex vnitate, quã Aduerfarij ponunt, & ita probat Ariftot. 1. in 3. de cœlo à tex. 41. ad 50. dum oftendit effe plures motus fimplices à medio. f. ad medium, & circa medium, ergo etiam principia illorum erunt plura, & corpora, quibus debentur ij motus, ergo prima corpora erunt plura, atq; adeo fi corpus principium, & fimplex eft principiũ, erunt plura principia. 9

Principium nõ eft vnum corpus.

Primum principium accipi tripliciter.

Secundo probat 1. de gener. tex. 1. quia inde tolleretur generatio fubftantialis, vt fusè alibi explicabimus, & explicatur.

Tertio patet ex ijs, quibus oftenditur principia debere effe contraria, nam ex ea ratione fupponitur dari duo principia, quę fe inuicem ab eodem fubiecto expellunt, quod fubiectum non effe corpus, patebit ex dicendis de natura materię, interim videri poteft Arift. 1. phy. t. 50. & 1. met. à tex. 10. ad 15. Hippocr. in lib. de nat. humana, Gal. lib. 1. de elementis.

Quarta Conclufio. Prima principia rerum naturalium non eft aliquod vnum ex elemẽtis; Probat Arift. 1. phyf. à tex. 32. & 1. de gener. à tex. 3. & à tex. 24. ad 36. & 1. met. à tex. 11. vbi quatuor fibi difplicere oftendit in ea opinione; Primum, quod cum difputationem effent aggreffi de principijs omnium rerum, omiferint principia rerum corporearum, cum hęc fint in rerum natura, corporeũ enim non poteft effe principium rei incorporeæ. Secũdo, quia cum caufas generationis, & corruptionis exponere conentur, & de omnibus phyficè differant, motus caufam efficientem pretermiferint. Tertio, quod cum quod quid eft rerum conarentur explicare, caufam formalem fubftantialem, à qua res præcipuè habent effe, minimè confiderarunt. Denique, quia cum ponerẽt vnum ex quatuor elementis, Terra excepta, effe primũ pri-

Nõ eft aliquod ex elementis, ex Arift.

principium, nec satis constanter loquuti sunt, cum alius Ignem, alius Aquam, alius Acrem posuerit, qui post Thaletem, & Pythagoram philosophati sunt, congrua ratione Terram à numero principiorum reiecerunt, nemine illorum asserente Terram esse principium cum magis illi, quam alijs elementis, hæc ratio conuenire videatur, vt ostendimus supra.

Secundo, quia experientia docet omnia elemēta inter se mutuo agere, & commutari, quia quodlibet est alteri secundum qualitates contrarium. Vnde consequitur mutuò alteratio, quę est via ad generationem, & corruptionem, ergo nullum elementū potest esse principium, tum quia quodlibet corrumpitur. Vnde eo corrupto, cum sit principium rerum omnium, necessè est reliqua etiam simul corrumpi, & nihil de nouo posset gigni, tum quia nō est ratio cur vnum potius, quam alterum sit elementum alterius, cum singula ex singulis generentur, & in singula corrumpantur.

Confirm. ex Arist. 1. phys. tex. 53. & 54. quia principium debet esse maximè remotum à cōtrarietate, vt ibi, & 1. de gener. tex. 19. 2. de anima, cuiusmodi non sunt elementa, vt ibi dicitur, & 5. phys. tex. 52.

10 Quinta Conclusio. Principium non est aliquod corpus mediū prius, & diuersum ab elementis; probat Arist. 3. phys. tex. 45. quia nullum tale apparet, nam vel illud corpus esset mathematicum, & hoc non est separatum à physico, nisi per rationem, vel est physicum, & hoc nullum est præter elementa, & ea, quæ constant ex elementis, tum quia nullus locus tanquam cōnaturalis illi tribui posset, tum quia non posset habere aliquam virtutem motiuam, vel qualitatem sensibilem. nam in rerum natura nō sunt aliæ huiusmodi qualitates præter eas, quæ sunt assignatæ ex elementis, vel ex illis ortæ; at omne corpus physicum debet esse mobile, & sensibile.

Non est corpus medium ex Arist.

Dices, probabile est dari formā corporeitatis in materia ab ea inseparabilem, ergo probabile est dari corpus prius, & diuersum ab elementis, ergo illud posset poni principium omnium corporalium rerū, quia illud esset incorruptibile, & aptum subijci omnibus formis.

An detur forma corporeitatis.

Resp. infra constabit id non esse probabile, quia non potest dari gradus genericus, nisi cōtractus ad certam quandam speciem.

Resp. 2. etiam si daretur illud corpus, adhuc non posset illi conuenire ratio primi principij, nam etiam si illi conuenirent aliquæ conditiones, non tamen omnes, quia iam esset ex alijs; ex quo etiam patet solutio argumentorum, quæ afferuntur contra supra positas conclusiones, quia licet huic, vel illi elemento, vel corpori conueniat aliqua conditio primi principij, non tamen conueniunt omnes, quod necessariū est, vt conueniat ratio primi principij. Quare ex illa conuenientia solum referri potest, q̄ vnum corpus magis, quam alterum accedat ad rationem primi principij.

Secundo probatur etiam si daretur illud corpus non posse esse principium, quia esset ex alijs, s. ex materia, & forma, tamen resolueretur in alia priora, quod tollit rationem primi principij simpliciter, & ex his facile soluuntur omnia argumenta suprapofita.

QVÆSTIO TERTIA.

De ijs, qui posuerunt plura principia, sed finita.

DVBITATIO PRIMA.

De ijs, qui posuerunt principia rerum naturalium esse duo.

PRimo Notandum, ex ijs, qui posuerunt plura principia finita, alij dixerunt esse duo, alij tria, alij quatuor, alij plura, quam quatuor, ideo nobis eorum sententiæ pluribus articulis explicandæ sunt. 1

Quot sint principia.

Secundo notandum, nō esse mirandum à nobis si eidē Auctori variæ opiniones tribuūtur, tum quia cum huiusmodi sentētias ex aliorum relatione scribamus, eas fideliter, vt varij Auctores retulerunt, scripsimus. Oritur autem inter Auctores huiusmodi diuersitas; tum quia antiquitatis vitio opera philosophorum cum interierint, non nisi traditione habētur, vnde vt sępè fit, varietas oritur, varietatem sententiæ eorum acceperunt, tum quia illi cū non satis clarè loquuti fuerint, sed ænigmatibus, & fabulis suam expeditionem inuoluerint, occasionem alijs dederunt, vt vario modo eas interpetrarētur, & nobis scriptas relinquerent.

Vnde varietas circa numerū principiorum.

Prima opinio est eorum, qui dixerunt principia rerum esse Terram, & Aquam; hæc à Porphyrio apud Simplicium 1. phys. tex. 49. tribuitur Anaximeni, & à Philopono 1. phys. tex. 48. & Sexto Empirico lib. 3. Pyrrhonicarum Hypotep. tribuitur Xenophani Colophonio, & à Plutarco opusc. de Homero, tribuitur Homero, qui efficiētem nomine Protei, materiam vero, quæ in speciem vertitur, vocat Eidothea, vt refert Sextus Empir. lib. 8. aduersus Mathematicos. 2

Alij duo principia ponunt.

Secunda opinio est Parmenidis, qui secundū sensum duo cōstituit principia, Ignem scilicet, & Aquam; ita refert Arist. 1. met. sum. 2. c. 3. & 1. phys. t. 41. & 48. & eadem tribuitur Hipponi apud Sextum li. 3. Pyrrhonicarum Hypot. c. 4. & Archelao Physico apud Laert. in eius vita, qui hæc duo principia vocabat calidum, & frigidum.

Duo principia secundum sensum, ignem, & aquam.

Tertia opinio est ponentiū Ignem, & Acrē, ita Oenopides Chius apud Sextum loco citato, & ad hanc reduci potest opinio dicentium, esse humidum, & siccum, vt refert Arist. 1. phy. tex. 48. qui per siccum fortè intelligunt Ignem, & per humidum, Aquam. 3

Esse ignem, & aerem.

Quarta opinio est eorum, qui dicunt principia rerum esse humidum, & calidum, est Cardani apud Scaligerum exercitatione 9. nu. 1. & eam explicat lib. 2. de subtilitate, vbi postquam dixit siccitatem esse principium humiditatis, & frigus, caloris, subdit duo esse rerum principia, vide-

Humidum, & calidum, ex Cardano.

videlicet ætherem, & aquam, ideſt calidum, & humidum; & ad hanc reduci poteſt Theleſij dictum, qui tantum Terram, & Cœlum vult eſſe principia, vt ſcribit lib. 1. de natura cap. 5. licet aliter in nouiter impreſſis, vt infra. A

Duum bonorũ, alterum malorum. 4 Quinta eſt dicentium, duo eſſe rerum principia, vnum bonorum, alterum malorum, omnesq; res eſſe compoſitas ex bona, & mala ſubſtantia, ita Zoroaſtres apud Plutar. lib. de Iſide. & Oſiride, quem quinque millibus annorum bellum Troianum ſcribit præcurriſſe, & principium bonorum vocat Oromazem, malorum vero, Arimanium, & hunc errorem ſequuti sũt Manichęi, vt refert Auguſt. lib. 1. retract. c. 15. lib. 8. confeſſ. c. 10. & in libris contra Manich. Epiphan. hæreſ. 66. Orige. lib. contra Marcion. Simplicius in Epitetum cap. 50. neq; eſt cur ad hanc reuocetur opinio ponentium plenum, & vacuum, de qua 3. cęl. 34. 1. de gener. 14. 1. phyſ. 41. 4. phyſ 52. quia de ea nos ſupra. B

Deum, & materiam expertem qualitatis 5 Sexta ſententia eſt Stoicorum, dicétium duo eſſe principia, nempe Deum, & materiam expertem qualitatis. Refert illam Plutar c. lib. 1. de placit. cap. 3. & lib. de communibus notion. aduerſus Stoicos, & Sextus Empir. lib. 8. aduerſus Mathematicos, & Deum quidem exiſtimarunt agere, materiam vero pati, & conuerti Et ad hanc reduci poteſt opinio Platon. qui ſecũdum Plutar. lib. de Iſide, & Oſiride. duo fecit principia.

DVBITATIO SECVNDA.

De ijs, qui tria fecere principia.

ART. I. Opiniones referuntur aliorum.

Terra, Ignis, Aqua, principia ſecundum aliquos. 1 PRimo, aliqui dixerunt eſſe Terram, Ignem, & Aquam, ita Onomacritus in Orphicis apud Sextum Empiricum lib. 3. Pyrrhonic. Hypot. cap. 4. & ſequuntur alij apud Alexand. 2. de gener. tex. 2. qui loco aquæ ponũt aerem, & eiuſdem meminit Philopon. 2. de gener. t. 2. & hanc videtur ſequi Theleſius lib. 1. de natura cap. 4. poſterioris editionis, qui ponit duas naturas agentes incorporeas, calorem ſcilicet, & frigus, & tertiam naturam corpoream omnis actionis, & operationis expertem ſui natura inuiſibilem, & nigram, quæ duas illas naturas, ſcilicet calorem, & frigus recipiat, & ex his cęlum, terram, reliquaq; conſtitui affirmat non aliud ipſa præſtante, niſi molem, & corpus. D

Quid Ariſtot. ſentiat. Secundo, Ariſtoteles materiam poſuit priuationem, & formam, de qua Nos infra plura.

Platonis ſententia. Tertio, Plato dicitur tria etiam conſtituiſſe principia, quæ autem illa ſint, non ſatis conſtat, nam Plutar. 1. de placit. c. 3. Simplic. 1. phyſ. 32. Sebaſtia. Foſſius commento in Timęum initio. putant Platonem poſuiſſe Ideam materiam (quam in Timæo vocat locum) & Deum, & tandem ei tribuit Alexand. apud Simpl. 1. phyſ. tex. 6. & 1. met. his addit cauſam finalem, Ariſtoteles vero 1. phyſ. 32. illi tribuit, quod poſuerit magnum, paruum tamquam materiam, & vnum tamquam formam, & 1. met. tex. 6. E

idem refert, quæ tex. 9. reducit ad materiam, q̃ ibi fusè explicat, & formam, quam dicit eſſe cuius participatione res naturales in ſpecie cõſtituuntur, & ibidem affert ea, in quibus Plato differt à Pithagoricis. Denique Simplic. ait, poſuiſſe Platonem materiam, formam, & priuationem, licet priuationis non expreſsè meminerit quia non componit in facto eſſe, tñ facilè colligitur ex ijs, quę ſcribit in Timæo, dum ponit materiam vnũ quid omnibus trãſmutationibus ſubiectum, eamq; nõ eſſe corpus aliquod vnum ſenſibile ex quatuor vulgatis elementis, quod hęc inter ſe mutuo tranſmutentur, at nõ ita primum illud ſubiectum. Denique docet eamdem materiam non habere ex ſe formam vllam, ſicut materia, cui imprimi debent figuræ, exactiſſimè læuigatur, vt nulla in ea inſit figura. Vnde apparet poſuiſſe priuationem, quam fortaſſe explicauit, dum inter rerũ principia poſuit non ens, licet aliter interpetretur Ariſt. 1. phyſ. tex. 30. & 31. vt infra; de qua re Simplic. 1. phyſ. tex. 6. 21. 30. 31. 32. 68. 74. 79. 80. & ſeq. & Magnus Syrianus 12. met. Diſput. pro Pythagora.

2 Verum quid Plato ſenſerit, non ſatis cõſtat, nam aliquando Plat. vnum cum Parmenide videtur poſuiſſe principium, quod in Parmenide illius ſententiam commendet, at Simplicius clarè oſtendit repugnare Parmenidi, vt colligit ex verbis Platonis in Sophiſta, & oſtendit Syrianus in 13. met. in defenſionem Platonis, & Pythagoræ, contra Ariſt. interdum videtur duo poſuiſſe, ſcilicet materiam, quam vocat omnia ſuſcipiens, & Deum tamquam cauſam mouentem, vt ex Theophr. refert Simplic. t. 6. *Plat onis ſententia dubia eſt.* C

Nonnumquam vero ex Philebo videtur ponere terminum infinitum, vnum, & incommiſcens.

Alij tribuunt Platoni, quod phyſica ex mathematicis dixerit conſtare, vt colligitur ex Timæo, & Ariſt. 1. & 2. de gener. & 3. met.

Sed in Sophiſta hoc tribuit eſſentiæ, motui, ſtatui, identitati, & alteritati.

Denique videtur ſex poſuiſſe principia, materiam, formam, efficiẽs, finem, ideam, & inſtrumentum. Primum vocat principium, in quo, ex quibus efficiens exemplar, ſeu ideam, & finem vocat cauſas; cætera vero concauſas, ita Simplicius 1. phyſ. tex. 6. Phylop. præfat. in Phyſicã, lege Them. ad tex. 32. Alcinoum de doctrina Platonis c. 9. Beſſarionem lib. 2. contra calumniat. c. 5. Conimbr. c. 7. q. 1. ar. 3. *Plato ſex videtur poſuiſſe principia.*

ART. II. Ponuntur principia, vt cognoſcatur opinio Platonis.

NOtandum primo, vt huius opinio cognoſcatur, oportet referre vniuerſam ſtructuram, & modum philoſophiæ Platonis; hic .n. plurimi fecit Pythagoram, quod audiuerit Architam Tarentinum, Pytagoræ diſcipulum. Vnde Ariſtoteles 1. met. dixit, Philoſophiam Platonis ſimillimam Philoſophiæ Pythagoræ, nam ſicut conſiderans conditionem corporum

rum naturalium, sequutus Heraclitum, dixit ea fieri, & fluere, non autem esse; vnde vt Princeps A Academicorum dicitur negasse dari scientiam sensibilium; ita in ijs, quæ pertinent ad mores, sequutus est Socratem, qui ob incōstantiam naturalium, scientiam naturalem omisit; & in separatis à materia Pythagoram, cum quo primo posuit Deum vnum omnium caput. Secundo ideas, tamquam numeros Diuinæ menti insertas, eiusq; essentiæ identificatas, & sicut meos prima non est ab alio participata; aliæ vero sūt participationes eius, ita distribuit ideas in imparticipatas, & participatas, & vt numeri sunt vnitatis participes, vnde dicuntur vniformes, ita huiusmodi ideæ sequuntur vnum i.mētem primam, eiusq; perfectionem participant, quæ per semina in materia principiata res physicas B constituunt.

Tertio, ponit materiam, quam in Timeo, vocat locum, qui quidem nunquam interit, sed omnibus, quæ fiunt, sedē exhibet, quia s. est locus generationis, & imitationis idearum, & sicut Pythagoras materiam explicabat duabus vocibus s. numero binario, & pari, ita Plato in Timeo eam vocat magnum, & paruum, tum vt significaret indeterminatam eius naturam, tum vt denotaret oppositionem pro generatione requisitam, & hanc materiam vocat infinitam, feminam vix opinabilem, non ens infra ens, Nutricem, exemplar diminutionis expers, quibus varias eius cōditiones explicat, vt patet ex Ti- C mæo, Philebo, Sophista, & alijs locis.

Materia apud Platonem non esse propriè principium, sed locum necessarium ad participationem idearum.

4 Secundo notandum, materiam non propriè esse principium ex eius sententia, sed locū participationis idearum necessario requisitum ad rerum generationem, vt patet ex Timæo, & Phedone, & similiter neque formam in materia apparentem, quæ est idea imit. non esse principiū, sed participationem principij, quia principium putauit debere esse æternum, alioquin eo perēpto, nihil superesset, at huiusmodi formæ oriuntur, & corrumpuntur.

Deus est principiū per ideas

Tertio notandum, secūdum Platonem Deū per ideas esse verè principiū, cui necessaria est materia pro rerum ortu, quam in Timæo ex- D plicauit per magnum, & paruum, & vnum, vnde primo ponit Deum, tum ideas, tertio locum idest materiam.

Probatur quod relata opinio sit Platonis.

5 Quarto notandum, hanc de principijs sententiam hucusq; explicatam non repugnare cū Platone ab ipso explicatam, nam cum in Philebo numerauit quatuor scilicet commiscens, infinitum, terminum, & vnum, eandem sententiam significat, quam posuimus, nam per cōmiscens intelligit efficiens; per infinitum materiam ob eius indeterminationem; per terminum, tum ideam, tum formam partis, quæ est ideæ imitatio in materia; per vnum denique intelligit rem genitam, quatenus est forma totius, & his con- E sentiens est sentētia Platonis, qua affirmat principia rerum esse numeros, & figuras, nam ideæ (vt diximus) vt numeri sunt, qui cum existunt in continuo, transeunt in magnitudinem, & figuras, & materia dicitur par, forma autem, quæ est imitatio ideæ, impar.

Quinque principia rerum secundum Academicos.

Dices, hæc sententia non est consentiens cū A ea, quam ponunt Academici, qui ponunt esse quinque principia rerum secundum essentiam, identitatem, alteritatem, motum, & statum.

Explicatur sententia Academicorum circa principia posita.

Resp. ex Proclo in Timæo, hæc poni vt rerū genera, ac modos, qui reperiuntur in rebus cōstitutis, quæ dicuntur genera quatenus sunt prima capita, ad quæ reducuntur omnes modi, & conditiones rerum, & dicuntur similiter principia, non quidem eo modo, quo materia, & forma, sed tamquam ea, quæ per res constituūtur tamquam per proprios modos, nam in singulis rebus modo eis consentaneo reperiūtur, & tria primo relata principia, & hæc quinque rerum genera in rebus corporeis inueniuntur B modo corporeo. In natura modo seminario. In anima modo rationali. In mente, modo intelligibili, ex quo Deus solus est supra compositionem caput generum, & principiorum, & vt in Diuinis dominatur identitas, & status, ita in corporeis, motus, & alteritas.

Pithagoras numeros posuit rerum causas.

Quinto notandum, ex Flandr. 1. met. q. 12. 6 Pythagoricos posuisse numeros esse causas rerum, sicut Plato posuit ideas; dicebant enim sensibilia esse quasdam immutationes numerorum, quatenus numeri, qui ex se non habēt positionem, eam accipientes, sensibilia causabant, Plato vero immutationis nomen transtulit in nomen participationis; nam cum Plato posuerit ideas immutabiles, vt de rebus possint esse C scientiæ, & definitiones, non conueniebat ei vti nomine mutationis, sed loco eius vsus est nomine participationis; verum licet Pythagorici posuerint participationem, & immutationem, non tamen explicarunt quomodo species communis participatur ab indiuiduis sensibilibus, quod tamen Platonici præstiterunt, vt notat Alber. 1. phys. tract. 5. c. 12.

Reprehenditur opinio Platonis

Sexto notandum, ab Arist. multis ex capitibus reprehendi opinionem Platonis. Primo enim quatenus ponit ideas. Secundo, 1. phys. tex. 80. quatenus leuiter attingit materiam. Tertio, text. 81. quatenus prænuntiat priuationem, Quarto, tex. 82. quatenus priuationē nō distin D guebat à materia, de quibus optime Flandr. 1. met. q. 12. & 13.

Physicus non ostendit non dari ideas.

Septimo notandū, non pertinere ad Physicū 7 ostendere non dari ideas, quia cum sint separatæ à materia, excedunt limites sui obiecti, ideo Arist. in metaphysicis varijs in locis, præsertim 1. met. sum. 3. c. 4. à tex. 25. inuehitur contra eas. primo ostēdens rōnes Plat. vel nihil cōcludere, vel plus cōcludere, q̄ ipse velit, nā primo, ideas ponit propter sciētias, quod obiectum scibile debeat esse immutabile, at inde sequitur debere poni ideas accidētium, quas ipse iure negabat, cum de essentia accidentis sit, vt non sit separatum naturaliter à subiecto. Consequentia pa- E tet, quia etiam hæc sunt scibilia, & quia hinc sequeretur debere ēt poni ideas proprias particularium, quod ipse negat, nam sicut datur idea hominis in communi, quia intelligitur homo in communi etiam corruptis omnibus indiuiduis, ita debet dari idea Socratis. quia eo corrupto manente specie eius repræsentatiua in imagina-

tione

tione Pauli, intelligitur Socrates, quæ rationes colliguntur ex Arist. t. 27. 28. & 29.

Soluitur argumentum Platonis pro ideis.

Deinde ideas Plato ponit propter participationem vnius naturæ à multis indiuiduis, quod putaret illud debere esse separatum à participantibus, alioqui iam non esset vnum, sed multa; sed neque hęc ratio probat, tum quia seque retur dari etiam ideas negationum; quia negatio v. g. hominis participatur à leone, equo, & alijs, quæ non sunt homines, & licet posset dici negationem non participari ab entibus, cum sit non ens, tamen satis est vt participetur à singularibus negationibus, quæ sunt in entibus.

Tum secundo, sequeretur debere dari aliam ideam cõmunem homini, v. g. sensibili, & ideali, quia vterque, conuenit in ratione hominis, atq; adeo abiretur in infinitum, quæ ratio maximè habet vim in sententiam Platonis, qui ponebat ideam, & indiuidua habere eandem rationem primario essentialiter existẽtem in idea, & participatiuè in indiuiduis, vt fusè ꝓsequitur t. 30. & eam impugnat Alens. tex. suo 53. & defendit Fons. ibi in tex. 30.

Confirmatur tex. 33. quia sicut dantur ideæ sensibilium, idest indiuiduorum, ita etiam deberent dari ideæ specierum, quæ sunt genera ipsarum, nam cum ideæ ponãtur propter participationem, sicut indiuidua participant speciem, ita species genus, ergo sicut species est exemplar indiuidui, ita genus est exemplar speciei. Vnde fieret, vt eadem species esset exemplar, & imago. Esset quidem exemplar, quatenus indiuiduum fit ad imitationem illius, imago vero quatenus fit ad imitationem generis (est enim imago quasi imitago) at hoc repugnat Platoni, qui negabat speciem fieri ad imitationem alterius.

Inutilitas idearum Platonis probatur.

8 Secundo, ostendit tex. 31. etiam si darentur huiusmodi ideæ, ad huc essent inutiles rebus sensibilibus, nam non essent vtiles illis quo ad motum, quia ideæ non ponuntur à Platone, vt causæ efficientes, vel vt mouentes; sed vt quidditates formales, & potius, vt causæ immobilitatis, & quietis, vt fusius ostendit Arist. 1. met. tex. 10. neq; conferunt illis ad scientiam, nam sciẽtia rerum habetur per interna earum principia, at illæ ideæ non existebant in rebus sensibilibus, quin etiam, vt ostendit text. 25. potius augetur difficultas sciendi, quia cum ponat tot ideas, quot sunt rerum essentiæ specificæ, quæ sunt in indiuiduis, quæ essẽtiæ ab ideis nõ differunt, nisi in æternitate, & immobilitate, oportet eum, qui addiscit præter naturas indiuiduorum, cognoscere etiam ideas earum, quod perinde facit, ac si quis non volẽs numerare aliquam summam pecuniæ, eam auget, vt commodius numeret, quibus addit alias rationes 3. m. à tex. 47. dum ostendit non esse in nobis indiuiduorum scientias à natura, qua ratione vtitur Flandr. 1. met. q. 12. ar. 1. in fin. corp. & 7. met. q. 16. ar. 2. Neq; conferunt ad esse ipsarum, siue vt earum essentiæ, siue vt earum exẽplaria, seu denique vt fiant, nam non possunt sensibilia per participationem idearum constitui, nisi sint illis vnitæ, vt albedo non constituit

A album, nisi informet subiectum, substantia .n. non potest esse separata ab eo, cuius est subiectum, idest essentia, vt rectè dicitur text. 33. Neque dicas cum Eudosso, & alijs Platonicis ideas esse quidem in rebus sensibilibus, sed non apparere, sicut Anaxagoras dicebat album esse mixtum in chao, quasi principium quoddam, sed non apparere, nam inde facilè est deducere multa contra hanc opinionem, quia non est vllo eorum modorum, quo aliquid in alio esse dicitur, quæ absurda hoc loco refert Alexander, dicens de ijs fusius actum esse ab Aristotele 2. lib. de ideis (qui tamen ad nos non peruenit) & omissis alijs absurdis, satis sit, quod repugnet positioni Platonis, qui ponebat ideas es-

B se separatas ab indiuiduis.

Non iuuant vt exemplaria.

Neque conferunt ad esse illorum tamquam exemplaria, tum quia agentia inferiora, dum agunt, nõ respiciunt ideas illas separatas, vt ad earum similitudinem producant effectus, nam agentibus per intellectum, satis est illis imago, quam habent in proprio intellectu. Vnde Plato non ponebat ideas separatas artefactorum; agentibus autem naturalibus satis est dirigi, & inclinari à primo agente per intellectũ ad hoc, vel illud faciendum, neque similitudo, quam dicit esse inter indiuidua, & illas ideas, ad hoc satis est, quia Alcibiades potest generari similis Socrati, etiam si non producatur imitatione

C Socratis; tum quia si per similitudinem ponendæ sunt ideæ, eiusdem rei essent plures ideæ, scilicet humanitatis, animalitatis, bipedalitatis, &c. quia in his omnibus indiuidua sunt similia, imò quia sicut species sunt similes in genere, sicut indiuidua in natura specifica, ita genera essent ideæ specierum, cum tamen Plato ideas ponat ingenitas, atque adeo non posse habere exemplaria, quia hæc non sunt, nisi earum rerum, quæ ipsorum imitatione fiunt, neque conferunt ad fieri rerum sensibilium (quamuis Plato in Phędone, siue de anima docuerit ideas esse causas, vt res sint, & fiant) quia positis ideis nisi adsit causa efficiens, res non fiunt; ablatis

D autem illis ideis positis causis efficientibus, multa fiunt, vt patet in artefactis, quorum non ponit ideas, vt dixi.

Ideæ non sunt numeri.

Quarto, ostendit à tex. 35. ad tex. 44. ideas nõ esse numeros, tum quia non possent esse causæ rerum sensibilium, siue dicantur res sensibiles esse numeros, siue proportiones numerorum, vt patet ex tex. 35. & 36. & fusè Flandr. explicat 1. met. q. 12. art. 4. vbi nititur soluere rationes Arist. contra Plat.

Confirm. tex. 37. quia ex multis speciebus, siue idealibus, siue sensibilibus, non fit vna species, sicut vnus numerus ex multis. Neque dicant numerum non componi ex numeris mino-

E ribus, sed ex vnitatibus, nam vnitates componentes, vel sunt eiusdẽ speciei, & sequitur ideas nõ differre specie inter se, quia solum differrẽt paucitate, & multitudine, & sequuntur alia absurda, de quibus lib. 3. metaph. vel sunt diuersę speciei, & neque, tum quia non possunt differre specie, cum sint expertes qualitatis, atque adeo

adeo formæ, vnde sumitur differentia specifica, & diuersa forma colligitur ex diuersis qualitatibus naturalibus, quæ formas sequuntur; tum quia sequeretur eumdem numerum esse multarum specierum, vt v.g. decem millenarius, vt confici potest ex millenario decies repetito, ita ex centenario centies, & ex denario, millies, quia omnes numerorum species sumũtur ex numeratione vnitatis; Neque dicat vnitates vnius numeri esse eiusdem speciei inter se, sed differre ab vnitatibus alterius numeri, quia vnitates vnius numeri possent ingredi cõpositionem cuiuscumque alterius numeri; tum quia deberet dari alius numerus distinctus ab intelligibili, seu ideali, & sensibili, nã Arithmetica non agit de ideali, sicut neq; Geometria de magnitudine ideali, quia hæc pertinent ad Metaphysicam, neque de numero sensibili, quia de his non est scientia secundum Platonem, ergo debet dari alius distinctus ab vtroq; de quo agat Arithmetica.

Quid sentiendum sit de opinione Platonis ex Auctoris sensu.

Ideæ Platonicæ non possunt esse principia rerum naturalium.

11 Dico primo, ideæ quas posuit Plato, nõ possunt esse principia rerum sensibilium, patet ex dictis; & Confirmatur tex.44. quia non est principium mouens, seu efficiens, neque finale, quia hoc dicitur in ordine ad efficiens, propter quam dicitur efficere, neque formale, siue intrinsecum, cum causa formalis intrinseca sit vnita rei, cuius est causa, neque extrinseca, quia (vt diximus) nullum agens naturale ꝓducendo effectus, ideas separatas respicit, neq; principium materiale, quod tex.45. vocat subiectam substantiam, quia & hæc similiter debet esse intrinseca rei, & non satis explicatur per magnum, & paruum.

Materia nõ bene explicatur à Platone per magnum, & paruum.

Dico secundo, Plato nõ rectè explicauit materiam per magnum, & paruum, ita Arist.1.metaphys.tex.45. Primo, quia magnum, & paruũ, seu dualitas indefinita magis videtur esse materia mathematica, quam naturalis; tum quia magnum, & paruum potius videntur prædicari de materia, tamquam differẽtiæ eius accidentales, quam vt differẽtiæ essentiales, sicut Veteres naturales dicebant de raro, & denso, quia magno, rarum, paruo autem densum proportionaliter respondent, nam illa consistunt in excessu magnitudinis, hæc in defectu.

Tertio, quia in hac positione Plato secum pugnat, nam si magnum, & paruum sunt materiale principium, vel hoc est mobile, & sequitur ideas, in quibus Plato ponit magnum, & paruum esse mobilia, quod pugnat cum Platonis sententia de ideis, vel non est mobile, & sequitur res sensibiles non esse mobiles, cum careat principio passiuo motus, quia Plato nullũ aliud principium materiale in eis posuit, nisi magnum, & paruum; quare aufertur tota consideratio rerum naturalium.

Prima obiectio pro ideis.

Dices, constat omnia sensibilia esse vnum; hoc autem non est ratione formæ, quia hinc potius est distinctio, ergo ratione materiæ, non quidem sensibilis, quia hæc est diuisa, ergo ratione vnius materiæ intelligibilis, quam participent.

Refellitur obiectio, & declaratur quomodo omnia sint vnum.

Sed contra tex.46. quia omnia non sunt vnũ simpliciter, idest vnum numero, sed vnum in quid, idest in aliqua natura communi (si tamen hoc aliquis admittat, nam probabilius negatur, cum negetur ens esse quid vniuersale, & genus, vt lib.4. met. initio ostendit, sed propter hanc conuenientiam in natura communi non requiruntur ideæ, vt alibi ostendemus.

Plato malè confundit materiã cum priuatione.

12 Tertio, quia non satis distinguit materiam à priuatione, vt Arist. ostendit 1.phys. à t.29. nam cõcedebat Plato materiã esse per se nõ ens, vnde cum res fiant ex materia, dicebat fieri ex nõ ente, at constat hoc esse falsum, tum quia materia est non ens secundum accidens, idest ob priuationem adiunctam; vnde dicitur materia dicitur non ens, nõ per se, sed per accidẽs 1.phys. 81. at priuatio est non ens secundum se, tum quia materia est per se quodammodo substantia, vt scilicet substantia accipitur pro ea, quæ ponitur in prædicamẽto, cuius materia est pars, nam vt substantia accipitur vniuersaliter quatenus distinguitur ab accidẽte est propriè substantia, at priuatio nullo modo est substantia, tum quia nõ explicauit, an distinguitur ab elementis, vnde ea non vtitur, dum loquitur de elementorum genere, 1.de gener.tex.4. tum qa nomine magni, & parui, siue simul, siue seorsũ illæ voces pronuntientur non duplicem cõditionem materiæ, sed vnam, idest indeterminatam eius naturam explicabat; vnde ternarium numerum principiorum à Platone positum, .i. magnum, paruum, & vnum, non esse ternarium rerum, seu rationum significatarum, qualis est ternarius Peripateticus, sed vocum; vnde Arist. 1.phys.t.55. reprehendit Platonem, quod contrarietatem principiorum pertinentem ad formam, tribuit materiæ.

Tum quia & si agnouerit priuationem existentem in materia, tamen eam neglexit ponere, vt principium distinctum, quia solum dixit materiam esse principium ortus, & interitus, q; ea sola remaneat cum forma, vt concausa compositi quoad non fieri, & à Platone dicitur proles, sicut materia dicitur mater, priuatio vero, quia ob eius maleficium, quia scilicet est negatio formæ, dicitur nõ esse principium, quod tamen esse falsum, patet, qa omninò necessaria est priuatio ad rerum generationem, vt ostẽdit tex.81. ex appetitu materiæ.

Tertio, quia locum putauit esse materiam, dum in Timæo eam vocat locum formarum.

Quarto, qa physicum ex Mathematicis constare dixit.

Quinto, quia non solum physicas formas, sed mathematicas posuit separatas à materia.

Sexto, quia principia mortalium posuit æterna, dũ ponit ideas, cum debeant esse mortalia, 3.cœli 61 (quod an rectè, respondetur alibi.)

Septimo, quia motum, & statum constituit inter quinq; rerum genera, cum nequeant esse genera ob analogiam attributionis, quam inuoluunt, vt probatur 3.phys.t.4. & Nos alibi.

Octauo

Octauo, & prędicta principia, & genera Plat. tribuebat ideis, cum tamen ideæ sint à materia, & principijs separatæ.

13 *Secunda obiectio pro Platone.* Dices, Plato videtur exactissimè naturam materiæ patefecisse, nam vt patet ex eius Dialogis, Timæo, Philebo, Sophista, & alijs: primo constituebat Deum supra ens, ideas esse ens, formas vocabat vmbras, & imitationes idearum in materia apparentes, materiam vero nunquam dixit esse nihil, sed infra ens, locum imitationum, & vmbrarum, & exemplar Diuinitatis expers, quod si aliquando vocat non ens, non est mirum, quia non est ens actu, ob quam rationem etiam Aristoteles aliquando vocat non ens.

Confirm. quia ex 2. de gener. t. 4. materiam ex Platone dicit esse hoc aliquid, ergo est verè ens.

Refellitur obiectio. Respondeo, Aristotelem iure repræhendisse Platonem, quia Plato approbauit sententiam Parmenidis, dicentis, quidquid est præter ens, esse non ens sine vlla distinctione entis, & vnius; & addebat dari non ens, ex quo res fierent, & hoc non ens dicebat esse materiam; & præterea, ex eo, quia materia, & priuatio erat vna numero, dicebat etiam esse eadem specie, atque adeo eodem modo ad ortum, & interitum conspirare; at constat priuationem per se esse non ens, ergo idem fateri debet de materia, cum illa nullo modo distingueret; quod si alibi aliter loquitur, ab inconstantia excusari non potest, & quod leuiter materiam attingerit.

Ad confirmationem, per ly, hoc aliquid, non denotari, quod verè est, sed est inuariabile; qua ratione in Timæo eam dixit esse locum, qui numquam interiret.

Tertia obiectio. Dices secundo in tex. 79. ait Platonem non distinxisse materiam à priuatione, at text. 80. ait eum neglexisse priuationem, non autem materiam, & illam esse maleficam; hanc vero vt matrem, & hæc indicant ea distingui.

14 *Refellitur obiectio.* Respondeo, non tribui Platoni, quod priuationem absolute neglexerit, sed quod neglexerit ponere, vt distinctum principium materiæ; & quod, additur de maleficio, id Aristoteles docet, quod qui considerat effectum priuationis, facilè videt eius maleficium, nam vt esse optimum, ita non esse, quod causat priuatio in materia, est deterrimum, & hinc Aristoteles ait, priuatio sæpe videbitur non esse, idest dum consideratur secundum se, nam ex accidenti quatenus est idem cum materia, est ens, & licet priuatio quatenus principium formæ posset dici benefica, non tamen hoc illi tribuitur, quia est principium illius recedendo, & ideo dicitur ex accidenti principium boni, sicut ægritudo est causa, vt quis sanitatem quærat.

Cur materia apud Plat. dicatur paruum, & magnum. Dices tertio, cum materia à Platone dicatur magnum, & paruum, nam cum magnum, & paruum pertineant ad quantitatem, non satis aptè explicat naturam materiæ, quæ est substantia.

Respondeo, Platonem quinque posuisse principia ad rerum ortum, conspirantia scilicet, efficiens, quod vocauit commiscens, seu vniens essentiam, idest ideam, terminum, idest formam, quæ cum sit imitatio quædam ideæ, dicitur terminus, vnum, idest compositum; & infinitum, idest materiam, quæ ratione priuationis adiunctæ, dicitur indefinita, seu indeterminata, quam in Timæo vocat magnum, & paruum; Aristoteles igitur omittit cætera, referens sententiam Platonis, & tantum meminit infiniti, idest materiæ, & termini; vnde constat Platonem duo tantum principia re vera posuisse, scilicet materiam, & formam, licet secundum vocem videatur ponere tria, quatenus materiam duabus vocibus explicat, scilicet magno, & paruo, & ideo eius materiam his vocibus descripsit. Primo, vt imitaretur Pythagoram, qui numeris rerum naturam exprimebat, & materiam appellabat denarium, quia vt denarius est initium multitudinis, ita materia, & etiam dicebat parem, quia vt numerus impar est causa figuræ quadratæ, & consimilis, ita par dissimilis, quod conuenit materiæ, ita Plato duplici voce materiam explicauit; binarius enim & par dicebatur à Pythagora numeri fœminini, & sicut binarius vnitati succedit, ita Deo, quia significatur nomine vnius, succedit materia tanquam chaos.

Secundo, vt conditionem materiæ indeterminatam significaret, sicut ijs vocibus significatur indeterminata quantitas cœua materiæ.

Tertio, vt significaret terminos oppositos transmutationis, magnum enim opponitur paruo, & sicut contraria sunt circa idem subiectū, ita magnum, & paruum; vnde denotatur materia esse capax contrariorum.

Dices quarto, cur materia dicitur concausa, & tanquam mater eorum, quæ fiunt. 15

Materia dicitur mater eorum, quæ fiunt. Respondeo ex Plotino enn. 3. lib. 6. cap. 19. Platonem in Timæo tria distinxisse, quod recipit, & tribuit materiæ tanquam matri, vnde recipit, & assimilat patri compositum, seu imitationem ideæ, & assimilat proli, vnde est mens tanquam pater; impartitur materiæ tanquam matri per medias rationes, tanquam per semina, imitationes idearum; assimilatur autem materia matri, tum quia vt mater solum passiuè concurrit, ita materia; tum quia vt proles educitur ex visceribus matris, ita forma ex potentia materiæ; & vt mater fouet, & auget fœtum; ita materia dat extensionem composito; tum vt mater indiget officio patris, ita materia officio efficientis; Plato igitur solas externas vocat causas; internas vero vocat concausas, quia causa externa, v. g. efficiens mouet, & dirigit internas; vnde internæ sunt motæ, & directæ, & hinc causæ externæ considerantur à Platone tanquam principales causæ compositorum; internæ verò tanquam instrumentales, & minus principales, quod externæ, causando internas, per eas medias causant compositum.

DVBITATIO TERTIA.

De ijs, qui quatuor, vel quinque, vel sex principia posuerunt.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Ponentes quatuor elementa principia.* PRima opinio est Empedoclis Agrigentini, qui Pythagoræ assecla, & oblati Regni contemptu clarus, rerum principia quatuor constituit elementa, vt refert Plutarcus lib.1. de placit. cap.3. Eusebius primo de præparat. Euangelica cap. 5. & ante hos Lucretius lib.1. post medium; sed præcipuè Aristoteles 1.phy. text.32. 41. & 50. 3.cœli text. 37. 1.de gener. cap.1. & text.56. 2.de generat. text. 37. 1.metaphysic.sum.2.cap.1.in fine, quia hęc quatuor elementa posuit tanquam materiam, quibus addit litem, & amicitiam, vt causam efficientem; vnde 1, metaphys. text, 51. illum laudat Aristoteles, & præfert Anaxagoræ, quod mixtis adiunxerit formam substantialem, quod etiam refert 2. physic. 22. & 1.de partibus cap. 1. hic enim duos dari mundos censuit: vnum vocauit sphœrum, & amicitiæ, in quo cuncta concordi pace essent ligata. Alterum litis, & inimicitiæ, qualis est hic sensibilis Mundus, in quo contraria inter se se perpetuo agunt, atque hos mundos inter se se statutis mensuris reciprocari; nam regnante amicitia, omnia redeunt in mundum sphœrum; lite verò regnante, mundum hunc constitui, eamque reciprocationem dicebat esse perpetuam, tantoque tempore regnare Imperium litis, quanto regnat Imperium amicitiæ, resque omnes generari dicebat ex coniunctione quatuor elementorum, atque inter se differre, prout magis, vel minus participant ex igne, aere, &c. & res corrumpi, cum inter se, & quatuor elementa disiungebantur. Ex quo patet Empedoclis opinionem duo propria præter Antiquos habere. Primo, quia facit principia effectiua diuersa, & contraria, scilicet amicitiam, quæ esset principium ordinis, & bonorum, & litem, deordinationis, & malorum, quia contrariorum contraria sunt principia. Secundo, quia ponit quatuor elementa, vt materiam, non quod illis vtatur vt quatuor, sed vt duobus ponendo, scilicet ignem ex vna parte tanquam actiuum, cætera vero vt passiuum.

2 *Ponentes quinque principia rerum.* Secunda opinio est dicentium rerum principia esse quinque, scilicet spiritum, ignem, siccum, humidum, & aera. Refert illam Diodorus Siculus lib. 1. rerum antiquarum cap.2.

Platonis opinio. Et ad hanc referri potest opinio Platonis, ponentis in Phylebo terminum, infinitum, vnum, commiscens, quibus addit in Sophista essentiam, quæ supra explicauimus.

Galeni opinio. Ad eamdem pertinere videtur opinio Galeni lib.de natura humana, vbi videtur dicere principia rerum esse quatuor qualitates, & materiam, vt refert, & confutat Valles. 1.phys.in c.7.sub fine.

Ponentes sex principia. Tertia opinio, est ponentium sex rerum principia, scilicet materiam, efficiens, formam, finem, ideam, & instrumentum, vt Platoni tribuit Simplicius, & Philop. locis in præcedenti sectione citatis.

ART. II. Opinio Auctoris.

3 *Refellitur opinio Empedocl. ex falsis, quæ supponit.* PRima Conclusio. Opinio Empedoclis, vt refertur, multa continet falsa, vt notat Arist.1.metaphysic. loco citato, nam deficit, & in modo ponendi, & explicandi sententiam, & in se; & quoad primum deficit in tribus.

Primo, præsupponit vt verum amicitiam congregare, odium vero disgregare, quod tamen apparet esse falsum in generatione vniuersa, nam odium non solum segregat partes ignis, v.g. à partibus aeris, & aliorum, sed etiā congregat inter se inuicem partes ignis. Contra vero cum elementa in vnum conueniunt, amor non solum congregat ad inuicem elementa, sed etiam partes elementorum diuidit, vt fiat vnum chaos mixtum, & confusum, in quo partes se inuicem penetrent, & commisceantur, vnde amor non tantum congregat, sed etiam disgregat in mundi corruptione, & odium non solum diuidit, sed etiam cōgregat in mundi generatione. *Odium etiam cōgregat amor etiam disgregat.*

Secundo deficit, quia dicit odium aliquo tempore determinato regnare in elementis, & alio tempore determinato, amorem; quod supponit per se notum, cum non sit.

Tertio deficit, quia non facit mentionem principij causæ finalis, vnde eadem inconuenientia ex hac sequuntur, quæ ex opinione dicentium vnum tantum elementum esse principium rerum.

Quarto, quia necessè est ponere vnum principium rerum efficiens, vt probatur 8.physic. & ostendit Flandria 12.metaphys.quæst.4.ar.1. ergo intendens probare huiusmodi principium, insufficienter posuit quatuor principia contraria, vel saltem duo; nam vt notat Diuus Thomas quæst. 3.de potentia ar.5. Antiquiores illi non peruenerunt ad cognitionem vniuersalium; tota enim eorum intentio circa formas speciales versabatur, & ideo posuerunt quidem aliquas causas efficientes, quæ ad hāc, vel illam formam materiam transmutarēt, vt Empedocl. litem, & amicitiam, quarum actiones ponebāt in segregando, & congregando, sed non posuerunt causas, quæ vniuersaliter rebus esse conferrent, & ideo secundum ipsos non omnia à causa efficiente procedebant: de qua re nos alibi.

Refellitur secundo Empedoclis opinio vt in se falsa. Secundo probatur, quod opinio sit in se falsa. Primo, quia prima principia non fiunt ex alterutris, vnde 1.phys.tex.42.dicitur oportere principia semper manere, at elementa generantur ex se inuicem, vt patet ex sensu, & ex 2.de gener.tex.8.

Con-

Confirmatur primo, quia hinc destruitur alteratio, quia in omni alteratione oportet esse idem subiectum, quod vtrique contrario subijciatur, non enim calor fit frigiditas, sed subiectum, quod prius suberat calori, postea subest frigori: at Emped. nō posuit vnum subiectum, sed plura subesse contrarijs, vt calidum in igne, & frigidum in aqua, quibus nulla erat materia communis secundum ipsum.

Confirmatur secundo, quia licet elementa possent dici principia generationis mixtorum, non tamen cuiuscumque generationis, non.n. eius, qua elementa inter se inuicem transmutātur, quia cum aer, v.g. mutatur in ignem, vel tota substantia aeris corrumpitur nulla eius parte remanente, & tunc ignis necessario creabitur, quia existet ex vi actionis sine subiecto, quod ipse Emped. negat, vel aliqua pars aeris remanet tamquam subiectum actionis productiuæ ignis, & tunc principium huius generationis non est aer, quia iam est corruptus, sed materia, quæ existit sub forma aeris tamquam aeris principium, ergo principium primum generationis non sunt elementa, sed materia communis elemētorum, quæ ratio habet vim, etiam si Empedocles negaret formas substantiales elementorum, easque poneret constitui per formas accidentales, quia etiam in mutatione accidentium necesse est ponere aliquod subiectum commune, quam rationem prosequitur Suarius disput. 13. metaphys. sect. 2. num. 6.

5 Dices. Vnumquodque componitur ex ijs, in quæ resoluitur, sed omnia corpora videmus resolui in quatuor elementa, non tanquam inefficientia, vel formalia principia. ergo.

Prima obiectio pro Empedocle.

Confirmatur quia omnes Antiqui dixerunt primum principium esse ignem, vel aerem, vel aquam, at multo magis debet etiam poni terra, ergo omnia quatuor elementa debent esse principia. Minor probatur, tum quia illud, quod est posterius generatione, est prius secūdum naturam, quia natura per generationem tendit in id, quod habet prius in intentione, sed terra, cum sit magis composita, & densa, vt concesserunt Antiqui, est posterior generatione. Tum secundo, quod licet terra secundum se accepta, non possit esse principium generationis, cum careat principio vitæ, vnde est frigida, & mobilis, tamen simul cum aere, & aqua, necessario est principium materiale rerū, quæ fiunt, quia hæc habet soliditatem, & retinet figuras, quod non potest illis prouenire ex aere, aqua, vel igne, vt patet, ergo est terra; & ideo si illa sunt principium, multo magis terra.

Respondetur obiectioni Empedoclis.

Resp. rectè probari elementa esse principia mixtorum, non tamen prima rerum naturaliū principia, quia ipsa resoluuntur in alia priora, scilicet materiam, & formam; & licet dicantur corpora simplicia, vt excludūt compositionem ex alijs elementis, non tamen compositionem ex materia, & forma.

Ad confirmationem Respondeo primo, rectè probari contra Antiquos ponentes alia elementa, vt principia, nō tamen terram, nam verè terra in corporibus mixtis habet multos effectus, vt probat argumentum.

Respondeo secundo, absolutè tamen non rectè probari, quia non est posterior generatione, sed potius prior via generationis; vnde Diuus Thomas optimè notat, differre prius simpliciter à priori, secundum quid, quia prius simpliciter semper debet esse perfectum; nihil enim reducitur de imperfecto ad perfectum, & de potentia ad actum, nisi per id, quod est perfectum: prius autem secundum quid potest esse imperfectum, qua ratione materia est prior forma, & partes compofito: Vnde constat, terram esse priorem secundum quid compositis, quatenus est materia illorum; neque dici potest prior intentione, quia hoc conuenit composito ex illa, & licet primo principio simpliciter attribuatur summa simplicitas, & summa perfectio, tamen hoc non potest tribui alicui principio corporali; nam in generabilibus, & corruptibilibus simpliciora sunt imperfecta. Ex quo Antiqui redacti sunt in angustias, nam considerantes de ratione primi principij esse simplicitatem, & perfectionem, & hæc duo non posse conuenire principio corporali; prælegerunt simplicitatem, dicentes, id, quod est simplicius esse primum principium, quia non agnouerunt res, nisi secundum motum, ratione cuius exeunt de potentia ad actum, in quo motu id, quod est simplicius, & imperfectius est prius; & ex his Empedocl. videtur fuisse de Secta Epicureorum, non nisi corporalia, & horum principia agnoscentium, vt notauit Albert. 1. physic. tract. 3. cap. 7. & Flandr. 1. metaphys. q. 10. ar. 3.

Terra non est prior intentione composito.

Aristoteles vero, & posteriores Philosophi, vt se ex illis angustijs liberarent primum rerum principium incorporeum esse dixerunt, vt alibi fusius.

Secunda Conclusio. Opinio Empedoclis reduci potest ad bonum sensum, quem verisimile est habuisse, nam cum Empedocl. eximia fuerit sapientia præditus, verisimile est commento illo quasi poetico veritatem quandam adumbrasse, quod commune fuisse antiquis Philosophis, testatur Aristoteles in proœmio metaphys. cap. 2. Empedocles igitur imitatus Pythagoram per illam productionem, & reciprocationem mundorum, significauit vniuersum à Deo, vt efficiente prodire, & ad eūdem, vt finem redire, & ideo constituit mundum sphœrū, & amicitiæ (idest Diuinam mētem, quam esse mundum, scribit Plotin. enn. 3. lib. 1. de prouidentia) principium, & finem rerum omnium, nam quod apud Pythag. est ipsum vnum; apud Plat. Mundus idealis, apud Aristotelem, Mundus eminentissimus: apud Theologos, Mundus increatus, hoc idem apud Empedocl. est mundus sphæricus, & amicitiæ, & dicitur mundus amicitiæ, quia ibi sine vlla pugna, & oppositione omnia sunt vnita; vnde Auerr. disput. 10. contra Algazelem ad ter- 6

Empedoclis opinio explicatur ex varia interpretatione.

tium dubium, asserit Deum collocatum esse super opposita, & contradicentia; dicitur verò mundus sphericus, tum ob consimilitudinem rerum, quia omnia sunt creatrix essentię; tum quia idem in eo est principium, & finis,& ab hoc mundo prodit hic mundus sensibilis imperante litę, idest mutua actione, & perplexione contrariorum principiorum. Dicitur inter hos mundos statutis temporibus esse reciprocatio, quatenus cuncta per æternam Dei prædefinitionem statutis temporibus à Deo prodeunt, & in Deum vt finem redeunt, nam omnium est primum,& maximè summum 1.cęl.t.100.

Secundo, alij aliter interpetrantur opinionem Empedoclis; nam nomine Mundi sphęri putant significatam fuisse materiam, quam Antiqui putabant esse totam essentiam, & naturam rerum cęlestium,& sublunarium,ex cuius necessitate secundum Empedoclem, vt dicitur in 2.phys.omnia fiunt, & in eam resoluūtur,vt indicat Arist. 12.met. tex 9. vbi Alexander tex. 4. & eadem materia dicitur mundus amicitię,quatenus omnia etiam cōtraria in potentia continet.

Cur quatuor elemēta posuerit Emped. vt principia.

Dices. Cur igitur quatuor elementa posuit esse principia. Resp. Empedoclem, cum denotasset nomine Mundi sphœri materiam addidit mundum hunc sensibilem ab eo prodeuntem, at huius mundi proxima principia non sunt alia, nisi elementa, ex quibus immediatè constituitur, & quia in hoc mundo est ortus, & interitus rerum; tum communis totius vniuersi, tum singularium partium, hinc addit litem,& amicitiam in ortu communi, vt dominante amicitia communi, consurgeret Mundus sphœrus,idest resolutio in materiam; dominante communi lite,produceretur Mundus noster; Contra vero in ortu, & interitu particulari, nam res generantur ex concordia elementorum; ex lite vero corrumpuntur. Dicitur tamen in hoc rerum ortu, & interitu duplex interuenire amicitia. Vna antecedēs,altera sequens, & quidem in Vniuersi constitutione amicitia antecedens reperitur in Deo,& Mundo sphœro; sequens vero in huius mundi ordine, & connexione concordi. At in partium mundi ortu amicitia antecedens reperitur in materia, sequens vero in mixto, quod ex contrarijs compositum conseruatur. Et hæc dicta sint de opinione Empedoclis,quæ licet hac ratione defendi possit, reprehensione tamen digna videtur, quod satis obscurè, & fabulosè loquatur,lege Perer.lib.4.c.18.

Tertia Conclusio. secunda, & tertia opinio supra relata, non rectè principia necessaria generationi naturali explicat, patebit ex dicendis infra.

DVBITATIO QVARTA.

A

De opinione Pythagoræ circa principia rerum naturalium.

ART. I. Refertur opinio Pythagoræ, ex aliorum sensu.

DE hac opinione fusè Plutarc.lib.1.de placit.cap.3.opusc.de Iside, & Osiride,opusc. de Homero, opuscul.de procreatione animæ, Diogenes in Pythagora, Carpenterius in Alcineam de doctrina Platonis cap. 12. Diuus Augustinus lib.de musica,lib.2.de ordine, vbi mirificè Pythagoram cum commendasset id lib.1.retractationum cap.3.retractat,quod tantum Ethnico retulerit, Macrobius de somn. Scipionis, Aulus Gelius lib.3. cap.10. Sextus Empiricus lib.9.aduersus Mathematicos.

B

Aristoteles 1.metaphys.sum.2.cap.3. 13.metaphys.fere per totum,præcipuè sum.3.& lib. 14.cap.5.8. & 9. Simplic. 1.physic.text.6. & 3. phys. 14. 26. vbi etiam Themistius, Syrianus in 13. metaphysic. Diuus Thomas lect. 8. vbi Flandr.quæst.11.art.2. Fons.cap.7. q.2. sect.5. Pererius lib. 4. cap.18. vbi aduertit hanc opinionem esse leuiter attingendam,quod iampridem è philosophia sit explosa,Conimb.5.phys. c.7.q.1.art.3.

Principia vel manifesta, & immanifesta, secundum aliquos.

Primo notandum, ex Flandr.1.metaph.q.11 1
C art. 2. ex antiquis Philosophis aliquos posuisse principia rerum naturalium manifesta,vt Thales, Empedocl. & alij; nonnullos vero posuisse immanifesta,vt Leucip. Democritus, & qui plenum, & inane posuerunt, & Stoici, qui dixerunt esse incorporea, & his annumerantur Pythagorici, qui in rebus mathematicis assueti, & nutriti ad ea omnia naturalia reduxere ex Aristotele 1 metaphys. sum.2. cap.3. dicentes principia mathematica esse rerum naturalium principia, quos sequuti sunt Platonici, & quia inter mathematica numeri sunt priores, ideo conati sunt ostendere causas rerum naturalium quantum ad esse, & quantum ad fieri,
D reuocare ad numeros, aptantes proprietates rerum sensibilium ad numerorum passiones, dicentes numeros esse principia, & primam substantiam rerum,cuius ratio affertur ab Alēsi, quia numerus habet quandam primitatem supra quantitatem continuam, cum sit simplicior, nam continuum illi addit situm; videtur enim ex modo loquendi numerus quidam situatus, vnde dicebant numerum primo descendere in magnitudinem mathematicam, deinde in naturalem, atque adeo esse totam substantiam vtriusque magnitudinis tamquam materiam, & passiones numerorum esse quasi passiones entium naturalium.

Pythagorici partim dissentiunt à naturalibus, partim conueniunt.

E Secundo notandum, ex Aristotele 1. metaphysic.tex.19.Pythagoricos à Naturalibus partim dissentire,partim conuenire. Conueniunt quidem, quatenus non vtuntur principijs, nisi ad reddendas causas rerum naturalium,scilicet cęlorum,& quæ ab eo pendent. Secundo,quia non agnoscebant alia entia, præter sensibilia,

Dis-

Dissentiunt vero, quia non sumunt principia ex rebus sensibilibus, sed ex rebus purè mathematicis, quæ exceptis ijs ad Astrologiam pertinentibus, liberæ sunt à motu. Vnde Alexander infert posse esse principia tam rerum naturalium, quam non naturalium.

2 Tertio notandum, omnes Pithagoricos conuenire inter se, vt dicant numerum esse substantia, & principium quasi materiale entium, & passiones numerorum per correspondentiam quandam esse quasi passiones entium, & vt numerus constat ex vnitatibus tamquam materia, ita dicebāt vnum esse primum principium numerorum, qui cum habeant prioritatem quandam respectu magnitudinis, dicuntur principia magnitudinis, atque adeo vnitatem esse principium numeri, & magnitudinis, quam definiebant esse ens, constans ex vnitatibus, positionem habentibus; vnde ipsam vnitatem, vt refert Arist. 1. metaph. sum. 2. cap. 3. & parem, & imparem appellabant, quod addita numeris paribus, efficeret impares; pares vero addita imparibus, & finitam, ac infinitam; finitam quidem, quod constitueret numeros impares ad vnionem, & perfectionem aptiores; infinitam vero, quod pares constitueret ad diuisionem, quæ in infinitum tendit aptiores; vnde Aristoteles loco citato ait, vnitatem virtute continere cæteros numeros.

Cur Pithagorici posuerūt numeros principia

Ratio autem cur Pithagorici numeros posuerint principia rerum, assertur à Sexto Empirico lib. 4. aduersus Mathematicos cap. de numero, & significatur ab Aristotele 1. metaphys. sum. 2. cap. 3. dum ait numeros, & esse priores rebus corporeis ob abstractionem eorum, & passiones naturalium prius reperiri in numeris, tanquam in causis, vt patet in proportione musica, quæ ex numeris desumitur. Ex his igitur probat Sextus Empir. quia in numeros resoluitur vniuersitas rerū, nam vt literę dicuntur elementa, & principia orationis, quia oratio constat ex dictionibus, Dictiones ex syllabis, syllabæ vero ex literis, ita Pithagorici ait, Physicos de vniuersitate scrutantes, oportere in primis examinare in quænam resoluatur vniuersitas, primo ostendentes non posse resolui in id, quod apparet, quia hæc constant ex non apparentibus, ergo rerum principia sunt, quæ non apparent, & hinc dixerunt principia hæc esse incorporea, nam vt elementa dictionis non sunt dictiones, ita elementa corporum non sunt corpora, quod confirmat, quia alioquin deberet procedi in infinitum in constitutione corporum.

Numeri principia incorporea.

Hæc autem principia incorporea, sunt numerus, nam omne incorporeum, quod ponitur, vt principium reducitur ad numerum, vt patet de ideis, quæ cum sint incorporeæ, à Platone ponuntur principia, nam vnaquæque idea si seorsum sumatur, vnum esse dicitur per alterius autem, aut aliarum comprehensionem, duæ, aut tres, aut quatuor; vnde fit, vt numerus sit transcendens earum substantiam, cuius per participatio-

A nem vnum, aut duo, & ex his plura, de eis prędicantur, & similiter solidæ figuræ, quatenus mente concipiuntur etiam si sint incorporeæ, non sunt principia, quia constant ex figuris planis, & planę, ex lineis; lineæ verò habent numeros, si quidem ex tribus lineis appellatur triangulus, &c. quin etiam simplex linea non est sine numero, quia includitur duobus punctis, omnes autem numeri ipsi quoque cadunt sub vnum, nam & binarius est vnus, scilicet binarius, & denarius est vnum caput, & vna summa numeri, & similiter de alijs. Hinc Pithagoras, duo dixit esse rerum principia vnitatem .s. ex cuius participatione vnaquęque res dicitur vna, & interminatum binarium, qui efficitur ex alteritate, & diuersitate adiuncta vnitati, ex cuius participatione sunt omnes terminati binarij, idest affixi rebus, quę numerantur, pro quorum explicatione. B

3 *Triplex genus entis secundum Pithagoricos.*

Not. quarto apud Pythagoricos omnia rerū entia reduci ad tria genera. Primum continet entia ex differentia, quæ dicuntur entia per se vt homo, equus, & omnia, quæ absolutè considerantur. Secundum continet entia, quæ dicūtur ex repugnantia, vt bonū, & malum, vtile, inutile, motum, & quiescens, & similia. Tertium continet relata ad aliud. vt dextrum, sinistrum, duplum, dimidium &c. quæ differunt ab entibus ex repugnantia, tum quia ex repu- C gnantibus interitus vnius est ortus alterius, & contra; morbi enim ortus est ablatio sanitatis; at relata, & simul sunt, & se perimunt; nō enim duplum, nisi sit dimidium, nec dextrum, nisi sit sinistrum; tum quia in repugnantibus nihil est mediū, vt inter viuere, & mori, at in relatis est medium, vt inter plus, & minus est sufficiens, & consonans, inter Acutum, & graue: Hæc autē tria rerum genera reducūtur ad superiora genera; nam quæ sunt per se, reducuntur ad vnū, quæ ex repugnantia ad æquale, & inæquale; relata vero ad exuperationem, & defectum; hæc autem adhuc ad alia superiora reduci possunt; & quidem æquale reducitur ad vnum, æquali- D tas enim fundatur in vnitate, inæquale vero ad exuperationem, & defectum; ex illis enim oritur; hæc autem reuocantur ad binarium interminatum, quia prima exuperatio, & defectus consistit in duobus, nempe in exuperante, & in exuperato. Hinc Pythagorici probant prima rerum principia esse primam vnitatem, & interminatum binarium, nam ex his fit vnum, quod est numerus, & similiter binarius, qui est post vnum, nam à prima vnitate fit vnum; ab vnitate autem, & interminato binario fiunt duo; bis enim vnum duo, & cum binarius non dum E esset positus in numeris, ne bis quidem erat in ijs, sed sumptus fuit ex interminato binario, quare ex eo, & vnitate natus est binarius, qui est in numeris, & similiter reliqui numeri ex his fiunt, vno quidem semper ambulante; interminato autem binario, duo gignēte, & extendente numeros in infinitam multitudinem. Ex quibus dicunt vnitatem habere rationem causæ agentis; binarium vero, materiæ patientis, &

quomodo dicunt ex ijs effici numeros, ita ex eiſdem conſtrui mundum, & quæcumque ſunt in Mundo.

4 *Pythagorici differunt inter ſe in poſitione principiorum.*

Not. quinto etiam ſi Pythagorici conueniãt in prædictis, tamen, vt colligitur ex Ariſtotele 1. met. ſum. 2. c. 3. adhuc differunt inter ſe, nã primo aliqui poſuerunt vnam tantum contrarietatem in principijs. Dicebant enim principia numerorum eſſe par, & Impar, quia hæc ſunt primæ numerorum differentiæ. Parem quidem numerum dicebant eſſe principium infinitatis; imparem vero principium finitatis, quia infinitum in rebus præcipue videtur ſequi diuiſionem, continui; par autem numerus eſt aptus diuiſioni, ſed Impar ſub ſe concludit par addita vnitate, quæ indiuiſionem cauſat, numeri etiam imparis per ordinem ſibi additi, ſemper retinent figuram quadratã, pares vero numeri figuram variant, ternarius namque additus vnitati, facit quaternarium, qui eſt primus quadratus. Rurſus quaternario additus quinarius, qui eſt ſecundus impar, nouenarium conſtituit, & ſic deinceps. Contra vero binarius, qui eſt primus par, additus vnitati, trinarium conſtituit huic additus quaternarius, qui eſt ſecundus par, ſeptenariũ conſtituit, & ſic deinceps. Vnde numeri pares ſibi inuicem additi, ſemper variant figuram, & propter hanc varietatem figuræ cauſatã à numero pari, & vniformitatem, cauſatam à numero Impari, infinitum tribuitur pari, finitum vero impari. Alij addunt hæc tribui his numeris, quia numerus par eſt aptus diuidi in duo æqualia vt continuum, cui tribuitur infinitas, & ceſſat diuiſio in partes, in quas finitur diuiſio in æqualia; & ideo huic, qui diuiditur in duo æqualia tribuitur finitas. Ex quo Aliqui interpetrari conãtur opinionẽ Pythagoræ, dicentis numeros eſſe totam quidditatem rerum naturalium conſtantem pari, & impari, nã inde ſignificare voluit compoſitionem ex actu, & potentia, ſeu materia, & forma, nomine ſcilicet paris materiam ſignificans ob eius diuiſionẽ; nomine vero imparis, formam ob eius indiuiſionem; materia enim eſt cauſa diuiſionis, ſeu corruptionis; forma verò vnionis, ſeu ſtabilitatis, & ideo dicebat numeros pares eſſe fœminas, impares verò, maſculos.

5 Secundo alij poſuerunt decem contrarietates in principijs; placebat enim illis mirum in modum numerus denarius, vnde omnia ad illum conabantur redigere; hæc autem ſunt ex D. Thom. & communi ſententia in 1. met. cum Ariſt. ibi.

Finitum	Infinitum	Lumen	Tenebræ
Vnum	Multitudo	Bonum	Malum
Dextrum	Siniſtrum	Quadratum	& altera
Mas	Fœmina	Parte longius	
Rectum	Curuum		

quæ tamen apud Simplic. 1. phyſic. tex. 42. alio modo referuntur, nam ponit ſequentes contrarietates.

Ordinatum	Inordinatum.
Definitum	Indefinitum.
Cognoſcibile	Ignotum
Marem	Fœminam
Imparem	Parem
Dextrum	Siniſtrum
Lumen	Tenebræ.

6 *Affertur ratio opinionis Pythagoræ à D. Th.*

Ratio autem huius numeri affertur à Diuo Thoma, quod non loquantur ſolum de principijs primis, ſed de principijs, quæ ſingulis rerum generibus attribuũtur, nam ſub his duabus coordinationibus continentur & bona, & mala perfecta, & imperfecta, & ſub prima coordinatione continentur bona, & perfecta; ſub altera vero, mala, & imperfecta, & alij addunt per vnam coordinationem ſignificata fuiſſe materiæ attributa; per alteram vero, propria attributa formæ. De qua re videndus eſt Diuus Thomas, Scotus, Alenſ. & alij in Ariſtotele, qui oſtendunt quomodo hæ contrarietates ex ſe inuicem pendeant, & quomodo ſint principia rerum omnium, ea reducentes ad tria genera, ſcilicet mathematica, naturalia, & animalia; & quidem reſpectu quantitatis diſcretæ ponitur vnum, & multa; reſpectu vero continuæ ponitur, dextrum, & ſiniſtrum ob poſitionem, quam dicunt; reſpectu vero naturalium, quia hæc addunt ſuper Mathematica virtutem actiuam, & paſſiuam, ideo ponitur mas, & fœmina cum ſequentibus contrarietatibus; reſpectu vero animalium, quæ addunt naturalibus cognitionem, & appetitum, ratione cognitionis ponunt lumen, & tenebras; ratione vero appetitus, bonum, & malum, ita etiam in magnitudine, & figuris reperitur perfectio, & imperfectio, ideo proportionali quadam ratione ponitur quadratum, & eius oppoſitum.

Tertio, denique Alimeo Crotoniates, qui Pithagora iam ſene philoſophatus eſt (vnde incertum vter ab altero opinionem acceperit) eamdem ferè ſententiam habuit, ac Pithagoras, nam dixit principia eſſe contraria; diſtinxit enim in duo, ſcilicet contraria, multas humanarum, id eſt ſenſibilium rerum eſſe contrarietates, ſed differt à Pythagoricis, quod illi contrarietates ponebant determinatas, explicantes quot ſint, & quæ ſint, & Alimeo indifferenter poſuit quaſcumq; contrarietates, vt album, & nigrum, dulce, & amarum, bonum, & malum, magnum, & paruum, & ſic indeterminatè de alijs contrarietatibus.

ART. II. Explicatur opinio Pythagoræ ex Auctoris ſenſu.

7 *Refellitur opinio Pythagoræ de numeris vt inſufficiens.*

PRima Concluſio. Opinio Pythagoræ eſt inſufficiens. Primo, quia licet videatur ponere cauſam formalem, verè tamen non ponit, niſi materialem, nam numerus dicit eſſe veluti materiam rerum omnium, & affectiones numerorum eſſe affectiones rerum

natu-

naturalium; numeri verò elementa dicit esse par, & impar, quæ virtute continentur in vno, A quod est primum principium numeri, at constat vnitatem esse partem materialem numeri, de qua ratione Arist. 1.metaphy. sum.2.c.3. Secundo, deficit, vt Arist. notat 1.met.tex.21. quia non ponit causas motus, & generationis, atque corruptionis, & eorum, quæ in cœlo feruntur; nam dicunt numeros esse principia rerum naturalium, at numerus, siue par, siue impar, non potest esse causa motus, sine quo nihil potest esse in natura, siue respiciantur ea, quæ fiunt in inferioribus, siue ea, quæ circa cœlum, quod probat Alens. tex.45. quod mathematica, inter quæ est numerus, abstrahit à ratione agendi, atque adeo mouendi.

Tertio, quia non potest per sua principia B ostendere differentiam corporum naturalium, cur scilicet aliqua corpora sint grauia, alia leuia, vel alijs qualitatibus prædita, quia numeri, qui ab eis ponuntur principia rerum, non magis aptãtur corporibus mathematicis, quæ nec grauia, nec leuia sunt, nec alijs qualitatibus prędita, quam corporibus sensibilibus, quæ sunt qualitatibus affecta, ergo nõ posuerunt principia propria corporum naturalium, quia hæc debent esse talia, vt per ea distinguantur à cæteris corporibus.

8 *Opinio Pythagora falsa.* Secunda Conclusio, opinio Pithagoræ nõ solum est insufficiens, sed etiam falsa, ita Arist. tex.22. quia numerus, quem ponit, non potest C esse causa rerum, nam cum ponit numeros esse substantiam rerum, si numerus esset causa earum, esset causa sui ipsius, quod repugnat; quo circa docet Arist. consultius hac ex parte Platonem fecisse, qui duo numerorum genera posuerit, alios in rebus sensibilibus, alios extra res sensibiles, quos dicebat intelligibiles, & causas sensibilium; facile enim se hac numerorum distinctione ab ea repugnantia liberauit.

Non habet probabilitatẽ ex ipsis verborum. Confirmatur quia si opinio intelligitur, vt verba sonant, non video quam probabilitatem habere possit, cum nulla ratione concipi possit quomodo numerus sit substantia rerum; tum quia numerus, vel nihil est, vel accidens D quoddam est, atq; adeo non potest esse de essentia substantiæ; tum quia vnitas, quæ est principium numeri, nihil addit supra ens, nisi negationem quandam, quæ non potest esse de essentia entis positiui, tum quia rationes, ob quas mouetur Pithagoras, nulius sunt momenti, quod enim numerus sit quid abstractius, quã magnitudo, non idcirco erit de substantia rerũ naturalium; sic enim intelligentiæ, quæ sunt abstractiores, & ideæ essent de substantiæ rerum naturalium, quin etiam abstractio obest, nam id, quod est de substãtia rei sensibilis, debet esse sensibile. Neque dicant, quod res naturales resoluuntur in numeros, & vnitatem, eo quod E hæc sint abstractiora, nam principium debet esse id, in quod resoluitur res, non id, quod abstrahit à re, & licet genus, in quod resoluitur species, abstrahat à differentijs, tamen nec differentiæ constitutiuæ ipsarum abstrahunt à speciebus, nec genus est principium physicum spe-cierum, sed metaphysicũ, neq; hinc fit omnem conceptum abstractiorem esse principium cuiuscumque rei minus abstractæ, ita enim qualitas, quæ abstrahit à spirituali, & corporali, esset principium substantiæ corporalis, & minorem vim habet ratio altera, quæ pro Pythagora adducitur, quod numerus sit de ratione consonãtiæ, quæ est quid sensibile; nam esto id concedatur, non tamen sequitur idem esse in cæteris omnibus rebus, vt facilè patet discurrenti per singula, & quod affertur ab Arist. tex.23. de mũdo, & ijs, quæ sunt infra mundum, esse in debita proportione, idest debito loco, & situ; proportio autem, quæ numerum importare videtur, nihil iuuat Pithagorę opinionem, tum quia hinc non fit numeros esse de substantia rerum, sed potius has supponi à numeris, sicut supponuntur proportione; prius enim res sunt in seipsis, quam ordinentur inter se. Vnde Arist. loc. cit. ait accidere secundum hũc locum iam pluralitatem esse constitutam magnitudinem; legite Arist. ibi, & Alens. in tex.47 & Flandr. loc. cit. ad primum, tum quia hæc proportio non includit numerum, quia tantũ est proportio loci, & situs, vt qualibet res sint in suo loco, & situ.

Dices, quæ sunt principia prioris, habent magis rationem principij, quam principia posterioris; at mathematicalia sunt principia corporis secundũ se, quod est prius corpore mobili, cuius principia sunt quatuor elementa ergo. 9 *Prima obiectio pro Pythagora.*

Confir. quia Vnitas est, qua quælibet natura est vna, sed quælibet res est vna natura per id, quod est, quia ab eodem res habet esse, & vnũ esse.

Confir. secundo forma dicitur principium rerum naturalium 1. phys. t. 77. sed forma nõ differt secundum rem à sua vnitate, quia ens, & vnum non differunt secundum rem, ergo vt forma est principium, ita & vnitas.

Confirm. tertio illud habet magis rationem principij, cui conuenit principiare per suam essentiam, quam id, cui conuenit denominatiue, & per participationem alterius, sed binario cõuenit per se, & naturæ cõuenit esse principium ratione binarij; si enim in natura nõ poneretur aptitudo quædam ipsius formæ, faciẽs dualitatem cum ea, non posset principiare, ergo magis habet rationẽ principij dualitas idest vnitas materialis, & vnitas formalis, seu aptitudo ipsius ad formam, quam ipsa materia.

Resp. corpus accipi dupliciter, primo mathematicę, & significat quantitatem secundum trinã dimensionẽ, & respectu huius materialia sunt principia. Secundo physicę, & significat ens substantiale integrum capax quantitatis, & huius principia hic quæruntur, non illius, quæ non possunt esse mathematicalia; tũ quia corpus physicum est prius corpore mathematico sicut substantia est prior accidente; tum quia principia accidentalia non possunt esse principia substantiæ, quia substantia non cõponitur ex non substantijs, & falso dicitur corpus secũdum se esse prius corpore mobili, seu physico, quia *Respondetur obiectioni.*

quia corpus substantiale secundum se idẽ est, ac corpus physicũ, seu mobile, vt alibi diximus. A

Ad Confir. primo Resp. Vnum posse accipi dupliciter. Primo quantitatiue; & ita dictũ potest esse principium rerum secundũ esse substantiale ipsarum, vt diximus supra. Secundo trascendentaliter, & ita licet sit idẽ ac ens, seu esse rei, adhuc tamen nõ potest esse principiũ, tum quia consequenter ens, vt patet ex metaphysicis secundum eam rationem, quam addit supra ens, tum quia qualitas est idem cum ente, neque potest esse principium respectu sui ipsius, quare nullo modo est principium entis, licet sit principium respectu numeri trãscendentalis, sicut vnum quantitatiuum est principium numeri quantitatiui, & sic patet ad secũdam confirmationem, & tertiam quia, ly, binarium est ratio concomitans ergo necessaria ad hoc vt materia, vel forma principiet. B

10 Tertia Conclusio. Opinio Pythagoræ potest interpetrari in bonum sensum. primo quia cum opinio secundum significationem verborum multa contineat, & absurda, & impossibilia, non est possibile tantæ sapientiæ virũ tam absurdam opinionem habuisse, & tot discipulos peperisse; quare alium habuisse sensum ac verba extrinsecus sonãt, probabile est, quo nomine Vnius, seu Vnitatis supra omnem multitudinem, & oppositionẽ collocatum Deum significauit, vt patet ex ꝓprietatibus, quas vnitati illi attribuebat, nam eminentissime omnẽ multitudinem includere, & in omnem multitudinem augere, & in illum fine sui diminutione effundere dixit. C

Quomodo intelligendus sit Pythagoras.

Secundo Ex hoc supremo vno Idearũ, quæ sunt numeri primi, & numerorum originales formæ prodeunt.

Tertio sunt rerum essentiæ, quæ dicuntur numeri per participationem, & imitationem, nam Deus ob Ideas, quas in efficiendo respicit dicitur cuncta proprijs, & definitis numeris ꝓcreasse, & Arist. 8. met. t.10. essentias rerum dixit esse sicut numeros, & Simpl. 3. a t. dixit numeros secundum Pythagoram non esse accidentia sed essentias rerum. D

Quarto continebat decem cõtrarietates tanquam proxima principia rerum, quibus significabat materiam, & formam, nam vna serie contrarietatis, quæ includebat imperfectionem, significabat materiam cum priuatione: Altera vero, quæ includebat perfectionem, significabat formam.

11 Ex quo patet ex sententia Pythagoræ quatuor constitui rerum principia, scilicet Deum, quem vocat infinitum terminum, vnum, supremum, vt scilicet distingueret ab vno, cui opponitur multitudo. Secundo Ideas, quas vocat numeros originales. Tertio materiã. Quarto formam, & vtramque aliquando dictis decem contrarietatibus iudicabat, vt significaret integritatem numeri earum, cum numerus crescat vsque ad denarium, reliqui numeri non sint, nisi repetitiones illorum; aliquando verò iudicabat numero pari, & impari, cũ dixit par & impar esse principia rerũ, vt supra explicauimus. E

Ex his igitur art. prodire essentias rerũ, quas vocat numeros per imitationem, & participationem; cætera videri possunt apud Magn. Syrianum in Com. in 13. metaph. ex philosophorum antiquorũ sententia; & doctoribus in 3. phys. t. 13. vbi Arist. agit de infinito.

Quarta Pythagoræ opinio a Platonis opinione in multis differt. Primo quia Pythagorici imitationem, Platonici, participationem, & imitationem nominant. Secundo quia Platonici, vt dicitur t. 8. principium materiale duabus vocibus, scilicet paruo, & magno, explicarunt. Pitahgorici verò vna voce, scilicet pari, seu infinito. Tertio Plato numerum posuit separatum à sensibus idest Ideis; at Pythagorici sensibilibus coniunctum. 12

Opinio Pythagoræ differt ab opinione Platonis.

Quarto Platonici entia mathematica posuerunt media inter sensibilia, & abstracta, & non ita Pythagorici, legite Aristot. loc. cit. & 13. ac 14. meta. Perer. lib. 4. c. 17. 18. 20. Fons. loc. cit. sect. 5.

QVÆSTIO QVARTA

Quid sentiendum sit de opinione eorum, qui infinita posuere rerum naturalium principia.

PRimo not. hos philosophos conuenire, vt statuant principia mobilia; differre vero, quod alij genere eadem, specie autem, & figura distincta, vt Democritus, Leucippus, & Epicurus. Alij verò etiam genere distincta, & contraria affirment, vt Anaxagoras. 1

ART. I. Continens opiniones Philosophorum.

PRima opinio fuit Anaxagoræ, qui patrimonio neglecto se totum philosophiæ tradidit sub Anaximenis disciplina, vnde postea tẽpore Xersis Florens Olympiade 70. docuit Auhelaum, Periclem, & Euripidem, & ex Diodoro Siculo lib. 1. rerum antiq. c. 1. Hic duo genera principiorũ statuit. Vnum efficiens, & hoc dixit, vt Stoici, esse mente, scilicet Deum omnis materiæ, & compositionis expertẽ, quo nomine cõmendatur 1. phys. a t. 34. 3. de anima 4. & 12. & 8. phys. 37. & à Platone in phœdone, vbi Socrates, cum desperasset se posse rerum principia, & causas cognoscere, audita sententia Anaxagoræ, erectum ei fuisse animum. Secundo ex parte materiæ asserit fuisse chaos idest confusionem cunctorum, quod in eo essent permixta omnia corpora similarium partium, non solum à nobis vocata Elementa, sed etiam, quæ nos dicimus mixta, vt est caro, ossa, nerui, & similia, eaque ponebat diuisa in partes adeo exiguas; vt essent insensibilia, & ita inter se permixta, vt in qualibet parte singulæ particulæ aliarum rerum continerentur (vnũquodque tamen denominabatur ab eo, quod magis

Explicatur opinio Anaxagoræ ex Diodoro Siculo. Primo ponente mentẽ secundo chaos.

extra

extra apparet, vt scripsit Lucretius lib. 1. & significat Aristoteles 1. phys. t.34. & 37.) hæc, autem ideo asserebat, quia videbat ex quolibet generari quodlibet, & ne concederet ex nihilo aliquid fieri, in singulis omnia præexistere affirmabat, vt 1. phys. 32. & 3. phys. 28. atque inde colligitur generationem apud Anaxag. non esse aliud, quam eductionem latentium partium; corruptionem vero apparentium partium, scilicet introductionem, quod significaui Aristot. 1. met. sum. 2. c. 2. dum res corrumpi, & generari singularium partium congregatione, & segregatione ex Anaxagoræ mente asseruit.

A

Et quia illas particulas dicebat esse distinctæ speciei vt colligitur ex 1. phys. t. 6. 32. 34. & 35. ideo necessario concedebat substãtiales rerum differentias, & substantialem generationem. Et quoniam generationem putabat cum Antiquis fore æternam, ideo dicebat illas particulas similes esse infinitas, quia si fuissẽt finitę, aliquãdo generatio cessaret, & cum illas particulas similares putaret esse rerũ principia, ideo dicebat principia rerum esse infinita.

B

Ex quo patet eos posuisse principia rerũ nõ solum quatuor elemẽta, vt est ignis, aer, aqua, & terra, sed omnia alia corpora similaria.

2 Tertio ponebat mentem præesse chao, vt efficiens materia, quam designasse nomine chaos ostendit Aristoteles 12. met. t. 9. nam vt ex materia educitur forma, ita ex chao res beneficio mentis, licet dignius dicat esse poni materiam, quia scilicet ea non ponuntur continere res in actu, vt ponebat Anaxagoras, sed in potentia, mentem vero ponebat esse in mundo, vt anima est in animalibus, & in eo causat motum, & ordinem, in quo nomine consistit bonum Vniuersi 12. met. 52. & hoc nomine Antiquiores superauit, qui temere loquebãtur, vt recte Aristot. 1. met. sum. 1. & 2. vbi docet hanc causam didicisse ab Hermotimo eius Conciue, licet Fons. ibi c. 3. in fine disputet an Hermotimus expræsse hanc causam posuerit, an vero implicite significauerit.

Mens præest chao vt efficiens.

C

3 Fundamentum autem cur poneret partes similares esse principia id est, quia illæ ex eo, quod sunt minimæ, sunt omnibus alijs etiam elementis priores, nam ideo dicuntur minimę, quia nõ dantur minores illis, alioquin daretur aliquod minus minimo, & ex eo, quia sunt similares, sũt minus remotæ à contrarietate, quod est necessaria cõditio principij materialis; & ex eo, quod in omni genere permanent partes illæ minimæ ideo dicuntur omnium rerum principia.

Fundamentũ Anaxagoræ.

D

4 Secunda opinio est ponentium duo genera principiorum quoddam non ens, quod vocabant inane, idque diffusum in infinitum; quoddam vero ens, quod vocabant solidum, & omnia dicebant constare ex inani, & hoc solido; Ita Leucippus Eleates, & Democritus illius familiaris 3. cœl. 38. quos sequitur Epicurus, quorum opinio colligitur ex Aristotele 1. phys. 41. 4. phys. 53. 55. 56. 71. (Vnde Pererius lib. 4. c. 9. probat dari inane) & 1. metaph. sum. 2. cap. 2. Pro cuius opinionis explicatione.

...ũ inane, & solidum ex Leucippo Democrito & Epicuro.

E

Not. primo solidum illud corpus esse Athomos existentes in illo inani, quibus varias conditiones, & proprietates, tribuebant, ita quod essent minima corpora indiuidua; negabant enim corpus esse diuisibile in infinitum; tum ne coacti ponere partes infinitas, cogerentur corpus maximum concedere esse æquale minimo, tũ quia posita huiusmodi diuisibilitate, necessario sequitur deueniendũ ad corpus non amplius diuisibile, quod secundũ Aduersarios est absurdum, quia posita in actu per actualem diuisionem ea diuisibilitate infinita, iam deuenitur ad corpus, quod non amplius esset diuisibile, quia alioquin non esset posita in actu tota diuisibilitas, vt refert Aristoteles 1. de generat. tex. 8.

Explicatur opinio prædicta & quæ sint conditiones athomorum.

Secunda quod essent corpora impatibilia, tum quia omnia principia debent esse huiusmodi, nam alioquin omnia in nihilum redigerentur, vt probat Galenus 1. de clementis c. 2. tũ quia carent inani, per quod passio penetrat in corpora. Ex hac sequitur. Tertia quod scilicet essent æternæ; si enim sunt incorruptibiles necessario sunt æternæ.

Quarta Omnes essent eiusdem generis, & naturæ, sed differunt accidẽtaliter triplici differentia positione scilicet, seu situ, quod scilicet alia sit superior, alia inferior, ordine prioritatis scilicet, & posterioritatis, figura circulari scilicet, & angulari, vt colligitur ex 1. met. sum. 2. cap. 2. & Cicer. lib. 1. de natura Deor. vbi fuse de his differentijs agit, negabant tamen scilicet has differentias vere esse contraria, quia figura, positio, & ordo proprie contrario carẽt.

Quinta has Athomos ab omni æternitate moueri per illud inane, non tamen propriè moueri ad medium, quia infinito inani nullum est medium.

Sexta per illum motum sibi mutuo fortuito occurrentes, inter se inuicem coniunguntur & ex ea fortuita coniunctione, gignuntur cœli, atque hoc vniuersum, vt colligitur ex Aristotele 2. phys. t. 44. 1. de partib. animal. c. 1. & hinc dicunt cœlos moueri in Orbem, nam cũ ob athomorum connexionẽ, & inclinationem non possint recta discurrere, voluuntur in Orbem, & ex ea reuolutione, aiunt, sequi distinctionem, & ordinem specierum, quæ sunt in vniuerso, vt colligitur ex 2. phys. t. 44. vbi Conimbric. notant, Democritum generationem animantium, stirpium, aliarumque minorũ mũdi partium retulisse in mentem, vel naturam, vel alias causas.

Septima hinc dicunt constitui varios mundos, qui infinities crescunt, & decrescunt, corrumpuntur & renascuntur; neque mirum id posse fieri, nam Athomi illæ sunt multitudine infinitæ, & sicut ex viginti quatuor litteris vario modo inter se connexis, innumeræ dictiones coalescunt, ita ex infinitis Athomis, infiniti mundi, vt notat Arist. 1. de generat. t. 5. & 1. met. sum. 2. cap. 2.

5 Secundo not. quod licet Democritus, Leucippus, & Epicurus inter se coneniant in prædictis conditionibus, inter se tamen aliquo modo dissentiunt, nam primo Democritus, & Leu-

In quibus differant Democritus Leucippus & Epicurus.

Leucippus (vt notat Alexander) putarunt athomos esse infinitas, non solum multitudine, verum etiam figuris; at Epicurus censuit athomos esse quidem infinitas, earum verò figuras innumerabiles quidem, non tamen infinitas secundum speciem, quod colligitur ex Aristotele 3. cœli t. 37. 1. de generat. t. 5. & videtur notare Lucretius, lib. 2. explicans opinionem Epicuri. Primordia rerum finitas variarae figurarum rationes, &c.

Secundo differūt, quia Democritus, & Leucippus nihil addunt tanquam efficiens motus præter ipsarum naturas, at Epicurus addit pōdus quoddam, quod nihil sine pondere putaret posse moueri.

Tertio differunt in motu, quia Democritus, & Leucippus putarunt Athomos rectè penitus & per lineas æquè distantes descendere; Epicurus vero aliquantulum inclinare asseruit, vt facilius sibi mutuo occurrerēt, & nedū rectorum, sed obliquorum etiam motuum sua inclinatione essent origines. Hinc Lucretius lib. 2. cecinit.

Quare etiam, atque etiam parum inclinare necesse est.
Corpora, nec plusquam minimum ne fingere motus.
Obliquos videamur, & id res vera refutet.

Quam etiam sententiā referens Cicero primo quæst. academicarum causam declinationis dixit esse, vt possint effici cōplexiones, copulationes athomorum inter se; & omisit potiorem inclinationis causam, nempe vt possint esse principia obliqui motus compositorū corporum; ex quo aliqui dicunt Epicurum posuisse tres motus, vnum per lineam rectam, alterū elisionis, & quasi reflexi ex mutuis athomorū ictibus, dum vna concurrunt, Tertium declinationis.

Quarto vt refert Suar. disput. 13. met. sec. 2. n. 2. alij posuerunt athomos omnino indiuisibiles, & sic dicebant corpora cōponi ex athomis; & inani, nam interpositio in athomis, quod Poros vocabant ex Fland. 1. met. q. 11. ar. 2. ex athomis soluitur, numquam moles potuisset accrescere, vt 5. met. c. 4. alij ponētes esse mathematicè diuisibiles, sed physicè indiuisibiles, non ponebant res componi ex inani, & athomis.

6 *An secundum prædictos auctores detur causa efficiens*

Tertio not. non leuem esse controuersiam an prædicti auctores abstulerint causam efficiētem, & finalem. nam etiam si putēt non quodlibet fieri ex quibuslibet athomis, sed determinatas res ex determinatis athomis, vt v. g. ex alijs fieri stirpes, & alijs lapides, tamen omnia fieri casu, & fortuito occursu athomorum, affirmāt. Vnde videntur tollere causam finalem, atque adeo etiam efficientem cum omne efficiens agat propter finem.

Et confirmatur ex 1. met. sum. 2. c. 2. vbi Aristot. testatur Democritum per negligentiā omisisse causam efficientem; Ex alia tamē parte repugnare videtur Aristoteles, tum 2. phys. t. 45. tum primo de partibus animal. c. 1. vbi significat Democritum existimasse cœlum quidem, & sydera casu effecta fuisse: alia vero, & plantas à certa quadam causa, natura scilicet, vel intellectu procreari. Neque dicatur certā causam ibi non referri ad efficientem, sed ad materiā; tum quia ibi loquitur de casu, & fortuna, quæ ex 2. phys. t. 65. non ad materiam, sed ad causam efficientem referuntur, tū quia explicans illam determinatam causam, dicit esse naturā, vel intellectū, & hæc inter efficiētes causas numerantur; Tum denique quod attinet ad materiam, vt stirpes, & animantes constituuntur ex certis athomis, ita etiam cœli, & eo magis, quo cœli natura esse firmior, atque diuturnior, quam sublunarium putatur. Quare non sat video quomodo hæc inter se cohæreant. Neque dicat hoc falso tribui ab Aristotele prædictis philosophis, quia non est verisimile Democritum, ab Antiquis tantopere laudatum, in inferioribus posuisse efficiēs, & finē, cœlo autem, casum, & fortunam, cum nullum erroris, & inconstantiæ vestigium in eo appareat; non inquam id dicas; tum quia non est verisimile Aristotelem id imposuisse Democrito eo tempore, quo Democriti opinio certius cognoscebatur, tū quia id est cōforme ijs, quæ de Democriti opinione scripsit Laertius, Cicero, & Lucretius, & alij, qui hunc fortuitum concursum athomorum, fortuitamque rerum generationem Democrito tribuūt. Quocirca verisimilius mihi est alteram partem circa productionem rerum particularium, quam Aristoteles dicit esse à natura, vel intellectu, non esse ex opinione Democriti.

7 *Opinio Anaxagoræ & Democriti in quibus conueniant.*

Quarto not. opinionem Anaxagoræ, & Democriti, ac aliorum partim conuenire, partim differre. Primo conueniunt, quia vtraque ponit chaos idest confusionem rerum æternam. Secundo infinitam congeriem rerum minutissimarum. Tertio particulas indiuisibiles physicè, & diuisibiles mathematicè, quod de Anaxagora patet ex 1. phys. t. 36. vbi Themistius, Philoponus, Simplic. ex Theophrasto; de Democrito verò probatur ex 3. phys. t. 29. vbi dicitur commune principium differre secundū magnitudinem partium, & figuram, quod notat ibi Simplicius, & Philoponus.

Confir. quia athomos ponebāt differre figura; hæc autem nequit esse in re indiuisibili mathematicè ex Simplicio 6. phys. initio. Quarto particulas illas esse impassibiles, idest inalterabiles ex Galen. primo de element. cap. 2. Simplicio 6. phys. initio. Quinto vtraque nō solum infinitas particulas, sed etiam infinitas species particularum, licet Anaxagoras dicat differre specie 1. phys. 35. Democritus ordine, situ, & figura. Sexto horum congregatione & segregatione corrumpi, & generari res.

Opinio Anaxag. ex Democrit. in quib. differt.

Differunt primo vocabulis, quia Anaxagoras vocat meridas idest particulas, Democritus, athomos, idest res indiuisibiles, similiter congeriem illam Anaxagoras vocat omiomeriam. 1. phys. 40. 1. met. sum. 2. cap. 1. Laertius in Anaxagora. Lucret. lib. 1. Democritus autem paspermiam idest omniseminarium 3. phys. 27. 3. cœl. 37. licet hoc vocabulum tex. 1. tribuatur

tur Anaxagoræ. Secundo Anaxagoras ponit particulas essentialiter distinctas, Democritus, accidentaliter 1. de gener. t. 1. Tertio Anaxagoras in singulis ponit infinitas particulas cuiuslibet speciei 1. phys. 34. 38. 3. phys. 28. Democritus athomos dixit esse impermixtas 3. phys. 28. vbi Simplicius, & Vicomerc. Quarto Anaxagoras sensu præditas ponit saltem in animalibus, sed negat Democritus Galenus 1. de element. c. 2. & 3. Quinto Anaxag. generationem ait esse non solum cōgregationem, sed extractionem particularum. Democricus vero solum congregationem. Sexto Anaxagoras agnoscit causam efficientem ex fine, Democritus casum.

ART. II. Confutatur opinio Anaxagoræ.

Reprobatur opinio vt falsa continens.

Primo tollit cognitioné rerū.

9 Prima Conclusio. Opinio Anaxagoræ circa rerum principia, & generationem multa continet falsa: hanc probat Aristot. 1. phys. à t. 35. ad 41. & 1. met. à t. 16. ad 19. & 1. de gen. t. 1. nā primo tollit cognitionē rerū, nā tūc rei naturam scire putamus, cum illius principia cognoscimus, sed infinita principia cognosci non possunt, præsertim cū secundū Anaxagoram principia non solum numero, sed etiā specie, nec tātum mole, sed etiam qualitatibus sint infinita.

Secundo tollit generationé.

Secundo probatur, quia tollit veram generationem rerum, tum quia (vt notat Philoponus 1. de generat. tex. 1. & Flaminius ibidem. q. 7. secundum Anaxagoram) nihil vere generaretur, sed tantum appareret, & emineret, cum antea latuisset; dicit tamen tunc v. g. carnem generari, cum carnis partes ita coirent, vt excellerent, & obscurarent partes homogeneas reliquarum rerum; quare merito Auer. 12. met. t. 18. istum generationis modum ad motum localem retulit; tum quia si principia, vnde pendet motus, sunt infinita, nunquā posset incipere motus, vt ostendit Aristoteles 12. met. & nos alibi, sed generatio secundū Anaxagoram penderet ex infinitis particulis, quæ debent foras extrahi, & intrò contrahi.

Tertio ponunt infinita in finito comprehēdi.

Tertio quia implicat finitam rē infinita cōplecti, quia qlibet pars addita alteri, facit maius ergo facta infinita additione, resultabit infinitū compositum, sed secundum Anaxag. in singulis rebus v. g. in certa portione aquæ continentur infinitæ particulæ non solum aquæ, sed et omnium aliarum rerum, quæ certé esse debent determinatæ quantitatis. Vnde confir. nam sequeretur aliquod corpus finitum esse infinities infinitum, quia portio v. g. carnis cōtineret infinitas particulas æqualis magnitudinis, & distinctæ speciei, vt cerebri, sanguis, ossis &c.

Confir. secundo ex tex. 37. Si sumatur certa quantitas aquæ, & ex ea carnis portio extrahatur, aut in infinitum ex illa aqua potest extrahi caro certæ magnitudinis, aut non.

Non primum, tum quia omne finitum per ablationem finiti, finitur, tum quia in rę finita essent actu partes æquales, non secundum quia sequeretur non in quolibet inesse quodlibet contra ipsum Anaxagoram, nā in aqua, ex qua extracta est omnis caro, iam non inesset caro.

A Respondere possumus extractionem abire in infinitum, non tamen finiri corpus, ex quo extrahitur esse infinitū, sicut ex quantitate cōtinua possunt extrahi infinitæ partes per diuisionem partium proportionalium.

Sed contra, tum quia licet in quantitate non detur minimum, tamen in re naturali necessario datur minimū, quo aliud minus esse nō potest, vt probat Arist. t. 36. ex determinata animalium, & stirpium magnitudine, nam si aliq totum est determinatæ quantitatis, necessario eius partes debent esse similiter determinatæ, & sicut cætera omnia prædicata rerū naturalium sunt determinata v. g. essentia, instrumēta, actiones, qualitates, itā & quātitas; cur enim ars exiget instrumenta determinatæ quantitatis, & non similiter res naturales; tum quia secundum Anaxag. necessario concedi debet extracta minima carne, quæ generari potest, manere nihilominus in eadem magnitudine infinitas caruncnlas minimè illi æquales, atq; adeo in re finita essent finitæ partes æquales, tū quia in diuisione continui apparet partes, in quas procedit diuisio, semper esse minores; at in generatione rerum non semper res, quę posterius generatur, est minor, sed aliquādo æqualis, aliquando maior præcedenti. 10

B Dices, licet partes v. g. carnis separatę ab alijs non possint esse minores, & minores, tamen coniunctæ, verè sunt minores, & minores, vt dicitur in quantitate.

C Sed Contra, quia licet partes componentes minimum, sint minores minimo, tamen illæ nō sunt separabiles; at secundum Anaxagorā essent separabiles, quia ex quolibet v. g. ex minima carne, potest qlibet extrahi, atque adeo minor pars carnis, q̄ esset separata minor minima.

Dices secundo non rectè ex determinatione totius colligitur determinatio partium, quia alia est ratio etherogenei, cuius conseruatio pendet ex aliqua eius parte determinata, vt v. g. animal ex corde, vel stomaco, &c. at non ita in composito homogeneo. 11

D Resp. hoc argumentum petere solutionem quæstionis, an in homogeneo detur minimum naturale, de qua nos alibi, nunc satis sit Aristotelem rectè argumentari ad hominem, nā Anaxagoras volebat animal non esse aliud, quā partes homogeneas, v. g. carnis, ossis, cerebri, &c. vnitas inter se cum tali ordine.

E Confir. tertio ex t. 39. Si quodlibet est mixtum cum quolibet, & possit ab eo separari, tunc colores, & accidentia, quę sunt mixta corporibus, possent ab his separari, quod esse impossibile, patet, quia tunc esset aliquod album, & sanatiuum, & nullum esset subiectum eius; quare dictum Anaxagoræ, quod separatio procedit in infinitum ex eo, quod non omnia separantur, est rectè dictum, sed non scienter, quia licet ipse non in hoc sensu, quo supra explicauimus, intellexerit non omnia esse separabilia; non enim loquebatur de accidentibus, sed de particulis substantialibus.

Confir.

Confir. quarto ex appetitu naturali intellectus, quo appetit complere, segregationem rerum. Vnde si nunquam posset compleri, frustraretur suo fine.

Quarto in t. 40. improbat modum generationis positum ab Anaxagora, quod scilicet q̄libet fit ex sua simillima specie, nã licet hoc aliquando sit verum, non tamen semper, vt in luto, quod fit ex partibus similibus, non tamẽ domus fit ex domibus, sed ex luto, lateribus, & similiter lateres ex luto, & aqua, & aer ex alterutris.

12 Dices. tertio phys. tex. 23. dicitur simile fieri à suo simili secundum speciem ergo.

Resp. Aristo. loqui de fieri ex alio tanquam ab agente, non autem tanquam ex materia, quinimo quando aliquid fit per alteratione͂, nunquam fit ex materia simili; vt bene Burlęus notat in t. 40. sed id aliquando conceditur, quando fit ex alio tanquam ex materia per congregationem, vt aqua ex aquis, & lutum ex luto.

Quinto in eadem sententia Aristotelis 1. met. t. 16. damnat, quod omnia posuerit à principio fuisse permixta, tum quia, quæ miscentur prius seorsim existunt, quam misceantur, vt inductione patet, & ex alteratione, quæ est necessaria vt ad mediocritatem redactam, miscibilia vniri possint, & ratio, quia miscibilia se habent, vt simplicia ad composita; simplicia autẽ præexistunt compositis; tum quia non quoduis potest cum quouis misceri; quæ enim mixtio albedinis cum scientia esse potest? nam illa sola nata sunt misceri, quæ nata sunt ad inuicẽ transire per aliquam alterationem, cum mixtio sit miscibilium alteratorum vnio; tum tertio sequeretur accidentia posse existere separata à substantia, nam miscibilia eiusmodi esse debẽt, vt seorsum quoq; existere valeant.

ART. III. Confutatur opinio Democriti.

13 SEcunda Conclusio. Opinio Democriti multa continet falsa. Primo quia ponit vacuum, quod repugnare naturæ ostendemus cũ Aristotele in 4. phys. t. 50. & sequentibus, vbi soluit rationes, quibus probabat dari vacuum.

Secundo quia facit non ens esse principium entium, & quidem constitutiuum, quod repugnare rationi ex se notum est.

Tertio quia statuit corpora indiuisibilia, q̄ videtur includere pugnantia, vt ostendemus in 6. phys. & licet dici possit eum posuisse indiuisibilia corpora, non quidẽ mathematicè sumpta, sed physice, tamen id non satis explicauit, & Aristoteles 3. cœli t. 38. & 65. aliter opinionem eius explicat.

Quarto quia ponit indiuisibilia moueri, q̄ esse impossibile, Aristoteles putauit 6. phys. & 1. de generat. t. 64. vbi soluit rationes Democriti, quibus probabat hunc motum, de qua re nos suo loco.

Quinto quia ponebat motum in athomis sine virtute motiua, vt diximus in explicatione opinionis Democriti.

Sexto quia nõ potest in eius opinione reddi ratio diuersorum motuũ; si enim omnes athomi A sunt eiusdem naturæ, non est, vnde alia moueantur deorsum, alia sursum.

Septimo concursus ille fortuitus non cohaeret cum ordine rerum, & effectuũ, quos videmus in vniuerso; quę enim fortuito eueniunt, raro, nec stabili lege eueniũt, at in vniuerso pleraque & sępe stabili, ac perpetua lege succedunt, de qua ratione nos alibi fusius.

Tertia Conclusio. Principia rerum naturalium non sunt infinita est contra Anaxag. & Democrit. & alios eorum sectatores, & probatur 1. phys. t. 35. quia sequeretur composita ex illis, non esse scibilia, quia infinitum vt sic, non est scibile 2. met. t. 11. cui rationi videtur obstare cognitio continui, quod est ex partibus infinitis. B Sed Resp. Burlęus, quod quædã sunt partes qualitatiuæ; & quædam sunt partes quantitatiuæ. Partes qualitatiuæ sunt partes diuersarum rationum, vt sunt materia, & forma, de quibus partibus verificatur illud cõe dictũ, scilicet quod ad hoc, quod ex aliquibus duobus fiat vnum per se: oportet, quod alterum sit actus, & reliquum potentia. Sed partes quantitatiuæ sunt partes eiusdem rationis, & tales sunt duplices, quoniam quædam sunt actuales, & quędam potentiales. Partes actuales voco illas, quæ possunt perfecte existere separatim, vt sũt minima naturalia, vel partes maiores partibus minimis naturalibus. Partes potentiales voco C illas, quæ non possunt separatim existere, vt est pars minor minimo naturali eiusdem speciei, vt caro minor carne minima, potente per se existere; tunc dico, quod omne compositum ex principijs, vel partibus infinitis qualitatiuis, est ignotum, quia ad hoc, quod totum cognoscatur oportet cognoscere omnes suas partes qualitatiuas; si vero loquamur de partibus quãtitatiuis actualibus, sic etiam dico, quod ad hoc, quod cognoscatur, oportet præcognoscere omnes tales partes quantitatiuas potentiales. Ad rationẽ igitur dico, quod omne continuum est compositum ex principijs, vel partibus infinitis quantitatiuis, nec ex infinitis par- D tibus quantitiuis actualibus, & ideo non sequitur, quod de continuo non possit esse scientia, quia partes continui, ex quarũ cognitione dependet cognitio totius, non sunt infinitæ.

Secundo probat, quia sequeretur compositum naturale esse infinitum, quia constaret ex infinitis principijs, quæ possunt separatim existere à toto. Vnde soluit Burl. in t. 36. instantiam, quæ affertur ex compositione continui, quod eius partes infinitæ sunt in potentia, non quia non actu existant, sed quia non existũt separatim, nec possunt habere actum separatũ, sed nos supra aliter soluimus hanc rationem.

Confir. ex t. 50. quia in vnoquoque, genere E datur vna prima contrarietas, atque adeo in genere substantiæ: at principia non omnia contraria ponuntur, sed prima tantum.

Confir. 2. ibidem, quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, at finita principia sufficiunt, quam rationem etiam ponit 3. de celo t. 37.

Con-

Confir. tertio ex ijs, quibus 3. phys. probat nõ dari infinitum. Confirmatur denique ex ijs, A quæ contra infinitatẽ affert Aristoteles 3. cœl. à t. 37. ad 40. & à t. 65. ad finem, vbi multa obijcit contra Anaxag. Democritum, & Leucippũ, quod primæ rerũ differentiæ sint finitæ, quod trianguli, qui sunt prima Elementa figurarum, sunt finiti; numerus autem Elementorũ est secundum numerum primarum differentiarum, quæ sumũtur secundũ Democritũ ex figuris, quam rationem etiam prosequitur t. 66. & etiã quia motus simplices non sunt infiniti, ergo & prima corpora, q̃bus cõstãt non sunt infinita.

15 Quarta Conclusio. Anaxagoras magis videtur accessisse ad veritatem, quã alij philosophi, B ponentes infinita principia, ita Arist. 1. met. t. 16 licet ipse expressè naturã materiæ primæ nõ intellexerit, nec explicauerit, quia duas causas, q̃ effectum ordine temporis antecedunt, efficientẽ scilicet materialẽ, melius, q̃ cæteri posuit, nã efficientẽ expressè explicauit, dum posuit intellectũ impermixtũ & purũ. & materiã primã videtur adubrasse, dũ posuit chaos, nã materia prima est similis chao, quia in ea secundum se totam, & quamlibet eius partem omnia confusè potentia, & sine ordine includũtur; vnde separatione rerũ ex eius potentia nunquã potest imponi finis. Vnde sicut de illo chao nihil eorũ, quæ continebantur poterat prædicari, quia nõ erat actuale, & completum ens, ita similiter, C quæ continentur in potentia materiæ primæ nõ possunt de ea prędicari; ergo ex proprietatibus, quas Anaxagoras tribuebat chao facile colligi poterat natura materię primę, licet male eam continentiam omnium in potentia materiæ primę explicauerit per mixtionem omnium in chao, (vt rectè notat D. Thom. 1. met. lect. 12.) tum quia aliter miscibilia sunt in potentia in mixto, aliter res in potentia materiæ primæ, nam in materia prima continentur in potentia purè passiua, at non ita miscibilia in mixto, quia manent virtualiter, quia mixtũ habet virtutẽ, motũ, & operationes corporũ miscibiliũ, quia mixtum, & si non sit actu D aliq̃ miscibiliũ, est tñ aliq̃ actu, q̃ de materia prima dici nõ põt. Sed hãc differẽtiã videtur remouere Anaxag. ex hoc, quod nõ posuit par-

16 ticularẽ aliq̃ mixtionẽ, sed vniuersalẽ omniũ.

Ex quibus patet verisimile esse, idẽ denotasse Esiodũ, & alios, qui pro principio chaos cõstituerunt; & quia materia est tanquam locus formarũ, & in definito quodam interuallo, ideo Arist. 4. phys. dixit chaos denotare interuallũ, & locum quendam. Vnde Esiodus cecinit.

Primo chaos factũ esse, & postea terrã latã, quasi oporteat primo fuisse internallum, eo q̃ putabat, vt & alij multi, omnia esse in loco, & alicubi, vt refertur 4. phys. t. 6.

Ex his secundo patet, q̃ sit à veritate aliena E interpretatio opinionis Anaxagoræ, q̃ referunt alij, nã Simplicius 8. phys. putat Anaxagorã per chaos denotasse vnitatem intelligibilẽ, hoc est mundũ Idealẽ, ex quo per superæ mentis prænotatione ... secernũtur, quæ sensibilẽ mundũ constituunt. Similiter Ioann. Picus familia, ingenio, & eruditione illustrissimus parũ à Simplicio recedens, inquit Anaxagoram denotasse Mundorũ ordinẽ, inferiorisq; à superiori emanationẽ; cũ enim detur mundus intelligibilis, Aethereus, & Elementaris, in singulis includũtur omnia, eisque præest mens Dei, cuius eminẽti prouidẽtia cũcta in lucẽ prodeũt. Sed horũ explicationes nõ cõsentiũt, neq; cũ sentẽtia, q̃ Aristoteles, & cæteri referũt, neque cũ verbis Anaxagoræ; nõ enim rectè mundus intelligibilis chaos dr, cũ hæc vox confusionẽ, imperfectionẽ, priuationẽq; ordinis indicet, quæ, vt lõgè absunt à conditione diuina, ita maxime cõgruunt materiæ, vt benè notat Piccolomineus c. 11. & Sextus Empir. lib. 8. aduersus mathematicos vbi eandem sententiam tribuit Anaxagoræ, Hermotimo, Parmenidi, & Hesiodo, q̃ nomine mẽtis omnia digerentis, & ordinantis intelligit Deum, qui est causa efficiens, per similariũ autẽ partiũ cõmixtionẽ explicauit materiã.

QVAESTIO QVINTA.

Quid sentiendum sit de numero principiorum ex Aristotelis sententia.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Not. In rebus naturalibus, quarum principia hic q̃runtur, duplicem considerari compositionẽ substantialẽ vnã, alterã accidẽtalẽ, quibus respondet duplex mutatio substãtialis scilicet, & accidẽtalis. Vnde Antiqui, qui omnia esse vnum dixerũt, vtrãq; cõpositionẽ vniuersaliter negasse, atq; adeo cõsequenter vtriusque mutationis principia, quãuis expressè nemo eorum hęc negauerit, & ideo Aristoteles, vt notauit Simpl. 1. phys. t. 6. initio supponit, vt concessum ab Antiquis dari rerum principia, qã tñ ponẽtes vnũ principium immobile, videntur virtualiter ea negare, vt notauit Hippocrates lib. 1. de natura humana, ideo Arist. 1. phys. t. 8. & 8. phys. t. 22. asserit eos totam scientiã de natura sustulisse, & Galenus lib. 1. de Element. contradicentia eos loqui affirmat, q̃ idẽ dici potest de ijs, qui vnum principium, sed mobile posuerunt; nam (vt rectè Arist. 1. phys. t. 8.) principium alicuius esse principium, necesse est. Ex ijs autẽ, qui plura posuere principia, pter Platonẽ, & Arist. & fortasse Democritũ, & Anaxagorã, qui formas substãtiales subodorati fuisse videntur, solũ accidẽtalis mutationis principia agnouerũt. 1 *Compositio duplex substantialis accidentalisque.*

Secundo not. ex triplici capite principia rerum naturalium negari posse. Primo, negando omnẽ mutationẽ, tunc. n. frustra principia mutationis quærerẽtur, & hoc vidẽt dixisse Xenophanes, Parmenides, & Melissus. Secũdo, negãdo eductionẽ, & corruptionẽ, q̃ omnia crearentur, & annihilẽtur, & hoc nemo ex Antiquis dixit, nam omnes dixerunt ex nihilo nihil fieri. Tertio, omnem mutationem substantialem, negando, & solum accidentalem agnoscendo, quæ principia substantialia sustulerunt, & in *Quomodo negentur principia.*

P hanc

hanc ſententiam iuere omnes ferè Antiqui,quia re vera negare non potuerunt in rebus naturalibus eſſe aliquam mutationẽ, ſaltẽ accidentalem, vt ex ſenſibus eſt manifeſtum. Quocirca aliqui dixerunt Ariſtotelem per calumniã impoſuiſſe Parmenidi, & Meliſſo,quod negarent motum,vt ſcilicet inde occaſionẽ ſumeret eos impugnandi, vel ſi id de tanto philoſopho ſuſpicari non licet,dicendum eſt eos negaſſe motum,non quod ita exiſtimarent,ſed ad experiẽda ingenia,& quod neſcirent reſpondere argumentis,& ideo Ariſtoteles 8. phyſ. t. 22. id tribuit infirmitati intellectus;quocirca ſolum manet difficultas de principijs mutationis ſubſtantialis,& ideo.

2 Tertio not. Ex mutationibus accidentalibus colligi ab Auctoribus res naturales eſſe compoſitas accidentaliter, nam cum ſenſu pateat, eandem rem eſſe nunc frigidã, nunc calidam, id certe intelligi non poteſt ſine aliqua mutatione,vel ſenſus,vel obiecti,quæ vel fit cũ productione rei de nouo,& habetur intentum, ſcilicet res in ſe mutari,& componi,vel ſine vlla productione de nouo,& dici non poteſt, nã vel hoc fit per additionem alicuius rei præexiſtentis;& ex hoc,ſi eſt accidens, ſequitur accidens migrare de ſubiecto in ſubiectum contra cõmune axioma; ſi vero eſt aliquod corpuſculum,& inde ſequitur rem,dum mutatur ſemp augeri, cum experientia pateat aliquando minui,& alterationem non eſſe,niſi motum localem, ſcilicet tranſitum corpuſculi de vno corpore in aliud.Præterea cum nos ſentiamus has qualitates neceſſario organum intrinſecè, & non per adiacentiam corpuſculi debet mutari.

Ex mutationibus accidentalibus colligitur compoſitio accidentalis.

Vel fit ſine additione alicuius rei extrinſecę, & neque, nam id fieri, intelligi poteſt, vel per tranſpoſitionem rerum, quæ ſunt in re, quæ mutatur, & reijcitur ab Ariſtotele 1.phyſ. à t. 35. contra Anaxagoram,nam non poſſet explicari quomodonon ſentiamus,modo calefieri, modo frigefieri,cum nihil plus frigoris,vel caloris acquiramus,neq; quomodo illæ qualitates ſint in eadem re ſimplici, & nõ appareant,neq; quomodo alteratio diſtinguatur à motu locali.

Vel per condenſationem, & rarefactionem veram, qua videmus nunc fieri rem maiorem, nunc minorem ſine additione rei extrinſecæ, & dici non poteſt,quia datur aliqua mutatio ſine vlla rarefactione,& condenſatione,vt patet, imo aliquando videmus aliquid calefieri, & nõ rarefieri,quod ſi eſt tantum apparẽs calefactio, qua partes magis diſtent per interpoſitionẽ alicuius corporis,vnde appareat maior, iam ſatis ex dictis impugnari poteſt; vnde ſequitur non poſſe intelligi mutationem ſine productione alicuius accidentis de nouo,atque adeo ſine compoſito aliquo accidentali.

3 Quarto not. ex mutatione accidentali colligi etiam mutationem, & compoſitũ ſubſtantiale,nam cum experimur igne calefieri lignũ, primum apparet calefieri retentis nomine, & proprietatibus ligni,tunc ita accendi,vt omnino, & nomen,& proprietates ligni deperdantur. Prima mutatio dicitur accidentalis. Secunda vero ſubſtantialis,quam fieri per productionem alicuius ſubſtantialis, alibi fuſius probabimus, nunc ſatis ſit, quod in ea mutatione non poteſt dici totam ſubſtantiam ligni corrũpi,& ea corrupta,produci ignẽ ex nihilo, quia id ſatis impugnatum ſupra ex communi axiomate ex nihilo nihil fieri 1.phyſ. 33.34.71.75.& in Xenophane; ob id enim non ex quolibet poteſt ꝑduci ꝗlibet 1. phyſ.43. quia ſcilicet requiritur aliquis concurſus ſubiecti, & videmus ex maiori ſubiecto produci maiorem effectum.

Ex mutatione accidẽtali colligitur compoſitum ſubſtantiale.

Neque poteſt dici totam ſubſtantiam, ſcilicet ligni manere cum ſubſtantia ignis, quia apparet lignum non manere, neque id poteſt ſaluari permutationem accidentalẽ,quia hęc mutatio ſupponit eandem naturam,& eſſentiã ſubiecti, ergo neceſſario ſequitur, vt in ea mutatione aliqua pars ligni maneat,alia corrũpatur, & loco illius ſuccedat alia pars,quæ cum priore efficiet vnũ cõpoſitum, quod dicitur ignis.

4 Ex his ſequitur nõ ſolũ debere cõcedi principia rerũ naturaliũ, ſed alio modo, ac antiqui poſuerunt; non .n. eſt tale, ex quo res oẽs per rarefactionẽ, & cõdenſationem generentur,ac Anaximanes, Diogenes, Apollinates, Hippon, Heraclitus,& alij,neq; plura,ex quibus per cõgregationẽ, & ſegregationem res generãtur,vt placuit Anaxagore,Empedocli,& alijs,neq; plura corpuſcula,ex quorũ varia coniunctione res fierent,vt dixit Democritus,Leucippus,& alij, ſed eſſet alia, vt aliquid de nouo producatur.

Principia ponẽda alio modo ac ab antiquis poſita.

5 5. Not. Ex tranſmutatione rerũ colligi etiã principia cõpoſitionis, ꝗ dicuntur rei genitæ, ꝙ rectè explicauit Mercenn. dilucidatione,qua via ꝓbetur corpora nãtalia cõpoſita eſſe ex materia,& forma,nã cum Ariſt.1.phyſ. t.41. accepiſſet principia eorũ,quæ fiũt, eſſe contraria,& vnũ contrarium non poſſe recipere aliud, colligit t.51. præter prima contraria dari tertium .ſ. materiã,quæ vnum contrarium .i. formã recipiat excluſo altero, .ſ. priuatione, ex quo ſequitur,vt omne,ꝙ fit,ſit cõpoſitum ex mãia,& forma,vt rectè Ariſt.1.phyſ.t.64. quare errauit Theophraſtus,dũ ex cõpoſitione corporũ probat numerũ principiorũ; prius .n. ex tranſmutatione probari debet dari principia,tũ corpora cõponi,& ex analogia ad corpora corruptibilia aliqui probant cõpoſitionẽ corporum incorruptibiliũ,licet Auerr. c.1.de ſubſtantia orbis id probet ex motu locali, quia ſcilicet omne,quod mouetur, eſt compoſitum ex parte mota, ſcilicet materia,& mouente, .ſ. forma.

Ex tranſmutatione rerum colliguntur principia compoſitionis.

Ex his patet erraſſe Auicen. dum ait probari compoſitionem corporum naturalium, pertinere ad metaphyſicũ,nã(vt recteAuer.1.phy. comm. vlt.) id pertinet ad phyſicum,quia motus,ex quo id probatur,pertinet ad phyſicum; demoſtratio autẽ pertinet ad ſcientiã, ad quã pertinet medium 1. rethor. c. 2. ſub fine. Neq; dicas motum conſiderari etiam à metaphyſica, quia conſideratur vt ens, qua ratione non poteſt eſſe medium ad probandã compoſitionem,tum quia ratio entis eſt communis ſimplicibus, & compoſitis;tum quia omne conſideratum ſub ratione entis,poſſet eſſe medium.

Compoſitio naturaliũ corporum non pertinet ad metaph. contra Auicennam.

Sex-

Sexto hic qri principia, nõ quæcũq; sed prima, q̃ nõ sũt ex alijs, sed omnia ex illis, sed tria interna, siue rei genitæ, ex qb⁹ .s. res cõponũtur, siue generationis, cui dicuntur intrinseca non quia illam componant, nam cum sit accidens, non potest ex illis componi, sed quia non potest sine illis intelligi, & definiri.

AR. II. Probatur principia nõ esse plura trib⁹.

6 *Principia tria sunt.* PRima Conclusio. Principia prima generationis non sunt plura tribus. Probatur ab Arist. 1. phys. t. 56. & sequẽtibus, quia transmutatio satis intelligitur si habeat vnũ subiectũ, & duos terminos; ita enim intelligi potest subiectũ transire ex vno termino ad aliũ. Secũdo ꝓbat t. 57 nã si essẽt plura, vel esset ex parte *Probatur ab Aristotele.* materiæ, vel ex parte cõtrariorũ. Non primũ qa cũ officiũ materiæ sit pati, ad hoc præstandũ sufficit vnũ; nõ .n. natura abũdat superfluis; nõ secũdũ, nã vel pluralitas illa reqreretur ex parte cõtrariorũ, vt termini sunt mutationis, & nõ, tum quia cũ omnis prima cõtrarietas exposcat vnũ primũ subiectũ mediũ, oporteret ponere duplicẽ materiã, cũ tñ satis sit vna; cũ .n. contraria se inuicẽ expellãt, necessario in eodẽ subiecto nata sunt fieri, tũ quia si ex vtraque cõtrarietate seorsum possunt cũcta fieri, iã altera erit superflua; si nõ possũt, iã neutra cõtrarietatũ erit cõmune principiũ, de cuius ratione est, vt omnia ex eo fiãt, tũ qa non posset determinari numerus principiorũ, nam qua ratione ponũtur duę cõtrarietas, ità possẽt poni tres, quatuor, & sic in infinitũ; tũ denique vt dr̃ t. 50. in omni genere est vna prima cõtrarietas; ꝑdicamẽtũ autẽ substantiæ est vnũ q̃dã genus, ex quo oĩa alia genera pẽdẽt, ergo in genere subtię est vna prima cõtrarietas, ex quo alię cõtrarietates pẽdẽt; vel illa pluralitas cõtrarietatũ reqritur ex parte agẽtis, & neq; qa ad agẽdũ sufficiũt duo cõtraria, vt recte ostẽdit Themistius 1. phys. t. 56. nã ad agendũ sufficit subiectũ priuatũ forma, quã sua actione introducit.

7 *Principia non infinita.* Ex quibus patet principia nõ posse esse infinita, vt recte probat Arist. à t. 35. ad 41. & t. 45. & 3. phys. à t. 65. tũ qa frustra fit per plura, q̃ põt fieri per pauciora. tũ qa nõ posset dari sciẽtia rerũ naturaliũ, qa pẽderet ex cognitione infinitorum principiorum.

Dices. Vnde Arist. ꝓbat, q̃ si essent duæ cõtrarietates, oportebit seorsũ esse quãdã naturã mediã idest materiã; posset enim dici, q̃ essent duæ primæ cõtrarietates, & vnũ subiectũ circa q̃ versentur duę illę cõtrarietates, sicut nũc de facto dicimus in eadẽ materia recipi frigus, & calorem, humiditatem, & siccitatem, quæ sunt duæ primæ contrarietates.

8 *An si duæ contrarietatũ species, debeat poni duæ species materiæ.* Resp. Piccolomineus annotatione in t. 56. rõnẽ indicari ab Arist. cũ eã nuncupet naturam mediã, nã variorũ cõtrariorũ varia sunt media, materia est media, quare variorũ primorũ cõtrariorũ varia est. Insuper materia est tanquam genus, potest ate cõtinẽs differentias, quare vt quæuis prima oppositio differẽtiarũ exposcit ꝓpriũ genus, ita de oppositione apta versari in materia putandum est se habere.

A Confir. qa vni, vt vnũ est, proxime iũgitur solũ vnũ, quare vni primo subiecto, vt vnu est, vna sola prima contrarietas est apta cõpetere, hinc 9. met. 17. asseritur ꝑ materiã res posse esse, & non esse; quod non esse, cũ sit iunctũ cũ potestate, priuationẽ cõstituit oppositã formæ, quæ est prima oppositio materiæ; sed non placet, qa alio modo materia dr̃ media respectu cõtrariorũ, ac qualitates mediæ respectu extremarum, nã qualitates mediæ dicuntur ꝑ participationẽ formalẽ, vel virtualẽ vtriusque extremi; at materia dr̃ per negationẽ, & potẽtiã ad vtrũq; extremũ, neq; materia est ꝓprie genus, vt alibi & ẽt si esset, sicut idem genus cõtrahitur ꝑ disparatas formas, ita materia per disparatas cõ- B trarietates. Quare melius Resp. Burl. quẽ sequuntur Venetus, & alij, q̃ nõ est cõsequentia philosophi ista, videlicet duę sũt cõtrarietates, ergo sunt duæ naturæ subiectæ illis contrarietatibus, sed illa est consequentia philosophi, si ad vnã transmutationẽ requirũtur duæ cõtrarietates, seu quatuor cõtraria, oportet, quod illis quatuor cõtrarijs correspondeant duæ naturæ subiectæ. Consequentia patet sic; impossibile est idem subiectum simul transmutari per se vnica transmutatione ad duos terminos, quia vna trãsmutatio numero, requirit vnũ terminũ numero, sed si in vna transmutatione essent duæ contrarietates, & per consequens quatuor contraria, oporteret, q̃ duo extrema C istarũ cõtrarietatũ essent termini, à quo, vel à quibus, & alia duo extrema essent termini, ad quem, vel ad quos. Cum igitur idem subiectũ non moueatur simul per se vnica mutatione ad duos terminos, sequitur quod illius mutationis sint duo subiecta, sic & duo termini, & sic principia vnius transmutationis sint quatuor contraria, siue duę cõtrarietates, oportet, quod illis duab⁹ cõtrarietatib⁹ correspõdeãt duo subiecta

ART. III. Afferuntur, & soluuntur argumenta contra primam conclusionem.

SEd contra hanc Conclusionem primo obi- 9 *Prima obiectio ex causis.*
D icitur, nam omnis causa est principium, vt dicitur 5. met. vbi Fonsec. c. 1. q. 7. sed causæ sunt quatuor, ergo similiter principia.

Confir. quia principiata sunt plura, quã tria, ergo etiã principia, quia sunt correlatiua, quorũ vnũ multiplicatũ, multiplicatur, & reliquũ.

Confir. secundo nam si sunt tria; vel tria numero, vel specie, vel genere, vel analogia, non enim alio modo poni possunt, vt patet ex 1. met. t. 11. & 12. Non primum nã sicut sunt innumeræ generationes numero distinctæ, ita ẽt & termini: Neq; secundũ quia formę specie distinctæ sunt plures. Neque tertium, tũ quia priuationes non habent genus superius, tũ quia nec formæ id habent, cum aliæ sint sub- E stantiales, aliæ accidentales, Neque quartum cum tota materia sit vnius speciei 1. phys. 69. & forte vna num. vt significatur t. 66. & 67.

Resp. aliqui ibi nomen causæ latius sumi, q̃ proprie accipi debeat, & accipiatur in 2. phys. nam causam appellat, vnde aliquod habet ori-

ginem, ſiue ſit vera cauſa, ſiue non, ſicut etiã 4. Met. magis expreſſe ſumpſit nomen principij, A quam 5. met. ſed non placet Fonſecæ, & merito, nam ibi aſſignat diſtinctionem inter principium, & cauſam, quare debet ſumere cauſam proprie.

Reſpondetur.

Reſp. igitur ibi latius ſumi principium, ſiue ſit de conceptu rei, ſiue non, & hoc modo omnis cauſa eſt principium; at hic ſumimus principium pro eo tantum, ſine quo res non poteſt intelligi, & ita negatur omnem cauſam eſſe principium, differt autem principiũ à cauſa vt ait Sotus q. 5. not. 2. quod principiũ dicat ordinem tantum, vt .ſ. præcedat aliud; at cauſa addit influxũ quendã, vt patet ex dictis.

Principiũ differt à cauſa.

10 *An multiplicato vno correlatiuo debeat reliquum multiplicari.*

Ad primam Confir. Reſp. Venetus, negãdo multiplicato vno relatiuo, multiplicari reliquũ B vt patet in vno patre, habente plures filios, neq; id aſſeri ab Ariſtotele, ſed tantum quot modis dr̃ vnũ correlatiuũ, dr̃ & reliquũ. Vnde tantũ ſequitur quot modis dr̃ nomẽ principij, totidẽ dicitur nomẽ principiati, nam ſicut eſt aliquod principiũ efficiens, ita aliq̃ principiatur efficiẽter, non tamen ſicut ſunt duo efficiẽtia, ita duo principiata, & hæc reſpõſio mihi magis placet, altera dicentiũ multiplicari vnũ ſicut reliquũ, non quidẽ materialiter, ſcilicet quoad entitatẽ ſed formaliter ideſt quoad relationes, quia hæc Reſp. nõ ꝓcedit in omni opinione, nã Thomiſtæ dicunt patrem per vnam relationem referri ad plures filios.

Ad ſecundam Confirmationẽ Reſp. eam di- C uiſionẽ non eſſe pluralitatis, ſed vnitatis, ꝙ alia ſint vnũ num. alia ſpecie, &c. vt patet ex 5. met.

Reſp. ſecundo principia cauſalitatis dici tria analogice, ſed diuerſo modo, nã priuatio analogice conuenit omnibus priuationibus, ſicut etiã forma omnibus formis; materia autẽ inferiorum eſt vnius ſpeciei; & cũ materia cœlorũ fortaſſe conuenit etiam genere, de qua re alibi.

Reſp. tertio etiam ſi principia materialiter ſumpta diſtinguantur analogice, tamen ſingula vnius gñis formaliter ſumpta poſſunt conuenire vniuoce, quia relatio principiandi v. g. vt terminus à quo, quæ eſt in omnibus priuationibus, poteſt eſſe vnius ſpeciei, vel generis; D principia autem communitatis omnia conſtat conuenire analogice, vt colligitur ex 1. phyſ. 49 & 12. met. 22. 27. 28. nam ſubiectum mutationis accidentalis, quod probabiliter ſe habeat ad formam accidentalẽ; at ſubiectum mutationis ſubſtantialis ad formam ſubſtantialem eſt, patet analogia attributionis; nam accidentia habent attributionem ad ſubiectum.

11 *Secunda obiectio ex numero cõtrarietatum primarum.*

Secundo obijcies, q̃a ex Ariſt. 1. phyſ. t. 56. in quolibet p̃dicamẽto eſt vna prima contrarietas, atque adeo cũ ſint decem prædicamenta, decẽ primæ contrarietates; at quælibet prima contrarietas eſt prĩcipiũ, ergo plura prĩcipia, q̃ tria.

Confir. nam ponitur vna prima contrarietas E in genere ſubſtantiæ, at ſupra hanc eſt alia prima cõtrarietas .ſ. formæ in cõmuni, & priuationis in communi, ergo ſaltem duæ primæ contrarietates ſimpliciter.

Confir. ſecundo, quia alia principia contraria ſunt in motu locali, alia in motu alterationis & alia in motu augmentationis, quin etiam in A mutatione ſubſtantiali, ſicut ſunt plures formæ ſpecie diſtinctæ, ita & priuationes, atque adeo nõ omniũ mutationũ ſunt duo princ. cõtraria.

Confi. tertio q̃a plus differũt forma accidẽtalis, & ſubſtãtialis, q̃ forma, & materia, nã hæc cõueniũt in eodẽ genere, illa verò differũt genere, ſed hæc cõſtituũt plura princ. ergo ẽt illa.

Reſpondetur ex Veneto.

Reſp. Venet. in quolibet primo p̃dicamẽto eſſe vnã primã cõtrarietatẽ, nõ ſimpliciter, ſed ſm̃ quid ideſt prædicamẽtalẽ, q̃a ſolũ in genere ſubſtãtiæ eſt prima cõtrarietas ſimpliciter, quæ eſt cauſa cæterarũ, ſicut ſubſtantia eſt cauſa cæterorũ prædicamentorũ, vt bene explicat Burleus in t. 56. dicens formã in genere ſubſtantiæ eſſe cauſam finalẽ omnium formarum in alijs B generibus, & ẽt materialẽ aliquo modo, quatenus omnia accidentia ſunt in ſubſtantia cõpoſita; priuationem vero formę ſubſtãtialis nõ eſſe propinquã cauſam priuationis aliarũ formarũ, niſi large, quatenus cauſa ſignificat omne id, ꝙ aliud ſequitur; Vnde poteſt dici cauſa in cõſequẽdo, nõ in eſſendo, ex quo patet ly, prima cõtraria, dici analogicẽ de primis cõtrarijs in ſubſtantia, & in alijs generibus, q̃a primo dicitur de primis contrarijs in genere ſubſtãtię, & ſecundario de alijs.

Prima contrarietas propria in ſubſtantia, analogice in alijs generibus

Contrarietas quot modis dicatur prima.

Ad 1. Cõfir. Reſp. Venet. primã cõtrarietatẽ aliq̃ñ ſignificare eã, q̃ eſt primitate cauſalitatis, aliq̃ñ primã primitate cõitatis, ſeu prædicatio- C nis, & ideo vna pars antecedẽtis reſpicit cõtrarietatẽ primã primitate cauſalitatis, & alia pars antecedentis reſpicit cõtrarietatem primã primitate prædicationis. Quam obrem negatur Conſequentia, quia qualitercũq; ſupponit, ly, cõtrarietates primæ in conſequente, añs eſt verum, & conſequens falſum, quia non ſunt plures primæ contrarietates ſimpliciter primitate cauſalitatis, ſed vna tantum, ſcilicet prima contrarietas prædicamenti ſubſtantiæ, nec ſunt plures contrarietates primæ ſimpliciter primitate prædicationis, ſed ſolum vna, ſcilicet habitus, & priuatio, ſeu forma, & priuatio; communior enim eſt forma ſubſtantialis, & ideo con- D traria, quæ dicũtur principia, nõ ſunt niſi duo.

Ad ſecundam Confirmationem Reſp. Sotus q. 5. non quæri contrarietatem principiorum in alijs motibus, ſed tantum in genere ſubſtantiæ, licet t. 42. & 50. Ariſtoteles inſinuet in vnoquoque genere eſſe vnam primam contrarietatem, ad quam omnes aliæ reducuntur. Sed hæc reſponſio non ſatisfacit, nam in eodem genere ſubſtantiæ reperiuntur multæ contrarietates, vt etiã reperiuntur multæ formæ diſtinctę ſpecie, quare melius reſpondet ipſemet Sotus in t. 50. in vnoquoqe genere eſſe vnam primam cõtrarietatem in vniuerſali, ſub qua alia continẽtur, nam omnes reducuntur ad hanc, quod ſe E habẽt vt habitus, & priuatio, nã vna forma dicit priuationẽ alterius, pręcipue forma inferior dicit priuationẽ formæ ſuperioris, & ꝑfectioris. Dubiũ tñ à Sot. ꝓponitur, an prima cõtraria debeãt eſſe vniuerſalia in p̃dicãdo, an in efficiẽdo. 12
Reſp. vtroq; modo dici prima nã 10. met t. 15. habitus, & priuatio dicitur p̃dicari de omnibus

Prima contraria debent esse prima in prædicando, & efficiendo ex Soto

nibus oppositionibus, nam ex duobus contrarijs imperfectius includit priuationē perfectioris. Vnde ibidem t.17. nigrum dicitur priuatio albi, idem de relatiuè, & cōtradictorie oppositis, nā vnū dicit negationem alterius; sūt.n. prima cōtraria primitate efficiētiæ, quomodo calor, & frigus dicuntur prima contraria in genere qualitatis, nam alia ex his oriuntur quia & si humiditas, & siccitas annumerentur inter primas tantum, cum sint passiuæ, dicuntur posteriores actiuis. Mihi placet dicere esse prima in efficiendo, nam certum est contrarietatem priuatiuam non prædicari de contradictorie oppositis, sed potius cōtra, & ideo cōtradictio dr̄ prima oppositio primitate prædicationis. Priuatiua igitur est prima cōtrarietas, quia supponitur ad effectū cuiuslibet rei, q̃ fuse ꝓbat Ioānes Canon. 1. phys. q.8. cōtra Burleū ex 4. met.

Sunt prima in efficiendo.

Ego tamen Resp. ad principale argumentū licet sint diuersæ contrarietates specie, vt etiā formæ, tamen oēs habent eundē modū concurrēdi ad mutationem; quare vt sumitur mutatio in vniuersali, ita in vniuersali sumitur terminus à quo, & ad, quē, quare vnus terminus est priuatio, quia omnes priuationes habent eundē modum concurrendi.

Plures contrarietates specie habent eundē modum concurrendi ad mutationem.

Alter est forma, q̃a omnes formæ licet distinguātur in rōne entis, nō t̃n in rōne principiādi.

Ad 3. magis differre in ratione, entis nō t̃n in ratione principiandi: quia forma substantialis & accidētalis cōueniunt in ratione informādi.

13 Tertio obijc. q̃a ad mutationē physicā, cuius principia hic quęruntur præter supradicta tria principia concurrunt ex parte materiæ potētiæ, quantitas, & dispositiones, & ex parte formæ requiritur etiam alia priuatio, quia exigitur vt nō sit in materia, & possit esse in materia, in quo consistit ratio priuationis, ex parte vero vtriusque exigitur vnio, &.

Confir. quia ad mutationem non magis exiguntur tria prædicta principia, quam agens, & consequenter finis, quia sicut motus, vt accidens dicit ordinem ad subiectū, ita vt actio, dicit ordinem ad agens, & vt ens creatum dicit ordinem ad omnes causas. Neque dicas hic q̃ri principia intrinseca mutationis, non autem extrinseca quale est efficiens, quia priuatio cum sit non ens, non potest esse intrinseca mutationi, quod est ens, & cum præsenti forma cesset motus 2. de gen. t.55. nō potest forma esse intrinseca motui, & cū motus habeat rationē accidentis, nō potest ei esse intrinseca materia, quæ est substantia. Neq; dicas hæc tria dici principia intrinseca mutationis, nō quidē cōstitutiuè, sed terminatiuè, quatenus mutuo dicit habitudinē ad hæc tria principia, nā ēt dicit habitudinē ad efficiēs; nō .n. pt̄ intelligi mutatio, nisi cum ordine ad mutantem, seu efficientem mutationem.

Confir. secūdo ex 7. met. t.22. omne, inquit, q̃ est ab aliquo, ex aliquo, & ibi loqui de omni mutatione, ꝓbat Alens. q̃a loquit̄ de mutatione in omni prædicamento, & idem, quod dicitur ex 5. phy. t.7.8. & 46.

Resp. illa reduci ad principiū materiale; sunt enim conditiones illius, sicut ad formam reducitur negatio illa existentiæ formæ in materia, q̃ non habet rationē priuationis quia hæc supponit existentiam subiecti; includitur enim ea negatio tanquam conditio in ratione termini, ad quē, sicut etiā ad eandē formam reducitur vnio, quæ cum sit quoddam vinculū inter materiam, & formam, se habet vt medium respectu formæ, & ideo forma, & nō vnio habet rationem termini, ad quem, vere tamē totus terminus, ad quem est forma vnita.

quæ reuocātur ad principium materiale.

Dices eadē ratione priuatio formæ, quę est in materia tanquam dispositio materiæ, debet ad illā reduci; nō enim materia potest recipere formam, nisi habeat priuationem formæ. 14

Resp. aliqui priuationem non esse dispositionem materiæ, quia de ratione dispositionis est, vt remaneat simul cū forma, neque id recte probatur ex eo, quod sit necessaria vt materia mutetur, quia similiter vt mutetur est necessaria forma; quare ea necessitas non oritur ex ratione principij materialis, vt materialiter principiet, vt patet, quia principiat materialiter, quando præsens est forma, sed est necessaria ex ratione mutationis, quæ Resp. probabiliter defendi potest, sed probabilius.

Priuatio non est dispositio materiæ.

Secundo Resp. etiam si priuatio vt dispositio materiæ reduci possit ad illam, tamen tanquā terminus, à quo, q̃a habet peculiarē rōnē principiandi, non potest ad illam reduci, sed nouū constituit principium.

Priuatio habet rationem dispositionis & termini a quo.

Ad primā Confir. Resp. generationē considerari quadrupliciter. Primo, secūdū generalē rōnem entis creati. Secūdo quatenus actio est. Tertio vt passio. Quarto, vt motus, seu trāsitus quidā est, & secundum hanc vltimam rationē inquiruntur hic principia generationis, & dicimus de eius ratione esse materiam, formam, & priuationem, quia non potest intelligi generatio, vt motus, & transitus quidam est, & distinguitur à creatione actione, & passione sine his tribus principijs, vt bene Parisieƒ. & Ioa. Canon. 1. phys. q.8. ostendunt; cōceditur tamen generationem, vt actio, & passio, & ens creatum est, dicere habitudinem ad agens; neque mirum si negetur agens esse principium intrinsecum generationis vt transitus est; tum quia cum definitur essentia rei, non ponuntur transcendentia in eius definitione; tū quia hic inquiruntur principia generationis secundum specialē rationem motus, qua ratione, vt sic, non dicit explicitè transcendentia, nec ordinē ad agens, nā alioquin non distingueretur motus ab actione naturæ: Vnde si per impossibile daretur forma improducta effectiuè, & seipsa formaliter vniretur materiæ sine alia causa efficiēte, perfectè intelligeretur conceptus mutationis vt sic absq; ordine ad agens.

Generatio consideratur quadrupliciter.

Ad 2. Confir. ibi ab Arist. numerari omnia, quæ reperiuntur in productione rerum, & ea ait esse tria, generationem scilicet, materiam, & rem genitam; & probat inductione, tā in naturalibus, quam in artefactis, nā in omni generatione transit aliquid de potētia ad actū, at nihil sic transit, nisi per id, q̃ est actu 8. met. t.15.

quare sunt tria. s. agens, materia, & actus, non tñ ibi loquitur de principijs intrinsecis mutationis vt sic, vt patet, quia ibi nõ meminit mutationis.

ART. IV. Non sunt pauciora tribus.

15 *Principia intrinseca nõ pauciora tribus.*

SEcunda Conclusio. Principia mutationis intrinseca non pauciora tribus, patet ex definitione mutationis; est enim transitus alicuius de non esse ad esse, transitus autem tria requirit primo id, quod transire denominatur, & dicitur subiectum. Secundo, priuatio formę, ad quam transit, & dicitur terminus, à quo nam cum transitus sit acquisitio rei de nouo, & hæc requirat negationẽ in subiecto apto, ideo exigitur priuatio, neque tamen quæcunque priuatio est proximum principium, sed debet esse proxima priuatio, idest quæ est in materia apta & disposita, vt bene explicat Sotus. Denique requiritur forma, ad quã transit, & dicitur terminus, ad quem, quæ omnia optime probat Arist. in 1. phys.

Proxima priuatio est principium aquo.

Objicitur materia nõ esse principium.

Sed contra hanc Conclusionem 1. objicitur non requiri materiam, nam potest esse mutatio sine subiecto, vt patet ex conceptu creationis, & productione caloris facta à Deo sine subiecto; neque dicatur hãc nõ esse mutatione, nam productio caloris sine subiecto, & ex subiecto est eiusdem speciei, cum possit esse ad terminũ eiusdem speciei, cum possit esse ad terminum eundem specie, imò possint continguari atque adeo essent idem numero motus. Neque dicas id esse non naturaliter, sed supranaturaliter, quia, quæ sunt de conceptu rei, non possunt ẽt de potentia supranaturali variari, quia alioquin eadem res esset, & non esset.

Confir. nam hostia consecrata potest calefieri; & tamen ibi nullum est subiectum, neque dicas ibi quantitatem subire locum subiecti, tũ quia id dici nõ potest in rarefatione hostiæ cõsecratæ in opinione eorum, qui dicunt per rarefationẽ acquiri nouam quantitatem; tum qa dici non potest, quando ex hostia consecrata generatur aliquod substantiale.

Confir. secundo quia si materia est de conceptu mutatienis id est, vel quatenus substẽtat formã, & nõ, qa in generatione hominis est vera mutatio, ibi tamen non est substẽtatio, & in verbo est substentatio humanitatis sine mutatione. Vel quatenus vnitur, & neque, tũ quia verbum vnitur humanitati, & non mutatur, tũ qa ratio, cur exigatur subiectũ, est qa agẽtia nõ possunt producere ex nihilo, sed ex subiecto, educẽdo formas, ergo ad mutationẽ naturalem non sufficit, vnio, sed requiritur substentatio, tũ quia mutatio est accidens quoddam; hoc autem exigit substentationem.

16 *Respondetur Creationem nõ esse proprie mutationem.*

Resp. Creationẽ proprie non esse mutationem, nisi improprie, & ea ratione concipitur essentia tanquã subiectũ transire de nõ esse ad esse, ꝙ idẽ dr̃ de ꝓductione caloris sine subiecto, quæ in ratione actionis, seu fluxus formę an sit eiusdẽ rationis, siue sit ex subiecto, siue absque subiecto, alibi dicetur: illud autẽ certũ est in ratione mutationis distingui; non .n. retinet cõceptũ mutationis, dũ est sine subiecto, & ideo nec naturaliter, nec supernaturaliter mutatur conceptus mutationis.

Ad primã Conf. rectè ibi respõsũ ad instãtiã in ea opinione Resp. sicut ꝓductio nouæ quãtitatis nõ est eductio, sed creatio facta, nõ virtute caloris, sed Dei supplentis defectum agentis naturalis, ita ibi non est proprie mutatio probabiliter tamen inde colligi per rarefationem nõ acquiri nouã quãtitatẽ, sed modũ quẽdã, vt alibi fusius.

Ad alterã Instantiã Resp. quando ex hostia corrupta producitur aliquod substãtiale, Deus creat de nouo materiam, supplendo defectum causæ naturalis.

Ad secundã Confir. Resp. primo secundum eos, qui dicunt eundẽ esse cõceptũ substentationis, & vnionis; materiã esse de cõceptu mutationis sub vtraque ratione. At secundũ eos, qui dicunt distingui. Resp. materiã sicut habet & potentiã receptiuã, & substentatiuã, ita cõcurrere duplici cõcursu, receptiuo scilicet, & substentatiuo; receptiuus autẽ cũ cõueniat materiæ ratione imperfectionis, quã includit potentia receptiua, non potest suppleri à Deo, vt bene Argẽtina in 4. d. 12. q. 1. Vnde repugnat Deo seipsum cõmunicare per modũ formæ informantis, vel subiecti recipiẽtis; substentatiuus vero suppleri potest à Deo in genere causæ efficientis, & ideo esse potest fluxus formæ sine subiecto, sed ille fluxus non esset mutatio, nam cũ hæc dicat intrinsece actualem dependentiã a subiecto, nõ põt suppleri à Deo, qa reducitur ad genus causæ formalis, cũ sit de essentia mutationis, ꝙ genus causæ nõ potest à Deo suppleri, nisi per id, ꝙ est formaliter tale, & licet actio agẽtis naturalis requirit subiectũ, vt substentatiuũ formæ, ꝗ substentationẽ nõ ꝑstat sine vnione forma cũ subiecto, tamen ea potest Deus separare, & conseruare vnionẽ cũ subiecto sine substentatione ipsius. Quare dicitur subiectum formaliter, & per se concurrere ad mutationẽ ratione potentiæ receptiuæ, qua recipit, & vnitur formæ; concomitanter vero, & propter connexionẽ naturalem ad eam etiam concurrit ratione potentiæ substentatiuæ.

Duplex concursus materia.

Materia concurrit ad mutationẽ ratione potẽtia receptiua per se.

17 *Secunda obiectio forma nõ est principiũ.*

Secũdo objicitur, qa forma nõ videtur esse principiũ mutationis, nã principia nõ fiunt ex alterutris, at forma fit ex priuatione, & materia

Confi. primo quia de ratione principij est vt sit prius re principiata, at forma non est prior, sed posterior ipsa generatione; vnde præsente forma, cesset motus.

Confir. secundo quia forma non potest habere rationem principij, nisi tanquam terminus ad quem, quia scilicet per generationem intenditur terminus tanquam finis; at id, quod intẽditur per generationẽ, est compositum, vt probat Aristo. 1. phys. 64. 7. met. 23. 26. 27. 31. & 32. 8. met. t. 8. 12. met. 16. & fuse id probat Veracrucius 1. phys. specul. 8. Scotus 7. met. q. 9. & ibi Antonius And. Fland. q. 12. ar. 1. & 5. Sonci, q. 22. 23. & 24.

18 *Resp. fãm fieri ex alijs non in eodem genere principij.*

Resp. supra explicatam fuisse formã, etiã si sit ex materia, & priuatione, esse principium, qa non

non sit ex illis in eodem genere principiandi.

Ad primam Cõfir. Resp. aliqui de ratione termini, ad quem, esse, vt quoad exequtionem sit post generationem, ita enim principiat generationẽ, scilicet vt quid necessario cõsequẽs ipsã, & ita eius definitionẽ ingredit̃ ꝓpter necessariã, & ꝑ se habitudinẽ generationis ad terminũ, ad quẽ, sed licet hoc verũ sit, tñ nõ õnino satisfacit ad saluãdam rationem principii, nam oportet ostẽdere aliquam prioritatem. Ex quo patet reijci respõsionẽ dicentiũ, dici principiũ generationis, quatenus principiat cõpositũ, respectu cuius habet prioritatẽ, nam forma prius dr̃ principium respectu generationis, q̃ respectu cõpositi, imo in eo priori, in quo principiat generationem, non principiat compositum, qa in eo priori non est compositum, nisi in fieri.

Quo forma posterior generatione illam principiet.

Resp. 2. Aliqui formam esse priorem natura in exequtione, quia est prior in genere causæ formalis extrinsecæ, nam habitudo ad formam constituit generationem, habitudo autem supponit terminum, à quo specificetur; vnde forma secundum diuersam rationem est prior, & posterior generatione, sed non placet, quia quoad exequutionem secundum omnem rationem forma est posterior generatione, quia totam entitatem, quam habet, recipit ex vi generationis, atque adeo omnis ratio fundata in ea entitate est posterior generatione; & quia generatio habet habitudinem ad formam tanquam via, ideo ea habitudo habet prioritatem naturæ respectu formæ consequentis. Neque forma dicitur principium generationis, quasi sit vera causa illius per positiuum influxum, sed tãtum per necessariam habitudinem per se generationis ad formam. Quare.

Qua rõne forma est prior generatione.

19 Resp. 3. formam esse simul quoad durationem cum generatione, quia sunt inseparabiliter intrinsecè, & necessario connexæ, ita vt non possit intelligi actualis generatio, quin ibi sit forma actualis; quare solũ inuenienda est prioritas quoad naturam, & ita dicimus formam esse idem posteriorem natura quoad exequutionem, esse tamen priorem ratione termini ad quem, quod pertinet ad ordinem intensionis, qua ratione dicimus finem in ordine intensionis esse causam quoad exequutionem, esse effectum, sicut etiam operationem vt finem potentiæ esse priorem illa, posteriorem verò quoad existentiam, & vt effectum. Et ad hanc reduci potest responsio dicentium, satis esse si forma sit prior secundum conceptum, eo quod non potest concipi generatio sine forma, neq; hinc sequitur esse solum principium secũdum conceptionem, quia verè secundum rem principiat, licet prioritas, quam habet illud principium secundum rem, sit respectu conceptus rei, quæ principiatur.

Forma generatione est prior intensiõne, posterior exequutione.

Ad secundam cõfirmationem Respondetur Nos alibi ostensuros, quomodo compositum, natura, & forma sint termini generationis. Nũc satis sit responsio D. Tho. in 1. dist. 5. q. 3. art. 1. quod sicut principium generationis est duplex: vnum, vt efficiens; alterum, vt terminus, à quo, ita terminus, ad quem, est duplex. Vnus est ipsum compositum, seu genitum, correspondens principio generanti, & dicitur terminus, qui, respectu cuius forma dicitur terminus, quo, & per accidens; alter vero est ipsa forma, quæ dicitur terminus, ad quem, correspondens termino, à quo, & hac ratione forma dicitur per se principium mutationis, dans illi speciem, q̃ distinctionem alij explicant, dicentes formam esse terminum formalem, & specificum; compositum vero esse terminum suppositalem, & vt quod generatur. Alij verò explicant compositum esse terminum mutationis, vt actio est, terminum vero vt mutatio.

Quo tam forma, quam compositum sint termini generationis.

20 Tertio obijcitur, quia priuatio non videtur principium distinctum à materia, nam 1. phys. tex. 66. dicitur idem numero cum materia, & tex. 75. & 77. dicitur principium per accidẽs, & t. 50. dicuntur principia debere semper manere; ratio autem non valet.

Tertia obiectio.

Resp. infra fusius explicaturi sumus, an priuatio, & quomodo sit principium, nunc autem satis sit pro explicatione Aristotelis priuationẽ dici vnum numero cum materia negatiuè, quia non est entitas realiter distinta à materia; dicitur vero principium per accidens respectu cõpositi, quia accidit materiæ, quæ causat compositum, nec ingreditur eius compositionem, vt colligitur ex Aristotele tex. 75. vbi Burleus, & Ferrariensis quæst. 10. ad tertium; vnde aliqui inferunt priuationem, quæ dicitur principium per accidens compositi, non esse eam, quæ est principium per se respectu mutationis; sed aliam, quæ manet in materia, dum causat compositum; sed non placet, quia ea priuatio non est illa, quæ opponitur termino, ad quem, de qua loquitur ibi Aristoteles, sed alia respectu formæ disparatæ. Dicitur autem priuatio semper manere, quia reperitur in omni mutatione, vt explicauimus supra. Cætera, quæ de priuatione, disputantur infra.

Priuatio vnum numero cũ materia, negatiuè dicitur.

ART. V. Explicatur quomodo principia sint tantum tria.

21 Tertia Conclusio. Principia per se mutationis sunt tantum tria, priuatio, materia, & forma, patet ex dictis, qa ostendimus nõ esse plura tribus, nec pauciora, ergo sunt tantũ tria.

Principia per se mutationis sunt tria patet

Sed contra, quia cum dicuntur principia esse tria; vel tria numero, vel specie, vel genere; non potest dici primum, & secundum, quia cõstat esse plura, quam tria; neque tertium, quia tunc esset vnum, quia omnia tria conueniunt in genere principij, ergo sunt vnum genere, nõ tria genere distincta.

Prima obiectio

Confirm. quia vel sumuntur principia intrinseca, & sunt tantum duo, materia, & forma; vel extrinseca, & sunt quatuor, quia additur efficiens, & finis.

Confirm. 2. quia cœlum est ens naturale, & tamen non habet hæc tria principia; caret enim priuatione.

Resp. esse tria principia quasi specie distincta, non quidem secũdum entitatem, sed secũdum rationem principiandi, licet conueniant, siue

Sunt tria quasi specie distincta secũdum rõnẽ principiandi.

siue vniuocè, siue analogicè in rõne principij, vt Fõs. 5.met.c.1.q.5. sicut sũt quatuor causæ ꝑpter quatuor rationes specificas causandi, licet conueniant in communi notione causæ.

Ad primam Confirm. quæri principia intrinseca, non quidem cõpositi, quia hæc sunt duo, sed mutationis, respectu cuius diximus esse tria, excluso efficienti, & fine.

Ad secundam cõfirmationem, in cœlo nõ esse mutationem substantialem, ideo respectu illius, non est cur dicamus esse tria principia: vnde etiam respectu mutationis accidentalis, quæ est in cœlo, dantur tria principia; ex principijs tamen mutationis substantialis: Primum colligimus principia rerum corruptibilium, deinde vero rerum incorruptibilium.

QVÆSTIO SEXTA.

An principia, quæ Aristoteles inquirit, sint principia communitatis, an causalitatis.

ART. I. Explicantur termini, & status quæstionis.

Duplex mutatio, accidentalis, & substantialis.

1 PRimo notandum. Cum mutatio alia sit substantialis, alia accidentalis, & singulæ ex illis exigant tria principia, fit vt hæc principia sint communia principijs vtriusq; mutationis; communitas autem principiorum alia est in prædicando, quæ conuenit principijs, quæ prædicantur de principijs omnis mutationis; alia in causando, quæ conuenit principijs, quæ sunt causa principiorum omnis mutationis, cuiusmodi sunt principia mutationis substantialis, nam sicut accidens dependet à substãtia, ita principia mutationis accidentalis pendent à principijs substantiæ, quod optimè ostendit Arist. 12. met. tex. 25. & 28. Philop. 1. phys. tex. 50. Auerr. t. 56. Alber. tract. 1. c. 4.

Principia substantialia, & accidentalia in quo conueniãt.

Secundo notandum, valdè fuisse controuersum quomodo principia mutationis substantialis, & accidentalis conueniant, vniuocè nè, an analogicè, quod docet, & ostendit Aristoteles 1. phys. 49. & 68. & 12. metaph. à tex. 19. ad 29. ea scilicet conuenire analogicè, quæ est cõmunis opinio Doctorum, explicantium Aristotelem locis citatis, idque facilè probatur si accipiatur nomen principij materialiter, quia significat substantias partiales, imò substantiam, & accidens, quin etiam ens, & non ens, quibus omnibus constat nihil esse commune vniuocũ, quod optimè ostendit Arist. 12. metaph. tex. 22. & 29. si vero accipiatur formaliter, scilicet pro relatione principij, id ipsum probatur, nam ea relatio in quibusdam est rationis, vt in priuatione, Deo, causa finali, & similibus; in quibusdam vero est realis, vt in causa productiua, efficiente, & similibus; in quibus non est alia relatio principij, & alia relatio producentis, vel causæ, sed est talis relatio principij.

2 Ex quo patet, idem dicendum esse, si accipiatur principium pro eo, vnde aliquid est, hic enim conceptus non est communis, nisi analogicè, quia ly, vnde, significat varios modos procedendi à principio, seu varios modos principiandi, scilicet dependenter, independenter, & post quod, ex quo, per quod, & à quo, vt diximus in explicatione definitionis principiorum, vnde Arist. de gener. animal. cap. 2. in rebus ait, quæ sunt plura habẽt principia, nec omnia eodem modo.

Ratio principij est analoga, nõ solum in communi, sed etiã vt contracta ad communia respectu substãtialium, & accidentalium.

Tertio notandum, sicut ratio principij in cõmuni est analoga, ita ratio principij determinata respectu mutationis accidentalis, & substantialis est analoga, nam ratio materiæ, siue sumatur, vt dicit conceptum substentationis, siue compositionis, est analoga, cum per vnam rationem materia componat, & taliter componat, substantialiter scilicet, vel accidentaliter; vnde subiectum vnius mutationis est quid totale; alterius vero quid essentialiter partiale. Neque obstat, quod Arist. 1. phys. 67. & 69. dicat, materiam esse vnam numero, quia loquitur de materia prima, in qua ex vi materiæ nulla est distinctio numeralis; & idem patet de principio formali, cuius est perficere, & dare esse, quia perfectio, & esse est cõmune analogicè accidenti, & substantiæ: vnde forma substantialis dat esse simpliciter, accidentalis verò secundum quid, & ornatum quendam; & hæc multo magis vera sunt in principio terminatiuo; ratio enim termini non est vniuoca, neque priuatio est vniuoca ad priuationem substantialem, & accidentalem.

Qualis sit analogia inter principia.

Quarto notandum, plerosque concedere rationem principij esse analogam secundum proportionem, negare tamen analogiam attributionis: Qua in re dicendum mihi videtur negari non posse rationem principiandi, vt est communis Deo, & creaturis, dicere aliquam attributionem, quia sicut omnia creata habent suum esse à Deo principiatum, ita àb eodem habent rationem principiandi, ergo sicut propter eam participationem ratio entis est analoga secundum attributionem, ita & ratio principiandi, & eadem ratio probat principiũ respectu accidentis, & substantiæ esse analogum secundum attributionem. Solum hic disputari posset, an ratio principij, vt est communis ad quatuor genera causarum, dicat huiusmodi attributionem. De qua re nos cum de causis, interim legi potest Fons. lib. 1. q. 5. vbi ẽt disputat, an ratio principij vniuocè dicatur de Deo, vt est principium personarum, & creaturarum, & concludit q. 6. rationem principij ꝓductiui prius conuenire Deo respectu personarum, quam creaturarum. De qua quæstione etiam fusè Suarius tom. 1. metaph. disp. 12. à num. 13. ad 25.

ART. II. Opinio Auctoris.

Physicus agit de principijs cuiuslibet mutationis sensibilis.

4 PRima Conclusio. Ad Physicum pertinet explicare principia cuiuslibet mutationis, nam primo, quia quælibet mutatio sensibilis pertinet ad physicum.

Confirmatur, quia principia, quæ hic inquiruntur

runtur,conueniunt etiam cœlo, in quo non eſt priuatio, niſi reſpectu mutationis accidentalis.

Confirm.2.nam earum mutationum principia hic inquiruntur, quarum principium eſt natura,ex 1.phyſ.in fine: ſed natura eſt principiũ mutationis,tam ſubſtantialis, quam accidentalis;ſiue remote,ſiue proxime.

Confirm.3. ex 2.de gener. tex.55. vbi ait, in Phyſicis dictum eſſe de principijs vniuerſaliter, neque de hac concluſione poteſt eſſe difficultas,ſolum dubitari poteſt, an principia mutationis accidentalis primario pertineant ad Phyſicum , ſicut principia mutationis ſubſtantialis ; vnde ſit.

5 Secunda concluſio.Spectata rei natura principia mutationis ſubſtantialis per ſe primario pertinẽt ad Phyſicum;mutationis vero accidẽtalis per ſe ſecundario.

De principijs mutationis ſubſtantialis per ſe primario de alijs per ſe ſecundario.

Prima pars ab omnibus conceditur,quia corpus ſubſtantiale , ratione cuius tractatur mutatio ſubſtãtialis, vel eſt adæquatum obiectum, vel præcipua ſpecies obiecti,ergo primario tractatur , & non ratione alterius , ergo ſimiliter principia mutationis ſubſtantialis non poſſunt tractari ratione alterius mutationis.

Confirmatur,quia mutatio ſubſtantialis non pendet ſecundum ſuam rationem a mutatione accidentali , ergo , nec ſimiliter eius principia, atque adeo ſi tractatur ſecundum propriam ſuam naturam , non debet tractari ratione alterius.

Confirm.2.ex Ariſto.12.metaph. tex.25.vbi ait, principia ſubſtantiæ eſſe omnium cauſas, quia ſine ſubſtantijs non ſunt paſſiones,& motus,vt benè ibi Alenſ.& ſuſius 7.met.tex.8.circa finem.

Secunda pars probatur, quia ſicut ſubſtantia dependet ab accidente; ita mutatio accidentalis à ſubſtantiali, nam mutatio accidentalis ordinatur ad accidens;& accidens ad ſubſtãtiam, ergo mutatio accidentalis dependet à principijs ſubſtantiæ ; vnde fit, vt etiam ſi non poſſet
14 explicari qualis ſit hęc dependentia; adhuc tamen poni debet, quia ſufficit ad eam aſſerendã dependentia accidentis à ſubſtantia.

Secundo probatur , quia facilè explicari poteſt , qualis ſit hęc dependentia . Primo enim dici poteſt ſubiectum mutationis accidentalis pendere , quia eſt quid compoſitum ex principijs ſubſtantialibus;formam vero pendere,qa omne accidens fluit ab aliqua forma ſubſtãtiali,& ad eam ordinatur ; vnde priuatio ſubſtantialis eſt aliquo modo ratio,cur ſit priuatio formæ accidentalis.

Secundo explicatur, quia ſicut accidens ordinatur ad ſubſtantiam,ita ſimiliter mutatio,q̃ ordinatur ad accidẽs, ordinatur etiam ad ſubſtantiam,& hinc Ariſt.1.phyſ.tex.74.& 78. ait, negantes generationem ſubſtãtialem , licet admitterent mutationem accidentalem, virtualiter tamen hanc negabant.

6 Sed obijcies . Mutatio ſecundum conceptum cõem pertinet ad Phyſicum per ſe primo ergo , & principia illius correſpondentia, quia ſe inuicem conſequuntur in tractatione

ergo,ẽt principia mutationis accidentalis; quia
A quod conuenit ſuperiori, conuenit etiam inferiori.

Confirmatur, quia accidens licet dicat ordinem ad ſubſtantiam , tamen vt continetur ſub ente ſecundum analogiam proportionis,per ſe primario pertinet ad Mathematicum , ergo ſimiliter mutatio accidentalis primario pertinet ad Phyſicum.

Reſp. communem conceptum mutationis pertinere quidem ad Phyſicum, primario quidem , vt eſt idem cum mutatione ſubſtantiali; ſecundario autem, vt eſt idem cum mutatione accidentali;quare ſi vt communis eſt,ſumatur, abſtrahit ex eo,quod primario, vel ſecundario tractetur.

Principia in communi tractantur per ſe, ſed nec primario, nec ſecundario.

B Reſpondetur alibi à nobis dictum eſſe in eo argumento,vel aſſumi falſum, vel ſi cõcedatur, diuerſam eſſe rationem , quia phyſica non eſt ſcientia,ita vniuerſalis,vt Metaphyſica,q̃ principia habet vniuerſaliſſima adęquata ſubiecto ſecundum veram latitudinem.

Secundo obijc.es.Motus localis in cœlo habet hæc tria principia , & tamen ibi non poteſt eſſe dependentia à principijs ſubſtantialibus, quia in cęlis non eſt priuatio formæ ſubſtantialis.

Reſpondetur,motus localis cœli non eſt, vt perficiat formam cœli , ſed vt oſtendat perfectionem formę cęli,quare omnia principia mo
C tus cœli ordinantur ad formam cęli, & habent originem à principijs cęli in codẽ genere principiandi , & licet priuatio formæ ſubſtantialis non ſit in cœlo , tamen priuatio totalis motus cęli depẽdet ab illa priuatione; tum quia ſi illa eſſet,eſſet ẽt priuatio totalis motus;vnde priuatio motus partialis habet etiam hanc dependẽtiam , tum quia nunc eſt etiam ſi non exiſtat priuatio formæ ſubſtantialis in cœlo,adhuc tamen ſufficit,quod mutatio accidentalis habeat dependentiam à cęteris principijs ſubſtantiæ cœli ; tum quia priuatio accidentalis habet dependentiam à principijs cœli, ſaltem in genere cauſæ finalis.

Quid de principijs mutationis calorum.

D Tertio obijcies ; principia oportet ſemper manere,ideſt in omni mutatione reperiri.

Reſp. reperiri in omni mutatione , vel formaliter,vel virtualiter,quia hæc principia ſunt communia ſecundum cauſalitatem.

Reſp.2. etiam ſi à Phyſico tractentur principia communia ſecundum prædicationem ; dicimus tamen tractari primario principia mutationis ſubſtantialis ; cętera autem ſecundario non ſolum accidentalia , ſed etiam ſecundum conceptum communem;quare ſolum difficultas manet,quomodo Ariſ.de mutatione ac
E cidentali tractauerit. vnde ſit.

Tertia Concluſio.Ariſtoteles tractat in phy- 7
ſicis de mutatione accidẽtali,& eius principijs, clarè colligitur ex diſcurſu primi libri phyſicorum,vbi tex.57.ait ſe velle prius agere de omni generatione,nam ſecũdum naturam eſt, vt cõmunia prius dicantur, deinde circa vnũquodq; propria ſpeculari, & huic textui reſpondet t.4. vt Porphirius, & Vicomercatus notarunt in tex.57.

Ariſ. tractat in phyſicis de mutatione accidẽtali , & eius principijs.

tex.57.tum facta diuisione ipsius fieri, quod alterum sit simplex; alterum sit cõpositum, & ex his, quæ sunt, alia etiam permanentia, alia nequaquam; demum tex. 62. diuidit ipsum fieri in simpliciter fieri, & secundum quid, idest, vt ipse explicat, aliam esse mutationem accidentalem, aliam substantialem; in vtraque ait tex.65.& 66. requiri principia mutationis tria.

Confirmatur ex 2.phys.tex.27. vbi expressè ait agendum sibi esse de generatione, & corruptione, & omni physica mutatione, vt scientes eorum principia, reducere ad ipsa teneremus, q̃ quæsitorum vnumquodque. Et hanc conclusionem affirmat Themistius in tex. 57. vbi Philoponus, Simplicius, D.Tho. Suessanus, Sotus, & Toletus; neque vllus ex his, quos legerim, qui illam neget, nã Burl. Ægidius, & Auerros in t.57. licet explicent illud Arist. (se velle agere de omni generatione .i. substantiali) tamen non negant illum agere etiam de accidentali.

Dices. Arist. agit de principijs, quæ nõ causantur ex se inuicem, & alijs; at principia mutationis accidẽtalis causantur ex principijs mutationis accidentalis, vt diximus, ergo.

Confirmatur, quia deberet etiam agere de principijs mutationis artificialis, quia agit de mutatione artificiali.

An principia mutationis accidentalis causentur à principijs mutationis substantialis.

8 Respondent aliqui, non causari in eodem genere principij, nam forma accidentalis, non causatur à forma substantiali in genere formæ physicæ, sed metaphysicæ; sed hoc non placet, q̃a siue sit forma physica, siue metaphysica sufficit, quod sit idem modus principiandi, nam ex hoc tollitur ratio primi principij. Neque dices esse prima in ratione mutationis accidentalis, q̃a non fiunt ex principijs alterius mutationis accidentalis, quia hoc faceret solum, vt essent prima principia secundum quid, non prima simpliciter, sicut elementa possunt dici prima principia mixtorum, sed non simpliciter prima, & patet, si hic modus dicendi valeret, deberent constitui tot prima principia, quot sunt specie distincta, quia nulla species fit, nisi ex re alterius speciei, non tamen ex eadem specie.

Resp. igitur hoc solum probare, non ita primario pertinere ad Physicum principia mutationis accidẽtalis, vt principia mutationis substantialis, sicut non habent ita præfectam rationem primi principij, & patet principia communitatis, secundum analogiam proportionis non sunt causata ex principijs causalitatis, quia essent causata ex se ipsis, & communius, quod est prius, causaretur à posteriori.

Cur de mutatione artificiali agatur in physicis.

Ad confirmationem Respondet Aristoteles agere de mutatione artificiali dupliciter. Primo vt est accidentalis quædam mutatio. Secundo vt iuuat ad cognitionem mutationis naturalis, quare simili modo agit de principijs mutationis artificialis; quare sicut mutatio artificialis, vt sic non pertinet per se ad Physicum, ita nequ eius principia, vt clarius patebit ex dicendis de natura.

Ex quibus patet solum manere difficultatẽ an Aristoteles primario, an secudario egerit de principijs mutationis accidentalis.

Primario agitur de principijs substantialibus, quæ sunt communia secundum causalitatem.

9 Quarta Conclusio. Aristoteles primario agit A de principijs substantialibus, quæ dicuntur cõmunia secundum causalitatem; secundario autem de principijs mutationis accidentalis, ita Alexand. & Ammon. apud Simpli. com.45. tex. suo 39. Philoponus tex.56. vbi facit hanc consequentiam; si Aristoteles loquitur de principijs substantiæ saltem primario, non recte colligeret esse duo prima contraria, ex eo, quod in substantia sit vna prima contrarietas; sequitur Auerr. D.Thom. Ægid. Venet. Psell. Vicomerc. in tex.56.& 57. Albert. tract.2. cap.2. Mercen. dilucidatione in tex. 50. in genere vno est vna contrarietas.

Et primo probatur, quia tex.50. volens probare principia non esse infinita, hanc rationem B affirmat. In quolibet genere est vna prima cõtrarietas, ergo in substantia, sed vna prima contrarietas est inter duo prima contraria (hæc aũt sunt principia) igitur duo sunt principia contraria; at si loqueretur de principijs mutationis accidentalis; nihil probaret, nam possent dici plura, quam duo, nam in singulis generibus accidentium essent duo.

Respondet Simplicius ibi, nomine substantiæ non accipi substantiam, vt distinctam à reliquis accidentibus, sed pro tota natura transmutabili, quare rectè probat duo tantum esse principia.

Sed contra, tum quia ita accipit substantiam, C vt infra tex. 52. cum dixit, substantiam non esse contrariam substantiæ, & principia substantiæ sunt substantiæ, nam ex non substantijs, non potest fieri substantia; at ibi nomine substantiæ, intelligit genus distinctum ab accidentibus, & eodem modo accipi potest, quia de eadem substantia, veræ sunt hæ propositiones. Principia substantiæ nõ sunt contraria, & principia substantiæ non sunt infinita, quas dixit tex.52. tum quia illam propositionem subsumit alteri vniuersali in quolibet genere, &c. quam tex.43.44 probauerat inductione, dum omne, quod fit, ex præfinito contrario fieri ostendit.

Confirmatur, nam tex.55. principia esse tan- D tum duo cum suo subiecto, quia in vno genere est vna contrarietas.

Secundo probatur, quia materia, & forma, q̃ dicit esse principia, & concludit tex.82.& 83. se dixisse sunt solum principia mutationis substãtialis, nam tex.83. ait quasdam formas tractare, esse Metaphysici, & hic non tractat, nisi formas substantiales, & definiens materiam, dicit esse subiectum, primam, &c. vnde patet ex dictis conditiones principiorum assignatas tex.42. conuenire præcipuè principijs mutationis substantialis, quia mutatio accidentalis non est per se tractanda, nisi in ordine ad substantialem.

Confirm. quia tex.23.55.68. innuit se de mutatione substantiali egisse.

Auctores qui docere videntur oppositum.

E 10 Contrarium docere videtur Simplic. in t.57 suo, aut tex.39. & pro se citat Eudemium, sed verè hi Doctores hoc non dicunt, quod primario agat de omni mutatione, sed simpliciter dicit agere de communibus principijs, nam Simplicius solum docet Aristotelem agere de genera-

nera-

neratione, vt est cōis ad artificialem, accidentalē, & substātialem, sed com.45. suo aūt 29. proponit quęstionem, cur Aristoteles, cum ꝑposuerit inquirere principia omnium rerum naturalium, tamen solum substantiæ contrarietatem accepit, nam alijs prædicamentis contrarietas substantiæ accomodari non poterat; & Resp. ibi Aristotelem nomine substantiæ intelligere totam naturalem subsistentiam. i. subiectā natuzam mutationi, vel. s. intelligit essētiam cuiusq; rei, vt putauit Eudemius, nihil tamen docet an primario, an secundario tractentur principia mutationis accidentalis.

An principia cōmunia secundū prædicationē sint scibilia.

Et probat primo, principia hæc in communi sunt scibilia, ergo. Resp. congruentius tractari rationem eius, cui primario, & per se conueniunt, quia hæc principia non conueniunt per se primo mutationi accidentali, sed conueniunt accidentibus, vt sunt quid substantiæ.

Secundo obijcit Simplicius. Sicut sunt decem prædicamenta, licet ens primario conueniat substantiæ, & secundario accidentibus, ita deberent esse decem contrarietates, licet contrarietates accidentium pendeant à substantia, ex quibus deinde abstrahatur vnus conceptus, de quo tractet physicus.

Resp. ratio distinguendi prædicamenta fuit, vt vitetur confusio in prædicatione rerum; at hic debent tractari res secūdum propriam naturam, neque de illo conceptu analogo multa essent demonstranda, vt confusè concipiatur.

11 Tertio, ab vniuersalibus incipiendum, ergo. Resp. debere ab vniuersalibus principijs obiecti, & hæc ratio probat secundam, & tertiam conditionem.

Sed contra, quia principia hæc tria, si sumātur vt principia mutationis substantialis non sunt adæquata obiecto, quia sub obiecto physicæ continentur cęli, in quibus non recipiuntur hæc principia secundum mutationem substantialem, sed tantum secundum accidentalem.

Resp. hic agi de principijs corporis naturalis in fieri, quare debēt adæquari corpori, quod generatur, ex quibus deinde (vt ait Philopon. tex. 50.) cognoscuntur principia constitutiua cęli; & aliorum corporum naturalium.

Quarto, hæc principia ferè semper explicat in mutatione accidentali, & patet in omnibus istis libris physicorum.

Et Confirm. quia principia prima non debent reduci ad vniuersaliora, at vniuersaliora sunt principia communitatis.

Respondetur explicare principia in mutatione accidētali, quia clarius ibi apparent, nam ex mutatione accidētali paulatim venit in cognitionem principiorum secundum substantiam, & patet hoc probat agi de his principijs, quod non negamus, nam cognitio mutationis accidentalis conducit ad perfectiorem cognitionem corporis naturalis, quare secundario de illis agitur.

A Ad Confirmationem Resp. principia causalitatis non reduci ad vniuersaliora principia, quæ habent positiuè primitatem veram principij, quia principia communitatis continent principia mutationis accidentalis, quæ non habēt perfectam rationem primorum principiorum.

Tertio, an hęc principia sint communia omnibus rebus naturalibus. 12

Affirmat Pauef. hic tractari pricipia q̃ sint cōia omnibus rebus naturalibus.

Affirmat Pauef. disp. 5. met. tex. 8. Philop. t. 68. Primo, quia Arist. initio phys. se velle agere de principijs communibus contrariorum, quæ constant pollicetur, & tex. 57. de genere omnibus commune.

B Confirmatur, quia cœlum continetur sub obiecto, ergo. & principia debent esse adæquata obiecto, præsertim cum cœlum, & alia conueniant in aliquo communi, saltem analogicè, 2. de gener. 51.

Simpl. in primo agi de principijs rerum corruptibilium, & in secundo rerum incorruptibilium.

At Simplic. super tex. 68 com. 63. ait in 1. lib. actum esse de principijs communibus rerum generabilium. In secundo etiam rerum incorruptibilium, nam ibi definit naturam, principium motus, & quietis primo & per se, & non secundum accidēs, & hoc in materiam, & formam partitur, & materiam principium receptiuum motus definit; quare cum in cęlo sit motus, in eodem erit materia, & 2. phys. tex. 27. de causis omnis mutationis se velle tractare, quæ sententia non placet Pauesio, nām initio phys. C de vniuersalioribus principijs rerum, quæ natura constant, inquisiturum se pollicetur; at si in primo egisset de principijs rerum corruptibilium, hunc ordinem non seruasset.

Confirmatur, quia in secūdo illam naturam, & materiam definit, quam in primo, nam in fine primi ait se de iisdem principijs acturum; in secundo alia tamen ratione.

Alij solum agit de principijs rerum corruptibilium.

Alij tamen dicūt, in his libris solum de principijs rerum corruptibilium agere Arist. quod colligūt ex tex. 68. vbi colligens de quibus principijs disputauerit, hæc ait. Et tot sunt principia, quæ generantur, cuius sententiæ videtur esse Auerr. 1. cęli in fine paraph. 12. met. tex. 5. D & 53. & prima eius ratio est, quia principia, quæ hic tractantur, habent cōtrarium tex. 41. & hoc cęlum non habet, 1. cęli 20. & patet, quia secundum Aristotelem non habet priuationem, neq; materiam priuationi aptam subijci, 8. met. 12. Secundo, quia hæc principia inuestigantur per transmutationē substantialem, at hæc abest à cœlo.

Auctoris opinio explicatur.

Mihi videtur dicendum hic agere de principijs omnium rerum, in sensu tamen, vt dicūt, accomodo, nam si sint eiusmodi res, vt in illis omnia tria reperiri possint, reperiuntur; sin minus duo saltem in facto esse reperiuntur, nam præcipua intentio agendi de principijs in fieri, E fuit vt colligerentur principia in facto esse, quę cum sint in corpore cœlesti, non mirum si de illis etiam agitur; & ex his patet quid sentiendum sit de tertia opinione, nam loquitur de principijs in fieri.

BRE-

BREVIS PRINCIPIORVM ENVMERATIO.

Principia.

- vel sunt vnum.
  - vel est finitum,
    - vel est mobile. vt putarunt Thales, Hippon, Hippiasqui aquã dixere principium. Anaximenes. Diogenes aerem. Hesiodorus. Pherecid. Chius, & Parmenides. terram. Heraclitus, & Zeno. ignem.
    - vel immobile, vt Parmenides.
  - vel infinitum,
    - Vel mobile, vt Anaximand.
    - Vel immobile, vt Melissus.
  - vel nec finitum, nec infinitum, nec mobile nec immobile, vt censuit Xenophanes.
- vel plura.
  - vel numero finita, vt censuit Antria statuens, materiam, formam, & priuationem. Plat. magnũ, paruum, & vnũ, siue infinitum, terminum, & vniens; Pythag. post primum vnum decẽ cõtrarietates primas. Empedocl. quatuor eleméta vna cum lite, & amicitia. Boethus ignem, & aerem. Parmenid. ignem & terram.
  - vel infinita.
    - vel eadem genere, distincta figura, & specie, vt Democrit. Leucipp. Epicurus, qui innumeras statuerunt athomos, & immensum inane.
    - vel genere distincta, & cõtraria, vt Anaxagor. infinita corpora similium partium, confusa in chao.
- vel partim vnũ, partim plura. Vt ex relatione Aristot. 1. phys. 32. putarunt Anaxi. Empedocl. Parmenid. Zeno, & Anaxag. hi tamẽ vt vel vnum, vel plura statuerũt, & iam sub eorũ capitibus constituuntur.

BREVIS EXPOSITIO Textus.

CAPVT TERTIVM.

Materiam, & formam esse principia per se, priuationem vero per accidens.

57 IN Tex. 57. colligit, neque vnum, neque duo, neq; plura tribus esse elementa, idest principia; quod núc iterũ incipit exactius explicare: & primo, vsq; ad tex. 69. docet, quot sint principia, deinde vsque ad finem explicat naturam materiæ; dicit igitur Tex. 57. an hæc dicta sint vera, dubitationem habet; igitur nobis disputandum est de ijs, quæ communia sunt omni generationi; nam communia ordine naturæ primum explicanda sunt, deinde, quæ vnicuique sunt propria.

58 Tex. 58 docet, quando loquimur de generatione substantiali, quam significat illis verbis (fieri ex alio aliud) siue accidentali, quam significat, (ex altero alterum) nos posse dupliciter loqui. Primo, vt subiectum, & prædicatum explicetur vna simplici ratione, quod dicitur fieri simplex, aut duplici ratione, quod dicitur fieri compositũ, v. g. dicitur fieri simplex, cum non musicum fieri musicum, vel hominem fieri musicum dicimus; compositum vero cum non hominem musicum fieri hominem musicum; dicit igitur, quando est fieri compositum, non solum dicimus non musicum hominem fieri hominem musicum, sed ex non musico homine fit homo musicus; at quando est fieri simplex, licet aliquando valeat, vt ex non musico musicum, non tamen semper, non enim licet ex homine fieri musicum, sed tãtum homo factus est musicus.

59 Preterea Tex. 59. alia est differentia, nam in fieri simplici aliud est permanens, quod dicitur fieri, scilicet subiectum, vt homo, qui dicitur fieri musicus, permanet, non tamen semper, vt cum dicimus immusicus fit musicus; nam immusicus perit; quod etiam verum est in fieri composito. Ex his.

60 Text. 60. omnibus, quæ fiunt, si quis inspexerit, oportet semper aliquid subijci, quod mutatur, quod etiam si sit vnum numero, scilicet cum altero contrariorum, idest cum priuatione, at cum forma non vnum (intelligo autem idem forma, quod est idem ratione) nam licet sit idem homo, & immusicus, non tamen idem ratione, quia homo permanet, immusicum autem non permanet, neque musicum, neque compositum ex vtroque, scilicet ex homine, & musico.

61 Text. 61. sed ex aliquo fieri aliquod, vel non fieri, magis dicitur in non permanentibus, vt ex immusico musicum, sed non in permanentibus, vt ex homine fieri musicum; sed in permanentibus dicitur aliquando, ex ære fit statua, & non dicitur æs fit statua; at in opposito, & non permanente vtroque modo dicitur; dicimus enim musicum ex immusico fieri, & immusicum fieri musicum, & idẽ in composito dicitur &c.

62 In Tex. 62. vt probat requiri subiectum in omni generatione, aliter generationem partitur; primo dicitur fieri, quod cum omnino non sit, esse incipit; & dicitur simpliciter fieri, quod proprium substantiarum est; aliud non simpliciter, sed hoc aliquid, idest vt mutetur secundum accidentia, & cum secundum alia i. accidentia, necesse est subijci aliquid, nam quantum, quale &c indigẽt subiecto, quia sola substantia de nullo alio subiecto dicitur, .i. inhæsiuè, sed alia de substantia, quæ fiunt secundum substantiam fieri ex subiecto, patet consideranti; nam semper est aliquod subiectum, ea quo res fiunt, vt planta, & animalia ex semine, & hoc probat.

63 Text. 63. quæ fiunt simpliciter, alia transfiguratione, idest mutatione figuræ, idest cum fit statua ex ære, vel appositione, vt picturæ, vel subtractione, vt statua lapidea, aut compositione, vt domus, quæ dicuntur simpliciter fieri, quia non dicuntur fieri hoc, vel illud, aut alteratione, vt cum materia immutatur, cuiusmodi sunt omnia entia naturalia, quæ per generationem substantialem fiunt; in his enim omnibus subijci oportet materiam: Ex his.

64 Tex. 64. colligit omne quod fit esse compositum scilicet ex subiecto præexistente. & à forma, quæ de nouo producitur, & dicitur, esse id, quod fit, & alterum vocat aliquid, quod fit hoc .f. aurum, lapis &c. & hoc est duplex, aut enim est subiectum cum oppositum.l. priuatio, (est autem oppositum immusicum musico) homo vero subijcitur; sic figuræ opponitur ordinis priuatio, æs autem, aut lapis est subiectum. hoc idem.

65 Tex 65. probat. supponens res naturales constare, & fieri ea principijs per se, non ex accidenti. i. principijs accidentalibus, vel addit propter oppositum, sed ex illis, quæ sua cuiuslibet rei essentia requirit; patet ex hoc, omnem rem ex subiecto fieri & forma, & compositorum rationes, idest essentiæ in eorum rationes, idest principia essentialia dissolues.

66 In Tex. 66 numerum principiorum incipit definire, nam cum dixisset, res constare subiecto, & forma, nunc dicit subiectum esse quidem vnum numero, at specie, idest ratione esse duo, idest id quod propriè materia dicitur, & priuatio; & distinctio ea est, nam materia numerari potest, quia est magis ens, & hoc aliquid, & ex ea res non fiunt ex accidenti, quæ non insunt contrarietati priuatiuæ. Alterum principium est forma, idest in naturalibus, & ordo, aut musica, idest proportio, vel aliud, quod dicitur vt forma, in artificialibus.

67 Tex 67. infert, principia dici posse tum duo, tum tria, & quodammodo esse cõtraria, quodammodo non contraria; contraria, quidem vt musicum, & musicæ ignarum &c. Non contraria autem, quia contraria pati non possunt vicissim, sed inter se potius pugnant, vt vnum corrumpi necessè sit, quare subiectum medium debet poni, quod contrarium non sit, quodq; affici possit vtroque contrario, quare principia neque plura quodammodo sunt contrarijs, sed duo, vt sic dicam numero, neq; duo omnino, sed tria, quod materia, & priuatio, licet sint idem subiecto, tamen differunt ratione, quam differentiam explicat illis verbis: *Propterea quod alterũ est esse ipsis*, nam diuersa est essentia hominis, & ignorantia musicæ, seu priuationis musicæ.

68 Text. 68. Tandem colligit rerum naturalium esse principia, & quot sint, & quomodo tot sint, esse explicatum; ea contrarijs aliud subijci debere, contraria duo esse, quæ alia quodammodo non sunt necessaria duo contraria, cum alterum contrariorum .f. forma sua præsentia, & absentia sufficiat ad mutationem.

69 In Tex. 69. incipit explicare naturam materiæ primæ; & primo docet, cognosci per proportionem ad artificialia, nam se habet vt æs ad statuam, idest formam statuæ, vel lignum ad formam lecti, aut

aut quæcunque alia materia ad id, quod habet formam artis,ita se habet materia ad essentiam, idest A formam naturalem, vel compositum, quod dicitur & (hoc aliquid, & ens) quare materia est vnũ principium, sed non ita vnum principium, aut ens, vt hoc aliquid scilicet vnum re, & ratione, idest forma, seu compositum. Alterum autem est ratio, seu forma. Vltimum est priuatio, quæ est contraria formæ. Quæ, quomodo sint duo, quomodo plura, dictum est superius, primum enim est dictum sola contraria esse principia, deinde requiri etiam tertium subiectum.

70 Ex his Text. 70 etiam patet, quæ sit differentia contrariorum, & quomodo principia se habeant inter se, & quid sit subiectum esse; ex his tamen non patet, an substantia, idest compositum sit forma, vel subiectum, quia scilicet in 7. metaphys. explicat. B

Difficultates Textuales in cap. 3. summæ tertiæ;

PRima Difficul. cur communia primo declaranda? Resp. Auerr. 1. poster. in proœm. Primo, quia notiora. Secundo, ne fiat inanis repetitio. Tertio, vt affectiones tribuantur suo primo subiecto.

Resp. secundo alij, quia ita exigit natura rerum, cum scientia non sit aliud, quam ipsæ res per imitationem: vnde fit, vt res ita se habeant ad cognitionem, vt se habent ad esse. C *Hinc deinde fit, vt minus communia sciri nequeant ig oratis communioribus, ex sexto Topic. cap. 3.*

2. Difficul. cur Arist. non seruauerit hunc ordinem, cum subiectum physicæ sit corpus naturale, & ipse tradat principia corporis corruptibilis.

Respond. aliqui, hic declarari principia mortalium, & in 8 physic. principia æternorum: Sed contra, quia in 8. physic. non interna principia, sed motus extremum principium inquiritur; Nec difficultas hinc soluetur, cum prius tractet de principijs corporis corruptibilis, quod est species corporis in communi. D

Respond. alij, cum cælum ex sententia Antiquorum sit eiusdem naturæ cum corruptibilibus corporibus, hic declarantur principia omnibus communia. sed non placet, quia secundum Arist. cælum est diuersæ naturæ.

Ego respondeo. procedi ex communioribus, prout possibile est Physi. o; & quia Physicus nõ habet faciliorem modum cognoscendi principia compositionis, nisi ex mutua rerum transmutatione; ideo de illis communissimè agit. E *Ex quibus deinde colligit principia cæli, vt est mobile: & ex his ex sententia Alexa. apud Auer. 12. met. Tex. 29. refulgent principia cæli constitutiua.*

3. Difficul. Quomodo aliquid fieri ex alio conueniat materiæ, & priuationi.

Respondeo conuenire diuersa ratione, vt A *probat Arist. Tex. 58. vnde oritur vt materiæ conueniat fieri etiam in recto. Dicimus enim ex nigro fieri album, & nigrum fieri album, quod non dicitur, dum ly ex afficit priuationem: & hinc intelligitur cur factio non conueniat omni materiæ, sed tantum ei, quæ est subiectum actu, & dominatur per formam, quæ acquiritur.*

4. Difficul. cur Tex. 66. materia, & priuatio dicantur vnum numero; plura vero specie, & forma, cum maior sit vnitas numerica, quam specifica.

Resp. vnum numero hic non accipi ratione differentiæ indiuidualis, sed vnitate subiecti sicut per formam hic non intelligit actum in- B *formantem, sed quemlibet conceptum essentialem. Cuiusmodi actus non repugnat materiæ, cum reponi debeat sub aliquo gradu entis. Hinc fit, vt aduenıente forma, materia maneat secundum proprium esse; non autem secundum esse accidetale, illi conueniẽs ex priuatione. Materia .n. opponitur formæ relatiuè 2. phys. 26. At ex vi huius oppositionis se inuicem non destruunt, sed potius copulantur.*

Dices, an materia, dum habet formam dicatur materia?

Resp. Themist. & Boet. debere dici subiectũ, quia caret priuatione. At alij dicunt posse dici materiam non in potentia, sed in actu, quia C *materia dicitur id, ex quo fit aliud, cum insit.*

5. Difficul. Quomodo materia, & priuatio distinguãtur definitione, cum vnum definiatur per aliud?

Resp. Materiam secũdum se non includere definitionem, & ideo non definiri per illam. Secundo, satis esse, quod definitiones sint diuersæ, vt distinguantur ratione.

6. Difficul. quomodo priuatio corrumpitur, cum non detur priuatio priuationis.

Resp. aliqui, priuationem considerari Primo, secundum se; & ita, vt non datur absentia absentiæ, ita nec priuatio priuationis: sed eius oppositum immediatum est forma Secundo, vt D *est forma quedam, vt dicitur 2. phys. 25. & ita sicut impropriè est forma; ita impropriè dicitur priuatio priuationis ex nostro scilicet modo concipiendi.*

7. Difficul. cur sicut dicitur materia esse vnum numero cum priuatione; no ita dicatur cum forma?

Resp. aliqui, quia priuatio intimior est materiæ, quam forma: & quia materia cum forma constituit tertium vnum numero, non sic cum priuatione.

Respon. secundo alij ex 8. metaph. 16. etiam dici vnum numero: Est enim, inquit, vt dictũ est, vltima materia, & forma idem, *sed Arist.* E *se explicat loqui de vnitate per se tertij, quod constituitur ex materia, & forma.*

Ego Resp. dici vnum numero negatiuè: quia priuatio non addit entitatem distinctam realiter à materia; sicut addit forma.

8. Difficul. cur Tex. 62. dicitur ad aliquid, & quando fieri; *quod tamen negat in quinto.*

Resp.

Respondeo in quinto negari per se, & primo fieri, quia non sunt per se termini motus: At hic dicuntur fieri secundario, & consequutiuè, A *pro quibus est necessaria materia.*

9. *Difficul, Cur Tex.62. semen dicatur materia, & 2. phys.31. dicatur efficiens.*

Resp. Ex 1. de gener. animal. c.8. semen esse congregatum ex genitura, quæ est semen viri, dicēs partes magis spiritales, & ex mestruo, quod dicit partes crassiores; & ideo semen ratione partium crassiorum habet rationem materiæ; ratione vero partium spiritalium rationem efficientis.

10. *Diffic. Quid intelligit Arist. Tex.62. per illa verba:* & quæcumque alia simpliciter entia.

Respond. aliqui, intelligi artificiosa, quæ se B *habent ad modum substantiæ: At alij dicunt per illa verba explicari substantiam, cuius prius meminerat, quasi dicat: cætera omnia, præter accidentia, quales sunt substantiæ, fieri ex materia.*

11. *Difficul. Quomodo Tex.64. ex principijs colligit ea, quæ fiunt esse composita; cum tamen supra ex compositis, quæ vocat confusa colligat principia.*

Respondeo. Dari compositum, patet, ex sensu, per quæ, cognita confusa cognitione inuestigantur, quæ sint eius principia, nā principia colligit ex omnibus, quæ fiunt: & Tex. 65. Resolues, *inquit*, rationes, *scilicet composi-* C *ti, in* rationes eorum, *scilicet componentium; deinde per principia sic cognita regreditur ad demonstrandum (Propter quid) de compositis.*

12. *Difficul. Qua ratione dicatur materia cognosci per analogiam, seu vt loquitur Plato adulterina cognitione?*

Respond. Quidam materiam cognosci triplici via. Primo, per negationem propter sui imperfectionem, 7. metaphys. 7. & 10. metaphys. 24. Quomodo etiam cognoscitur Deus propter sui maximam perfectionem. Secundo, per transmutationem, & resolutionem compositorum. Tertio, per analogiam, idest D *per similitudinem rationum; Qua similitudo sumitur ex varijs rebus, scilicet ex loco, ex Matre, ex Nutrice, ex sylua, ex subiecto accidentium, & subiecto artefactorum. Ex quibus colligimus materiam esse in potentia, & ex potentia eleuamur ad cognoscēdam materiam per negationem; quatenus recipiens est denudatum à natura recepti; vnde reprehenditur Scotus in 2. dist. 12. q. 1. dum ait materiam cognosci per analogiam formæ.*

TRACTATIO QVINTA.

De Principio materiali.

QVÆSTIO PRIMA.

An detur materia in rerum natura.

NOTANDVM ex tribus principijs supra positis, materiam primum locum obtinere, eo quod sit veluti fundamētum aliorū, recipit enim formam, & priuationē, ideo de ea primum agendum, de qua primum inquiremus, quæ pertinent ad eius existentiam, tum quæ pertinent ad essentiam, deinde, quæ ad proprietates; quare.

DVBITATIO PRIMA.

Quid nomine materiæ intelligatur, & quotuplex sit eius significatio.

Materiæ nomen plura significat & multipliciter accipitur.

PRimo Not. materię nomen, esse quid analogum, atq; plura significare sub vna proportionali rōne, s. perfectibili, formabili, & potiali, C vt ait D.Th. q.3. ar.2. vbi ait materiam sumptā pro quacūq; pōtia esse in oibus creatis, non aut propriè, cuius correlatiuū est perfectiuum forma, actus, seu determinatiuū, & hinc factū est, vt hoc nomen translatum sit ad plura significāda. Primo. n. sumitur metaphoricè, & ita significat pręmissas, quę dicuntur materia conclusionis, 2. phy. 31. siue quia pręmissę vario modo ordinatę sunt in pōtia ad diuersas conclusiones inferendas, tanq̃ perfectiones suas, siue q̄a termini, ex q̄bus constat cōclusio, subministrātur à pręmissis; termini aūt enunciationis dicuntur materię respectu copulę, & hac rōne significat D obiectum sciæ, quia sicut materia est id, circa q̄ versatur actio agentis, ita circa obiectum versatur actus sciæ, & hinc etiam Mundus inferior dr̃ materia respectu superioris, 1. cęl. 1. metheo. sum. 1. c. 2. circa medium, quia Mūdus inferior recipiēdo actionem cęli, perficitur; hinc etiam media dicuntur materia respectu finis.

Prima acceptio materiæ metaphorica.

Secundo, materia accipitur metaphysicè pro quocūq; perfectibili, qua ratione genus dicitur materia respectu differentiarum, & specierum 5. met. t. 33. vbi Alexander, & 2. natural. quæst. cap. vlt. ita etiam essentia respectu existentiæ, & partes respectu formæ totius, ex D.Th. 1. p, q.7. ar.3. ad 3. & q.65. ar.2.

Secunda acceptio materiæ metaphysica.

Tertio, pro subiecto artefactorū, siue forma E per realē actionē existat à parte rei, siue solum obiectiuè in intellectu, sicut vox dicitur materia nominis, & significatio, forma.

Tertia acceptio materiæ artificialis.

Quarto, sumitur mathematicè, quo modo quātitas dicitur materia figurarum 7. metaph. 35. quia determinatur, & perficitur à figuris.

Quarta acceptio materiæ mathematica.

Quinta acceptio materia physica.

Quinto, Physicè, & significat alteram partem compositi physici, de qua nobis est præsens disputatio instituta.

2 *Materia varijs nominibus appellatur.*

Secundo notandum, hanc materiam varijs nominibus fuisse appellatam, vt refert Alber. 1.phys.tract.3.c.12. Auicen.c.2.suæ sufficiētiæ, Themist. digress.c.1.in tex.61. Simplic.com.4. & com.suo 62.ad 63.& 4.phys. com.46. Scalig. exercit.10.in fi. Pererius lib.5. c.3. Fons.1.met. cap.7.q.3.sect.9 Tolet.q.18. Conimbr.c 9. q.2. ar.3. D. Thom. 1.par. q.66 ar.1. & in 2.dist.12. Plotin. Ænead.3.lib.6.c.6. & Ænnead.2. lib.4. cap.5. Alcinus de doctrin.Platon.cap.7.& 8. & alij, ex quibus sex nomina propria materiæ colliguntur, scilicet Hyle, subiectum, materia, massa, origo, elementum; quatuor vero translatitia, vt sylua, mater, fœmina, turpe; dicitur etiam 5.metaph.33.genus, quod explicat Ægid. tex.5.q.19. Baccon.d.2. q.9. His adde ex Platone in Timæo. Primo dici non ens, sicut idea, id quod semper est ex interpretatione Porphyr. apud Simplic.in tex.30.de qua appellatione lege Plotin.loc.cit. Bessar. lib.2. contra calumniat.cap.5. Mirandul. lib.de ente, & vno cap.6. Secundo, dici magnum, & paruum, quod nomen aliqui ponunt inter Platonis dogmata non scripta; alij vero scriptum in libris, qui nunc non extant, vt ait Porphyr. ex 11.lib. Dercillidis de Philosophia Platonis, & dici magnum, quia cuncta potest recipere; paruum vero, quod ex se nihil actu possideat, vel ex Porphyr.lib. de occas. cap. 11. *Quod fiat semper, maneat autem numquam; quare quidquid promittit, mentitur, ac si magnum, quid appareat, iterum euadit paruum, quasi ludus quidam est, in non ens aufugiens*, de qua denominatione lege Plot.loc.cit.cap.7. Damascen. in physicis cap.3. vbi aliam huius vocabuli rationem reddit. Tertio, in Thexteto appellat dissimilitudinis regionem, idest vndique diuinitati dissimillimam, quod longè à Deo absit; vnde D.August.12.confess.cap.7.eam appellat propè nihil. Quarto, in Thimæo eam nuncupat [illegible], idest omnia habens, sinum, gremium, nutricem, receptaculum, & locum formarum, vt ait Plut.lib.1.de placit.c.9.quod omnes formas recipiat, & conseruet. Quinto, in Philebo appellat multitudinem, quod diuisionis sit causa, & quia dualitas est prima multitudo, & reliquarum origo, dicitur etiam dualitas; tum à Platone, tum à Iamblico lib.de secta Pythagorica. Sexto, à Platonicis dicitur essentiæ primæ, quasi manis vmbra (vt etiam Pythagorici apud Simpli.com.66.)& quasi speculum recipiens formas, quas dixere esse idearum imagines. Lege Phicin.in Plotin. de reddit.animæ ad diuinum præludium cap.4.

Aegyptij dixerunt materiã fæcem primæ vitæ.

Denique, Ægyptij eam fæcem primæ vitæ dixerunt, quia est omnium substantiarũ, quæ à Deo dimanarunt, vilissima, & ob id eam nunc Lunæ comparabant, quod sicut Luna ob variam receptionem luminis vario modo apparet, ita materia receptione diuersarum formarũ; nunc vero aquæ ob facilem eius formabilitatem.

3 Tertio notandum, si nominis origo spectetur, Hyle esse nomen metaphoricum; significat **A** enim idem, ac sylua, sed tamen vsus obtinuit, vt significet idem, ac materia, vt sumitur ex Henrico Stephano in Thesauro tom.3. & Aristotele 7.pol. quare cæteris nominibus prætermissis, nobis solum duo nomina, scilicet materia, & subiectum, explicanda sunt: Primo enim Auerr.in Epith.metaphysicorum tract.2. materiam dici respectu transmutationis substantialis; subiectum respectu aliarum transmutationum, idem asserit Alens.1.not.tex.13. & videntur sumpsisse ex Alexand.1.natur. cap. 17.imò ex Aristotele, quod 8.metaphy.tex.12. dixerit accidentia non habere materiam, sed subiectum, & exemplificat in eclypsi, quæ est in Luna, vt in subiecto, non vt in materia, & ratio **B** secundum Alexandr. & D. Thom. ibi, & Albert. 7.metaph. tract.1. cap. 5. quia materia non habet esse actu, nisi per formam, subiectum vero habet esse prius, quam formam recipiat; vnde Albert. materia non per se substat accidenti, sed potius substat ipsi, prout esse primum habet à forma substantiali. Secundo, Themistius 1.phys.61.materiam ait magis accedere ad eam naturam, quam ipsa per se obtinet, subiectum contra proprius ad eam considerationem, secũdum quam refertur ad alia; vnde materiæ appellatio ad futura pertinet, subiecti, ad facta, & producta, & ideo subiectum significat materiam, quando est coniuncta cum for- **C** ma; materia vero significat eandem, dum est sine forma, & hanc appellationem significat Boetius Græcus, & Alex.apud Simplic. com.57. & Zimar. & Theor. 108. tum quia idem significat materia Latinè, quod Græcè Hyle, & Hyle significat aliquod informe; subiectum vero à subiacendo dicitur, & hac ratione materia solet dici fundamentum naturæ, in quo nihil est distinctum, & videtur sumi ex 1.metaph.t.16. secundum translationem Auerrois, dum loquitur de chao; tum quia 8.metaph.tex.12. negat Aristoteles cælum habere materiam, nisi, ad vbi, habere tamen subiectum; hoc autem non est, nisi quia priuatur aliquo, vbi, non tamen forma **D** substantiali.

Hyle idem significat, ac sylua, sed ex vsu idem ac materia.

4 *Impugnatur prædicta Explicatio.*

Sed contra; nam sequeretur formam esse in materia tanquam in subiecto, vnde esset accidens, nam esse in subiecto est proprium accidentiũ.

Soluitur impugnatio ex sententia Authoris.

Mihi vero placet vtraque ratio, neque inde sequitur formas substãtiales esse accidentia, quia materia non est subiectum inhæsionis respectu formarum, sed potius per ipsas formas substãtiales constituitur in ratione subiecti; vnde 1.phys.tex.82.definitur materia esse subiectum vniuscuiusque: de qua re nos alibi fusius.

DVBITATIO SECVNDA.

E *An materia prima sit per se cognoscibilis.*

De hac quæst. Sonci.8.met.q.2. Iauell.q.5. Fland.q.1.ar.3. Suar.disp.13.met. sect 6. Conimbr.1.phys.c.9.q.2. sect.2. Philip. Faber theor.25. Achill.1. de elem.dub.10. Zimara theor.36.

ART.

ART. I. Proponuntur opiniones Doctorum.

1 *Tripliciter accipitur cognitio per se. Prima, acceptio est perseitate immediationis.*

A PRimo notandum, cognitionem per se accipi tripliciter. Primo, perseitate immediationis, vt excludit medium cognoscendi, qua rõne nihil est p se intelligibile, nisi sit sensibile, quia per se ipsum causat sui similitudinem in intellectu, & hoc modo conceptus per se, distinguitur contra cõnotatiuum. i. per aliud, quomodo substantia dicitur à nobis concipi connotatiuę, accidentia vero per se.

Secunda acceptio est perseitate proprietatis.

Secũdo, dicitur per se perseitate proprietatis, vt excludit cõmunitatem, & indifferentiam ad plura, qua ratione cõceptus per se idem est, ac proprius, vt distinguitur contra commune.

Tertia, perseitate solitudinis.

B Tertio, perseitate solitudinis, vt negat associationem alterius rei necessario cointellectæ; qua ratione entia absoluta dicuntur intelligibilia per se, non autem relatiua.

2 *Prima opinio affirmantium materiã cognosci posse per analogiam ad formam.*

Prima opinio est dicentium, materiam primam secũdum se esse cognoscibilem sine forma, sed vt subiectum mutationis nõ est cognoscibilis, nisi p analogiam. i. habitudinem ad formam, & quia primo modo à nobis pro hoc statu cognosci non potest, cum non sit sensibilis; sed cognoscitur secũdo modo, ideo dicitur nõ esse cognoscibilis, nisi per analogiam ad formã. sicut ignis, vt transmutabilis ad locum, non põt cognosci sine loco, licet secũdum se sit cognoscibilis sine loco, ita Themist. 1. phys. ad t. 61. & clarius Scotus q. 1. prologi, & in 2. dist. 12. q. 1. C ad tertium principale q. 2. ad tertium pro opinione.

Secunda, negãtium vllo modo sine forma posse cognosci.

Secunda opinio est negantium, posse cognosci sine forma, ita D. Tho. 1. p. q. 87. ar. 1. Ægid. quodl. 2. q. 13. Aphrodisęus suo 1. met, vel sm Latinos 2. met. com. 2. & 1. natural. quęst. c. 1.

ART. II. Explicatur quomodo materia intelligatur proprio conceptu.

3 *1. materia est cognoscibilis per se perseitate proprietatis.*

PRima Conclusio. Materia potest intelligi p se perseitate proprietatis, conceptu proprio vt distinguitur contra communem, ita D. Th. q. 3. de veritate ar. 5. ad 3. D vbi ait, quod materia prima, licet secundum se considerata esse non possit, potest tamen secundum se intelligi, & de spiritualibus creaturis q. 1. ar. 1. vbi ait communiter materiam primam nõ negari, quod est in genere substantiæ, vt potentia quædam intellecta pręter omnem speciem, subiectum, & priuationem, sequitur Ægid. quodl. 2. q. 6. ar. 3. ad 1. Flandr. loc. cit. ad 1. & patet ex definitione materiæ tradita 1. phys. 82. quod sit subiectum primum, ex quo insistẽte aliquid fit, & in hoc abibit vltimum, & patet esse potentiam passiuam generationis, quæ solum conuęnit materię primæ.

1. Confirmatio rationis.

E Confirm. quia cognitio effectus dependet à cognitione omnium causarum 1. phys. t. 1. inter has autem est materia; quare ipsa cognosci debet conceptu proprio; quod si non cognosceretur conceptu proprio, neque esset necessarium effectum cognosci, vt dependentem ex tali causa, quod si à Platone in Thimæo dicitur incognoscibilis, & inuisibilis, & cognosci A adulterina cognitione, id dictum est, quia non cognoscitur per se, & immediatè, sed connotatiuę; adulterinam enim cognitionem appellauit Plato eam, quam Arist. 1. phys. t. 69. appellauit per analogiam, siue ea analogia intelligatur in ordine ad materiam artefactorum, siue in ordine ad formam, vt infra explicabimus.

2. confirmatio.

Confirm. 2. quia materia prima significatur per se, idest proprio nomine; at significatio prę supponit intellectionem.

4 *2. In hoc statu materia per se perseitate immediationis intelligi nõ põt.*

Secunda Conclusio. Licet pro hoc statu nõ possit ab intellectu nostro intelligi per se perseitate immediationis, secundum se tamen est intelligibilis per se, & immediatè.

Prima rõ primæ partis conclusionis.

B Prima pars probatur ex Arist. 1. phys. tex 69 vbi ait, cognosci per analogiam, & Thimæus Pythagoricus apud Platonẽ cognosci adulterina cognitione, quod explicat Fons. 1. met. c. 7. q. 3. sect. 9. & 7. met. tex. 35. dicitur per se ipsam incognita.

Secunda ratio eiusdem primæ partis.

Secundo probatur ex natura obiecti intellectus existentis in corpore, qui non põt cognoscere per se, & immediatè, nisi obiectum in se sit sensibile; materia autem secundum se nõ est sensibilis, & quia est sensibilis in suis effectibus, ideo intelligitur per effectus. s. ratione trãsmutationis, quæ ratio, quam vim habeat, pẽdet ex quæstione de obiecto intellectus, vbi explicabimus, quæ sint per se, quæ vero conceptu cõ C notatiuo intelligibilia. Interim potest videri Fab. theor, 85.

Obiectio.

Dices. Materia secundum se præciso quolibet accidente, est ens, ergo vt sic est intelligibilis, quia intelligibilitas est passio entis.

Resp. nostrum intellectum pro hoc statu, cũ pendeat in sui cognitione à phantasia, non põt per se cognoscere; nisi quæ sunt per se sensibilia; cætera aũt, & si sint maximè intelligibilia, nõ percipit, nisi in ordine ad sensibilia; ita enim intelligit Deum, & intelligentias, quæ sunt maximè intelligibilia.

Ratio secundæ partis secundæ conclusionis.

Secunda pars, quod secundum se, sit per se, & immediate intelligibilis probatur, quia præ D ciso quolibet accidenti est ens, imo separata à qualibet forma substantiali, ergo est secundum se, præciso quolibet alio, intelligibilis per se perseitate immediationis.

ART. III. Proponuntur, & soluuntur argumenta contra primam conclusionem.

5 *Contrariũ docent Achillinus Fland & multi Thomistæ.*

OPpositum docere videtur Achilinus lib... de elementis dub. 10. ex Auer. 1. phy. com. 69. videtur Flandr. 8. met. q. 1. ar. 3. & aliorum Thomist. Zimara theor. 36. refert, Piccol. lib. 2. de materia cap. 2.

Fundamẽtum Auctorum cõtraria sententia.

Fundamentum, nam quidquid est per se in E telligibile, est vel forma, vel hanc essentialiter includens, alia enim sunt per accidens intelligibilia, quia non sunt per suam naturam intellectus formatiua; nam vnumquodque est intelligibile, secundum quod est in actu, vt ostendit Flandria 1. metaphys. quęst. 1. ar. 2. & colligitur ex Aristot. 3. de anima tex. 9. vbi loquens de ijs,

quæ sunt intelligibilia à mente, numerat carnem, & esse carnis, .i. compositum, & formam, & Sonc. loc. cit. at materia prima, neq; est actus, neq; includit actum, vt probat Arist. 8. met. initio, vbi ostendit materiam nõ esse actu, nisi per formam.

...nfirmatio ...menti. Confirm. nam potentia est quædam latentia, seu occultatio, & ideo potentialia latent intellectum, & nõ nisi per aliud manifestãtur, vt colligitur ex 1. phys. com. 69. vbi ex materia artificialium colligimus materiam primam, quæ est pura potentia, & 12. met. com. 14. ex subiecto mutationis accidentalis, colligimus materiam, quæ est subiectum mutationis substantialis.

...confirmatio ...fundamenti. Confir. 2. ex Piccol. q̃ est proprium formæ, non est tribuendũ materiæ, sed propria cognitione formare mẽtem, seu percipi à mente: ergo. Minor probatur, quia recipi in alio, terminare, & formare aliud, est proprium formę, 3. de anima. t. 6. vbi mens dicitur esse locus formarũ.

...nfirmatio ...enti. Confir. 3. ex 3. phy. vbi loquẽs de infinito, dicit esse ignotum secundum se; at materia est qd infinitum, & indeterminatum, ergo.

...nfirmatio ...enti. Confir. 4. sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci, at materia non est quidditas, nec pars quidditatis, sed vehiculum quidditatis 2. phys. in fi. vnde nõ cognoscitur, nisi remouẽdo ab ea omnes actus, ergo dicitur materia non esse qd, neque quale, &c.

Soluitur funda...entum con...sententia. Resp. actum esse duplicem; vnum entitatiuũ, alterum formalem, & quidem Aduersarij, cum dicunt esse causam intelligibilitatis, si intelligãt de entitatiuo, alibi disputabimus; nũc vero esto id concedatur; nihil nobis obest, quia materia, vt infra constabit, habet hunc actum; si vero intelligant de actu formali, oĩo id negatur, nam dupliciter actus formalis põt dici causa intelligibilitatis. Primo, ex parte potentiæ, quatenus actus est causa, vt cõpositum intelligat. Secũdo ex parte obiecti, quatenus actus cõstituẽs obiectum, est causa, vt ipsum intelligatur. Et qdem aduersatij nõ intelligunt primo modo, nam nõ est q̃stio, an intellectus noster possit intelligere materiam, sed an materia in se sit intelligibilis; neq; enim dubitari põt cognitionem consequi actum. i. formam, & non materiam, vt dicemus cũ de anima. Quare intelligunt ex parte obiecti, & in hoc sensu adhuc intelligi põt dupliciter. Primo, de intelligibilitate adæquata, seu cõmunissima, & cõstat actum formalem non esse cãm huiusmodi intelligibilitatis, nã inde sequeretur cætera entia non esse intelligibilia, qa essent extra obiectum potentiæ. Secundo, de intelligibilitate inadęquata, seu determinatę speciei. i. vt res sit cognoscibilis in tali specie, & ita constat, q̃ sicut forma cõstituit rem in tali specie, ita est causa talis intelligibilitatis: sed id nobis non obstat, quia non dicimus materiam sm se esse intelligibilẽ, vt ens determinatæ speciei, quia hoc esse habet à forma; & pterea esse intelligibile, cum sit concretum quoddã, dicit partẽ materialem, & formalẽ, at actus formalis nõ potest esse causa tamq̃ pars materialis, quia sequeretur nullũ ens esse sic intelligibile, nisi forma, atq; adeo nec cõpositum, nec operationes, neq; accidẽtia essent, sic intelligibilia, nisi fortè per accidens, sicut dr̃ album ædificare, neq; põt esse causa, vt pars formalis; tum qa ratio actus non est formaliter ipsa intelligibilitas, nã intelligibilitas formaliter refertur ad intellectum, non sic autem ratio actus, tum quia ea, q̃bus repugnat rõ actus, nõ essent intelligibilia, sicut quia sono repugnat rõ visibilitatis, nõ est visibilis; at patet intelligentias, cõpositum, & similia esse intelligibilia, & tandem his repugnat esse actum formalẽ; neq; his fauet Arist. de anim. tex. 9. non. n. ibi loqtur de adequato obiecto intellectus, sed an eadem potẽtia cognoscatur singulare, & vniuersale, & ait, cognosci eadẽ potentia realiter, sed diuersa secundum rõnem, sicut eadem est linea recta, & curua; de quo loco alibi fusius.

Ad primam confir. cum intelligibilitas cõsequatur ens, sicut res perfectius, vel imperfectius participãt entitatem, ita & intelligibilitatem, vt dicemus suo loco; & qa materia, cum sit ens q̃dã potẽtiale, est imperfectius ens, q̃ actus, ideo imperfectius participat intelligibilitatẽ, & hac rõne potentia dr̃ esse occultatio quædam, quia est ens, habens minimam intelligibilitatem, neq; probationes, quæ ibi afferuntur, ostendunt materiam secundum se nõ esse intelligibilem, sed tantum respectu nostri intellectus pro hoc statu, qui non, nisi à sensibilibus, mouetur. 6 *Soluitur prima Confirmatio.*

Ad secundam probationem Resp. negando esse id proprium formæ, qa licet recipi in alio, vt actum in materia, sit proprium formę; non tamen recipi vt obiectum in intelligente, quia hoc conuenit omni entitati, & cum mens dicitur locus formarum, non intelligitur de formis realib⁹ realiter, sed de speciebus formarũ, quæ intentionaliter in intellectu, & mẽte percipiũtur; quodlibet aũt ens habet huiusmodi species, & formas, & hoc est, quod dixit Arist. 2. de anima t. 121. recipi species sine materia, quia .s. non recipitur in anima lapis, v. g. materialiter, hinc tamen non fit materiam in se non esse intelligibilem, quia põt intelligi per sui speciem, q̃ põt producere materia, sicut q̃libet alia substantia; quodlibet. n. ens habet hãc actiuitatem; quare cum Arist. 2. phy. t. 70. negat materiam, & efficiẽs cõincidere; loquitur de efficiente p transmutationem, vt ibi dicemus; vel dici põt, produci speciem materiæ a Deo in intellectu Angeli, & animæ, sicut aliarum rerum. *Soluitur secunda Confirm.*

Dices. Vt materia possit producere sui speciem, debet habere actum existentiæ, sed hunc habet à forma, ergo præcisa forma secundum se, non est cognoscibilis. *Effugium.*

Resp. requiri quidem actũ existentiæ, vt materia sit productiua speciei, sed negamus illum habere à forma, quia habet in se ipsa vi suæ causæ, licet aliquo modo dependenter à forma, vt dicemus infra, quæ dependentia non tollit cognoscibilitatem, sicut neque tollit à forma, quę multo magis pendet à materia. *Occluditur.*

Ad tertiam Respondeo, infinitum cur dicatur ignotum, explicabimus alibi, nunc autem satis sit diuersam esse rationem infiniti, & materiæ, quia vt infinitum distinctè cognoscatur, debent cognosci omnes eius partes, *Soluitur 3. confirmatio.*

quod

quod Aristoteles putat impossibile intellectui finito, at materia non habet partes hoc modo infinitas, imo est potius minimæ entitatis, & ideo minimæ intelligibilitaris.

Soluitur quarta confirmatio.

Ad quartam, primo negando materiam non esse partem quidditatis, & habere suum, quod quid. Secundo etiam si id concedatur, satis est, quod sit ens, vt dicatur intelligibile.

ART. IIII. Explicatur quomodo materia sit solitariè incognoscibilis.

Tertia Materia per se perfectate associationis perfectè cognosci non potest.

7 Tertia Conclusio. Materia licet cognosci possit imperfectè perseitate associationis, perfectè tamen cognosci non potest. Prima pars probatur, quia potest cognosci materia vt substantia, & secundum aliquos conceptus, qui non sunt propriè materiæ, & ideo imperfectè cognoscitur. Secunda pars est communis Thomistarum.

Secunda pars probatur 1. à Thomistis.

Probatur ab ipsis primo, quia materia nō est actus; sed ex dictis patet hanc probationem non esse efficacem.

Probatur secūdo ab eysdem ex Auctoritate Arist.

Secundo probant ex Arist. 1. phys. t. 69. quod materia sit cognoscibilis per analogiam, sed neque hæc probatio habet vim, quia loquitur de analogia respectu subiecti artefactorum, & mutationis accidentalis, quia sicut datur subiectum respectu mutationis accidentalis, ita datur respectu substantialis, nam secundum eius substantiam latet intellectum nostrum in hoc statu, vt diximus supra; hoc autem non prouenit ex eo, quod materia non habeat propriam actualitatem, sed ex eo, quod mutatio substantialis est occultior, & per se non est sensibus peruia, sed a nobis indagatur ex mutatione accidentali sensibili, & hanc ob causam 7. met. t. 35. dixit Arist. materiam esse per se ipsam incognitam.

Probatur tertio ab iisdem ex auctoritate eiusdem Arist.

Tertio probant 9. met. t. 20. vbi Arist. probat actum esse nobiliorem potentia, ex eo, quod res non cognoscuntur, dum sunt in potentia, sed dum sunt in actu, idque probat inductione ex mathematicis.

Reijcitur etiā hæc tertia ratio.

Resp. ibi Aristototel. variè explicari, vt referunt Niphus & alij, sed admissa expositione aduersariorum, dico Aristotelem primo non dicere, quod entia in potentia non sint omnia cognoscibilia, sed non ita, vt entia in actu ergo. Secundo non loqui de entibus in potentia subiectiua, sed obiectiua, nam sicut effectus existentes in causa, sunt in potentia obiectiua, ita Conclusiones, sunt in principijs, & sicut effectus non existunt in se ipsis, nisi dum actu existunt, ita Conclusiones non sumuntur in se ipsis nisi sint actu distinctæ à principijs; quare hic locus non fauet Aduersarijs, vt patet.

Vera ratio qua probatur secūda pars tertiæ conclusionis.

Quarto probatur nam dupliciter potest cognosci materia. Primo negatiuè, & ita necessario includitur in cognitione id, quod negatur, & ita Aristoteles definit materiam 7. met. t. 8. quæ secundum se non est quid, nec quantitas, nec aliquid aliud eorum dicitur, quibus est ens determinatum, nec horum negationes; imo hæc accidunt materiæ.

Secundo etiam affirmatiuè.

Secundo cognosci potest affirmatiuè, & hoc modo necessario includit cognitionem formæ, quia non potest perfectè, & distinctè cognosci materia, nisi cognoscatur eius vltima differentia, sed eius vltima differentia est quid relatiuum, vt patet, tum ex Aristotele 2. phys. tex. 26. tum, quia non distinguitur à quocunque alio ente, nisi quia est pars essentialiter receptiua alterius; huiusmodi autem pars includit, & relationem ad compartem, quæ est forma, & ad totum constitutum ex vtraque parte.

Confir. tradita ratio.

Confir. ex ijs, quibus probabimus potentiam esse de essentia materiæ; vnde Arist. 1. de gener. t. 55. materiam, vt materiam, ait esse passiuam.

ART. V. Afferuntur argumenta contra tertiam conclusionem, & soluuntur.

Scotistæ contrarium docent.

8 Contrarium docent Scotistę, dicentes materiam secundum se esse ens absolutum, & ita per se esse cognoscibilem; vt subiectum vero mutationis, esse ens relatiuum, & ita non cognosci sine forma cointellecta, sicut color est ens absolutum, & ita cognoscitur per se; vt autem obiectum visus dicit relationem, & ita non cognoscitur non cognita potentia visiua, quod probant autem Themist. 1. phys. digress. de materia t. 61. vbi ait, quod sicut Elementa considerantur vt species entis in libris de cælo, & vt principia mixtorum in libris de gener. & lignū vt bipedale, est ens absolutū vt duplum vero est ens relatiuum, ita materia dupliciter etiā considerari potest, & in se, & ita est ens absolutum; & vt principium, & ita est ens relatiuum.

Probant suam sententiam Scotistæ ex auctoritate Themistij.

Reijcitur opinio Scotist., & soluitur eorum ratio.

Resp. Themistium posse explicari (cum dicit materiam esse ens absolutum) respectu cognitionis imperfectæ, vt nos cōcessimus; quod si intellexit etiam respectu cognitionis perfectæ, eius auctoritatem reijcimus, nec exempla, quæ affert, sunt ad rem, nam relatio dupli accidit bipedalitati, sicut relatio principij accidit essentiæ elementi, at non ita in materia, quia ratio principij, seu partis, seu potentiæ non accidit, sed constituit materiam; Vnde optimè dixit Zabarella lib. 1. de materia c. 6. perfectam cognitionem materiæ esse comparatiuam, quia vt natura nō produxit materiā in ordine ad se, sed in ordine ad alia, quorum esset principium, ita cognitio perfecta ipsius est vt principium aliorum, sicut non potest cognosci oculus, vt sic, nisi vt pars viuentis; hoc autem dici non potest de Elementis, quia natura illa constituit, vt essent per se species entis, vniuersum replentes, & per accidens, seu secundario ad mixtionem illa ordinauit.

Ratio potentiæ nō accidit materiæ sed illam constituit.

Probant secundo Scotistæ ratione.

Secundo probant ratione, quando duo sunt distincta realiter, vnum potest intelligi sine alio vt dicitur per articulum Parisiensem, & patet; quia si intellectus potest intelligere separatim, quæ sunt coniuncta, imo quę sunt identificata, multo magis, quæ sunt separata.

Prima confirmatio propositæ rationis Scotist.

Confir. primo quia prius potest intelligi sine suo posteriori vt animal non intellecto homine, sed materia est prius forma, saltem generatione,

ratione, vt eius principium, & subiectum, vt ostenditur à D. Thoma 7. met. lect. 13.

Secunda Confirmatio eiusdem. Confir. secundo. Quod est per se significabile, est per se intelligibile; at materia est per se significabilis; habet enim nomen distinctum à forma, & proprietates distinctas; est enim secundum se ingenerabilis, & incorruptibilis.

Tertia Confirmatio eiusdem. Confir. tertio sicut se habet corpus naturale ad diuersas figuras, ita se habet materia ad diuersas formas, vt ostendit Flandria 8. met. q. 1. ar. 2. sed corpus naturale potest intelligi absque omni figura, cum accidens non sit de definitione substantiæ, sed contra.

Quarta Confirmatio eiusdem. Confir. 4. quia sequeretur non posse materiam distinctè intelligi, nisi intelligantur omnes formæ, ad quas ordinatur, sicut non potest intelligi relatio patris distinctè, nisi intelligatur eius terminus; at id esse falsum patet, quia huiusmodi formæ sunt penè infinitæ, quæ non possunt vna cognitione intelligi, atque adeo nec materia vna cognitione posset distinctè intelligi.

9 *Reijcitur secunda Ratio Scotist.* Resp. id esse verum in ijs, quæ non habent dependentiam ad inuicem; non autem in ijs, quæ habent dependentiam, vt patet in relatione, & termino, cuiusmodi est materia, cum dicat relationem ad formam; vnde patet ad primam Confirmationem, præsertim cum materia, licet sit prior ordine generationis: est tamen posterior ordine perfectionis.

Soluitur secunda Confirm. Ad secundam Confirmationem Resp. inde optimè probari posse, per se, intelligi perseitate proprietatis, sicut habet proprium nomen, non tamen posse intelligi, per se, perseitate associationis, vt patet in omnibus relatiuis, tam secundum esse, quam secundum Dici.

Soluitur tertia Confirmatio. Ad tertiam confirmationem negatur consequentia, quia licet sit aliqua similitudo in eo, quod sicut corpus non potest esse sine omni figura, ita materia naturaliter sine omni forma, non tamen est similitudo independentia quoad cognitionem, quia corpus non ordinatur ad figuram, sicut materia ad formam.

Soluitur quarta Confirm. Ad Quartam Confirmationem Resp. optimè Fland. & Sonci. locis citatis, quod sicut accidens non potest intelligi sine substantia, non tamen est necessarium, vt intelligantur omnes substantiæ in particulari, determinatè, ita materia non potest intelligi sine forma in communi, & confusè intellecta; potest tamen distinctè cognosci sine hac, vel illa forma in particulari, in quo fortasse distinguitur relatio prædicamentalis à trãscendentali.

Effugium excluditur. Neque dicas, si dicatur, potest intelligi sine hac, vel illa forma, ergo sine omni forma, quia non valet Consequentia à distributo ad confusum, sicut non valet, corpus potest esse sine hoc, vel illo loco, ergo sine omni, & similiter color potest videri sine hoc oculo, vel potest videri sine illo, ergo sine omni.

A

ART. VI. Explicatur an materia habeat ideam.

Quarta Materia habet suam propriam Ideã. Quarta Conclusio. Materia prima habet propriam ideam materiæ; ita communiter Theologi apud Suar. loc. cit. Ab. 1. d. 35. ar. 10.

Probatur Conclusio. Probatur quia Deus est Creator materiæ, ergo habet Ideam illius, quia non creat, nisi cognoscendo, & volendo. at idea non est aliud in Deo, quam vel ipsa cognitio practica rei, quæ fit, vel sua essentia, vt participabilis, vel ipsamet res cognita, vt factibilis.

B

Contrariũ docet Plato. Contrarium videtur docere Plato in Timæo, sed ex falso fundamento, quia putabat materiam non esse quid à Deo creatum. Contrarium etiam docere videtur D. Thom. 1. p. q. 15. ar. 3. ad tertium; sed hic loquitur de Idea propria proprietate adæquationis, quia scilicet materia non habet aliam ideam ab idea totius, sed per ideam compositi repræsentãtur partes.

DVBITATIO TERTIA.

An ad Physicũ pertineat probare existentiam materiæ, & quibus rationibus illam probet?

C

De hac quæstione Aristoteles 2. phys. à tex. 22. vbi Burlæus, Venetus, Thienensis, & alij, Iandunus q. 7. Ferrar. q. 3. Zimara Theor. 33. & 35.

ART. I. Opiniones doctorum proponuntur.

1 *Negant Auic. Alber. & Lincon.* Prima opinio est dicentium non pertinere ad Physicum, sed ad metaphysicum ita Auicen. apud Auerroem 2. phys. comm. 22. & 7. met. comm. 9. & 12. met. com. 8. videtur Alberti, & Linconiensis 1. poster. apud Achillinum 1. phys. in com. 82. post nonum notabile.

D

Affirmant alij quoad existentiã. Secunda opinio est Dicentium materiam quoad existentiam pertinere ad Physicũ, quoad essentiam vero pertinere ad Metaphysicum, & quod conceptus potentiæ materiæ essentialis pertineat ad metaphysicum. Refertur pro hac opinione Zimara Theoremate 33. & videtur Achillini loco citato notab. 6. dum ait, metaphysici esse declarare substantiam materiæ, quæ sit, per comparationem ad omnes entis differentias, vt entia sunt, sed materiam esse, solum ad naturalem spectat.

E

Alij quoad existentiam & essentiam affirmant. Tertia opinio est dicentium pertinere ad Physicum, tam quoad existentiam, quam quoad essentiam, ita Iandun. 2. phys. q. 7. Ferrar. q. 3. Zimara Theorem. 35. Themist. 1. phys. ingressione in tex. 61. Simplic. comm. suo 6. Auerr. locis citatis Burl. Venetur. Thienensis, & alij 2. phys. in tex. 22. & sequentes. Et mihi placet.

ART.

ART. II. Opinio Auctoris.

Prima ad Physicum spectat probatio existentiæ, naturæ.

2 PRima Concl. Probare existentiam materiæ pertinet ad Physicum. Probatur primo auctoritate Arist. tum 2. phys. à tex. 22. vbi id non solum asserit, sed probat in 1. phys. vbi à t. 61. incipit materiæ, seu subiectu existentiam inuestigare.

Secundo probatur ratione Aristotelis, quia vt ars considerat materiam adæquatam formis, quas introducit, ita Naturalis considerat adæquatam formis, quas considerat, sed Naturalis considerat omnes formas naturales, ergo considerat materiam communem omnibus illis formis; hanc autem vocamus materiam primam. Neque dicas, quod sicut ars non considerat materiam primam & remotam, sed propinquam, ita neque Naturalis debet considerare, nisi materiam propinquam. Non inquam id dicas, quia si esset vna ars communis omnibus artificialibus, certe illa consideraret materiam communem omnibus formis artificialibus, sicut naturalis scientia, quia considerat omnia naturalia, considerat etiam materiam communem omnibus formis naturalibus, nũc verò quælibet ars est particularis, & ideo non nisi materiam propinquam considerat, & facit.

Tertio probatur à priori, quia existentia materiæ primæ, & medium, quo est motus, continetur sub ratione formali, & abstractione obiecti physicæ scientiæ vt patet: ergo pertinet ad physicum. Consequentia probatur, quia quidquid continetur intra abstractionem obiecti, pertinet ad scientiam illius obiecti, & probatio Conclusionis pertinet ad eam scientiam, ex qua sumitur medius terminus.

Secunda cognoscere essentiam materiæ ad Physicum etiã spectat.

3 Secunda Conclusio. Cognoscere essentiam materiæ primæ pertinet etiam ad physicum, patet auctoritate Plat. in phœdone, & Aristotelis 1. phys. t. 81. 82. vbi etiam definit quid sit materia, & 2. phys. t. 3. vbi definit naturam, & t. 21. & sequentibus, dum ostendit eiusdem scientiæ esse cognoscere materiam, & formam.

Secundo probatur ratione, quia materia secundum suam specificam essentiam continetur infra rationem formalem, & abstractionem obiecti physicæ, imo est principium, & natura constituens corpus naturale, quod est obiectum pysicæ.

Prima obiectio ex Auctoritate Arist.

Sed contra hanc conclusionem primo obijcitur auctoritas Aristotelis, qui in metaph. ex professo agit de materia prima, tum in 7. tum in 8. tum in 12. met. imo in 5. met. eam definit esse id, à quo primo inexistente aliquid fit, & 7. met. 8. materiam dico, quæ secundum se non est quid, nec quantum, &c.

Confir. 1. quia conceptus essentiæ existentiæ, potentiæ, & actu, quæ sunt necessaria ad cognitionem quidditatiuam materiæ, pertinent ad metaphysicum ergo.

Confir. secundo quia nulla scientia probat sua principia, & causas sui obiecti, nam scientia non existit antequam habeat obiectum in esse obiectiuo; at principia, & causæ obiecti sunt ante existentiam, & realem, & obiectiuam obiecti, ergo non possunt illa considerari à scientia, quia haberet actum sciendi antequam esset.

Confir. tertio Physicus non considerat primam formam ex Auerr. 12. met. comm. 51. ergo neque primam materiam.

Soluitur prima obiectio, cur Arist. in met. de materia egerit.

Resp. primo non omnia, quæ tractantur ab Aristotele in metaphysica pertinere ad sciẽtiam metaphysicam sed multa tractari mutuata ab alijs scientijs ad vberiorem doctrinam, & faciliorem Intelligentiam eorum, quæ per se pertinent ad methaphysicam, ita. n. tractat de mo. u, de substantia sensibili, & alijs, quæ propriè pertinent ad physicam.

Secunda solutio eiusdem obiectionis.

Resp. secundo de materia prima tractari in metaphysica non per se, sed occasionaliter, nã cum in 4. met. Aristoteles docuisset ad metaphysicum pertinere ens, vt ens, deinde in 7. docet ens dici multipliciter, vt de substantia, & accidente, sed principalius de substantia, vt probat, tum ratione, tũ auctoritate Antiquorũ, ideò asserit sibi dicendum esse de substantia, cuius varias acceptiones refert t. 7. dicens. Primo significare quidditatem rei. Secũdo significare vniuersale idest (ex opinione Platonis ponentis vniuersale) substantias rerum. Tertio genus, quo nomine intelligit vnũ, & ens, propter opiniones eorum, qui etiam numeros, & magnitudines, substantias dixerunt. Quarto horum subiectũ idest indiuiduam substantiã, quæ maxima videtur substantia, quam diuidit in materiam, formam, & Compositum; quare in septimo agit de materia prima, vt explicet, tum significata substantia; tum quomodo materia ingrediatur quidditatem substantiarum sensibilium, vt ex illis colligat substantias intelligibiles, vt patet ex 8. met. t. 1. & 2. cum enim substantia non possit intelligi, nisi sciantur eius principia, ideo in 8. met. agit de materia prima, quæ est vnum ex principijs substantiæ sensibilis, de qua plurima indutus habitu physico, docet multa ẽt, quæ ad metaphysicum pertinẽt, vt an materia sit vna, vnde prouenit diuersitas in rebus, an in substantijs separatis sit materia, An in accidentibus sit materia, quare ex materia, & forma fiat vnum per se, & similia; vnde patet ex eadem occasione tractasse in 12. met. de materia; cum enim in eo libro tractet de substãtijs intelligibilibus, & separatis, quas plurimi Antiqui negabant, coactus fuit tradere ea, quæ antiqui dixerunt de substantia sensibili, vt ex concessis ab ipsis, paulatim eos duceret in cognitionem substantiarum separatarum.

Quomodo materia & ad Physicum, & ad metaph. pertineat.

4 Ex quo patet optima ratione aliquos Doctores in tertia opinione citatos dixisse materiã primam quatenus est vnum ex entibus, & iuuans diuisionem entis, pertinere ad methaphysicum, relatam vero ad formam, pertinere ad physicum, vt Ferrar. & Iandun. notarunt.

Soluitur prima Confirmatio.

Ad primam Confirmationem Resp. primo Ex hac ratione tollerentur omnes scientiæ, quia inde sequitur ad metaphysicum pertinere omnes quidditates specificas rerum, atque adeo proprietates earum. Quare

Resp.

Soluitur secundo eadē Confi. Resp. secundo huiusmodi conceptus, vt supponunt simpliciter pertinere ad metaph. vt autem supponunt personaliter, pertinere ad varias scientias iuxta singularum abstractiones; quare dico materiam primam secundum quid idest secundum huiusmodi conceptus vniuersales pertinere ad metaph. simpliciter vero idest secundum conceptus determinatos contentos intra suam abstractionem, pertinere ad physicum, neque est absurdum eandem rem secundum diuersas rationes pertinere ad diuersas scientias; imo id est necessarium, vt res perfecte ab intellectu nostro cognoscantur, quare de materia prima quatenus spectat ad obiectum creationis, tractant etiam Theologi in 2. d. 12. & D. Thom. p. 1. q. 66.

Ad secundam Confirmationem Resp. communiter omnes principia cognitionis non probari à scientia, principia vero essendi sui obiecti probari à scientia, non quidem à priori, sed à posteriori, quando latent. Vnde Venetus loc. citat. not. 4. aduertit Auicennam non negasse à Physico posse demonstrari existentiam materiæ a posteriori, sed tantum à priori per causam remotam, & rationibus communibus, vt ex conceptu causæ, & causati.

Dices nulla scientia probat suum subiectum esse, quia id supponit, ergo neque principia.

Resp. negando consequentiam, quia licet scientia supponat suum subiectum esse, tamen inquirit, an habeat principia, & quænam ea sint, cum id sepè sit valdè obscurum.

Ad tertiam Resp. primo negando antecedens, quia physicus ostendit ex motu existentiam primæ formæ idest Dei, vt alibi.

Resp. 2. negando consequentiam, quia prima materia est pars substantiæ naturalis; at prima forma idest Deus, non est pars alicuius substantiæ naturalis, sed solum est forma exemplaris, & ideo non pertinet ad Naturalem, vt forma est, sed solum fortasse vt principium motus, de qua re in 8. phys.

5 Tertia Conclusio. Cognoscere proprietates materiæ primæ pertinet ad physicū. Probatur primo auctoritate Aristotelis, qui 1. phys. t. 82. explicat quomodo sit ingenerabilis, & incorruptibilis. Secūdo probatur huiusmodi proprietates continentur infra abstractionem physicam. *Tertia Cognoscere proprietates naturæ phy sices proprium est.*

Confir. quia cum proprietates fluant ab essentia, & per eam probentur, necessario pertinere debent ad scientiam, ad quam pertinet essentia; at ostendimus essentiam materiæ pertinere ad physicum, ergo. *Confirmatur cōclusio.*

DVBITATIO QVARTA

Quibus rationibus probetur dari in rebus materiam primam.

De hac quæstione Zabar. lib. de materia c. 3. 4. & 5. Conimbr. lib. 1. phys. c. 9. q. 1. Suar. disp. 13. sect. 1. Perer. lib. 5. c. 4. Mercen. dilucidat. de methodo inueniendi materiam primam.

A Hæc quæstio, & si satis patere possit ex rationibus, quibus probauimus dari principia rerum naturalium, tamē vt in promptu omnes rationes habeantur eas breuiter in hac dubitatione colligemus, quare sit.

1 Prima Conclusio. In omni mutatione debet dari aliquod subiectum, quod maneat sub vtroque termino mutationis. *In omnibus mutationibus dari debet subiectum.*

Hæc Conclusio est omnino certa, & primo probatur ex consensu omnium Antiquorum, qui non solum id concesserunt, sed etiam affirmarunt esse totam substantiam rerum naturalium, vt patet ex dictis de principijs, & colligi potest ex 2. phys. 22. 2. de genera. t. 52. vbi ait omnes somniare materiam, sed nullum dicere quid sit, quod etiam significat 1. met. t. 50. & 51. ex quo patet falso Sebastianum Foxium libro de consensu Aristotelis, & Platon. c. 5. imposuisse aliquibus, vt Iustino in libro contra Aristotelem, Theodoreto Epitom. diuinorum decretorum, Lactantio Firmiano lib. de origin. erroris, quod negauerint materiam, nam Theodoret. ibidem, & lib. 5. cap. de materia apertè illam concedit, negat tamen esse productam à Deo, sed præfuisse in mūdi creatione, quod Socrates, & Plato dixerunt, & Lact. c. 9. asserit non accepisse materiam ab alio creatam, sed illam ipsam produxisse, ex qua omnia deinde procreauit; Iustinus vero Aristotelem reprehendit, quod non bene ipsam explicauerit, nam illam dari concedit loc. cit. & lib. 2. apolog. ad Ant. Pium, & q. 9. ex ijs, quæ Gentibus proposita sunt Christianis, quibus accedit Plato in phœdone, vbi id multis probat. *Probatur primo ex consensu omniū antiquorum.* (B, C)

2 Secundo probatur auctoritate Aristotelis, qui in 1. phys. fusissimè id probat, tum ex contrarietate principiorum, tum ex natura actionis, vt infra. *Secundo probatur auctoritate Arist.*

Tertio probatur ex definitione mutationis, est enim transitus à termino à quo, ad terminum ad quem, at in hoc requiritur subiectum quod secundum se careat vtroque termino, & transeat ex vno in aliud, quā rationem Mercen. dicit esse demonstratiuam; at Zabarella c. 8. & Fons. dicunt esse tantum probabilem, & ad hanc rationem reducitur alia, quam Aristoteles tradit 1. de generat. t. 51. & 54. 10. met. t. 14. vbi ex contrarietate principiorum probat debere dari commune subiectum; tum quia contraria se inuicem expellunt ab eodem subiecto, tum quia terminus ad quem, non potest fieri ex nihilo 1. phys. t. 33. & 34. neque ex alio contrario 1. phys. t. 42. 12. met. t. 16. & 53. quia vnum contrarium non recipit aliud, tum quia, vt bene Scotus in 2. d. 12. q. 1. non est ratio cur agens nō posset producere effectum sine illo, quo præsente virtus agentis potius debilitatur, quam roboretur, cuiusmodi est contrarium, ergo debet dari aliquod commune subiectum vt bene Aristoteles 12. met. t. 6. *Tertio probatur ex definitione mutationis.* (D, E)

Confirmat Gregorius Ariminensis in 2. d. 12. q. 1. quia effectus, qui producitur, non præexistit secundum se totum, quia repugnat productioni de nouo, neque producitur secun-

cũdum singulas partes, quia sic crearetur, ergo secundum aliquid producitur idest formã, A & secundum aliud præexistit idest materiam.

3 Quarto probatur ex natura actionis agentis naturalis, nam experientia constat omne agens naturale requirere subiectum vt agat, vt patet, tum inductione, quam Aristot. affert 1. phys. à tex. 43. & 8. met. t. 4. 12. met. t. 6. ex motu locali, augmentationis, alterationis, in generatione viuentium ex semine, vt dicitur tex. 62. & in alijs mutationibus substantialibus, vnde cõcludit non quodlibet fieri ex quolibet, sed determinatum ex determinato, vt ex corruptione Equi, Vespes, ex corruptione Tauri, Apes, & ignis non fit immediate ex marmore, sed ex ligno. Et ratio huius est, nam virtus agentis naturalis, & est finita, & indeterminata ad B plures effectus, quatenus finita, nõ potest creare, quatenus indeterminata, exigit aliud, à quo determinetur; hoc autem non est, nisi subiectum aliquod, ex quo, & educat formam, & potius vnam, quam aliam, sed hoc subiectum non potest exigi in actione agentis naturalis, nisi remaneat tanquam pars totalis effectus producti, nam non potest dici requiri subiectum propter formam oppositam, quia patet experientia, eo citius produci actio. ẽ, qt o magis subiectum est expers contrarij, vt optime ostendit Aristoteles 1. phys. t. 51. & 54. 1. cœli t. 108. 12. met. tex. 53. & Scot. loc. cit. neque requiritur subiectũ vt recipiat accidentia dis- C ponentia ad formam, vt ijs productis corrumpatur totum subiectum, nam forma substantialis vel producitur ab accidentibus, quæ sunt in agente, & non est ratio, cur debeat requiri subiectum, cum agens in ea mensura, in qua producit formam, inueniat omnia corrupta, imo, vt optime Ariminensis, subiectum potius impediret actionem; si enim ligna v.g. non iuuant actionem, qua producitur ignis, deberet produci ignis sine vllis lignis præsentibus, vel producitur forma à dispositionibus, quæ sunt in subiecto, & neque; tum quia in ea mensura, qua producitur forma non existunt, sed sunt corrupta ad corruptionem subiecti; quare hic D modus dicendi est magis absurdus, quam, qui ponitur à Thomistis, dum aiunt in productione substantiali fieri resolutionem vsque ad materiam primam; neque requiritur subiectum ex ordine naturæ, quæ procedit ab imperfecto ad perfectum, nam hoc non oritur ex intentione naturæ, sed propter impedimenta, quæ retardant actionem; vnde agentia, quæ non habẽt illud impedimentum, statim producunt perfectissimum effectum, quem possunt; neque requiritur vt illud corrumpatur, dum producitur aliud, ne sit tanta multitudo rerum in Vniuerso; tum quia hac ratione non posset secundum ordinem naturæ ex re parua quantitatis generari res magnæ quantitatis, E & contra, quia repletio vniuersi non tam oritur ex multitudine, quam ex quantitates tantum enim occupat vniuersi palmaris quantitas ignis, quantum palmaris terræ, & aquæ; tum quia cũ corruptio non fit actio immediate fluens à natura, sed oriatur ex productione alterius incompossibilis, non apparet quomodo subiectum possit corrumpi, vt alibi fusius explicabitur, neque potest subiectum iuuare actionẽ ꝑ qualitates contrarias, quas in se habet; tum quia vnum contrarium non producit, nec comproducit alterum contrarium; tum quia ob id magis deberet produci effectus in initio, quia tunc virtutes vtriusque cõtrarij sunt magis integræ, & perfectæ, atque adeo magis actiuæ; tum quia sæpe accidit in subiecto nullum esse contrarium positiuum, sed tantum priuationem formæ producendæ.

Quarto probatur ex natura agentis.

Quinta sumitur ex natura passionis, nam 4 videmus res naturales agere, & pati, ergo habet diuersa principia, scilicet formam, & materiam, nam idem, vt sic non potest esse principium agendi, & patiendi 1. de gen. t. 28.

Quinta probatur ex natura passionis.

Confir. quia forma non potest esse principium passiuum, quia cum quælibet res inclinetur ad sui conseruationem, potius forma impediet ne patiantur; tum quia pati est commune omnibus; formæ autem sunt propriæ singulis, ergo debet dari aliquod principium cõmune, ratione cuius omnibus conueniat pati. Respondeeri posset ad hanc rationem sufficere distinctionẽ rationis formalis, vt idem dicatur agere, & pati, vt patet in Angelis, & anima rationali, quæ recipit suos actus; Verum adhuc non caret aliqua probabilitate, nam licet ea distinctio sufficiat ad passionem perfectiuam, non tamen ad corruptiuam, vt infra constabit.

Confirmatur quinta ratio.

Sexto sumitur ex consequentibus generationem, nam experimur, in productione alicuius rei manere eandem quantitatem, figuram, & alia accidentia in genito, quæ erant incorrupto, ergo manet idem subiectum in vtroque, alioquin, vel accidentia migrarent de subiecto in subiectum contra commune axioma Philosophorum, vel si dicatur de nouo produci, non potest illorum causa efficiens assignari, quia sæpe effectus productus, & corruptus non exigunt connaturaliter illa accidẽtia; sed indifferenter se habent ad illa, vt v.g. ꝙ carbo habeat talem, vel talem figuram, quod magis patebit ex dicendis contra Thomistas, non dari resolutionẽ vsque ad materiã primã. 5

Sexto probatur ex ijs, quæ generationẽ consequuntur.

Confir. quia videmus effectum augeri ad positionem materiæ, vt v.g. plus ignis produci, cum plura ligna applicantur, ergo signum est aliquid, ꝙ est ligno, manere in igne ꝑducto.

Confir. sextæ ratio.

Septimo ex naturali rerũ constitutione, quæ absque materia intelligi non potest, quia, vel est ex sola forma, & constat, præter animam rationalem, alias formas per se stare non posse, vel simul cum forma est aliquid aliud; & de hoc quæritur quid sit, nam, vel est ens, ꝙ habet aliud esse specificum, quam per formam, & tunc adueniente forma, non fieret vnum per se; vel non habet aliud esse, & hoc voco materiam. Sed hæc ratio, & si vera assumat, indiget tamen multis, quæ nunc probari non possunt, vt v.g. formas pendere à materia, quid sit vnum per se, & similia.

Septimo probatur ex naturali constitutione rerum.

Octauo quod ex Zabarella lib. 1. de materia, c. 3. di-

c. 3. dr esse fundamentũ Arist. vbi est mutatio substantialis, ibi est materia illi subiecta sed in corpore naturali est mutatio substãtialis, vt supponitur tanquam notum, ergo. Maiorem Aristoteles probat 8. met. t. 4. 12. met. t. 7. 1. phys. t. 52. & 63. inductione in omni generatione latissime sumpta, q̃a omnis requirit subiectum vt patet in omni mutatione accidentali, cum accidentia non possint esse sine subiecto, similiter in omni mutatione artificiali, siue fiat, per transfigurationem, vt cum ex ære fiat statua, siue per appositionem, vt in picturis, siue per substractionem, vt in statua lapidea, siue per compositionem, vt in domu, siue per alterationem, vt in pane, & vino, & cæteris rebus naturalibus, quæ artificiotiam applicationem supponunt.

Dices Ex his non probatur illa Maior, quia posset concedi in mutationibus accidentalibus, & negari in substantialibus, præsertim cũ in his nihil videatur remanere, vt in illis, quæ generantur ex semine, in quibus nihil seminis remanet. Sed contra instat Zabarella, tum quia hæc est efficacia inductionis, vt ex vno singulari, in quo apparet necessaria cõnexio prædicati cum subiecto colligatur propositio de omni. Vnde in casu nostro colligitur, quod omnis generatio requirit subiectum, & per consequens generatio substantialis; tum etiam quia potest colligi ex proportione ad mutationem accidentalem, quia non apparet maior ratio, ex qua analogia colligitur remanere etiã subiectum in substantiali, licet nobis non sit ita sensibile, vt in accidentalibus, quod videtur significasse Auerr. 1. phys. t. vlt. materiam nulla alia via fuisse cognitam, quam ex mutatione substantiali; ex ortu enim & formæ interitu cognita est, vt notat Zabarella d. c. 5. Ex his rationibus probatum est dari aliquod subiectũ

6 in genere substantiali, an vero sit deueniendum ad aliquod subiectum primum, quod ex nullo alio fiat, nunc probandum est, quare sit.

Secunda datur subiectum aliquod simplex, quod est materia.

Secunda Conclusio necessario concedendũ est aliquod subiectum simplex idest non compositum ex alio subiecto, quod appellamus materiam primam.

1. Probatur auctoritate Platonis in Parmen. in Timeo, vbi Ficinus in compendio illius Dialogi, & lib. 1. de Theog. Platonis c. 2. & lib. 5. c. 3. & 11. Foxius in Timæo Plotin. Enead. 2. lib. 4. per totum, vbi multa de materia ex Platonis sententia, & ibidem Ficinus in Plotinum, Alcinous de doctrina Platonis c. 7. & ibi Carpent. c. 10. Aug. lib. 1. de genes. contra Manicheos c. 7. & 8. & 12. confes. Mercur. Trismegist. in Pymandro c. 12. Bessar. lib. 2. c. 5. & 6.

Secundo probatur auctoritate Arist. 3. met. c. 2. 8. met. t. 4. 12. met. t. 6 & sequitur in 1. phys. & 1. de generat. à tex. 12. vbi fuse, quem sequuntur Peripatetici, & Albert. 1. phys. tract. 3. c. 11. Saxonia q. 15. Sotus q. 5. Joan. Canon. q. 9. Tolet. q. 12. vbi sex rationibus illam dari probat Conimbr. c. 7. q. 1. Pererius lib. 5. c. 4. Simon Portius lib. de principijs c. 2. & 3. Auicen. 1. sufficientiæ lib. 5. c. 45. Mars. 1. de generat. q. 2. Saxonia c. 3. q. 1. Ægid. q. 12. 13 & 14. Achillinus 1. de Elementis dub. 1. Pauerius disput. 5. met. c. 8. Fons. 1. met. c. 7. q. 2. Suarius disput. 13. sect. 5. Scholastici in 2. dist. 12. vbi Scotus q. 1. Ariminens. q. 1. Bacch. q. 1. & alij, qui pluribus rationibus existentiam materiæ primæ probare conantur; Ex quibus nos duas solum referemus. Quare.

7 Tertio probatur ratione sumpta ab Aristot. 2. met. cap. 2. quia si non daretur materia prima necessario sequeretur processus in infinitum in causis materialibus. Consequentia probatur, nam si ponatur subiectum compositum, v. g. aer; vel in eo ponitur pars materialis simplex, & habetur intentũ, q̃a eã dicimus esse materiã primã idest nõ cõpositã ex alia; vel in ea datur pars materialis adhuc cõposita, & tũc de ea adhuc q̃ritur an habeat partẽ materialẽ, scilicet compositam, an simplicem, & sic in infinitum quæri potest, donec deueniatur ad partem materialem simplicem. Vnde etiam consequẽter fit, vt etiam in formis detur processus in infinitum, quia si ex compositione partis materialis sequitur processus in infinitum in causa materiali, sequitur etiam in causa formali, quia pars illa materialis composita constaret ex parte materiali, & formali; ita colligitur ex Aristotele 2. met. t. 5. 12. met. t. 12.

Impugnat predictam rationẽ Fonseca.

Verum contra hac rationẽ insurgit Fons. 5. met. c. 7. q. 2. sect. 1. quod in hac ratione petatur principium, nam notius est dari materiam primam, quam non dari processum in infinitum; Vnde Arist. 2. met. loc. cit. ex eo, quod datur materia prima probat non dari processum in infinitum in causa materiali, & inde etiam non dari processum in infinitum in causa formali.

Reijcitur impugnatio Fonseca.

Sed contra, quia notius est non dari processum in infinitum, quam dari materiam primã neque Aristoteles contrarium docet, sed in 2. met. supponit ex opinione Antiquorum, contra quos disputat, dari vnam causam proximã effectui, & hinc ostendit non dari processum in infinitum, vt nos alibi explicabimus, & licet existentia materiæ primæ secundũ se sit prior, quam finitas, sicut causa est prior sua passione, tamen secundum nos notius est dari finitatem in causis, quam dari materiam primam, quia infinitum repugnat naturæ: Ex quo patet non esse absurdum dari circulum in demonstrationibus, quando sunt diuersa genera cognitionum, vt patet ex ijs, quæ dicuntur de regressu demonstratiuo. Vnde alij aliter hanc rationẽ impugnant, nam negare possent dari materiã primam, & dari processum in infinitum, si dicant, subiectum esse quatuor Elementa, inter quæ datur circulus quare, & tolleretur processus in infinitum ratione circuli, & non esset entitas simplex, quia Elementa sunt composita.

Reijcitur hec aliorum impugnatio.

Sed contra, nã vel Elementa sunt entia simplicia, & habetur Intentum, scilicet subiectum primum esse simplex; vel sunt composita, & tunc queritur de partibus componentibus, an sint entia simplicia, an composita, & ita

& ita vel procedetur in infinitum, vel sistendum in simplici entitate, quæ habeat rationem subiecti.

8 Quarto probatur ex mutua transmutatione rerum naturalium, siue mediata, siue immediata, quæ transmutatio constat experientia, & colligitur ex oppositione qualitatum, quibus res naturales afficiuntur, nam cum huiusmodi transmutatio non possit esse ex nihilo, necessario debet dari aliquid subiectum illis commune, vt supra ostendimus; hoc autem subiectum non potest esse compositū ex alio, quia alioqui non subijceretur omnibus mutationibus, hoc autem subiectum vocamus materiam primam, & hæc videtur fuisse ratio, qua Aristoteles 1. phys. probat dari materiam primam & explicat Auerr. 1. phys. t. vlt. 2. phys. 21. & 22. lib. destructionum disput. 3. ac 1. & disput. 6. ad 6.

Probatur quarto ex transmutatione mutua rerum.

Et ex hac colligitur nullum elementum esse materiam primam, quia cum inter se mutuo agant, & patiantur, necessario in ea transmutatione debet dari subiectum commune.

Nullum elementum est materia prima.

Hinc infertur primo cur respectu omnium Inferiorum detur vna materia communis, non tamen vna forma. Ratio est, quia materia secundum diuersas partes patet informari varijs formis, quia rerum distinctio non sumitur ex materia; at formæ, ex quibus sumitur rerum distinctio nec possent informare diuersas materias, nec possent distinguere, nisi in se sint distinctæ.

Cur detur vna materia communis non autem vna forma.

Hinc secundo colligitur materiā varijs modis posse cognosci, primo ex analogia ad artificiata, vt dicitur 1. phys. t. 69. & explicauimus supra, secundo per analogiam ad formā, vt Scotistæ, & Thomistæ dicunt, quod quadrupliciter explicari potest. Primo vt forma sit ratio formalis cognoscibilitatis materiæ, & ita dicunt aliqui Thomistæ, & nos supra reiecimus. Secundo in ordine ad formam accedentem, & recedentem, & ita explicat Zabarella c. 4. & nobis placet, quia idem est, ac cognosci per transmutationem. Tertio quod sicut forma est actus, ita materia est potentia. Quarto per negationem omnis formæ, vt definit Aristoteles materiam in 7. met. quod non sit nec, quid, nec, quale, &c. & optime Aug. lib. 12. Confess.

Materia varijs modis potest cognosci.

9 Sed contra hanc Conclusionem primo obijciuntur, quæ supra diximus de calore separato à subiecto, qui posset corrumpi à frigore & de alteratione hostiæ consecratæ, in qua nō est subiectum; sed his Responsum est supra, quod talis calor nō possit corrumpi à frigore, quia huiusmodi corruptio fit per productionem alterius qualitatis incompossibilis circa idem subiectum. Et ad illud de alteratione hostiæ, aliqui dicunt ibi esse productionem accidentium sine subiecto, sicut ibi conseruantur accidentia sine subiecto, eam tamen productionem non esse veram mutationem, sed apparentem. Alij vero dicunt in productione accidentium non deesse subiectum, sed quantitatem habere locum subiecti; in substantiali vero productione, vt cum ex hostia generatur vermes, adhuc adest subiectum, vt docent Doctores in 4. dist. 12. & D. Thom. p. 1. q. 77. quod autem sit illud subiectum, non omnes eodem modo explicant, nam aliqui volunt redire substantiam panis, & vini præcedentem, ita Alens. & bonauentura; alij species conuerti in totum compositum, sicut tota substantia panis in corpus Christi, ita Marsilius; alij quantitatem supplere vicem materiæ, ita Ferrar. & Viguer.

Prima obiectio contra propositam conclus.

Alij ibi ab agente naturali nihil, sed totum à Deo produci, quia desunt requisita ad actionem agentis naturalis, ita Scotus, Ocham & Aliacensis, qui dicendi modi communiter reijciuntur, ideo alij dicunt ibi creari de nouo materiam, ex qua virtute agentis naturalis educitur forma, ita Riccardus, Herueus, Paludanus, Capreolus, Ægidius, Henricus, Maior, Caietanus, Sotus, & alij communiter; & mihi magis probatur; & nunc supponitur, quia non est nostrum has opiniones examinare. Vide Scot. d. 12.

Opinio quæ probatur Auctors.

Secundo obijcitur ex primo de generat. t. 19. & 29. in hoc differre ait generationem ab alteratione, quod in illa totum conuertatur in totum; at non item in hac.

Secunda obiectio ex Arist.

Resp. Scotus loc. cit. vt mutationem esse totius formaliter in totum formaliter, quia licet remaneat materia, tamen non remanet, vt idem totum, nam variam speciem sortitur ex varia forma.

Soluitur ex Scoto.

Tertio si materia daretur, ex sensu colligi deberet, at non est sensibilis.

Tertia obiectio.

Resp. colligi mediate per sensum, nam transmutatio sensibilis est, addita tamen mentis ratiocinatione, vt bene Marsilius, Carpenterius & alij supra citati explicant.

Soluitur.

10 Quarto obijcitur, quia non apparet quomodo inuestigari possit existentia materiæ, ex transmutatione, nam transmutatio videtur supponere existentiā materiæ, & solum ostendit essentiam materiæ.

Quarta obiectio.

Resp. hoc argumentum petere difficultatem, qua via cognosci possit dari materiam, nam D. Thomas opusc. 32. ait cognosci per analogiam ad formam, & sequitur Scotus apud Fabr. Theoremate 25. c. 2. quod tamē Mercen. dilucidatione de methodo inueniendi materiam primam maxime displicet; nam ait primum hos Doctores confundere quæstionem, An est, cum quæstione, quid est, methodus enim per analogiam ostendit quid sit materia, non autem esse materiam. Vnde Aristoteles 1. phys. t. 69. cum dixisset materiam cognosci per analogiam, inde deducit definitionem materiæ, dicens, sua pte natura est substantia quadam informis in potentia ad omnes formas.

Soluitur.

Confirmatur quia methodus per analogiam supponit materiam esse, quod conspicitur ex Aristotele loc. citato; inquit enim sic. *Sicut se habet æs ad statuā, ita materia ad formā, & ad res naturales*; iam vero discursus iste ma-

Confir. prædicta solutio.

R

materiam præsupponit esse, quia naturalis materia se habet ad res naturales, vti materia artefactorum ad res artefactas; iam vero clarum est, quod hæc comparatio supponit materiam esse: non autem probat illam dari: errant ergo dum dicunt analogiam esse methodum cognoscendi materiam quoad si est.

Probant alij materiam ex transmutatione.

Alij secundo dicunt probari ex transmutatione, quam non posse esse sine subiecto inductione probat Aristoteles; sed non placet alijs: quia inductio, qua id probant, ducitur tantũ ex transmutatione accidentali, quam Antiqui concedebant, negantes substantialem, at ex illa transmutatione accidentali non colligitur existentia materiæ primæ, sed tantum alicuius subiecti.

Mercenn. docet materiã quoad (an est) con[...]ſci ex contrarietate, & inductione ab omnibus sensibiliũ.

Tertio ipse Mercenn. ait materiam quoad (an est) simile cognitam, tum ex contrarietate in transmutatione existentem, quod omnis transmutatio fit inter contraria, & vnum contrarium neque recipit, neque transmutat alterum, cum mutuo se expellant, sed ambo quoddam tertium transmutant, ergo præter duo contraria requiritur tertium ita Aristot. 1. phys. t.51. 12.met. t.6. tum inductione in omnibus sensibilibus, quæ oriuntur, & occidunt, vt 1. phys t.62. & 63. nam certitudo rationis in hoc consistit, vt concordet sensibus, 8 phys.t.32. Vnde ab Auerr. 1.cœl.t.22. ea ratio dicitur firmior, cui plures sensus cõsentiũt.

Idem est probare materiam ex transmutatione, & ex contrarietate.

11 Dico primo idem esse probare existentiam materiæ ex transmutatione, ac ex contrarietate, quia cum transmutatio fit inter contraria, dum dicunt probari ex transmutatione dicunt consequenter probari ex contrarietate.

Recte D. Tho. docet probari materiam ex analogia.

Dico secundo recte à D. Thom. dici probari existentiã materiæ ex analogia, siue accipiatur analogia, in ordine ad accidentalem mutationem siue in ordine ad formam, & probatio consistit in hoc, quod sicut in mutatione accidentali datur subiectum, ita in mutatione substantiali, quare falso Mercen. ait supponi existentiam materiæ, nam non supponitur sed probatur, supponitur tamen mutatio substantialis.

QVAESTIO SECVNDA

De essentia & quidditate materiæ primæ.

DVBITATIO PRIMA,

In quo genere materia collocanda sit?

1 DE hac dubitatione Flandr. 7.met. q.4. ar. 3. Soncinn. q.16. Aquar. dilucidatione 6. Antonius And.2.met.q.6.Ianduu.1.phys.q.19.& 20. Tolet. q.13. Hyeronimus Plà disp. de principijs p.2.q.2.Simplic. in tex.66. Themistius digressione in t.61. Achillinus 1.de Element. dub.4.

A

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo not: probata iam existentia materiæ inuestigandam nobis esse naturam, & quidditatem materiæ, cuius inuestigationis difficultas vel ex eo patet, quod cum omnes antiqui aliquo modo materiæ existentiam concesserint; in eius tamen natura explicanda inter se se omnino discrepaùnt; qua ratione fortasse ipsam Protheum appellauit antiquitas. 1

Probata existentia inuestiganda est ipsa materia.

Magna dissensio inter antiquos de natura materiæ, & eorum opiniones referuntur.

Secundo not. propter hanc difficultatem cognoscendi naturam materiæ, magna fuit inter antiquos dissentio, quid esset materia; nam aliqui videntes inter omnia Vniuersi entia, nulli magis conuenire subijci pluribus mutationibus, quam elementis, dixerunt materiam esse vnum ex Elementis: Vnde Thales Milesius, vel potius Orpheus (vt ait Plutarcus) dixit esse aquam. Anaximanes, & Diogenes dixerũt esse aerem. Hippasus vero, & Heraclitus, & Stoici apud Ciceron.3.de natura Deor. ignẽ, Hesiodus autem, terram. Alij denique corpus quoddam insensibile, medium inter aquã, & aerem, vel inter aerem, & ignem, vt fuse refert Fons. 1.met. in c.7. q. 2. Suar. capit. 13. sect.3. Toletus 1.phys. in caput 7. & nos supra fusissime.

B

Quod inuestigandum sit pro eius quidditate cognoscenda.

Tertio not. Cum rei natura, seu quidditas cognosci non possit, nisi cognoscantur tũ eius communia prædicata, quæ pertinent ad cognitionem generis, tum propria, quæ pertinent ad cognitionem differentia, ideo à nobis vtraque prædicata inuestiganda sunt. Quare sit.

C

ART. II. Opiniones doctorum.

PRima opinio est dicentium materiam collocari sub non ente, reiicit illam Soncin. loc.citat. & potest aliqua ratione tribui Thomistis, dicentibus materiam nullum habere actum existentiæ, atque adeo esse non ens, & cum nullum agnoscant ens in potentia obiectiua, necessario fateri debent esse omnino nihil eo quod Aristoteles 1. phys. tex. 60. dixit materiam, & priuationem esse vnum numero, at priuatio collocatur sub non ente ergo. 2

D

Confir. quia si priuatio distinguitur realiter a materia, sequitur quod idem numero possit redire per naturam. Probatur Consequentia dum ex aqua debet generari ignis, materia aquæ est priuata forma ignis; quando postea corrumpitur ignis, ista priuatio est eadem numero cum prima cum sit priuatio eiusdem habitus, & eiusdem formæ, ergo redit eadem numero priuatio, & quia priuatio est negatio in subiecto apto nato, sequitur quod hæc materia sit nata recipere illam numero formam ignis.

E

Confir. secundo ex 1.phys.73. & 74. vbi materiam dicit esse non ens.

Confir.

Confir. tertio

Confir· tertio ex 5. phyſ. 8. vbi ait differre generationem à motu, quia quod generatur non eſt, quod mouetur, eſt; at vt communiter Ariſt. exponitur, id intelligitur de ſubiecto.

Confir. quarto.

Confir. quarto nam omne, quod eſt ens, pertinet ad aliquod ex decem prædicamentis, at materia ad nullum ex illis pertinet, vt colligitur ex primo met. 16. & 18. & expreſſe aſſerit Ariſt. 7. met. 8. dum definiens materiam, ait, non eſſe quid, nec quale, nec quantum, &c.

Confir. quinto.

Confir. quinto, quidquid eſt, vel eſt actus, vel habet actum, ex 2. de anima t. 2. at materia neutrum eſt.

3 *Alij ſub genere entis rationis materiam collocari volunt.*

Secunda opinio eſt dicentium materiam eſſe ſub genere entis rationis. Refert illam Soncinn. loc. cit. & fundamentum eſſe poteſt, quia cum materia concipiatur tanquam ens, & ex ſe nullam habeat actualitatem à parte rei, neceſſario habebit rationem entis per intellectũ.

Confir. hac opinio.

Confir. quia materia præciſa a forma, non eſt niſi per intellectum, quia à parte rei non poteſt ab ea ſeparari.

Soncin. Fland. & alij materiã ſub genere ſubſtantiæ reponi dicunt.

Tertia opinio eſt dicentium collocari ſub genere ſubſtantiæ, ita Soncinn. Flandr. Ant. And. & alij ſupra citat. & omnino mihi probatur.

ART. III. Proponũtur termini pro ſolutione dubitationis.

Quid intelligatur nomine ſubſtantiæ.

Primo not. ſubſtãtiæ nomine à philoſophis intelligi ens, quod ex natura ſua eſt independens à ſubiecto, dicitur autem independẽs à ſubiecto, quod vel omnino in alio non eſt, vel ſi in alio exiſtit, adeſt, vt pars, vel via ad cõpoſitum ſubſtantiale, vt colligitur ex Ariſtotele in ante prædicamentis, & nos fuſius explicabimus in metaphyſicis, & hoc ſenſu accipi debet, quod docet D. Thom. 2. d. 3. q. 1. art. 1. ad primum de ratione ſubſtantiæ materialis eſſe, vt pro ſe ſubſiſtat, quaſi ſit per ſe ens.

Quotuplex ſit ſubſtantia.

Secundo not. ſubſtãtiã in ſua latitudine ſumptã diuidi ſolere, in cõpletã, & incompletam.

Qua ſit ſubſtãtia completa.

Completa ſubſtãtia dicitur, quæ eſt, aut intelligitur ad modum integræ ſubſtãtiæ, quo ſenſu Ariſtoteles primo de ſubſtãtia negat differentias eſſe ſubſtantias; incompleta vero dicitur, quæ eſt pars, aut intelligitur ad modum partis ſubſtantiæ, quomodo materia, & forma dicuntur ſubſtantiæ 8. met. & 2. de anima, & ſimiliter differentię ſubſtantiales. Et quia cõplementum poteſt eſſe, vel phyſicè, vel metaphyſicè, ideo ſubſtantia completa, vel incõpleta dicitur phyſicè, vel metaphyſice, phyſice quidem, quæ eſt pars phyſica, & omnia, quę pertinent ad compoſitionem phyſicam ſubſtantiæ, quomodo via ad ſubſtantiam eſt ſubſtantia, & ſimiliter vnio inter materiam, & formam, metaphyſice vero, quæ eſt pars, vel concipitur ad modum partis metaphyſicę, quæ omnia fuſe alibi explicabimus. Interim videri poteſt Suar. in met. diſp. 33. ſect. 1. Ariſt. 5. met. t. 15. vbi doctores, præſertim Fonſeca c. 8. in tex. & q. 5. & Flandr. q. 8.

Tertio not. ſubſtantiam incompletam phyſice adhuc diuidi poſſe in tres quaſi ſpecies, ſcilicet materialem, formalem, & modalem. Materialis dicitur, quæ eſt tamquam aliorum fundamentum potentiale quid, & determinabile; formalis vero, quæ determinat ad certã aliquam ſpeciem; modalis vero dicitur ens, quod eſt omnino neceſſarium vt fiat compoſitum ſubſtantiale ex determinabili, & determinãte, vt alibi fuſius.

ART. IV. Auctoris opinio proponitur.

Prima Concluſio. Materia eſt ens: Probatur quia eſt ſubiectum mutationis; at ſubiectum mutationis, cum maneat idem ſub vtroque termino, debet eſſe aliquod ens, quia recte Ariſt. 1. phyſ. t. 79. cõtra Platonẽ oſtendit materiã diſtingui à priuatione, quia materia manet nõ manẽte priuatione, manet enim ſub forma, quæ eſt incompoſſibilis cum priuatione. 5 *Prima materia eſt ens.*

Confirmatur.

Confir. quia materia non opponitur formę, cum forma ſit perfectio materiæ, at priuatio opponitur formæ.

Soluũtur argumenta primæ opinionis.

6 *Reſp. ad argumenta primæ opinionis.*

Ex quibus Reſp. ad argumenta primæ opinionis, nam dicuntur vnum numero, ſiue (vt aliqui volunt) negatiuè, quia ſcilicet priuatio non eſt ens poſitiuum diſiunctum à materia, ſiue principiatiue, vt ait Albert. 1. phyſ. tract. 3. c. 17. quia ſcilicet priuatio eſt in materia, ex qua non poteſt eſſe motus, niſi ſit mixta priuationi, per quam efficitur ſubiectum motus, & ideo materia eſt vnum numero principium motus cum priuatione, licet differant ſecundum ſpeciem, ſiue coniunctiue, vt ait Soncinnas, quia ſcilicet priuatio eſt in materia, quo modo Sortes, & quantitas eius dicuntur idem numero quoad exiſtentiam.

Soluitur prima Confirmatio eiuſdem primæ opinionis.

Ad primam confirmationem Reſp. Soncin. in materia reſpectu formæ corruptæ non manere propriè priuationem, quia naturaliter nõ poteſt illam recipere, manere tamen negationẽ illius formæ, de qua re nos infra.

Soluitur ſecunda eiuſdẽ cõfir.

Ad ſecundam Reſp. ibi Ariſtotelem non negare materiam eſſe ens, & habere ſuam entitatem, ſed negare eſſe ens completum, & in actu, & hoc aliquid, nam t. 69. ait materiam cognoſci per analogiam, ſcilicet ab artificiata, quia ſicut ſe habet lignum v. g. ad lectum, ita & ſubſtantia ideſt materia, ad ſubſtantiam, & hoc aliquid, & quod eſt; vnde infert materiam eſſe vnum principium ſed non ita vt ſit ens, vt hoc aliquid: quare non negat Ariſtoteles abſolute materiam eſſe ens ad ſubſtantiã, ſed negat eſſe ens vt ſubſtantiam, vt hoc aliquid. Vnde ẽt patet ad t. 73. & 74. vbi Ariſt. proponit difficultatẽ antiquorũ negantiũ generationẽ ſimpliciter ex eo, quod quidquid generatur nõ poteſt generari ex ente, quia quod eſt, non fit, neque ex non ente, quia ex nihilo nihil fit, quã difficultatẽ ſoluit dupliciter oſtendens res generari ex materia, quæ eſt non ens, non per ſe ſed per accidens, ratione ſcilicet priuationis adiunctæ; Vnde res generantur ex ente, ſcilicet materia tanquam ſubiecto, & ex non ente, ſcilicet priuatione, tãquam termino, à quo.

Secundo ostendens materiã esse quidem ens non in actu, sed in potentia: quare res generatur ex ente in potentia, vt fiant in actu.

7 Ad tertiam Confirmationem illum locum varie explicari, nam Ariminens. in 2. dist. 12.& aliqui alij explicant eam differentiam respectu termini motus, quod terminus motus dicitur esse, quia cum acquiratur successiue, ante quãcunque partem præcedit alia pars; termi-nus vero generationis cum acquiratur in instanti, ante illud non erat, & ideo dicitur, nõn esse. Sed hæc Resp. non placet, quia Aristoteles loquens de alteratione, dum ait, id, quod alteratur, esse, intelligit de subiecto, ideo.

Soluitur tertia eiusdem primæ opinionis Confirmatio.

Reijcitur hæc solutio.

Secundo Resp. Toletus ibi intelligi de subiecto denominationis, quia quod est compositum, nam in motu hoc compositum, quod denominatur moueri, præexistit, at in generatione non ita, quia compositum, quod denominatur generari, non præexistit: Verum hæc Resp. alijs non placet, quia admittit æquiuocationem ex subiecto denominationis ad subiectum adhæsionis, ideo.

Soluitur secundo ex Toleto.

Sed neq; placet.

Resp. tertio Auer. intelligi de subiecto, in quo recipitur generatio, & motus, quia motus recipitur in composito, quod dicitur scilicet esse in actu, & ens completum; quam Resp. explicat Scot. in 2. d. 12. q. 1. dicens, quod licet actualitas mobilis non sit ratio recipiendi motum, sed magis recipit vt ens in potentia, tamen actus necessario requiritur ad hoc, vt mobile moueatur. Vnde Arist. ait, quod mouetur, est, non quod hæc sit conditio mobilis per se, sed per accidens, requisita tamen necessario ad motum, quia conditio per se mobilis est esse in potentia; neque est absurdum aliquid conuenire alicui per accidens, & tamen necessario non quidem accidentalitate cõtingentię, sed quia non includitur in ratione formæ illius licet necessario requiratur ad illud, quia sine illo esse non potest, quo modo priuatio dicitur principium per accidens naturæ 1. phys. t. 66. Vnde vt Aristoteles probet generationem non esse motum, satis illi est, quod subiectum generationis non necessario sit ens actu, subiecto autem motus necessario coniungitur, quod sit ens actu, licet per accidens: Ex quibus patet secundũ quamcunq; ex prędictis expositionibus sequi materiam esse ens.

Soluitur tertio ex Auerr.

Ad quartam confirmationem Resp. materiã non pertinere directè ad aliquod ex decẽ prædicamentis, sed indirectè pertinet ad omnia prædicamenta, præcipuè tamen ad substantiam vt alibi fusius. Et ad locum Aristotelis Resp. Scotus in 1. d. 12. q. 1. ad primum cũ Aristot. asserit materiam non esse quid, nec quale, &c. nõ loqui ex propria sententia, sed Antiquorum, vt colligit ex processu literæ, nã postquam, quod non est, nec quid, nec quale, &c. subdit (si quidem intendentibus accidit materiam subiectũ esse, sed impossibile) verum non solet Aristot. subiungere (sed impossibile) suæ determinationi. Sed hæc expositio cum non probetur ab omnibus, cum, ly, impossibile, referatur ad id, quod Antiqui dicebant materiam esse magis substantiam, quam formam, ideo aliter respondetur materiam scilicet non esse in aliquo prædicamento directe, sed indirecte, quia est in potentia ad omnes formas, tam substãtiales, quam accidentales, & ideo secundum se nõ est in aliqua determinata specie, quia distinctio & specificatio est à forma, & cum subdit Arist. neque negationes eorum, scilicet prædicamentorum, id asserit, quia sicut secundum se, & essentialiter non includit aliquam formam constitutiuam generis, & speciei prædicamentalis, ita neque includit negationes talium formarũ, quia si id includeret, non posset recipere formas oppositas.

Soluitur quarta confirmatio eiusdem primæ opinionis.

8 Resp. ad quintam negando maiorem, neq; id colligitur, ex loco ibi citato, sed potius cõtrarium colligitur, nam ibi diuidit substantiam in materiam, quæ secundum se non est hoc aliquid, & formam, secundum quam iam dicitur hoc aliquid, & tertium, qui ex his, est autem, inquit materia, potentia, forma autem actus, ergo secundum Aristotelem esse ens non solum cõuenit actui, sed etiam potẽtiæ, quia omnis substantia est ens.

Soluitur quinta Eiusdem opinionis Confirmatio.

Dices materia prædicatur de omnibus denominatiuè, vt probat Arist. 7. met. t. 25. quod arca non dicitur lignũ, sed lignea, ergo de nullo prædicatur essentialiter, ergo erit nihil.

Effugium.

Resp. imò ex hoc probari materiam esse ens, quia nihil non denominat aliquid, quare dico, cum denominatiua propriè dicantur, quæ differunt cadentia ab alio, qui casus potest esse, vel sicut accidentis ad subiectum, vel sicut formæ ad suppositum eiusdẽ naturę, ideo duplex ex prędicatio denominatiua. Vna accidentis respectu subiecti, alia formæ respectu suppositi; qua ratione homo non dicitur anima, sed animatus, & ita materia non dicitur forma, sed formata, neque compositum dicitur materia, sed materiatum; per hoc tamen non negatur, an materia respectu suorum inferiorum possit essentialiter prędicari, vt alibi patebit.

occluditur.

ART. V. Ostenditur materiam esse substantiam.

9 Secunda Conclusio Materiam est substantia, hanc probat Aristoteles fuse 7. met. t. 4. & 8. 2. de anima in principio. Probatur qa cum sit ens, & non possit esse accidens, quia materia est primum omnium subiectum, quod repugnat accidenti, vt patet, quia eius natura est esse in subiecto, ergo erit substantia.

Secunda Materia est substãtia.

Confir. primo quia quidquid necessario est prius substantia est de genere substãtię, nã cũ omne ens, aut sit substãtia, aut accidens 5. met. t. 13. & accidens non sit prius substantia, cum pendeat ab illa, vt ostẽdit Soncinn. 7. met. q. 10. fit, vt nihil possit esse prius substãtia, nisi substantia; at materia est huiusmodi, nam materia est receptiua formę, & constitutiua compositi receptiuum autem, & constitutiuum est prius recepto, & constituto.

Confir.

Confir. secundo quia repugnat substantiam componi ex non substantijs 1. phys. t. 52. nam alioquin ex parte non substantiali nō esset substantia, sed substantia sensibilis componitur ex materia vt patet ex 8. metaph. in principio ergo.

10 Sed contra hanc conclus. primo obijcitur, qa de ratione substantiæ est posse per se subsistere, at materia non potest per se subsistere.

Prima obiectio, contra conclusionem.

Confir. primo quia materia includit relationem, nā respectu formæ includit relationē receptiui; respectu verò compositi, relationē partis, & vt perfectibile dicit relationem ad perfectiuum, & vt potentia relationem ad actū vnde 2. phys. t. 26. materia dicitur esse eorum, quæ sunt ad aliquod, at relatio est inter prædicamenta accidentis.

Confir. secundo quia materia est in potentia ad substantiam 1. phys. 69 & 78. & 7. met. t. 8. & 8. met. t. 3. ergo non est substantia, quia quod est in potentia ad aliquid idest album, non est illud tale idest album.

Confir. tertio esse susceptiuum contrariorū est maximè propriū substantiæ, vt dicitur in prędicamento substantiæ, per consequēs conuenit omni substantiæ, sed materia non est susceptiua contrariorū, qa immediatè recipit formas substantiales, inter quas non est contrarietas.

11 Resp. primo Mercenn. nō esse propriū substantiæ in communi per se subsistere; sed solū id conuenire substantiæ compositæ, seu totali, quia non conuenit formæ, quæ est in materia, sicut neq; omni substantiæ cōuenit subijci alijs, quia non conuenit formæ: Vnde propriū in cōmuni substantiæ est nō esse in subiecto; per hoc enim ex Aristot. substantia distinguitur ab accidenti, & licet forma sit in materia, non tamen est in ea, vt in subiecto, nam id dicitur esse in subiecto, quod nō est in alio vt pars, vt fuse explicatur in ante prædicamentis: quæ Resp. veritatem quidē continet, sed explicatione indiget. Quare clarius.

Resp. primo Mercenn.

Resp. ex probabiliore opinione subsistentiā esse duplicem, partialem vnam, totalem alterā; hanc esse propriam totalis substantiæ; illā vero partialis. Vnde materia licet non per se subsistat subsistentia totali, per se tamē subsistit subsistentia partiali; vt enim esse in alio tanquam partem, non tollit conceptum substantiæ absolutæ, sed tantum substantiæ totalis, ita neque tollit conceptum subsistentiæ, sed tantum subsistentiæ totalis, & perfectæ. Sed quando aliqui non admittunt hanc distinctionē dicentes subsistētiā esse modū quendā simplicē propriū substantiæ integræ, ideo secundū hos dici debet materiā, & formā non habere subsistentiā ex se, sed communicatam à cōposito; vnde per se subsistunt subsistentia compositi; qua ratione etiam dicunt materiā existere existentia cōmunicata à forma: de qua re nos alibi?

Ad primam Confirmationem fusius patebit ex infra dicendis, vbi explicabimus differentiam constitutiuam materiæ, & quomodo potentiā se habeat ad materiam, nunc satis sit, si dicatur inde satis probari conceptum materię esse aliquo modo relatiuum, non tamen pertinere ad prædicamentū relationis, quia relatio inclusa in materia, non est prædicamentalis, sed transcendentalis, & secundum dici, quæ vagatur per omnia prædicamenta quomodo Arist. in c. de ad aliquid, dixit, caput, quod pertinet ad prædicamentum substantiæ, includere relationem, quam etiam includit anima; vt patet ex eius definitione in 2. de anima, vbi definitur in ordine ad corpus, & tamen constat animam esse substantiam.

Soluitur prima confirmatio.

Ad secundam Confirmationē Resp. ex Alēs. 7. met. in tex. 8. id, quod pure est in potentia obiectiua, non oportet, quod sit aliqua entitas; id vero, quod est in potentia subiectiua, necessario dicit aliquam entitatem, quia purum possibile non potest esse subiectum transmutationis, at materia est in potentia subiectiua, nō qdem ad suam substantiam sed formæ, vel compositi; vnde dicitur in potentia ad hoc aliquid 7. met. t. 8. & 12. met. t. 14. 12

Soluitur secunda.

Ad tertiam Confirmationem Resp. Soncin. loc. citato esse susceptiuum contrariorum immediate, est proprietas substantiæ cōpletæ, nō autem partium eius; putat enim Soncinn. cum reliquis Thomistis accidētia recipi in toto cōposito; verū al j, q hoc negāt, dicūt materiā immediate recipere contraria. De qua re nos alibi. 13

Soluitur tertia.

Tertia Conclusio Materia est in genere substantię non directè, sed reductiue. Probatur quia non est in genere substantię tanquā species, aut indiuiduū, aut natura perfecta, sed tāquam pars substantię compositæ, vt dicitur 2. de anima t. 2. & 7. met. t. 7. & 8. phys. 69. & 78. quę autem sunt huiusmodi, non pertinēt directe ad prędicamēta sed reductiue, qa in recta linea prędicamentali nō ponūtur, nisi indiuidua integra, & quę de ejs essentiali prędicatione, & absoluta prędicātur; quare substantia, quę prędicatur de materia, nō est genus supremū substantię, sed conceptus substantiæ analogus ad substantiā completā, & incompletā, & omnia, quę ad prędicamētū substātiæ pertinēt. Cōfir. ex Arist. 1. phys. t. 29. vbi vocat quodammodo substantiam, vt fœminam, & supra & 2. phys. t. 11. & 12. formam esse magis substantiam.

Tertia materia est in genere substantiæ reductiue.

Dices materia sicut est pars compositi substantialis, ita est pars compositi accidentalis, ergo sicut reductiue pertinet ad prædicamentum substantię, ita etiam reductiuè ad reliqua prædicamenta accidentium.

Effugium.

Resp. posse id quidem dici, tamen quia prędicamentū substantiæ est omnium primum, & pręcipuum, & quia materia essentialiter habet conceptum substantialem, ideo simpliciter, & absolute dicitur pertinere ad prędicamentum substantię.

Occluditur.

Ex his patet errare eos, qui dicunt materiā pertinere ad ens rationis, patet ex dictis; quia probauimus esse substantiam; at omnis substantia est ens reale. Neque dicas materiam, dum est in composito, esse ens reale; secundū se vero esse ens rationis, quia secundū se nullā habet actualitatē. Non inquā id dicas, 14

Errantij, qui materiam ad ens rationis pertinere volunt.

quia id, quod est secundum se ens rationis, transformatur in entitatẽ realem, quod est impossibile, & falso dicitur secundum se non habere actualitatem aliquam entis, vt infra constabit.

ART. VI. Soluuntur argumenta secundæ opinionis; nam ad primum patet ex dictis.

Ad illius Confirmationem Resp.

AD Confirmationem Resp. negando consequentiam, nam multa sunt, quę ad inuicem separari non possunt naturaliter, & tamen secundum se à parte rei sunt entia realia; id enim patet in subiecto, & passione, materia, & forma cœli secundum communem, & cæteris huiusmodi. Vnde recte Zimara Theorem. 26. l. 39. secundum antiquam impræssionem, & Auer. 12. met. t. 39. asserit, quod licet materia semper habeat aliquam formã, tamen cum illa forma non sit de essentia materiæ, potest intellectus vi sua per cognitionem præcisam intelligere materiam secundum prædicata illi essentialia, non cointellecta forma illi coniuncta.

Effugium secundæ opinionis.

Dices esse primum, est ab intellectu numerante in ordine ad secundum, ergo similiter cum dicitur materia prima, ly, primum est ab intellectu.

Occluditur.

Resp. ly, primum, non sumi positiue, sed negatiuè quatenus negat aliud prius, quia dicit in materia ita esse subiectum, cum nõ sit in alio subiecto, quod non est ab intellectu, sed à parte rei, saltem fundamentaliter.

DVBITATIO SECVNDA

An materię sit substantia completa, an vero incompleta?

ART. I. Explicãtur termini quæstionis.

Quid sit ens cõpletum.

1 PRimo not. ens completum dici id, quod habet ea omnia, quæ ex natura sua exigit & quia rerum natura alia est substantialis, alia accidentalis, ideo duplex potest esse completio. Vna substantialis, qua res substantialiter, seu essentialiter completur, quod est, quando res habet eas perfectiones essentiales, vel substantiales, quas exigit. Altera est accidentalis, qua res accidentaliter completur & perficitur, quod est, quando habet eas perfectiones accidentales, quæ sunt ei conuenientes. Nunc igitur non quærimus de completione accidentali materiæ, sed de completione substantiali.

Complementũ substantiæ triplex potest esse.

Secundo not. completionẽ substãtialẽ posse esse triplicem. Primo completione simplicitatis, quomodo secundum Auer. materia cœlorum dicitur substantia completa, quia est simplex quædam entitas, carens compositione materiæ, & formæ. Secundo completione formali, quomodo elementum v.g. ignis & cætera sensibilia composita dicuntur etiam entia completa. Tertio completione mixtionis, quo modo chaos Anaxagoræ, & Emped.

A dici poterat ens completum, quod omnia in se complecteretur.

Dupliciter potest intelligi completa substantia.

Tertio not. huiusmodi completionem substantialem ad huc dupliciter posse intelligi, 2
primo vt habeat omnia prædicata substantialia, vel essẽtialia q̃ rei debẽtur, & ita cõstat vnãquãq; rẽ existentem, prout existit, esse completam, quia nihil potest existere, nisi habeat omnia prædicata sibi necessaria. Secundo vt sit tale ens, cui debeatur existentia absque complemento alterius entitatis, qua ratione homo dicitur ens completum, anima vero ens incompletum, quia homo existit naturaliter absque adiumento alterius intrinsecæ entitatis

B anima vero nequaquam, quia semper dicit cõnaturalitatem ad existendum cum comparte, & hoc modo intelligimus, quando quærimus an materia sit ens completum.

ART. II. Opiniones doctorum proponuntur.

Aliqui volunt materiam esse entitatẽ simplicem completã dupliciter potest intelligi hac opinio.

PRima opinio est dicentium materiam esse entitatem quandam simplicem completam in genere substantię completione simplicitatis, quæ dupliciter intelligi potest. Primo vt dicatur illam esse totam substantiam rerum naturalium, per consequens hæc non differre substantialiter, sed tantum accidentaliter, neque 3

C vllam dari generationem substantialem, ita Xenophanes, Parmenid. & Melissus, & alij, qui ponebant vnum principium incorruptibile rerum omnium naturalium, vt supra retulimus. Secundo vt dicatur materiam esse entitatem quidem simplicem, & integram in specie substantiæ, tamen adhuc habere potentiã receptiuam formarum substantialium, quo sensu, nemo, quem legerim, illam docuit; potest tamen fortasse tribui illis, qui ponunt materiam quandam spiritualem in Angelis; & etiã Philolopono lib. 11. contra Proclum, dum ait materiam natura sua esse corpus, non quidem per formam aliquam, sed quia est ipsa

D trina dimẽsio, ex qua omnia fiant, quæ videtur fuisse sententia Stoicorum fundamentum esse potest, quia non videtur implicare dari huiusmodi, entitatem, & videtur magis consentaneum in natura, quæ refugit multiplicationem & imperfectionem entium sine necessitate.

Alij volunt materiam esse entitatem completam sed completione cognitionis.

Secunda opinio est Dicentium materiã primam esse ens quidem completum in specie substantiæ completione compositionis ratione alicuius formæ, quæ illam compleat in ratione materię. Hanc opinionẽ videntur sequuti, Veteres illi philosophi, qui dixerunt primum principium rerum naturaliũ esse aliquod vnũ ex Elementis, quorum fundamenta supra, &

E retulimus, & reiecimus. Et ad hanc reduci potest opinio dicentium dari in materia formã corporeitatis, quę constituat materiam in genere corporis, vt docet Auicen. 1. suæ sufficien. c. 2. & tractat. 2. suæ met. c. 2.

Tertia opinio est dicentium materiam esse substantiam compositam compositione mixtionis, 4

tionis,eo quòd in ea lateant omnes formæ, & si non appareant extra, hanc videntur docuisse Anaxag. & alij, qui posuerunt in vnoquoque inesse infinita principia, & similiaria, vt supra retulimus, & non videntur ab ea longè abesse, qui in materia ponunt substantialem quandam formam æternam, quam vocant inchoationes formarum,vt docet Alber.lib.de quatuor coæuis,& 3.met.tract.2.c.3.

Alij volunt materiam, esse entitatem simplicem partialem indeterminatam.

4.Opinio est dicentium, materiam primam sin propriam naturam esse exclusam omni forma, esse corpus de genere subiæ, vnde dicunt esse naturã quandã simplicẽ,partialem,indeterminatam,nullam,certæ speciei alligatã,& aptã omnia fieri, ex qua duæ proprietates inseparabiles emanant: vna est quantitas interminata; altera est potestas vniuersalis recipiendi omnes formas, quæ comparata ad materiam secũdum se,& absolutè sumptam est proprietas eius materiam consequens, sed comparata ad materiam, vt est principium rerum naturalium, est principium essentialiter constituens materiam in ratione principij, ita Zabarella lib.2.de materia c.17.&21.quam c.18.tribuit Plotino lib.4 ennead.2.Alexand.lib.2.quæst.natur. c.3. Simplicio 1.phys.tex.69. & Auerroi 3.metaphysic. com.11.&8.metaph.vlt.epithom.metaphysicæ tract.2. cap.13. vbi docet genere esse composita,& ex materia,& forma constare, eiusq; varia dicta conciliat,

ART. III. Probatur materiam non esse essentialiter trinam dimensionem.

5

Materia ex se non est ipsa trina dimensio,

PRima Conclusio, Materia secundum se non est ipsa trina dimensio. Primo, quia dimensio essentialiter est in prædicamẽto quãtitatis,vt alibi ostendemus; at Nos ostendimus materiam esse in prædicamento substantiæ.

Confirmatur ex Plotino lib.4. ennead.2. vbi ait, quod aliud est quantum, aliud quantitas, aliud corpus, aliud corporeitas, quia nomen concretum significat quid diuersum à nomine abstracto, ergo si prima materia est corpus, est id,quod habet corporeitatem,& quantitatem, ergo non est ipsa corporeitas, & quantitas, sed subiectum illius, ergo secũdum suam naturam non est quanta,sed potius pscindit à quãtitate, neque probari potest, quod asserit, trinam dimẽsionem esse in materia substantiã,quia q est natura sua accidens, nulli potest esse substãtia, alioqui accidens transubstantiaretur,quod naturæ repugnat.

Confirmatur secundo, quia materia secundum suam essentiã debet esse spoliata omni forma tam accidentali,q̃ substantiali, quia alioqui non posset omnes recipere, & ideo dixit non esse quid,neque quale,neque quantũ, 7.met.8, at si essentialiter esset trina dimensio iam haberet certã formam, idest quantitatis. Sed Responderi posset, sicut materia debet habere aliquod esse,ita eo conceptu formali non potest spoliari;at conceptus formalis materiæ est vt sit trina dimensio,ratione cuius pôt recipere omnes alias formas dantes aliud esse determinatum.

Confir.tertio, alij, quia materia est ingenerabilis, & incorruptibilis, vt infra probabitur, at trina dimẽsio est generabilis,& corruptibilis, sed non est omnino efficax,quia multi ex Peripateticis negant quantam esse corruptibilem, & forte probabilius,

6 *Primo obiectio.*

Sed contra hanc conclusionem, primo obijcit Philoponus apud Zabarell.lib.2.de materia cap.15. Primo,quia id statuẽdum primum materiale principium rerum omnium naturaliũ, ad quod nos ducit ratio Aristotelis sumpta à generatione substantiali, quia inde Aristoteles probat dari materiam primam; at hæc ratio probat materiam primam esse corpus, idest trinam dimensionem, quia in omni generatione substantiali tria reperiuntur, scilicet duo contraria, & subiectũ; at ex his solum subiectũ est æternum, quia duo contraria se mutuo interimunt;at in inferioribus omnia videmus interire, præter naturam corporis, vt patet inductione,nam in singulis generationibus videmus interire naturam animalis, hominis, plantæ, &c. & eandem generari, semper tamen manere naturam corporis,tamquam omnibus necessariũ, ergo natura materiæ primæ nõ est aliud, quam natura corporis,

Confirm.1. hac obiectio.

Confirmatur primo, quia id statuendum est esse materiam primam, per quod redditur ratio effectuum naturalium,id negandum,per q non potest ratio talium effectuum;at ex materia incorporea non potest reddi ratio effectuũ naturalium,sicut ex materia corporea,ergo materia statuenda est corporea. Minor probatur, nam in generatione elementorum, v.g. statuta est proportio, vt ex pugillo aquæ generentur decem pugilli aeris, at huius proportionis nulla afferri potest ratio,nisi ponatur materia corporea,non enim sumi potest ex forma aquæ,qa hæc in aduentu formæ aeris interit, neque ex forma aeris, quia natura aeris non poscit talem quantitatem,cum possit seruari, & in maiori, & in minori quãtitate,ergo debet sumi ex materia,non quidem incorporea,quia,si secũdum se nullam quantitatem, & nullam extensionem habeat,sed extenctio sibi accidat,potest eadem portio materiæ ad maiorem, & minorem quãtitatem extendi, prout maiori,vel minori coniungitur,ergo ex materia secundum se quanta; nam tanta materia,quæ est in pugillo aquæ, cũ secundum se possit extẽdi,habet etiam certam extensionem respectu formæ aeris recipiendæ, ita vt, si illa aqua in aere mutanda sit, tantam aeris quantitatem ex ea generari oporteat, non maiorem, neque minorem; hoc autem oritur ex respectu densitatis aquæ ad raritatem aeris, at ex eo respectu nõ potest hoc prouenire, nisi vtrique eadem materia, vel saltem æqualis substernatur.

Confirmatur secundo.

Confirmatur secundo,quia si materia secundum se non esset extensa,certè esset indiuisibilis, cum tamen videamus eam in multas portiones diuisas, ergo secũdum se, seu propriam naturam est corporea, quia diuisibilitas conse-

qui-

quitur quantitatem, seu corporeitatem.

Ratio hac infra patebit.

Resp. infra patebit post septimam cõclusionem, quid ex transmutatione, & generatione colligamus conuenire materiæ, nam dicemus colligi esse entitatem capacem quantitatis incorruptibilem, non tamen esse completum, sed incompletum ens, atq; adeo non posse esse corpus, quod est genus in prædicamento substantiæ, & ibidem patebit ad primam confirmationem.

Soluitur secunda confirmatio

Ad secundam etiam si materia non sit corpus, quod est genus in prædicamento substantiæ, esse tamen entitatem corpoream, idest capacem quantitatis, quod fusius alibi explicabitur.

ART. IIII. Probatur non esse completam completione mixtionis, vel compositionis.

Materia nõ est cõpleta in specie substantiæ completione mixtionis.

7 Secunda Conclusio. Materia prima non est completa in specie substantiæ, completione mixtionis, tum quia ea mixtio, vt probauimus supra, & alibi fusius apparebit, repugnat naturæ, cum aut omnes, aut plereq; formæ substantiales inter se sint incompossibiles; non enim in eadem parte materiæ põt esse forma aquæ, & ignis, neque ea repugnantia tollitur ex eo, q̃ vna lateat, altera appareat, nam incompossibilitas oritur ex naturis ipsarum formarum, quibus repugnat vniri in eadem portione materię, & inde oritur repugnantia operationum, rõne quarum formæ nobis apparent; tum quia ea

Qua mixtio repugnet materia.

mixtio repugnat peculiari conceptui materiæ, quæ cum secundum se sit apta recipere omnes formas, debet omnibus spoliari, iuxta illud axioma: Omne recipiens debet esse denudatũ à natura recepta.

Ex quo patet repugnare etiam materiæ, inchoationes illas formarum, quas aliqui in materia posuerunt, quod magis patebit infra, cum agemus de eductione formarum, vbi etiam explicabimus, qua ratione formæ non creentur.

Materia nõ est substantia cõpleta completione compositionis.

8 Tertia Conclusio. Materia non est substãtia completa in genere substantiæ completione compositionis, nam illud compositum constaret ex receptiuo, & recepto; at nos illud receptiuum vocamus materiam, quia nomine materiæ intelligimus primum subiectum, seu receptiuum omnium formarum. Neque dicas per

Effugium.

illam formam constitui, vt possit recipere omnes formas determinatas, & corruptibiles, quę dicuntur verè, & simpliciter actus; nam adhuc

Occluditur.

illa substantia esset susceptiua illius actus, q̃ dicitur dispositio ad veros, & simpliciter actus, & illi conueniunt ea prædicata, quæ tribuuntur materiæ primæ; vnde esset quæstio de nomine, an totum illud compositum, an vero illius pars potentialis dicenda est materia.

Confirmatur ex Arist.

Confirm. ex 1. phys. tex. 69. vbi Arist. ex proportione artefactorum asserit nomine materiæ primæ intelligi eam, quæ caret omni forma; vt enim inquit lignum, & æs, respectu formarum artificialium, ita materia prima respectu formarum naturalium, at lignum non constituitur in ratione subiecti per aliquam formam artificialem, ergo.

Quarta Conclusio. Materia non est completa completione compositionis ratione formæ 9

Materia non est completa cõpletione compositionis ratione formæ.

specificę. Probatur ex destructione motiui, quo ponitur tale compositum; dupliciter enim potest intelligi in ea aliud compositum esse constitutum per formam aliquam. Primo, per formam quandam genericam, & hanc infra ostendemus repugnare; nõ enim potest existere genus, nisi contractum ad aliquam speciem, & indiuiduum. Secundo, per formam quandam specificam, & huius nullum apparet vestigium, & motiuum cur debeat poni, nam vel ponitur propter conseruationem materiæ primæ, quæ sicut est ingenerabilis, & incorruptibilis, ita cõseruari exigat per formam illi coęuam, & inseparabiliter vnitam; & non, nam si quæ est necessitas huius conseruationis, illi satis sunt formæ specificæ, quę vt perpetuo sibi inuicem succedunt in materia, ita perpetuo possunt illius essentiam conseruare, & vt materia nunquam caret aliqua forma specifica, & corruptibili, ita numquam caret sui conseruatiuo; quare nõ est necessaria ob id vna aliqua forma inseparabiliter vnita materiæ.

Vel secũdo ponitur, vt materia compleatur in ratione receptiui aliarum formarum; & neq; quia potentia receptiua eo magis est proportionata recipiendi, quo minus est actuata per formas specificas, quia tunc habet rationẽ potentiæ receptiuæ; neque est eadem ratio de dispositione accidentali, quæ præcedere debet informationem actus substantialis, nam huiusmodi dispositionis necessitas, & colligitur experientia, & ex necessitate limitationis potẽtiæ illimitatæ, vt potius recipiat vnum, quam aliud; at huiusmodi forma substantialis, nec experiẽtia constat, nec limitat potentiam materiæ ad hanc potiùs, quàm illam formam, cum ad huc ponatur illimitata, & indeterminata ad omnes formas consequentes, ad quas deinde limitatur per dispositiones accidentales, ergo hęc limitatio sufficit, & non exigitur alia.

Vel Tertio requiritur propter operandum, & neque, quia omnis operatio, quæ conuenit entibus naturalibus, fit per medias qualitates; at omnes qualitates operatiuæ consequuntur formas specificas, nam, vel sunt primæ qualitates, & consequuntur formas elementorm, vel sunt secundæ qualitates, & consequuntur temperamentum primarum qualitatum; vel sunt proprietates, & cõsequũtur formas mixtorum inanimatorum, vel animatorum, quia omnes supponunt primas qualitates, saltẽm vt necessarias ad existentiam formarum in materia.

Vel quarto, requiritur ad receptionem dispositionum accidẽtalium respectu formarum specificarum, eo quod ens per se debeat præcedere ens per accidens, quod non esset; nisi ponatur huiusmodi compositum ex materia, & forma substantiali illi coęua, & inseparabilis sed neque, quia, omissa opinione Thomistarum dicentium accidentia recipi in toto composito.

Re-

Respondent communiter ad recipienda huiusmodi accidentia, satis esse substantiam materiæ primæ, A neque compositum per se debet esse prius omni ratione composito per accidens, nam satis est prioritas intensionis, & perfectionis, sed de hac re Nos alibi fusius.

Secundo probatur ex natura potentiæ informabilis.

10 Secundo probatur, ex natura potētiæ informabilis, quia licet sit in quæstione, an forma generica, & specifica, possit simul informare eandem materiā, tamen ab omnibus negatur duas formas specificas posse informare eandem materiam, nam vel vtraque informat eandem materiam immediatè, & non apparet huius necessitas, nam prior forma non est necessaria ad posteriorem, neque vt subiectum, neque vt dispositio subiecti, nam ad disponendum satis sunt quantitas, & cætera accidentia, B vel vna forma immediatè informat materiam, & altera mediatè, & neque, nam quælibet forma specifica constituit compositum in vltima specie substantiali; hoc enim affert secum cōceptus formæ specificæ, quia non potest vlterius contrahi ad aliā speciem, ergo illud compositum nō est actuabile per aliam formam specificam, quia secundum speciem substantialem est vltimo actuatum.

Confirmatur hac ratio.

Confirmatur, quia alioquin sequeretur vnam rem constitui essentialiter in duabus speciebus vltimis; hoc autem esse falsum, patet, quia sequeretur id dici posse de qualibet substātia quantumuis completa in specie, C nam non potest afferri efficax ratio, cur potius vna substantia cōpleta in specie possit actuari vlterius, & non altera; si negatio actuabilitatis non oritur ex forma specifica. Denique.

Confirm. secundo ex Arist.

Confirmatur secundo, ex doctrina Aristotelis 7. metaph. tex. 49. & 2. de anima tex. 7. vbi fuse probat ex duobus entibus in actu non posse constitui vnum per se; vnde negat vniuersale Platonis posse esse substantiam rerum, quia ex duabus substantijs in actu fieret vna substantia; at si daretur huiusmodi multiplicatio formarum, sequeretur ex duobus entibus in actu fieri vnum per se; nam posterior forma, quæ dat esse actuale, inueniret subiectum constitu- D tum in actu per præcedentem formam; Neque est eadem ratio de formis substantialibus, ac accidentalibus, quia substantialis dat esse simpliciter, & essentiale; quare non supponit esse simpliciter; at accidentalis dat esse secundum quid, & ideo sicut vna res potest habere plura esse secundum quid, ita potest habere plures formas accidentales. sed de hac ratione Nos alibi plura dicemus.

ART. V. Soluuntur argumenta ponentium formam specificam coæuam materiæ.

11 SED contra hanc conclusionem plura obijci possunt ab illis, qui in eodem composito ponunt plures formas substātiales, sed ea à nobis soluentur alio loco, vbi etiam tractabitur de forma corporeitatis secundum opinionem Scoti; solum hic obijci posset, quod requiratur aliqua forma illi coæua, vt constituatur materia in ratione subiecti, ex conditione actionis naturalis, nam agens naturale non agit, nisi in subiectum corporeum, ergo constitutum per formam corporis; non .n. materia nuda habet rationem corporis, cum non ponatur in prædicamento substantiæ directè, sicut ponitur corpus, neq; est capax actionis naturalis, tùm quia secundum se non habet quantitatem, neq; potest esse principium illius, cum sit indifferens ad omnia, nec sit actiua; tùm quia, quod habet rationē subiecti respectu actionis naturalis, debet habere in se omnia requisita ad existendum; non enim potest recipere actionem, nisi existat; at materia secundum se, præcisa forma, non potest existere, vel simpliciter, vel saltem naturaliter, ex omnium sententia, ergo materia, vt constituatur in ratione subiecti, exigit formam.

Obiectio.

Confirmatur quia materia non potest esse perfecta in ratione materiæ sine forma, ergo per formam constituitur in ratione materiæ. Antecedens probatur, quia nihil potest esse perfectum, nisi habeat omnia, quæ eius naturæ conueniunt, quæ conuenientia sumitur ex fine, ad quem res ordinatur; at materia non constituta per formam, non habet ea, quæ sunt necessaria ad consequendum finem, ad quem materia ordinatur, ergo sine forma non est perfectè cōstituta in ratione materiæ.

Confirmatur primo.

Confirm. 2. quia alioquin materia non posset appetere formas, quia contrarium non appetit suum contrarium, sed simile appetit simile; at materia vt habet rationē potentiæ, est contraria actui, ergo debet fieri similis per formam, vt possit appetere formam actu.

Confir secundo.

Confirm. 3. ex multis auctoritatibus, Auerr. vt 8. phys. tex. 4. vbi ait, si materia denudetur omni forma, nullam reciperet formam.

Confirm tertio.

12 *Soluitur obiectio.*

Resp. in hoc argumento primum attingitur difficultas quomodo materia sit corpus, & omissis diuersis Auctorum sententijs, de quibus fusè agemus, cum explicabimus vnde sumantur gradus Metaphysici; nunc primo dicimus, materiam non pertinere directè ad prædicamentum substantiæ, atque adeo corpus, quod ponitur in recta linea, non prædicari directè de materia, hinc tamen non fieri materiam non esse corpoream, prout ly corporeum, significat quamlibet entitatem capacem extensionis, & distinguitur contra spirituale, vt alibi fusius.

Materia est capax quantitatis.

Secundo, dicimus materiam esse capacem quantitatis, siue hæc fluat per emanationem ab illa (quælibet enim res est actiua respectu suæ passionis) siue illi ab Auctore naturæ, vel alio agente extrinseco communicetur, iuxta varias de hac re sententias, vt infra patebit.

Materia in nullo instanti potest esse sine forma substantiali.

Tertio dicimus, materiam in nullo instanti E esse sine aliqua forma substantiali, atque adeo semper habere requisita ad existendum, vt excipere possit actionem agentis naturalis; hinc tamen non fit esse necessariam illi aliquam vnā formam perpetuo vnitam, quia ad id satis sunt formæ corruptibiles sibi ad inuicem succedentes.

Si materia posset conseruari sine forma esset quanta.

Quarto dicimus, posita conseruatione materiæ absque forma, ea naturaliter esset quanta, & reciperet actiones, vt infra ostendemus, quia si quātitas existens sine subiecto, naturaliter recipit actiones, quas recipiebat in subiecto, vt patet in quantitate Eucharistæ, multo magis materia existens sine forma, quia minorem dependentiam habet materia à forma, quam quantitas à subiecto: Et ex his patet ad confirmationem; perfectum enim in ordine ad finem dupliciter sumi potest. Primo, in ordine ad finem immediatum, & hanc perfectionem habet materia secundum se, quia est ens in potentia ad formas. Secundo, in ordine ad mediatū, & principale, & hac ratione illud dicitur ens perfectū in ratione entis, quod potest operari, quod non est, nisi habeat certum gradum, & speciem entis, & ita intelligitur illud Arist. 3. phy. tex. 64. nihil esse perfectum, quod nō habet suum finem; intelligitur enim de fine, tam mediato, quam immediato; Albertus autem 1. ethi. tract. 6. c. 2. ait perfectum sumi dupliciter, vel simpliciter, vel secundum se; primum soli Deo conuenit, secundum vero diuidit in perfectum particulariter, & vniuersaliter; particulariter perfectum ait esse id, quod sine impedimento sui officij, vel suæ artis, vel sui status, attingit vltimum nihil omisso de omnibus ijs, quæ ad nihilum ordinantur; vniuersaliter autem perfectum esse id, cui nihil deest ad finem, qui simpliciter est vltimus humanorum; modo dicimus materiam esse perfectam secūdum statum particulariter, quando habet formam, quia perfectio secundū statum non dicit solam entitatem rei, sed etiam alias annexas perfectiones.

Dupliciter dici potest aliquod perfectum in ordine ad finē ad immediatū, & mediatū.

Ad secundam confirmationem Respon. Zabarell. lib. 1. de materia cap. 5. potentiam vniuersalem numquam opponi actui, quia respicit collectionem omnium formarum; vnde sicut potentia cōtinui ad diuisibilitatem numquam expletur, ita neque huiusmodi potentia; quare neque etiam à materia tollitur omnis priuatio. Sed non placet, quia negari non potest potentiam, & actum opponi relatiuè; quare Resp. opposita relatiuè se inuicem appetere; contrariè vero opposita, vel contradictoriè, nequaquam; materia vero ratione potentiæ non opponitur actui, nisi relatiuè; contradictoriè vero ratione priuationis; vnde materia formaliter appetit formam ratione potentię, quia ea recipit actum, & delectatur cum habet; priuatio autem est conditio, sine qua non materia appeteret actum, quia nihil appetit id, quod habet, sed id, quo caret.

13 Ex hac Conclusione sequitur materiam primam non posse esse aliquod ex elementis. Primo, quia quodlibet ex illis est constitutum in specie vltima. Secundo, quia singula elementa inter se inuicem transmutantur substantialiter, ergo nullum eorum potest esse primum subiectum generationis; nam primum subiectum necessario debet esse incorruptibile, nam alioqui resolueretur in aliud subiectum prius, in quo reciperetur transmutatio illa substantialis; ex quo fit, vt materia prima nullum habeat cō-

A trariorum sibi connaturaliter, quia alioqui vel non erit capax alterius contrarij, vel corrumpetur per corruptionem qualitatis sibi connaturalis, sicut corrumpitur elemētum ablata qualitate sibi necessaria, quod optimè probat Suar. disp. 13. metaphys. sect. 3. neque est ratio solida in contrarium.

Ad tertiam confirmationem Resp. Pererius lib. 5. cap. 15. id dictum esse ab Auerroe propter alterationem, cuius subiectum est ens actu, & quia alteratio est necessaria generationi ad excludendas contrarias dispositiones, ad coarctādam indifferentiam materiæ, ad producendam formam substantialem, ideo dixit materiam nudatam omni forma, nullam recipere formam, & ibidem soluit multa alia loca Auerrois, quibus videtur probari dari aliquam formam coæternam materiæ, vbi etiam explicat illud dictū Auerr. 1. phys. com. 1. quæcumque sunt præter vltimam formam, & materiam primā sunt materiæ, & formæ compositæ, de qua propositione Anaxagoras, Mercennarius dilucid. de hac re folio mihi 59. vbi ait, quod sicut per materiam primam intelligitur, quæ est rerum naturalium commune subiectum, ita per vltimam formam, quæ est vniuersalis forma communi materiæ correspondens; hanc autem ait esse quæ omnibus formarum speciebus commune genus existit, legite ipsum hac de re fusè disserentem.

B

Cur materia non possit esse aliquid ex elementis.

C

ART. VI. Probatur in materia non esse formam aliquam genericam.

Quinta Conclusio. Materia non est completa completione compositionis ratione formæ genericæ. Probatur primo, ex ratione in vniuersali posita in tertia Conclusione. Secundo probatur peculiari ratione: Primo auctoritate Arist. 1. de gener. tex. 12. & 1. phys. t. 75 & 76. vbi negat subiectum generationis substantialis esse ens aliquod actu ex prædicamentis; at quod habet formam, est iam in actu in aliquo prædicamento, & hac ratione Peripatetici negant dari plures formas substantiales in eodem composito, vt Philoponus 1. de gener. in princ. Themist. 5. phys. tex. 7. & comment lib. de substant. orbis, & 1. metaph. 17. & 1. phys. tex. 65. & 69. Mars. 1. de gener. tex. 96. ibidem Saxon. q. 5. Astodill. q. 1. Ægid. 2. de anima q. 6 & tract. de pluralit. formarum, vbi etiam Henri. sequūtur Thomistæ, vt Capreolus, Caietanus, Ferrariens. Soncin. Iauellus, Sotus, cum D. Thom. & alijs, quos afferemus, cum de pluralitate formarum, neque dissentit Auicen. qui 1. de anima par. 1. cap. 3. significat in corruptione manere solam materiam primam, & 1. suffic. c. 3 dubitat, an in corruptione pereat etiam corporeitas. 14

Materia nō est completa completione compositionis, per formam genericā.

Probatur ex Arist.

D

E

Secundo probatur ratione sumpta ex natura generis, quia non potest dari forma habens esse specificum, & esse genericum, quin habeat esse specificum, & indeterminatum ad indiuiduum aliquod illius generis, ergo non potest dari compositum constitutum in ratione generis, quin sit con-

Probatur secundo ratione.

constitutum in specie,& in indiuiduo: Consequentia patet,quia forma dat illud esse, quod A habet. Antecedens probatur; ex ratione existentiæ,quæ non potest conuenire enti, nisi indiuiduato, vt patet,tum inductione in omnibus formis accidentalibus,& formis separaris à materia,quales sunt Angeli; non enim reperitur Angelus genericus, vt sic existens, tum ex absurdis, quæ ducuntur ex opinione Platonis; non enim posset dari ratio conuincens sententiam illam esse falsam;tum ex ratione existētiç, quæ est vltimus actus naturæ; nam supponit eā esse distinctam à quolibet alio ente;ergo,psupponit priores actus, quibus ab alijs distinguatur; ij autem actus sunt propria differentia, B qua constituatur in vltima specie substantialis formæ.

Existentia non potest conuenire nisi enti indiuiduato.

Neque dicas,quod sicut datur materia, quæ distinguitur ab omni alio ente,& tamen secundum se non est in aliqua specie, sed vnita cum varijs formis,constituit varia composita;ita etiā poterit dari forma communis coæua materiæ. Non inquam id dicas,nam materia est constituta in aliqua vltima specie materiæ, qua ratione nequit vlterius contrahi per differentiam essentialem,quam entitatem specificam, & indiuiduam retinet sub diuersis formis,quibus determinatur ad certas species in genere completæ substantiæ, qui conceptus est quidem genericus,sed non sumitur ex parte aliqua physica, C vt indiuidua, vt ostendemus contra Zabarell. sed sumitur ex gradu generico existenti in forma,vel materia,prout dicetur in quæstione,vnde sumantur gradus metaphysici.

Effugium.

Occluditur.

15 Dices. Sicut materia habens suam vltimam specificationam, potest esse communis pluribus substantijs specie diuersis, ita etiam dari poterit forma, habens suam vltimam specificam communis pluribus substantijs constitutis per vlteriores formas essentialiter diuersas.

Aliud effugium.

Confirmatur, quia sicut datur conceptus genericus distinctus à specifico per proprias ipsorum differentias, & tamen non sequitur genus illud esse in determinata specie, ita etiam D poterit dari forma physica generica,absque eo, quod sit in determinata specie.

Confirmatur.

Resp. 1. ponentes huiusmodi formam corporeitatis,ponunt illam in gradu corporeitatis absq; vlla contractione essentiali specifica, atq; adeo esset aliquod compositum ex illa constitutum in genere,& tamen sine vlla vltima specie, quod ostendimus esse absurdum, quia necessario illa entitas esset distincta essētialiter ab aliis, atque adeo esset constituta in propria essentia non communi alijs, imo etiam non apparet ratio,cur non possit cōseruari separata ab omni alia entitate, cum distinguatur realiter ab E omni alia entitate superaddita,quod non videtur satis intelligibile.

Occluditur primo.

Resp. 2. etiam si ponatur huiusmodi forma constituta in vltima specie, vt videtur ponere Scot.&alij ponentes formas partiales;adhuc tñ esse diuersam rationem in materia, & forma; nam materia, cum sit fundamentum omnium substantiarum compositarum, & receptiuum omnium actionum,& formarū, necessario exigit,vt secundum se sit indeterminata, & communis pluribus substantijs secundum eandem specificam, & numericam entitatem; at vero forma, cum natura sua sit actus determinans indifferentiam materiæ, debet esse complemētum naturæ substātialis,& ideo hoc ipso,quod ponitur in aliqua specie,debet substantiam cōstituere in ratione completæ substantię, atque adeo non vlterius complebili, & determinabili per specificam differentiam.

Occluditur secundo.

Discrimen inter materiam, & formam in ratio complendi.

16 Ad Confirmationem Respondeo, nostram conclusionem ex discrimine inter partes physicas,& metaphysicas posse probari, quia partes metaphysicæ radicantur in vna entitate; physicæ vero sunt distinctæ entitates, & hinc fit vt partes physicæ possint separatim existere, metaphysicæ vero nequaquam, quia singulæ partes physicæ secundum se habent oēs partes essentialiter requisitas ad existendum, quia habent in se gradum entis determinatum distinctum ab omni alio; at partes metaphysicæ non ita,quia nulla earum pars potest separatim existere ab alia; non enim gradus superior potest separatus existere ab inferioribus, quia desunt illi gradus inferiores essentialiter pra supposití ab existentia; neq; inferior potest existere sine superiore, quia essentialiter illum præexigit, vel in se inclusum, vel præsuppositum, & hinc fit, vt non possit reperiri forma physica, quæ det esse specificum, quin det esse genericum, & multo minus, quin det esse corporeum,pręsertim secundum eos, qui dicunt esse corporeum formaliter non esse aliud, quam esse informatiuum materię,quod alibi explicabimus; quare non est necessaria in composito forma corporeitatis,alioquin idem esse triburetur à diuersis, nam quælibet forma specifica dat esse corporeum, quam rationem prosequitur Perer. lib.5.c.16.

Discrimen inter partes physicas, & metaphysicas.

Confirmatur, nam si posset reperiri forma physica,quæ det esse genericum, & non specificum,non esset ratio,cur non debeant reperiri in cōposito tot formæ physicæ, quot sunt gradus,& conueniētiæ genericæ eiusdem compositi cum diuersis entibus,quia non est maior ratio vnius gradus,quam alterius,præsertim cum secundum hanc opinionem huiusmodi forma, dans gradum genericum, ponatur non solum in viuentibus, sed etiam in omnibus mixtis, & simplicibus corporibus, quorum differentiæ non multum eleuantur supra gradum corporis; hoc autem esse falsum,patet;tum quia inde sequeretur in homine debere poni tres animas, vegetatiuam scilicet, sentientem,& intelligentem; imo & plures sentientes, & intelligentes,quia possunt abstrahi variæ conuenientiæ in ratione sentiendi,& intelligendi inter hominem,& alia entia; & quia huiusmodi conuenientiæ rerum inter se possunt in infinitū multiplicari,deberent poni in cōposito infinitæ formæ physicæ; vnde deberet dari vna forma dās esse corporis; altera dans esse corruptibile, vel incorruptibile; altera dans esse simplex, vel mix-

mixtum, & similiter de alijs conuenientiis rerũ; tum quia nulla est ratio multiplicandi talẽ formam, quia omnis effectus, qui illi tribuitur, põt (A) tribui formæ specificæ secundũ varios eius gradus; Non enim est necessaria, vt constituat essentiam materiæ, vt supra ostendi, neque vt subijciatur alijs formis, quia materia secundum se est aptior, cum sit essentialiter potentia, neque vt in materia recipiatur quantitas, vt patet ex dictis, & ostendit Zabarella lib. 2. de materia cap. 14. quia sicut ipsa immediatè coniungitur materiæ indiuisibili, ita possent aliæ formæ, & sicut aliæ formæ requirunt dispositionem in materia, 1. de anima tex. 53. 2. de anima tex. 26 ita, & forma corporeitatis, neq; requiritur, vt inchoatiuũ formarũ, quia hoc infra cõfutabitur:

17 tum quia non est vlla via inuestigandi huiusmo (B) di formam; non enim inuestigatur ex transmutatione, nam secundum illos ponitur ingenerabilis, & incorruptibilis, imo ex transmutatione elementorum colligitur contrarium, nam cum generatur vnum elementum ex alio, non remanet gradus corporeitatis præcedens, sed alius de nouo producitur cum noua forma, vt patet ex inditijs ostendentibus gradum corporis, neque potest inuestigari ex aliqua operatione, quia nulla talis apparet: vnde maximè reijci debet, quia omnis natura cõstituens compositum debet esse principium alicuius motus, 2. phys. tex. 3. neque inuestigatur ex aliquo accidente, nam id maximè esset quantitas; at hæc non in- (C) dicat hanc formam corporeitatis, nam si ponitur quantitas ordine naturæ præcedere in materia ad substantialem generationem, iam non est necessaria forma, quia sufficit entitas materiæ ad sustentandam quantitatem; præsertim cum ponentes huiusmodi formam, dicant compositum ex illa ita esse potentiale, vt nequeat saltẽ naturaliter existere sine forma specifica adueniente; sicut nos dicimus de materia; si vero ponitur quantitas cõsequi formam, iam quantitas ordine naturæ supponit compositum ex materia, & forma: quare ante instans generationis materia per formam præcedentẽ erat actuata, & per quantitatem consequentem ex- (D) tensam, & diuisam ab alias in instanti vero generationis est actuata per nouam formam productam, & per consequens extensam, & diuisam per quantitatem, quæ illam formam consequitur.

Non est ratio ex qua inuestigetur forma corporeitatis.

18 Sed contra: primo obijcitur, quia materia prima non est vna in omnibus rebus, sed est distincta in varijs rebus, ergo habet formam, vnde distinguatur, quia actus est, qui distinguit, 2. de anima tex 7. 7. met. 49.

Confirm. quia materia comparatur generi à Porphyrio in cap. de differentia, & Arist. 5. & 10. lib. metaphysicæ: hæc autem comparatio non potest fieri ratione gradus specifici, quem in se habet, ergo debet dari in ea aliqua forma (E) generica.

Confirm. 2. quia materia in communi prædicatur de alijs materijs; prædicatum autem habet rationem formæ.

Confir. 3. quia non apparet vnde debeat sumi gradus corporis.

Resp. Vnitatem, & distinctionem entitatiuã, & transcendentalem consequi entitatem materiæ; quantitatiuam verò consequi quantitatem in ea existentem; specificam vero, & formalem (de qua intelligitur id, quod actus distinguit) consequi formam, vt alibi fusius dicemus.

Varia vnitates varias naturas consequuntur.

Ad primam confirmationem, varias esse cõuenientias, & differẽtias inter materiam, & genus, quas refert Alexand. 2. natural. cap. vltim. Auerr. 1. metaphys. com. 17. & nos cum de genere; Conueniunt enim, quia vtrumq; est in potentia: est in multis, & est prius, & indigens determinatiuis, sed differunt, quia communitas materiæ est in causando, atque adeo stat cum vnitate sua singulari; at communitas generis est in prædicando, ideo habet vnitatem abstractionis: deinde materia est secundum se in singulis partibus ingenerabilis, & incorruptibilis; at non ita genus, tum materia est prior forma secundum existentiam; genus autem secundum existentiam est posterius indiuiduis: Denique genus ponitur in recta linea prædicamentali; materia vero non ita; vnde patet materiam propriè non esse genus, sed ratione suæ determinatæ entitatis comparari generi ob cõuenientias prædictas, ob quas non est necessaria forma generica.

Conuenientia, & differentia inter materiã, & genus.

Ad secundam Confirmationem Resp. Materiam quoad prædicationem posse comparari, vel respectu totius compositi, & ita prædicari denominatiuè, quomodo dicimus hominem esse terreum. Secundo, respectu materiarum, quæ sunt sub diuersis formis, & cum hæc diuersitas oriatur ex formis, hęc prædicatio conuenit materiæ ratione formarum. Tertio, respectu suarum partium integrãtium; cum n. materia secundum se sit homogenea, qualibet pars materiæ est materia, & hæc conuenit illi secundum se præcisa qualibet forma, & hæc prædicatio est essentialis, in qua prædicatũ non est verè forma, sed habet rationem formæ, quia vt alibi ostendemus, prędicatum quod verificatur de subiecto, concipitur vt adueniens subiecto; id autem, quod aduenit habet rationem formæ logicæ, respectu eius, cui aduenit: de qua re legite Petrum Nigrum in clypeo Thomistarum q. 36. vbi etiam rectè ostendit non posse dici, quod homo sit materia, sed quod sit materialis, quę prędicatio est essentialis secundum rem, denominatiua secundum modum.

19 *Materia quoad prædicationem posse cõparari vel respectu totius vel singularum materiarũ, vel respectu partium.*

Ad tertiam confirmationem, magnam esse controuersiam, vnde sumatur ratio corporis, & cui primario, & formaliter conueniat; nam aliqui dicunt sumi à quantitate, alij sumi à forma, alij à materia, alij ab vnione formę cũ materia, vt fusè disputat Zabar. lib. 2. de materia cap. 17. & seq. verum de hac re nos infra; interim supponatur sumi à forma, vel materia radicaliter, formaliter vero conuenire toti composito.

Vnde sumitur gradus corporis.

ART.

ART. VII. Ostenditur materiam non esse substantiam completam simplicem, vel corpus prædicamentale.

20 SExta Conclusio. Materia non est substantia completa in specie substantię completione simplicitatis: hęc conclusio dupliciter intelligi potest. Primo, vt materia sit tota rerum naturalium substantia inepta ad recipiendas alias formas substantiales, sed tantum ad accidentales apta, quomodo illam posuere Antiqui, contra quos supra disputauimus, & infra fusius, dum probabimus dari formas substantiales; tum ex operationibus, quibus res singulæ se se conseruant, dum deturbatæ à dispositionibus naturalibus, se restaurant, tum ex alijs operationibus, quæ non possent totaliter referri in accidētia, nam variatis accidentibus, retinentur eædem operationes, & retentis ijsdem accidentibus, variantur operationes, vt suo loco. Secundo, vt sit in se quidem completa in specie substantiæ, adhuc tamen possit recipere alias formas substantiales, quibus res naturales constituuntur, & distinguuntur, quomodo Auerr. posuit elementa esse materiam mixtorum, & hoc sensu probatur nostra Conclusio. Primo, ex conceptu communi materiæ primę, nam eius nomine intelligimus entitatem imperfectissimam in genere substantiæ, & vt ait Augustinus, propè nihil; at si materia prima esset ens completum, nō esset ens imperfectissimum, quia si ponatur incompletum, esset imperfectius. Secundo, probatur ex ratione completionis, ideo .n. ostendimus materiam non posse esse ens completum completione compositionis, quia res eo ipso, quod est completa in specie, nō potest amplius substantialiter compleri, ergo multo minus si est ens completum completione simplicitatis, quia huic enti magis repugnat compleri, cum neque immediate, & formaliter, vt completum est, neque concomitanter potest recipere aliam formam substantialem, quemodo aliquis posset fingere duas formas concomitanter existere immediatè in eadem materia.

Materia nō est substantia completa simplex.

Confirmatur, nam hac ratione substantia immaterialis nō potest accipere substantialem formam, quia licet sit substantia simplex, est tamen completa, & eadem ratione materia cęli, ex sentētia Auerrois, nō est capax formæ substantialis, quia licet simplex, est tamen completa in specie substantiæ, ergo vbi est huiusmodi completio, est incapacitas formæ substantialis.

Tertio probatur, quia nemo ex Auctoribus probatis ausus fuit contrarium asserere, neque est vlla ratio probabilis, cur materiæ primæ eā perfectionem tribuamus, cum sit ordinata ad componendam substantiam, quæ compositio melius intelligitur, si ponatur materia esse ens incompletum.

21 Septima conclusio. Materia non est corpus, quod ponitur in recta linea prædicamenti substantiæ. Probatur à priori, quia ea, quæ ponuntur in recta linea prædicamentali, sunt vel indiuidua completa, vel prædicata, quę abstrahūtur à toto composito, & ideo non possunt prędicari in recto de partibus physicis indiuidui; quare rectè dixit Auerr. 3. met. com. 11. 8. met. com. vlt. Epit. metaph. tract. vlt. cap. 13. genera, quæ ponuntur in prædicamento substantiæ, esse composita ex materia, & forma; putat enim Auerr. supremum genus prædicamenti substātiæ esse corpus; quod si alibi dicat suprema genera esse simplicia, id dixit, vt excludat compositionem ex genere, & differentia, & cum Auer. epith. metaph. tract. 7. in fi. dixit suprema genera habere magis rationē materiæ, sicut differentiæ rationem formæ, non intelligitur propriè, sed proportionaliter.

Materia nō est corpus prædicamentale cōtra Zabar.

Confirm. quia si materia esset corpus in recta linea, etiam forma deberet poni in recta linea substantiæ, quod tamen omnes negant.

Resp. Zab. c. 19. negando consequētiam, quia à latere ponūtur solum formæ, à quibus sumuntur differentiæ rerum, non autem materia, à qua sumitur cōuenientia rerum naturaliū, quia genus, quod respectu specierum, tenet locum materiæ, ponitur in recta linea, quod si quis diceret materiam à lateribus poni, is deberet fateri materiam fungi loco differentiæ.

Quæ ponuntur in recta linea prædicamentali, & quæ à latere.

Sed contra, quia à latere coordinationis prędicamentalis ponuntur differentiæ diuidentes genera, non autem partes physicæ, cuiusmodi sunt materia, & forma, sed hæc dicuntur pertinere ad prædicamenta reductiuè, vt partes eorum, quæ ponuntur in recta linea, sicut existentia, subsistentia, & inhęrentia, quæ reducūtur ad prædicamenta, non tamen ponuntur à latere coordinationis prædicamentalis, vt dicetur suo loco.

Confirm. 2. quia si materia esset corpus de prædicamento substantiæ, posset prędicari in recto de indiuiduis, quia corpus prędicatur in recto de illis; vnde posset dici, homo est materia, hoc autem esse falsum, omnes concedunt, quia omne prædicatum respectu eius, de quo prædicatur, debet concipi per modum totius, & non per modum partis, vt ostendit Pet. Nig. loc. cit. & nos alibi.

Resp. Zabar. cap. 19. corpus de prædicamento substantię sumi dupliciter. Primo, pro corpore perfecto, idest per se habente actum existentię, & ita non conuenit, nisi corpori determinato, idest certę naturę alligato, quod est compositum ex materia, & forma.

Instantia Zab.

Secundo, pro corpore indeterminato, & in communi. i. nulli certæ naturę alligato, & hoc insuper accipitur dupliciter. Primo, vt significat materiam primam. vt materiam. i. per modū partis, & non vt genus, & ita non potest prędicari in recto de corpore perfecto. Secundo, vt significat materiam prout est genus, & ita comprehendit omnia corpora naturalia, nam significat corpus secūdum se actu indeterminatum, sed potestate determinatū, quatenus potestate est omnia naturalia perfecta, & hoc est, quando sumitur per modum totius.

Verum, hic Auctor nominibus vult eludere argumentum; non enim negamus corpus significare alteram partem compositi; ita enim di-

Reijcitur Resp. Zab.

S cimus

cimus homo constat ex anima, & corpore, sed negamus corpus secundum eam acceptionem habere rationem generis, & poni in recta linea prædicamentali, quia vt habet ratione generis, significat gradum quendam abstractum à toto per modum totius, secundum quam acceptionem nullo modo prædicatur de materia.

22 Contrarium docet Zabarella lib. 2. de materia cap. 17. & sequentibus, qui expugnata opinione Philoponi dicentis, materiam esse corpus de prædicamento quantitatis, docet eam esse corpus, quod ponitur in recta linea prædicamenti substantiæ, eamq; tribuit Alexandro lib. 2. naturalium quæstionum cap. 3. Plotino lib. 4. Æmnead. 2. D. Thom. par. 1. q. 15. art. 3. q dicat ideam materiæ esse ideam corporis, Simplicio 1. phys. tex. 69. ex Aristotele 4. phys. tex. 15. & 1. cæli tex 22. & probat, quia omne genus vniuocum sumitur ab vna natura, quæ sit à parte rei in ipso composito, vt viuens ab anima vegetatiua, animal à sensitiua, homo à rationali, ergo similiter corpus ab aliqua parte compositi, sed id non potest esse aliquod accidens, qa accidens non potest constituere substantiam, neque forma corporeitatis, quia iam est explosa à Scholis, ergo erit vel materia, vel nexus materiæ cum forma; non nexus, quia quando materia, & forma non sunt corpus, ratione nexus non potest componi corpus, ergo manet solum materia.

Confirm. 1. maior compositio est in speciebus, quam in generibus, sed gradus vniuocus in speciebus sumitur à forma specifica simplici, ergo. Neque dices à forma specifica prouenire vtrumque esse, scilicet specificum, & genericum, nam ab vna forma vnũ tantum esse prouenit, & præterea non esset vna adæquata ratio, nam forma equi non dat esse corpus homini; neque contra, quare erit aliquod commune; vnde dixit Arist. 1. de generatione text. 52. materiam esse veluti genus.

Confirm. 2. nam corpus est id, vnde emanat trina dimensio, quia ideo vtrumque dicitur corpus; sed hæc emanat ordine originis à materia, vt patet ex communiori conceptu, quia potest cogitari forma, sine trina dimensione, nõ tamen materia, ergo.

Confirm. 3. materiæ debent tribui, quæ colligũtur ex generatione; quia natura materiæ inuestigatur per transmutationem, sed per generationem colligitur materiam esse corpus, nam hæc semper manet in omni transmutatione, ergo.

Confirm. 4. Si ponatur materia incorporea, non potest reddi ratio effectuũ naturalium, vt v.g. cur inter particulas elementorum est statuta proportio, vt ex tanto aquæ, fiat tantum aeris: & contra, non tamen ex quam minima portione aquæ, potest fieri quam maxima portio aeris; at huius proportionis causa non potest esse aqua, quia interit, neque aeris forma, cum hæc possit seruari, & cum maiore, & cum minore portione, neque materia si sit incorporea, quia omnem extensionem ab alio habet, quare potest magis, & minus extendi.

A Resp. ex logicis patet, vnde sumatur ratio corporis, ex materia ne, an ex forma; & si ex forma, qua ratione ex vna plures gradus metaphysici desumantur. Illud autem certum est, genus sumi à forma, nõ vt habet ratione actus, sed vt habet ratione potentiæ respectu differẽtiæ, quæ similiter sumitur à forma, vt habet ratione actus; & sicut differentia non est forma, licet ab ea sumatur, ita genus non est materia, siue sumatur à materia, siue à forma, vt habet ratione materię, seu potentialis. Neque dicas cum Zabar. hęc esse vera de genere logico, nõ autem de genere physico, (quam distinctionem falsò negat Zimar. theor. 62.) quia in recta linea prędicamentali non ponitur genus physicum, sed genus logicum, cui aliquis gradus in natura respondet; vnde orta est distinctio vniuersalium post multa, & ante multa, in quo videtur errasse Zabarell. dicens in prędicamentis poni vniuersalia ante multa, quæ reperiuntur in indiuiduis, pręcisa operatione intellectus; non autem vniuersalia, post multa; nam, vt alibi ostendetur huiusmodi distinctio vniuersalium non ponit distinctam naturam, sed eandem sub diuerso statu; in prędicamentis autem ponitur id, quod est reale.

Vnde sumatur gradus corporis.

Zimara error.

B

Error Zabar.

Ad primam confirmationem etiam si dicatur sumi à forma tam gradum genericũ, quam specificum, id tamen nõ est absurdũ, vt alibi ostendetur, quia sumitur ab ea secundum diuersam rationem, quam in se habet, nam quo forma est perfectior, eo continet plura esse, & esse commune, non prouenit à forma specifica secundum vltimum gradum eius, sed secundum gradum communem, & ideo idem esse corporis prouenit à forma equi, & forma leonis secũdum gradum eius communem.

A forma vna formaliter, & multiplici virtualiter sumuntur varij gradus.

C

Ad secundam confirmationem Resp. Primo posse dici trinam dimensionem non esse passionem materię, sed formę vt sic, quia sicut tanta, vel tanta dimensio exigitur in materia, iuxta exigentiam formę, ita trina dimensio, seu quantitas exigitur ex ratione formę in communi.

Trina dimẽsio cuius sit passio.

D Secundo, etiam si quantitas, seu trina dimensio sit passio materię, non tamen hinc fit, materiam esse illud corpus, quod ponitur in recta linea substantię, & dicitur genus, quia in hoc modo dicendi, quantitas non consequitur gradum integrum corporis, sed materia, quę est pars corporis.

Ad tertiam confirmationem fusè à Mercennario disputari; an ex trãsmutatione colligatur existẽtia materię, an ẽt natura materię; ego aũt existimo ex ea colligi, & existẽtiam, & aliquod prędicatum conueniens materiæ, non tamen omnia, nam multa inuestigantur ex alijs eius muneribus, & comparatione cum alijs rebus, vt v. g. quod sit pars, & non genus, colligitur ex pprietatibus generis, quod debet in recto prędicari de speciebus; quare numquam Zabar. potuit congruè explicare, quomodo materia sit pars, & prędicetur in recto, neque ex transmutatione colligitur esse corpus, quod est genus, sed esse partem capacem quidem quantitatis, in

Mercenn. ex trãsmutatione an colligatur existentia, an essentia materia.

E

in quam succedunt variæ formæ, quæ constituunt varia corpora.

Ad 4. Resp. inde potius probari materiam esse entitatiuè partibilem, & recipere in se quantitatem; vnde potest, & condensari, & rarefieri, non tamen esse corpus, quod est genus in prædicamento substantiæ.

QVÆSTIO TERTIA.

Quæ sit differentia, seu ratio formalis constitutiua essentiæ materiæ.

CVM ex dictis constet materiam esse ens partiale ordinatum ad constitutionem compositi per receptionem formæ, necessario dicendum est materiam constitui per aliquam potentiam, seu virtutem receptiuam formarum, & constitutiuam compositi; quare inquirendum est qualis sit hæc potentia constitutiua materiæ, vnde sit.

DVBITATIO PRIMA.

Quot potentiæ reperiantur in materia.

Quot species potentiæ sint in materia.

1 PRimo, in materia reperitur potentia vniuersalis, & particularis. Secundo, reperitur potentia receptiua formarum, seu vnitiua, & sustentatiua, ac constitutiua compositi. Tertio, reperitur potentia ad formas substantiales, & accidentales, & hæc ad accidentia disponentia ad formas substantiales, & ad ea, quæ consequuntur formas substantiales vnitas materiæ. Quarto, potentia ad vtrumque genus formarũ potest cõsiderari, vel in ordine ad formas producibiles, vel ad formas corruptas. Quinto, potest potentia considerari, vel absolutè secundũ se, vel vt habet annexam priuationem formæ.

Potentia potest considerari absolutè, & relatiuè.

2 Sexto, quælibet potentia potest considerari dupliciter, vel vt disponit subiectum, & constituit illud, siue essentialiter, siue accidentaliter, & dicitur ab aliquibus conceptus absolutus materiæ; vel secundo, secundum conceptum relatiuum, quatenus scilicet respicit actum, sicut dicimus, calorem considerari, vt disponit benè, vel malè subiectum, quomodo ponitur in prima specie qualitatis. Secundo, vt dat virtutem subiecto ad operandum, & ponitur in secunda specie qualitatis. Lege Arist. 8. met. t. 15. 9. met. tex. 12. 2. de anima t. 61. Auer. & D. Th. 1. cęl. com. 130. & 4. phys. com. 120.

DVBITATIO SECVNDA.

Qua ratione potentia vniuersalis distinguatur à particulari.

Reijcitur opinio Auerr.

1 PRimo, Auerroistæ potentiam particularem dicunt esse illam, quam Scot. in 2. dist. 12. q. 1. vocat obiectiuam, quę corrumpitur adueniente actu, & esse infinitas tam in materia, quam in agente; vniuersalem vero dicunt esse

A potentiam subiectiuam, sed ex dicendis patebit eos falli, nam tam vniuersalis, quam particularis est subiectiua.

Refertur opinio Zab. & Pererij.

Secundo, Zabar. lib. 1. de materia cap. 10. & 14. & Perer. lib. 5. cap. 21. dicunt potentiam vniuersalem esse propensionem materiæ ad omnes formas, vt sic indeterminatè sumptas, ideo dicitur indifferens ad opposita, nam conditio potentiæ passiuæ est, vt sit indifferens ad opposita, colligitur ex Alexan. 2. natural. tex. 99. c. 7. Auer. 1. phys. tex. 79. cum dicunt esse æquè receptiuam formæ, & oppositæ priuationis. Potentia vero particularis ea dicitur, quę ita hanc formam respicit; vt non aliam, seu magis hanc respicit, quam illam, cum scilicet est determinata materia per dispositiones aptas vni formę, vt
B materia seminis est magis apta recipere formam viuentis, quam lapidis, hæc autem potest dici magis, vel minus proxima, prout habet dispositiones magis, vel minus proximas ad formam aliquam; quæ vero habet dispositiones in vno genere rerum, potest dici proxima secundum quid, seu in genere. His id est commune, nam vtraque respicit formas, secundum omnes formarum gradus, sicut potentia visiua non respicit colorem in communi præcisè, sed vt color supponit personaliter, idest secundum omnes particulares gradus, nam materia non vnitur actui in vniuersali, sed huic, vel illi etiam secundum gradus indiuiduantes, nam actus est
C actuatiuus, etiam secundum indiuiduam rationem, sicut color est visibilis secundum indiuiduam rationem, licet obiectum potentiæ illius explicetur nomine colorati in communi, quod etiam seruatur in constitutione aliorum obiectorum. Secundo, habent commune, nam vtraque dicit virtutem illam materiæ, qua vnitur, & sustentat formas, nam vniuersalis respicit formas per suam potentiam vniuersalem essentialem, sed requirit vt disponatur; ergo potentia vniuersalis est eadem, ac quæ dicit dispositiones; Differunt tamen primo, quia vniuersalis non determinatur ad aliquid, particularis vero determinata
D est. Secundo, nam vniuersalis non habet omnia requisita ad vnionem cum forma, particularis habet. Tertio, particularis connotat dispositiones, & accidentia, vniuersalis non ita. Quarto, vniuersalis est ex natura materiæ, particularis ex agentibus; vnde fit, vt illa sit æterna, & incorruptibilis, hæc nequaquam. Quinto, prima non distinguitur à materia, at secunda necessario, quia includit accidentia. Sexto, prima est vna, secunda multiplex, vide Achil. 1. de elem. d. 13.

Potentia respicit formas secundum particulares rationes.

In quibus differunt potentia vniuersalis, & particularis. 2

Ex quibus patet potentiam particularem nõ posse esse de essentia materiæ, quia addit dispositiones accidentales, quæ non possunt esse de
E essentia materiæ, quæ est substantia: quare manet vt solum vniuersalis possit esse de essentia.

DVBITATIO TERTIA.

Quomodo potentia vnitiua distinguatur à constitutiua, & à passiua.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis & referuntur opiniones Doctorum.

1 *Materiam respicere agens, formam, & compositum, & hæc omnia diuersa ratione.*

PRO solutione Notandum primo, ex Perer. lib. 5. cap. 21. materiam habere triplicem ordinem. Primum, ad agens; alterum ad formam. Tertium, ad cõpositum. Primus est, quo constituitur in ratione potentiæ passiuæ, & definitur esse principium, vt trãsmutetur ab alio in quantum aliud; nam cum materia ordinetur ad formam, vt ad finem, 2. phys. 81. & 91. & vt forma vniatur materiæ, requirantur dispositiones, duplici ratione respicit agens. Primo, vt introducens dispositiones. Secundo, vt producit formam, quare merito respicit agens, quia .s. respicit actionem agentis. Secundus ordo est, in quo cõstituitur per perfectiuum suum actum, & refertur vt perfectibile ad suum perfectiuũ, qui ordo primario debet esse ad substantialem formam; secundario ad accidentalem. Tertius ordo est, vt causa ad causatum; nam causalitas propria materię est, vt concurrat ad compositũ vt pars illa, quæ est perfectibilis, per cõpartem, quæ dicitur forma; & hæc potentia dici potest actuatiua: aliqui addunt ordinem ad ipsam generationem, seu motum, vt subiectum; nam cũ materia sola recipiat generationẽ, ipsa sola denominari debet generabilis, & generari subiectiuè, ex vsu tamen denominatur terminus, qa generari nõ est recipere generationem, sed existentiam, vt alibi, sed hic ordo ait Perer. reducitur, vel ad ordinem, qui est ad agens, vel qui est ad formam, vt via ad terminum.

2 Notandum secundo, inter hos ordines, via generationis; ordo ad agẽs est prior, nam prius materia disponitur, tum formã recipit, demum compositum constituitur; via autem perfectionis, prior est ordo ad compositum, quia naturę intentũ est, vt fiat cõpositum, nam materia immediatè ordinatur ad formã, vt ex his fiat compositum, nam hoc est, ꝙ per se subsistit, operationesq; naturales exercet; ex his autem, Nos tantum explicabimus ordinem ad formam.

Notandum tertio, potentiam ad formam duplicem esse, alteram vnitiuam, quæ est respectu omnis formæ; alteram substentatiuam, quæ est tantum respectu formæ corruptibilis.

3 *Quid sit potentia materiæ.*

Notandum quarto, potentiam materiæ esse vim quãdam, quæ est susceptiua formarum sibi connaturaliũ, quæ, licet dicat negationem formę, quia in suo conceptu non dicit formam, qa virtus susceptiua formæ non est forma, & dicitur negatio negans, vt alia negatio priuans; non tamen dicit in suo conceptu negationem coniunctionis cum forma, nam si illam diceret, repugnaret illi coniungi cum forma, in quo videtur errasse Zab. lib. 1. de materia c. 7. 8. & 9. cũ dixit de ratione potẽtiæ esse negationem esse, quod tunc dicatur res potens aliquid efficere, cum non habet actum, vnde 9. met. tex. 5. Arist.
A reprobat Magaricorum sententiam, qui dicebant nullam existere potentiam, nisi coniunctã cum actu, vbi Auer. notat illos eo dicto destruxisse omnem potentiam; ratio autem cur erret est, nam vis illa tunc maximè perficitur, cũ assequatur finem suũ, qui est actus, vt cetera omnia fine perficiuntur, nam tũc maximè habetur potentia visiua, quando exercet actum visionis alias produceretur operatio sine potentia operatiua, potest tamen in aliquo sensu opinio Zabarell. habere locum in potentia, vt dicit negationem connexionis cum forma, quæ non distinguitur à priuatione, nisi vt actio, & passio, quia sic potentia dicit priuationem in obliquo.

3 *Potentia materiæ non est relatio prædicamentalis.*

Notandum quinto, potentiam materiæ non
B esse relationem prædicamentalem, quia relatio hæc non est nisi existat terminus, at potentia existit, etiam termino non existente, .s. actu, vt benè Zabar. lib. 1. de materia cap. 9. licet erret dum vult opponi potentiam, & actum priuatiuè, ex eo, quod ipse vult potentiam idem esse, ac principium, ratione cuius opponitur potentia actui, nam ratione aptitudinis potius est amica, quam opponatur, quod ipse confirmat ex multis locis Auerr. scilicet ex 9. met. tex. 2. 5. & 10. 12. metaph. tex. 37. 5. met. tex. 19. in lib. de somno. & vigilia init. epit. met. tract. 1. sed Auer. clarè alibi, scilicet 9. met. tex. 11. dicit opponi relatiuè, & epit. met. tract. 3. c. 4.

Materia nõ est receptiua formæ, vt vas aquæ, sed habet causalitatem.

C Notandum sexto, ex Tol. q. 14. & Sot. q. 6. ar. 2. d. 2. materiam non solum esse receptiuam formæ, vt vas accipit aquam, sed etiam esse passiuam eius, quod recipit .i. habet aliquam causalitatem, quare nõ solum est subiectum mutationis, sed & causatiua aliquo modo formę, vnde immediatè, & primo non tendet in formam, sed in compositum, ꝙ fit, sed quia hoc requirit formam, ideo eius potentia est ad formam, ꝙ Arist. tex. 69 & 4 phys. tex. 84 dixisse videtur.

4 *Aliqui distinguunt formaliter.*

1. Opinio est dicentium distingui formaliter, quia respiciunt diuersos terminos, nam passiua respicit agẽs; vnitiua, seu receptiua respicit formam, constitutiua vero respicit compositum.
D Confirm. quia vnus ordo potest separari ab alio & vnus ordinatur ad alium, nam potentia vnitiua ordinatur ad constitutiuam.

Aliqui identificant formaliter.

2. Opinio est dicentium, has potentias esse omnino idem formaliter, quia adæquatus terminus singularum est compositum, vt constitutum per formam productã ex vi agentis, licet potentia materiæ concepta inadæquatè distinguatur in triplicem.

Alij vnitiuam, & constitutiuã esse idem formaliter, at distingui à passiua.

3. Opinio est dicentium, vnitiuam, & constitutiuam esse eandem formaliter, & à parte rei, at vero à passiua distingui formaliter, eo quod connotat agens, quod non respicit materia ex natura sua.

E

ART. II. Opinio Auctoris.

5 *Passiua, vnitiua, & constitutiua sunt idem à parte rei.*

PRima Conclusio. Potentia passiua vnitiua, & constitutiua, non distinguuntur à parte rei, nec realiter, nec formaliter, quia idem actus adæquatè conceptus specificat tres illas

poten-

potentias, nam receptio formæ absolutè constituit potentiam vnitiuam; eadem receptio, vt ab agente, sicut habet rõnem passionis, ita specificat potentiam passiuam, & eadem receptio, vt vniens materiam, & formam constituit compositum, atq; adeo specificat potentiam constitutiuam.

Confir. quia quando diuersi actus, vel diuersę rõnes eiusdem actus sunt ita essentialiter subordinati, vt sequens includat essentialiter, vel intrinsecè, vel præsuppositiuè præcedentem, illi actus sunt ab eadem potentia, ita.n. intellectus, cum sit vna potentia, habet tres actus subordinatos, quia iudicium includit apprehensionem, & discursus includit iudiciũ; sed recipere formam ab agente, & constituere compositũ sunt huiusmodi actus, vel sunt rõnes eiusdem actus sic subordinatæ, vt facile patet intuenti.

Confirm. 2. quia adęquatus terminus specificans has diuersas rationes est compositum, nam hoc respicit vnio materiæ cum forma, & actio agentis.

Dices, motus distinguitur ab actione, & passione formaliter solum ex eo, quia motus respicit formam absolutè; at actio, & passio respiciũt formam, vt ab agente, vel in passo; est .n. actio motus huius ab hoc; passio vero motus huius in hoc,

Resp. ad euitandam hanc difficultatem, me dixisse esse diuersos actus, vel diuersas rationes eiusdem actus.

Resp. etiam si sint diuersi actus actio, & passio, tamen motum, & passionem, non ita passim conceditur, esse diuersa formaliter, quia receptio formæ est formaliter passio, cum nihil sit aliud pati, quam recipere, sed de hac re infra.

Resp. 3. etiam si essent diuersi actus, ad huc potentia illos respiciens potest esse vna ob rationem dictam.

6 Dices secundo, materia ex qua, in qua, & circa quam, sunt diuersæ rationis; ergo & potẽtia constitutiua illarum, quia materia circa quam, constituitur per potentiam passiuam; sicut materia ex qua, p potentiam constitutiuam; & materia in qua, per potentiam vnitiuam.

Materia ex qua, in qua, & circa quo, quomodo distinguatur.

D Resp. huiusmodi materias diuerso modo explicari, nam materia circa quã propriè sumpta dicitur illa, circa quã operatur agens per actionem transeuntem, vt lignum dicitur materia, circa q̃ ignis operatur, quæ diuidi solet in materiam alterationis, qualis est vinũ respectu aceti, quæ nõ manet in composito, & compositionis, quæ manet in composito, vt tabula materia cathedræ, 8. met. tex. 11. At materia circa q̃ metaphoricè sumpta est obiectum actionis immanentis, vt corpus naturale dicitur materia physicæ, hæc autem materia metaphorica distinguitur quidem à materia in qua, & ex qua; E Non tamen materia circa quam propriè sumpta, quia eadem est materia circa quam, in qua, & ex qua, & per ea nomina solum explicantur diuersa munera eiusdem materiæ; nam aer v.g. vt respicit ignem dicitur materia circa quam calefaciendo operatur ignis, vt vero respicit formam caloris dicitur materia, in qua, scilicet A in qua est calor. Denique dicitur materia, ex qua siue in ordine ad compositum, idest calidum, q ex illa constituitur, siue in ordine ad formam, vt educibilem ex potentia illius, vnde potius ex hoc argumento confirmatur nostra conclusio.

Secunda conclusio. Hę potentiæ dici possunt distingui ratione inadęquata, quatenus concipitur eadem potentia inadęquatè in ordine ad diuersa munera; nam dicitur passiua in ordine ad recipiendam formam ab agente, cõstitutiua in ordine ad formam, vt cõstitutiuam compositi, vnitiua vero in ordine ad formam vnibilem, quæ omnes rationes non diuersificãt secundum rem, potentiam, quia omnes conueniunt B sub vna ratione termini, seu vnica ratione formali termini informantis materiam. 7

Hæ potentiæ distinguuntur ratione.

Dices, distinctio rationis in obiecto sufficit ad distinguendas potentias, & patet ex ratione formali Boni, & Veri, quæ distinguũt intellectũ & voluntatem; ergo, & distinctio rationis horũ munerum, debet esse sufficiens ad distinguendas potentias prædictas.

Respondeo negando consequentiam, quia distinctio munerum, quæ conueniunt in vna ratione formali tendendi in suos terminos, non distinguit potentias, vt patet ex tribus generibus actuum intellectus, quæ nõ distinguũt tres potentias, vt diximus, talis autem est distinctio C hæc munerum patiendi, vniendi, & constituendi; at vero ratio boni, & veri sunt diuersæ rationes formales, per se primo diuersæ in ratione specificandi, & distinguendi potentias, vt dicetur in lib. de anima.

DVBITATIO QVARTA.

An potentia receptiua formarum substantialium distinguatur à potentia receptiua formarum accidentalium.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

D PRO solutione Notandum primo, hanc quæstionem non intelligi de subiecto adæquato accidentium, an sit materia, an vero totum compositum, quia de hac quæst. alibi, sed hic quærimus de potentia, seu virtute, qua materia recipit accidentia, siue tanquam partiale subiectum, siue totale. 5

Secundo notandum, nec intelligi quæstionem de omnibus accidẽtibus, tum quia aliqua sunt accidentia spiritualia, quæ nullo modo recipiuntur in materia, aliqua corporalia quidem, sed quæ immediatè insunt formæ, vt eius proprietates. Aliqua insunt quidem materiæ, E sed mediantibus alijs accidentibus, quomodo lux inest subiecto mediãte diaphaneitate, & secundum communem omnia accidentia corporalia insunt substantiæ mediante quantitate, vnde quæstio intelligitur de accidentibus, quæ immediatè insunt materiæ, vt est quantitas, & si quod est aliud simile accidens.

[illegible] ac[illegible] de[illegible] esse aliquid substantiale.

3. Not. videri certum necessario, receptionem accidentium debere tandem resolui in essentiam substantiæ, nam cum in genere causæ materialis non possit dari processus in infinitū, & nullū accidens sit per se subsistens, sed necessario exigat in alio recipi, & substentari, necessario deueniendum est ad recipiens, quod per se subsistat, idest substantiam, quę per suam essentiam recipiat primum accidens; & quia in substantia materiali inest materia, & forma, quęstio intelligitur de vi receptiua materię, respectu primi accidentis, vnde consequenter transferri debet quęstio ad naturam accidentium, vt inquiratur, quod sit primum accidens inexistens materię, nam qui ponunt hanc potentiam accidentalem, dicunt illam esse primum accidens, qui vero negant, dicunt esse quantitatem, vel aliud simile. quare.

2 4 Not. cum materia ex natura sua inclinetur, & respiciat formas substantiales, cum quibus efficit vnum compositum ordinatum ad operandum, & formę substantiales exigant accidētia, tum quoad suum esse; tum quoad operari, negari non potest, quin materia inclinetur etiā in accidentia, quia appetens finem, appetit omnia, sine quibus finis haberi non potest: vnde queritur quid sit illa virtus, qua materia inclinatur in accidentia, quia per eam virtutem recipit accidentia, per quam inclinatur, cum hęc inclinatio sit in receptionem accidentium, & eorum informationem, vnde materia per eandem potentiam, per quam proximè recipit accidentia, inclinatur in illa, & cōtra, vt dicemus de appetitu materię respectu formarū: & quia ex accidentibus, alia disponunt ad formas substantiales quoad earum existentiam, & receptionem in materia; alia ipsam ornāt, & disponunt ad operandum; Nos hic solum inquiremus de potentia materię respectu accidētium, quę disponunt quoad existentiam, & receptionem formarum substantialium.

Inquiritur potentia materię [illegible] quam recipit dispositiones ad formas substantiales.

ART. II. Continens opiniones Doctorum.

3 PRima Opinio est dicentium, has potentias distingui à parte rei, hanc docent qui potentiam ad formas substantiales, dicunt esse de essentia materiæ, negāt vero eam, quæ est ad formas accidentales, ita Hier. Pla. 1. phy. 2. p. disp. de princ. q. 3. dub. 1. in 3. p. dubitationis, & alij, de quibus infra: eandem sequi debent docētes in materia prima recipi immediatè solam formam substantialem; accidentia vero recipi in toto composito. Fundamentum sumitur ex Arist. 12. met. t. 26. vbi docet in omni prędicamento reperiri actum, & potentiam. Confir. ex 12. sum. 4. c. 1. vbi ens diuisum in decem prædicamenta debere habere actum, & potētiam; ergo quot prædicamenta, tot potentiæ.

Confirm. 2. quia actus, & potentia sunt eiusdem generis; ergo si actus est accidentalis, potentia etiam erit accidentalis; si vero actus erit substantialis, potentia etiam erit substātialis, ex quo infert Sonc. 12. metaphysic. q. 26. & Iauell. q. 8. potentiam receptiuam quantitatis reduci ad prædicamentum quantitatis, sicut receptiua qualitatis ad prædicamentum qualitatis. Antecedens sumitur ex 12. metaph. tex. 26 vbi *eadem esse principia omnium generum*, non quidem, vt ait Auerr. identitate vniuoca, sed analogica; ergo sicut in quolibet prędicamento datur forma, & priuatio propria: ita debet dari proprium subiectum; at hoc subiectum non potest esse omnino accidentale: quia omne accidens indiget aliquo subiecto substentante; ergo saltem debet esse accidentale, vt est immediatum principium recipiendi formam accidentalem, hoc autem non est, nisi potentia constituens subiectum sub tali ratione.

Confirm. 3. ex Auerr. 5. physic. tex. 9. vbi *potentiam ad vnumquodque*, inquit, *prædicamentum esse, in illo genere prædicamenti*, in quo est actus, & id probat primo de animæ com. 6. quia actus, & potentia illi correspondens, idest receptiua sunt differentiæ diuidentes quodlibet prædicamentum. Quo principio D. Thom. 1. par. q. 77. ar. 1. vtitur ad probādum potentiam, & actum pertinere ad idem genus.

Confirm. 4. quia potentia specificatur ex actu, quem adæquatè, & per se primo respicit; sed actus adæquatus, & per se primo intentus est accidentalis, ergo potentia est etiam accidentalis, de qua ratione multa Caiet par. 1. quæst. 54. art. 3. & quæst. 77. art. 1. & Cap. 12 d. 3. quæst. 3. ar. 2. ad secundam instantiam contra rationem primæ conclusionis, & d. 8. q. 2. ar. 3. ad 3.

Hi tamen diuisi sunt, nam quidam per potentiam proximam, & immediatam accidentium, intelligunt aptitudinem, seu habilitatem, per quam materia redditur potens recipere formas accidentales, ita Caietan. Iauell. & communiter recentiores Thomistæ.

Quid nomine potentiæ proximæ intelligatur varia opiniones.

Verum, alij putant, nomine proximæ, & immediatæ potentiæ, qua materia appropriatur singulis formis accidentalibus esse potentialitates quasdam, quas vocant inchoationes formarum; per quas singula accidentia dicuntur esse in potentia materiæ, atque adeo dicuntur formæ accidentales, potentes existere in materia; nam constat has potentias non distingui ab ipsis formis, nisi ratione existentiæ; quam formæ actuales includunt, ita Capr. loc. cit. & hoc modo explicat Auer. & Diuus Thom.

Secunda opinio est dicentium, potentiam materiæ, respiciens formas accidentales dispositiuas ad formas substantiales non esse aliquod accidens superadditum materię, sed esse eandem formaliter potentiam, quę respicit formas substantiales; at vero accidentia, quę sunt proprietates formarum, non respici à materia immediatè per potentiam sibi essentialem, sed solum mediatè, eo quod illa accidentia non respicit, nisi vt est actuata per formam, atque adeo non respicit immediatè, 4

Potentia materiæ, quæ respicit dispositiones est de essentia, non quæ respicit proprietates consequētes formam.

sed

sed vt prius disposita, ad quam dispositionem consequuntur illæ proprietates. Fundamentum est, quia materia per illud principium debet respicere formas accidentales, seu dispositiones, per quas recipit formas substantiales; nam dispositiones debēt disponere illud principium, per quod immediate recipitur forma, ad quam est dispositio; alioqui non disponeretur formaliter proprium subiectū, sed aliud, quia scilicet disponeretur materia in alia potentia subiectiua, in qua non recipitur forma substantialis Verum possent Respondere satis esse, si materia disponatur per aliam potentiam quia hæc potentia radicatur in essentia, in qua recipitur forma; sicut ex communi sententia qualitates disponentes ad formā recipiuntur in quantitate, & non immediate in essentia materiæ, in qua recipitur forma substantialis. Sed adhuc instatur, nam quantitas ipsa est prima dispositio materiæ, quare non mirum si cætera accidentia extensa recipiantur immediate in quantitate, quia non possent aliter extendi, vt alibi, at quantitas ipsa recipitur immediate, in qua recipitur forma substantialis, ad quam disponit, at ibi non disponeretur per nullam, dispositionem, immediate potentia recipiens formam substantialem.

Potentiam eādē respicere omnes formas substantiales primario, & accidentales secūdario.

Tertia opinio est dicentium potentiam, quæ est in materia ad omnia accidentia, quæ immediate recipit non esse ex natura rei distinctam à potentia receptiua formarum substantialium; sed eandem respicere primario formas substantiales, secundario vero accidentales: ex quo diuerso modo respiciendi sumi potest distinctio rationis per conceptus inadæquatos, hæc opinio colligitur ex Ioan. Canonico 1. phys. q. 1. & 4. & 5. Masius 1. phys. c. 9. quæst. 7. videtur Alb. de Sax. q. 17. Georgius Nominalis tract. 3. c. 2. summæ tex. q. 1. dub. 1. vbi distinguit potentiam principalē, quam dicit esse eam, quæ recipit effectum ab agente, & instrumētalem, quam dicit consistere in qualitatibus disponentibus ad recipiendam formam substantialem, illam ponit vnam in materia hanc vero plurificatam, & accidentalē videtur Suarij disput. 14. sect. 2. n. 6. & 7. vbi negat dari potentiam purè receptiuam accidentalē distinctam à substantia sequitur Hurtad. disp. 6. phys. sect. 6. §. 59.

5 Probant primo quia non potest reddi ratio, cur per se ipsam possit recipere formas substātiales, vt infra, & non accidentales. Confir. quia deberet in hærere alteri accidēti, at hoc repugnat Arist. 4. met. 14. vbi negat vnum accidens esse subiectū alterius, vt bene D. Thom. ibi lect. 9. particula 10. notat & Alens. ibidem circa finem, ex eo, quod subiectum habet rationem fixi Confir. quod debet inhærere illi, ex quo educitur; at educitur ex materia non ex accidente aliquo, ergo &c. Confir. secundo quia vt materia recipit per se ipsam hanc potentiam, quæ esset accidens, ita posset immediate recipere accidens.

Cur potētia accidentalis non dicatur recipi in materia.

Quod si dicas hanc potentiam non recipi in materia, tum quia non est distincta realiter; tum quia semper fuit cum materia, id non omnino satisfacit; tum quia eadem potentia requiritur ad recipiēdum aliquid, & substentandum, vt ex 9. met. tex. 5. colligitur, & patet inductione, quare licet potentia non recipiatur, tamen substentatur; tum quia neque esset necessaria potentia respectu quantitatis, quæ ponitur cœua; quod vero non distinguatur realiter, nō facit, qn vere insit, & vere substētetur; quare deberet esse necessaria potentia, qua substētetur. Secūdo possent Resp. hāc potētiā esse rationem, & causam cur alia accidentia, suscipiantur, & substentētur, & ideo nec datur processus in infinitum, quia hæc potentia immediate recipitur in substantia, & essentia animæ, & assignatur ratio cur hæc potentia recipiatur immediate in essentia substantiæ, & non cætera accidentia; sicut ex communi sententia substantia non producit immediate operationes, sed media aliqua potentia accidentali, & tamen est principium immediatum fluxus, & emanationis potentiarum ab ipsa substantia, quia nimirum qualibet essentia est principium immediatum suarum passionū, non tamen accidentium sibi contingentium, potentia autem hæc accidentalis est passio materiæ, non sic autem cetera accidentia.

Cur dicant potentiam immediate recipi, nō autem cætera accidentia.

Sed contra hanc Resp. aliqui instant primo quia multi volunt primam passionem materiæ esse quantitatem, atque adeo immediate recipi in essentia materiæ, nam non potest intelligi quomodo sit prima passio materiæ, nisi quia primo conuenit essentiæ materiæ. Secundo quia etiam si illi effugiant processum in infinitum per rationem allatam: non tamen effugiunt, quin gratis multiplicent hanc potentiā nam cum eadem potentia, quæ recipit formā substantialem, sit sufficiens etiam ad recipiendas accidentales propter subordinationem accidentium ad substantiam, sine sufficienti fundamento dicunt illas potentias distingui, atque adeo multiplicant potentias: neque est eadem ratio de potentia effectiua, ac de passiua, vt infra dicemus.

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

6 PRima Conclusio. Materia per eandem potentiam, qua recipit formas substantiales, recipit dispositiones ad easdem formas. Primo probant aliqui ex natura substantiæ, quia hæc ex natura sua est receptiua accidentium neque dicatur esse quidem receptiua accidentium, sed mediante potentia accidentali, sicut forma ex natura est operatiua, sed mediante potentia accidentali, quia cum substantia sit receptiua accidentium vt per illa intrinsece perficiatur, eo melius hanc perfectionē assequitur, quo magis coniungitur cum illis, at magis vnitur cum accidentibus si immediate per suam essentiam vniatur cum illis, quam si vniatur mediante potentia accidentali, ergo dicendum est vniri per suam essentiam immediate; neque est eadem ratio de potentia actiua, quia actio vt actio non intrinsece perficit agens, nam actio non

In eadem pōta in qua recipiūtur formæ substantiales recipiuntur dispositiones.

non exigit esse in agente, sed ab agente.

Substantia immediate est receptiua omniũ accidentiũ.

Dices hinc sequeretur omnia, & singula accidentia immediate recipi in substantia, quia A
ex natura sua respicit omnia accidentia, per q̃ perficitur; perficitur autẽ per omnia, nã omnia accidẽtia ordinãtur ad substantiã. Resp. negãdo cõsequentiã, qa nõ omnia accidẽtia sunt eiusdẽ rationis, nam licet omnia ordinentur ad perficiendã substantiã, tamẽ ea ordinatio est cũ aliqua subordinatione inter se inuicem, nam alia accidentia aliam, & aliam requirunt dispositionẽ in subiecto, imo, & aliud, & aliud subiectum immediatum, quod si accidentia non haberent totalem subordinationem inter se nulla esset ex parte substantiæ repugnantia, quia omnia reciperentur immediate in essentia B
substantiæ.

Verum hæc ratio plus probat, quam nos hic volumus, idcirco aliunde id probandum est.

Quando duo sunt subordinata respectu tertij, debent respicere idem.

Secundo probant aliqui ex subordinatione
7 inter accidentia, & formas substantiales, nam formæ subordinatæ debent recipi in eodem subiecto, nam cum subordinatio formarum sit in ratione informandi, & informatio respiciat subiectum, debent in ratione informandi respicere idem subiectum, quia quando duo inuicem subordinantur in ordine ad tertium, debet assignari idem terminus, in ordine ad quem subordinantur. Resp. subordinari quidem quoad informationem eiusdem subiecti, C
quia dispositiones, & formæ substantiales informant eandem materiam, sed secundum diuersam potentiam, nam sicut est subordinatio inter formas, ita inter potentias receptiuas formarum, vnde potentia receptiua accidentiũ est subordinata potentiæ receptiuæ formarum substantialium.

Sed contra, tum quia cum sit subordinatio formarum in ordine ad informabile, si est idem informabile, erit eadem potentia; quia informabile constituitur per potentiam, qua subiectum est receptiuum formæ; tum quia sicut subordinatio potentiarum respicit eandem essentiam, in qua potentiæ radicantur, subor- D
dinatio actuum debet respicere eandem potẽtiam, cui proportionari debent; ergo informatio accidentium, quæ subordinatur informationi formarum substantialium debet respicere eandem potentiam; quam informatio substantialis.

Potentia passiua est inepta ad recipiendas formas substantiales, nisi sit disposita.

Tertio probari potest ex ratione potentiæ passiuæ, nam hæc non potest recipere formas substantiales, nisi sit deposita per formas accidentales, & cum hęc dispositio non sit in genere causæ efficientis, sed formalis, non potest esse extrinseca potentiæ informabili substẽtialiter, sed debet esse intrinseca, alioqui nullum effectum posset habere circa formam substan- E
tialem, quia non habet aliquem effectum circa illam in genere causæ efficientis effectiue conseruando, neque in genere causæ formalis, quia nec informat illam, nec potentiam informatam à forma substantiali, & licet dicant, informare idem subiectũ, quia non informant idem subiectum formaliter sed tantum naturaliter, A
non potest habere aliquem effectum circa formam substantialem, sicut species informans potentiam auditiuam non habet aliquem effectum circa potentiam visiuam, & actum illius, etiam si potentia visiua & auditiua informent eandem essentiam animæ, quia species illa nõ informat idem subiectum formaliter, sed tantum materialiter, scilicet eandem essentiam, vt auditiuam, non vt visiuam, neque obstat quod affertur de accidentibus informantibus quantitatem; tum quia cum quantitas informet potentiam eandem, quam informat forma substantialis, iam accidentia illa disponunt ad formam substantialem, quia dicendum est dispositionem qualitatum corporalium tali modo B
ex natura sua requiri à forma substantiali, eo quod qualitates corporales non alio modo possunt inesse in subiecto; tum quia plurimi volunt accidentia corporalia non recipi immediate in quantitate, sed in eadem potentia, in qua quantitas.

Eadem est potentia ad finẽ, & ad media.

Confir. quia eadem est potentia, quæ incli- 8
natur in finem, & media, vt patet in voluntate, quæ per intentionem inclinatur in finẽ, & per electionem in media, & ratio, quia inclinatio in finem est ordinata; at ordo est vt inclinetur ad tendentia in finem per media, sicut quælibet potentia non potest tendere in terminum, nisi per viam ordinatam ad terminum, C
sic etiam potentia motiua, & aliæ, sed materia inclinatur ad formas substantiales, vt finem per potentiam receptiuam illarum; ergo per eandem inclinatur in media, quæ sunt ad hũc finem ordinata, à natura; sed media sic ordinata, sunt dispositiones necessariæ ad introductionẽ formæ, ergo, & per eandem potentiam inclinatur ad huiusmodi dispositiones.

Resp. primo aliqui maiorem esse veram de medijs formalibus, idest q̃ sũt media formalia, quibus constituuntur fines, vt sunt formæ respectu compositorum quia ibi est eadem ratio formalis bonitatis, qua specificatur potentia eadem; at esse falsum de medijs efficientibus, D
idest quæ sunt media effectiua finis, nam hæc sunt diuersæ rationis, vnde electio est diuersæ speciei ab intentione, quia eorum obiecta habent bonitatem diuersæ rationis ex D. Thom. 1. p. q. 5. ar. 6. & Vasq. 1. 2. disp. 1. c 2.

Sed contra, tum quia dispositiones, vt quan- 9
titas, & alię huiusmodi sunt media in genere causæ formalis, non quidem quia constituunt formaliter finem, idest, formam, sed quia informando potentiam, illam disponunt, & pręparant, & faciunt aptam ad formas recipiendas: tum quia etiam si actus recipiendi accidẽtales, & substantiales formas, sint diuersæ speciei, tñ potentia ad illos actus esse debet eiusdẽ E
speciei, sicut licet electio, & intentio sint diuersæ speciei, tamen eliciuntur in genere causæ efficientis, & passiuæ ab eadem potentia; tum quia inclinatio potẽtiæ receptiuæ ad formas recipiendas, nõ est vt inclinatio voluntatis per actum elicitum ad obiecta, sed per propriã naturam potentię, quæ est proportionata formis

mis substantialibus tanquam fini, & acciden-tibus, tanquam dispositionibus, A quibus præparatur potẽtia ad actum recipiendi formas, nã potentia materiæ nude accepta, & spoliata omnibus dispositionibus non esset apta proxime ad recipiendas formas, vnde potentia materiæ spoliata omni dispositione dicitur esse remota respectu formarum substantialium, dicitur autem proxima, vt disposita; at potentia proxima eadem est ac remota. Resp. remotã eandem dici proximam, sed non fieri proximam per accidentia, & dispositiones in eadem receptas, sed receptas in alia potentia, sicut causa efficiens remota dicitur fieri proxima per B dispositionem, & alia adiuuantia ad causandũ etiam si sint illi extrinseca, vt dicunt aliqui de specie, quæ est in organo, cum potentia vitalis sit in ipsa essentia animæ, & secundum omnes, intellectus agens fit proxima potentia per coniunctionem cum fantasmate, & actu fantasiæ, quæ sunt illi extrinseca. Sed contra quia alia ratio est in causa efficiente, ac in materiali, quia conditio reddens causam efficientem proximam, adiuuat illam coefficiendo, vel auferendo impedimenta agendi, quæ possunt esse extrinseca efficienti, at causa materialis non redditur proxima, nisi per informationem, vnde conditiones reddẽtes proximam potentiam receptiuam debent illam informare, C vt sit proxime disposita. Ad quod iuuat similitudo, qua Philosophi dicunt materiam esse locum formarum, locus autem recipiens locatum debet in se præparari, & disponi, vt illum recipiat, vnde exempla, quæ afferuntur in contrarium non sunt ad rem, quia non sunt media ad recipiendum, vt patet in fide, quæ dicitur medium ad acquirendam charitatem, sed est medium in genere causæ efficientis ad productionem alterius, vnde eadem potentia, quæ ordinatur ad recipiendam animam, ordinatur etiam ad recipiendam vnionem; etiam si anima creetur, & vnio generetur.

9 *Aliqui negant accidentia esse media ad formas substantiales.*

Resp. secundo alij negando accidentia se D habere vt media respectu formarum substantialium, quia media non habent aliam appetibilitatem, quam participatam à fine; at accidentia appetuntur propter se. Sed contra, quia accidentia ex natura sua ordinantur ad substantiam, quod si sint accidentia disponentia ex natura sua ordinantur ad illam, vt dispositiones, atq; adeo appetũtur à materia vt dispositiones, dispositiones autẽ habẽt rationẽ mediorũ, siue in ratione efficiendi, siue potius in ratione præparandi, informando materiam, in qua recipi debet forma substantialis.

Confir, quia etiam si causã efficiens dispositiones distinguatur à causa producente formã, E tamen dispositio semper introducitur in eandem materiam, in quam introducenda est forma, vt inductione patet Artefactorum, nam licet alia sit ars, quæ cædit lignum, alia, quæ leuigat, alia, quæ componit, & inducit formam vltimam, tamen omnes illæ operationes versantur circa eandem materiam, circa quam introducitur forma.

10 *Diuersa ratio potentiæ inclinatiuæ, & exequutiuæ.*

Resp. tertio alij potentiam inclinatiuam ad formas esse diuersam à potentia exequutiua, vt patet inductione, nam voluntas appetit quidẽ sanitatem, & media, sed exequutio mediorum fit per alias potentias, item voluntas appetit obiectum beatificum, sed intellectus apprehendit illud, vnde fit vt etiam si eadem sit potentia inclinans ad formas substantiales, & accidentales, tamen exequutio, quæ fit per actualem receptionem, fit per diuersas potentias. Sed contra, quia potentia habens inclinationẽ, & appetitionem innatam in hoc distinguitur à potentia habente inclinationem, & appetitionem elicitam, quod hæc fertur in obiectum, & terminum per solam appetitionem elicitam, & per illã imperat cæteris potentijs exequutionem, at illa, cum non habeat aliam inclinationem actualem præter actũ exequutiuum, per ipsam inclinationem actualem exequitur finem, & media ad finem, ita oculus, qui inclinatur ad videndum, elicit visionem, & materia, quæ inclinatur ad formam substantialem, recipit illam, & intellectus, qui inclinatur ad obiectum producit, & recipit intellectionem, imo, & habitus qui producuntur per actus eiusdem potentiæ: nec mirum, quia non inclinatur ad habitus producendos, nisi per actus; at vero ad recipiendos habitus immediate inclinatur, vnde qualis est inclinatio potentiæ innata, talis est exequutio, & qualis est proportio mediorum ad finem; talis est inclinatio potẽtiæ in media, & finem, vnde quia voluntas appetit corporis sanitatem tanquam finem, eadem illi appetit medicinam, vt aptam ad productionem sanitatis licet alia medicamenta sanant applicata extrinsecus, alia applicata intrinsecus, alia purgando noxios humores, alia producẽdo proficuos; quare semper eadem est potentia inclinans ad finem, & media, etiam si media, quæ efficiunt finem, sint distincta à fine, & à potentia, quæ inclinat in finem, vt patet in medicamentis, quæ distinguuntur à sanitate, & à potentia appetitiua sanitatis, neq; est necessarium vt media semper fiant ab appetente sanitatem, vel à potentia appetitiua sanitatis, sed satis est, quod fiant vel applicentur ad consequutionem finis.

11 *Probatur vnitas potentiæ ex vnitate specificatiui.*

Denique Probatur ex vnitate specificandi potentiam, nam vbi est vna ratio specificatiua potentiæ ibi est vna potentia, sed respectu potentiæ materiæ passiuæ, seu informabilis est vna ratio specificans, scilicet ratio informatiua, quæ tam est in formis substantialibus, quam accidentalibus; ergo. Minor probatur, nam quod vtraque forma sit informatiua satis patet, quod autem ea ratio habeat vnitatem sufficientem ad specificandam vnam potentiã, probatur ex eo, quod quando vnum est propter aliud ibi est vnum, vt sæpe significat Arist. sed vis informatiua in dispositionibus est ꝑpter formarum substantialium informationem, nam si materia nõ esset apta ad recipiẽdas formas substantiales, nec esset apta ad recipiendas accidẽtales, ergo ibi est vna ratio, non quidem vnitate specifica, vt patet, sed proportionali.

Deni-

Dices quando sunt duæ rationes, quarũ vna est propter aliam non habent sufficientem vnitatem ad specificandum vnum specie actum, sed plures specie, vt patet in electione, quæ specificatur à bonitate mediorum; intentione, quæ specificatur à bonitate finis, & amore Dei, qui specificatur à bonitate intrinseca Dei, & amore proximi, qui specificatur à bonitate Dei participata in proximo; ergo neque habent sufficientem vnitatem ad specificandam vnam potentiam.

Sed contra nam ex exemplis allatis apparet veritas rationis quia sicut ibi sunt actus specie distincti, & tamē sunt ab vna potentia, ita hic erunt duæ informationes specie, sed respectu eiusdē potētię informabilis; & sicut est vna potentia actiua respectu omnium obiectorum habentium vnam rationē formalem obiectiuam; ita est vna materia respectu omnium formarũ habentium rationem informandi subordinatã, vnde colligitur vnitas specificatiua potentiæ informabilis.

Confir. quia quando in obiecto sunt duæ rationes, quarum vna est primaria, altera secundaria, ibi est vnica ratio specificans, vt patet ex visione Dei, & creaturarum, quæ, cum sit vnius speciei, fertur in Deum tanquam in obiectum primarium, & in creaturas tanquam in secundarium; sed forma substantialis, & accidentalis dispositiue respiciuntur à potentia materiæ informabili primario, & secundario, quia dispositiones respiciuntur ratione formarum substantialium vt bene Alens. 7. met. tex. 8. q.4. & infra q. An substantia primo dicatur de materia, vbi probat accidens non aspicere materiam nisi mediate forma substantiali, quæ primo materiam aspicit ergo ibi est vna ratio specificans.

12 Confir. secundo ex Arist. 7. met. tex. 8. vbi materia dicitur esse, quæ secundum se nec est quid, nec quantitas, nec aliqd aliud eorũ quibus est ens determinatum, neque vtique negationes, nisi secundum accidens; sed secundum se est vltimum ideft de quo alia prædicantur, nam alia prædicamenta, prædicatur de substātia, substantia vero de materia, ergo materia definitur positiue per potentiam receptiuam, tam formarum substantialium, quam accidentalium.

Dices secundo obiectum sensus communis est subordinatum obiectis sensuum exteriorum, quia sensus interior non potest ferri, nisi in obiectum cognitum per sensus exteriores; ergo subordinatio obiectorum non sufficit ad specificandam vnam potentiam; ergo neque subordinatio accidentium ad formas substantiales sufficiet.

Resp. primo negando antecedens, quia licet sensus communis in operando exigat cognitiones obiectorum per sensus externos, tamen hęc exigentia non ponit subordinationem, quia est exigentia ministerialis, non dominatiua, nam sensus externi sunt veluti ministri sensus interni, cum sensus interni sint perfectiores sensibus externis, nam cognoscit omnia obiecta singulorum sensuum exteriorum, perfectius autem non subordinatur imperfectiori.

A Resp. secundo negando consequentiam, quia sensus communis cognoscit eadem obiecta, quæ cognoscunt sensus externi, vnde obiectum illius est magis illimitatum, obiectum vero singulorum sensuum externorum est magis limitatum, & ideo sunt diuersa obiecta formaliter; at vero nõ ita est in subordinatione accidentium ad formas substantiales, quia potentia recipiens formas substantiales secundũ aduersarios non recipit formas accidentales, vel contra, sicut sensus interior percipit omnia obiecta sensuum externorum.

B Secunda Conclusio potentia vt primario respicit formas substantiales distinguitur ratione à potētia vt respicit secundario formas accidentales, quia potest concipi potentia in ordine ad formas substantiales, non concepta in ordine ad formas accidentales, & contra, sed diuersa conceptio ponit in obiecto distinctionem rationis; ergo. Confir. nam esse primarium, vel secundarium terminum dicit aliquam distinctionem in termino in ratione terminandi; ergo illi correspondere debet in potentia aliqua distinctio, vt seruetur proportio inter vtrumque sed in potentia non est distinctio à parte rei, vt probatum est, & patet, quia si non esset à parte rei vna potentia, non posset respicere vtrumque, vnum primario, & alterum secundario; ergo ponit in potentia distinctionem rationis. 13

C Tertia Conclusio respectu omnium accidentium, quæ sunt dispositiones respectu alicuius formæ, est in materia vna potentia, quia vt infra ostendemus respectu omnium formarum substantialium est vna potentia in materia, sed eadem est potentia, quæ respicit formas substātiales, & dispositiones ad illas; ergo respectu omnium dispositionum est vna potentia.

D Dices in 3. phys. tex. 10. & 11. met. sum. 4. c. 1. docet Arist. potentias ad contraria esse diuersæ rationis, vt potentia ad ægrotare, & sanari; nam alioqui idem esset ęgrotare, & sanari, vbi videtur ex diuersitate actuum, vel vnitate colligere diuersitatem, vel vnitatem potentiarum. 14 *Prima obiectio. Ex vnitate vel diuersitate actuum arguitur vnitas, vel diuersitas potentiæ.*

Resp. aliqui ibi Arist. intelligere distinctionem rationis esse inter potentias, quia illa sufficit ad eius propositum, & probat eius ratio, nam si probaret distinctionem formalem, deberet etiam dici in homine esse duas voluntates; alteram, qua elicit actum odij, alteram, qua actum amoris, quare recte dicit motum esse actũ mobilis, vt mobile est, & non est actus substantiæ, sicut si discriberemus volitionem Dei esse actum essentiæ vt volitiuæ, non vt intellectiuæ, ita Soncin. 5. met. q. 8. ad 5. ait, productionem, & conseruationem distingui, vt bene declarat Soncin. 8. met. q. 6. ad 1. & videtur Soti ibidem. *Primo Resp.*

E Alij Resp. secundo potentiam considerari dupliciter, primo vt est receptiua & est vix illa in materia, in qua recipitur forma, & hæc est vna, secundo secundum respectus, qui cono- *Secundo Resp.*

nota-

potantur ad diuersas formas, qui solent esse respectus rationis, & sunt diuersæ potentiæ, & ratione horum dicit Arist. esse diuersas potentias, ita Burl. A

Tertia Resp. motus est actus entis in potentia. Alij tertio Resp. loqui de potentijs propinquis ita Canon.1.phys. q.9.d.5. & eodem modo interpretatur id 10. met. tex. idest in potentia ad aliud quod vnica transmutatione potest transmutari in illud:sed Arist. eo loco vult ostendere motum non esse actum entis, vt est actu, v.g. aeris,vt est aer,sed vt est in potentia, & adhoc inducit non esse idem actum, & potentiam, quod probat, quia duæ potentiæ eiusdem subiecti non sunt idem; ergo multo minus actus,& potentia; quare videtur Arist. reijcere omnes has expositiones, nam si non admitteret, nisi distinctionem rationis, neque probaret inter actum, & potentiam esse, nisi distinctionem rationis, quod si concedatur nihil est de quo dubitetur. B

15 *Quarta Resp.* Quarto Vicom.aliter deducit illā rationē,vt si hominem esse,& posse valere esset idem,etiā idem esset,hominem esse,& posse ægrotare,qa qua ratione vnum contrariorum idem est cum subiecto, eadem ratione & reliquum,quare & potestates eædem erunt inter se, atque adeo actus earum, quia actus ijdem sunt, quorum potestates eadem.

Quinta Resp. Quinto alias Ego Resp. Arist. loqui de potentia rerum, quæ aduenit rebus perfectis, quia loquitur de subiecto motuum,quam certum est esse accidens, dicit autem distingui ratione respectus,quia formaliter respectus ille, quo respicit potentia ægrotationem, non est ille, quo respicit valetudinem, vel dicas esse distinctas terminatiue. C

Sexta Resp. contraria sunt circa vnumerale subiectum. Sexto nunc dico Arist. non loqui de potentia passiua, secundum se, sed vt substat potentiæ obiectiuæ terminorum, primum constat, quia est de ratione contrariorum, vt sint circa idem subiectum, vt dictum est alibi; secundū patet,quia argumentum, quo id Arist.probat, habet vim solum in potentia obiectiua, nam si posse ægrotare, idest ægrotatio possibilis esset idem cum posse sanari,idest sanitate possibili, tunc ægrotare, & sanare essent idem,nā ægrotatio possibilis idem est cū ægrotatione actuali, & similiter dicendum est de sanitate possibili, & actuali. D

16 *Secunda obiectio.* Dices secundo si esset vna potentia ad omnia accidentia ex se esset indeterminata, quare non potest magis recipere hoc, quam illud accidens. Confir. primo si potentia ad lumen esset essentialiter eadem cum potentia ad calorem, in cœlo esset potentia ad calorem, quia ibi est potentia ad lumen. Confir. secundo quia calefactio est actus entis in potentia prout in potentia ad calorem, non ad frigiditatem; ergo non est ibi vna potentia. E

Prima Resp. Resp. eandem esse difficultatem de potentia vna respectu formarum substantialium,quia non esset ratio, cur determinet sibi magis vnā, quam aliam.

Secunda Resp. Resp. secundo si essent plures potentiæ, neque esset ratio cur materia exerceret hanc, vel illam potentiam adhoc vel illud accidens, quare aliunde petenda est determinatio.

Tertia Resp. determinatio sumi ab extrinseco. Resp. tertio determinationē sumi ab extrinseco, scilicet agente, quod potest producere hoc, non illud accidens, ad formas autē substantiales determinatur materia per dispositiones, vnde fit vt ad primas qualitates non sit necesse ponere potentias particulares.

Ad primā Confir. Resp. primo in hac opinione non asseri esse vnam potentiam ad omnia accidentia, sed solum esse vnam potentiā ad illa præcise accidentia, quæ sunt dispositiones ad formas substantiales, nam an sit vna ad omnia accidentia,siue sint dispositiones,siue proprietates, siue alio modo pertineat ad substantiam quæstio non est physica, sed metaphysica, de qua ibi. Resp. secundo etiam si in cœlo recipiatur aliquod accidens v.g.lumē, quod ponatur dispositio ad aliquam formam substantialem inferiorum,ad huc non sequitur in materia cœlesti esse potentiam eiusdē speciei,cum potentia materiæ sublunaris,quia lumen & vbi,quæ respiciuntur à potentia cœlesti specificant illam sub ratione formali magis determinata, quam specificent potentiam materiæ,sicut color sub alia ratione specificat potentiam visiuam, ac sensum communem. *Potentia materiæ cœlestis non est eiusdē rationis,ac potentia materia sublunaris.*

Ad secundam Confir.inde colligi distinctionem rationis, quia licet sit eadem potentia illimitata ad plures qualitates, tamen recipit calorem, vt respicit calorem & frigiditatem vt respicit frigiditatem, cum neuter sit adæquatus terminus.

ART. IV. Continēs solutiones argumentorū.

RESP. ibi diuidi omne ens per actum, & potentiam, quæ diuisio dupliciter intelligitur,primo vt diuidatur tota multitudo entium, vt sensus sit ex omnibus entibus aliquod sit actus, idest quod semper sit actus, & nunquam potentia, aliud sit aliquando potentia. Secundo vt diuidatur idem ens secundum diuersum modum seu statum, essendi, vt aliquando sit actus, aliquando potentia; ex Scotō 1. d.26.ad 1. pro 2. opinione H & 4. d. 11. q. 3. ad 1. pro 2. opin. C.vbi ait,actum & potentiam sibi opposita diuidere omne ens, non autem actum, at potentiam ex quibus fit vnū, quare ibi sumit potentiam large pro obiectiua ex hoc Zimara in tab. verbo potētia explicans id *potentia, & actus sunt principia omnium decem prædicamentorum* ait,quælibet res prædicamentalis quandoque est in potentia,quandoque in actu,& inde colligit nullum æternū reponi in prædicamentis, quia æterna semper sunt actu,& probat, quia hanc potentiam, & actum ibidem reducit ad materiam, formam & priuationem; vel intelligit materiam secundum quodlibet prædicamentū nunc esse actu, nunc potentia ex 12. met. t. 22. 23. & 27. vbi ait tria esse principia rerū naturaliū, & tex.22. explicat quid intelligat per hæc tria principia, calidum,inquit, esse formam, frigidum, priuationem, id quod primo suscipit, materiā, & hæc 17 *Quomodo intelligatur diuisio entis in actū & potentiam.*

& hæc tria principia esse illa, quæ dicuntur actu,& potentia docet tex. 26. docet igitur secundum quodlibet prædicamentum subiectũ esse actu, cum materia habet formam, & potentia, cum caret, de hac diuisione plura Aureol.1.d.42. q.1. ar.3. prop.3.

Ad primam Confir. Resp. ibi distinguit entia,vt ex ijs aliquod sit actu solum,vt homo est actu homo; aliud potentia solum, vt homo est potẽtia calidus;aliud actu,& potẽtia,vt motus,ideo motus, inquit, est actus entis in põtia, prout in põtia, q̃ definitionem colligit ex hac ꝓpositione, omne genus diuiditur in actum,& potentiam, vt Alens.explicat,quare ex his locis non infertur potentiam esse formaliter in eodem prædicamento,in quo est actus.

18 *Actus,& põtia quo dicantur esse in eodem genere ex aliorum sententia.*

Ad secundam confirmationem Respondent aliqui,propositionem illam non esse veram,nisi positis tribus conditionibus. Prima, vt sit potentia immediata,non autem remota. Secunda,vt actus fiat per se, vnde quia quãtitas Leonis geniti fit ab anima generantis per accidens, non infert animam Leonis esse accidens. Tertia,vt actus fiat per veram actionẽ physicam, & non per naturalem sequelam, qua ratione proprietates accidentales immediatè fieri possunt à substantia animæ. Verum non placet, quia potentia motiua per se,&immediatè, tendit ad motum localem,& Vbi, per veram transmutationem, & tamen sunt in diuersis prædicamentis; sic etiam potentia augmentatiua per se, & immediatè tendit ad quantitatem, vt alibi, & tamen non est in prædicamento quantitatis.

Reijcitur explicatio Caietani.

Ex quibus argumentis reijcitur explicatio Caiet.1.p.q.77.ar.1.&q.54.ar.3.qui putat intelligi propositionem de potentia essentialiter ordinata ad actum, siue sit receptiua, siue actiua, non autem de potentia, quæ per accidens est ordinata ad actum;nam potentia motiua est essentialiter ordinata ad motum localem,& augmentatiua ad quantitatem, & tamen potentia, & actus non sunt in eodem prædicamento, accedit,quod potentia actiua essentialiter est ordinata ad actionem,& tamen non est in prædicamẽto actionis,de qua re fusius disputabimus in metaphysicis, interim videatur Suar.disp.14 metaph sect.2.cuius doctrina tradita n.14.mihi non placet,vt alibi.

Quod actus,& põtia sint in eodem genere no dicitur explicitè ab Arist.

Resp. 1. hanc propositionem ita expressam sub his verbis non inueniri apud Arist. vt videre licet loca, quæ citantur ab auctoribus, pro hac propositione 1.metaph.tex.1.7.met.tex.15 9 met.tex.1.& 13.& 12.met.tex.22. An autem colligatur est dictis Arist. dicetur infra.

Intelligitur propositio de põtia non subiectiua vel actiua, sed obiectiua, & actu sibi proportionato.

Resp. 2. etiam si propositio illa inueniretur, deberet explicari de potentia non subiectiua, sed obiectiua,& actu entitatiuo,vt Gab.2.d.12 q.1.not.2. vbi optimè exponit quot modis sumatur potentia,& actus,ex Scoto 1.dist.7.q.1. ad 4. P. qui negat intelligi de potentia, vt est principium operationis,quia forma substantialis potest esse principium actionis de genere qualitatis, & de genere actionis. Neque putat propositionem esse veram de potentia, vt diuiditur in actiuam,& passiuam,vt probat 2.d.16. q.1.ad primum pro opin.C. sequitur Zabarell. lib.1.cap.9.quia ens possibile,& ens in actu, cũ sint idem secundum essentiam, & differant solum secundum modum essendi, pertinent ad idem prædicamentum.

Resp. 3. si propositio intelligatur de potentia subiectiua,seu receptiua actus,vniuersaliter accepta esse potest vera, de esse in eodem prædicamento, reductiuè; nam sicut Deus dicitur reduci ad omnia prædicamenta,vt principium illorum, ita posset dici de potentia subiectiua, quod reductiuè pertineat ad singula prædicamẽta, quatenus est principium singulorum receptiuum,sed hinc non sequitur potentiam illam esse formaliter accidens, nam etiam substantia sic pertinet ad prædicamentum accidentium,sicut neque ex eo, quod Deus reductiuè pertineat ad prædicamenta, sequitur esse ens prædicamentale, ita Aureol. 1.d.42. q.1. ar.3. prop.3. 19

vel intelligitur de modo essēdi in prædicamento reductiuè.

Resp.4. intellecta propositio de potentia subiectiua, & de esse formaliter in prædicamẽto, vniuersaliter omnino est falsa, quia nemo dicit potentiam receptiuam quantitatis esse formaliter quantitatem,nec receptiuam vbi,esse formaliter vbicationem, & sic de alijs; vnde communiter reprehenditur Cap.1.d.3.q.3.ar.2. ad 2. Scot.& Gregor.2.d.12.q.2.ar.2. apud Suar. tom.3.in 3.par.disp.56. sect.3. quod dicant in materia esse vnam potentiam ad quantitatem, aliam distinctam ad qualitatem,alias ad alia prędicamenta, sed verè Cap. loquitur de esse potentiali, non præcisè subiectiuo, sed obiectiuo formarum.

Reprehenditur Capr. & Greg. à Suar.

Resp. 5. hanc propositionem non posse probari ex principijs Arist.nam quod 12. metaph. & alibi ponat, quod res omnes prædicamentales habeant tria principia,idest subiectum, priuationem,& formam, non probat formam, & subiectum esse in eodem prædicamento, nam ibi ponit album,vt formam; nigrum vt priuationem;& superficiem vt subiectum;at superficies pertinet ad aliud prædicatum, quam albedo; sicut aer,quem ponit esse subiectum luminis. & Confirm. nam ibidem docet omnium rerũ pertinentium ad prædicamenta dari causam efficientem,seu mouentem, & tamen causa efficiens nõ pertinet formaliter ad idem prædicamentum effectus. Neque obstat responsio Sonc. quod alia sit ratio causæ materialis, quæ est intrinseca, & efficientis,quæ est extrinseca, nam licet materia sit causa intrinseca compositi, est tamen extrinseca formę.

Propositio illa non potest probari ex principijs Arist.

Resp.6. propositionem illam posse verificari de potentia receptiua,& actu formali,vt pertineant ad idem prædicamentum, non quidem secundum se,quia vt diximus,possunt pertinere ad diuersa prædicamenta; sed ratione compositi,in quo includuntur,cum in prædicamẽtis secundum multos non ponantur formæ in abstracto,sed in concreto,nam si actus,& potẽtia componunt substantiam, constat pertinere ad idem prædicamentum, non solum vt ingrediuntur compositum, sed etiam secundum se, & præcisè sumptas; si vero vt componunt cõ- 20

Posse pertinere ad idem prædicamentum, in quo est compositum ex põtia subiectiua, & actu formali.

cretum

cretum accidentale, vt v.g. calidum constans ex subiecto, & calore, & similia, tunc licet subiectum sit, v.g. substantia, atque adeo secundum se non ponatur in eodem prædicamento cum calore, tamen vt ingreditur compositionem calidi, est in eodem prædicamento, in quo reponitur calidũ, quia in tali pdicaméto nõ ponitur solum calor secundum se, sed vt connotat subiectum; vnde patet ex hac propositione nullo modo probari potentiam receptiuam dispositionum esse formaliter accidens.

Ad tertiã Confir. Resp. & si auctoritas Auerrois non est tanta, vt nos cogat, illius verba explicare, tamen quia sæpe vsurpat, & propositiones, & verba Arist. existimo illum esse explicandum, vt explicauimus Arist. quod scilicet loquatur, vel de potentia obiectiua, vel si de subiectiua, intelligitur non de esse formaliter, sed reductiue, vel de potentia vt ingreditur compositum, & in hoc sensu explicari potest quod actus, & potentia diuidunt quodlibet ens prædicamentale, quia cum res prædicamentalis componatur ex actu, & potentia, recte dicetur diuidi in actum & potentiam tanquam in partes. Alij tamen explicant illum loqui de diuersitate potentiarũ, extrinseca, ratione termini ad quem, vel de diuersitate intrinseca, ratione relationis rationis super additæ.

Actum adaequatum vel esse adaequatione communitatis vel primitatis.

Ad quartam Confir. Resp. primo actũ specificatiuũ potẽtiæ debere esse vel adequatum adęquatione cõmunitatis; vel adæquatione primitatis, at terminus adæquatus potentiæ receptiuæ formarum, & dispositionũ neutro modo est accidentalis, nam primo modo abstrahit ab accidentali, & substantiali; secundo modo ẽst substantialis, nam diximus illas potẽtias per se, primo respicere formas substãtiales, & secũdario accidentales dispositiuas, quod si concipiatur præcise, vt respicit formas accidentales, non accipitur adæquate, sed inadæquate.

Resp. secundo etiã si potẽtia specificetur ab actu, non inde sequitur esse eiusdem speciei cũ actu, quia hæc specificatio non est per intrinsecam informationẽ, sed per extrinsecã terminationẽ, eo quod potẽtia dicat ordinẽ ad actũ tanquã terminũ, & finẽ; at terminus nec est eiusdem speciei, nec generis cum relatione, quam specificat, cũ sępe terminus sit ens absolutũ sm probabiliorem sententiã, neq; finis est eiusdẽ speciei vel generis cum re ordinata ad finem, vt facile patet ex Deo, qui est omnium rerum creatarum finis, & ex operationibus, quæ sunt fines substantiæ.

DVBITATIO QVINTA

An potentia receptiua formarum substantialium & accidentalium distinguatur à substentatiua earumdem formarum.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

1 *Potentia receptiua non distinguitur à substentatiua.*

PRima opinio est dicentium potentiam substentatiuam nullo modo distingui à potentia receptiua, quia actus substentationis est essentialiter informatio talis formæ, nam sicut sunt duo genera formarum. Vnũ per se subsistentium, atque adeo independentium secundum earum substantiam à causalitate materiæ; alterũ dependentiũ à materia quoad earũ substantiam, & existentiam, ita est duplex genus vnionis, seu informationis. Vnum informationis præcise vnientis: quam informationem habet anima rationalis in corpore, quia ex ea præcise, forma vnitur materiæ, absque aliquã causalitate materię circa existentiam ipsius animæ, sed solum circa vnionem animæ. Alterũ, informationis subiectiuæ, quã habet forma corruptibilis informando materiam, quia ad eam concurrit materia, non solum causando informationem, vt habet vim vniendi, sed vt habet vim substẽtationis; quare sicut per eandem potentiam, per quam materia fit informabilis anima rationali per informationem pręcise vnientem, per eandem redditur informabilis forma corruptibilis per informationem subiectiuam, per quam materia substentat formam, & informatur à forma, vnde fit potentiam receptiuam non distingui à substentatiua, quia substentatiua est receptiua p receptionem, seu informationem subiectiuã, quæ licet specie distinguatur ab informatione pręcise vniente, tamen conueniunt in vna ratione informationis, sicut forma subsistens, & corruptibilis conueniunt in vna ratione formæ; quare sicut eadem potentia respicit vtrumque genus formarum, ita respicit vtrumque genus informationis. Neq; est nouum vnam potentiam concurrere ad actus specie distinctos, quia vnitas potentię nõ tollitur ex qualibet distinctione actuum, & obiectorũ, sed formalium, & adequatorũ, qualis nõ est in singulis huiusmodi informationib⁹, & formis, ita videtur sentire Suar. disp. 13. sect. 9. n. 10. & 11. vbi ait inter materiam, & formam materialem non poni duplicem causalitatem in materia respectu formę, sed vnam, qua causat vnionem talis rationis, vt per eam pendeat forma à materia quoad suam existentiam, quia dependentia à causa materiali essentialiter includit vnionem, sequuntur multi ex recentioribus.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui volunt nullo modo distingui sicut potentia visiua respectu albi, & nigri non distinguitur; nec re, nec ratione. 2

Primus sensus de hac re nonnullorum.

Alij secundo volunt distingui ratione connotati, eo quod potentia receptiua dicatur respectu informationis pręcise vnientis, substentatiua vero respectu vnionis pręcise substentantis.

Secundus sensus aliorum.

Alij vero dicunt distingui tanquam superius, & inferius, eo quod potentia receptiua dicatur respectu informationis abstrahentis ab informatione pręcise vniente, & subiectiua; at vero potentia substentatiua dicitur respectu informationis subiectiuę, sicut potentia visiua dicitur respectu coloris, potentia vero albi visiuã dr̃ respectu talis coloris; sed hic modus dicen-

Tertius sensus aliorum.

di non poteſt probari, quia hinc ſequeretur potentiam purè receptiuam, & ſubſtentatiuam diſtingui ſpecie ſub genere potentiæ receptiuæ in communi; quare vt hęc opinio probabiliter defendatur, debet amplecti ſecundũ modum, vt ſcilicet vna ſit potentia receptiua cuiuſcunque formæ, ſiue ſubſtentabilis, ſiue per ſe ſubſiſtentis, ſed habeat diuerſas denominationes ratione formæ connotatæ, nam dicitur purè informabilis, vt reſpicit formã per ſe ſubſiſtentem; dicitur vero ſubſtẽtatiua, vt reſpicit informationem formæ ſubſtentabilis.

Subſtentatiua potentia non diſtinguitur ex natura rei à receptiua ſenſus aliquorum de hac re.

3 Secunda opinio eſt dicentium potentiã ſubſtentatiuam non diſtingui ex natura rei à potentia purè receptiua propter rationem allatã in prima opinione, ex qbus alij putãt diſtingui ratione, non quidem inadęquatè in ratione potentiæ, ſed adæquatè eo modo, quo potentia intellectiua ſecundum Nominales, dicitur diſtingui a potentia volitiua, ratione quidẽ adæquata in ratione potentiæ, eo quod potentia intellectiua eſt completa quædam ſpecies potentiæ diſtincta à potentia volitiua ſimiliter completa in ratione potentiæ, quam diſtinctionem adæquatam in ratione potentiæ non habet intellectus, vt eſt principium primæ operationis, vel ſecundæ, vel tertiæ, quia potentia intellectiua adæquatè ſumptã eſt principium trium operationum, ſed vt principium primæ, vel ſecũdæ accipitur inadæquatè fundamẽtũ huiuſmodi dicendi eſſe poteſt, quia potentia receptiua, & ſubſtentatiua reſpiciunt quidem formam, ſed ſub diuerſa ratione formarum ſcilicet informatiua, & ſubſtentabili, completa autem ſpecies potentiæ ſumitur ex adæquata ratione fundandi, & hunc modũ dicendi ſequi debent, qui negantes has potentias diſtingui ex natura rei inter ſe, & à materia, opinantur potentiam receptiuam eſſe de eſſentia materiæ, non autem ſubſtẽtatiua, nam diſtinctio rationis ſufficit ad ſaluanda hæc prædicata, vt eadem res materialiter ſecundum vnam rationem ſit de eſſentia alicuius, & nõ ſecundum aliã, ita enim dicunt aliqui principiũ intelligendi, ſeu actualem intellectionem eſſe de eſſentia Dei, nõ autem principium volendi, ſeu volitionem, licet hæc inter ſe nõ niſi ratione diſtinguantur, nec tamen hinc ſequitur potentiam ſubſtẽtatiuam eſſe accidens prædicamentale; ſed ſolum prædicabile, quia ſcilicet formaliter, & intrinſecè eſt ſubſtantialis, licet prædicetur accidentaliter de ſubſtantia, materiæ vt habet rationem eſſentiæ, ſicut dicitur de voluntate diuina, quæ non eſt accidens prædicamentale, ſed verè ens ſubſtantiale, etiam ſi ſit prædicatum extra eſſentiã diuinitatis.

Alius ſenſus de hac re.

4 Alij vero dicunt diſtingui quidem ratione, ſed inadæquatè, eo quod potentia receptiua adæquatè reſpicit vtrumque genus formarum ſub ratione ſubſtentabilis, & non ſubſtentabilis, quia vtrique cõuenit communis ratio informatiua, quæ ſpecificat potentiam receptiuã, vnde cũ dicitur potẽtia ſubſtẽtatiua accipitur potentia receptiua inadæquatè, ideſt reſpectu vnius actus ſcilicet ſubſtentationis, & ſecundũ hos dici debet potentiam receptiuã eſſe de eſſentia materiæ adæquatè ſumptam, quia inadæquatè ſumptam non poteſt conſtituere ſpeciẽ nam ſpecies rei dicitur, quæ eſt radix & fundamentum omnium paſſionum, & operationum ſibi propriarum at ſi eſſet conſtituta per rationem inadæquatã potentiæ nõ poſſet eſſe principium omnium paſſionum, & operationũ, ſcilicet illarum, quarũ non eſt principium illa ratio inadæquatè ſumpta.

Potentia ſubſtentatiua diſtinguitur ex natura rei à receptiua.

5 Tertia opinio eſt dicentium potentiam ſubſtentatiuam diſtingui ex natura rei à potentia receptiua, eo quod putant illam eſſe extra eſſentiã materiæ, & ſpecificari à diuerſa ratione formali, à qua ſpecificatur potentia receptiua, quia actus ſubſtẽtationis eſt omnino diſtinctus ab actu informationis, nec vnus alterum eſſentialiter includit, licet ſubſtentatio, naturaliter ſupponat vnionem formalem inter ſubſtẽtans, & ſubſtentatum; ſicut actio ſupponit vnionem localem intra ſphæram inter agens, & paſſum, quam vnionem vocant contactum. Vnde negant ab eadem potentia eſſe cõcurſum ad informationem, & ad ſubſtentationem, quia hi duo actus reſpiciũt propria obiecta ſub diuerſa ratione formali, nam ſubſtẽtatio reſpicit formam, vt indigentem concurſu quoad ſuam exiſtentiam; informatio vero reſpicit formam vt indigentem concurſu materiæ, non quoad ſuã exiſtentiam, ſed ſolum quoad vnionem, & integrandum principium operandi, diuerſa autem indigentia indicat in termino diuerſam rationem formalẽ, ſub qua terminus reſpicitur, nã per ſubſtentationem reſpicitur intrinſecè exiſtentia cum ſit terminus eius intrinſecus, per informationem vero reſpicitur extrinſecè, nam terminus informationis extrinſecus eſt ipſum eſſe informatum, vel informatus, ſeu ipſa informatio in facto eſſe vt dicetur cum de cauſalitate materiæ, & formæ, hæc opinio videtur eſſe Conimb. 1. phyſ. c. 9. q. 11. ar. 3. vbi affirmant diſtingui ſubſtentationem ab informatione formarũ materialium, & ſumpſerunt à Fon. vt infra.

Primus ſenſus non nullorum de hac re.

Inter hos tamen eſt diſcrimen primo nã aliqui volunt hanc potentiam formaliter non eſſe accidens ſed eſſe ſubſtantiam, licet habeat cõceptum accidentis prædicabilis, ne cogantur aſſerere exiſtentiam formę ſubſtantialis pendere immediatè in genere cauſę materialis à concurſu accidentis; neque eſt nouum, quod predicatum ſubſtantiale prędicetur accidentaliter, de eſſentia ſubſtãtiali, vt patet in his pdicationibus homo eſt veſtitus, & carneus, & ſimiliſsimo aliquãdo ſubſtantia prędicatur accidentaliter de ipſo accidente, vt circulus eſt ligneus, vel aureus.

Secundus ſenſus aliorum.

6 Alij vero volunt hanc potentiam habere cõceptum accidentis prędicamentalis identificatum quidem realiter cũ ſubſtantia, ſed diſtinctum ex natura rei; neque mirum, quod ſubſtantia concurrat ad ſubſtentationem formę per potentiam, quę habet conceptum accidentis, quia hic concurſus eſt in natura finita huiuſmodi concurſus, cum dicant

maxi-

maximã pfectioné exigunt p accidentia ad illos præstãdos, vt dicetur cu de causa efficiente nec est absurdum existentiam substantiæ pendere ab influxu immediato accidentis; tum quia id videmus in influxu effectiuo; tum quia tandem resolutio substentationis fiet in substantiam, pcipue cum non ponatur diuersa existentia potentię, & materię, quod si illis obijcias, quod sicut esse substētatiuum in materia est accidens, ita esse substētabile in forma corruptibili. resp. substētabilitatem comparatam ad actum secũdum se habere conceptum accidentis quia est extra essentiam actus, vt patet in anima rationali, quæ est actus, & non est substētabilis; at vero si comparatur ad talem actũ vtrumque defendi potest, nam si dicatur esse accidens debet dici formam esse substantiam incompletam, cuius existere pẽdet ab alio, vnde fit vt sit substentabilis, si autem dicatur esse essentiam, tũc dicẽdum contrahi rationem actus per esse substentabile, & per se subsistens, ex quibus nascitur corruptibilitas, vel incorruptibilitas, vt passiones, neque est eadem ratio de materia, quia non sunt duę species materię, alia substētatiua, alia non substentatiua, sicut sunt duæ species actuum, atque adeo esse substentatiuum nõ potest esse differentia contractiua potentiæ passiuæ, sed illi conueniet accidentaliter tanquam proprietas.

Tertius sensus. Secundo differunt auctores huius opinionis, quod alij volunt in materia esse duas potentias substētatiuas, specie distinctas, vnã quæ respicit formas substantiales corruptibiles; alteram, quæ respicit accidentales, eo quod substentabilitas vtriusque generis formarũ est diuersæ rationis, cum substentabilitas accidentium excludat subsistentiam, non sic autem substētabilitas formæ substãtialis, cum substantia ex sua rõne exigat subsistentiã, cum per hoc distinguatur ab accidẽte; at vbi est distincta ratio formalis, ibi est distincta ratio potentiæ.

Quartus sensus. Alij vero volunt esse vnam potentiam substẽtatiuam, tam respectu accidentium, quam formarum substantialium, tũ quia omnes illæ cõueniunt in proportionali ratione substentationis, sicut est vna potentia passiua respectu formarum accidentalium & substantialium, quia illæ conueniunt in vna ratione proportionali informandi; tum quia hæc potentia substentatiua est veluti actus, quo respicitur esse substẽtabile formæ, & accidentium, tanquam media propter finem, scilicet vnionem per se materiæ cum forma; quare accidens & forma quantum ad esse substantiale propter vnionem per se conueniunt, & entitates ipsorum se habent vt materiale respectu illius potentiæ.

ART. II. Continens opinio Auctoris.

8 *Potentia substentatiua non distinguitur realiter à substantia materiæ.* PRima Cõclusio potentia substentatiua non distinguitur realiter à substantia materiæ quia substantia tunc substẽtaretur ab accidente immediate, & nullomodo à substantia, nisi mediate, quatenus materia substẽtaret accidẽs. Confir. quia cum forma sit perfectior materia, sequeretur perfectissimam partem substantiæ in hærere accidenti, atque adeo accidens esset perfectius substantia, quia ab eo dependeret perfectior pars substantiæ, neque obstat, quod tandem fiat resolutio in materiã, quod hæc sit primum substẽtatiuum, & vt quod, nam ex eo, quod sit primum substetatiuum, nihil influit in formã substantialẽ immediato influxu, sed tãtum denominatur influere quatenus substẽtat potentiam, mediante qua influit, vnde influxus totus, & totaliter est per se à potentia, & per accidens à materia. Vnde si Deus conseruaret potentiam destructa materia vt conseruat quãtitatem in Eucharistia eodẽ modo influeret ac nunc influit, dum substentatur à materia. *Obiectio.* Dices nõ esse absurdum formam substantialem substentari ab accidente, tanquam vt quo; quia se habet intrumentaliter, sicut nõ est absurdum substantiam produci ab accidente, vt quo & instrumẽtaliter. *Soluitur.* Sed contra tum quia secundũ probabiliorem sententiam neque accidens se solo, & totaliter potest concurrere effectiue ad substantiam, nisi eleuetur ab immediato cõcursu substantiæ vt infra; tum quia etiam si id concederetur accidenti vt instrumento in virtute substantiæ, non tamẽ potest cõcedi id accidenti in genere causę materialis, nã cõcursus effectiuus est omnino extrinsecus, at cõcursus mãlis substẽtatiuus vel est essẽtialiter vnio, vel cõnaturaliter supponit vnionem informationis formæ substẽtatæ cũ sustẽtãte, at forma substãtialis non prõ informare accidens, immediate; ergo neque põt immediate substentari ab accidente; Confir. quia accidens dicit analogiam ad substantiam in ratione entis, quia pendet à substantia, vt à subiecto, dicitur enim entis ens, & accidens quia alteri accidit, atq; adeo alterius ens, at si forma substãtialis eodem modo pẽderet ab accidente diceret similem attributionẽ ad accidens, nam habet simile fundamentum, in quo fundatur attributio; at hoc patet esse falsum. Denique Confir. quia frustra multiplicatur huiusmodi entitas cum per minorem distinctionem huius potentiæ ab entitate materiæ possit haberi eadem vis, & idem effectus, neque vllum apparet vestigium distinctionis realis inter illa.

9 *Probabiliter potentia substentatiua non distinguitur ex natura rei ab vnitiua.* Secunda Conclusio probabile est potentiam substẽtatiuam non distingui ex natura rei à potentia vnitiua, patet ex argumentis primæ opinionis, nam substẽtatio vel est essentialiter vnio quædam, vel exigit ex natura sua vnionem vnde licet sint actus distincti, tamen sunt subordinati, eo quod existentia formæ subordinatur vnioni informatiuæ, vnde potentia concurrẽs ad actum vnionis, concurret etiam ad existentiam illius formæ, quæ non potest existere sine subiecto. Dices potentia receptiua concurrit ad informationem animæ rationalis, & tamen non concurrit ad existentiam illius; ergo potẽtia concurrens ad informationem non necessario concurrit ad existentiam formæ; atq; adeo si concurrit, id est per accidens, atque adeo, per aliã potẽtiã, q̃ per vnitiuã. *Dupliciter potest cõsiderari informatio.* Resp. informationem posse considerari dupliciter primo vt

ceptum, quia etiam si subẛtentatio includat es- A sentialiter, vel concomitanter vnionem, tamẽ dum concipitur subẛtentatio nõ concipitur explicite vnio.

Obiectio.

Dices ex hac ratione sequitur illas potentias distingui plusquam ratione, nã includunt actũ subẛtentationis, & vnionis, q̃ distinguũtur plusquam ratione. Resp. distinctionem potentiarum posse considerari dupliciter, primo intrinsece idest secundum perfectionem, quam intrinsece, & formaliter includunt, & ita dicimus distingui ratione, secũdo extrinsece, & terminatiue, idest ratione terminorum, quam potentiã respiciunt, & ita distinguũtur plusquam ratione, & plerumque realiter.

Soluitur duplex potentiarum distinctio.

Alia Obiectio.

B Dices secundo potentia receptiua non distinguitur à subẛtentatiua, tanquam species, cõdistincta ab alia specie, sed potius tanquam genus à specie, nam sicut forma in communi distinguitur à forma subsistente, vel inhærente, tanquam genus à specie, ita potentia receptiua, q̃ respicit formã in cõmuni distinguetur a potẽtia subẛtẽtatiua, q̃ recipit formã inhærẽtẽ. Resp. ex dictis patere in hac quæstione non accipi potentiam receptiuam in ordine ad formã in communi, sed in ordine ad omnes formas etiam in particulari, vt exercent actum informationis, nomine vero potentiæ subẛtentatiuæ intellligi in ordine ad easdem formas, vt indigentes subẛtentatione, & sunt dependentes à C materia in genere causæ materialis quoad earum existentiam.

Soluitur.

Quarta Concl. probabile est non distingui ratione in ratione potentiæ completæ sed patet ex dictis in secunda opinione, eo quod eadẽ potentia adæquate concepta respicit vtrũq; actu & informationem, & subẛtentationẽ, vnde dum concipitur præcise in ordine ad vnũ actũ non concipitur adæquate, sed inadæquate, sicut dũ concipitur intellectus in ordine ad simplicium appræhensionem. Verum veritas huius conclusionis non potest hic exacte explicari, quia supponit explicationẽ quæstionis de qua in lib. de anima, qua ratione potẽtiæ distinguãtur per actus & per obiecta, & vnde sumenda D sit vnitas, vel distinctio rationis formalis, per q̃ specificantur & distinguuntur potentiæ totales, & completæ in genere potentiæ; Illud solum hic esse adnotandum potentiam constitui per ordinem ad actus & obiecta; quare qui dicunt potentiam receptiuam seu vnitiuam distingui à subẛtẽtatiua, putant ordinẽ ad formã, vt informantẽ, posse separari ab ordine ad formam vt subẛtẽtabilem; nam dicunt posse à Deo eleuari angelum ad quantitatem subẛtentandã, non autem ad sibi vniendam formaliter, nam concursus subẛtentatiuus est quasi efficientis ex Argent. 2. d. 12. q. 1. ar. 2. ad 5. vbi ex hoc asse- E rit Deum supplere vicem subiecti, & Fons. lib. 5. c. 2. q. 3. sect. 2.

probabiliter nõ distinguitur ratione incompleta.

Aliquid notãdum.

DVBITATIO SEXTA

An aliqua potentia sit de essentia materiæ.

ART. I. Continens opiniones Doctorum,

1 Prima opinio est negantium. Hi tamen inter se diuisi sunt, tum in explicanda opinione, tum in fundamento; nam aliqui primo distinguũt materiam dupliciter, primo secundum se vt entitas quædam est, & constituitur in genere substantiæ, & ita negant potentiam esse illi essentialem, sed esse proprietatem; secundo vt est principium rerum naturalium, & ita est de eius essentia tribuitur Themistio 1. phys. tex. 51. digress. de materia Simplicio, & Veneto in tex. 70. Alberto tract. 3. c. 13. circa medium Iand. q. 9. & q. 11. de substantia Orbis Zimaræ contradict. 33. vbi per hanc distinctionem conciliat dicta Auer. dum 1. phy. 1. 70. negat potentiam esse de essentia materię, & in cap. 1. de substantia orbis asserit potentiam esse differentiam substantialem materię, nam primo loco loquitur de materia secundum se, & secundum prędicata, quę attribuũtur illi in esse prędicatiuo, & substãtiali, in quo nullus modus, potentię includitur siue remotæ, siue propinquę, siue passiuę, siue actiuę, siue obiectiuę, quia ex Auic. 5. met. equinitas est tantum equinitas nec actu nec potentia, & hoc modo dicitur considerari materia in primo signo naturę; sed in secundo loco accipit materiã vt est principium rerum naturalium, qua ratione cũ cõparetur ad formam, & ad agens, fit vt potentia passiua sit de quidditate illius: illam autem relationem dicit identificari cum essentia materiæ, & esse differentiam substantialem materię eo modo, quo Auer. dixit actum, & potẽtiam esse differentias oppositas entis, & circũire omne genus hanc sequitur Zab. lib. 1. de materia c. 11. & sequentibus & tribuitur Pernumię lib. 1. suę phylo. c. 7. Mercenn. & Perer. lib. 5. c. 22. apud Masium.

Negatiua primus sensus de hac re nõ nullorum.

Duplex distinctio materiæ.

Alij vero distinguũt potentiam posse considerari dupliciter primo pro subiecto potente, & ita esse de essentia; secundo pro ipsa formali habilitate, at negat esse de essentia, ita Iand. loc. cit. & Sonc.

Secundus sensus duplex ratio potentiæ.

2 Alij tertio cũ Perer. l. 5. c. 21. distinguũt potẽtiã posse accipi tripliciter, primo subiectiue, & idẽ est àc materia potẽs & est de essentia; secũdo formaliter, idest pro ipso respectu; tertio terminatiue, & his modis non est de essentia.

Tertius sensus triplex ratio potentiæ.

Alij 4. dicunt potentiam materię, vt respicit actiuã agẽtis nõ esse de essentia, sed esse ꝓprietatẽ; at vero vt respicit formã esse de essentia.

Quartus sensus.

Alij 5. distinguũt potentiã in absolutã, quam aliqui vocãt receptiuã & hanc vel esse differẽtiã substantialem, vel poni loco differentię, aliã respectiuam, & hanc negãt esse de essentia, imo & passionem, quia est generabilis & corruptibilis vocant autem potentiam absolutam, non quia per illam materia non est relatiua ad operationem, sed quia per illam respicit om-

Quintus sensus.

-nem generationem, & indifferenter omne genus, omneque speciem, omneque indiuiduum formæ; quæ vi a est ad omnia illa: Respectiuā vero vocant, quæ determinatur ex terminis, quos respicit, nam ad formam genericam est generalis, ad specificam est specifica, ad indiuiduas, indiuidua, quæ quæ adueniente forma corrumpitur hanc aliqui vocant conuersiuam, eo quod conuertatur in formam, nā nec concedunt formam fieri ex nihilo ponunt in materia possibilitates formarum, quæ nō distinguuntur à formis licet realiter distinguatur à materia ita Ægid. Riccar. in 2. d. 2.

3 Alij sexto dicunt potentiam posse accipi dupliciter primo remote scilicet pro radice vnde prouenit proxima aptitudo, & hæc est de essentia; secundo proxime pro aptitudine. s. qua proxime materia fit apta ad patiendum, & concurrendum ad informationem, & non est de essentia, est multorum Auerroistarum quos sequuntur multi recentiores vt Tol. q. 14. qui putat aptitudinem illam proximam, quia materia redditur apta ad patiendum esse de secūda specie qualitatis, sicut aptitudo proxima ad agendum eo quod sit ad actum accidentarium, idest generationem, p quam producitur forma, quod fundamentum ostendimus supra esse falsum præsertim cum illa potentia non per se primo respiciat accidens, sed substantiam, & secundario accidens & hanc mihi videtur sequi Flaminius Nobilius 1. de gen. in c. 3. q. 5. qui cum multis impugnarit Zimaram exemplo explicat naturam materiæ; Accipiatur, inquit, cera ita mollis vt in omnes species formari possit hæc mollities, licet sit instituta ab auctore naturæ ad formas accipiendas, tamen est absoluta quædam qualitas ad quam sequitur habilitas ad formas recipiendas, ita materia est infinita mollities, quare absolutum quid, sed ad istam naturam sequitur potestas accipiendarum formarum, & licet generatione sit hæc potentia posterior, tamen naturæ consilio prior est, nā materia ordinata est ad formas recipiendas, sicut ferrum adeo durum, quia est factum ad incidendū hanc sequitur Philip. Faber Theor. 23. vbi ait potentiā non esse de essentia in primo modo perseitatis sed in secūdo, atque adeo asserit esse passionem essentiæ.

Sextus sensus. Potentia alia proxima alia remota.

Secundo differunt in assignanda distinctione potentiæ à materia; nam aliqui dicunt illam distingui realiter à materia, eo quod sit accidens de genere qualitatis, & separabilis à materia.

Alij distingui formaliter, quia per hanc distinctionem saluantur, quæ de materia ac potētia dicuntur.

Alij distingui ratione, siue quia potentia supra essētiam materiæ addit negationem formæ siue, qa hæc distinctio sufficit vt possit materia intelligi secundum se sine ordine ad formam, atque adeo sine potentia; at vero cum intelligitur cum ordine ad formam, tunc intelligitur materia in potentia.

4 Denique differunt in fundamento, quod cum materia sit substantia est ens absolutum; de cuius essentia non potest esse relatio, vel

A ens includens relationem cuiusmodi est potētia, quæ est respectus quidam ad aliud scilicet formam, & actum informationis, ac substētationis. Conf. quia vnaquæque res prius est in se constituta per sua essentialia principia, quam respiciat aliud.

Alij vero probant ex eo, quod omnis potētia ad aliquem actum, siue actiua, siue passiua pertineat ad prædicamentum qualitatis, & si est naturalis, pertinet ad secundam speciem; at qualitas non potest esse de essentia substantiæ. Maior probatur, quia nullum ens creatum per suam essentiam causat in extrinsecū, vt patet ex causa efficiente, & finali.

B Secunda opinio est dicentium aliquam potentiam esse de essentia materiæ, hi tamen diuisi sunt, nam aliqui primo absolute dicunt potentiam esse de essentia materiæ non distinguentes de qua potentia intelligant ita Simpl. 1. phys. tex. 82. Ariminensis 2. d. 12. Cap. d. 8. q. 2. art. 3. ad 5. Fonsec. 1. met. c. 7. q. 3. Suar. disp. 13. sect. 4. n. 11. & sect. 8. Hurt. disp. 11. phys. sect. à §. 27. eo quod sit essentialiter primum subiectum Conimbr. cap. 9. q. 3. ar. 1. Petrus Feltrius 7. met. c. 7. 5 1

Aliqua potētia est de essentia materiæ. Primus sensus de hac re non nullorum.

C Alij secundo dicunt potentiam includere duo scilicet aptitudinem seu virtutem illam per quam causat in suo genere, & hæc est de essentia, quia est ens absolutum; secundo relationem, quæ consequitur hāc aptitudinem, & ratione huius non est de essentia Sonc. 8. met. q. 6. Fland. 7. met. q. 17. ar. 2. ad 2. Pauesius 5. met. c. 13. Ægid. 1. phys. lect. 18. Gratiadeus lect. vlt. dub. 1. Sotus q. 6. Boridanus q. 22. eamque tribuunt D. Thom. 1. phys. lect. 15. in tex. 79. & 1. d. 3. q. 4. ar. 2. ad 4. 1. p. q. 54. ar. 3. ad 3. q. 77. ar. 1. ad 2. q. 115. ar. 1. ad 2. vt puto esse Alex. 1. quæst. naturaliter c. 7. 16. & 17. & 2. natural. quæst. cap. 7. sequitur Canonic. q. 9. ar. 2. d. 5. qui satis optime loquitur Achil. 1. de elemen. d. 13. tribuitur Iand. de substantia orbis q. 6. & 1. phys. q. 25. sed est in contraria sententia hanc videtur sequi Piccolom. lib. 1. de materia c. 10. vbi primo docet

Secundus sensus.

D potentiam vniuersalem antecedentem formas & dispositiones consideratam pro absoluto est de essentia materiæ, sed considerata extrinsecus pro superaddita relatione ad obiectum & secundum formam & modum denominationis distingui ab essentia absoluta materiæ, tanquam eius affectionem, potentiam vero propriam, idest particularem consurgentē ex dispositionibus esse accidens illius.

E Alij tertio distinguūt duplicem potentiam, vnam proximam, quæ fundatur super materia disposita, & hæc est relatio realis fundata super virtute actiua virtuali, vel actuali, & non est de essentia, quia essentia materiæ non est relatio, & sic intelligitur D. Thom. 1. d. 3. cum ait, si nomine potentiæ intelligatur relatio, non est de essentia materię. Alteram esse habitudinem potentiæ passiuæ ad actum primum, & hæc est de essētia ex 1. p. q. 77. q̄ habitudinē nō esse de genere accidētis, qa manet eadē numero in corruptione rerum naturaliū; at si esset accidēs non

Tertius sensus.

non fieret resolutio vsq; ad materiam primam contra doctrinam D.Thom.quid autem sit illa habitudo,dicunt esse ipsam essentiam materię designatam cum quodam modo essendi respectiuo rationis. Quod si illis objciatur,quod forma realiter refer.ur ad materiam tamquam perfectiuum ad perfectibile. A

Effugium.

6 Respondent negando primo antecedens, qa sicut materia prima secundum se considerata non habet realem relationem ad formam, ita nec cõtra, quia relatio realis est ad aliquod extrinsecum, & non ad aliquod sibi inhærens,qa vnum correlatiuum non recipitur in alio.

Occluditur.

Respondent secundo negando consequentiam; tum quia fundamentum relationis accidentalis debet esse actu, at secundum Thomistas materia est ens in potentia; tum quia materia non habet rationem vnitatis per se,nisi per formam,nec virtutem actiuam,aut passiuã, nisi sit disposita, & informata, & licet realiter dependeat à forma,quia non refertur ad formã sicut ad terminum, sed ab ea dependet vt subiectum,sicut Petrus est realiter,idem sibi ipsi, non tamen per relationem realem identitatis, ita Thomist. apud Zerb.5.met.q.19.6.propter tertium circa finem 9. B

Quartus sensus.

Alij quarto distinguũt, potentiam remotam esse de essentia,ex D.Th.Dur. & Sot.proximã vero non esse de essentia,vocant autem potentiã remotã, quæ cõuenit materiæ in ordine ad omnes formas,vnde illã vocãt vniuersale;Proximam vero vocant eã, qua incipit materia disponi ad hanc, vel illam formam,quæ dispositio fit per accidentia inducta ab agente, vnde inferut materiam essentialiter esse relationem secundum dici ad formam, quia potẽtia habet essentialem habitudinem ad actum ad quem per se ordinatur, cum ab illo specificetur extrinsece;quæ relatio non aufert à materia, quin sit substãtia absoluta,nam cum vagetur,& sit trãscendens per omnia prædicamenta non constituit rem absolutam relatiuam,ita Murcia disp. 5.q.3 Masius c.9 q.7.qui hanc potentiam proximam vocat particularem, Franc. Piccolom. lib.1.de materia prima c.10.& 11. nam principium agendi,vel patiendi, non est qualitas rei, sed natura,& essentia eius, dispositio autem per quam facilè agat, vel patiatur, est qualitas rei, vnde Arist.numerans 7.phys.& 5.metaph.species qualitatis non meminit potentiæ. C D

Quintus sensus.

7 Alij dicunt, potentiam receptiuam formæ substantialis esse de essentia, quia sicut forma per suam essentiam perficit materiam, ita materia per suam essentiam recipit, & perficitur per formam: At vero potentiam appetitiuam, per quam materia appetit formam non est de essentia,quia connotat priuationem, quæ non est de essentia, & hæc potentia cessat adueniẽte forma,ita Argent. 2.dist. 12. q.1.art.1. circa finem.

ART. II. Continens notabilia.

8 Primo notandum, in hac quæst. Doctores maxima versari in æquiuocatione,dum vario modo explicant potentiam proximam, & remotam; vnde aliqui, cum verbis discrepare videantur, re ipsa tamen conueniunt; ideo ad tollendam æquiuocationem, explicanda est distinctè significatio horum nominum.

Maxima æquiuocatio inter Doctores.

Secundo notandum, potentiam significare entitatem quandam,& virtutem, à qua prouenit causaliter actus, respectu cuius dicitur potentia, vnde non potest concipi sine aliqua habitudine ad actum, ad quem concurrere potest: Et quia dupliciter illa virtus potest respicere actum suum. Primo, dum caret illo,& procedit actum tãquam illi oppositum, non quidem ratione virtutis,sed ratione priuationis annexæ. & hanc potentiam negabunt Megarici,dum nullam agnoscebant potẽtiam, nisi quando est actus, vt 9.met.tex.5.,vbi Auer. ait ab illis distrui potentiam, quia quando est actus,non est potẽtia, habens scilicet priuationem Secundo,dum habet actum, qua ratione dicitur cęlum posse moueri, & Deum posse mouere. primo modo putat Zabar.lib.1.de materia cap.9.ex Arist.dici propriè potentiam; at secundo modo impropriè, nam non dicitur proprie effectus esse in potentia, dum actu est; sed dum non est, quare materia tunc dicitur propriè esse potentia, quando non habet actũ suum. Alij primam,vocant potentiam antecedentem actum; secundam, potentiam concomitantem actum. Alij primam, dicunt potentiam alterationis,quæ non manet cum actu;secundam compositionis,quæ manet,& componitur cum actu;quam denominationem sumũt ex Arist.dum distinguit materiam alterationis, vt vinum dicitur materia aceti; & materiam compositionis,vt lapides dicuntur materia domus. Ego primam,dicerem potentiam priuatam; secundam dicerem actuatam;& potentiã, quæ abstrahit à priuatione,& actuatione,dicerem potentiam secundum se.

Quid significat potentia.

Tertio notandum, quæstionem non intelligi de potentia priuata,vel actuata,sed de potentia secundum se; nam constat potentiam priuatam non posse esse de essentia materiæ,sicut neq; priuatio,q̃ potẽtia includit;& similiter de potẽtia actuata,sicut forma, q̃ includit non est cõstitutiue de essentia materiæ; quare solũ quæstio est de potentia sm̃ se, idest de virtutę illa, per quã materia concurrit ad actus proprios.

Neque potẽtia priuata, neque actuata est de essentia materiæ.

9 Quarto notandum hanc cõtrouersiam, maxima ex parte, ortum etiam habuisse ex vario cõceptu potentiæ;quia aliqui dicunt esse quid absolutum, & connotare respectum tanquam aliquid sibi intrinsecum,vnde dixerunt potentiam sumptam pro absoluto esse de essentia; at pro respectu nequaquam, sed esse quid super additum materiæ, & esse in prædicamento relationis;nam potentia non videtur aliud esse, q̃ quoddam ens respiciens actum, vt significat Auer. 9.meta.com.11. & epit.metaph.tract.2. cap.4. E

An potentia dicat respectum super additum per sibi intrinsecum.

cap.4.dum potentiam,& actum ait opponi relatiuè.

Relatiua sunt simul natura. Verum, alij concedunt quidem potentiam dicere absolutum quid cum respectu non sibi intrinseco,sed superaddito, neq; reali, sed rationis;vnde negant potentiam ratione illius respectus esse in prædicamento relationis, quia relatiua sunt simul natura, & vno posito, vel ablato,alterum necesse est poni, vel auferri ; at posita potentia non ponitur actus, sed potius contra, dum potentia ponitur aufertur actus, & posito actu aufertur potentia.

Potentia non respicit actum vt existentem. Confirmant quia potentia non respicit actū vt existentem, at conditio necessaria ad relatiua est,vt respiciat actum existentem;nam posita existentia vnius, ponitur existentia alterius.

Confirmant secundo, quia si potentia ideo est in prædicamēto relationis, quia refertur ad actum ; similiter erit & actus, quia refertur ad potentiam ; at actus est in prædicamento substantiæ. Neq; ex opposititione inter actum,& potentiam,rectè colligitur esse relatiuam,quia est priuatiua,quia non opponitur actui ratione aptitudinis,sed ratione priuationis connotatæ, vt ex Auerr.9.metaphys.com.3.& 9.colligitur ex Arist. 9.metaph.tex.20. dum potentiam ait, cognosci per actum, sicut priuatio colligitur per habitum; nam correlatiua se inuicem definiunt, ex quibus concludunt, potentiam esse quidem relatiuam,at non secundum esse, sed secundum dici, quia scilicet secundum se, est quid absolutum;sed mens dicit esse alterius,vt cum dicimus caput esse alicuius caput,& hinc prouenit,vt potentia dicatur ad actum,& non contra,& de hac relatione loquitur Auer.dum ait, opponi relatiuè,ita Zabar.lib.1.de materia cap.9.

Potentia transcendentaliter respectiua. Verum alij putant, quidem potentiam esse quid absolutum, sed non perfectè,idest ab omni respectu, sed respectiuum transcendentaliter; vt alij loquuntur secundum dici, quæ tamen relatio non est rationis, sed realis transcēdentalis, & non determinata ad vnum genus, sed ex illis, quæ trāscendunt omnia prædicamenta, & hanc opinionem hic sequimur, tanquam veriorem, vt alibi, Deo dante, ostendemus.

10 *Quid sit potia proxima, & remota, secundū aliquos.* Quinto notandum, potentiam proximam, & remotam vario modo explicari;nam quidam dicunt,materiam proximam esse illam,quæ nō solum includit virtutem,à qua prouenit actus; sed etiam, vt includit possibilitatem actus ; remotam vero dicunt, quæ dicit præcisè virtutem, nec includit actum, siue possibilem, siue existentem in se, & quasi constitutiuè, sed solū terminatiuè ; vnde facilè probant, potentiam proximam non esse de essentia, quia possibilitas formæ identificatur cum forma,atque adeo non potest constituere essentiam materiæ : remotam vero dicunt esse de essentia, quia ab illa prouenit actus recipiendi formam, vnde tūc maximè est, & perficitur, cum habet formam.

11 Alij vero dicunt, potentiam remotam esse illam,quæ conuenit materię,vt abstrahit ab omni accidente dispositiuè ad formam, quam dicunt esse de essentia, proximam vero dicunt, quæ includit virtutem quidem,sed determinatam per tales, & tales dispositiones ad talem formam, quam merito negant esse de essentia. *Quid sit secundum alios.*

Tertio, alij dicunt, potentiam remotam esse illam,quæ non concurrit ad actum recipiendi formam per se ipsam, & immediatè sine aliquo sibi superaddito, sed esse radicem, vnde prouenit illa aptitudo,quæ proximè,& immediatè concurrit ad actum, quam potentiam dicunt esse substantiam omnino absolutam, & secundum quid dici potentiam,esseq; de essentia materiæ, tanquam differentiam eius constitutiuam; potentiam vero proximam dicunt esse illud principium,seu aptitudinem,à qua prouenit actus immediatè, & hanc negant esse de essentia materiæ primò & per se ; sed esse passionem,& accidens proprium illius fluens ex essentia materiæ,quia putant pertinere ad secundam speciem qualitatis, vt fusè explicat Zabar. vnde Nos ad tollendam æquiuocationem, distinguimus, duplicem potentiam proximam, vnam proximitate immediationis ad actum, cui correspondet potentia remota remotione mediationis ad actum.Alteram proximam proximitate determinationis ad actum,siue determinatione formali,qualis est potentia,vt includens possibilitates formarum, siue determinatione dispositiua ad actus, qualis est includens dispositiones, quibus proportionaliter correspondere debent potentiæ remotæ. 12 *Quid denique secūdum alios.* *Pōtia alia pxima pximitate immediationis, alia proximitate determinationis.*

Vltimo notandum, etiam nomen potentiæ vniuersalis, & particularis non habere idem significatum apud Doctores, nam aliqui nomine potentiæ particularis intelligunt potentiam,vt includit dispositiones determinantes illam ad talem formam,quam Nos vocamus proximam ex determinationis dispositione ad actum;vniuersalem vero vocant potentiam secundum se, quam dicunt remotam remotione determinationis dispositiuæ ad actum. 13

Alij confundunt particularem cum proxima proximitate determinationis formalis ad actum, contra vero dicunt esse vniuersalem.At Nos ad vitandā æquiuocationem dicimus,Vniuersalem potentiam non esse omnino idem cū remota,quia licet omnis remota sit vniuersalis ad omnes actus ; at non omnis vniuersalis est remota, nam aptitudo proxima proximitate immediationis ad actum est vniuersalis, quia respicit omnes formas,&tamen secundum Doctores illos,non est remota.

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

PRima Conclusio. De essentia materiæ est aliqua potentia receptiua formarum. Primo, patet ex Arist.in ijs locis, vbi materiæ tribuit rationem potentiæ, vt 2. de anima tex.2. vbi materiam dicit esse potentiam ; at prædicatio abstracti de abstracto non est, nisi quādo 14 *Aliqua potētia receptiua formarum est de essentia materiæ.*

præ-

prædicatum est essentiale subiecto, 7.metaph.8. vbi docet materiam esse primum subiectum, quod secundum se, nec est quid, nec quantum, nec aliud aliquid, nec negatio illorum, sed hæc omnia accidere illi secundum se; ergo secundum se, idest essentiam suam est receptiua illorum, & 8.metaph.tex.3. vbi postquam ostendit materiam esse aliter substantiam, quam formam, & compositum, subdit, materiam vero dico, quæ non est hoc aliquid ens actu, potest tamen esse hoc aliquid; ergo materia, secundum essentiam, habet potentiam, vt sit hoc aliquid; & quia hoc fit per formam, necessario habet essentialiter potentiam ad formam.

Confirm. ex ijs locis, vbi affirmatur ex materia, & forma fieri vnum per se, quia materia est potentia, & forma actus.

Confirm. 2. quia debet dari aliqua potentia quæ sit subiectiua, vt colligitur ex 9.met.tex.7. 2.de anima tex.7. 12.metaph. t.8.26.27.& 28. & ex Auerr.7.phys. 20.5.metaph.19. At non apparet, quæ sit hæc potentia primo passiua, nisi quæ conuenit materiæ.

Confirm. 3. nam Arist. definit materiam per negationem, vt dictum est, at negatio fundatur in conceptu positiuo; ergo ille conceptus positiuus est de essentia materiæ, cum definitio illa data per negationem ordinetur ad explicandam essentiam materiæ, at non apparet quid sit ille conceptus positiuus, nisi potentia receptiua formarum, quia ex eo, quod materia est in potentia ad quid formale Quantum &c. oritur vt secundum se non sit, nec quid, nec quantum, quia nihil dicitur esse in potentia ad id quod habet, sed ad id, quod non habet; & gratis Zabar. lib.1.cap.12.ad 4. negat eam definitionem afferri ab Arist. ex propria mēte; nam contrarium colligitur ex contex.

15 *Materia distinguitur à forma tanquam potentia ab actu.* Secundo probatur, quia materia secundum essentiam suam distinguitur à forma, at hoe distinctiuum non potest esse, nisi aliqua ratio potentiæ, nam distinguitur à forma tanquam potentia ab actu, idem autem est principium distinctiuum, & constitutiuum.

Ratio primi subiecti non pôt intelligi sine potentia receptiua formarū. Tertio probatur, nam non potest intelligi materia sine potentia passiua, non.n. pōt intelligi, nisi vt primum subiectum, vnde Arist. 1.phy. tex. vlt. definit illam esse primum subiectum cuiuscumque, ex quo fit aliquid; at ratio primi subiecti non pōt intelligi sine potentia receptiua formarū. Neq; dicas id oriri ex eo, quia materia non potest intelligi sine aliquo ordine, nam cum ille ordo non sit prædicamentalis, nec rationis, sed transcendentalis, erit de essentia illius, quia dependentia vnius rei ab alia est trāscendentalis, vt alibi ostēdimus, & docet Vasq. 1.par. disp. 104. num. 25. assumpsit Hurtadus disp.2.phy.sect.2.nu.27.

De ratione entis partialis est ordo ad comparte(m). Confirmatur, quia conceptus materiæ non est alius, quam substantiæ cuiusdam imperfectæ partis, sed per hunc cōceptum materia est potens vniri, & recipere formas, & constituere compositum; ergo: Minor probatur, quia de ratione entis imperfecti partialis, & dimidij est ordo ad compartem, & totum, hic autem ordo

A non est nisi potentia ad vniendum, & constituendum.

Confirmatur quia si quæratur ratio formalis cur materia potest vniri formæ, & constituere vnum per se, non alia assignari potest, nisi quia est ens dimidium, & incompletum, & cum non sit incompletum aduenıens alteri, sed præsuppositum, & informabile ab alio, sequitur non esse partem formalem, sed materialem.

Dices, materia est substantia secūdum se ens absolutum; ergo non potest includere aliquam rationem potentiæ, quia omnis ratio potentiæ est relatiua. Antecedens probatur, quia secundum se est ens substantiale, substantia autem est B ens absolutum, cum sit ens per se. Neque dicas substātiam completam esse ens absolutum, non autem incompletam, quia hæc dicit ordinem ad sui complementum, sicut pars ad compartem, & ad totum. Non inquam id dicas, quia sicut in partibus integrantibus corpus æthereum animale, vt v.g. in capite distinguitur duplex ratio. Vna absoluta, quæ consistit in esse quodam substantiali illi conueniens præcisè independenter ab omni alia comparte, cum sit species quædam entis per se cognoscibilis, sine vllo ordine ad aliud. Altera rō est relatiua, qua cōcipitur in ordine ad compartes, & ad totum, à qua accipitur nomen capitis, quod significat substantiam illam in ordine ad compartes, quæ C ratio non est de essentia capitis, vt est ens absolutum, ita in materia distingui potest hæc duplex ratio. Vna absoluta, qua cōstituitur in certo quodam gradu substantiæ. Altera relatiua, qua concipitur vt principium constitutiuum compositi, & receptiuum formarum; & secundum hāc rationem includit aliquam rationem potentiæ. 16 *Obiectio.*

Sed contra; tum quia alia ratio est partis integrantis, & alia partis essentialis, nam pars essentialis, cum sit essentialiter incompleta, siue sit in toto, siue separata, semper dicit ordinem ad totum, & complementum; at vero pars integralis dum est separata à toto, non habet amplius ra- D tionem partis, sed entis totius, & per se, atque adeo non dicit secundum se ordinem ad totū, vnde fit, vt quādo est coniuncta cum toto, licet habeat rationem partis, tamen hæc ratio nō est essentialis illi, vt est ens quoddam secūdum se, sed tātum vt est principium constituens totū. Tum quia sicut in parte integrali est aliqua rō intrinseca, per quam potest vniri alteri ad faciendum vnum totum, quæ ratio non est in alia entitate, ita & in materia erit ratio quædam intrinseca, p quam ex natura sua potest vniri formæ per informationem, quæ ratio nō est in ipsa forma respectu alterius formæ, & hanc rationem Nos dicimus esse potentiam, quę est de E essentia formę. 17 *Resp.*

18 *Pōtia proxima proximitate determinationis dispositiuæ non est de essentia materiæ, sicuti neq; pōtia proxima proximitate determinationis formalis* Secunda conclusio, potentia particularis, seu proxima proximitate determinationis dispositiuæ non est de essentia materiæ, quia hæc potentia includit accidentia, quæ non possunt esse de essentia substantię.

Confirm. quia huiusmodi accidentia sunt plura,

plura,& inter se opposita;ergo non possũt cõstituere vnam essentiam substantiæ, & ratione huius potentiæ dicitur materia non habere potentiam ad formam corruptam, quia nõ habet accidentia, quæ illam determinant ad formam corruptam,vt supra,& inferius fusius.

Ex quo patet, neque potentiam proximam proximitate determinationis formalis esse de essentia formæ, quia hæc potentia includit intrinsecè formas in esse possibili; sed formæ in esse possibili non possunt constituere intrinsecè essentiam materiæ: Tum quia illa possibilitas includit negationem existentiæ formæ, negatio autem hæc non potest esse de essentia materiæ: Tum quia forma possibilis est idem secundum conceptum essentialem cum forma existente; at forma existens non est de essentia materiæ;ergo neque possibilis.

19 *Pŏtia prout dicit priuationẽ formæ non est de essentia materiæ.*

Secundo patet potentiam,vt dicit negationẽ extrinsecam formæ, seu priuationem formæ non esse de essentia materiæ, quia priuatio formæ non est de essentia materię;nam alioqui nõ posset recipere formam,nam recipiendo formã corrumperetur materia sicut corrumpitur priuatio, & hinc rectè Argent. loc. cit. docet potentiam appetitiuam non esse de essentia materiæ, quia hæc dicitur,quæ cõnotat priuationem formæ; & hinc patet cur Auerroes,& multi ex Græcis negarunt potentiam esse de essentia materiæ,quia hæc corrumpitur adueniente forma accipiunt enim potentiam pro appetitiua, quæ dicit negationem coniunctionis cum forma: duplex enim negatio formæ potest intelligi in materia. Vna intrinseca, quæ est negatio identitatis materiæ cum forma, & hæc semper manet in materia, siue coniuncta, siue separata à forma. Altera extrinseca,quæ est negatio coniunctionis cum forma;& hæc corrumpitur adueniente forma,& per hanc secundum Auerr. & Græcos constituitur potentia materiæ,quam negant esse de essentia.

Delectatio formarum non est de essentia.

Tertio patet,neque delectationem formarũ esse de essentia,quia hæc supponit coniunctionem cum forma;at vt separatio à formis nõ est de essentia; ita neq; coniunctio.

20 *Amor formarũ prout abstrahẽs ab absentia,& præsentia formarum non est de essentia materię.*

Quarto, neque amorem formarum, vt abstrahit ab absentia,& præsentia formarum;nam vt amor elicitus sequitur proportionem quandam inter amantem, & amatum; ita amor metaphoricus materiæ sequitur proportionem quandam inter materiam, & formam, in qua proportione consistit essentia materiæ.

21 *Obiectio.*

Sed contra supradicta obijcitur, materia vt sic non est forma; ergo vt sic non habet formã; ergo est priuata forma;quia si materia vt sic haberet formam, haberet duplicem essentiam,.f. materiæ,& formæ.

1. Confirmatio.

Confirm. quia materia secundum essentiam suam est principium generationis; sed vt sic est priuata forma,

3. Confirmatio.

Confirm.2.quia hoc differt materia inferiorum à celorum, quia hæc habet priuationem formarum, illa non habet, at differentia est de essentia rei.

Resp.

Resp.ex doctrina Auic.5.metaphys.cap.3.in inuestigatione quidditatum rerum non esse permiscendos conceptus extraneos quidditatis,cũ ijs,qui per se rebus conueniunt; vnde, inquit, humanitas,neque est vna,neque plures, nam in conceptu suo est indifferens ad illa; ita materia ex se,seu in conceptu suo, neque dicit habere formam,neque carere. Vnde hæc propositio, materia ex se non habet actum, potest habere triplicem sensum. Primus est,vt ex se determinet non habere actum, ita vt non habere actum sit ipsi essentiale, & falsus est, vt supra. Secundus est, vt ex se determinet modum habẽdi, hoc modo potest quidem habere actum, sed non ex se,idest proprijs, sed aliunde. Tertius est, vt reduplicetur ly (ex se) hoc modo. Ex se idest intrinsecè determinet non habere actum ex se, & his duobus modis conceditur, nam licet possit habere actum, tamen quod actu habeat, non habet ex se ipsa, sed ab agente.

Triplex sensus de hac propositione.f.materia ex se non habet actum.

22 *Ens aliud integrans conceptum rei,aliud consequens eius conceptum.*

Quare aliquid dupliciter potest esse de conceptu rei. Primo,vt integrans primarium conceptum rei. Secundo, consequens ex conceptu,sicut sunt ea,quæ licet primario nõ sint de conceptu, tamen sequuntur ex primario conceptu,ita necessario,vt intrinsecè intelligantur conuenire rebus, & dicuntur secundario de conceptu,vt ex cõceptu;sicut cum dicitur Pater, statim ex conceptu patris intelligitur non esse illi coniunctum esse filium; sicut etiam cũ intelligitur homo in conceptu eius annectitur negatio Leonis,quomodo Arist.7.metaphys.8. definit materiam non esse quid &c. neque negationes illarum; non enim est definitio ex ijs, quæ primario illi conueniunt, sed secundario.

23

Ex his patet responsio ad argumenta, materiam non habere formam ex se, idest proprijs, hoc tamen non est essentia, sed sequitur ex essentia,sicut homo ex se non est doctus,non tamen esse non doctum est de essentia eius.

Resp. ad primã confirmationẽ.

Ad primam confirmationem Resp. esse principium transmutationis actuale, non est de essentia materiæ; sed esse posse principium trãsmutationis, quare de essentia eius nõ est actualis priuatio formæ alicuius, sed posse priuari.

Resp.ad secundam.

Vnde patet ad secundam, materia enim cœli nullo modo dicit priuationem formæ, neque actu,neq; potentia, licet dicat negationem intrinsecam formæ; nam materia cęli non est forma cęli.

24 *Pŏtia proxima proximitate immediationis nõ est accidẽs prædicamentale.*

Tertia Conclusio, potentia proxima proximitate immediationis ad actum quę conuenit materiæ respectu formarum substantialium,nõ potest habere conceptum accidentis prædicamentalis,nam propter duo munera ponitur potentia in materia. Primo,vt substentet formas, & de hoc dicetur infra, non posse vniri ab accidente prædicamentali. Secundo, vt vniatur forma cum materia,& hoc non potest præstari per aliquod accidens, quia cum ex materia, & forma fiat vnum per se, 2. de anima tex. 7. 8. metaph.tex.15. nam cum illud accidẽs debeat mediare inter materiam, & formam tanquam subiectum immediatè recipiens formam non posset constitui ex illis vna entitas per se, quia

in

in illa essentia composita includerentur materia,ipsa potentia accidentalis,& forma;at ex accidente,& substantia non potest fieri vna entitas,vt fusè Canon.1.phys.q.4.ar.4. nam vnitas per se naturæ oritur ex duobus,quorum vnum habet per se rationem potentiæ receptiuæ, & per se rationem actus;sed nullũ accidens,vt sic habet per se rationem potentiæ receptiuæ, sed rationem actus, cum ex natura sua ordinetur ad informationem subiecti.

Confirm.quia si propter recipiendas formas substantiales requiritur potentia distincta,multo magis deberet requiri propter recipiendam ipsam potentiam, cum maiorem affinitatem habet materia cum forma substantiali, quam accidentali.

In actu non ponitur potentia accidentalis.

Secundo probatur ex ipso actu, in quo non ponitur potentia accidentalis, vt vniatur cum materia; ergo neque debet poni in materia, vt vniatur cum forma; nam maior ratio esset vt potentia,seu vis hęc accidentalis poneretur in forma, quam in materia, quæ non est actus. Dici posset requiri potentiam in materia,quia præexistit. Sed contra,quia hinc potius sequitur non requiri potentiam accidentalem,sed substantialem,cum prçexistat ad recipiendam formam. Et confirm. ex Arist.tex. 47. vbi ait materiam esse incorruptibilem secundum potentiam, quod currumpenda esset, in aliud subiectum,hoc autem reputat impossibile,at non ita esset,si potentia esset accidens; nam posset, vt cætera corrumpi in subiectum, quod est substantia, & 2.a.tex.2. diuidit substantiam in materiam, formam, & actum; & compositum: materiam vero vocat potentiam, & hoc videtur expresè dixisse D.Tho.1.phy. 77. & Simpl.tex.42. ait essentiam materiæ esse posse,& Them.ait, materiam ex sua natura nõ interire,quia potentia non interit.

Effugium.

Occluditur.

25 Ex quibus patet,in materia non esse ponendam hanc potentiam accidentalem,siue vt dispositionem ad recipiendas formas substantiales,siue vt subiectum (quo) recipiendi dispositiones, quomodo quantitas dicitur subiectum accidẽtium,quia nulla ratio Nos cogit ad multiplicãda hæc entia;nam per dispositiones particulares sufficiẽter disponitur materia ad hãc vel illam formam, & per quantitatem sufficientẽm disponitur ad omnes formas, quæ quantitàs sufficit ad recipienda accidentia disponentia ad formam, quod si hæc recipi debent immediatè in materia,sufficit potentia substantialis,vt probatum est supra.

Per quantitatẽ materia disponitur ad omnes formas.

Dices, potentia hæc accidentalis se habet (vt quo)substãtia materiæ recipit formas;quare materia,vt quod vnitur formę,vnitas autem per se non attenditur ex subiecto, vt quo, fit vnio,sed ex subiecto,vt quod, quia sicut essentia compositi attenditur ex partibus, quæ vniuntur,ita & vnitas per se compositi.

Obiectio.

Confirm. quia secundum aliquos ipsa vnio substantialis est accidens,& includitur in composito substantiali, & tamen quia se habet, vt quo non impedit vnitatem per se.

Prima confirm.

Confirm.2.quia compositum substantiale fit per actionem. quæ secundum omnes est accidens,& tamen quia se habet,vt quo,non impedit vnitatem per se.

Secũda confir.

26 Sed contra, tum quia omne quod se habet, vt quod, debet habere rationẽ formalem, qua constituitur in tali esse; vnde si materia se habet,vt quod, & potentia, vt quo, constituitur materia, necessario materia vnitur formæ formaliter per potentiam,atque adeo si hæc est accidentalis vnietur formæ, & constituet compositum,vt aggregatum accidentale,atq; adeo nõ poterit ingredi cõpositum vnum per se: Tum quia hæc potentia se habet, vt quo,subiectiuè, quia est immediatum principium recipiendi formam substantialem; ergo, forma prius natura vnitur cum potentia, quam cum materia, cum non vniatur materiæ per vnionem, quam per illam, qua vnitur cum potentia; sed vnio, qua vnitur forma cũ potentia non potest constituere vnum per se;ergo neque quatenus per illam vnitur materia cum forma;sicut patet ex concursu causæ efficientis, nam licet terra, vt quod,moueat se ad centrum, non habet alium influxum ad hunc motum,nisi illum, ad quem immediatè habet grauitas, per quam tanquam per rationem, qua, constituitur terra in ratione principij,quod, motus: Tum quia falsò assumitur vnionem inter materiam, & formam esse accidens prædicamentale, quia non posset includi in ratione compositi substantialis per se,vt alibi ostendemus: quid sit de causalitatibus materiæ, & formæ. vnde patet ad primam confirmationem.

Respons.

Si potentia esset vt quo non fieret vnum per se.

Ad secundam, patet esse diuersam rationem, quia actio est extrinseca composito, non enim includitur in conceptu compositi, cum hoc sit terminus actionis,terminus autem non includit,sed est extra rem terminatam; at vero hæc potentia includitur in composito, & magis immediatè,quam ipsa materia.

27 Sed contra hanc conclusionem docet Zab. loc.sup.cit. cum Iandun. 1.phys. q.25. & alijs, qui docent potentiam materiæ contineri sub secunda specie qualitatis,quod Arist.in ea specie posuerit potentias tum agendi,tum patiendi,nam quod exprçsserit tantum potentias facile agendi,vel non facilè patiendi nihil refert; nam differentia sçcundum magis,& minus non variat speciem; quare multo minus variat genus,vnde Arist.9.metaph.tex.2. diuidit potentiam agendi in potentiam agendi absolutè, & benè agendi,sic etiam potentiam patiendi.

Argumentum Zabar.& Iand. contra hanc Conclusionem.

Magis, & minus,non variat species.

Et confirm. quia in eadem cathegoria est actus currendi,& benè currendi, ergo.

Confirmationes

Confirm.2. quia de quidditate potentiæ benè agendi est potentia agendi, exprçssit autem Arist. solam,quę est benè agendi, quia clarius erat adolescentibus, quibus librum illum dirigebat,

Sed Aduersarij Resp. Non sequi omnem potentiam passiuam esse accidentalem, quia accidens non potest esse subiectum substantiæ; at materia per potentiam recipit, & substentat formam.

Effugium.

Sed instant,quod sufficiat subiectum vltimũ esse

Occludunt.

esse substantiam, licet proximum, & vt quo sit substantia.

Substantia accidentibus assequitur finem suum.

Confirm. 3. Primo, ex proportione potentiarum actiuarum, nam cum non substantiæ non agant immediatè, natura eis dedit accidētia, quibus assequuntur finem suum, quæ sunt potentiæ in secunda specie qualitatis.

28 *Simile.*

Confirm. 4. quia materia per qualitates particulares determinatur ad formas particulares: ergo per vnam qualitatem determinabitur ad formas in communi; sicut anima per intellectū determinatur ad intellectionem in communi, sed per species ad hanc, vel illam.

Confirm. 5. quia potentia q̄ definitur 5. metaphys. tex. 17. esse principium mutationis ab alio, quatenus aliud est, est potentia passiua, sed illa est accidens; ergo. Maior patet ex prædicamento qualitatis, vbi ponitur in secunda specie qualitas naturalis potentia, vel impotentia, & dicitur naturalis potentia, qua aliquid disponitur ad facilè agendum, vel difficilè patiendū: Impotentia vero contra, cum aliquid difficilè agat, & facilè patiatur; at materia facilè patitur: ergo.

Confirm. 6. quia potentia actiua est qualitas: ergo & potentia passiua, quæ illi condistinguitur.

Confirm. 7. quia omnes potentiæ, quæ ibi ponuntur sunt qualitates; ergo etiam potentia passiua.

Recipiens debet esse denudatū à natura recepti.

Confirm. 8. quod est potentiale respectu totius substantiæ non potest esse substantia; sed potentia materiæ est potentiale respectu totius generis substantiæ, quia ordinatur ad recipiēdam quamlibet speciem substantiæ, vnde ab Arist. dicitur non esse quid substantiale. Maior patet, tum quia recipiens debet esse denodatum à natura recepti, tum inductione, nam potentiale ad colorem non est actu color, nec in genere coloris.

Resp. Scotistarum improbatur.

Resp. Scotistæ, quod potentiale non est quid illius generis, quod recipit, sed est quid actuale alterius generis prioris, vt superficies, quæ est receptiua coloris est in genere quantitatis.

Sed contra, quia cum hæc potentia sit receptiua substantiæ, non potest esse in genere substantiæ, & quia non datur genus prius substantia, non potest esse in genere priori: ergo erit in genere accidentis.

29 *Prima Resp. Solum potentiæ actiuæ ponūtur in prædicamēto qualitatis.*

Resp. 1. in prædicamento qualitatis non poni, nisi potentias actiuas, qua perficiuntur substantiæ naturales, vt operentur: passiuas vero nō poni in aliquo determinato genere, sed vagari per omnia prædicamēta, in quibus sunt res receptiuę aliarum formarum; nam in quantitate potentia passiua non distinguitur ab ipsa quantitate: ergo neque similiter in substantia, potentia passiua distinguetur ab ipsa substantia; vnde aliqui, quos sequitur Suar., putant non posse dari potentiam purè passiuam accidentalem in determinata specie qualitatis, quia deberet esse ens primario ordinatum ad alia recipienda, sed de hac re diximus in Logica.

Resp. etiam si cōcederetur dari aliquam potentiam purè passiuam accidentalem, eam tamen nō posse conuenire materiæ respectu formarum substantialium, propter rationes allatas in Conclusione; nam quod dicitur, sufficere, vt subiectum vltimum sit substantiale, iam satis refutatum est supra, præsertim cum actus recipiendi, & informationis passiuæ immediatè fit ab ipsa potentia, & nullo modo ab ipso subiecto vltimo, nisi quatenus sustentat potentiam, quod, quam improbabiliter dicatur, nemo est, qui non videat; nam posset, vel per potentiam Dei fieri, vel saltem intelligi compositum resultare ex ipsa potentia informata, & forma informante, destructa, vel non intellecta materia.

Potentia purè passiua non potest materiæ conuenire.

30 *Soluuntur Confirmationes.*

Ad primam Confirmationem Resp. negando consequentiam, quia ly (benè) vel addit perfectionem intrinsecam super cursum, & nō potest esse, nisi intensio, vel duratio, at in eadem cathegoria est actus intensus, vel remissus, multum, vel parum durans; vel addit denominationem extrinsecam sumptam à potentia, vel medio expedito, & ratione huius non ponitur in aliquo prædicamento; at vero facilitas operandi superaddita potentiæ aliquando est ab intensione potentię, aliquando vero ab habitu, qui habitus est diuersæ speciei à potentia.

Habitus est diuersæ speciei à potentia.

Non omnis potentia passiua est in prædicamento qualitatis.

Resp. 2. inde non sequi nisi potentiam benè operatiuam esse in eadem cathegoria cum potentia, non tamen sequi omnem potentiam passiuam esse in prædicamēto qualitatis; sicut nec sequitur omnem actum esse in prædicamento accidentium, cum detur aliquis actus substantialis.

Ad secundam confirmationem Resp. etiam si potentia operandi actiua sit in prædicamento qualitatis, nō tamen omnis passiua ob rationem ibi positam; neque sufficit, quod subiectū vltimum sit substantia, nam vnio immediatè fit cum proximo, vt dictum est in conclusione.

Ad tertiam Resp. Nominales negando potentias operatiuas esse distinctas à substātia rerum nisi ratione.

Resp. 2. Alij, esse diuersam rationē potentiæ actiuæ, ac passiuę, ꝙ passiua concurrit intrinsecè ad faciendum vnum cum forma; nam vt forma ex eo, quod concurrit intrinsecè vt actus, & perfectio non habet propter id accidens superadditum, ita materia quia concurrit vt perfectibile; at potentia actiua concurrit extrinsecè ad effectum, quare magna esset perfectio creaturarum concurrere per propriam substantiam, ita vt aliqui dicant implicare, vt alibi, nam ille concursus est maximæ perfectionis.

31 *Nulla substantia creata est immediatè operatiua sine aliquo accidente.*

Ego Respondeo, rationem diuersitatis esse, quia potentia actiua præsupponit principium perfectum in se, nam cum ordinetur ad cōicationem perfectionis necessario præsupponit in principio, cui cōuenit formaliter, vel virtualiter perfectionem, quam communicat, atq; adeo præsupponit illud perfectè constitutum in suo esse; vnde potentia illi aduenięns habet rationem accidentis, ex quo etiam fit, vt nulla substantia creata sit immediatè actiua sine aliquo accidente superaddito, quia non potest habere omnem

omnem perfectionem sibi debitam per suã essentiam, sed aliquam habet per essẽtiam, aliam per accidentia, & hinc dr̃, quod omnis substãtia reata est composita ex accidẽte, & essentia: At vero potentia passiua, cum sit receptiua perfectionis præsupponit imperfectionem, & ideo non põt esse accidentalis rei, cui cõuenit, quia haberet rationẽ actus, atq; adeo perficeret subiectum; vnde fieret, vt esset ineptius ad recipiendum, quia receptiuum perfectionis, quãto est minus perfectum, eo est magis receptiuum, & quanto perfectius, eo minus receptiuum.

Ad quartam Confir. potentiam materiæ vniuersalem nõ solum respicere formas in cõi, sed omnes in particulari; quare accidentia superaddita, non ita determinant potentiam vniuersalem, vt ipsa sint quædam potentiæ recipientes, vel gradus particulares formarũ; sed ita, vt potentia indifferenter poterat recipere hanc, vel illam formam efficiunt, vt hanc tantum, positis illis dispositionibus, recipiat; ex quo patet, cum non recipiatur forma in communi, non est ratio cur ponatur accidens disponens ad formam in communi.

Dices, quæ necessitas fuit harum dispositionum.

Dantur dispositiones, vt detur actio inter res naturales.

Respond. vt detur actio inter res naturales; nam omnia agunt medijs accidentibus, & natura cuiusq; rei est, vt se ipsam explicet, vt igitur inter substantias sit corruptio, & generatio necessaria fuit hæc dependentia ab accidentibus.

32 *Aliqua potentia passiua est accidens.*

Ad quintam Confirm. Resp. Aliqui concedendo, aliquam potentiam passiuam esse accidens, quod patet in potentia corporis, dum recipit motum localem, nam illa potẽtia supponit essentiam corporis cõstitutam; at aliter in materia contingit, quia essentia eius alia non est, quàm posse vniri formæ, vt infra: Quare ad primam probationem Resp. vt benè Ioan. de Magistris tract.3.sum.cap.de qualit. naturalem potẽtiam prouenire ex dominio formæ supra materiam, vt naturalis impotentia ex dominio materiæ supra agens, vnde fit, vt agens, difficilè agat, nam per dispositiones impedit ne agens, ita facilè agat, quod non est in materia.

Ad sextam Confirmationem Respondetur ibi Arist. docere varias significationes potentię, neque curat an sint qualitates, vel substantiæ; & ita patet.

Ad septimam Confirmationem; neque datur potentia alia, quæ non sit accidens præter hanc.

33 Ad octauam confirmationem, supra ostendimus, materiam esse in genere substantiæ, imo fundamentum totius substantię compositæ, quod à nemine negari potest, etiam si dubitetur quo modo in genere substãtię habeat rationem specificam, de qua re infra.

2. Resp.

Resp. 2. ex hoc argumento probari illam potentiam, nec habere rationem accidentis, quia sicut est in potentia ad species substantiæ, ita ad species accidentium, vnde sicut materia dicitur non esse Quid, ita dicitur non esse Quantum, nec Quale, &c.

3 Resp.

Resp. 3. negando esse quid potentiale, & receptiuum omnis prædicati substantialis, quia non est in potentia ad sua prędicata essentialia, sed dicitur esse in potentia ad omnem substantiam specificam, & completam, & ad omnem formã, qua species substantiæ completur: & quia in prędicamento substantię directè non ponuntur, nisi species completę, ideo dicitur esse in potentia ad totum genus substantię, & non esse Quid, idest determinatę speciei substantialis; sed sicut potest recipere quamlibet formam substantialem, ita pertinere potest ad quamlibet speciem, scilicet completam in genere substantię.

Quarta Conclusio. hęc potentia proxima proximitate immediationis non solum est substantialis, sed est de essentia materiæ. 34

Explicata potẽtia, est de essentia materiæ.

Primo patet ex illis locis, in quibus ab Aris. dr̃ ex materia, & forma fieri vnum per se, quia vnũ habet rõnem actus, & alterum rõnem potẽtię; at hæc ratio, nullam haberet vim, nisi ponatur potentia essentialis materiæ, quia vt fiat vnum per se, debent extrema per essentias suas vniri, alioqui si vnirentur per accidentia immediatè, iam non fieret ex illis vnum per se, sed per accidens, quia in conceptu illius compositi includerentur accidentia, per quæ immediatè vniuntur, vt patet ex cõcl.3. Vnde D.Th.1.par.q.76 ar.6.& 7.ad vlt.& 1.d.7.q.1.ar.1.ait, materiam vniri formæ per suam essentiam sine aliquo medio.

Accidens sic quodcumq; excluditur à compositione essentiali.

Neq; dicas, accidẽtia realiter distincta à materia destruere vnitatem per se. non autem accidentia distincta formaliter; nam quodlibet accidens, siue physicè, siue metaphysicè distinctũ à substantia excluditur à cõpositione essentiali substãtiæ, vt patet; nam sicut à compositione essentiali hominis excluditur siccitas, calor, & similia, quæ distinguũtur realiter ab essentia, ita & potẽtia intellectiua, & risibilis, seu risiua, quę ponuntur distingui formaliter.

Effugium.

Respondere possunt, vnionem inter materiam, & formam fieri in essentia, sed potentiam esse rationem, cur fiat inter illa vnio.

Occluditur.

Sed contra, quia vel per illam vnionem immediatè recipitur forma in essentia materiæ, & necessario ponenda est potentia receptiua essentialis materiæ, atque adeo frustra ponitur alia potentia: Vel non recipitur forma immediate in essentia materiæ, sed in potentia accidentali, & tunc vrget argumentum propositum, quod non possit inde resultare vna substantia per se.

35 *De ratione partis est ordo ad compartem.*

Secundo probatur à priori, quia conceptus materię non est alius, quàm substantiæ cuiusdam imperfectæ partialis, sed per hunc conceptũ materia est potens vniri formæ, & illam recipere, & cõstituere cõpositum; ergo. Minor probatur quia de rõne entis imperfecti partialis, & dimidij, est ordo ad compartem, & totum, hic aũt ordo non est, nisi potentia receptiua vnionis, & formæ, & constitutiua compositi; nam per hanc rationem distinguitur materia à forma, quæ similiter est ens partiale, & dimidium.

Confirm. quia si quęratur ratio formalis, cur materia potest vniri formæ, & constituere vnũ

 per

per se, non alia assignari potest, nisi quia est ens dimidium, incompletum. A

Confir. 2. præciso quolibet conceptu à materia, solum hoc posito ponitur materia, & ablato hoc, omni alio posito, aufertur; ergo. Antecedens probatur, quia nomine materiæ non intelligitur, nisi ens potens vniri formæ recipiendo illam, & constituere compositum.

Quid intelligitur nomine materiæ.

3. Obiectio.

Dices, potest cócipi vt ens quoddam imperfectum, & tamen non concipitur potentia, vt Zab. loc. cit. dicit, ergo.

1. Confirm.

Confirm. 1. quia si concipitur ens, cui debeatur hæc potentia, seu aptitudo proxima recipiendi formam, illud haberet essentiam materiæ, præsertim cum in omnibus alijs cuiusmodi potentiæ, & aptitudinis ad actus, sint passiones, vt Scotistæ apud Fabr. theor. 92. c. 3. B

2. Confirm.

Confir. 2 quia materia definitur esse nó proximum subiectum, sed primum subiectum; ergo de essentia illius est potentia radicalis, & nó proxima, seu formalis.

3. Confirm.

Confir. 3. quia posse suscipere, seu respicere formam, nascitur ex aliquo priori conceptu; nã cur forma non suscipit, & materia suscipit ex aliquo nascitur, præcipuè cum vtrique cóe sit posse vniri, & vtriq; conueniat esse ens dimidiũ, & partiale, ex hoc aũt nascitur posse vniri,

4. Confirm.

Confir. 4. quia posse recipere supponit existentiam materiæ; ergo non potest esse de essentia, quia existentia supposita non est de essentia materiæ, ita Scotist. apud Fabr. theor. 22. & 23. C

Respons.

36 Resp. si concipitur perfectè, vt substãtia partialis perfectibilis, necessario debet concipi potentia, quia tunc cóciperetur, vt ab aliquo perfectibile, quod si concipiatur secundum gradus communes ipsi, & formæ, nó habetur proprius conceptus materiæ, quo distinguitur à forma, & omnibus alijs: quare ex hoc confirmatur nostra conclusio. Vnde ab Arist. 1. phys. t. 28. definitur materia prima, quod sit primum subiectum, ex quo aliud fit, cũ insit primo, & per se, & non secundum accidens; ergo in essentia materiæ includitur potentia subiectiua, quæ est receptiua formæ.

Resp. ad primã Confirm.

Ad Confir. Resp. illum cóceptum repugnare materiæ, quia repugnat vnitati per se cópositi ad quod constituendam ordinatur essentia materiæ vt dictum est, Tum quia repugnat formæ, ad quam ordinatur essentia materiæ, quia forma substantialis non pót informare immediatè potentiam accidentalẽ: quare ille conceptus erit omnino fictitius, & falsò dicitur à Scotist. omnes aptitudines habere rationem passionum, vt alibi, & significat Caiet. de ente, & essentia c. 6. D

Ad secundam Confirm.

Ad 2. confirm. Resp. dici primum subiectum, tum ad differentiam formæ, quę pót subiectare accidentia, sed quia recipitur in materia nó est primum. Tum ad differétiam compositi, quod non primo subiectat, sed secundario, cum ipsi conueniat subiectare róne materiæ, vel formæ, licet compositum dicatur primum subiectum, tanquam suppositum, & vt quod: Tum ad differentiam subiecti proximi ratione dispositionum, vt patebit ex definitione materiæ. E

Ad tertiam cõfirmationem.

Ad 3. Confir. Resp. potentiam receptiuã formæ substantialis non habere aliquod principiũ constituẽs intrinsece materiam, ex quo oriatur, quia vt diximus repugnat enti instituto ad faciẽdum vnum per se cum forma non recipere illã per suam essentiam, sed per potentiam accidentalem; vnde cur materia sit receptiua, & forma sit actuatiua, oritur ex finis diuersitate, ad quem ordinantur hæc entia, nam quia materia debet efficere vnum per se actuando materiam, ideo est ens actuatiuum.

Ad quartam Confirmationẽ.

Ad 4. Resp. ex simili argumento destrui posse omnes potentias radicales, quę sm ipsos sunt de essentia rerum, quia non possunt exire in actum, nisi existant.

Resp. 2. ex eodem argumento sequi potentiam materiæ nó esse, nec posse esse passionem illius, quia passio, vt cóueniat rei, non supponit existentiam, nam passio conuenit necessario, & existentia conuenit contingenter.

Resp. 3. potẽtias siue essentiales, siue passiones sint conuenire rebus, precisa existentia, quia sm essentiam ordinantur ad actus possibiles, qui vt sic non dicunt existentiam in actu exercito, sed tantum in actu signato, quare potentia, vt respiciat actus existẽtes exercitè requirit existentiam sui exercitam, de qua re alibi susius.

3. Obiectio.

Dices secundo, potentiã vt afficit, & cõstituit materiam esse de essentia materiæ, at non vt respicit formas, nam hæ sũt duæ rationes formales, & prior est illa, quam hæc; ergo per illam constituit materiam.

Confirm.

Confirm, quia prius natura res est in se, quã referatur alio; ergo prius potentia constituit subiectum sub tali ratione, quod faciat illam referre ad formam. Propter hoc argumentum sit.

Quinta Conclusio. Potentia, etiam vt respicit formas, est de essentia materiæ. Probatur primo ex 1. phys. tex 81. Materiam, inquit, sua ipsius natura formam appetere, vt quoddam optimum, atque diuinum, sed appetitus includit duo, & potentiam, & priuationem boni appetibilis; at appetitus non potest esse ex natura ratione priuationis, quia priuatio non constituit naturam materiæ; ergo ratione potentiæ; vnde 2. phys. tex. 26. materiam, inquit, esse eorum, quæ sunt ad aliquid, idest ad formam; at nulla alia relatio potest concipi esse de natura materiæ, nisi relatio, quæ includitur in potẽtia. 37

Põtia etiam, vt respicit formas est essentialis materiæ.

Appetitus includit, & potentiam, & priuationem.

Secundo probatur, quia implicat potentiam esse de essentia materiæ, & non esse de essentia illius ordo ad formam, quia nihil est aliud potentia, nisi quidam ordo transcendentalis ad actum: quare ordo concipitur vt constituens potentiam, vt videtur docere D. Thom. q. 3. de anima ar. 13. 1. par. q. 77. ar. 3. & ibi Caietan. Heru, quodl. 1. q. 12. vt 5. met. 17. & 9. met. 2. & 2. de anima 33. definit, potentias per actus, & ex his specificari, & 5. metaph. 20. & 9. met. 15. vult potentiam, vt sic essentialiter ordinari ad actus, & hoc videtur clarum, quia non pót præscindi potentia ab hoc ordine.

Põtia est ordo transcendentalis ad actum,

Simile.

Confirm. quia potentia non aliter efficit materiam, quam prestando illi, vt respiciat formã, sicut potentia visiua non ponitur in vna specie infima illis, vt afficit, & in alia secunda, vt facit respi-

respicere obiectum, sed tantum ponitur in vna specie, scilicet in secunda, quia non afficit, quam ordinando ad actum, & obiectum.

Aliqua entia possunt concipi sine ordine.

Vnde notandum quadam entia absoluta esse ita perfecta, vt possint concipi in se sine ordine ad aliud, vt calor, & alia huiusmodi, & his conuenire intelligitur relatio, & ponuntur in duabus speciebus. Alia entia sunt, quæ licet non sint de genere relationis, quare ponuntur in numero entium absolutorum; tamen concipi, & explicari nequeunt sine relatione, & ordine, & huiusmodi sunt relatiua transcendentia, vt scientia, quæ ita perficit intellectum, vt ordinet illum ad obiectum, & in his numeratur potentia materiæ, & entia partialia, quæ intelligi non possunt sine comparte: ex his igitur patet ratio.

Alia vero non posse sine ordine concipi.

Et confirm. quia de essentia formæ est esse actum, seu perfectiuum, ergo. vnde anima definitur actus, &c.

Materia nō potest cōcipi sine forma.

Confirmatur secundo, quia non potest concipi materia sine forma, sed non est hoc ex eo, quod forma sit de essentia, nisi vt terminus ordinis materiæ, & formæ.

38 *Soluitur obiectio.*

Vnde ad argumentum propositum Respondetur, potentiam nō posse esse de essentia materiæ, vt respicit materiam, & non vt respicit actum, quia non potest abstrahere ab ordine ad actum, cum sit ipse ordo transcendentalis ad actum, vnde afficiendo materiam ordinat illam ad actum, seu formam.

Eiusque confirmatio.

Ad confirmationem Respondeo, entia imperfecta, & relata transcendentaliter non posse concipi distinctè prius esse in se, quam respiciant alia, nisi fortè, secundum conceptum confusum.

ART. IIII. Continens aliqua argumenta contra prædictas opiniones.

39 *1. Obiectio.*

PRimo obijcies, anima secundum eos, qui dicunt identificari suas potentias, ponitur habere rationem formæ, vt respicit materiam, & constituit compositum, habere rationem potentiæ, vt respicit operationes, & sub hac ratione induere conceptum accidentis, & distingui formaliter à se ipsa, vt habet rationem formæ; ergo idem dicendum est in materia, quod habeat hūc duplicem conceptum, scilicet materiæ, & potentiæ, atque vt potentiam poni in tertia specie qualitatis.

Resp.

Resp. primo, quidquid sit de veritate illius esse diuersam rationem, quia materia non habet rationem materiæ, nisi vt respicit formam, vt supra probatum est, sicut anima non habet rationem formæ, & potentiæ actuatiuæ, nisi vt respicit materiam, sed quia in anima præter hunc respectum reperitur alius ordo ad operationes, quas respicit in genere causæ efficientis, ideo in illa distingui potest duplex ille ordo, vnus ad materiam, & alter ad operationes; deinde ex dictis patet esse diuersam rationem potentiæ passiuæ, ac actiuæ.

In anima est duplex ordo.

40 *2. Obiectio.*

Secundo obijces, potentia vnitiua consequitur vnitatem; at vnitas est passio; ergo & potētia non potest esse de essentia. Maior patet, nam ideo materia est in potentia ad formas, qa non est perfectè vna, sed cum forma efficit vnū ens integrum.

Resp.

Respondetur negando antecedēs, non enim ordo ad formam, consequitur vnitatem, non enim ideo ordinatur ad formam, quia non est perfectè vna, sed quia non perfectè ens; nā sicut compositum, ideo est perfectè vnum, quia perfectè ens, ita materia ideo imperfectè vna, quia imperfectè ens, seu semiens, & in semiente includitur ordo ad compartem.

Pōtia vnitiua nō consequitur vnitatem.

3 Obiectio.

Tertio obijcies, materia secūdum se totam est incorruptibilis; sed potentia non est incorruptibilis; ergo. Minor probatur, quia adueniente actu corrumpitur id, quod erat in potentia actus.

Resp.

Dices id verum de potentia admixta priuationi, vel de potentia obiectiua, non autem de potentia passiua, seu virtute illa, quæ est in materia.

Improbatur.

Sed contra, si illa est de essentia, ergo corrupta forma remanet; ergo poterit naturaliter reproduci, quia passiuæ debet correspondere actiua.

1 Resp.

Resp. an materia habeat potentiam ad formam corruptam, infra dicemus, nunc sufficiat dicere non corrumpi virtutem illam vniuersalem, qua potest recipere omnes formas; neq; tamen sequitur posse corruptum naturaliter reproduci, quia non datur agens, vt alibi, & sufficit, vt maneat potentia respectu alterius actus, nam eadem est, quæ respicit, & formam corruptam, & corrumpendam, vnde non manet per rationem formæ corruptæ, sed per concomitantiam.

2. Resp. Dupliciter concipitur potētia

Resp. 2. potentiam posse accipi dupliciter. Primo, vt habet coniunctam priuationem formæ, & ita corrumpitur ratione priuationis, quę corrumpitur adueniente forma. Secundo, ratione perfectionis positiuæ, & hæc non corrumpitur adueniente forma, sed perficitur.

41 *4 Obiectio.*

Quarto obijcies, potentia, qua subiectum respicit formas artificiales, est accidens subiecto; ergo & potentia, qua recipit materia formas substantiales. Probatur consequentia ex 1. physic. tex. 69. nam per analogiam ad materiam artefactorum inuenta est materiæ potentia, quia sicut materia illa ex eo, quod recipit omnes formas artificiales, concludit esse in potentia, ita etiam concludit materiam primam esse informem quandam substantiam, & in potentia ad formas; quare vt in materia artefactorum, v.g. cera tria inspicimus. Primum est, substantia quædam absoluta. Secundo, est potentia communis ad formas, quæ sequitur essentiam. Tertio, est potentia particularis, ita in materia &c. quare potentia erit passio materiæ, est Mercen. in dilucid. quod ex hac methodo voluerit Aristoteles materiæ naturam ostendere.

1. Confirm.

Confirmatur, quia 7. metaphys. tex. 8. dicitur, nec esse quid &c. ergo non includit relationem.

2. Confirm. Confirm. 2. Ex 3. physic. tex. 10. vbi potentiam ait, distingui à subiecto, idque probat à contrarijs, nam si esset idem subiectum esse talis naturæ, & esse in potentia hoc, vel illud sequeretur contraria esse idem ratione, quia quę sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se, sicut color non est idem quod visibile, quia color est terminus perspicui vt sic, visibile autem formaliter significat aptitudinem.

1. Resp. Respondeo primo, an potentia ad formas artificiales, & accidentales sit accidētalis, nam multi negāt, dicetur infra; sed supposito, quod sit accidentalis.

2. Resp. Respondeo secundo, negando consequentiam, quia ad formas substantiales ordinatur per se primo, & ad faciendum vnum compositum per se, non autem sic potentia ad formas accidentales; quare varie explicatur Aristoteles cum dixerit, materiam cognosci per analogiam ad materiam artefactorum; nam aliqui volunt, solum cognitam ex illa analogia existentiam materiæ, vt refert Zabarell, ipse tamen lib. 1. cap. 4. & 5. vult Aristotel, per illam analogiam voluisse ostendere quomodo cognoscatur natura materiæ, quo gratis concesso, *Quid sit materiam cognosci per analogiam*

Respondetur, analogiam tantum in eo esse, quod sicut vna caret forma artificiali, ita altera forma naturali; & sicut in vna est potentia, ita in alia; tamen vario modo inesse potentias in vtrisque, quia in vna est essentialis, in altera accidentalis, quod colligitur aliunde, vt patet ex rationibus adductis.

Resp. ad primā confirmationē. Ad primam confirmationem, ibi negari relationem, quæ est prædicamentum, includi non relationem transcendentalem, sicut neque negauit esse substantiam partialem, vnde ibidem subdidit esse potentia hæc omnia, dum dixit subijci omnibus, & omnia de ipso pdicari.

42 *Ad secundam Confirm.* Ad secundam Respondeo ex dictis patere sensum Aristotelis in eo loco, nam illud argumentum non cōcludit de potentia, vt est præcisè receptiua, sed de potentia, vt habet adiunctam potentiam obiectiuam formæ, quia res existens in potentia obiectiua est eadem cum re actu existente, & hoc modo distinguitur subiectum, vt receptiuum præcise à subiecto, vt habet adiunctam possibilitatem formæ, quia hæc se habet ad potentiam receptiuam præcisè, vt visibilitas ad colorem, vel Aristotel. loquitur de potentia proxima proximitate dispositionis, qua ratione subiectum perspicuum dicitur habere potentiam, ad colorem, & lumen. *Eadem est res obiectiua, ac res existens.*

43 *5. Obiectio.* Quinto obijcies, nam si hæc potentia esset de essentia, tunc materia non haberet vnam essentiam, sed multiplicem, sicut non est vna potentia ad omnes formas, sed totidem, quot formæ.

Confirm. Confirmatur, quia si esset vna potentia ad omnes formas, tunc per vnam formam expleretur capacitas materiæ, quia eadem ratione, qua respicit vnam formam, respicit aliam, ergo dum habet vnam formam non est cur appetat aliam.

Resp. Respondeo, potentias particulares esse multiplices, vt patet ex dictis, vniuersalem vero esse vnam, vt infra fusius.

Resp. ad confirmationem. Omnes formæ respiciuntur sub ratione actus. Ad Confirmationem respici quidem omnes formas sub vna ratione communi, idest sub ratione actus, tamen ly (actus) non supponit simpliciter, sed absolutè, quia non specificatur à ratione actus præcisè, vt sic, sed vt sub se continet omnes formas vsque ad vltimas differentias, quia quælibet forma informat materiam secundum omnes sui gradus, & hinc fit, vt perfectio specifica, quæ tribuitur materiæ ab vna forma non tribuatur ab alia, & ideo manet in materia appetitus illius perfectionis, vt infra. Neque enim respicit omnes formas, vt simul recipiendas, sed successiuè, scilicet vnam post aliam.

Effugium. Dices, licet in vna portione materiæ non possint simul recipi omnes formæ, tamen in omnibus portionibus materiæ recipiuntur simul omnes formæ, vnde in tota materia est potentia ad omnes formas.

Occluditur. Respondeo, quæ est de essentia materiæ, esse vniuersalem, & conuenire singulis portionibus materiæ, cum enim tota materia sit eiusdem speciei secundum omnes suas partes, debet habere specificatiuum eiusdem speciei, atque adeo non potest potentia ad vnam formam conuenire vni portioni materiæ, & potentia ad aliam formam alteri portioni, sed singulis conuenit potentia ad omnes formas.

44 *6. Obiectio.* Sexto, obijcies actus, & potentia sunt opposita, ergo potentia ad actum non potest esse de essentia materiæ, quia forma aduenieris materiæ destrueret illam, sicut oppositum destruit suum oppositum.

1. Resp. Respondeo, eodem argumento probaretur potentiam nō esse passionem materiæ, quia destrueretur potentia, atque adeo passio adueniente forma.

2. Resp. Respondeo secundo, actum, & potentiam opponi quoad entitatem, non autem quoad coniunctionem, quia licet potentia non sit actu, tamen habere potest coniunctionem cum actu.

DVBITATIO SEPTIMA.

An potentia ad formas accidentales sit de essentia materiæ.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 *In hac quæst. quæritur solū de subiecto dispositiuo ad formas substantiales.* PRO solutione Notandum, hanc quæstionem non intelligi de subiecto adæquato accidentium, an scilicet sit materia prima, an vero totum compositum, quia de hac alibi dicetur; neque intelligi de subiecto respectu omnium accidentium; nam constat aliqua accidentia recipi immediatè in forma, aliqua in ma-

materia, & aliqua in quantitate, vel alijs accidentibus; sed solum quærimus de subiecto dispositionum ad formas substantiales, qua scilicet ratione materia recipiat huiusmodi dispositiones, an scilicet illas respiciat, & recipiat per potentiam sibi essentialem, an vero sibi accidentalem; & quia supra ostendimus, hanc potentiam non posse esse accidentalem accidentalitate prædicamentali, nam diximus esse eandem formaliter potentiam ad formas substantiales, & huiusmodi dispositiones, ideo solum quæstio intelligi potest de accidentalitate prædicabili, cuiusmodi sunt omnia prædicata etiam si sint substantialia prædicamentaliter, qua sunt extra essentiam subiecti, de quo prædicantur.

A

B

Quantitas recipitur immediatè in materia, & de hac potentia hic agitur. Secundo notandum, cum controuersia sit an dispositiones immediatè recipiantur in quantitate, an vero in materia prima, ideo hac quæstione omissa dubitatio hæc intelligenda est de potentia receptiua quantitatis, quam supponimus ex communi recipi immediatè in materia, nam quæ de potentia ad quantitatem dicentur intelligenda etiam sunt de potentia ad alias dispositiones immediatè in materia receptas.

2 *Materia per suā essentiam est receptiua alicuius accidentis.* Tertio notandum, cum accidens non possit esse per se, sed indigeat subiecto satis patet vltimā resolutionē debere fieri in materiam; quare necessario fateri debent aduersarij materiam per suam essentiam esse receptiuam alicuius accidentis; nam hæc potentia, quam ipsi dicunt esse immediatè receptiua accidentium recipi debet in materia, si non per veram inhæsionem, saltem per identitatem. ex quo patet falli eos, qui dicunt potentiam receptiuam accidentium non posse esse essentialem materiæ; & sicut ipsi id concedunt de hac potentia, quam non est per se primo ordinata ad recipiendam hanc potentiam, sed est per se primo ordinata ad recipiendas formas substantiales, & secundario, & quasi concomitanter ad recipiendam hanc potentiam receptiuam dispositionum; sicut quantitas non habet potentiam sibi accidentalem ad recipienda accidentia, quia illa recipit per suam entitatem quasi secundario, & concomitanter, cum ipsa per se primo sit ordinata ad extendendam substantiam informando illam, vnde habet rationem actus, & non potentiæ; ita Nos dicimus de potentia materiæ essentiali receptiua dispositionum; nam hæc potentia est eadem ad formas substantiales, & dispositiones, sed per se primo ad formas substantiales, & secundario, & quasi concomitanter ad dispositiones, quia ibi propter receptionem præcisè dispositionum non est noua species potentiæ.

C

D

3 *Potia receptiua alia prima primitate independentiæ, alia primitate immediationis.* Quarto notandum, potentiam receptiuam aliam esse primam primitate independentiæ, quæ scilicet, ita recipit alia, vt ipsa non recipiatur in alio, sed est per se. Aliam esse primam primitate immediationis, quæ scilicet immediatè recipit aliud, vt v. g. potentia prima primitate independentiæ respectu intellectionis, est essentia animæ; at potentia prima primitate immediationis, est intellectus.

E

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 *Materia nō constituitur per duas potentias.* HÆC Dubitatio non habet difficultatem in opinione dicentium, potentiam ad formas accidentales distingui ex natura rei à potentia ad formas substantiales, quia in ea opinione dicendum est, materiam constitui per potentiam ad formas substantiales, & inde consequi potentiam ad formas accidentales; neque enim probabile est materiam constitui per duas potentias specificas inter se distinctas ex natura rei, quia non esset vnius speciei, sed duplicis, & pertineret ad duo prædicamenta.

Et Confirm. quia illi dicunt hanc potentiam ad accidens esse accidentalem, at accidens non potest esse de essentia substantiæ: quare solum difficultas est in opinione dicentium vnam esse potentiam à parte rei ad formas substantiales, & dispositiones accidentales formarum.

Materia non dicit essentialiter potentiam, vel formas accidentales. Prima opinio est negantium esse de essentia, quia licet secundum rem sit eadem potentia, tamen distinguitur ratione; at sicut illa potentia prius recipit formas substantiales, & deinde accidentales, ita prius constituit materiam secundum priorem conceptum, & secundum posteriorem conceptum informando materiam, habet rationem passionis.

Confirmatur, quia ideo materia potest recipere formas accidentales, quia est ordinata ad substantiales; ergo potentia ad accidentales formas oritur ex ratione specifica materiæ, atque adeo non constituit illam, sed est illius passio, hanc sequuntur Doctores supra citati, qui potentiam ad accidentia dicunt esse accidentalem.

Materia dicit essentialiter potentiam ad accidentia dispositiua, non vero ad accidentia consequentia formam. Secunda opinio est dicentium, sicut accidentia, quæ conueniunt rebus sint duplicis generis, quædam disponentia ad formas substantiales, quædam vero consequentia, vt proprietates illarum; ita potentia ad accidentia prioris generis est de essentia materiæ, sicut & potentia ad formas substantiales; nam sicut hæ formæ recipiuntur in essentia materiæ, ita & dispositiones, cum dispositiones recipi debeant in eodem, in quo & formæ substantiales, vt supra ostensum est: at vero potentia ad accidentia consequentia formam, & proprietates non est de essentia; nam illa accidentia, vel immediatè recipiuntur in forma, vel immediatè in materia, vt dispositiones per primas qualitates, vt sunt secundæ qualitates, & aliæ, quæ resultant ex temperie primarum; vel recipiuntur in toto composito, atque adeo non immediatè in essentia materiæ, quia saltem mediat vnio, qua fit compositum.

5 *Materia dicit essentialiter potentiā ad quæcumque accidentia.* Tertia opinio est dicentium, potentiam ad accidentia quæcumque esse de essentia materiæ; nam vel accidentia immediatè recipiuntur in materia, & ita potentia ad illa erit de essentia, vel non recipiuntur immediatè, sed me-

mediate alia subiecta, & tunc, vel hoc subiectum erit accidens, idest quantitas respectu accidentium corporalium, & ita potentia ad illa conueniens materiæ, est de essentia, nam potentia, quæ conuenit materiæ respectu illorum non immediate susceptiua, sed mediata potentia, quæ immediate illa recipit est de essentia materiæ; nam materia per suam essentiam respicit immediatè, v.g. quantitatem, & mediate alia accidentia; vel hoc subiectum immediatum est forma substantialis, & eodem argumento probatur materiam per suam essentiam immediatè respicere formam substantialem, & mediatè accidentia formam: Vel subiectum immediatum est totum compositum, & tunc in opinione Dicentium dari tertiam entitatem, cum hæc tertia entitas respiciatur essentialiter à materia, per eandem essentiam respicientur accidentia, quæ sunt in tertia entitate; sed in opinione Dicentium non dari tertiam entitatem, cum constet non recipi accidentia immediatè in vnione substantiali, sed in partibus constituentibus totum suppositum vnione adæquatè quidem in omnibus, inadæquatè vero in singulis, dici debet potentiam partialem, quæ conuenit materiæ respectu illorum esse de essentia materiæ, quæ vero conuenit formæ dubitari potest an sit de essentia illius, de qua re alibi.

Soluitur ratio prima opinionis. Neque obstat, quod in prima opinione obijciebatur, scilicet potentiam secundum conceptum, quo respicit formas substantiales constituere materiam, quia non est diuersus conceptus, vt respicit formas substantiales, & accidentales, nisi inadæquatè, nam adæquatè cõstituitur per respectum ad vtrumque genus formarum, licet cum sui ordinatione, non quidem respectuum, sed terminorum, quia formaliter idem respectus, qui respicit formas substantiales respicit accidentales, sicut eadem voluntas ordinatur ad finem, & ad media, licet ordo actualis ad finem distinguatur ab ordine naturali ad media, quia illa est intentio hæc vero electio; vnde similiter actuales receptiones formarum distinguuntur, quia receptio substantialis formæ, est substantialis; accidentalis vero est accidentalis.

Soluitur confirmatio eiusdem. Vnde ad confirmationem Respondetur per illam causalem posse reddi rationem potentiæ, & actuum; si primo modo non accipitur potentia secundum adæquatam rationem, sed confusè secundum inadæquatam, quia duo illi ordines sunt formaliter vnus, licet vt confusè concipiuntur, sint ratione distincti. Neq; est id nouum, quia eadem causalis potest fieri in ipsa voluntate, nam hæc ideo respicit media, quia est ordinata ad finem, & tamen inde non licet colligere esse duas potentias, sed vnam; si autem per causalem redditur ratio actuum, tunc constat illos actus esse distinctos, & subordinatos, sed non inde potest colligi esse duas potentias; quarum vna sit essentialis; altera accidentalis, vt patet ex dictis de potentia volitiua, & idem de intellectiua, quæ habet plures actus subordinatos, præcipuè circa conclusionem, & principia; nam ideo respicit assensum conclusionis, quia respicit assensum circa principia, cum assentiatur conclusioni propter principia.

Vel denique dicitur per illam causalem non reddi rationem ex parte potentiæ, sed ex parte obiecti, eo quod potentia respicit plura obiecta inter se subordinata, & vnum propter aliud formaliter, quia vnum se habet vt ratio formalis propter quam respicitur aliud obiectum.

ART. III. Opinio Auctoris.

6 *Pôtẽtia prima primitate independẽtiæ respectu dispositionũ est de essentia materiæ.* Prima Conclusio. Potentia prima primitate independentiæ respectu dispositionum, est de essentia materiæ: hanc concedunt omnes, quia quidquid ponitur in materia extra suam essentiam non potest esse receptiuum independenter ab alio, quia necessario illud pẽdebit ab essentia materiæ, & hanc potentiam aliqui vocant radicalem.

Dices, sufficienter materia constituitur per potentiam illam primam, seu radicalem, vt respicit formas substantiales; ergo quidquid additur est extra essentiam, atq; adeo prædicabitur accidentaliter.

Materia constituitur adæquatè non solum p ordinem ad formas substãtiales, verum etiã p ordinem ad dispositiones. Respondeo, non constitui adæquatè, sed tantum inadæquatè, nam si ille ordo concipiatur secundum se adæquatè respicit, non solum formas substantiales, sed etiam dispositiones, sicut voluntas non solum respicit finem, sed etiam media; neque enim voluntatem dicimus constitui essentialiter per ordinem ad finem, & illi aduenire ordinem potentialem ad media.

7 *Pôtẽtia prima primitate immediationis respectu quantitatis est de essentia materiæ.* Secunda Conclusio. Potentia prima primitate immediationis respectu quantitatis, est de essentia materiæ. Primo probant aliqui, ex eo, quod si non esset de essentia, esset illi accidentalis, atque adeo esset accidens, quod haberet purè rationem potentiæ passiuæ, quia ad nullum alium effectum ordinaretur, nisi ad recipiendum; sed potentia accidentalis purè, passiua non potest dari in natura, quia omnis entitas accidentalis habet rationem actus, cum informet, & determinet subiectum; at repugnat actui formali habere rationem puræ potentiæ passiuæ, quia actus formalis, & potentia passiua, cum sint differentiæ diuidentes ens, non possunt constituere eandem speciem entis; sed vis huius rationis examinanda est in metaphysica.

Potẽtia fertur in actum sui specificatiuum. Secundo probant alij, ex proportione potentiæ actiuæ, quæ secundum suam rationem essentialem tendit in omnia, in quibus reperitur ratio formalis sui specificatiua, ita enim voluntas fertur in media, & finem, quia vtrobique reperitur ratio boni. similiter intellectus fertur in principia, & conclusiones, quia vtrobique reperitur ratio veri, ergo similiter potentia passiua ferri debet secundum suam essentialem rationem in om-

omnia, quæ participant rationem actus sui specificatiuam; at potentia essentialis materiæ ex dictis specificatur à ratione actus substantialis A ergo & à dispositionibus, quæ, cum ordinetur ad actus substantiales, participant candem appetibilitatem; appetibilitas autem, quæ est in illis, non est aliud, quam perfectio, qua perficiūt materiam per sui informationem. Vnde sicut materia per suam essentiam, appetitu innato, appetit formas substantiales, ita & accidentales disponentes ad illas; appetitus autem non est aliud, quam potētia receptiua formæ cum priuatione formæ; cum igitur illa priuatio non sit de essentia materiæ, sequitur de essentia materiæ esse illam potentiam, quam dicit appetitus.

Dispositiones participant appetibilitate formæ substantialibus.

B Confirm. quia supra ostendimus materiam per eandem potentiam recipere formas substantiales, ac accidentales, sed quæ recipit substantiales est de essentia; ergo.

Respenderi potest esse quidem de essentia identice, & materialiter sumptam, non tamen formaliter, idest sub ea ratione, qua respicit accidentia.

8 Sed contra, Tum quia potentia constituit materiam secundum eam rationem, qua constituitur in certa specie entis partialis, sed non constituitur adæquate per ordinē præscindentem à formis accidentalibus, sicut voluntas nō C constituitur per ordinem ad finem præscindendo à medijs, sed includendo media, quia non potest ferri in finem nisi formaliter, vel virtualiter feratur in media, ita neque materia per hanc potentiam potest vniri formis substantialibus, nisi vniatur accidentalibus. Tum quia ratio formalis specificatiuæ potentiæ essentialis materiæ non est adæquata formæ substantiali, quia secundum aduersarios est receptiua etiam potentiæ accidētalis, quam ipsi ponunt, atque adeo ratio formalis debet esse communis & formæ substantiali, & accidentali, nam alioqui non posset exire in actum recipiendi hanc potentiam, quia potentia non potest habere actum extra suam rationē formalem specificatiuam, sed sub hac ratione formali continentur alia accidentia, q possunt habere rationē actus respectu materiæ, ergo frustra ponitur hæc potentia accidentalis, & licet non omnia accidentia recipiat immediate, tamen id non tollit, quin potentia ad aliqua accidentia sit essentialis, sicut secundum aliquos ex eo, quia materia non recipiat omnes formas substantiales immediate, non fit, quin potentia materiæ ad formas substantiales sit essentialis, quia materia illas omnes recipit, prout sūt aptæ recipi scilicet mediate, vel immediate iuxta exigentiam formarum.

Materia non cōstituitur adæquate per ordinē præscindētem à formis accidentalibus.

E Tertio probant, nam potētia ponitur in materia, tum ad recipiendum, tum ad sustentandum formas, sed vtrumque munus sufficienter potest præstari à materia per suam essentiam, etiam respectu formarum accidentalium. Minor patet, & quidem de substētatione dicatur infra de receptione probatur, quia potentia passiua, quo magis est denudata formis, eo est receptiua plurium formarum, vt alibi probat Arist. de potentia visiua, quæ vt possit recipere omnem colorem, debet esse denudata omni colore; sed materia prima est instituta à natura ad recipiendas omnes formas, tum substantialis, tum accidētales; ergo pro exercendo hoc munere recipiendi formas, non solum non indiget potentia superaddita suæ essentiæ, sed illi repugnat, quia omnis potentia superaddita essentiæ habet rationem formæ, atque adeo illā determinat, & coarctat aliquo modo quoad receptionem, vnde potius impedit finem ad quem ordinatur. Neque dicas illam potentiā esse formam sed indeterminatam respectu omnium accidentium, atque adeo potest constituere materiam, vt sit potens recipere omnia accidentia, sicut quantitas coæua materiæ, licet illam determinet, & faciat ineptam ad recipiendam aliam quantitatem, tamen facit aptam ad recipienda alia accidentia corporalia & extensa. Non inquam, id dicas, nam cum materia ex vi suæ essentiæ sit indeterminata ad omnes formas non indiget potentia superaddita, vt fiat apta, nam illam aptitudinem habet, ex eo, quod est indeterminata, nam inde habet vt sit determinabilis per formas.

Munus recipiendi, & sustentandi potest à materia præstari per suam essentiam.

9 *Materia est essentialiter indeterminata, & ideo apta essentialiter. Substantia quia finita est, est essentialiter receptiua accidentium.*

Quarto probant alij ex ratione substantiæ creatæ, quæ essentialiter est receptiua accidētium cum sit essentialiter finita, atque adeo perfectibilis per accidentia.

Resp. potest esse quidem essentialiter perfectibilem, sed non per singula accidentia immediate sed cum aliqua subordinatione. Vnde materia essentialiter respicit potentiam hanc receptiuam non tamen cætera accidentia immediate. Sed contra tum quia si ordo ad accidentia debet esse essentialis alicui substantiæ creatæ, maxime respectu materiæ, quæ est fundamentum naturæ corporalis; tum quia cum materia sit ordinata ad recipiendum, non est cur addatur illi potentia ad recipienda accidentia, quia illa potentia esset pure receptiua, sicut est essentia materiæ.

D

ART. IIII. *Continens argumenta aduersariorum eorumque solutionem.*

Contrarium videtur docere Doctores qui dicunt potentiam ad actus accidentales esse accidentalem, vt D. Thom. 1. par. q. 54. ar. 3. ad 3. vbi docet potentiam materiæ esse substantialem, quia est ad actum substantialē, operatiuā vero esse accidētalē, quia est ad esse accidentale sequitur Herd. 7. met. q. 17. ar. 2. ad 2. Sonc. 5. met. q. 18. ar. 1. Sotus 1. phys. q. 6 d. 2. ad 1. & alijde quibus supra. Primo quia sequeretur quod substantia definienda esset per accidentia, atque adeo per additamentū contra Arist. 7. met. 14. 15. 16. & 19 nam idcirco accidentia definiuntur per substantiam 7. met. tex. 17. & 18. ex hoc vlterius sequeretur nullum dari compositum absolutum, quia ratione materiæ esset relatiuum, tum quia subiectum 10

ctum

ctū p̄deret ex accidentibus cōtra 1. phyſ. 62. Confir. quia alioqui ſequeretur ſubſtantiam nō eſſe priorem accidentibus cōtra Ariſt. 7. met. 3. & 4. 5. met. 16. quia ſubſtantia penderet ab accidentibus, tanquam à termino ſui ſpecificatiuo, at quod pendet ab alio non eſt prius ſed poſterius illo vt patet ex capite priori 5. met. & in poſtprædic.

Paſsiones profluunt ab eſſentia.

Reſp. primo eandem difficultatem eſſe in opinione aduerſariorum, nam illi ponunt hanc aptitudinem ad accidentia eſſe paſſionem eſſentiæ materiæ, imo in opinione omnium, qui concedunt paſſiones proprie fluere ab eſſentia, atque adeo eſſentiam immediate per ſe ipſam eſſe receptiuam accidentium ideſt paſſionum.

Accidens definitur per ſubiectum.

Reſp. ſecundo Ariſt. negare ſubſtantiam definiri per additamentum, ideſt ex ratione ſubſtantiæ, quia datur aliqua ſubſtātia, quæ eſt purus actus, ideſt ſeparabilis ab omni accidente 12. met. tex. 3. at vero accidens ex ratione accidentis non poteſt definiri, niſi per additamētum ideſt per ſubiectum, quod eſt extra eſſentiam definiti, vt ſæpe docet Ariſt. 7. met. locis citatis & D. Thom. 2. d. 35. ar. 2. ad 1. & q. 8. de potentia ar. 4. ad 5.

11 *Subſtantia incompleta debet definiri per aliquod extra eorum eſſentiam.*

Reſp. tertio ſubſtantiæ partiales, quia ſunt imperfectæ neceſſario debent definiri per additamentum ideſt per aliquod, quod eſt extra eſſentiam definiti; nam ſicut accidentia definiūtur ex additione ſubiecti, quia habet eſſentiam incompletam, vt notat D. Thom. quodl. 2. q. 4. ita omnis forma definitur ex additione materiæ, vt notat D. Thom. opuſ. 30. lect. 10. 7. met. lect. 4. & 9. quia non habet eſſe perfectum ſine materia, vnde anima definitur per corpus organicum & corpus organicum non poteſt definiri, niſi per animam, nec aliqua pars animalis, niſi per operationem eius, & ex D. Tho. 7. met. lect. 10. & vere, cum materia, & forma ſecundū Ariſt. ſint ad aliquid neutrum definiri poteſt ſine altero, an autem hæc definitio dicatur per additamentū dicetur alibi, ſicut etiā, an quodlibet accidens definiri debeat per additamentum, an vero accidens proprium diſputat Ariſt. 7. met. à tex. 14.

Ad Confir. etiam ſi ſubſtantia creata dependeat ab accidentibus ſecundum quid, tamen ſimpliciter ab illis non dependet, ſed potius contra vt docet Ariſt. 7. met. tex. 5. vbi fuſe Alenſ. nam licet ſubſtantia ordinetur ad operationes vt finem quo, tamen operationes ipſæ ordinantur ad ſubſtantiam, tanquam ad finē cui, quia operationes ipſæ, & omnia accidētia ſunt inſtituta propter perfectionem ſubſtātiæ, vt dicemus in metaphyſica; interim videri poteſt Fonſ. 7. met. c. 1. q. 2. & Suar. diſp. 38. met ſect. 1. & 2.

Subſtantia ordinatur ad operationes vt finem quo, operationes vero ad ſubſtantia vt finem cui.

12 Secundo obijcitur, quod eſt extra conceptū rei eſt accidens illius ſaltem prædicabile, vt patet ex communi conceptu, vnde D. Thom. 1. d. 3. q. 4. ar. 2. ad 2 & d. 8. q. 4. ar. 3. ad 2. eſſe ſubſtantiale, etiamſi non ſit in genere accidentis dici tamen accidens quando non eſt de ratione rei; & 1. p. q. 77. ar. 1. ad 5. aſſerit, quod id, quod aduenit rei poſt eſſe completum dicitur accidentaliter aduenire, niſi trahatur in

A communionem illius eſſe cōpleti, qua ratione corpus in reſurrectione nō adueniet animæ accidentaliter quia aſſumetur ad idem eſſe, vt ſcilicet corpus habeat eſſe per animam, & denique in 3. d. 6. q. 3 ar. 2. ad 1. omne illud, ſine quo res ſecundum ſuam ſubſtantiam poteſt intelligi habet rationem accidentis; ſed materia poteſt intelligi ſine potentia ad accidentia. Minor patet, tum quia ſi intelligatur potens recipere formas ſubſtantiales intelligitur conceptus materiæ ideſt ens ſubſtantialiter perfectibile; ſed in hoc conceptu non includitur ordo ad accidentia, nā ſi per poſſibile, vel impoſſibile daretur forma non indigens diſpoſitionibus,

Corpus in reſurrectione nō adueniet accidentaliter animæ.

B materia eodem modo perficeretur per formam ac nunc perficitur, quia inde reſultaret vnum compoſitū per ſe; tū ſecūdo quia ēt ſi materia habeat ordinem ad accidentia, tamen ille ordo conuenit materiæ ratione formarum, nam non reſpicit illas niſi quia reſpicit formas ſubſtantiales; ergo prius materia complete cōſtituitur per ordinem ad formas ſubſtantiales, atq; adeo ordo ad accidentia eſt extra eſſentiam; Tum tertio quia forma non requirit accidentia, niſi per accidens ad expellendum ſcilicet diſpoſitiones contrarias: ergo non poſſunt reſpici à materia, niſi per accidens, quia cum accidentia non reſpiciantur à materia, niſi ratione formarum non poteſt habere maiorem connexionē

C cum accidētibus, quam habeat forma cū illis: Tum denique omnis potentia debet ſpecificari non ex quocunque actu, ſed quem per ſe primo reſpicit, ſed materia per ſuam eſſentiam per ſe primo reſpicit formas ſubſtantiales; ergo ab his debet ſpecificari, atque adeo formæ accidentales non pertinent ad ſpecificationem materiæ.

Reſp. dupliciter aliquid includi in conceptu alterius, primo explicite; ſecundo implicite vt notat D. Thom. q. 8. de potentia ar. 4. ad 3. quādo igitur in conceptu rei aliquod nec explicite, nec implicite includitur, tunc non eſt de eſſentia, ſed accidens ſaltem prædicabile; at dum concipitur materia in ordine ad for- 13

Ordo ad accidentia implicite includitur in materia.

D mas ſubſtantiales, licet non concipiatur explicite ordo ad accidentia tamen implicite includitur, vt probatum eſt ſupra; ſicut voluntas dū conſtituitur in ordine ad finem implicite conſtituitur per ordinem ad media, quia nō poteſt eſſe potentia operatiua circa finem, niſi ſit operatiua circa media.

Ad primam probationem Reſp. in eo conceptu includi implicite potentiam ad accidentia, atque adeo ſi intelligatur complete, & diſtincte materiam conſtitutam non ſatis eſt intelligi, perfectibilis per formas ſubſtantiales niſi intelligatur perfectibilis etiam per formas accidentales, quod ſi daretur forma non indigens 14

E diſpoſitionibus & accidentibus, tunc materia non haberet potentiam ad diſpoſitiones illius formæ, ſed ad diſpoſitiones aliarum formarū; quod ſi nulla forma indigeret diſpoſitionibus, & accidentibus, tunc non haberet potentiā ad accidentia, ſed ſicut illæ formæ eſſent alterius

Materia eſſet alterius rationis ſi formæ quas reſpicit non indigerent diſpoſitionibus.

rius

rius rationis ab his formis, quæ nunc sunt, ita materia esset alterius speciei ab ea, quæ nunc est & magis distincta, cum sit materia magis diuersa, quam sit materia inferiorum à materia cœlesti.

Ad secundam Prob. patet ex dictis, nam ostendimus illam dependentiam non tollere, quin ordo ad accidētia sit de essentia, si ut ordo mediorum à fine non tollit, quin voluntas per eandem essentiam feratur circa medium, & finem. Id vero hic aduerte opinionem aduersariorum in hoc argumento debere fundari, vt habeat probabilitatem.

Aliquid aduertendum.

Ad tertiam Prob. negando dispositiones requiri per accidens, nam requiruntur ex natura formarum, & non solum ad abjcienda contraria, vt patet ex formis cœlorum requirentibus dispositiones, cum careant contrario, & ex eo, quia non esset ratio, cur deficientibus dispositionibus desinerent formæ existere, vel informare.

Dispositiones non requiruntur per accidēs sed ex natura formarum.

Ad quartam Resp. terminū per se primum potentiæ esse duplicem, vnum primitate adæquationis, & hinc potentia adæquata specificatur, cuiusmodi non est forma substantialis respectu materiæ, sed ratio actus primi, vt communis ad substantiales, & accidentales disponētes ad substātiales. Alterū primū primitate principalitatis, & hinc nō specificatur potentia adequate, sed principaliter, & huiusmodi est forma substātialis respectu materiæ, qā accidētalis nō principaliter, sed secūdario respicitur.

Terminus potentiæ alius primus primitate adæquationis, alius vero primitate principalitatis.

16 Tertio objicitur ratio, cur potentia receptiua formarum substantialium sit de essentia, est, quia ex materia & forma debet fieri vnum per se, sed hæc ratio non militat in forma accidentali, quia hæc non debet constituere vnum per se cum materia, ergo non est ratio cur sit essentialis, & non accidentalis. Conf. nam ex eo quod potentia potest recipere formas substantiales non sequitur debere in eadem potentia proxime recipi dispositiones, sed satis est, quod recipiantur mediante potentia accidentali, nā ex communi sententia qualitates disponentes ad formas corporeas recipiuntur in quantitate & nō immediate in essentia materiæ, ergo multo magis possunt recipi in potentia accidentali, quæ minus distinguitur à materia, quā quantitas. Confir. secundo quia sicut anima dicitur operari, & recipere intellectionem, etiā si operetur, & recipiat per potentiam sibi accidentalem, ita materia dicitur disponi ad formas substantiales, etiam si recipiat dispositiones per potentiā sibi accidentalem. Confir. tertio qā potentia & actus debent inter se proportionari ergo si actus est accidentalis potentia debet esse similiter accidentalis, sicut quando actus est substantialis, potentia debet esse substantialis, sicut enim potentia accidentalis, & actus substantialis non habēt inter se proportionem, etiā in ratione actus, ita neque potentia substantialis, & actus accidentalis.

Anima operatur per potentiā accidentalem.

17 Resp. primo negando consequentiam eo quod ibi sit fallacia consequentis, nam etiam si ex illa ratione colligatur potentiam materiæ esse, essentialem, non tamen adæquate, vt non licet à negatione illius rationis negare potentiā essentialē ad accidentia, sicut ex positione hominis colligitur positio animalis, non tamen ex negatione hominis negatio animalis; ratio igitur adæquata sumenda est ex specificatiuo potentiæ vt dictum est. Resp. secundo ex illa ratione colligi etiam virtualiter potentiam ad accidentia esse essentialem, nam ex eo, quod potentia efficiat vnum per se cum forma substantiali, qui est primarius terminus sequitur illam potentiam respicere quidem accidentia tanquam secundarium terminum, non tamen cum ipso efficere vnum per se, quia potentia maiorem vnitatem habet cum termino primario, quam cum secundario.

Ratio adæquata materiæ debet sumi ex specificatiuo suæ potentiæ.

Materia respicit accidentia tanquam secūdariū terminū.

Ad 1 Confir. Resp. primo nos non asserere omnes dispositiones debere immediate recipi in ēssentia materiæ, nam constat inter illas esse aliquam subordinationem atque vnum accidēs pendere ad alio. Sed dicimus ad recipiendas dispositiones non requiri potentiam accidentalem, sed materia per suam essentiam recipere illa accidentia, vt v. g. quantitatem, & si quæ sunt alia, quæ primo disponunt ad formas substantiales, sicut dicimus consequutionem vitæ æternæ esse ex gratia Dei, quia licet detur homini propter merita, tamen quia hæc merita habentur ab homine ex gratia Dei ideo vitæ æternę consequutio dicitur ex gratia Dei; debet enim attendi immediatum receptiuū primæ dispositionis formarum substantialium, vt materia possit dici per suam essentiam recipere dispositiones, & formas substantiales.

Non omnes dispositiones recipiuntur immēdiate in materia.

Resp. secundo à multis negari qualitates dispositiuas recipi immediate in quantitate, putantes recipi immediate in materia, de qua re alibi.

Ad secundam non negari posse ea ratione denominari materiam disponi, vt bene probat argumentum, sed dicimus vere non disponi illam potentiam, quæ recipit formam substantialem, sed aliam potentiam, vnde licet materia disponatur secundam aliam potentiam non tamen secundum illam per quam est receptiua formæ substantiālis; at res debet disponi secundum illam potentiam, per quam exit in actum, cum igitur potentia, quæ habet actum recipiendi formas substantiales sit essentialis secundum hanc debet disponi materia, nam alioqui homo dispositus secundum potentiam auditiuam posset habere actum videndi.

Materia non disponitur per illam potentiā per quam est receptiua formæ substātialis.

Ad tertiam Confirm. actum, & potentiam proportionari debere non secundum entitatē, sed secundam dependentiam, vt scilicet talis sit potentia, a qua possit pendere actus, & contra, qualis proportio est inter potentiam substantialem, & actum accidentalem, quia hic est aptus pendere ab illa, & informare illam cum accidentia ordinentur ad substantiam perficiēdam vt alibi. Neque est eadem ratio de potētia accidentali, & actu substantiali, quia actus substantialis nō potest dependere à potentia substantiali, neque illam informare, sicut potest actus accidētalis pendere à substātiali potētia.

Actus, & potētia proportionātur non secundum entitatē sed secundum dependentiam.

DVBITATIO OCTAVA

An potentia substentatiua sit de essentia materiæ.

1 *Potentia substẽtatiua radicalis est de essentia materiæ nõ vero proxima.*

PRima opinio est dicentiũ potentiam substentatiuam radicalem esse de essentia, proximam vero, à qua immediate prouenit actus substentationis non esse de essentia.

Probant primo, quia posita potentia vnitiua ad plures formas, & constitutiua compositi, etiam si non esset alius concursus materiæ recte intelligitur conceptus materiæ; ergo potentia substentatiua est extra essentiam materiæ. Antecedens probatur materia eiusdem essentiæ respicit formas corruptibiles, & animam rationalem, sed respectu animæ rationalis non habet potentiam substentatiuam, quia non est substentabilis; ergo materia inferiorum præcisa potentia substentatiua habet eundem conceptum essentiæ ac cum potentia substentatiua. Confirm. quia vel per potentiam vnitiuã materia est constituta in sua essentia, vel non; si primum habetur intentum, si secundum, ergo materia vt respicit formas corruptibiles non est eius speciei, ac vt respicit formas incorruptibiles. Dices respicere materiam formas incorruptibiles per gradum, quo respicit omnes formas, cum quibus est vnibilis, at formas corruptibiles per gradum specificantẽ illum gradum communem. Sed contra, quia materia, vt indiuidua est, respicit essentialiter omnes formas, cum quibus facit vnum per se, quia secundam totam essentiam illis vnitur. Secundo quia vt materia est substentatiua respectu corruptibilium formarum, ita est substentatiua respectu incorruptibilium, quia vt repugnat actui substentari, ità materiæ, vt respicit illum actum, substentare.

Materia eiusdem essentiæ respicit formas corruptibiles, & animam rationalem.

Materia, vt Indiuidua essentialiter respicit omnes formas.

Secundo probatur quia ad actum substentationis concurrit materia extrinsece, vt potentia actiua ad actionem; sed quando est huiusmodi concursus semper potentia est extrinseca essentiæ, vt patet in omnibus; ergo. Maior probatur ex DD. qui distinguunt duplicem concursum materiæ vnus est, quẽ materia præbet per se ipsam & non potest suppleri à Deo. Alter est supplebilis, vt hic; Vnde Deus posset conseruare formam sine materia & ex dictis deduco vnam esse potentiam substentatiuam in materia, quia omnes respicit sub adæquatá ratione substentabilis.

Concursus materiæ alius à Deo insupplebilis, alius vero supplebilis.

3 *Potentia substentatiua est de essentia materiæ.*

Secunda opinio est dicentium potentiam substentatiuam esse de essentia materiæ eo quod putent hanc potentiam non distingui intrinsece à potentia vnitiua, sed solum extrinsece per denominationem sumptam ab actibus, nam eadem potentia essentialiter, quę denominatur vnitiua ab vnione, seu informatione, denominatur etiam substentatiua ab actu substentationis; sicut eadem potentia intellectiua dicitur discursiua, & apprehẽsiua ex diuersitate actuũ quare volunt essentiam materiæ respicere omnes formas sub ratione actus, idest vt informatiuas quarum aliquę sunt substentabiles secundum existentiam; aliquæ vero insubstentabiles secundum existentiam, quæ diuersitas non variat essentiam potentiæ, sed tantum actuum, qui sunt ab eadẽ potentia, nam se habent materialiter respectu rationis formalis. Et Confir. quia materia per potentiam vnitiuam, qua recipit omnes formas habet etiam vim substentandi, quia substentat actum informationis, siue vt modum substantialem, siue vt entitatem; ergo non potest dari in materia potentia capax solum vnionis, & non substentationis. Neque dicas materiam habere totã suã essentiam per potẽtiã vnitiuam, tum quia secundum se totam vnitur animę rationali, quam non substentat, tum quia per illam per se primo differt ab omni alia re, nam habet quidem totam essentiam, sed non totaliter, quia non adæquate exercet totam suam perfectionem circa illam nec per se primo ab omni re differt, quia forte vt datur materia; receptiua tantum formæ materialis idest cælestis ita posset dari receptiua tantum spiritualis at nostra debet esse receptiua vtriusque; atque adeo substentatiua.

simile.

Materia respicit omnes formas sub ratione actus.

Materia substẽtat actum informationis.

4 Hi tamen inter se diuisi sunt, nam quidam dicunt substentationem esse formaliter speciẽ quandam vnionis, quia nõ potest intelligi substentatio in genere causæ materialis sine receptione non solum concomitanter, sed etiam essentialiter, nam alioqui concursus substentatiuus in genere causæ materialis non distingueretur à concursu substentatiuo in genere causę efficientis, quod patet esse falsum ex quantitate sacræ Eucharistiæ, quæ substentatur à Deo in genere causę efficientis, & non materialis, solum quia non consistit in receptione, sed est extra subiectum. Neque dicas ad excludendã causalitatem in genere causæ efficiẽtis satis esse, vt ille concursus materialis ex natura sua exigat vnionem formalem, nam causa efficiens immanenter habet concursum ex natura sua exigitiuum vnionis, & tamen adhuc est causa efficiens, ita Suar. loc. infra cit. vnde licet Deus possit facere vt forma materialis informet materiam & ab ea non substentetur, tamẽ tunc nõ esset eadem species vnionis quæ nũc est cum forma, quæ substentatur à materia, nec tamen hinc sequitur potentiam substentatiuã non esse de essentia, sicut ex eo, quod Deus potest facere, quod accidens informet subiectum, & illi non inhæreat non sequitur accidens ex natura sua non esse inhæsiuum.

Materia non exercet totam suam perfectionem circa animam rationalẽ.

Explicatur sensus non nullorum circa hãc opinionem.

Alij vero dicunt essentiam materiæ constitui in ordine ad terminos vt informatiuos, seu vnibiles per informationem, quæ informatio est communis formis corruptibilibus, & incorruptibilibus. Verum præter hanc vnionem habet alium concursum, qui dicitur substentatio formæ, eo quod forma dependeat in sui existentia à materia, ita vt extra materiam naturaliter esse non possit, hanc autem substentationem esse distinctam ab informatione, inde patet, quod informatio non potest suppleri à Deo hic autem potest, vt dicemus cum de causalitate materiæ.

Ter-

5 *Nulla ratio eſt conuincẽs quare ſit, vel non ſit de eſſentia materiæ potentia ſubſtentatiua.* *Per quod præcipue diſtinguatur accidẽs à ſubſtantia.* Tertia opinio eſt dicentium vtramque opinionem eſſe probabilem, quia pro neutra parte ratio affertur conuincẽs, quin poſſit ſolui, vnde opinantes eſſe de eſſentia, dicere debent, vt ſicut in forma accidentali, vel ſubſtantiali dependentia aptitudinalis à ſubiecto eſt eſſentialis, ita & in ſubiecto potentia ſubſtentatiua, ſeu à qua depẽdet forma accidẽtalis, & ſubſtãtialis quoad exiſtentiã cũ præcipue ſubſtantia per hoc diſtinguatur ab accidẽte, ꝙ ſubſtantia ſit eſſentialiter ſubſtẽtatiua, & accidẽs ſit eſſentialiter ſubſtentabile, & ex ſubſtentabilitate accidentis idem inferri poteſt de ſubſtantialitate formæ ſubſtantialis: Neque enim dari poteſt conceptus prior conſtituens materiam, principio, à quo prouenit & vnio & ſubſtẽtatio formæ; ſicut enim ſubſtantia ſe habet ad ſubſtentationẽ accidentis, ita ſe habet materia ad ſubſtentationem formæ, nam ſicut ſubſtantia eſt fundamentum accidentis, ita materia formæ, vnde materia dicitur ab Auer. fundamentum naturæ. *Materia eſt fundamentum formæ ſicuti ſubſtantia accidentis.* Confir. nam ſi potentia informabilis eſt de eſſentia, multo magis potentia ſubſtentatiua, nam vel ſubſtentatio eſt ſpecies informationis & habetur intentum; vel eſt actus diſtinctus ab informatione, & tunc cum forma non poſſit informare, niſi intelligatur exiſtens & non poſſit exiſtere, niſi ſubſtentetur à materia ſequitur prius eſſe à materia actum ſubſtentandi formam, quam actus informationis paſſiuæ: ergo principium à quo eſt ſubſtẽtatio, intelligi non poteſt poſterius conuenire materiæ, quam principium, à quo eſt informatio. *Prius eſt a materia actus ſubſtentandi formã, quã actus paſsiuæ informationis.* *Soluuntur argumenta primæ opinionis.* Vnde patet ad argumenta primæ opinionis; nam non poteſt intelligi adæquate conſtituta materia per principium informabile præciſe, quia ſicut actus informatiui ſunt diuerſæ rationis ideſt ſubſtentabiles, & inſubſtentabiles, ita in materia debet intelligi principium adæquatum reſpectu vtriuſque actus; ſicut potentia viſiua, quæ ſpecificatur à colorato non poteſt intelligi eſſe adæquate conſtituta in ordine ad coloratum præciſe, ſed debet intelligi, vt principium actuum circa ſpecies colorati: Neque tamen hinc fit vt per eundem actum materia reſpicere debeat, & formas corruptibiles & incorruptibiles ſed per diuerſos actus, ſicut potentia viſiua per diuerſos actus reſpicit diuerſas ſpecies colorati, etiã ſi ſit vnius ſpeciei imo, & vnius indiuiduæ naturæ. Vnde patet ad Confirm. quia non recte ibi infertur potentiã eſſe diuerſę ſpeciei, ex eo, quod reſpicit formas ſubſtentabiles, & inſubſtentabiles, ſed tantum inferri diuerſas ſpecies actuum, atque adeo diuerſas potentias inadæquate conceptas, quod ad ſummum probat argumentum. *Soluitur prima Confirmatio.*

6 *Soluitur ſecũda Confirm.* Ad 2. Confir. infra conſtabit qualis ſit iſte concurſus ſubſtentatiuus, & an poſſit ſuppleri à Deo in genere cauſæ materialis, an non; nam ſiue poſſit ſuppleri, ſiue non conſtat non poſſe ſecundum connaturalitatem eſſe actum ſubſtẽtationis ſine vnione, atque vtrumque eſſe ab eadem potentia, ſed qui probabilius velit defendere hanc ſententiam dicere debet ſubſtentationem ſpeciem quandam vnionis formalis, vnde non poteſt præſcindere ab vnione, ſicut potentia ſubſtentatiua non poteſt præſcindere ab vnitiua, vnde hæc ſpecies vnionis licet non ſit de eſſentia compoſiti in communi, eſt tamen de eſſentia compoſiti ex forma materiali vnde ſi Deus efficeret, vt materia reciperet formam non tamen ſubſtentaret variaretur compoſitum quoad rationem formalem vnionis.

A

At vero qui opinantur non eſſe de eſſentia dicere debent, quod ſicut in ſubſtantia potentia ſubſtentatiua non eſt de eſſentia, eo quod ſubſtantia prius conſtituitur in ordine ad ſubſiſtentiam, ſeu ad eſſendum per ſe, & inde conſequitur potentia ſubſtentatiua accidentium, ita materia prius conſtituitur, vt principium informationis, & inde conſequitur potentia ſubſtentandi. Confir. nam eſſentia materiæ reſpicit formas ſecundum earum eſſentiam, & non ſecundum eſſentiam; at potentia ſubſtentatiua reſpicit formas ſecundũ exiſtentiam; ergo ſunt diuerſæ rationis, quia habent terminos diuerſæ rationis. *Pro hac re Confirmatio.* Reſp. tamen poteſt potentiã ſubſtẽtatiuam reſpicere eſſentiam formæ, quia reſpicit illam vt potentem exiſtere dependenter ab alio, at contra quia potentia ſubſtentatiua etiam ſi reſpiciat eſſentiam, tamen reſpicit illam vt potentem exiſtere ſimpliciter; at eſſentia materiæ reſpicit eſſentiam formæ vt potentem exiſtere in illa per informationem, atque adeo terminus ſpecificatiuus eſt diuerſæ rationis. *Infirmatur Cõfirmatio.*

B

C

Confir. quia etiam ſi formæ diuidantur in ſubſtentabiles & in inſubſtentabiles, ſeu per ſe ſubſiſtentes, tamen actio ſpecificatiua materiæ non poteſt eſſe communis illis differentijs, ſcilicet potentiæ inhærendi, & potentiæ per ſe exiſtendi, tum quia potentia ſpecificata à ratione informandi præter actum concurrendi ad informationẽ nõ habet aliquẽ actũ cõcurrẽdi ad ſubſiſtẽtiã formæ; at potẽtia habere debet actum determinatum circa vtramque ſpeciem, & differentiam contentam ſub ratione formali ſui ſpecificatiua, quia fertur peculiari actu circa omnem rationem termini contentã ſub ſui ratione formali ſpecificatiua: 7 *Confirmatio contra confir.* Tum qa materia habet determinatum concurſum circa informationem formæ corruptibilis, etiam ſi non concurrat ad ſubſtentationem illius, ſupplente ſcilicet Deo dependentiam ad materiã; ergo ratio ſubſtentationis non continetur per ſe ſub ratione informationis, quia non poſſet dari ſubſtentatio ſine informatione, ſicut non poteſt dari rationalitas ſine animalitate, Nec informatio ſine ſubſtentatione, vel ſubſiſtentia; deinde probabile valde eſt materiam poſſe cõcurre ad ſubſtẽtationem formę impeditam per potentiam Dei informationi, tunc enim ferretur ad formam vt ſubſtentabilem, & non vt informatiuam. Ex quo patet ſolutio ad argumẽta ſecundæ opinionis, nam gratis aſſeritur non conſtitui adæquate in ordine ad actum informationis, cum ratio informatiui ſit ratio adæquata, & non per ſe communis, ſed per accidens, ad ſubſtentabilitatẽ & inſubſtentabilitatem, cum poſſit dari actus indiuiduus informationis reſpiciens formam, vt informatiuam

D

E

vſque

vsque ad vltimũ gradum, absque eo, quod respiciat illam vt substentabilem, eo quod ille actus indiuiduus non est substentatiuus formę; quare non est simile exemplum quod afferunt de potentia intellectiua, quia ibi est vna ratio formalis, quæ participatur à potentia vt respicit singulos actus scilicet appræhensionem, iudicium, & discursum.

Prima obiectio.

Dices si potentia substentatiua non est de essentia, erit accidens, at implicat formam substantialem quoad sui substẽtationẽ ab accidẽte pẽdere. Resp in hac opinione debere dici esse quidẽ accidẽs pdicabile, non tamen prædicamentale: ab illo autem cum sit ens substãtiale potest pendere alia substãtia.

Resp. potentia materiæ substẽtatiua est accidens prædicabile.

Secunda obiectio.

Dices secundo sicut esse substentatiuum in materia est accidens, ita etiam esse substentabile est accidens in forma corruptibili. Resp. substentabilitatem respectu actus certum esse, habere se accidentaliter, quia est extra essentiã actus vt patet in anima rationali, vt autem est talis actus potest vtrumque defendi, si enim dicatur esse accidens debet dici formã esse substantiam incompletam, cuius existere pendet ab alio, vnde fit vt sit substentabilis; si autem dicatur esse essentiam, tunc dicendum, contrahi rationem actus, per esse substentabile, & se subsistens, ex quibus nascitur corruptibilitas, vel incorruptibilitas, vt passiones.

Substentabilitas est extra essentia actus.

Tertia obiectio.

Dices tertio ex materia, & forma materiali fit vnũ per se nõ solũ secũdũ gradũ formę, sed etiam vltimum gradum materialitatis, sed non potest vniri formæ materiali vt sic, nisi per potentiam substentatiuã, quia forma, vt materialis dicit ordinem ad materiam, vt substentatiuam; ergo potentia substentatiua, mediante qua fit vnum per se, non potest esse accidentalis, sed essentialis.

Prima Confir.

Confirm. quia inde sequeretur compositum per accidens esse prius cõposito per se

Secunda Conf.

Confir. secundo quia materia est causa formarum materialium aliter ac formæ spiritualis, at non nisi per potentiam substentatiuã, ergo hæc est de essentia materię, quia causa essentialiter ordinatur ad effectum.

Resp. 9 *Materia & forma immediate vniuntur.*

Resp. vnionem materiæ, & formæ non fieri per potentiam substentatiuam, quare hæc per accidens se habet ad vnionem formalem, seu informationem, nam materia & forma immediate vniuntur, licet materia respectu formæ corruptibilis habeat alium concursum substẽtationis, & hi duo modi concurrendi adeo disparati sunt, vt putẽt multi non solum separari in materia contradictionis respectu diuersarũ formarum, sed ex parte formarum respectu diuersarum materiarum, vt si forma ignis collocaretur in materia cœli non efficerent vnum per se naturaliter, & forte neque possent id per diuinam potentiam, substentari tamẽ posset naturaliter, si per miraculum ponatur forma in materia, quod quidem videtur mihi non satis probabiliter dici, nã vt materia cœli non respicit formas inferiorum quoad vnionem, ita neq; quoad substentationem, neque video cur magis possit materia cæli, quam Angelus substentare formã, vtrumque enim est improportionatũ subiectũ. Instabis vnitur formę, vt materiali. Resp. materialis forma vt sic accipitur dupliciter primo vt reduplicat gradũ p se cõtractiuũ formæ sub ratione informatiui & sic conceditur vniri formæ materiali vt sic per informationem, vnde fit vnum per se; secundo vt reduplicat proprietatem, quæ conuenit formę materiali, quę consistit in substentabilitate, & negatur, per informationem vniri illi vt materiali, sed vnitur illi per substentationem, quæ est distincta ab vnione informationis, quia tamen ille gradus per se contractiuus formæ materialis est nobis ignotus explicatur per potentiam substentabilem, & corruptibilitatem, ita vt ille gradus sit principium vnde fluit corruptibilitas & substentabilitas formę.

Improbatur prima Confirmatio.

Ad Confir. Resp. aliqua per accidens præcedere aliquod vnum per se non est absurdũ, præsertim via generationis, & patet in materia, quæ prius vnitur dispositionibus cum quibus facit vnum per accidens, quam vniatur formæ substãtiali, cum qua facit vnum per se; at via intentionis in eodem genere semper præcedit vnum per se, quia natura primario intendit vnum per se.

Improbatur secunda Confir.

Ad secundam Confirm. materiam habere peculiarem causalitatem circa formas corruptibiles sed per potentiam substentatiuam sibi accidentalẽ, sicut homo est causa intellectionis sed per potentiam accidentalem intellectiuã.

10 4. Obiectio.

Dices quarto cur habitus circa finẽ, & media est vnus, & non potentia vnitiua, & substentatiua, cum actus substentationis requiratur vt medium ad actum vnionis.

Resp. 1.

Resp. primo negando præsuppositum, quia in intellectu practico ponitur synerεsis propter finem, & prudentia propter media, & in speculatiuo intellectus propter principia, & scientia propter conclusiones.

Resp. 2.

Resp. secundo esse diuersam rationem, quia ibi potest esse vna ratio formalis specificatiua, hic vero est diuersa, vt diximus.

DVBITATIO NONA.

An potentia receptiua formarum sit vna.

1 Potentia receptiua formarũ est vna materialiter pluris vero formaliter.

Prima opinio est dicentium hanc potentiã esse vnam materialiter, & plures formaliter. Vocant autem potentiam materialiter entitatem ipsam realem potentiæ secũdum suum esse absolutum, formalem vero vocant, vt dicit relationes ad alias formas, ita videtur sentire D. Tho. 1.d.3.q.4. ar.3. ad 4. dum asserit potentiam, vt est in genere substantię esse de essentia materiæ, vt vero dicit relationes ad actus varios, non esse de essentia, videtur sequi Flan. 7. met. q. 17. ar. 2. ad 2. Sotus 1. phys. q.6. d. 2. ad 1. Sonc. 5. met. q. 18. ar. 1.

Sumitur fundamentum ex distinctione, & multiplicatione relationum Effugium.

Fundamentum sumi potest, quia relationes distinguuntur, & multiplicantur ex terminis; ergo potentię vt habent esse relatiuum multiplicãtur ex terminis; ergo tot sũt potẽtię, quot formę. Dices sumi quidem à terminis quando habent distinctam rationem terminandi, at hic omnes termini respiciuntur sub vna ratione ter-

terminandi. Sed cōtra, quia vel respiciūtur sub ratione, qua formæ sunt actus in vniuersali, A & tunc non possent informari à formis secundum omnes gradus, vel respiciūtur sub rationibus proprijs, & quia rationes propriæ distinguuntur etiam in ratione terminandi distinguentur.

Sed Resp. hoc argumentum magis vrgere potentias operatiuas, quam potentiam materiæ vt patet; quare dicimus omnes formas respici, vt forma, & actus supponit absolute, ita tamen vt in singulis gradibus respiciat rationem actus, quia forma secundum omnes gradus est
2 actus. Dixi secundum omnes gradus, quia licet aliqui velint formam secundum gradum, B qui conuenit cum materia non informet, nam iam materia habet illum gradum, tamen hi errāt, quia non datur hic gradus vt alibi. & præterea gradus ille in forma cōtrahitur per aliū, cui conuenit esse actum, ita vt forma secundū totum esse suum informet, quare omnes formas respicit etiam secundum gradus indiuiduales vt perfectiui sunt essentialiter.

Aliud Effugiū. Dices vnde nascitur, vt vna potentia respiciat vniuersaliora, obiecta quam alia.

Occluditur. Resp. in actiuis, vel positiuis passione perfectiua ex perfectione, at in passiuis passione corruptiua ex imperfectione; sed hoc non placet, quia materia perficitur ex formis: quare &c. Dico nasci ex eo, quod semper princi- C pium solet esse magis vnum, quam principiata.

Improbatur et elusio recte occluditur effugium. 3 Secunda opinio est negantium tot esse potentias in materia, quot sunt formæ possibiles recipi in illa, sed esse vnam, quæ est de essentia materiæ, quia omnes illas formas respicit sub vna ratione formali, id est sub ratione actus, sicut intellectus est vna potētia, quia omnia respicit sub vna ratione obiecti.

Vna potentia materiæ ad omnes formas.

Confir. quia si alia esset potentia ad formam equi, alia ad formam leonis, tunc non se excluderent ex eadem materia, quia sicut potest materia secundum diuersas partes recipere diuersas formas, ita secundum diuersas potentias D existentes in eadem materia.

Confir. secundo quia non daretur potentia contradictionis, nam hæc nascitur, quia eadem potētia respicit plures formas incompossibiles.

Confir. tertio ex 9. met. tex. 17. & 19. 5. Eth. c. 3. 4. met. 20. vnam esse potentiam contrariorum, de quo Auer. in paraph. 1. de cœlo sum. 10. p. 2. & nos alibi.

Confir. quarto ex Sonc. 8. met. q. 6. quia darentur in materia infinitæ potentiæ, quia infinitæ formæ sunt producibiles.

4 Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui putant hanc potentiam extendi solum ad formas substātiales, non autem accidentales. Alij vero volunt E extendi etiam ad accidentales, & hæc mihi placet vt patet ex dictis supra, neque est quod hic aliud addam, sed solum notandum non satis mihi probari doctrinam illam Thomistarum, quod hæc potentia constituatur formaliter per relationes rationis ad formas, nam constat hanc potentiam esse realem non solum

Duplex sensus circa hanc opinionem.

Aliquid notandū contra Thomistas.

materialiter acceptam, sed etiam formaliter; vt ordinatur ad recipiendas formas, quia vere concurrit ad illud munus per virtutem sibi intrinsecam, & realem; quare, si quæ relatio rationis hic intelligi posset solum debet concipi inter possibilitates formarum, & ipsas formas iuxta ea, quæ supra diximus dub. 4. nam intellectus concipit possibilitates formarum ex parte materiæ, & ipsas formas tanquam terminos, atque adeo eandem rem sub duplici conceptu, quos concipit relationem, quæ dicitur rationis.

DVBITATIO DECIMA.

An potentia substentatiua formarum substantialium sit formaliter eadem cum potentia substentatiua formarum accidentalium.

HÆc quæstio à nemine, quem legerim explicite tractatur, potest tamen determinari ex ijs, quæ docent DD. de potentia receptiua, & substentatiua in vniuersum. Sed quoniā in eo videri aliquam difficultatem, eo quod substentatio formæ substantialis est diuersæ rationis à substentatione formæ accidentalis, cū hæc sit inhærentia, quæ est dependentia à subiecto formaliter opposita subsistentiæ; illa vero sit dependentia quidem, sed talis, quæ non opponitur subsistentiæ; Quæ difficultas exigit congnitionem, & subsistentiæ, & inhærentiæ, ideo existimo illam esse reijciendam in metaphysica.

DVBITATIO VNDECIMA

An potentia, quæ est de essentia materiæ habeat rationem differentiæ; An vero sit tota essentia materiæ.

PRima opinio est dicentium non esse differentiam, sed esse totam essentiam materię, 1 nam tota essentia materię secundum omnes sui gradus est ens incompletum perfectibile; ergo secundum omnes sui gradus includit transcendentaliter rationem potentię, ratio autem trāscendentalis inbibita in omnibus gradibus non pōt habere rationē differētiæ, vt patet in ente.

Potentia est tota materia essentia.

Confir. quia materia est substantia simplex; ergo in ea nō possunt distingui plures gradus, sed tantum genericus scilicet, & differentialis.

Secunda opinio est dicentium esse differentiam, quo materia conueniat cum forma in gradu substantiæ, & differat ab illa, & alijs rebus per hoc, quod est potentia ad formas.

Potetia est solum differentia materia.

2 Hi tamen diuisi sunt nam aliqui putantes potentiam esse veram differentiam essentiam materiæ explicant dicentes, quod sit substantia quædam incompleta, & sit potentia ad formā substantialem in communi, vt receptibilem in illa, pſcindendo à formis pure receptibilibus, vel substentabilibus, hoc est receptibilibus eū

Sensus nonnullorum circa hanc opinionem.

X conno-

connotatione receptionis, actionis ſæpe dictę, quo fit, vt pōtia illa ſic explicata ſit adæquatus conceptus potentiæ materiæ, vt ſpecificatæ à ſuo formali termino; quia vero potentia illa debet reſpiecre ēt, vt materiales terminos fomam ſpiritualem pure vnibilem, & formam materialem ſubſtentabilem hinc fit, vt quatenus illa potentia intelligitur reſpicere formam, vt pure vnibilem præciſe, ſit illamet potentia materiæ inadęquate concepta, & dicatur potentia pure receptiua, ſeu vnitiua, prout vero illa prior potētia reſpicit præciſe formā vt ſubſtētabilē, ideſt vt receptibilem, cum ſubſtentatione, illa eadem potentia prima ſit inadæquate concepta & vt ſic dicatur potentia ſubſtentatiua formaliter; vnde licet potentia pure vnitiua per ordinem ad formam pure vnibilem ſit adæquate concepta in ratione potentiæ pure vnitiuæ, nō eſt tamen adæquate concepta in ratione illius primæ potentiæ ſimpliciter dictæ, & ſic dicendum de potentia ſubſtentatiua.

3 *Duæ difficultates circa allatũ ſenſum.*

Sed hic modus dicendi difficultatem habet primo, quia vt patet ex dictis non omnes conueniunt in ratione formali obiectiua huius potentiæ. Secundo quia differentia proprie non reperitur vbi non eſt proprie genus, & ſpecies ſed reſpectu materiæ non datur proprię genus nam genus dicit naturam completam cuiuſmodi non poteſt reperiri in materia; neque enim ſubſtantia, quæ eſt genus prædicamentale prædicatur in recto de materia, ſed dicitur ſubſtantia tranſcendentaliter, vnde nec habet proprie rationem ſpeciei, quia ſpecies propria dicitur, quę in linea recta continetur ſub genere cuiuſmodi non eſt materia, ſed potius ipſa eadem numero eſt indifferens ad hanc, vel illam ſpeciem prædicamentalem juxta varias formas, quas recipere poteſt.

Senſus aliorum

Secundo Alij dicunt materiam non habere proprie rationem differentiæ, ſed improprie, vnde ſicut aliquid proportionale generi habet, vt eſſe ens ſubſtantiale corporeum, ita habet aliquid proportionale differentiæ, vt eſt potentia, & hic modus dicendi mihi placet, vt patet ex ratione adducta. Et Confir. nam ſicut perſeitas, & inalcitas habent rationem differentiarum, quibus conſtituuntur ſubſtantia, & accidens, & inter ſe differunt, non tamen proprie, ſed proportionaliter, multo magis id dicendũ eſt de potentia materiæ; vnde ad argumentum primæ opinionis.

4 *Soluitur argumentum primæ opinionis à nõ nullis.*

Reſp. aliqui cōcedēdo totam materiam ſm̄ omnes ſui gradus eſſe ens incompletũ & perfectibile exercite, quia quidquid eſt in materia vere eſt perfectibile, non tamen ſignate, quia non quilibet gradus, qui ſignari poteſt in materia dicit ſignate & expreſſe perfectibilitatem vt patet in gradu ſubſtantiæ qui præſcindit à perfectibilitate, & perfectibili. Verum in hac reſponſione nō recte applicantur ly (exercite, & ſignate) vt patebit ex explicatione horum terminorũ alibi à nobis dicta. Quare ego Reſp. dupliciter poſſe dici perfectibilitatem; primo ex ſe formaliter, & intrinſece, & ita negatur materiam ſecundum omnes ſui gradus etiamſi ſit ens incompletum dicere perfectibilitatem, quia gradus ſubſtantiæ, & corporeitatis, qui ſunt in forma materiali ſunt entia incompleta, & tamen non dicunt perfectibilitatem, vnde recte dicunt illos gradus abſtrahere. Secundo identice & materialiter vel ratione adiuncti & ita conceditur omnes gradus materiæ dicere perfectibilitatem, quia contracti à potentialitate omnes redduntur informabiles per formā, ſicut patet in rationali, q́ eſt tota ſpiritualis ſecundum omnes ſui gradus identice, & per cōiūctionem, quam habent cum ſpiritualitate tamen ex ſe formaliter & intrinſece non ſunt ſpirituales ſed abſtrahunt à ſpiritualitate, & corporeitate.

Ad Confir. Reſp. materiam eſſe phyſice ſimplicem, at compoſitam metaphyſice ſiue à parte rei ſi gradus ſunt diſtincti à parte rei ſiue ratione ſi gradus ſolum ratione diſtinguuntur.

DVBITATIO DVODECIMA

Quomodo definienda eſt materia.

EXplicatis genere, & differentia materiæ remanet, vt eiuſdem definitiones ab Ariſt. traditas explicemus.

ART. I. Quot definitiones materiæ apud Ariſt. reperiuntur.

RESp. reperiri ſex Prima habetur 2. phyſ. 28. eſſe id, ex quo fit aliquid, cum inſit, quæ definitio videtur competere etiam materiæ ſecundæ, & elementis, vt alias, & etiam materiæ accidentium. 1

Prima definitio materiæ id, ex quo fit aliquid

Secunda eſt 1. de gen. 24. materia, quæ proprie, & maxime eſt materia, eſt ſubiectum generationis, & corruptionis ſuſceptibile: ex qua notandum eam eſſe ſuſceptiuam generationis, & corruptionis, quæ maxime, & proprie materia dicitur, & diſtinguitur à materia mutationis accidentalis quæ propriè materia non dicitur, vbi notat Ægid. ſicut principia illa reducuntur in formam, & priuationem ſubſtantiæ, ita ſubiectum mutationis accidentalis in materiam primam, quæ ſubiectum mutationis accidentalis.

Secunda definitio ſubiectum generationis & corruptionis.

Tertia habetur 12. met. 14. materia eſt quæ quodquid eſt, ſeu hoc aliquid eo ipſo, quod apparet, quæcunque enim tactu, & non cōnaturalitate, ſeu quoad ad hęrentia ſunt, materia, & ſubiectum ſunt, ideſt ſecundum Niph. & D. Thom. nam ſecundum ſimilitudinem eſt hoc aliquid, & alludit ad id, quod 1. phyſ. text. 3. dixerat materiam cognoſci per analogiam ſcilicet ad ſubiectum artefactorum, nam quæcunque tactu, & non connaturalia ſunt ideſt artificialia, quæ fiunt per contactum, 2

Tertia definitio quodquid eſt ſeu hoc aliquid.

Explicatio D. Thom.

&

& non per naturalem vnionem, materia & subiectum est scilicet hoc aliquid. Alens. vero affert quatuor expositiones. Prima, quod dicatur quod quid est, quod apparet, quia multi putabant materiam esse totam substantiam rei negantes formã substantialem, & id probabant ex artefactis, in quibus materia est tota substãtia, forma autem est accidens, & hæc artefacta vocant, quæ habent esse per contactum & non per connaturalitatem. Secunda materia dicitur apparere, quia est substantia, ratione cuius forma sentitur, & apparet, quia formæ, quę non sunt immersæ in materia non sunt sensibiles, sed tantum intelligibiles; vnde forma fit sensibilis quatenus est in materia. Tertia id dicitur, quia materia naturalis sentitur per materiam artefactorum, nam cognoscitur ex analogia ad illã. Quarta, quod materia dicatur esse hoc per formam, quæ apparet & intelligitur quasi dicat materia non est est hæc, nisi per formam, quæ apparet, quia communiter materiam intensionem, per quam possit intelligi, & esse, cum ex sua natura sit in potentia ad formam, quæ est intentio intellectiua, per quam habet esse materia, vnde materia est hæc per formam.

Quarta expositiones Alens.

Quarta habetur 8. met. 8. materia non est quod quid actu, sed potentia est quod quid, vbi nota definiri per ordinem ad formam, quã vocat quodquid, atq; adeo ordo ille est intrinsecus, cuius explicatio patebit ex explicatione sequentium definitionum, nam duæ celebres sunt.

Quarta definitio non quod quid actu, sed potentia.

Quinta habetur 7. met. 8. vbi definitur neq. esse quid, neque quantum, nec aliquid aliud quippiam &c. neque negationes eorũ, sed omnia in potentia.

Quinta definitio neque quid neque quantũ neque aliquid.

Sexta definitio habetur 1. phys. tex. 82. Est subiectum primum vniuscuiusque ex quo fit aliquid, cum insit, non secundum accidens, & in quod abibit vltimum.

Sexta definitio primum subiectum.

ART. II. *Qua ratione ab Arist. materia dicatur nec esse quid, neque quantum, nec aliquid aliud &c.*

3 NOt. primo hanc definitionem ab aliquibus putari non esse traditam ab Arist. ex mente ipsius, Sed Antiquorum, qui volebant solam materiam esse substantiam verum, eaque Aristotel. definitione vtitur ad euertendam ipsorum opinionem, sed vt bene Zim. Theor. 15. notat materiam cum his conditionibus nunquam notam fuisse vsque ad Platonis, & Aristotel. tempora imo neque Plato ipse distinxit inter materiam, & priuationem vt ex 1. phys. 29. colligitur, & Arist. 2. de gen. tex. 2. & infra omnes opiniones antiquorum, quæ narrantur, conueniunt vt ponant materiam esse substantiam actu, licet different, quod alij aquam &c. dicerent esse.

Materia secundum Antiquos er substantia terum.

A Secundo colligitur ex verbo illo (dico autem materiam, quæ secundum se &c. nam consimilis modus loquendi arguit ipsum loqui ex sua sententia, vt notãt Græci 1. prior. c. 1. terminum autem voco &c. & lib. 1. de inter pet. cum explicat Nomen, & Verbum. Confir. quia 10. met. 24. ait, materiam negatione cognosci & hoc confirmatur auctoritate D. Thom. Alex. Auer. & Alb.

Not. secũdo ens dupliciter sumi potest. Primo prout distinguitur contra nihil, & hoc modo materia est ens. Secundo pro ente, ꝙ diuiditur in decem prædicamenta & hoc modo materia non est ens, nam omnia inferiora entis ab ea negantur, quæ distinctio immerito non placet Zim. nam cum Arist. 1. phys. 79. contra
B Plat. dixit materiam per se esse ens intelligit de ente reali; priuationem vero esse non ens, scilicet reale, quare vult materiam per accidens esse nõ ens, nõ ꝙ essẽtiæ cõueniat esse ens reale, & nõ reale, quia bene dicit cum vnum cõuenit per se, alterum opositorum neque per se, neque per accidens potest conuenire, sed per se conuenit essentiæ esse ens, at esse non ens tantum conuenit, quia in ea est priuatio, tanquam in subiecto, ex quo etiam colligitur non magnã esse dissentionem inter Arist. & Plat. de re, licet verbis dissentiant vt Plotin. Enead. l. c. 13. est explicandus cum dicit hos dissentire.

Ens dupliciter sumitur.

Materia per accidens non ens.

C Tertio Not. hanc definitionem circumferri, vt dicatur materia non esse aliquid prædicamentorum, sed potentia omnia; sed in tex. nõ est potentia omnia, vt Mercen. dilucid. de hac re animaduertit; sed licet ea verba expræsse nõ habeantur colligi tamen possunt vt ibidẽ notat Alens. nam dicit Arist. materiam non esse aliquod ens prædicamẽtale, sed esse aliquid, de quo prædicatur quodlibet prædicamentorum idest in essentia sua non continet aliquod ex prædicamentis, sed tamen potest coniungi cũ quolibet prædicamento, idest recipere formã cuiuslibet prædicamenti, quod est esse in potẽtia omnia, & præterea illa particula colligitur ex 8. met. 3. & 2. de anima 2. & licet 10. met.
D 24. dicat materiam negatione cognosci, non tamen negat ad perfectam cognitionem poni aliqua prædicata affirmatiua, sicut vere est aliquod ens positiuum.

4 *Materia non est aliquid prædicamentum.*

Quarto Not. sensum illius definitionis esse materiam ex se, idest essentialiter non aliquid ens, quod sit actus, idest ex natura sua nullum actum includit, qa tunc nõ esset in potentia ad omnia; neque includit priuationem actuum, quia tunc, neque posset vniri cum aliquo actu, sed est substantia, cum hæc scilicet priuationes, & formæ accidunt, idest sunt extra quidditatẽ,
E & hoc est, materiam negatione cognosci, vt ait 10. met. 24. quod proprio conceptu concipi nequit.

Materia ex se neq: actus neq: priuationẽ actuũ includit.

Dices 1. 15. met. 14. videtur dici hoc aliqd & 1. phys. 66. magis, quam priuatio, & idem videtur Thom. digres. de materia & Auer. de substantia Orbis c. 1. Resp. id dici secundum apparẽtiã vt supra, vel qa est fundamẽtũ omniũ, q̃ per se sunt, hinc patet ad 1. phy. & Auer.

2 *Prima Obiectio*

Resp.

per hoc aliquid intellexit esse absolutum.

A Dices secundo materia de essentia sua non dicit formam; ergo dicit non esse coniunctam cum forma ergo priuationes formarum sunt de essentia materiæ.

Confir. *Resp.*

Confir. Zim. tab 1. materia sm se, qa sequitur inter contradictorie opposita dari medium. Resp. hoc valde excruciauit Them. ex Alex. contra quem Zim. materia secundum se &c. multa differit; nam illi volebant materiam secundum se dicere priuationem, non tamen negationem, quod certe ridiculum est, & hoc ipsum euertitur argumentatione. Deinde omnis negatio fundari debet in aliquo positiuo, vt colligitur ex 2 perih. c. 10. bonum per se bonum, & per accidens non est malum. Vnde 3. met. 3. magis scire dicitur, qui nouit in ipso esse quid sit, quam quid non sit.

Omnis negatio fundatur in aliquo positiuo

B Resp. Zim. ex Auicen. 5. met. c. duo possunt considerari in qualibet re primũ essentia, & ratione huius si fiat quæstio, an materia sit aliquid. Resp. affirmatiue esse ens, & substantiam, & negationes horum negabuntur ab illa. Secundo sunt aduentitia, quæ sunt extra intellectum eius. Et Resp. per negationem, vt si quæratur, an materia sit forma. Resp. non esse formam neque substantiam in actu &c. Et ita negatio per accidens prædicabitur de materia & hoc modo Peripatetici dicunt materiã de se esse maleficam, idest dicere negationem formarum, non tamen dicit de se priuationem.

C Alij Respondent duplicem esse inclusionem vnam secundum existentiã, & ita necessario includit aliquam ex formis, quia non potest esse sine aliqua forma, & priuatione alterius. Alteram secundum essentiam, & ita nec formam nec priuationem includit, sicut animal essentialiter nec includit rationalitatem nec irrationalitatem. Ego dico breuiter materiam in essentia includit negationem identitatis cũ omnibus formis, non tamen includit negationem coniunctionis cum actibus.

Resp ad Confir.

Ad Confir. nunquam dari medium inter illa contradictoria, nã semper altera illarum propositionum est vera D vt si dicas, an materia in essentia sua dicat cõiunctionem cum formis, an non? Resp. non dicere, & hæc est vera, falso tamen habere infertur; ergo in essentia sua dicit non esse cõiunctam cum formis, vt alibi ostendimus. Aliter Zim. philosophatur, putat enim quando cõtradictorijs propositionibus additur aliquid distrahens ab oppositione non esse amplius contradictoria, sicut inter esse & non esse nihil mediat; at inter esse Simpliciter, & non esse simpliciter mediat esse in potentia vt 1. phy. 77. dicitur quare inter esse formatum, & non formatum nihil mediat, ideo materia dicitur non esse formata, non tamen dicitur E esse non formata positiuè, vt bene dicit, sed quod addit non videtur satis diligenter cõsideratũ. Si inquit, addatur petitioni an per se vel quidditatiue sit formata, vel non.

7 Resp. vtramque esse falsam quidditatiue, quia non contradicunt, & simile iudicium fit, si addatur dictio reduplicans vt materia secundum quod materia, quia illa conditio spe- A cificans non est pars subiecti, sed ipse confundit propositionem negatam cum infinitate vt patet, quia certum est negatiuã esse veram, materia enim secundum se non est formata, seu non est coniuncta cum aliqua forma. Mercennarius respondet & videtur sumpsisse ex Zim. materiam secundum existentiam necessario includere alterum oppositorũ, quia priuatio, & forma in subiecto apto sunt contraria immediate, & hoc est, quod dixit Arist. sed hæc omnia ei insunt ex accidenti: si secundum essentiam neutrum includit, & contradictorijs cum adijcitur modus, non remanent contradictoria.

Contraria in tertio suscipiũtur.

B Quinto Not. ex. Mercen. loc. cit. methodũ, qua Arist. 1. phys. 51. & 12. met. 6. inuestigauit quomodo non sit quid &c. scilicet ex vsu materiæ, quod esset susceptiua contrariorũ vnũ autẽ contrariũ nõ suscipit alterũ: igitur vtrũq; in tertio suscipitur, nã si alterũ illorũ essentialiter includeret nunquam ea ratione, qua includit posset suscipere oppositum.

Sexto Not. hic definiri materiam in ordine ad accidentia, vt explicaretur totus ordo materiæ, & totam eius vim, non tamen est de essentia, nam licet ordo ad accidentia contineri poterat in ordine ad substantiam, tamen explicite ponere voluit. 8

Obiectio.

C Dices 12. met. 14. materia dicitur hoc aliquid & 1. phys. 66. magis, quam priuatio & idẽ Them. 1. phys. digres. de materia & Auer. c. 1. de substantia orbis.

Resp.

Resp. in 12. dicere hoc aliquid secundum apparentiam, nam imperiti materiam rerum putant partes integrantem, & aliquod sensibile, Ad 1. phys. loquitur comparatiue respectu priuationis & Them. accipit hoc aliquid large pro omni indiuiduo, siue perfecto, siue imperfecto.

ART. III. Qua ratione materia dicatur subiectum primum.

Definitio materia perfectissima.

D HÆc definitio omnium perfectissima est, 9 nam licet entia maxime perfecta vel minime negatiue cognoscantur, tamen cum eadem per ea, quę illis positiue conueniunt percipiuntur melius cognoscuntur; necessitas enim, quæ nos compellit ad cognoscendas res per negationem, vel quia res non habet actum, ratione cuius omne, quod cognoscitur dicitur cognosci 9. met. 20. Auer. 1. phys. 69. & fuse Zim. Theor. 36. explicans id 10. met. 24. materiam negatione cognosci, quia cum actus sint nobis notiores, ideo per negationem illorum cognosci possunt.

Quare cognoscitur per negationem.

E Altera causa est cum res caret accidentibus sensibilibus, vnde cogimur formare conceptũ rei per negationem, siue ea carentia ex perfectione siue imperfectione oriatur, pro cuius explicatione.

Notand. dici subiectum respectu agentis ratione formæ & transmutationis, qua conuenit cum substantijs accidentium, siue naturalium, siue artefactorum, & dis-

fere

fere à forma, quia hæc potius est in subiecto & differre à composito, quia hoc constat ex his 2. de anima tex. 2. 7. met. 7. 12. met. 14. *Cur dicatur primum.* Dicitur primum, vel ad differentiam mutationis accidentalis, vel ad differentiam materiæ secundæ, quia hæc licet sit subiectum ratione materiæ primæ, tamen connotat dispositiones, tum quia 2. phys. 28. iisdem verbis explicat *Cur dicatur vniuscuiusque* causam materialem absolutè. Dicitur vniuscuiusque formæ ad differentiam elementorum contra antiquos ex Ægid. Burl. Auer. ibidem Achil. 1. de elem. d. 3. & Philoponus addit excludi quantitatem. Vnde excluditur materia accidentalis mutationis, cum illud sit compositum ex forma, quare non omni formæ subijceretur, vel etiam potest intelligi ratione compositi, idest vt in composito sit illa pars, quæ est subiectum, quomodo explicatur definitio animæ, cum dicitur actus corporis; Vel tertio *Cur dicatur ex quo.* vniuscuiusque mutationis. Dicitur ex quo, vt significetur causalitas materiæ, quæ est vt concurrat, vt subiectum, & pars vnde fit aliquid idest compositum, quia scilicet forma fit ex illa, atque adeo etiam compositum, cuius forma, & materia sunt partes; & per hanc excluditur materia cœli, ex qua proprie non fit aliquid. Dubium tamen est, an per aliquid intelligatur compositum accidentale. Resp. negatiue, quia id potius dicitur quale aliquid 1. phys. 62. 1. de gen. 11. Dices secundo an possit intelligi forma. Resp. negatiue, tum quia aliquid dicitur, cui conuenit subsistere integrum, & vt suppositum; tum quia sunt formæ, quæ non fiunt ex subiecto; at hæc definitio comprehendit causalitatem respectu accidentium, at nullum est compositum, quod non dicatur fieri ex materia, & hoc etiam colligitur ex illo verbo, cum insit, quo etiam explicatur causalitas materiæ in facto esse, nam materia non solum in fieri, sed etiam cessante agente agentis causat compositum, qua causalitate præcipue differt à priuatione, ex Philopono, vel excluditur materia alterius tantum, & magis placet.

Cur dicatur nō secundum accidens. Dicitur & non secundum accidens, vt explicetur materiam per se requiri ad compositum, & non per accidens, quomodo multa, quæ coniuncta sunt cum materia, quæ remanent etiam in composito, vt placet Alex. Alijs placet excludi priuationē, quæ dicitur principium per accidens in facto esse ex D. Thom. Ægid. Simpl. & Vallesio.

II *Cur dicatur in quod abibit &c.* Dicitur in quod abibit &c. hoc oritur ex eo, quod est primum subiectum, nam id, quod in motu generationis est primum, dum corrumpitur res est vltimum, quæ causa fuit, vt Them, Philop. Simpl. Ægid. D. Thom. ibidem, & Achil. 1. de elementis d. 3. placuerit hāc particulam non necessario positam fuisse sed maioris explicationis gratia.

Circa quam definitionem Not. ex Philop. non esse veram definitionem, sed descriptionem, quia definita est materia in ordine ad generationem, seu ratione actus, quem habet posset tamen ex ea colligi definitio conueniens secundum propriam naturam, vt materia sit subiectum substantia simplicissima, idest carens omni compositione physica imperfecta, quæ per alterius susceptionem perficitur. *Vera definitio secundum naturā materiæ.*

QVÆSTIO QVARTA

De existentia materiæ.

DVBITATIO PRIMA

An recte distinguatur actus in entitatiuum, & formalem, & quid nomine actus entitatiui intelligatur.

ART. I. Explicantur termini.

PRIMO not. actū ab Arist. dici energhyam 9. met. 2. & 11. & endelechiam, vnde orta est diuisio illa actus in primum, idest formam, & dicitur Endelechia, & actum secundum, motum, & operationem, & dicitur energhya 2. de anima tex. 5. solet etiam alia diuisio actus assignari, vt alius sit, qui totus simul ponitur; & alius, qui successiue in infinitum, & hi respondent duplici potentiæ de qua diuisione 3. phys. Secūdo solet diuidi apud Thomistas, vt actus aliquando significet formam, idest perfectionem; aliquando effectum formæ, idest existentiam, vnde aliquid dicitur esse actu, cum existit, vt explicat Zab. lib. 2. de materia c. 5. quod tamen ab alijs non admittitur, cum neget omnem existentiam esse effectum formæ, sed potius esse ipsam entitatem rei, vt insta. Tertio diuidi solet actus in formalem, & entitatiuum, formalem appellant, qui constituit rem in certa specie. Entitatiuum vero, qui constituit quodlibet ens in esse actuali, vnde dicatur esse actu in rerum natura, & non esse in potentia; hinc distinguitur à formali, quod formalis præcipue respiciat essentiam, at entitatiuus existentiam, & hunc proprie reperiri in omni ente, illum autem non ita. Alij vero diuidunt actum in physicum, & metaphysicum; physicum appellant, qui est proprius rerum physicarum, quæ sunt composita ex materia, & forma, & hūc dicunt esse formam, quæ est entitas partialis respiciens materiam, & compartem ad constitutionem totius. Metaphysicum vero, qui conuenit etiam rebus metaphysicis, nam conuenit omni enti, vt sic; & hunc diuidunt in tria genera.

1 *Actus primus, & actus secundus.*

Actus alius formæ, alius existentiæ.

Actus alius formalis alius entitatiuus.

Actus alius physicus.

Alius metaph.

2 *Actus suppositalis.* Primum dicunt actum suppositalem, qui scilicet respondeat supposito, vt potentiæ, & est tota rei essentia abstracta à supposito; & illud constituens in concreto, vt humanitas respectu hominis, & Gabrielitas respectu Gabrielis; alterum actum essentialem, qui respondet generi, seu gradui communi tanquam potentiæ, & est differentia, siue vera, siue pportionalis, qua ratione modi entis dici possunt actus respectu entis, & ad hoc genus *Actus essentialis.*

 perti-

pertinent differentiæ indiuiduales. Tertium dicunt existentialem, seu secundum alios substantialem, qui licet respondeat essentiæ, etiam in specie vltima, idest indiuidualiter constitutæ, tanquam potentiæ, quam vocant obiectiuam, tamen est extra essentiã, & dicitur actus essentiæ, quia constituit illam in actu, & extra suas causas cum antea esset solum in potentia causarũ. Alij hunc vocãt actũ transcẽdentalẽ. Alij entitatiuũ Alij actũ transcendentẽ dicunt esse illum, qui conuenit cuicumque habenti conceptum realem entitatis; nam eo ipso, quod res est ens habet actum suæ essentiæ sibi debitum, qua ratione quælibet essentia est actus quidam; sed non est in nominibus immorandũ modo de re ipsa constet.

Potentia passiua respicit actus formales, actiua vero actum secunda.

3 Secundo Notandum, inter has potentias, & actus hic ordo ponitur, vt potentia passiua respiciat actus formales. Actiua vero actum secundum, seu operationem, vt bene D. Tho. de potentia q. 1. in corpore, vbi etiam notat nomen actus primo tributum fuisse operationi, tum formæ, quæ est principium operationis, Zab. vero lib. de materia cap. 2. putat formalem actum respondere potentiæ passiuæ, tum quia secundum Arist. nulla est forma, quæ non educatur ab agente ex potentia passiua, nam cum Arist. materiam posuerit æternam, & improductam, nunquam fuit in potentia ad existendum; quare sola forma produci potest ab agente. Tum quia secundum veritatem putat cum Thomistis, materiam non fuisse creatam, sed concreatam, quia non est aliquid per se determinatum in specie, sed inchoamentũ omnium specierum corporalium; sed an ex concreatione negari possit materiæ nõ respõdere actum existendi; qui dicitur entitatiuus; infra constabit. Ideo videndum, an præter has potentias detur potentia obiectiua, cui respõdeat actus entitatiuus.

Cur existentia dicitur actus, & entitatiuus.

Tertio Not. existentiam dici actum, quia constituit, & denominat rem in actu, & dici entitatiuum, quia non determinatus ad actuandum certum genus, & determinatum entis vt est forma physica ad actuandum solum materiam, sed ordinatur ad actuandum omne genus entis, vt ens significat essentiam, nam vt patet ex metaphysicis ens dupliciter accipi potest; primo nominaliter & dicitur de omni essentia; secundo participialiter, & significat ens existens, quia idem est hoc ens, ac existens; quare merito existentia dicitur actus entitatiuus.

Existentia non est actus physicus.

Alij tamen volunt existentiam habere rationem actus physici, sed immerito discedunt à communi vsu loquendi.

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 Prima opinio est dicentium non dari alium actum præter primum, & secundum quibus respondet duo genera potentiarum scilicet passiua actui primo, actiua vero actui secundo. Vnde concludunt actum entitatiuum non dari, quia neque est actus primus, cum nõ sit forma, neque actus secundus, cum nõ sit operatio. Probant quia omnis actus debet correspondere alicui potentiæ; sed non reperitur nisi duplex genus potentiarum, scilicet actiuæ, & passiuæ; ergo. Minor probatur ex Arist. nam etiam si 5. met. 17. ponat quattuor significata potentiæ, tamen omnes reducuntur ad actiuã, & passiuã actiuã vocat principiũ transmutandi aliud in quantum aliud, ad quam reducitur potentia qua facile, potest aliquid facere, cum potentiam faciendi imperfecte appellet impotentiam, licet vere hæc sit actiua; Passiuam vero definit esse principium trãsmutandi ab alio vt sic, vnde dicitur potentia receptiua formæ, quæ datur ab actiua, siue hæc forma sit vtilis, siue noxia, siue indifferens respectu subiecti. Et ad hanc reuocari potest potẽtia resistitiua, qua subiectum difficile, vel omnino redditur impossibile ab alio, vel saltem difficile patitur. Vnde fit, vt totidem modis dicatur aliquid possibile idest agere, vel pati quibus acceptionibus potentiæ correspondent totidem acceptiones impotentiæ, & impossibilis, vt explicauimus in prædicamento qualitatis, & dicemus fusius Deo dante, in met. Sed ex his duob. generibus potentiarum non possunt colligi, nisi duo genera actuum, quia omnis potentia dicitur in ordine ad actum, ita ex Thomistis. Sonc. 7. met. q. 17. 9. met. 2 Iauel. 8. met. q. 1. & 9. met. q. 1. Cap. 2. d. 13. q. 1. ad 5. Scoti Petrus Feltrus 7. met. q. 6. citatur Caiet. q. de potentia obiectiua, sed non inueni Bacc. 2. d. 12. q. vnica Zab. lib. 2. de materia c. 1. & 2. Suar. disp. 31. sect. 3. vbi negat potentiam obiectiuam esse aliquod reale distinctum à causa producente & præsuppositum à ratione eius ex parte rei possibilis eamque tribuit Scoto 2. d. 12. q. 1. Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui omnino negant hanc potentiam obiectiuam vt distinctam ab actiua, & passiua, quia in termino actionis nihil est antequam sit productus.

Actus entitatiuus non datur in opinione Thomistarum.

Alij vero dicunt dari quidem potentiã obiectiuam, quod est idem ac ens possibile, quod est obiectum potentiæ productiuæ, nam idem est, esse in potentia obiectiua, ac esse ens potẽtiale, sed negant illam potentiam, esse aliquid reale positiuum in ipsa re, quæ dicitur esse in potentia ita Suar. loc. cit. Vnde D. Thom. 1. p. q. 9. ar. 2. ait creaturas fuisse possibiles non per aliquam potentiam creatam, cũ nullum creatum sit æternum, sed per solam potentiam diuinam in quantam Deus poterat eas in esse producere.

5 Secunda opinio est dicentium sicut præter potentiam actiuam, & passiuam datur potentia obiectiua, à qua res antequam existant dicuntur intrinsece possibiles, quæ consistit in essentia rei, cui non repugnat fieri per aliquam potentiam, siue actiuam, siue passiuam, siue productiuam, vt inquiunt; ita præter actum formalem & secundum idest operationem, datur actus entitatiuus correspondens potẽtiæ obiectiuæ, nam sicut potentia obiectiua dicitur, ex eo, quod res denominat, vt sunt obiectum potentiæ productiuæ, siue quia quidditates ante-

, tequam sint actu, denominat esse obiectum existens in mente Dei, ita actus entitatiuus dicitur ex eo, quod entitas, quæ actu prius non erat, actu existit, vnde sicut datur potentia ad esse specificum prædicamentale, & ad operationem, ita ad existendum.

6 Neque dicatur obiectiuam, non distingui à potentia passiua, & actiua, quia obiectiua denominat intrinsecè effectum, tam corporalem, quam spiritualē; at actiua intrinsecè denominat agēs, & passiua passum; & præterea est tantum respectu eorum, quæ possunt informare materiam. Secundo, potentia actiua, & passiua denominat subiectum etiam existens, quia fundatur in aliqua entitate existente; at obiectiua rem denominat, non dum existentem, denominatio tamen, quæ sumitur à potentia actiua est extrinseca, sicut, quæ sumitur à scientia respectu in obiecto. Tertio, id, quod est in potentia subiectiua debet esse pars respectu compositi, quod efficit cum eo, ad quem est in potentia, & distinguitur ab eo, ad quod est in potentia; at esse in potentia obiectiua conuenire potest toti enti, & est idem secūdum rem, & diuersum secundū modum essendi. Vnde mundus antequam productus fuisset erat in potentia obiectiua, sed nō in potentia subiectiua. Quarto, potentia subiectiua distinguitur ab vtroque termino mutationis; at potentia obiectiua se tenet ex parte termini, à quo, cum in omni actione supponatur effectum non esse, sed esse possibilem, ex hoc sequitur, quod id, quod est potētia actiua, vel passiua, non transit in actum oppositum essentialiter; sed quod est potentia obiectiua trāsit essentialiter in illum actum, ad quem dicitur in potentia.

Potia obiectiua denominat intrinsecè effectum corporalem, & spiritualem.

7 Ex his patet quomodo actus entitatiuus distinguitur ab actu formali; nam actus entitatiuus conuenit etiam rebus, quæ non sunt aliorum formæ; nam quidquid actu est, siue productum per actionem naturalem, siue per creationem, vt est terminus ad quem, actionis dicitur habere entitatiuum actum, siue sit improductum, vt Deus dicitur esse ens actu entitatiuo; quare actus entitatiuus respicit agens, quatenus terminat eius actionem; hanc potentiam ita explicatā recipiunt, Scot. 2.d.12.q.2.ad argum. Henr. Gab. ibidem q.1. concl.2. & idem Scot. 2.d.16.q.1.§.rationes istę, Pend.7.met.q.3. Ant. Andr.q.6. Alens.in tex.8. Henr. quodl.1. q.9. Can.1.phys.q.9. Tol.q.13 Perer.5.phys.cap.13. Franc. Murcia disp.3.q.3.ex Them.tex.61.

Entitatiuus actus distinguitur a formali.

Hi tamen inter se diuisi sunt in explicanda ratione actus entitatiui; nam quidam cum Murcia volunt, actum entitatiuum non dici de omni entitate, siue sit entitas essentiæ, siue existentiæ, ex eo, quod Arist. dicat, omnem distinctionem fundari in actu, atque adeo omne quod distinguitur ab alio habere aliquam rationem actus: vnde cum quęlibet essentia distinguatur ab alia, habebit rationem actus.

Sensus aliquorum de hac opinione.

Confirm. quia Metaphysici asserunt omnem entitatem dicere aliquam actualitatē, ita Murcia loc. cit.

8 At vero Alij, negant quidquid habet rationem aliquam entis, habere rationem actus entitatiui; sed tantum aiunt, id conuenire existentiæ, quæ dicitur actus respectu essentię, sicut hæc esse in potentia obiectiua ad existentiam. Fundamentum, quia omnis actus respicere debet aliquam potentiam, at actus essentię nō potest respicere aliquam potentiam, tum quia enti essentiæ non opponitur, nisi negatio essentię. Tum quia rebus prius conuenit esse in potentia, quam in actu; at rebus nihil potest conuenire prius, quam prædicata essentialia, nam idcirco dicunt ea, quæ per se primo conueniunt rebus, ita mihi videtur sentire Arim. 2.d.12. q.1.ar.1.vbi distinguit actum formalem, & actū entis, & hunc appellant id, per quod quodlibet ens est à parte rei extra suas causas, vt de re possit per propositionem de præsenti, & in esse, verificari, esse absolutè, dicēdo, hoc est: contra vero ens potentiæ dicitur, de quo non verificatur esse hoc modo, sed per propositionem de possibili, dicendo, hoc potest esse. Sequitur Tol. 1.phys. q.13. vbi posita distinctione actus primi, qui cōsistit in esse rei, vt esse hominem, esse albū ab actu secundo, qui consistit in operatione iuxta dicta 2.de anima tex.1. tradit non debere distingui actum essentiæ, & existentię, quia essentia nō dicitur actu ens, nisi in ordine ad existentiam.

Alius sensus.

Verum Alij distinguūt actum in Physicum, qui est forma constituens cum materia totum; & Metaphysicum, quem diuidunt in primum, & vltimum; & primum dicunt esse essentiam rei, quia suppositum primo, & essentialiter per eam habet esse, & hæc dicitur actus respectu suppositi habentis illam, vnde hoc se habet vt, potentia receptiua essentia. Actum vltimum dicunt esse existentiam, per quam ipsa essentia fit actu in rerum natura; vnde in compositione Metaphysica essentia se habet vt potentia, & existentia, vt actus.

Sensus aliorum actus alius physicus, alius metaphysicus.

9 Sed Alij dicunt, essentiam non habere rationem actus physici, quia scilicet est actu, & non in potentia, essentia enim non potest esse in potentia ad seipsam; quare omne ens dicitur esse actu, quia eo ipso, quod est ens, est actu ens, tale quale est, sicut dicitur bonus latro, qui in latrocinando est diligens, & cautus. Sed negant habere rationem actus propriè dicti, quia hic propriè tantum dicitur de forma, & de existentia, qua essentia dicitur esse actu: ex quo soluunt facilè quæstionem illam de essentijs rerū ab æterno, an sint actu entia realia; sunt enim entia realia propriè, sed non actu propriè, sed abusiuè, quia actualitas, qua essentia dicitur actu ens, non propriè, sed impropriè dicitur.

Sensus aliorum

Alij dicunt, omnem essentiam realem existētem esse actum entitatiuum, nec distingui, vnde illi conueniat esse actum, an scilicet ratione essentiæ, an existentiæ, & hanc videntur sequi multi ex Scotis. vt patet apud Fabr. theor.22.

Sensus aliorum

ART.

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

Datur potentia obiectiua.

10 PRima Conclusio. Præter potentiam actiuam,& passiuam dari debet potentia obiectiua. Probant primo, Scotistæ ex 3.phys 6: & 1.de anima 6. vbi dicitur in vnoquoque genere,hoc quidem actu,illud vero potentia ; & 8 met.15.cum dicit partes differentiales efficere vnum,quia hoc quidem actu,illud vero potentia,nam his locis non loquitur Aris. de potentia obiectiua, & actu entitatiuo, sed de potentia passiua,& actu formali,vt etiam puto intelligendum 12 met. tex.8. duplex esse ens, & omnia mutari ex potentia ente, in actu ens ; vt ex potentia albo in actu album. Melius fauet tex.26. nam ait,idem quandoque actu, quandoque potentia est,vt vinum,caro,&c. & licet explicet actum esse formam; & potentiam esse materiam,quod ambo fieri potest,tamen dicit, idem nunc esse actu,nunc potentia;fauet etiam tex.1. 9. metaph. cum diuidit ens in actum,& potentiam, quæ dicit latius vagari, quam illa, quæ secundum motum solum dicuntur; quare nomine potentiæ, & actus non potest intelligere materiam,& formam.

1.r Confirm.quia ait in Geometria esse possibilia,eo quod quodammodo sint,& quodammodo non sint,& clarius 3.metaph.19.ponitur potentia obiectiua: Possibile, inquit, est esse etiam,quod non dum est. & idem 9. metaph. tex.11. vbi ait,possibile non tantum id dici, quod natum est aliud mouere,vel ab alio moueri,sed etiam aliter,quod vt explicet,ait, est autē actus rem existere, non ita quidem quemadmodum dicimus potestate,vt in ligno Mercurium,& in tota dimidiam, eo quod auferri possit, quem concludit rem antequam sit dici possibilem, quando autem est dici,esse actu,& hac diuisione ait,diuidi entia in actu, & potentia. ex quo patet malè Zab.dixisse non reperiri apud Aris. nisi potentiam actiuam,& passiuam.

Confirm.ex locis in quibus Arist.diuidit ens in necessarium,& possibile,nam sicut ens necessarium dicitur à perfectione intrinseca, ita possibile ab aliquo sibi intrinseco,siue sit positiuū, siue negatio repugnantiæ;nam negatio contradictoriorum est intrinseca rei possibili.

Confirm 2. Zabar. ex 5.metaph. tex.17.vbi fatetur probari hanc potentiam, sed negat esse realem,sed solum rationis, addens hanc denominationem effectus magis sumi à potentia subiectiua,quam actiua,quia materia,quæ est potentia subiectiua, cum sit futura pars effectus intrinsece denominat effectum possibilem, qa per illam potentiam potest esse;at vero non sic actiua,cum sit extrinseca, sed fallitur, vt patet ex dictis.quia possibile magis latè patet, quam compositum ex materia,& forma.

Pōtia obiectiua est intrinseca termino actionis.

11 Probant secundo Scotistæ ex dictis in secunda opinione,quia potentia obiectiua est intrinseca termino actionis,quem denominat,at passiua est illi extrinseca;nam antequam producatur terminus formalis,qui denominatur intrinsecè possibilis per potentiam obiectiuam, quia ex natura sua est possibilis.

Circa possibile, non vero impossibile datur potentia obiectiua.

Confirm. nam possibilitas termini, quæ sumitur ex potentia obiectiua, antecedit potentiam actiuam,& passiuam: Tum quia ideo potentia actiua datur circa Equum, & non circa Hircoceruum, quia Equus est possibilis, Hircoceruus autem improducibilis, alioqui non esset ratio cur detur potentia actiua circa vnū, & non circa aliud,vt benè notat D.Thom.q.1. de potentia. Tum quia terminus producibilis est obiectum potentiæ,atque adeo specificat potentiam, specificatiuum autem est prius specificato.

Simile contra Conclus.

Dices, obiectum dicitur cognitum à cognitione,& scibile à scientia, 5.metaph.tex.20. ergo similiter producibile à potentia productiua.

Confirm.

Confirm. quia terminus recipit existentiam à potentia actiua per actionem,atque adeo causatur a potētia actiua, effectus autem est posterior sua causa.

Occluditur aliquod effugium.

Neq; dicas esse posteriorem quoad existentiam,non autem quoad essentiam, & producibilitatem, seu non repugnantiam ad existendū, nam sicut effectus secundum actualem existentiam est posterior,& causa,& actione; ita secundum producibilitatem est posterior potentia productiua. Tum quia producibile nihil aliud est nisi id,quod potest recipere existentiam ex vi causæ ; ergo etiam secundum producibilitatem est posterior sua causa productiua. Tum quia, vt se habet effectus actualis ad actualem productionem,ita effectus possibilis ad possibilem actionem, atque adeo ad potentiam actiuam.

Simile Improbatur. Triplex denominatio in obiecto.

Respondeo in obiecto triplicem denominationem posse distingui. Primo, actualem sumptam à cognitione,& hanc constat esse extrinsecam. Alteram habitualem sumptam à scientia habituali, & hanc patet etiam esse extrinsecam, & de his loquitur Aris.5.metaph.quia loquitur de obiecto,vt terminat relationem cognitionis habitualis,vel actualis,in qua denominatione extrinseca fundatur relatio rationis, q̄ habet obiectum ad cognitionem. Tertio,esse ipsam intelligibilitatem,quæ fundatur tāquam passio in entitate rei ; & hæc antecedit tāquam causa cognitionem actualem,& habitualem,& ipsam potentiam cognoscitiuam tanquam eius specificatiuum in genere,vt multi volunt causę finalis,quæ dicitur causa causarum, atque adeo prior omni alia. 12

Soluitur confirmatio.

Vnde patet ad confirmationem, nam ibi solum probatur effectum in genere causę efficientis,vel materialis esse posteriorem potentia productiua ; at contra accidit in genere causæ finalis. Deinde etiam si esset posterior,non tamen inde sequeretur non dari potentiam obiectiuam distinctam ab actiua, & passiua ; nam sicut effectus licet sit posterior sua causa,tamē habet suam existentiam sibi intrinsecam distinctam ab existentia causæ, ita perfectio,per quā effectus est capax existentiæ ex vi causæ, quæ dicitur producibilitas,licet sit posterior, & dependens ab actiuitate causæ, tamen est intrin-

seca

seca effectui, & distincta ab actiuitate causæ. Ex quibus patet falsò à Thomistis negari potentiã obiectiuam fuisse cognitam ab Arist. quia licet illam nõ expresserit, hoc nomine potentiæ obiectiuæ, tamen rem ipsam agnouit dum posuit res possibiles, & potentiam distinctam contra actum; quare optimè Scot. ad euitandam æquiuocationem nomina propria illi imposuit vocando potentiam obiectiuam, distinguendo illam à passiua, & actiua, & actum entitatiuum, vt distingueret à formali, & operatione.

A

13 Sed contra hanc conclusionem, primo obijciunt Thomistæ, sicut omne compositum non continet nisi materiam, & formam, ita quando est in potentia, vel solum est tale ratione solius formæ, & potentia obiectiua non distinguetur à forma, atque adeo à potentia actiua. Vel ratione solius materiæ, & non distinguetur à potentia passiua, quæ est de essentia materiæ. Vel ratione totius compositi, & ita non distinguetur, nec à potentia actiua, nec passiua.

1. Obiectio Thomistarum.

Confirm. formam esse producibilem, nihil est aliud, quam vel esse educibilem de potentia materiæ, atque adeo eius educibilitas non distinguetur à potentia passiua materiæ, & eductiua agentis, vel esse creabilem à potentia creatiua, sed ad hãc denominationem sufficit vna forma, scilicet potentia creatiua, quæ sicut denominat intrinsecè Deũ, ita denominat extrinsecè creaturam.

Confirm.

Resp. 1. ex dictis patere potentiam obiectiuã magis latè patere, quam effectus corporales, & compositum ex materia, & forma; nam Angeli antequam essent creati, erant in potentia obiectiua, quia erant creabiles, ex quo fit vt potentia obiectiua in qua res spirituales conueniunt cum corporeis, non possit conuenire rebus corporeis, præcisa ratione potentiæ passiuæ, vel ratione formæ, sed ratione alicuius gradus communis rebus corporibus, & spiritualibus.

1. Resp.

14 Resp. 2. etiam si forma, & materia possint esse in potentia obiectiua materialiter sumpta, non tamen formaliter, quia huiusmodi potentiæ sumuntur in ordine ad diuersa, nam materia est in potentia obiectiua, in ordine ad existentiam, sed est in potẽtia passiua in ordine ad formam, & similiter forma est in potentia obiectiua in ordine ad existentiam, & actiua in ordine ad operationem, & in potẽtia formali, in ordine ad effectum formalem.

2. Resp.

Ad confirm. Resp. producibilitatem esse aliquid commune ad educibilitatem, & creabilitatem, sed sicut educibilitas, cũ sit intrinseca formæ distinguitur à potentia materiæ, & à potentia eductiua efficientis, ita & creabilitas distinguitur à potentia creatiua, quæ licet denominet intrinsecè Deum, non potest tamen denominare extrinsecè terminum creabilem, nisi terminus ex natura sua habeat perfectionem, per quam possit terminare creationẽ, siue illa perfectio sit negatiua, siue positiua.

Resp. ad confirmationem.

15 Secundo obijcit Suar. potẽtia obiectiua, quæ ponitur in re, vel est perfectio aliqua producta, vel improducta; si primum, vel est ab æterno, & necessario conueniens rei, & sine errore dici non potest; vel liberè, & in tempore, & ita antequã hæc potentia produceretur erat in potentia, atque adeo tota res erat in potẽtia obiectiua, sine tali potentia, quæ ponitur producta in re. Vel dicitur secundum, & tunc non distingueretur à Deo, quia per hanc perfectionem maximè Deus constituitur, quod sit ens improductum.

2. Obiectio.

Confirm. quia dum res producitur, vel hæc potentia destruitur, & non apparet quomodo perfectio positiua rei conueniens destruatur per eius productionem; vel non destruitur, sed manet, & tunc sequitur rem post productionem adhuc, esse in potentia obiectiua, & illam potẽtiam esse adhuc subiectiuam, atque adeo rem creatam non fieri ex nihilo, sed ex potentia subiectiua.

1. Confirm.

B

Confirm. 2. nam in essentia possibili priusq̃ fiat, nihil illius, quod sit positiuum, & actuale esse; ergo in illa non potest esse potentia realis positiua, quia hæc est ens reale fundatum in aliqua realitate, & entitate.

2. Confirm.

Confirm. 3. quia cum dicitur res esse in potentia obiectiua non significatur aliud, quam rem posse esse obiectum alicuius potentiæ, seu causalitatis potentiæ, sed non potest obijci sibi ipsi, sicut non põt fieri à se ipso, sed debet obijci alterius potentiæ; ergo potentia, à qua denominatur obiectum possibile, non est aliquid in ipso obiecto, sed aliquid illi extrinsecum, alioqui esset in potentia ad se ipsum.

3. Confirm.

C

Confir. 4. cum res creatur, desinit esse in potentia, non quia desinat esse subiecta potentiæ diuinæ, & contineri in illa; sed quia prius erat tantum in illa, nunc vero est in se, & ex illa, & per illam.

4. Confirm.

Confirm. 5. quia si res possibilis diceretur à potentia aliqua reali positiua sibi intrinseca, nõ posset distingui à se ipsa existente, nisi per existentiam additam suæ essentiæ; at hoc esse falsum, patet. Tum quia ipsa existentia potest accipi, & vt possibilis, & in actu, vbi apparet non distingui à se ipsa, tanquam ens & ens; sed tanq̃ ens, & non ens. Tum quia essentia existẽs non solum habet actualitatem existentiæ, sed etiam actualitatem essentiæ, quam actualitatem non habet essentia in statu possibilitatis; ergo distinguitur essentia existens à possibili immediatè, non per actualitatem existentiæ, sed per propriam actualitatem.

5. Confirm.

D

16 Resp. hæc argumenta postulare explicationẽ naturæ huius potentiæ obiectiuæ, quid illa sit an .s. sit perfectio aliqua positiua in re possibilis, an vero negatio repugnantiæ ad existendum, quod determinare non pertinet ad Physicum, sed ad Metaphysicum; Nos autem hic solum asserimus dari aliquam potentiam obiectiuam, à qua res dicitur possibilis, eamq; esse intrinsecam rei, siue sit perfectio realis positiua, siue negatiua; quare negamus hanc denominationem, quæ conuenit rei possibili esse extrinsecam, à potentia actiua, vel passiua sumptam, cum negatio illa repugnantiæ sit intrinseca rei, & multo magis erit intrinseca, si ponatur perfectio

Quam nam explicationem hæc argumenta postulant.

E

po-

positiua,quæ non satis solidè expugnatur argumentis propositis. Vnde.

Respon. Resp. ad argumentū illam perfectionem non esse productam,quia non existit,productio aūt terminatur ad rem existentem,sed esse improductam, non tamen inde sequitur esse Deum, quia Deus est substantia improducta,atq; adeo improducibilis; cum enim sit existens, & non ex vi productionis necessario vēdicabit sibi existentiam ex vi suæ essentiæ, atq; adeo est essentialiter existens;at vero illa perfectio est improducta,sed producibilis, atq; adeo habet rationem entis creati, nō quidem p actualem actionem,cum non existat,sed per possibilem actionem,vt alibi fusius ostendemus.

17 *Resp ad primã confirmationẽ.* Ad primam confirmationem Resp. idem argumentum fieri posse de omni potentia,an destruatur adueniente suo actu proportionato; Quare Resp. potentiam posse accipi dupliciter: Primo,pro virtute,& perfectione reali,quę est proportionata actui, abstrahendo à coniunctione,vel à connexione cum negatione actus. Secūdo, vt dicit adiunctam negationem actus, & hanc destrui adueniente actu ratione negationis, non autem illam, quæ potius perficitur adueniente actu. Neque tamen hinc fit rem existentem esse in potentia obiectiua; quia ly (esse in potentia) dicit negationem actus, & multo minus sequitur esse potentiam subiectiuam substentatiuam actionis sui productiuæ; atque adeo tolli creationem ex nihilo;nam non est existens ante productionem,sed post productionem; neque omnes potentia existens est in potentia subiectiua, nisi quæ est in ordine ad formam; nam quæ ordinatur ad operationem,vt sic non dicitur subiectiua potentia, sed actiua.

Ad secundam. Ad secundam, vt facilè asseritur in re possibili nullam esse perfectionem positiuam,ita negatur;an autem sit actualiter in essentia pendet ex explicatione ly(actualiter) nam si accipiatur existētialiter falsum est in re possibili esse perfectionē actualem;si autem accipiatur per conuenientiam, tunc conceditur, vt alibi explicatum est.

ad Tertiam. Ad tertiam Resp. concedi illud esse obiectū alicuius potentiæ,sed hoc nō significatur,dum dicitur rem esse in potētia obiectiua, sed quod res,quæ potest esse obiectum alicuius potentiæ est in potentia ad actum entitatiuum,quare nō est in potentia ad se ipsum, quia potentia non dicitur in ordine ad potentiam, sed in ordine ad actum;vnde negatur illam potētiam,& possibilitatem esse aliquid illi extrinsecum.

Ad quartam. Ad quartam, patet ex dictis quomodo desinat esse.

18 *Ad quintam.* Ad quintam confirmationem Resp. multa ibi dici, quæ non satis explicantur ab auctoribus contrariæ sententiæ; quæ cum pendeant à principijs metaphysicis sunt à Nobis eo loco explicanda: illud tantum hic adnotabo ex eo argumento maximè destrui opinionem Aduersariorum; nam in re existente non solum est ipsa existentia, sed est perfectio essentialis realis positiua distincta ab eisētia,re, vel ratione,quæ

A perfectio eadem est cum perfectione, quæ erat possibilis, & solum mutat statum à possibilitate ad existentiam: Vnde falso dicitur distingui tanquam ens,& non ens,si per ly (non ens) intelligatur ens essentiale, verè tamen si intelligatur ens existentiale,vnde patet essentiam possibilem non distingui ab essentia existente, nisi p existentiam tanquam per causam formalem,an autem inde proueniat in essentia aliqua actualitas, tanquam effectum formalem existentiæ dicetur in Metaphysica.

Secunda Conclusio. Præter operationem, quæ dicitur actus secūdus,& actum formalem, dari debet actus entitatiuus. 19 *Datur actus entitatiuus.*

B Probat primo, Murcia ex Aris.7.metaphys. tex.49.vbi ait,omnē distinctionem esse ab actu; sed non solum formæ inter se,& ab alijs distinguuntur, sed alia entia; ergo in omnibus entibus, quæ etiam si non sint formæ, debet poni actus. *Omnis entitas est aliqua actualitas.*

Confirm. quia est axioma metaphysicum, q omnis entitas est aliqua actualitas; vnde quando Aris.diuidit ens in actum,& potentiam, nō sumit potentiam,vt distinguitur contra actum entitatiuum,sed cōtra actum formalem, quod ens aliud sit actus formalis, aliud potentia subiectiua, idest materia, ex quibus fit compositum.

C Resp.Aliqui Aris.loc.cit. non loqui de qualibet distinctione, sed solū de distinctione specifica, quæ consequitur formam; nam vnumquodque diuiditur ab alio per suum actum, & formam;sed non placet,quia Aris.ibi vult probare vniuersalia non esse substantias separatas, & ingredi compositionem substantię, quia ex duobus entibus in actu non fit vnum, sed duo, quia actus separat,idest distinguit,quare compositio vnius debet esse ex ijs, quæ sunt in potentia duo; quare aliunde debet hęc probatio reijci,scilicet ex eo,quod ibi Aris. nomine act° non intelligat entitatiuum, qui conuenit omni enti,quia fatetur dari ens in potentia;sed intelligit actum metaphysicum constitutiuum cuiusque rei in sua ratione, quem habere debet

D omne ens, quod ab alio existit separatum; vnde vniuersaliter axioma metaphysicum accipi debet de actualitate metaphysica,qa omne ens habet huiusmodi actualitatem, idest differentiam, siue veram,siue proportionalem. *Quomodo Aduersarij explicant Aris.* *Improbatur explicatio.*

Secundo probatur,ex triplici ratione potentiæ, nam cum omnis potentia respiciat suum actum proportionatum sui specificatiuum, & in rerum natura sit triplex genus potentiæ, vt probauimus;ergo est triplex genus actus.Vnū, quod respondet potentiæ actiuæ, & dicitur operatio,seu actus secundus: Alterum correspondens potentiæ passiuæ,seu subiectiuæ, &. dicitur actus formalis; ergo debet dari aliud 20 *Actus entitatiuus debet correspondere potentiæ obiectiuæ.*

E correspondens potentiæ obiectiuæ, quod Nos vocamus actum entitatiuum; nam ab hac potentia non potest respici, nec actus secundus, nec actus formalis, quia hi actus supponunt in suis potentijs existentiam, at actus entitatiuus non supponit existentiam in sua potentia,ergo hic actus distinguitur ab alijs generibus actuū.

Con-

Confirm. nam quælibet res etiam si sit composita ex materia, & forma anteq̃ existat non dicitur esse in actu, sed esse in potentia; at post productionem, & existentiam dr̃ esse in actu; ergo habet aliquem actum, quem prius non habebat; cum nõ possit intelligi aliquid esse in actu sine aliquo actu, sed hic actus non est secundus, vt patet. quia nulla intelligitur in illa operatio producens ab ipsa.

21 Neque est actus formalis, quia dum intelligitur compositum in esse possibili, in eo intelligitur actus formalis; ergo est aliud genus actus, quod dicitur entitatiuum.

Potentia excluditur per aduenientem actum.

Confirm.2.Murcia, nam à re, post sui productionem, excluditur potentia obiectiua, cum non sit amplius in potentia, sed potentia non excluditur, nisi per aduenientem actum; ergo quod aduenit per productionem, est actus, qui dicitur entitatiuus, sed quam vim habeat hæc Confirmatio patet ex dictis, quia potentia obiectiua non corrumpitur post productionem, nisi ratione negationis existentiæ, quam habet annexam, nõ tamen ratione entitatis realis, seu non repugnantiæ, quæ manet, dum existit res.

Prima obiectio Thomistarum.

Sed contra hanc Conclusionem insurgunt Thomistæ. Primo, quia Arist. nunquam meminit actus entitatiui, sed solum actus formalis vel actus secundi, qui est operatio.

Confirm.

Confirm. quia vel conuenit hæc denominatio ipsi existentiæ, vel ipsi essentiæ; non primũ, quia existentia non dat speciem rei, sed supponit illam, at actus determinat potentiam, & cõstituit species.

Occluditur aliquod effugium.

Neque dicas, actum secundum supponere essentiam non illam constituere, nam existentia non est actus secundus, quia non est operatio, sed antecedit operationem, vnde potius habet rationem actus primi, sed actus primus non est nisi forma dans esse rei, vt docet Henr. quodl. 7. q.15. vel conuenit hæc denominatio ipsi essentię, & neque, quia omnis actus dicitur respectu alicuius potentiæ; at essentia non potest dici habere rationem actus respectu alicuius potentiæ, quia potentia præcedit actum, at nihil potest præcedere ipsam essentiam.

Resp.

22 Resp. ex dictis patere quomodo Aristo. meminerit actus entitatiui, licet enim illius non fecerit mentionem explicite, & in actu signato sub hoc nomine, scilicet actus entitatiui, tamen rem ipsam satis explicuit, vt diximus, cui nomen à Scoto impositum fuit, vt distinguere illum actum ab alijs actibus.

Resp. ad confir.

Ad Confirmationem Respondeo, eo argumento peti, vt explicetur quid sit hic actus entitatiuus, & quibus rebus conueniat. vnde sit.

Essentia potest habere rationē actus respectu suppositi.

Tertia Conclusio. Essentia potest habere rationem actus respectu suppositi, non tamen vt sic dicitur actus entitatiuus. Prima pars patet ex dictis, quia tota esseotia, vt abstracta à supposito, concipitur vt forma dans esse supposito, homo enim dicitur constitui humanitate, tanquam forma totius, vnde suppositum respectu illius dicitur habere rationem potẽtiæ subiectiuæ, non tamen propriè, sed impropriè.

Essentia, vt sic non dicitur actus entitatiuus.

Secũda pars patet, quia actus entitatiuus respicit potentiam obiectiuam, cuiusmodi nõ est suppositum respectu essentię, nam potẽtia obiectiua est ipsamet res, vt potẽs existere, suppositum autem distinguitur ab essentia.

1. Obiectio.

23 Dices, eadem res, vt est potentia obiectiua distinguitur à se ipsa, vt est in actu per varios modos essendi, vt diximus; at eodem modo distinguitur concretum, & abstractum, quia similiter habent varios modos essendi.

Resp.

Resp. etiam si vtrobique sit distinctio per varios modos essendi, tamen non omnes modi essendi sunt eiusdem rationis; vnde per alios modos essendi distinguitur res possibilis à re existente; ac res in concreto, & in abstracto; quia res in abstracto nõ includit suppositum, vt includit res in concreto; sicut res possibilis non includit existentiam, quam includit res existẽs.

2. Obiectio.

Dices secũdo, qua ratione essentia abstractè sumpta, habeat rationem actus.

Resp.

Resp. habere rationem actus metaphysici, q habet proportionem cum actu physico, quod sicut actus physicus constituit compositum informans materiam, ita essentia constituit suppositum resultans ex essentia, & subsistẽtia, quam proportionem etiam habet differentia, quæ ẽt dicitur actus metaphysicus, nam sicut actus physicus determinat potẽtiam materiæ ad certam speciem, quæ resultat ex informatione, ita differentia determinat genus, & constituit speciem, quæ ex illorum vnione resultat.

Actus entitatiuus dicitur de existentia.

24 Quarta Conclusio. Optima ratione actus entitatiuus dicitur de existẽntia; nam quod dicatur actus, patet; res enim existens dicitur esse actu ex existentia, & non dicitur esse actu, dum caret existẽtia; quod autem dicatur entitatiuus patet, quia existentia conuenit enti, vt ens est, vnde dicitur actus cuiuslibet essentiæ, quæ significatur nomine entis, vt dictum est.

Et Confirm. quia cum cuilibet actui debeat correspondere potẽtia, huic actui, qui dicitur existentia respondet essentia, quæ habet rationem potentię respectu illius, non quidem passiua, quia hæc non conuenit nisi rei existenti, cũ sit substentatiua actionis agentis; sed obiectiua, quia in creatis præsupponitur vt possibilis respectu agentis.

Essentia præcisa existẽtia non est actus entitatiuus.

Quinta Conclusio. Essentia præcisa existẽtia, non rectè dicitur actus entitatiuus, quod actui debeat respondere aliqua potentia, at actui essentiæ, nulla potentia respondet, non quidem obiectiua, quia hæc est illa perfectio, per quam res potest fieri ab agente, sed perfectio hæc est ipsa essentia rei; ergo ipsa potius habet rationem potentiæ, quam actus. Antecedens probatur inductione, quia actui formali respondet potentia passiua, vt operatio respondet actitæ; actui entitatiuo existentiæ respondet possibilitas rei, quæ est ipsa rei essentia; at non apparet, quæ potentia respondeat huic actui, vt entitatiuo.

Effugium.

25 Responderi tamen posset, quod sicut actui puro nulla potentia respondet, ita neque actui essentiali.

Occluditur.

Sed solui potest esse diuersam rationem, quia idcirco dicitur actus purus, quia omni caret potentia, siue sit potẽtia passiua, quæ dici-

dicitur cum qua, vel ex qua, vel in qua: siue sit potentia obiectiua; at vero actus essentialis in re creata necessario respicere debet potentiam, quia non est purus, & cum debeat dici actus entitatiuus non potest respicere nisi potentiam obiectiuam.

Confirm quia alioqui si omnis entitas haberet rationem actus, sequeretur non recte diuidi ens in actum, & potentiam, quia actus adæquaret totam latitudinem diuisi.

Obiectio. Dices, sicut materia dicitur potentia respectu actus formalis, & dicitur habere actum entitatiuum, ita essentia posset dici potentia respectu existentiæ, & tamen dici actus secundum se, sicut secundum se est ens.

Resp. Resp. esse diuersam rationem, quia ibi assignatur diuersa ratio actuum, & potentiarum; at hic non potest talis diuersitas assignari, vt diximus, quia essentia non apparet, respectu cuius possit dici actus entitatiuus, licet dicatur habere actum entitatiuum, dum habet existentiam; sed parum refert quocumque modo loquamur, modo constet de re.

DVBITATIO SECVNDA.

An materia habeat existentiam, & essentiam sibi propriam independenter a forma; an vero illam habeat dependenter à forma, in genere causæ formalis.

ARTI. Explicantur termini, & sensus quæstionis.

Alij termini quæstionis. 1 PRimo Notandum, hanc quæstionem solere proponi sub alijs terminis, an materia sit pura potentia, an vero habeat aliquem actum saltem entitatiuum.

Qua sit d ffi-cultas quæst. 2. Notandum, ab omnibus concedi, & patet ex dictis, materiæ conuenire aliqua prædicata, vt esse ens, substantiam partialem, & potentiam receptiuam formæ, atque illam in rerum natura existere coniunctam cum forma, difficultas solum est, an hæc prædicata illi conueniant dependenter à forma, an vero independenter.

Duplex dependentia. 3. Notandum, dependentiam hanc posse esse duplicem. Primo, tanquam à termino habitudinis, & ita constat materiam, cum sit relatiuum transcendens dependere à forma, sicut etiam forma dependet à materia, sunt enim inter se correlatiua sicut actus, & potentia. Secundo, tanquam à forma in genere causæ formalis concurrente, & ita intelligitur quæstio.

Duplex dependentia materia à forma. 4. Notandum, dupliciter posse materiam pendere à forma quoad existentiam: Primo, ex conditione naturæ vniuersalis, quæ attenditur non ex exigentia naturæ particularis, sed exigentia vniuersi, qua ratione dicunt naturam refugere vacuum, atque adeo, ad id euitandum particulares naturas operari contra propriam, & peculiarem inclinationem, vt in grauibus est ascendere, & leuibus descendere. Secundo, ex conditione propria naturæ particularis, quia

A natura materiæ ex se exigit coniunctionem cum materia ob suam imperfectionem, quomodo dicimus accidentia exigere subiectum, vt existant, & subiectum exigere subsistentiam.

5. Notandum, materiam, vt naturam particularem, dupliciter posse pendere à forma, quoad existentiam. Primo, in genere alicuius causæ. Secundo, in genere conditionis, sine qua non, & quia ex quatuor generibus causarum non potest dici materiam pendere à forma in genere causæ efficientis, vel subiectiuæ, non enim forma est effectiua materiæ, cum hæc non nisi per creationem possit produci, & multo minus possit esse subiectum, cum materia sit primum subiectum: Quare manet vt forma sit causa materiæ in genere causæ finalis, B vel formalis, & quia formalis est duplex, vna intrinseca; altera extrinseca, quæ conuenit termino respectu habitudinis ad ipsum, de vtroque genere causarum potest esse dubitatio. 2 *Duplex dependentia materia à forma quoad existentiam.*

6. Notandum, conditionem sine qua nō esse duplicem. Vnam præuiam ad existentiam, qua ratione approximatio dicitur esse conditio sine qua non respectu actionis. Alteram consequentem, seu concomitantem, qua ratione figura dicitur esse conditio, sine qua non potest existere quantitas; & passiones sunt conditiones, sine quibus non potest existere essentia rerum. *Duplex conditio sine qua non.*

C 7. Notandum, dupliciter posse intelligi existentiam conuenire materiæ dependenter à forma in genere causæ formalis intrinsecæ. Primo, vt ipsi materię communicetur eadem existentia numero, quę conuenit formę, ita vt per vnā & eandem existentiam existant materia, & forma, vt effectus formalis formæ non sit ipsa existētia, qua existit materia, sed sit ipsum existere in cōcreto, & ipsa existētia potius sit causa formalis, nam eadē dat formaliter, & primario existere ipsi formæ; at secundario, & participatiuè ipsi materiæ. Secundo, vt existentia materię sit distincta realiter ab existētia formę, sed tamen dependere ab existentia formæ in genere causæ formalis, vnde fiat, vt existere materiæ non D sit effectus formalis immediatus, sed mediatus existentiæ formalis; nam immediatè prouenit formaliter ab existentia procedente ab existentia forme in materiam; quomodo dicitur, quod dum quantitas informat materiam, ibi est duplex extensio. Vna quæ est essentialis quantitati, & cum quantitate identificata. Altera accidentalis quantitati, quæ est effectus proueniens ab extensione essentiali, & identificata cum materia, vnde ipsum esse extensum materię non est effectus immediatus quantitatis, sed illius extensionis indentificatæ. 3 *Dupliciter pōt materia conuenire existentia dependenter à forma.*

E 8. Notādum, existentiam esse duplicem: Vnā simpliciter. Alteram, secundum quid, ex Henr. & Fons. loc. cit. Prima dicitur, qua res denominatur simpliciter existere, & esse extra suas causas. Secunda dicitur, qua res denominatur existere sub tali, vel tali ratione, vt v. g. cum dicitur homo existit ea denominatio sumitur ab existentia simpliciter, cum vero dicitur est albus, denominatio sumitur ab existentia sim- 4 *Essentia alia simpliciter, alia secundū quid.*

quid

quid, ex quo fit, vt eadem res possit habere duplicem existentiam: Vnam simpliciter. Alteram secundum quid, quia potest habere duplicem denominationem, vt diximus, & hinc etiam sequitur, posse rem secundum vnam existentiam causari ab alio, & non secundum alteram, vt in exemplo posito existere simpliciter hominis non causatur ab albedine, tamen homo secundum esse album causatur ab albedine in genere causæ formalis, ex quo fundamento explicantur varij modi loquendi DD. circa causalitatem formę respectu existētię materiæ, nam cũ materia habeat existere simpliciter, quod præsupponitur ad cuiuslibet formæ informationem, & habeat esse in tali genere, vt v.g. esse humanum equinum, &c. multi Doctores, ex eo, quod existere materiæ in certa specie prædicamentali pendeat in genere causæ formalis à forma, vt sæpe asserit Arist. colligunt dependentiam materiæ à forma, quoad existere simpliciter: alij vero rectius illas existentias distinguunt.

Existentia simpliciter alia simplicitate proprietatis. 9. Notandum, existentiam simpliciter dupliciter stare. Primo, simplicitate proprietatis, quia non habet conditionem distrahentem eius significatum, & distinguitur contra existentiam abusiuam, quæ dicitur existentia secundum quid, & illa conuenit omnibus, quæ verè existunt in rerum natura, siue sint substantia, siue accidentia; siue entia totalia, siue partialia. Secundo, simplicitate adiuncti, quia scilicet absolutè denominat rem existere, & non ex coniunctione cum alio, qua ratione sola substantia completa dicitur existere, cætera autem non ita: sed existere secundum quid, & cum adiuncto, vt accidentia, dicuntur existere in subiecto, & partes in toto.

Alia simplicitate adiuncti.

5 *Tollitur æquiuocatio inter existentiam, & esse.* 10. Notandum, ad euitandam æquiuocationem terminorum ly (existentia, & esse) sæpe apud Doctores confundi, vt idem sit existentia, & esse; aliquando vero distingui, quod existentia simpliciter conueniat tam supposito, quam partibus: esse vero simpliciter conueniat tantum supposito; qua ratione D. Thom. solet negare in Christo reperiri duplex esse. Vnde decepti sunt Thomistæ inde colligentes ex D. Thom. in Christo non fuisse nisi vnam existentiam, scilicet Diuinam, cum tamen D. Thom. intelligat de esse suppositali; & ideo ad euitandam æquiuocationem distinguendum esse duplex esse: Vnum existentiale. Alterum suppositale. & primum conuenire cuilibet entitati. Secundum vero non nisi substantijs completis, & perfectis.

Forma non est causa formalis materiæ, sed compositi. 11. Notandum, ex Auicen. 6. suæ metaphys. apud Henr. loc. cita. formam, & si dicatur forma materiæ, quia illam determinat, & quasi format, non tamen esse causam formalem materiæ, sed solius compositi ex materia, & forma; nam ex Augustin. lib. 1. de Gen. contra Manichæos, licet omnia de ista materia formata sint, hæc tamen ipsa materia de nihilo facta est. Vnde licet materia habeat esse suum in composito, non tamen habet id, quod est à forma, sed tantum esse tale scilicet pars actualis compositi.

ART. II. Continens opiniones Doctorum.

6 *Tota entitas materiæ pēdet à forma tanquam à causa formali.* Prima opinio est dicentium materiam, tàm quoad essentiam, q̃ quoad existentiam, ita pendere à forma in genere causæ formalis, vt totam entitatem, & perfectionem, quam habet recipiat à forma tanquam effectum illius formalem, refert illam Soncin. & Piccolomineus lib. 1. de materia cap. 6. vbi illam tribuit D. Thom. Auicen. & Auerr. ac Baccono 2. d. 12. q. 1. ar. 1. & quodlib. 2. q. 9. sed ab omnibus reijcitur, vt in intelligibilis, vt patet ex dictis de essentia materiæ.

Et Confirm. quia compositum non esset, nisi vna simplex entitas, scilicet forma.

Confirm. 2. quia effectus formalis præsupponit id, quod recipit effectum formalem, atq; adeo supponit aliquod ens, quia non ens non potest esse receptiuum, nec formæ, nec effectus formalis.

Confirm. 3. quia cum entitas materiæ distinguatur ab entitate formæ, non solum entitatiuè, sed etiam essentialiter, non potest ab eadem forma oriri duplex essentia, scilicet materiæ, & formæ; non enim effectus formalis potest esse distinctus essentialiter à forma, cũ non sit aliud, quam ipsa forma, vt informans subiectum. Denique, quia quod dat formaliter esse alicui constituit intrinsecè illud, vt patet ex anima, quę dat homini esse in genere causæ formalis; at forma non est pars constitutiua entitatis, & essentiæ materiæ, vt patet, quia potentia non constituitur per actum cum opponantur. Neque dicas, entitatem materiæ pendere effectiuè à forma, quia cum sit primum subiectum, non potest produci nisi per creationem, potentia autem creatiua non est connaturalis agentibus naturalibus, imò secundũ Thomistas est illis incommunicabilis etiam per potentiam Diuinam.

Dices, materia est pura potentia, ergo nihil in se habet, nisi esse potentiale, hoc autem nullam perfectionem dicit, quia si diceret aliquam perfectionem non esset potentiale purum, sed impurum, idest cum admixtione alicuius actus; sicut enim Deus, qui est purus actus nihil habet potētialitatis, & imperfectionis, ita purum potentiale nihil habet perfectionis, & actualitatis. 7 *Obiectio.*

Respondeo, infra ostendemus, quomodo sit pura potentia, illud autem est certum non esse in potentia ad omne ens, quia esset nihil atque adeo non haberet essentiam realem, vnde implicat aliquod ens reale esse in potentia ad suam essentiam. Vnde Plato in 2. Thimæi dixit, materiam mira quadam, & incomprehensibili ratione esse positam inter nullam, & aliquam substantiam. Neque DD. citati illam docent, vt infra. *Resp. Materia non est in potentia ad omne ens.*

Secundo est dicentium, materiam habere qui-

Materia, & si essentia, tamen existentia ens habet independenter à forma secundum Thomistas.

quidem essentiam independenter à forma in genere causæ formalis, non tamen existẽtiam; putant enim essentiam distingui realiter à forma, atq; adeo posse vnam rem alteri communicare suam existentiam, ita vt per vnam existẽtiam, tanquam per rationem existendi existant tria, scilicet Forma, Materia, & Compositum, quod secundum multos distinguitur realiter à materia, & forma; sicut per vnam quantitatem extenditur substantia, & quantitas; quare, vt dicitur substantia est exoîa, sed non ex se, ita materia in se existit, sed non à se habet existentiam, imò verum est etiam dicere habere existentiam distinctam realiter à formæ existentia, sicut substantia habet partes distinctas realiter à partibus quantitatis, tamen illas non habet ex se, licet habeat in se; & licet materia, & forma sint entia absoluta, tamen potest vnius existentia pendere ab existentia alterius, vt benè Niphus hic, nam mundus est ens absolutum, & pendet ab existentia Dei; similiter necessitas consequentiæ est distincta à necessitate præmissarum, tamen illa ex hac pendet.

8 Ex his deducunt materiam non habere existentiam propriam, sed appropriatam.

Secundo, cum duplex sit actus, scilicet formalis, & existentiæ neutrum materiam habere.

Tertio, materiam esse puram potentiam, idest essentiam quandam imperfectam carentem omni actu.

Quarto, dependentiam hanc non esse ab vna forma determinatè, sed ab aliqua vage, sicut quantitas potest esse sine hac, vel illa figura, non tamen omnino: ita vnus effectus pendet à varijs effectibus successiuè. & hanc sententiam tuentur D.Thom.1.par.quæst.66.ar.5. quæst.7. ar.2. ad 3. quæst.15.ar.3. ad 7. de potentia quęst.4.art.1. 2.dist.17.quæst.1.art.4.& quodlib.3. q.1. ar.1. quare ob id negat materiam potuisse produci sine forma; sequitur Cap.dist.12.q.2.Duran.q.1.& 2.& 4.d.44. q.1. Aureol.apud Canon.1.physic.q.9. Caietan. de ente, & essentia c.5. q. 8. & 1 par. q.66. Ferr. 1.physic q.11.& 3. contra gent. cap.4. Soncin. 7.metaphys.q.17.Iauell.q.15.Fland.8.metaph. q.10. ar.2. 5.met.q.8.ar.3. 8.metaph.q.1.ar.2. & q.3.ar.4. fusè Aquar. in q.11. Ferr. & 7.metaphysic. dub. 5. Gratiadeus 1.physic. lect.15. Iandun.q.19.& 20. & 8.metaphysic.q.1. Zim. theorem.15. Ægid. 2.metaphysic. q.19. & lib. de causis com.1. prop.9. Venetus in sua metaphysic. cap.43. Achil. 1.de elemen.d.4. & 7. Fonf.1.metaphysf.cap.7.q.3.sect.7. & lib.5.c.2. q.3.sect.2.Sotus q.6.Zabar. lib.2. de materia à c.1.ad 6.Henr.quodl.6.q.1.

Primus modus dicendi in hac sententia.

9 Sed in hac sententia sunt varij modi dicendi: Primus, est dicentium existentiam esse effectum formalem formæ, nam putant materiam habere quidem suam partialem essentiam distinctam ab essentia formæ, sed adeo imperfectam, vt non sit radix existentiæ, sed illam omnem habeat à forma, inter quos est hoc discrimen. Quod alij volunt existentiam ita pendere à forma, vt nullo modo materia existat, nisi actu sit vnita cum forma, quem concursum putant non posse à Deo suppleri, nam in composito non agnoscunt, nisi vnam existentiam, quæ est propria compositi, & consequutiuè formæ, ac materię, ita Sonc. Fland. Zim. Caiet. Duran. Ferr. quia illam tribuit D.Tho.

Alij vero putant, hanc existentiam pendere quidem à forma in genere causæ formalis in fieri, & conseruari, naturaliter tamen; supernaturaliter putant, posse conseruari sine forma refert illam Fonf.8.met.c.1.q.1.

Secundus modus dicendi.

Secundus modus dicendi est, vt materia habeat quidem propriam existentiam, sed depẽdenter à forma dependentia naturali, ita vt naturaliter existere non possit sine illa, sed hanc dependentiam non esse tantam, vt nequeat efficere, quin existat sine forma, ipso nimirum Deo supplente concursum formæ, quia supponit hęc opinio, hanc existentiam materiæ pendere ab existentia formarum, vt accidentia habent suam existentiam, sed dependentem ab existentia subiecti, quare in illa existentia materiæ sine forma duo essẽt miracula: Vnum in separatione. Alterum, vt existat sine forma per supernaturalem concursum; ita Conimbr. q.6. art.3. Fonsec. expresè 5.metaphys.cap.2. q.3.sect.2.Sotus q.6.ar.2. c.2. qui absolutè tenet opinionem D.Thom.esse Aris.quare illum interpetratur loqui persistendo in principijs Aris.tenet tamen posse Deum conseruare materiam sine forma. citantur Thomistę, sed illi sunt in alia sententia, in hac duo essent probanda: Primum, posse existere materiam sine forma, quod infra præstabimus. Alterum requiri nouũ concursum. Primo, quia maior est dependentia materię à forma, quam accidentis, à subiecto; tum quia accidenti conuenit existere, & est forma; tum quia materia essentialiter ordinatur ad formam, vt pars, quæ efficit cum forma vnum per se; maior autem est inseparabilitas eorum, quę faciũt magis vnum, quam quæ faciunt minus vnum.

11 Secundo, existere per se conuenit rebus, quibus conuenit operari, at materia separata à forma nullam habere potest operationem; ergo.

Confirm. quia perfectior est forma, quam materia; sed forma non potest existere extra materiam sine nouo concursu; ergo.

Tertio, ex Henr.quodl.1.q.10. in solutione argumentorum, qui eandem tenet, nam aptitudo materię est, vt recipiat formam, à qua habet esse simpliciter; ergo naturaliter non existet, nisi cum forma coniungatur, vel Deus suppleat concursum, sicut accidens, quia eius natura est vt habeat esse in subiecto sine subiecto naturaliter non existet, sed supernaturaliter per nouum concursum.

Tertius modus dicendi.

Tertius modus est dicentium, non pendere à forma, vt causa per se influente in existentiam materiæ, sed vt à conditione consequente, quomodo natura pendet à subsistentia; anima à suis potentijs; materia à quan-

quantitate; vnio formæ cum materia à suis dispositionibus, quæ demanant à forma, hæc omnia non possunt habere influxum effectiuum pro se, & directè in antecedentes naturas, quia illas supponunt in genere causæ efficientis: neque possunt habere influxum formalem, quia hic est respectu subiecti, quod informant efficiendo illud calidum, siccum &c. ergo nō possunt alio modo concurrere ad existentiam illorum, quam vt conditiones, sine quibus non debetur illis conseruatio; ita neq; materiæ debetur conseruatio si separetur ab omni forma ita Suar. putat. 3. p. q. 2. ar. 8. disp. 8. sect. 1. & disput. 13. met. sect. 4. & disp. 15. sect. 8.

12 Fundamentum ipsius est primum, quia non potest esse dependētia in genere causæ influētis per se habentis veram causalitatem, quia dū fuit creata materia non erat forma; ergo nō poterat concurrere per veram causalitatem formalem, vel effectiuam. Antecedens probatur creatio materiæ, & inductio formæ sunt duæ actiones; at inductio formæ nō potest esse causa creationis, tum quia inductio supponit materiam creatam, cum dicat relationem actualem ad materiam; relatio autem hæc supponit terminum; Tum quia si materia penderet ab actione eductiua, siue in prima sui origine, siue in conseruatione penderet etiā ab agente educente formam, à quo pendet actio eductiua; ergo neque pendere potest à termino, idest forma educta. Ex his conficit, ergo pendet vt à conditione consequente.

Confir. quia talis modus dependentiæ non pugnat materiæ creatæ, imo est illi maxime cōsentanus, vt scilicet non tantum requirat influxum causarum per se, sed etiam plures conditiones, dispositiones, & modos intrinsecos, nam sine his non haberet statum conuenientem naturæ: neque esset sine accidētibus apta ad operandum, & alium finem, quare his sublatis, videtur consentaneum non deberi illi conseruationem. Neque in hoc modo dependentiæ inuoluitur repugnātia quoad mutuam dependentiam, quia in hoc differt dependentia ab alio, vt propria causa per se influente, & dependentia ab alio, vt conditione consequente, quia res priori modo pendens non potest concipi prius existens, quam dimanans à causa sua vt v.g. actio causæ secundæ non potest intelligi, nisi vt dimanans à prima, & secunda; & accidens à subiecto & accidente; at quæ secundo modo pendent possunt intelligi prius natura existere, etiam alio non existente in eo priori, vnde poterit esse efficiens alterius, cum causa existat.

13 *Materia habet suam partialē existentiā independentem à forma secundum Scotistas.*

Tertia opinio est dicentium materiam habere suam partialem existentiam independentem à forma, non solum vt causa per se influēte, sed etiam vt à conditione sine qua non, siue præuia, siue consequente, vnde putant illā posse separari per potentiam Dei ab omni forma, & post separationem factam illam existere sine nouo concursu, eo quod habeat existentiam sibi sufficientem, & independentem ab alio eo modo, quo anima rationalis separata existit sine nouo concursu, cuius opinionis auctor di- A citur fuisse Scotus in 2. d. 12. q. 1. & q. 2. vbi Maijronus & Bassolus & 7. met. q. 5. vbi ait potentiam subiectiuam fundari in aliquo actu ex Auer. 3. cœli com. 25. & 54. quia recipere nō conuenit, nisi habenti in se aliquam entitatem positiuam, sequuntur Scotistæ Ant. And. 7. met. q. 6. & opusc. de tribus principijs q. 3. de materia Tromb. 7. met. q. 6. 8. met. q. 1. Ioan. Canon. 1. phys. q. 9. ex Nominalibus Och. 2. d. 12. q. 1. Gab. q. 1. ar. 2. Greg. q. 1. & 2. Mars. & Sax. q. 8. & 1. phys. q. 9. Burid. q. 20. Ex alijs Paues. disp. 2. met. c. 11. Portius lib. 1. de principijs c. 4. Ioan. Ant. Pandosius 7. met. q. 4. DD. Paris. 1. phys. Burl. 1. phys. in tex. 69. Tol. q. 13. Perer. lib. 5. c. 13. Perer. lib. 5. c. 13. B Flamin. 1. de gener. c. 3. putat probabilem Niger q. 10. prædicamen, Veracrucius q. 3. in 1. phys.

Sed ante hos videtur fuisse omnium antiquorum, quia volebant materiam esse totam substantiam rerum, & ex peripateticis Philosophis 1. de gener. 50. 54. 69. & 71. Sed hic magis videtur fauere, vel Thomistis, vel alijs ex secundo modo. Videtur tamen esse Alex. 1. de anima c. 1. qui licet dicat materiam non posse per se subsistere sine forma, vt cera sine figura, tamen id naturaliter intelligendum est, nam dicit magis posse materiam per se subsistere, quam formam; & eadem ratione explicandus C est 1. natural. quæst. vlt. cum materia comparat numero, formas vero pari, & impari, quæ mutantur, ita etiam intelligi posset Philop. & alij antiquiores; sed inter hos etiam est aliud discrimen, nam cum naturaliter non possit esse materia sine forma huius impossibilitatis naturalis varias afferunt rationes, nā aliqui vt Henr. quodl. 1. q. 10. dicunt oriri ex conditione agētium naturalium, nam cum non possit corrumpi vna forma per actionem per se tendentem ad corruptionem, necessario se corrumpit per accidens, idest per actionem per se tendentem ad productionem alterius formæ incompossibilis; vndè fit, vt generatio vnius, sit cor- D ruptio alterius, & semper in materia sit, vel aliqua forma, dum alia corrumpitur. 14

Cur materia naturaliter nō potest esse sine forma.

1. Ratio.

Alij vero dicūt oriri ex perfectione Vniuersi, quam natura intendit, quæ perfectio cum consistat in fuga otij, idest in actiuitate rerum si materia esset sine forma esset otiosa, quia nec exerceret munus agendi, cum non sit actiua, nec munus recipiendi, cum careret omni forma substantiali, nam accidentales non recipit, nisi propter substantiales. 15

2. Ratio.

Alij vero dicunt hanc spoliationem omnimodam materiæ omnibus formis abhorreri à natura ob turpitudinem materiæ, quæ est ens partiale, & incompletum & informe, & diuersa E est ratio animę rationalis, quæ licet sit ens partiale, tamen quia habet duplicem modum essendi. Vnum in materia, & alterum extra materiam; habet etiam duplicem modum operandi. Vnum in materia, & alterum extra; quare illius existere extra materiam natura non abhorret; at materia & si habeat esse subsistens,

3. Ratio.

 ta-

tamē nō est operatiua ratione sui esse subsistē-tis sine coniunctione cum forma, & ideo talis status materiæ abhorretur à natura.

ART. III. In quo ostenditur non esse vnam, & eandem numero existentiam materiæ & formæ.

16 *Materia habet immediate existentiam.* Prima Concl. materia habet immediate existentiam, quia habet effectum formalem, scilicet existere, cum ipsa vere in rerum natura sit; at effectus formalis non potest intelligi sine sua causa formali.

Hæc existentia est diuersa numero ab existētia formæ. Secunda Concl. hæc existentia non est eadē numero, quæ est propria formæ & communicata materiæ in genere causæ formalis.

Non potest eadem numero existentia identificari cum duobus actiue (?) distinctis realiter. Hanc probant aliqui primo vt Fonf. loc. cit. ex identificatione essentiæ cum existentia, nam cum forma distinguatur à materia realiter non potest eadem numero existentia identificari cū duobus realiter distinctis, quia huiusmodi idētificatio est proprie diuinæ essentiæ ob suam infinitatem, tribus realiter distinctis.

Hæc ratio pertinet ad met. Sed hoc fundamentum licet verum sit, tamen pendet ex probatione identificationis essentiæ cum existentia, quod pertinet ad metaphysicam vbi videri potest apud Fonf. lib. 4. c. 2. q. 4. sect. 4. & lib. 5. c. 8. q. 5. sect. 9. Suar. disp. 31. sect. 6. & 3. par. quæst. 17. disp. 36. sect. 1.

Alia est aptitudo materiæ alia formæ ad existendum, ergo diuersi actus. Secundo probant ex aptitudine ad existendum, quia sicut aptitudo materiæ ad existendum distinguitur ab aptitudine formæ ad existendum, ita actus existendi distingui debent; non enim potest intelligi, quod vna res sit apta existere per aptitudinem alterius; nam sicut eadem numero actio non potest proportionari duabus potentijs actiuis, numero distinctis, ita neque actus existendi duabus numero potentijs, seu aptitudinibus ad existendum.

Resp. aduersariorum. 17 Responderi potest negando paritatem rationis, quia existentia non est actus secundus, vt est actio, sed est actus primus, qui potest vniri pluribus subiectis.

Improbatur. Sed contra, quia cum aptitudo sit actus primus respectu existentiæ, hæc non potest habere rationem actus primi, sed secundi respectu illius. Melius dici pōtest diuersā esse ratione,

Aliud dictum aduersariorū. quod existentia respondeat aptitudini, vt terminus, & non operatio; terminus autem idem potest terminare distinctas numero habitudines, præsertim transcendentales, quales sunt huiusmodi aptitudines rerum ad existendum.

Improbatur. Sed contra, quia etiam si aptitudines rerū possint esse ad eundem numero terminum, non tamen ad illum, qui est proprius vnius, & per cōmunicationē alterius naturæ, nā singulæ aptitudines, vt sunt inter se, specie distinctæ, ita debent habere terminos proprios, quibus distinguantur. At replicant distingui per varios modos attingendi terminum eundem, sicut intellectus diuinus, & lumen gloriæ distinguūtur per varios modos attingendi

Insurgunt aduersarij. A eandem essentiam; quare fateor hanc rationem non esse efficacem, licet habere posset aliqualem vim ex diuersitate specifica illarum aptitudinum.

18 *Materia initio habuit productionem distinctam a productione formarum.* Tertio probant alij ex eo, quia materia initio fuit terminus peculiaris, & propriæ productionis distinctæ à productione formarum, vt patet ex peculiari illius conseruatione; ergo habet peculiarem, & propriam existentiam distinctam ab existentia formæ. Consequentia probatur, quia omnis productio cum terminetur ad rem existentem vbi est peculiaris & propria productio, ibi debet esse peculiaris, & propria existentia. Antecedens

B probatur, quia licet materia fuerit concreata simul cum formis, tamen formæ fuerunt terminus proprius non creationis, sed eductionis, vt docet Aug. lib. 3. confess. c. 33. vbi negat formas fuisse factas ex nihilo, sed ex concreata materia: contra vero ait de materia quod fuerit creata, & prius natura extiterit, quam forma vt idem Aug. lib. 1. de Gen. c. 19.

Confirm. quia si materia non haberet aliam existentiam, quam existentiam formæ, cum formæ corrumpuntur, & generantur, etiam materia generaretur, & corrumperetur, quia amitteret & acquireret existentiam; corruptio enim non est aliud, quam amissio existentiæ,

C & generatio acquisitio existentiæ.

Resp. aduersariorum. 4 Resp. noncorrumpi, quia conseruatur per subsequentes formas, quare sicut præteritarum formarum existentia concurrit in suo genere causæ ad productionem materiæ, ita illis expulsis, subsequentes concurrunt in eodem genere ad conseruationem eiusdem numero materiæ, quare semper manet eadem numero materia.

19 *Improbatur.* Sed contra, tum, quia cum materia non habeat secundum aduersarios aliam existentiam, quam formarum. Vna existentia desinente, iam corrumpitur secundum illam, & cum maneat secundum aliam existentiam dicetur pro-

D duci sm aliam, quare simul corrumperetur secundum vnam, & produceretur secundum aliam: sicut si Deus corrumperet Angelum & deinde eundem immediate post reproduceret, ibi esset annihilatio & creatio eiusdem; nam quod dici potest, hinc sequi non corrumpi simpliciter, & omnino, sed secundū quid, idest secundum determinatam existentiam; nam corrumpi simpliciter est corrumpi secundum existentiam, qua simpliciter existebat, & quod nō totaliter desinat existere ob successionem nouæ existentiæ, fit vt de nouo producatur.

E *Alio medio.* Tum, quia si diceretur corrupta vna existentia tributa ab vna forma succedit alia existentia alterius formæ, facile eludi posset, accidens non corrumpi ad corruptionē vnius subiecti, nam posset eadem ratione dici succedere aliud subiectum, atque adeo migraret de subiecto in subiectum contra Arist. in ante prædicam. c. 2. 1. phys. 26. 7. met. 4. & 8. imo neque esset necessariū corruptis primis substātijs debere corrum-

rumpi ea, quę sunt in primis substantijs, sicut neque corrupta forma, corrumpi necesse est materiam, quæ existit per formam, quia vtrūq; subsistunt subsistentia alterius; vnde rectè Piccolomin. lib. 1. de materia cap. 9. materia magis diceretur corrumpi per interitum formæ per quam existit, quam per interitum priuationis contra Aris. 1. phy. 82.

Materia nõ debet esse generabilis, sed creabilis.

Confirm. secundo, quia si materia non habet aliam existentiam, quam existentiam formæ, esset generabilis, & non creabilis, quia existentia formalis non habet esse, nisi per generationem; at hæc eadem est existentia materiæ; ergo hæc habet esse per generationem, nam vt illa existentia primario conuenit formæ, & secundario materiæ; ita generatio primario tenderet ad existentiam, vt est formæ, & secundario ad illã, vt denominat materiam; hoc autem patet esse absurdum, quia existentia materiæ non est educibilis ex subiecto, quia non esset primum subiectum.

20 *Eadem numero materia debet esse in termino a quo, & ad quem.*

Confirm. tertio, Fonsec. quia cum materia sit subiectum vtriusque termini, idest, à quo, & ad quem, debet eadem numero permanere sub vtroque termino; ergo variata existentia terminorum, idest formarum, non variatur existentia materiæ, quia non posset eadem numero permanere, amissa ea, quam habebat existentia; nam vt existentia ponit formaliter rem ad extra, & in rerum natura, ita pereunte illa, desinet quælibet res existere in natura, quia desitio nihil aliud est, quam amissio existentiæ.

Solutio Aduersariorum.

Verum solui potest, quod eadem numero permaneat pro diuersis existẽtijs terminorum, seu formarum.

Improbatur.

At contra, quia materia est subiectum idem numero sub diuersis formis, non vt est possibilis; sed vt est existens; ergo vt sic, debet esse eadem numero, atque debet retinere eandem actualitatem, non enim maneret eadem, nisi ei competeret aliquod proprium esse non pendens ex terminis.

Materia est causa existentia formæ.

Quarto, probant ex causalitate materiæ, circa existentiã formę, & ex depẽdentia formæ corruptibilis ab existentia materiæ, quia dependeret à se ipsa, cum non pendeat ab existentia formæ præcedentis, quia hæc in instanti generationis non est; ergo. de qua in conclus. seq.

Omnes formæ non sunt incorruptibiles.

Confirmatur, si materia existeret existentia formæ, tunc omnis forma esset incorruptibilis, quia si potest substinere in esse materiæ, & formæ per vnam existentiam formæ, multo magis sola forma, quare nunquam posset forma corrumpi, nam ideo corrumpitur, quia excluditur à subiecto, quod ipsam substentabat; at hæc ratio deficeret, quia per se solam se posset substentare, vt anima rationalis.

Obijc. 1. Arist.

Dices, Aris. 1. de gener. Tex. 22. docet eandẽ esse materiam in diuersis rebus, sed habere diuersum esse.

Resp.

Respon. intelligi de esse specifico, vt ibi Flaminius, vel diuersum esse accidẽtale per dispositiones diuersas, vt Philop. & Tol.

Dices secundo, haberet duas existentias, scilicet suam, & compositi. 21

2. Obiectio.

Resp.

Respondetur, existentiam compositi constare, & duabus existentijs partialibus, vt eius essentia ex duabus essentijs partialibus, quare non sequitur habere duas existentias incompossibiles.

Existentia conuenit habenti conceptum entis quomodocumq; præcisis reliquis.

Quinto, probatur à priori, quia illud est capax existentiæ, pręcisis reliquis, quod habet conceptum entis, siue perfectum, siue imperfectum, etiam, vt non coniunctum cum illis reliquis, nam ideo quantitas dicitur capax existentiæ separata à substantia, quia habet cõceptum entis realis etiam si non concipiatur eius actualis connexio cum substantia, sed si habeat tantum aptitudinalem; at relatio nequaquam, & figura, quia hæc in conceptu suo dicunt actualem connexionem cum subiecto; sed materia habet conceptum entis, etiam vt distinguitur, & intelligitur separata à forma; ergo. Minor probatur. Primo, ex illis locis, quibus Aris. materiam vocat (per se ens) & per accidens non ens, vt 1. physic. Tex. 79. 66. & ibi Themis. Simplic. & Philopon. 7. metaphysic. 8. vbi demptis omnibus, ait, esse materiam, & subijcit: si materia non est substantia, latere nos, quę sit substantia, vt benè ibi Alexand. idem colligitur ex 8. metaphysic. 3. 4. & 5. & 12. metaphysic. Tex. 14. ex Alexand. 1. natural. quæst. cap. 8. vbi ait, formam neque posse subsistere sine materia, neq; materiam sine forma, & lib. 2. cap. vltim. materiam, fatetur habere aliquod esse. Vnde cum 1. natural. quęst. cap. 17. negat, materiam esse subiectum formæ, quia non est actu, ipsemet explicat, nam subiectum dicitur posse esse sine eo, cuius est subiectum. & Philopon. 1. physic. Tex. 66. & 41. materiam, vult, magis substare, quam formam, idem in Tex. 71. & & 1. de gener. com. 50. & 54. quod etiam Plato docuerat in Thimæo.

Secundo probatur minor, quia materia est ens absolutum distinctum realiter à forma, & connexio cum forma nullo modo potest intelligi concurrere ad essentiam materiæ; ergo. 22

Materia est ens absolutum.

Maior dependentia est formæ à materia, quam è contra

Confirm. quia maiorem dependentiam intelligimus habere formam à materia, cum ab ea substentetur; quam contra; & gratis dicitur, materiam ob suam imperfectionem non esse capacem existentiæ, quę est perfectissimus actus, nam tantam perfectionem habet existentia, quantam habet essentia, cuius est existentia, quod si materię tribuimus imperfectam essentiam, quæ videtur maius quid esse, multo magis existentiam, quæ est modus quidam, quo essentia est in rerum natura, seu extra suas causas.

Informatio p̃supponit existẽtiã n subiecto.

Sexto, probatur ex natura informationis, nã informatio formæ distinctæ realiter à subiecto præsupponit existentiam subiecti; ergo subiectum non potest existere per existentiam formæ; nam forma non potest tribuere illam existentiam subiecto, nisi informando subiectum.

Non existit per existentiā formæ præcedētis. Neque dicas præsupponi subiectum existere per existentiam formæ præcedentis, quia in instanti informationis non est forma præcedens.

Neq; subsequētis. Respondeo, existere in eo instanti per existentiam formæ subsequentis. Sed contra, quia forma subsequens non potest tribuere existentiam materiæ prius natura, quam informet, cum informatio sit medium, quo communicatur existentia; at informatio exigit subiectum existens.

Informatio est vnio actualis. Antecedens patet, quia informatio est quædam vnio actualis, vnio autem hæc præsupponit extrema existentia; nam sicut forma possibilis non potest actualiter informare, nisi intelligatur prius existens, ita neque materia, vt possibilis, potest intelligi actualiter informari, nisi intelligatur prius in se exiſtēs, quia omnis actus secundus præsupponit ex natura sua primum; informatio autem, siue actiuè siue passiuè sumpta habet rationem actus secundi. Vnde reijcitur, quod dicunt nō requiri præexistentiam; sed coexistētiam, nam cum informatio sit actus secundus, non solum requirit existentiam, sed præexistentiam actus primi, alioqui non esset ratio, cur idem non posset se ipsum producere.

23 *Resp. Aduersariorum.* Respondent, etiam si vnio in cæteris rebus presupponat existentiam extremorum, non tamen hæc vnio inter essentiam materiæ, & existentiam illi communicatam à forma, quia per hanc primo existit materia, vnde nō debet presupponere existentiam materię, sicut actio non præsupponit actionem, qua ipsa fiat, quod necessario dicēdum est in vnione inter essentiam, & existentiam propriam.

Confirm. Et Confirmant constat Humanitatem Christi existere existentia Verbi; ergo potest essentia vniri existentiæ à se distinctæ realiter. Antecedens probant primo, quia in Christo est subsistentia diuina, subsistentia autem non est nisi perfecta existentia substantię. Secundo, quia Humanitas Christi fuit producta per aliquam actionem; actio autem terminatur ad suppositum, ergo existentia, quam natura acquirit ex vi actionis est existentia alicuius suppositi, hoc autem in Christo est diuinum. Tertio, quia si Christus haberet existentiam diuinam, & humanam haberet duplex esse, atque adeo duplicem vnitatem, cum hæc sequatur esse; At Christus non dicitur esse duo entia, sed vnum; vnde Patres illi concedunt duplicem naturam, sed vnum esse, vt patet ex epistola Sophronij, que refertur in 6. Sinod. actio. xj. Vnum, inquit, esse sortitur natura duplex.

24 *Improbatur.* Sed contra has instantias instatur, quia hoc ipsum probat ratio nostra, scilicet non posse rem existere per existentiam distinctam à se realiter; Tum quia necessario deberet inter talem essentiam, & existentiam intercedere vnio distincta ab vtroque extremo, nam illa vnio non potest concipi esse inter essentiam materiæ, & existentiam formæ ante informationem formæ respectu materię, cum oriatur ex actuatione materiæ per formam; informatio autem, vt probauimus, præsupponit subiectum existere: Tum quia nullum predicatum

A contingens potest conuenire materię non existenti; at vnio est predicatum contingens essentiæ materiæ, & ab illa distinctum, atque ab existentia; ergo non potest conuenire materię prius natura, quam intelligatur existens; vnde non est eadem ratio de existentia, & vnione, quia materia dicitur contingenter existere per existentiam, & ideo non debet presupponere materiam prius natura existere; at per vnionem non fit formaliter existens, sed vnitur existentiæ, & per hanc fit formaliter existens. Neque est eadem ratio de existentia identificata realiter cum essentia, quia ex vi agentis attingitur tota entitas secūdum totam perfectionem

B suam, scilicet essentię, & existentię; nec potest ex vi actionis attingi entitas secundū vnam rationem, & non secundum aliam; de qua re fusius in Metaphysica. vnde.

Ad Confirm. Respond. negando Humanitatem Christi extitisse per existentiam Diuinam, sed per propriam, & humanam, vt fusè ostendimus in lectura de Incarnatione cum Altisiodo. lib. 3. sum. tract. 1. cap. 1. q. 8. Alber. in 3. d. 6. q. 2. ar. 4. & ibi Scot. Dur. Gabr. Bonauen. d. 5. ar. 2. q. 1. & Heru. in 3. d. 6. quæst. vnica ar. 3 ex D. Thom. & Suar. 3. par. disp. 16. & Fons. 8. metaphys. cap. 1. q. 1. sect. 3. Vnde ad primam probationem. 25 *Improbatur confirmatio.*

C Respond. perfectam existentiam potest accipi dupliciter. Primo, absolutè, & ita significat existentiam propriam suppositi, & hanc nō habet substantia creata, ex eo, quod simpliciter existit; nam antequam habeat subsistētiam, natura non intelligitur, nisi quasi inexistens, cū expectet existentiam suppositalem. Secundo, comparatè, idest respectu existentię accidentalis; & hanc existentiam perfectam habet natura singularis substantialis antequam intelligatur supposita, quia intelligitur per illam simpliciter esse in rerum natura, & terminare productionem. *Existentia accipitur absolutè, & cōparatè.*

Ad secundam probationem Respondeo. Primo, actionem terminari ad suppositum primo 26

D immediatè, vt cum producitur natura aliqua, quæ prius nullo modo existebat, vt Angelus, Homo, &c. Secundo, mediatè, cum scilicet producitur aliquid superadditum alteri, vnde fit, vt totum aliquod resultet, vt cum homo fit iustus, & Deus homo, nam vtrobique attingitur existentia; sed primo modo attingitur immediatè existentia suppositi; at secundo modo, nō nisi mediatè, nam immediatè attingitur existentia iustitiæ, quæ informat suppositum hominis, & ita dicimus in productione Humanitatis Christi; immediatè attingitur existentia humana, quæ qa vnitur Verbo per aliam actio- *Actio modo terminatur ad suppositum immediatè, modo mediatè.*

E nem, dicitur mediatè terminari ad suppositum; nam id, quod intenditur est Deus homo, quod mihi videtur negari non posse, nam alioqui nō posset saluari, qua ratione Beata Virgo fuerit mater Dei; relatio enim maternitatis fundatur in productione naturali, quam mater habet circa Filium; at si Christi humanitas nullam habet exi-

existentiam humanam, nullam Beata Virgo habuisset actionem fundantem hanc relationem, nam non potuisset naturaliter attingere vnionem humanitatis cum existentia, vel subsistentia Verbi, quia hæc est supernaturalis. Neque potuisset relatio fundari in organizatione, quia hæc est actio accidentalis, & non generatio substantialis; ergo non manet alia actio, qua attingit humanitatem Christi existentia humana.

Esse accipitur transcendente, & substantiale.

27 Ad tertiam probationem esse accipi dupliciter primo transcendenter, & dicitur ab ente, vt est commune substantijs & accidentibus, & ita constat in Christo fuisse plura esse, vt patet. Secundo pro esse substantiale, sicut ens tanquam principale analogatum significat substantiam, & ita accipitur dupliciter. Vno modo, vt significat essentiã & ita constat in Christo fuisse plura esse, quia plures naturæ substantiales. Secundo vt significat suppositum, & ita negant PP. in Christo fuisse duplex esse, ne viderentur cõcedere Nestorio duplex suppositum in Christo; nam aliquando esse absolute sumptum stat pro suppositali, & ita explicandi sunt Sophronius, & alij PP. vt optime Damascenus lib. 3. fidei c. 11. & 12. & Palud. in 3. d. 6. q. 1. cui hac ratione explicat D. Thom. legendus Suar. loco citato, & quæ nos alibi documus, & quæ docet Ioannes de Neapoli in quæst. disputatis q. 9.

ART. IIII. *Afferuntur & soluuntur argumenta aduersariorum.*

Prima obiectio Thomistarum.

28 SEd contra hanc conclusionem insurgunt aliqui Thomistæ primo ex Arist. 1. de gen. d. 12. vbi dicitur per generationem substantialem formam fieri ex subiecto, ente potentia, non actu; quare ex simpliciter non ente, sed omnia in potentia & infra, & *insuper, quod maxime timentes erant, qui primi philosophi sunt, ex nullo generari præexistente.*

1. Confirmatio.

Confirm. ex 5. met. tex. 15. substantia dicitur, quod est causa ipsius esse, inestque ijs, quæ non dicuntur de subiecto, vt in animalibus anima sola est causa existentiæ, ita forma in alijs rebus.

2. Confirmatio.

Confir. secundo ex 12. met. 24. intelligi per negationem, at si haberet actum existentiæ posset intelligi positiue intelligendo positiuam eius perfectionem.

Resp.

Resp. Arist. ibi negare à materia actum, & entitatiuum, & substantiam non quidem partialem, & incompletam, sed completam, quæ sit in determinata specie prædicamentali, & hanc habere materiam actu, sed in potentia ante generationem, & per generationem formę hoc esse illi aduenire, vt patet; nam petit an illi inerit aliquid aliorum idest prædicamentorum, actu, dico autem secundũ quid erit, quãtum, aut quale, aut Vbi, id quod solum est potentia hoc, & ens, simpliciter non hoc, neq; ens.

Resp. ad 1. cõf.

Ad Confirm. ibi non negari materiam esse cũ existentia animalis; nam sicut animalis essentia componitur ex materia & forma, tanquam ex partibus essentialibus, ita vt existentia totius ex partialibus existentijs partium, sed solum ibi explicat significata varia substantiæ; & ait, non solum composita dici substãtias, sed etiam partes, quæ sunt causæ, vt existant composita, & exemplum ponit in anima; sed per hoc non negat de materia; & adde, potius animæ, quam materiæ mentionem fecisse, quia est pręcipua pars quidditatis, vnde dicitur causa existentiæ totius, quia est præcipua, & vltimo constitutiua pars totius.

Ad secundam Confirm. Resp negando consequentiam, nam Deus cognoscitur per negationem, & tamen est ens perfectissimum; quare licet materia ob sui imperfectionem non cognoscatur, nisi per negationem, non tamen est ens pure negatiuũ; nã tã in ente perfecto q̃ imperfecto oritur huiusmodi modus cognoscendi ex eo, q̃ eorũ natura est remota à rebus sensibilibus, quæ à nobis tãquam entia positiua cognoscuntur, vnde per negationem horum cognoscitur perfectio illorum. 29 *Ad 2. confir.*

Resp. secundo materiam cognosci per negationem, quia est ens potentiale, atque adeo in essentia sua dicit negationem eorum, ad quæ est in potentia; nam alioqui patet habere sua prædicata positiua, vt esse subiectum partem compositi, & similia, sed de hac re infra.

Secundo obijciunt nuia esse est effectus formalis formæ; ergo nulli potest conuenire, nisi per formam. Antecedens patet tum ex 5. met. tex. 15. 2. de anima tex. 36. 2. phys. tex. 12 vbi Auer. 7. met. tex. 7. & 8. & 8. met. tex. 8. ibi *etenim quodquid erat esse formæ, & actui adest*. Vnde D. Thom. 1 p. q. 3. ar. 4. Scot. in 2. d. 3. q. 3. Aegid. quodl. 1. q. 7. dicunt existentiam esse actualitatem omnis formæ. Tũ ex Boet. c. 3. de Trin. & alibi quidqd est actu est per formam. Tum 3. quia forma definitur esse id, quod dat esse rei: Tum 4. quia existere substantialiter est nobilissimus effectus quia maxime actualis; ergo est à causa sibi proportionata, idest nobilissima, cuiusmodi est forma: Tum quinto quia alioqui forma non esset causa materiæ nam non causat illam secundum essentiam, vt patet; neque secundum existentiam; ergo. *2 Obiectio.*

Confirm. ex Dur. sicut se habet esse accidentale ad formam accidentalem, ita &c. esse substantiale, sed implicat esse accidentale sine forma accidentali, ergo. *1. Confir.*

Confir. secundo quia vt homo in communi non potest esse extra singularia; neque natura singularis absque proprio, vel alieno supposito supplente in esse proprij, ergo neque materia sine forma, quia difficilius est puram potentiã esse sine omni actu, quam id, quod ens actu sine alio actu conseruari; at natura hominis in communi vt singularis est ens actu. *2. Confir.*

Confirm. tertio quia ens relatum secundum esse non potest conseruari sine termino, quia essentaliter refertur ad illum, ergo neque materia, quia etiam essentialiter refertur. *3. Confir.*

Confir. quarto vel existentia est idem cum essen-

4 Confirmatio. essentia, vel distinguitur; si primum debet sic explicari, vt actualis existentia sit idem, ac essentia, quæ est actus & forma; potentialis vero sit idem, quod essentia, quæ est potentia, siue materia; completa vero existentia sit idem ac compositum, quod est completa essentia, tunc sic implicat materiam existere sine existentia actuali, sed hoc est forma; ergo: si vero dicatur secundum, tunc, vel est substantia, vel accidens; non primum, quia non est materia, neque cópositum; ergo forma; si secundum, quia omne accidens est forma, idem sequitur.

5. Confirmatio. Confir. quinto minima perfectio est tribuéda materiæ, ná longissime abest à Deo, & proprius accedit ad nihil, vt ait Aug. 12. confes. c. 6. & in 2. Timæi Plato inter nullum, & subiectum posita est & c. 4. neque cogitari posse sine vlla forma.

6. Confirmatio. Confir. sexto quia omnia possunt saluari per vnam existentiam.

Resp. 31 Resp. esse accipi dupliciter. Primo pro entitatiuo, quod conuenit omnibus rebus vt entia sunt, & negatur esse adæquate effectú formæ, quia est transcendens ad formam, materiá, & modos, & ad omne participans rationem entis. Vnde D. Thom. loc. cit. dixit esse effectum formæ vel naturæ. Secundo pro esse formali, quod est esse specificum, & determinatiuum in certa specie entis, & hoc oritur à forma, & hoc probant probationes ibi allatæ, vt patet locis Arist. ibi cit.

Ad secundam ex Boetio Resp. loqui de esse essentiæ completo prædicamentali, quod prouenit à forma.

Ad tertiam Resp. dare esse specificum prædicamentale.

Ad quartam Resp. primo maiorem perfectionem esse in essentia rei, quam in existentia, cum hæc sit modus essentiæ.

Resp. secundo inter ea, quæ accidunt essentiæ vt ens est, existentiam esse nobilissimam actualitatem, & sicut vna essentia est perfectior altera in genere entis, ita illis respondent proportionatę existentiæ.

Resp. tertio existentiam nullo modo esse effectum alicuius essentiæ, quia non causatur ab essentia in genere causæ efficientis neq; subiectiue, cum hæ causalitates pręsupponant existentiam in principio; neque in genere causæ formalis; tum quia hęc pręrequirit existentiá, tum quia non continet formaliter existentiam, quare existentia producitur ex vi agentis simul cum essentia, vt fusius in met. vbi autem essentia est iam producta simul cum existentia tunc dare potest in genere causę materialis, vel formalis alteri existere sibi proportionatum.

Ad quintam iam diximus formam esse quidem formam respectu materię, & causam respectu compositi, quia scilicet materię non dat nec esse existentię materiale, sed dat illi per vnionem esse formale, idest æquinum, humanum & similia, quę sunt esse determinatæ speciei prędicamentalis.

32 Resp. ad 1. Confirmat. Ad primam Confir. Resp. ex illa probatione posse colligi materiam existere per se vt ens completum, quia vt subiectum formæ accidentalis existit complete, ita & formę substantialis; Vnde proportio locum habet solum, quod sicut materia ex se non habet esse accidentale, ad quod est in potentia, sed illud habet à forma accidentali, ita neque materia habet esse substantiale, ad quod est in potentia, sed illud habet à forma, sed sicut subiectum p̄ter esse accidentale, quod recipit à forma habet proprium esse, ita & materia habet proprium esse, pręter illud, quod recipit à forma.

Ad 2. Confir. Ad secundam Confir. Resp. non esse difficilius puram potentiam conseruari sine actu aliquo, ac actum aliquem sine alio actu, quia hoc posterius aliquando inuoluit repugnantiá: vt optimę in argumento proposito, quia si natura communis per se extra singularia existeret esset, & non esset singularis, & quidem non esset, quia supponitur; sed esset, quia existere vt operari non conuenit, nisi rei singulari, cum sit vltima actualitas, & ita nó nisi vltimo perfectis, & terminatis in sua serie, qualia sunt singularia conuenire primo poterit, & cæteris beneficio singularium; & idem dicitur de substantia, sine supposito existere non potest, quia subsisteret per se táquam à nullo pédeat, quod non nisi beneficio suppositi creatis conuenirę potest.

Alij tamen concedunt posse existere sine vllo supposito vt Caiet. 3. p. q. 4. ar. 2. & ibi Medina.

Ad tertiá relatú p̄dicamétale nó posse existere sine termino, quia esset relatum vt supponitur, & non esset, quia non est id, ad quod refertur, quod est de ratione relati; neque eadé ratio est de relatis transcendentibus, qualis est materia, quia illa adueniunt subiectis, nec subiecta appellant, nisi dependenter ab existentia terminorum, non enim lapis dicitur similis, nisi aliud habeat sibi simile; nec dicitur pater, nisi actu habeat filium; at hoc non est in transcendentibus, quia hęc per ipsa subiecta reciferuntur ita D. Thom. q. 7. de potentia ar. 9. & Scotus 2. d. 1. q. 4. & 5. & d. 12. q. 2. Cap. 1. d. 30. q vnica & 4. d. 12. q. 1. ar. 3. Dur. 3. d. 1. q. 1. Maironus 1. d. 23. q. 6 Pargius 1. d. 18. Gab. in Canon. Lect. 44. Sed alij concedunt relationem posse esse sine termino Greg. 1. d. 28. q. 2. ar. 1. de qua re nos, cum de relatione. 33 Ad 3 Confir.

Ad 4. Confir. Ad quartam debere eam perfectionem tribui materię, quę conueniens est ad suum munus, quare etiam si per diuinam potentiam fieri potuisset, vt materia in sua existentia penderet à forma, non tamen decuisset, quia prius intelligitur existere subiectum, quam id, quod aduenit.

Resp. secundo id non potuisse fieri sine peculiari concursu Dei, quare non decebat, vt Deus extra ordinem debitum naturis rerú efficere in Vniuerso ens aliq materiale, quod indigeret peculiari concursu naturali cuiusmodi esset materia ita imperfecta, vt penderet à forma in existentia & propter illam dependétiam tribueret ipse peculiarem cócursum supplen-

plentem concursum formæ respectu materiæ neque est eadem ratio de anima rationali, nam A respectu huius non datur potentia creata effectiua, cum tamen contineatur sub obiecto potentiæ materiæ ratione suæ informationis.

Confir. Ad quintã Cõfir. Resp. id nõ posse esse, vt sit actu in mundo, & pura potentia ad eum sensum, q; si est in mũdo certe aliqd esse debet; quare factum est ens, quod est fine omni actu formali. Arist. autem in 8. phys. recte argumentatur, quia id dicitur maxime perfectum in Vniuerso; & cum dicitur, oppositis debent, conuenire opposita, hoc debet intelligi quatenus opposita, vt v.g. si albo conuenit disgregare, nigro conueniet congregare; non tamen B omnia debent conuenire: quare si Deo conueniet agere, & perficere, materiæ conueniet pati, & perfici.

Ad 6. Confirm. Ad sextam Confir. Resp. omnia posse æque bene saluari vt patet ex dictis.

ART. V. *In quo ostenditur existentiam materiæ non communicari à forma in genere causæ formalis etiam si sit distincta.*

34 *Existentia propria materiæ non dependet tanquã à causa formali à forma.* Tertia Concl. existentia conueniens materiæ distincta ab existentia formæ non dependet à forma tanquam effectus formalis illius C patet ex dictis in prima Concl. nam multæ ex illis rationibus probant hanc conclusionem.

Et Confir. quia nulla causa requirens existentiam vt causet potest pendere ab existentia sui effectus secundum eam rationem, quæ causatur in effectu, vt fuse probabimus cum de causis, sed forma corruptibilis, vt causet effectum formalem requirit existentiam, & depẽdet quoad suam existentiam ab existẽtia materiæ; ergo hæc existentia non potest esse effectus formalis formæ.

1 Resp. aduersariorum. Improbatur. Resp. pendere quidem ab existentia materiæ, sed quæ non est effectus formalis formæ, D quæ nunc pender, sed præcedentis,

Sed contra quia forma pendet ab existentia materiæ in instanti generatione, quo ipsa existit, sed in eo instanti materia non habet existentiam à forma præcedẽti, cum sit corrupta: ergo à forma tunc informante, atque adeo tunc existentia formæ pederet ab existentia sui effectus.

2. Resp. Resp. secundo pendere quidem ab existentia sui effectus, sed in diuerso genere causæ, nã materia quoad existentiam pendet à forma in genere causæ formalis, formæ vero existentia pendet à materia in genere causæ materialis, atque adeo interse mutuo habent prioritatem, & posterioritatem in diuerso genere. E

Improbatur. Sed contra hanc responsionem infra cum de causis, nunc satis sit, quod omnia requisita in actu primo, & præuia ad causalitatem in nullo genere possunt pendere à suo effectũ secundũ eas perfectiones, quæ causantur ab ipsa causa, quia nullo modo possunt intelligi existere ante sui causationem, atque adeo nullo modo possunt intelligi ab ijs pendere existentiam eorum, quæ prærequiruntur in causa in actu primo ad causandum, neque obstat dependentia à fine quia hic causat per bonitatem apprehensã q̃ vt sic nõ causatur ab efficiente, & à medijs, quia horum amabilitas pendet à fine non contra vt infra.

Confir. quia sequeretur materiam produci ab agente naturali creato, quia omnis causa producens formam in materia producit, etiam effectus formales prouenientes ab illa forma, sed agens creatum producit formas corruptibiles in materia; ergo & effectus formales, atq; adeo existentiam materiæ, quæ est effectus formalis, & consequenter producit materiam, qa productio rei nihil aliud est, quam causare existentiam illius. 35 *1. Confirm.*

Confir. secundo quia subiectum ex natura sua prius existit, quam recipiat formam: ergo non potest habere existentiam formaliter dependentem ab existentia formæ; consequentia patet, quia prius existens non dependet ab eo, quod posterius existit secundum id, quod est posterius. Antecedens patet tum 1. phys. 52. tum quia receptio supponit recipiens. Neque dicas supponere, quod habeat existentiam ab alia forma; quia cum materia sit receptiuum omnium formarum habere debet secundum naturam præexistentiam ad omnes formas, atq; adeo independentiam secundum naturam ab omnibus formis, etiam si exista in eodẽ instanti cum aliqua forma. Neque obstat quod materia non possit esse fine aliquo Vbi, quia vt infra, id non oritur ex dependentia materiæ quoad sui existentiam ab Vbi; sed ex necessaria concomitantia, vt infra *2. Confir.*

Confir. tertio quia cum primum fuit creata materia cum aliqua forma; ibi intelliguntur duæ productiones, vna quæ est creatio materiæ, altera quæ est eductio formæ; at actio creatiua fuit prior natura eductione: ergo materia habuit prius existentiam; per quam terminauit creationem, quam existentiam habuerit forma, cum hæc fuerit terminus eductionis; atque adeo in illo instanti materia non potuit pendere ab existentia illius formæ, vt patet ex dictis, neque alterius formæ cum nulla præcesserit; ergo habet existentiam dependentem ab omni forma. 36 *3. Confir.*

Confir. quarto nam vel ab initio, quo fuit creata materia habuit vnam existentiam, vel tot, quot sunt formæ, quæ illam informarunt: non primum, nam cum existentiæ formarum sint diuersę rationis, sicut, & ipsę formę nõ possunt concurrere in genere causę formalis ad cõseruationem effectus vnius rationis, quia effectus formalis secundum suam rationem formalem debet cõtineri formaliter in causa formali, nec sufficit continentia virtualis, vt alibi ostendemus. Neque secundum quia tunc deberet existentia materiæ corrumpi sicut corrumpuntur & generantur formę, vt supra. *4 Confir.*

Dices ex Cap. 3. d. 6. q. vnica art. 3. ex eo, quod materia perdat vnam existentiam & perdat aliam non dicitur corrumpi, quia gutta aquę *1. Obiectio.*

aquæ alteri addita etiam si amittat esse præcedens, non dicitur corrumpi, quia trahitur ad aliud esse, scilicet totius, ergo neque materia ex amissione vnius formæ, quia trahitur immediate ad existentiam alterius formæ.

Confirm. Confir. ex ramo insito alteri ramo, qui ex hoc non dicitur corrumpi quia trahitur ad esse alterius.

Resp. 37 Resp. aquæ existentium posse dupliciter cōsiderari; primo vt per eam aqua simpliciter existit, & hæc semper manet, siue sit vnita alteri, siue separata; secundo vt per eam existit vt totum, vel vt pars, & secundum hanc denominationem, dum aqua vnitur alteri dicitur corrumpi, quia scilicet non habet rationem totius idest per se existentis, sed partis idest alteri inexistentis, quæ denominatio addit supra existentiam simpliciter rationem termini, sicut denominatio partis addit negationem termini, seu potius vnionem cum alio, quæ vnio corrumpitur, dum gutta aquæ separatur ab alia, siue huiusmodi vnio & terminus dicant quid positiuum, vel negatiuum, de qua re alibi.

Resp. ad Cōfir. Ad Confir. Resp. non esse certum an ramus insitus corrumpatur secundū propriānaturam, an vero existat, & conuertat naturam rami cui inferitur in suam, an vero remaneat propria vtriusque existentia; quod si dicatur ramum insitum amittere propriam existentiam etiam si acquirat existentiam totius dicetur corrumpi, sicut semen corrumpitur etiam si ex eo generetur germen.

2. Obiectio. Dices secundo effectus nobilior non potest esse à causa ignobiliori; sed essentia materię est ignobilior, quam qualibet existentia, quia ens essentialiter potentiale est ignobilior suo actu, cum per hunc perficiatur; ergo existentia non potest esse à materia; ergo erit à forma, quia non datur alia causa.

1. Confir. Confir. 1. ex 4. met. tex. 5. vbi materia dicitur esse potentia, quia potest progredi ad formam, & per hanc fieri actu.

2 Confir. Cofir. secundo ex 1. de gener. c. 3. tex. 11. vbi generatio simpliciter dicitur fieri ex non ante simpliciter; sicut generatio secūdum quid ex non ente aliquo, idest ex non albo &c.

3. Confir. Confir. tertio quia sicut materia formatur & constituitur per formam secundum aliquā essentiam simpliciter, ita potest per existentiā formæ constitui in ratione existentis simpliciter.

4 Confirmatio. Confi. quarto existentia formæ vnitur immediate essentiæ materiæ; ergo potest illi communicare suam existentiam.

1. Resp. 38 Resp. primo negando existentiam esse perfectiorem essentia, cui proportionatur, quia est modus & cōditio essentiæ, vt hęc possit habere operationes sibi debitas; cōstat enim pcipuā pfectionem rei consistere in essentia, siue hęc sit distincta ab existentia, siue non; & licet dicatur esse actus essentiæ, quatenus per eam essentia actu est, tamen non omnis actus est simpliciter prior potentia actuabili, vt patet ex accidentibus, quę sunt actus secundum quid perfectiores substantia. Vnde cum Arist. dicit actum esse simpliciter priorem potentia, intelligit de
A actu formali substantiali respectu potentię subiectiuę.

2 Resp. Resp. secundo etiam si existentia esset perfectior essentia, non tamen sequitur illam non esse propriam materię independenter à forma in genere causę formalis, quia existentia non producitur ab essentia, sed ab agente per eandē actionem, qua producitur essentia, quia non est aliud rem producere, quam illam facere existentem; nam vt recte D. Thom. q. 1. de potentia ar. 1. omnis actio actiuę potentię terminatur ad esse idest existentiam, seu existens; & Ioan. ille celeberrimus Theologus in concil. Florent. sess. 18. circa medium obmutescere
B fuit Marcum Episcopum Ephesynum in disp. 3. asserentem spiritum sanctum esse à Filio, sed non ab illo accipere esse, ex eo, quod mente concipi non possit, quod vna res sit ab alia, nisi ab illa accipiat esse & ratio est, qa omnis actio terminata ad producendam essentiam tendit ad eam constituendam extra suas causas idest vt faciat eam existere cum ante productionem non existeret sed esset infra causas.

Resp. ad 1. cōf. Ad primam Confir. ibi Arist. asserit contra Anaxagoram ponentem omnes res esse simul, ita vt nihil vere vnum esset, ab eo poni aliquid indefinitum idest indeterminatum atque adeo putans tractare de ente ponit non ens, nam illud, quod est indeterminatum est potentia, &
C non actu, atque adeo non ens; quare materiam primam, ita negat esse ens, vt affirmat de illa esse potentiam; at dum affirmat de illa esse potentiam, non negat esse ens incompletum, & imperfectum, sed solum negat esse ens actu completum & perfectum, nam huiusmodi ens non habet esse determinatę speciei prædicamentalis, sed continet in potētia omnes huiusmodi species prædicamētales & propter hanc continentiam dicitur habere cōfusionem quādam positam ab Anaxagora.

39 Ad 2. confir. Ad secundam Confirm. Resp. aliqui ibi per non ens simpliciter non intelligi materiam, sed priuationem, quæ est non ens, sed habet adiū-
D ctam potentiam, quia Arist. ibi loquitur de termino à quo, vt ex non albo fit album, ex non bono bonum: & quia absurdum putabat ex nihilo tanquam ex termino à quo aliquid fieri, ideo addidit non esse non ens simpliciter, sed actu tantum, quia scilicet habet adiunctam potentiā. Sed vere Arist. verba nec sensum perceperunt, quia ibi dicitur generationem simpliciter fieri ex non ente simpliciter, hoc autem dicit esse illud, quod est in potētia & non actu, at quod est in potentia ad esse actu, est materia, loquitur igitur de potentia subiectiua in ordine ad actum substantialem, nā sicut apud Arist. substantia prædicamentalis dicitur simpliciter
E ens cætera autē nō entia, ita materiā primā, quę non est in specie substantiæ prædicamētali vocat non ens simpliciter. Neque obstat quod 1. phys tex. 79. materia dicatur non ens ratione priuationis, & secundum se prope & quodammodo substantia, quia addendo ly (prope, & quodammodo) negat secundum se esse sim-

simpliciter substantiam, atque adeo ens, vt initio huius disp. fusius explicauimus.

Ad 3. Confir.

Ad tertiam Confirm. Resp. negando consequentiam, quia materia existens potest recipere formam, atque adeo ab ea determinatam speciem substantiæ, cui conuenit ens simpliciter; at vero existentiam non potest recipere à forma, quia informabile necessario præexistit informatiuo.

Ad 4. Confir.

40 Ad quartam Confir. Resp. Hurtad. disp. 2. phys. sect. 6. §. 66. dupliciter posse nos loqui de existentia; primo vt est distincta ab essentia, & ita existentia formæ non potest vniri, nisi tātum formæ, quia existentia vnitur tantum essentiæ, cuius est, quia illi tantum communicat suum effectum formalem, vt patet ex alijs modis formæ, nam Vbicatio formæ nō vbicat materiam, & sic de alijs modis, alioqui materia prima per tot existentias existeret, quot habet formas accidentales; secundo vt identificatur cū essentia, & ita potest materia existere indeterminata specie prædicamentali per existentiā formæ, nō tamen existere simpliciter, tum quia sicut nihil potest esse ens formaliter per aliud ens, ita nec existens cum sit idem esse ens, & existens. Tum quia existentia præsupponitur in materia, vt vniatur formæ. At instant sicut essentia formæ vnitur essentiæ materię, ita existentia existentię, atque adeo actus vniretur actui, quod repugnat vnitati per se compositi.

Resp. formam, & secundum essentiam, & existentiam vniri materiæ non solum secundū essentiā, sed etiam secundum existentiam, non enim potest intelligi quomodo fiat illa vnio inter essentias existentes, nisi fiat secundum vtrāque rationem, neq; hinc impeditur vnitas per se compositi, quia actus existentialis materiæ, licet habeat rationem actus respectu essentiæ, tamen respectu formæ habet rationem potentiæ subiectiuæ, vel dicendum est formam secundum totam perfectionem vniri essentiæ materiæ, posita eius existentia tanquam conditione requisita ad vnionem, sicut actio fluit ab essentia potentię, posita existentia tanquam cōditione.

Materia habet existentiā sibi propriam inseparabilem naturaliter.

41 Quarta Concl. materia habet existentiam sibi propriam vnius rationis ab ea inseparabilem naturaliter. Prima pars patet, quia ex eadem ratione, qua probatur dari materiam primam, vt subiectum termini à quo, & termini ad quem, ex vi transmutationis, probatur etiam habere existentiam vnius rationis; nam sicut probatur esse eandem numero materiam, ita inde probatur esse cum eadem numero existentia; nam subiectum non solum secundum essentiam, sed etiam secundum existentiam supponitur vtrique termino, vt patet ex dictis in conc. 3.

Et Confir. nam alioqui sicut dicunt materiam variare existentiam prout variat formas eodem modo dici potest variari essentiam, prout variat formas, quia sicut receptiuum, vt recipiat formam, debet habere existentiam, ita & essentiam; & sicut existentiam recipit à forma præcedente vt possit recipere subsequentem formam, ita posset dici recipere essentiam

A à præcedente forma, vt possit recipere subsequentem formam, quæ dat illi speciem; nam quod dici potest essentiam non posse habere ab alio sibi extrinseco, & distincto realiter, idē nos dicimus de existentia, quæ non est, nisi modus quidam intrinsecus essentiæ.

Existentia est proportionata essentiæ.

Confir. secundo quia existentia est proportionata essentiæ; ergo sicut essentia est vnius rationis, ita existentia, alioqui idem numero induceret varias existentias, quod licet ipsi concedant de eadem numero materia, tamen ex dictis apparet esse falsum, cum materia ponatur incorruptibilis naturaliter, atque adeo inseparabilis à sua existentia; vnde patet.

Quid sit produci, & conseruari.

B Secunda pars Concl. & Confir. quia alioqui materia conseruaretur ab agente naturali, & corrumperetur, quia nihil aliud est rem produci, & conseruari, quam efficere vt existat, & sit extra causas; ergo à quo producitur & conseruatur existentia, per quam existit res, ab eodem producitur res existens; & ex eodem argumēto idem probari potest de corruptione, quæ est amissio existentiæ, nam secundum aduersarios maiorem dependentiam intrinsecam habet materia à forma, quam accidentia ab eadem forma, tum quia res magis pendet à sua existentia, quam ab alio subiecto; Tum quia secundum aduersarios materia non potest esse sine forma: at accidentia possunt esse sine subiecto; sed secundū aduersarios corrupta

C forma, corrumpuntur omnia accidentia cōpositi, & alia de nouo producūtur; ergo pereunte forma perit etiam materia, & eadem vel reproducitur, vel alia de nouo producitur.

Denique probatur vtraque pars conclusionis ex subsistentia materię, nam hęc est modus existentię, at subsistentia materię non est actus nec modus existentię formę; ergo existentia materię non est existentia formæ, quę ratio patebit ex dicendis infra de subsistentia materiæ.

D *ART. VI. Continens argumenta contra tertiam Conclusionem.*

Obiectio.

CONtrarium docent aliqui dicentes materiam carere propria existentia eamque emēdicare à forma, quia secundum se est indeterminata, hanc autē indeterminationē nō potest habere secundum prędicata essentialia secundum se, ideo habere illam debet secundum existentiam, quia nullam sibi determinat sed hanc vel illam vage iuxta formas, quas potest recipere & ex ordine ad huiusmodi existentias dicitur carere determinata specie & induere varias species & fundamentum est quia quidquid est capax existentię proprię debet esse sub certa, & determinata specie alicuius

E generis; sed materia non est sub certa, & determinata specie alicuius generis, quia est fundamentum omnium specierum 1. metaph. 17. 7. met. 8. vbi dicitur materiam esse substantiam, quæ per se ipsam, nec quid, nec quantum &c. ergo: maior probatur, nam impossibile esse aliquid

quid participare vltimam differentiam, & actũ alicuius generis quin participet aliquam differentiam constitutiuã determinatæ speciei sed existentia est vltimus actus, & complementum eorum, quæ sunt in genere; ergo non potest conuenire, nisi determinatæ speciei, imo & indiuiduo alicuius generis.

43
1. Confirmatio.

Confirm. quia existentia repugnat principio essentialiter receptiuo actus substantialis, nam per illam constituitur in actu, atque adeo ex materia in actu, & forma, q̃ est actus non potest fieri vnum actu, vt recte Arist. 7 met. 4. 9 vbi ait, *Impossibile enim est substantiam ex substantiis esse, quæ sic insunt, vt actu, quæ enim duo sic actu sunt, nunquam vnum sunt, sed si potentia duo sunt, erunt vnum: vt duplum ex duobus dimidijs, potentia, actus namq; separat. Quare si substantia vnum, non ex substantijs inexistentibus, & secundum hunc modum, quem recte Democritus dicit, impossibile enim, ait, esse ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri.*

2. Confirmatio.

Confirm. secundo nam si materia haberet propriam, & determinatam existentiam, nihil haberet, quo distingueretur à forma, nam vtraque est ens substantiale, & incompletum, ordinatum ad constitutionem compositi habentis vnitatem per se, & vtraque haberet vltimũ actum existentiæ propriç, atque adeo esset determinatæ speciei; Neque dicas, distingui ex eo, quod materia est perfectibilis, & forma perfectiua, nam cum vtraque sit ens incompletum non est ratio, cur non se mutuo perficiant, præsertim cũ constet formã maxime perfici ex vnione ad materiam. Neque dicas materiam habere rationem receptiui quia præcedit existentiam formæ, nam in nutritione hominis, cum anima prçcedat receptionem alimenti dicetur receptiua materiæ alimentalis. Neque dicas, materiã distingui à forma ex eo, quia eadem numero materia constituit cũ varijs formis varias species rerum prædicamentales; at forma non constituit nisi vnã speciem, & ideo dicitur forma esse principium determinans materiam ad speciem certam, materiã vero esse principium ex se indeterminatum, atq; adeo determinabile per formam. Non inquam, id dicas, quia materia cœlestis non est, nisi principium vnius speciei sicut forma cœlestis; ergo hinc non possunt distingui; ergo dicendum est materiam constitui per potentiam receptiuam omnis formæ, atque adeo ex se est ens indeterminatum, & determinabile per formam, hęc autem determinatio consistit, quod nullam habeat ex se existentiam, sed quamlibet participat ex vnione cum forma, & sicut variantur formæ, ita participat varias existentias formarum, quod non solum verum est in materia sublunarium, quæ vt est receptiua plurium formarum, ita determinatur ad existendum per varias formas, sed etiam in materia cœlesti, quæ vt ex se non habet formam, ita neque determinationem existentiæ, sed sicut vnitur formæ cœlesti, ita determinatur per existentiam illius.

Occluditur effugium.

Occluditur aliud effugiũ.

Occluditur aliud effugiũ.

44

3. Confirmatio.

Confirm. tertio quia si materia haberet actũ A proprium existentiæ tunc non esset pura potẽtia contra communem phylosophorum proloquium, nam purum dicitur, quod nihil habet admixtum sibi extranei, at actus est extraneus respectu potentiæ.

Resp.

Resp. Hieronymus Fla. materiam primam ex se habere esse specificum incompletum, quia est principium substantiale substantiæ composita, & completæ in specie prædicamentali, non tamẽ esse in determinata specie prædicamentali, quia in recta linea prædicamenti substantiæ non ponuntur nisi substantiæ completæ, de quibus genus substantię prędicatur; sicut & neque forma ponitur species prędicamentalis substantiæ, quia vtraque B pertinet ad substantiam, vel à latere, vel reductiue: dicitur autem species compleri à forma, quia videmus in sublunaribus eandem numero materiam nunc pertinere ad speciem ignis nũc aeris, & similia, quare secundum se non potest habere rationem principij complentis, quia complementum est id, quod vltimo aduenit cuiusmodi est forma, & ideo dicitur forma dare esse specificum quia scilicet determinat indifferentiam materiæ ad plures species prædicamentales, & ex magis sublunarium philosophamur ad materiam cœlestem siue illa sit eiusdem, siue diuersæ speciei à sublunaribus; quæ responsio vera est, sed distinctius explicanda C videtur.

45
Materia prima est indiuiduata independenter à forma.

Dico primo materiam primam esse indiuiduatam, atque adeo sub certa specie sub latitudine entis, quia hæcceitas non potest conuenire, nisi rei determinatæ speciei, vt patet ex dictis in logica de specie: hanc autem indiuiduationem non habet formaliter à forma, sed est gradus illi conueniens ex se, sicut alij gradus essentiales.

Dico secundo hanc determinationem speciei non potest habere ab existentia actuali, quia hæc est extra essentiam cuiuslibet entis creati vnde grauiter falluntur, qui putant, materiam constitui in specie sibi intrinseca, & essentiali D ex vnione, & forma, & existentiam formæ, nã tam forma, quam existentia, quam horum vnio est extra essentiam materiæ, alioqui variatis formis variaretur essentia materiæ, atque adeo non eadem numero materia existeret sub termino à quo, & ad quem, sed diuersa non solum numero, verum etiam specie. Quod si dicant non constitui per existentiam actualem sed per ordinem ad illam vltro concedimus, sed negamus hanc existentiam, ad quam dicit ordinem, vt per eam intrinsece existat, & respondentem suę possibilitati obiectiue recipi à forma.

Dico tertio hãc materiæ essentiã existẽtẽ nõ esse in specie pdicamentali quia species prædi- 46 E camentales ponuntur in recta linea, cum de illis prędicetur genus, quod habet rationem entis completi, sed dicitur pertinere primario ad prędicamentum substantiæ, tum secundum lineam lateralem, ad quam etiam pertinet forma substantialis, quia vtraque habet rationem

nem entis incompleti, ſicut etiam & differentiæ contrahentes genus: tum reductiuè ſicut principium ſubſtantiæ. Vnde hac ratione poteſt etiam pertinere ad alia prædicamenta, quia materia eſt etiam principium aliorũ prædicamentorum quare materia ſecundum ſe pertinet proprie ad prædicamentum ſubſtantiæ, ſed vt cauſa, & principium tam ad prædicamentum ſubſtantiæ, quam accidentium.

Materia ſecundum ſe pertinet ad prædicamẽtũ ſubſtãtiæ.

Dico quarto etiam ſi materia ſit ſecundum ſe determinatæ ſpeciei incompletæ, quia in genere potentiæ habet ſpeciem potentiæ ſubiectiuæ eſſentialis.

Materia quoad ſpeciem prædicamentalẽ non ſolum negatiuè, ſed etiam poſitiuè eſt indeterminata.

Tandem eſt indeterminata quoad ſpeciem prædicamentalem, non ſolum negatiuè, quia ſecundum ſe non dicit nec quid, idest ſpeciem ſubſtantiæ completæ, nec quantum, idest ſpeciem quantitatis &c. ſed etiam poſitiuè, quia ſecundum ſe eſt indifferens ad cauſandam hãc vel illam ſpeciem prædicamentalem, in quo diſtinguitur à forma, quia hæc non eſt indifferens, ſed eſt determinata ad cauſandam talem ſpeciem, & non aliam, & licet hæc indeterminatio non ſit in materia cœleſti, ſecundum cõmunem, eo quod ſit addita vni formæ, tamen cum ponentes materiam in cœlo illam probet ex ratione corporum inferiorum, quæ dicunt compoſitionem, hinc ponunt materiam in cœlo, per analogiam ad materiam corruptibilium, atque adeo cum illis conditionibus, & proprietatibus, quæ non repugnant incorruptibilitati cœlorum, vt patebit ſuo loco.

Exiſtentia non eſt vltimus actus materiæ.

47 Dico quinto falſò ſupponunt exiſtentiam eſſe vltimum actum materiæ, nam cum hæc ſit ſubſtantia, vltimus eius actus potius erit ſubſiſtentia & multo magis errant dum probant eſſe materiam in determinata ſpecie ex exiſtentia, nam immediatius probare potuiſſet ex hæcceitate, quod eadem numero ſit receptiua omnium formarum, hæcceitas autem immediate contrahit ſpeciem ſpecialiſſimam, nam de exiſtentia variæ ſunt opiniones, an conueniat immediate ſingulis gradibus ſuperioribus inter ſe coniunctis, cum omne ens poſſibile ſit capax immediate exiſtentiæ, de qua re in metaphyſica.

Reſp. ad 1. Cõf.

Ad Confirm. Reſpond. principio receptiuo eſſe maxime neceſſarium actum exiſtentiæ vt poſſit exire in actum ſuum, non minus, quam principio effectiuo, neque hinc deſtruitur vnitas per ſe compoſiti, quia ſicut non deſtruit principium per ſe receptiuum, ita neque deſtruit vim componendi, & conſtituendi vnum per ſe, ſed potius adiuuat, cum addat conditionem neceſſariam ad vim componendi, compoſitum enim vnum per ſe exiſtens, requirit neceſſario partes actu exiſtentes, & ſicut exiſtentia compoſiti eſt vna, non vnitate ſimplicitatis, ſed compoſitionis; ita ſingulæ partes debent afferre ſuam exiſtentiam ad illius compoſitionem.

48 Neque Ariſtot. cum negat ex duobus actibus fieri vnum, loquitur de actibus exiſtentiæ quia id repugnaret naturæ compoſiti; ſed loquitur de actibus vel formabilibus, vel cõpletis; nam cum actus formales non ſint per ſe receptiui actuum eiuſdem generis non poſſunt
A componere vnum per ſe, & multo minus entia, quæ ſunt in actu completo, quia ex his vt ſic vnum non eſt in potentia ad aliud Vnde partes homogeneæ v.g. aquæ componunt vnũ per ſe continuum, non vt ſunt actu idest vt habent proprios terminos, quibus per ſe exiſtũt, ſed vt ſunt in potentia, vt ipſe loco citato explicat, quod exemplum difficultate non caret, alibi tamen explicanda.

Reſp. ad 2. Cõf.

Ad ſecundam Confir. Reſp. ex dictis patere, materiam diſtingui à forma, non per rationẽ indeterminatã ſpeciei ſibi intrinſecæ, & identificatæ, quia materia habet ſua prædicata eſſentialia propria, ſicut qualibet alia res ab alijs diſtincta; ſed diſtingui à forma in ordine ad ſpecies rerum ſibi coniunctas, quas cauſat præbendo ſe ipſam materialiter, quia cum reſpectu harum ſit vna, & eadem materia ex ſe ad nullam determinatur, ſed habet vim indifferentem, qua hanc vel illam conſtituendam at vero forma non ſolum eſt determinatæ eſſentiæ ſecundum ſe ratione ſuorum prædicatorum eſſentialium, ſed etiam in ordine ad cõſtitutionem ſpecierum; quia vnus, & idem numero actus non poteſt conſtituere, niſi vnam ſpeciem. Quomodo autem materia cœlorum diſtinguatur à forma patet ex dictis. 49
B

Inſtantia.

C Dices hinc ſequitur materiam eſſe perfectiorem forma, quia quo cauſa poteſt concurrere ad plures effectus, eo eſt perfectior; at materia poteſt concurrere ad cõponendas plures ſpecies, quam forma: ergo.

Improbatur.

Reſp. cauſam tunc eſſe perfectiorem quando concurrit ad plures effectus præbẽdo plures perfectiones, at vero ſi illis omnibus præbeat vnam, & eandem perfectionem, non neceſſario eſt nobilior, ſed ſpectari debet nobilitas perfectionis, quam ipſa præbet. Vnde 50 cum materia cauſando ſpecies ſemper præbeat ſuam indiuiduam perfectionem, ex pluralitate effectuum non poteſt colligi maior
D illius perfectio, ſed ſpectari debet qualitas perfectionis, quam ipſa præbet: conſtat autẽ qualitatem ſuæ perfectionis eſſe multo inferiorem perfectione formali; quia licet vtraque ſit perfectio ſubſtantialis, tamen perfectio materiæ non eſt principium operandi, ſicut eſt perfectio formæ; at maior, vel minor perfectio ſubſtantiæ attenditur ex perfectione operationum, quarum eſt principium. Vnde patet ratio, propter quam materia cæleſtis differt à forma.

Ad 3. Confirm.

Ad tertiã Reſp. qua ratione materia dicatur pura potentia conſtabit dubit. ſequenti. Vnde ſit.

DVBITATIO TERTIA

An materia sit, & qua ratione dicatur pura potentia.

ART. I, Continens opiniones Doctorum.

1 CONueniunt omnes materiam esse puram potentiam, patet ex ijs locis Arist. quibus supra probauimus dici non ens, vel ens in potentia. vt fuse Fons. 1. met. c.7. q.3.ostendit. Conimb. 1.phys. q.3. ex 1. phys. 69. 2. phys. 11. 1. de gen. t. 11. 2. anim.t.7. 8. met. 8.12. met.12. Difficultas solum est in assignanda ratione cur ita dicatur; nam aliqui Thomistæ dicunt dici puram potentiam quia caret omni actu essentiæ, & existentiæ, sed hi pugnantia loquuntur, nam implicat materiam esse ens, & carere omni actu essentiæ.

Aliqui Thomistæ loquuntur pugnantia.

Alij vero ex Thomistis dicunt dici puram potentiam, non quia caret actu essentiæ, sed actu existentiæ proprio, eo quod putent omnem existentiam illi communicari in genere causæ formalis.

Tertio Alij concedunt quidem materiam habere propriam existentiam independentem à forma in genere causæ formalis; sed quia illa est extra essentiam materiæ, dicunt materiā dici puram potentiam quia in sua essentia non includit actum existentiæ. Vnde hi putant materiam existentem non esse puram potentiam.

Quarto Alij dicunt materiam dici puram potentiam, non solum secundum essentiam, sed etiam secundum existentiam, quia puritas potentiæ materialis non attenditur ex exclusione actus entitatiui, sed ex exclusione actus formalis.

2 Hi tamen diuisi sunt nam aliqui vt putant duplicem esse actum entitatiuum essentiæ & existentiæ, ita dicunt materiam primam dici puram potentiam, etiamsi includat actum entitatiuum essentiæ, vt Murcia, & Aret. loc. infra citat.

D Alij vero putantes entitatem essentiæ non debere dici actum entitatiuum, quia alioqui nullum daretur ens potentiale secundum essentiam, sed solum rationem actus entitatiui conuenire existentiæ, consequenter asserunt materiam primam secundum essentiā esse puram potentiam omnimoda puritate; at vero vt existentem esse puram potentiam simpliciter, quia excludit à sua ratione identitatem cum actu formali, qui dicitur actus simpliciter, sed non dici puram potentiam vt excludit omnē

3 actum siue simpliciter, siue secūdum quid, quia includit existentiam, qui est actus secundum quid: videtur Them. 1.phys. 61. ibidem Simpl. & 3. phys. tex.3. 2. de anima tex.2. Philop. 1. phys. 66. & 71. 1. de gen.com. 50. & 54. qui concedunt materiæ aliquē actū in se, & tamen esse potentiam ad actus formales.

A

ART. II. in quo explicatur ratio cur materia dicatur pura potentia.

PRima Concl. materia est pura potentia. 3
Est Arist. locis cit. & omnium peripateticorum. Sumitur ex Platone in Timæo, vbi materiam primam appellat gremium, seu conceptaculū expers omnis formæ speciei, & qualitatis, vbi Proclus & Chalcidius sequitur Plotinus Aenneade 2. lib. 4. cap. 6. Porphyrius lib. de occasionibus cap. 11. Alcineus de doctrina Plat. cap. 8. sequitur Augustin. lib. 12. confessionum cap. 3. & 6. & lib. de na-

B tura Teni.c.18. Damascenus c.3. suæ philosophiæ ratio est quia si non esset pura potentia vel esset actus, vel compositū ex actu, & potētia; non secūdū quia tunc nō esset primū subiectum, nam illa potentia ex qua ipsa componitur esset primum subiectum, atque adeo materia non primum, nā vel esset actus per se subsistens, vel actus informans, at vtrumque repugnat naturæ materiæ, quia destrueretur potentia receptiua, seu informabilis per actum substantialem.

Materia non est actus neque compositum.

Et Confir. quia omnis actus vel est substantialis, vel accidentalis; at constat non esse actū accidentalem, quia ipsa est substantia, cum

C componat substantiam, & sit fundamentum omnium substantiarum corporalium 1.met.17 & 12.met.c.1. & sequentibus. Neque est actus substantialis, quia vt alibi ostendimus materia distinguitur à forma. Neque in sua essentia includit actum substantialem, quia non esset capax omnis actus, substantialis, quia intus existens prohibet extraneum. Vnde ab Arist. dicitur esse quid informe, & turpe 1. phys. tex. 81. materia dicitur appetere formam, vt turpe pulchrum, & fœmina marem, quod dicitur propter priuationem formarum illi adiunctam.

Materia non actus substantialis, neque accidentalis.

Contrarium tribuitur Scoto 2. d. 12.q.1. & 4
Henr.Gandauensi quodl. 1.q.10. & Ant.And. 7.met.q.6, & Bargio 1. d.5. q. vnica ad finem & alijs Scotistis. Quod tribuant materiæ actū entitatiuum vt fuse Fab. Theor. 22. actus autem entitatiuus tollit puritatem potentiæ. Videtur eandem sequi Murcia 1.phys.disp.5.q.3. concl. 2. Contra quos multa Cap. 1. d. 3. q. 3. ar.2. & 7.d.13.q.vnica ar.3. Sonc.7. met.q.17. & 9. met.q.2. Iauel. 9.met.q.2. Verum immerito illos reprehendunt; nam dari actum entitatiuum, qui respondeat potentiæ obiectiuæ fuse probatum est supra, ex hoc autem nō tolli puritatem potentiæ patebit infra. Vnde Sco-

E tistæ non negant materiam primam esse puram potentiam, vt patet ex Aret. in addit. ad Scotum 1. phys. q. 20. conc. 5. vbi etiamsi materiæ primæ tribuat actum entitatiuum, adhuc tamen asserit esse puram potentiam. (Notandum hic tamen obiter est, physicam illam esse Marsilij Inguen. ex errore tamen tributam fuisse Scoto, vt patet ex antiquissimo

lt-

libro, qui seruatur in Bibliotheca D. Laurentij Neapoli ordinis conuentualium.

A

5 *Materia non dicitur pura potentia praecise ex eo, quod in sua essentia nõ includat existẽtiam.*

Secunda Concl. materia prima non dicitur pura potentia praecise ex eo, quod in sua essentia non includat existentiam, nam cum potentia essentialis materiae, sit in ordine ad actus formales puritas illius potentiae non deberet attendi in ordine ad alios actus, sed solũ ad formales, physicos; nam alioqui cum essentia materiae constituatur per differentiam, quae est actus quidam metaphysicus iam in sua essentia non haberet puritatem potentiae, quia haberet admixtionem alicuius actus.

Obiectio.

Contrarium docent aliqui, nam sicut Deus dicitur purus actus, quia nullam includit potentiam nec obiectiuam, nec subiectiuam, ita materia deberet dici pura potentia, ex eo, quod B nullum includat actum, nec formalem, nec entitatiuum, quia eadem est proportionalis ratio puritatis actus, & potentiae.

Confir.

Confir. quia si materia in sua essentia includeret existentiã non esset pura potẽtia: ergo ex eo quod eam existentiam habeat extra essentiã est pura potentia.

1. Resp. Sicuti Potentia actiua non repugnat cum actu puritate neque potentia passiua cum existẽtia.

Resp. primo Deum dici actum purum, & tamen includere potentiam actiuam, quia haec potentia non repugnat actui, sed potius consequitur illam, ita materia dicitur pura potentia subiectiue, etiam si habeat actum existentiae, quia hic actus non repugnat potentiae subiectiuae, sed potius est illi necessarius vt possit C habere operationem suam; quare sicut Deo repugnat esse in potentia obiectiua, vel subiectiua, ita ex participatione illarum potentiarum destrueretur puritas actus; sicut quia potentiae subiectiuae repugnat inclusio actus formalis, ita ex participatione actus formalis destruitur eius potentiae puritas.

6 *2 Resp. Diuersa est ratio inter purũ actum, & materiae potentiã.*

Resp. secundo diuersam esse rationem puritatis primi actus, & potentiae materiae; nam cum haec potẽtia debeat exercere actum recipiendi necessario debet habere existentiã, quae dicitur actus entitatiuus; at vero puritas actus primi consistit in exclusione omnis imperfectionis, cuiusmodi est potentia obiectiua, quae D dicit negationem existentiae, & subiectiua, quae dicit indigentiam perfectionis, sicut à simili ex eo, quod Deus, vt actus purus includit omnem perfectionem, non sequitur puram potentiam debere excludere omnem perfectionem quia, cum haec potentia sit ens substantiale necessario includit aliquam perfectionem, cum omne ens sit aliqua perfectio.

7 *Materia dicitur pura potẽtia ex eo, quod non includit actum formalem.*

Tertia Concl. materia prima dicitur pura potentia ex eo, quod secundum se, etiam vt existit non includit actum aliquem formalem; quia in ordine ad eosdem actus debet spectare puritas potentiae, in ordine ad quos constituitur potentia; sed potentia materię constituitur E in ordine ad actus formales, cum sit potentia receptiua, siue subiectiua, vt patet ex definitione materiae; ergo. Maior probatur, tum inductione, nam puritas potentiae visiuae consistit in carentia alicuius coloris, si enim oculus haberet aliquem colorem non haberet puritatem potentiae visiuae, quia non posset ferri ad omnes colores vt sunt in se, vt patet in hytericijs, & intellectus si esset materialis non posset ferri ad omne materiale, quia intus existens prohibet extraneum, vt probat Aristotel. 3. phys. Tum ratione, quia cõditio addita rei debet proportionari secũdum naturam illius, sed puritas additur potentiae subiectiue, quae specificatur per actus formales; ergo, & puritas debet simpliciter specificari.

Conditio debet proportionari natura rei.

Confir. ex omnibus locis vnde colligitur ex Arist. materiam esse puram potentiã vt 1. phys. 78. 1. de gen. 11. vbi absolute materiam vocat ens in potentia 5. phys. dicitur non esse, 7. met. 8. vbi dicitur non esse quid &c. sed in potentia haec omnia 12. met. 8. Omne quod fit, non fieri ex ente in actu, sed ex ente in potentia 2. de anima 7. & 8. met. 15. vbi non esse quaerendam rationẽ cur ex materia, & forma fiat vnũ, quia materia est potentia, & forma est actus, quod etiam docet Alex. 1. natural. quaest. c. 17. sed in omnibus his locis constat dici potentiã in ordine ad formas, quia non negat ibi Arist. materiam esse ens, quod possit recipere formas, atque adeo non negat habere existentiam, sed solum negat secũdum se habere actus specificos, quia potentia passiua non repugnat cũ actu entitatiuo, repugnat autẽ vt sit actus formalis, Vnde 1. phys. 78. idem ait, posse esse actu & potentia diuersa ratione, quod alibi dicit se explicasse scilicet 9 met. 12. 13. & 14. quare cõcludit non esse necessarium, vt id, quod actu fit, fiat ex non ente simpliciter; nam poterit esse actu ens, sed potentia illud, quod fit & 1. de gener. 11. propositae rationi antiquorum, qui nihil fieri opinabantur, nam fierent ex non ente simpliciter. 8

Resp. non esse necessarium, quia quod fit ex non ente actu fit idest ex materia, quae non est actu id, quod produci dicitur, sed fit ex ente & potentia, quod, ait, se exposuisse 1. phys. 76. 77. Deinde tex. 12. eandem rationẽ proponit, & dicit colligi solutionem ex solutione illius cur sint perpetuae generationes, quid sit generari simpliciter, quod explicat vsque ad tex. 21. & tex. 21. & 22. docet rem fieri ex non ente, quia fit ex materia, quae est non ens ratione priuationis; & quia non est completum, sed potentia, & idem docet 12. met. 8.

Confir. ex diuisione illa, quae traditur de ente 2. de anim 2. 7. met. 7. 8. met. 3. Quod quidquid est vel est actus, vel potentia, vel compositum ex his at materia non est compositum, neque actus 2. anim. 2. 7. met. ergo est potentia. Vnde illa potentia affirmatur de materia ex qua simul cum actu fit compositum, at haec est materia subiectiua, quae simul cum actu formali constituit compositum; ergo puritas debet attendi quoad potentiam subiectiuam.

9 *1. Obiectio.*

Dices quod est in potentia non habet existentiam; ergo multo minus quod est in pura potentia.

Resp.

Resp. quod est in potentia caret illo esse,

ad quod est in potentia, vt si aliquid est in potentia ad albedinem caret albedine, non tamen idcirco caret alio esse seu actu; vnde si aliquid est in potentia ad existentiam caret existentia cuiusmodi est ens possibile dictum à potentia obiectiua; at quod est in potentia ad formam caret quidem forma, non tamen existentia, imo potius ex eo, quod potest recipere formã præsupponitur actu existens, materia autem secundum suam naturam est quidem in potentia ad actus formales & ideo illis sm se caret; at nõ est in potentia ad existentiam, nisi secundum rationem communem omnibus rebus creatis, quæ antequam sint productæ dicuntur esse in potentia ad existentiam, at post productionem non sunt in potentia, sed in actu, quare de essentia materiæ est quidem pura potẽtia, quia hæc respicit actus formales, non tamen est esse in pura potentia, quatenus respicit tam actum formalem, quam existentiam, quia ly, (esse in potentia) includit negationem actus existentiæ; at hæc negatio non potest esse de essentia materiæ. Vnde neque esse in potentia, vel pura potentia ad actum formalem potest esse de essentia materiæ.

2 Obiectio. Dices secundo cur actus entitatiuus non destruit puritatem potentiæ materiæ,

1. Resp. Resp. primo quia potentia hæc materiæ est passiua, scilicet in ordine ad actus formales, vt diximus.

2. Resp. *Actus entitatiuus non est actus simpliciter.* Secundo quia actus entitatiuus non est actus simpliciter sicut est actus formalis, & ideo non tollit simpliciter puritatem materiæ sed secundum quid pro quorum explicatione.

10 *Aliud est esse in pura potentia aliud esse purã potentiam.* Notandũ aliud esse aliquid esse in pura potentia, aliud esse puram potentiam; id enim dicitur esse in pura potentia, quod nullo modo habet actum, scilicet neque formalem, neque entitatiuum, quod videntur dicere aduersarij, cum dicunt materiam esse in pura potentia; at id dicitur esse pura potentia, quod neque est actu neque habet actum formalem, qui proprie & simpliciter dicitur actus huiusmodi autem est materia, nam esse actu conuenit compositis, quibus conuenit existere perfectum: materia autem non est compositum. Vnde Arist. tex. 69. ait *Vnum autem principium scilicet materia*, non sic vnum nec sic ens, vt hoc aliquid. Et probat Fons. lib. 1. met. c. 7. q. 3. sect. 7. Tum quia, cum non esset pars, Tum quia, esset perfectior forma esse autem actum conuenit formæ, cuius est perficere, & constituere res in determinata specie, quod intelligi potest ex 2. de anima tex. 2. & 7. met. 44. & 49. & 9. met. sum 2. à c. 1. ad finem maxime initio & tex. 17. & ideo materia dicitur esse ens, quod est pura potentia & hoc voluit explicare Auer. 2. phys. 4. 6. met. 3. & 30 Cum materiam dixit esse in potentia substantiam, & ens fieri substantiam per formam & 5. phys. 8. quod prius Arist. dixerat 1. phys. 71. 78. 1. de gener. 11, 7. metaph. 8. & ratio est, quia est susceptiua omnium formarum ex 3. cœli 67.

11 Secundo nam apud Arist. esse actu, & existere actum idem sunt vt 9. met. sum. 2. c. 1. indicat Arist. at materia nunquam existit, nisi est

A forma, ideo non dicitur esse actu, nisi per formam, & ex se dicitur potentia: non quia non habeat existentiam, sed quia actu esse non potest naturaliter, nisi habeat formam.

Materia per formam constituitur in esse specifico. Confirm. quod nihil est in materia, quod nõ sit in potentia ad formas. Neque ex hoc sequitur compositum ex eo, quod est in potentia ad omnia accidentia, debere dici puram potentiam, nam diuersa est ratio, materia enim per formam constituitur in esse specifico prædicamentali, & fit vt sit hoc aliquid demonstrabile, quod proprie dicitur esse actu; at non ita subiectum accidentium, nam supponitur esse in aliqua determinata specie, & tantum accidentaliter perficitur.

B Confirm. secundo quia compositum dicitur habere existentiam perfectam, & non forma; ergo.

Ex hoc sequitur solutio argumenti Zab. quod sequeretur materiam esse compositam ex actu, & potentia, hoc enim non facit compositionem in materia, nam per eundem gradum, quo dicitur esse actum entitatiuum, dicitur etiam potentia respectu formarum: & præterea etiam si aliqua sit compositio metaphysica vt infra non repugnat materiæ; nam ratio potentiæ intrinsece requirit aliquam rationem entis, & si potentia existit requirit ens existens.

12 *Materia dicitur remota ab actu puro.*

C Ex his secundo colligitur, materiam ideo dici ita remotam ab actu puro, vt nihil remotius ex Aug. l. 12. confes. c. 7. quia est pura potentia.

Dicitur fundamentum naturæ. Tertio patet cur dicatur fundamentũ naturæ, quia pura potentia in omni actione supponitur; nam agentia, composita substantialia ex materia, & accidentalia ex composito, producunt vnde à Plot. lib. 4. Aenead. 2. c. 5. dicitur profundum vniuscuiusque.

Materia dicitur chaos & confusio. Quarto dici chaos, & cõfusionẽ, qa distinctio est per actum, vnde illud, apud Alens. 8. met. 4. in fundamento naturę nihil est distinctum, quod videtur sumptum ex Arist, 1. met. tex.

D 17. & 35. & dum loquitur de chaos illo Anaxagoræ.

Dicitur Sylua. Quinto dici Syluam, quia vt ligna ad formas artificiales &c. Hinc Them. tex. 61. Simplic. in cap. 7. tex. 47. ex Boetio, materia respectu formarum absentium dici ὕλη, quod latine est tum Sylua, tum materia ὑποκείμενον, autem idest subiectum comparatione earum, quas habet.

Dicitur mater. Sexto dici matrem 1. physic. 80. Plato in Timęo, quia principium passiuum fœcundissimum alia vide in Fonsec. qui fuse expli-

E cat attributa materiæ & Piccolom. lib. 2. de materia c. 1.

Subiectum non pendet ab aliqua forma accidentali. Septimo Colligitur subiectum non pendere in suo esse ab aliqua forma accidẽtali, siue ea sit naturalis, siue supnaturalis. Ratio, qa subiectũ cum sit substantia, etiam secundum suum esse actuale, præcedit esse accidentis, saltem natura, quod dicitur propter proprias passiones, quas subiectum tempore non præcedit.

Dices

Obiectio. Dices forma conseruatur ab accidentibus in materia: ergo.

Resp. 13 Resp. Fons. 5. met. c. 2. q. 3. sect. 3. eã depẽdentiam non esse ab illis, vt à causa simpliciter, idest à priori, sed à posteriori; quo pacto locus naturalis conseruat locatum. Ego dico dependere formas à materia vt à causa, vt infra, ab accidentibus vero vt à conditione necessaria ad disponendam materiam, vt ei possit forma vniri, & deinde vt ea vnio conseruetur: causa autem finalis est, vt forma habeat apta instrumenta ad suas operationes edendas. Sotus autem q. 6. ar. 2. ad 1. ait materiam nõ requirere dispositiones, vt forma vniatur materiæ, sed ad expellendam formam oppositam, ratio ipsius est, quia prius respicit formã substantialem, quam accidentalem, sed non via generationis id intelligitur, sed via perfectionis, & intentionis vt alibi.

DVBITATIO QVARTA

An materia possit naturaliter separari ab omni forma.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

Hac opinio est affirmatiua. 1 Prima opinio est dicentium materiam primam posse ex natura sua esse sine omni forma; per accidens autem nunc non reperiri sine aliqua forma, quia scilicet ex vi agentium naturalium non corrumpitur vna forma, nisi succedat alia, eo quod formæ non conseruantur in materia immediate ex vi agentium naturalium, sed ex vi dispositionum accidentalium, quæ non corrumpuntur nisi expellantur à materia per contrarias dispositiones, quibus positis consequitur alia forma substantialis. hanc docét aliqui apud Argent. 2. d. 12. q. vnica & Ægi. in Hexameron. c. 1. Burl. 1. phys. quest. 12. Vnde Marsil. 3. q. 13. art. 1. putat in morte Christi materiam mansisse sine forma, quod etiam probabile putat Henr. quod. 1. q. 4. hos sequitur Mar. 2. q. 8. art. 2. nec displicet Gab. 2. d. 12. q. 1. & 2. vt Hẽr. quod. 1. q. 11. Merc. q. 6. qa in prima mũdi creatione materia fuit creata sine forma, atq; adeo informitas pcessit informationem duratione, præsertim secundũ sanctos PP. distinctionem illam sex dierum, in quibus fuit conditus mundus fuisse veram secundum durationem successiuam, & non secundum prioritatẽ naturę & originis vt Chrysost. hom. 3. in genes. Ambros. lib. 1. Hexam. cap. 7. Basilius in Hexameron hom. 2. Nazianzen. oratione 43. quos refert & sequitur Molina de operibus sex dierum disp. 1. quia alioqui
2 magna vis inferretur verbis scripturæ. Antecedens probatur, tum ex sapientia 11. Omnipotens, inquit, manus tua creauit orbem terrarum ex materia inuisa, idest in formi vt Aug. 12. confes. cap. 3. 4. & 6. significat & alij PP. qui dicunt nomine terræ significatam fuisse materiam in formam, quæ ob id, dicitur inanis, & vacua, seu vt vertunt septuaginta inuisibilis & incomposita, & Caldæus Paraphrastes vertit squallida seu desolata, atque vacua; quę falsa essent si materia habuisset formam substantialem. At Deus tunc operatus est vt auctor naturæ non vt miraculorum opifex Aug. initio exposit. in genes. Tum secundo ex operibus naturę, nam operatio naturę sequitur, seu assimilatur primę causæ, sicut secũda causa sequitur primam; sed in operibus naturæ informitas præcedit tempore formationem patet ex sensu.

A

Confirm. nam omne quod tempore præcedit aliud est separabile ab illo secundum existentiam 7. met. tex. 4. vbi probat substantiam esse priorem accidentibus tempore, quia est separabile ad accidentibus & notat Fland. ibi q. 2, ar. 1. sed materia tempore præcedit formam, quia quod est prius generatione, est prius tempore, cum generatio sit terminus alterationis, & ostendit D. Thom. 7. met. lect. 13. materiam autem præcedere formam generatione, patet, quia est subiectum, & principium, illius.

B

Confir. secundo nam maiorem dependentiam habet accidens à subiecto, quam materia à forma, vt patet ex analogia accidentis in ratione entis respectu substantiæ, quæ analogia non est inter materiam, & formam; sed accidens naturaliter est separabile à subiecto, cũ definiatur esse id, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem.

C

Confir. tertio materia manet semper eadem corrupta qualiter forma, nam manet sub vtroque termino mutationis ex 8. met. c. 1. & patet, quia inde probatur in 1. phys. dari materiam tanquam tertium principium; sed quod remanet corrupto altero, est separabile ab eo secundum esse, neque dicas esse quidem separabile à singulis formis determinate, non tamen à singulis vage, & indeterminate; sicut equitatio est separabilis ab hoc, & illo equo determinate, nõ tamen ab hoc, vel illo indeterminato. Non inquam id dicas, quia sicut actio singularis, & derminata non potest pendere à principio singulari indeterminato, sed à determinato principio, vt patet ex exemplo equitationis; nam exercitium determinatum æquitationis non potest exercere in equo vage, sed determinato, ita natura determinata cuiusmodi est hæc numero materia prima receptiua omnium formarum non potest pendere à singulis formis indeterminate, sed si actu habet aliq̃ depẽdentiã debet habere in ordine ad hãc determinatam formam, quod si ad nullam talem habet, signum est nullo modo pendere ab illis, siue determinate, siue indeterminate sumptis. 3

D

Secũda opinio est dicẽtiũ materiã naturaliter nõ posse existere sine aliqua forma vage sũpta, 4 qa licet separabilis sit à singulis determinate, non tamen ab omnibus, licet exercitium dependentiæ semper sit ab aliqua determinata, sicut licet visio pendeat ab aliquo oculo vage, tamen quoad exercitium videndi semper debet determinari principium à quo sit, neq; licet ex distributiua propositione colligere col-

E

 lecti-

lectiuam, vnde non valet neque oculus dester est necessarius, neque sinister est necessarius ad videndum; ergo nec dester, nec sinister est necessarius ad videndum: nam antecedens est verum quia neque sinister est determinatus ad videndum, neque dester, quæ determinatio significatur per propositionē distributiuā: at vero consequens est falsum, quia per subiectum copulatum sub vno prædicato excluditur vterque oculus indeterminate, quod patet esse falsum, quia vnus ex illis oculis est necessarius ad videndum. & hæc opinio est fere omnium, tam eorum, qui negant posse supernaturaliter existere vt Thomistę, & Aegidius lib. 1. de operib. sex. dierum c. 2. Fland. 8. met. q. 1. ar. 2. Sonc. q. 1. & alij, quam, qui affirmant posse supernaturaliter, vt Scotistę vt in 2. d. 12. vbi Bonau. q. 1. Scotus mairon Bassolus, & alij, & sequuntur Faber. Theor. 24. c. vnico Suar. disp. 15. met. sect. 8. Conimb. 1. phys. c. 9. q. 6. ar. 1. Hurt. disp. 2. sect. 9. Murcia disp. 5. q. 6. concl. 1. Hieronymus Pla q. 5. & 4. in fine Picolom. lib. 2. de materia cap. 4.

Ratio aliorum de hac inseparabilitate ducta ex conditione naturæ vniuersalis.

5 Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui dicunt oriri hanc inseparabilitatem ex conditione naturæ vniuersalis, quæ vt refugit vacuū, ita & existentiā materiæ sine forma siue ob turpitudinē materiæ, qā natura abhorret ens adeo imperfectū sine vlla pulchritudine seu ornatu: siue ob carentiam actiuitatis, eo quod omnis substantia intenditur à natura propter operari, atq; adeo refugit existentiam rerum in eo statu, in quo non possunt operari, materia autem sine forma non posset operari, hac enim ratione refugit vacuum quia impediretur actio mutua agentium inter se, & quominus influentiæ cælorum per omnem lineam communicentur inferioribus, vt dicetur in 4. phys. & retulimus supra dubit. 2. opin. 3.

Improbatur à Suario.

Sed contra hanc rationem insurgit Suar. sect. 8. n. 11. nam vel intelligitur de operatione, q̄ dicit ordinē ad efficiens, & hęc est indebita materiæ siue sit cū forma siue sine forma, atq; adeo nō dicetur esse otiosa si nō habet id, q̄ sibi non debetur, sicut nō dicitur otiosus homo quia non habet operationem Angelicam. Vel intelligunt de operatione, vt dicit ordinem ad quodlibet genus causæ, & falsum est materiam non esse aptam ad operationem, cum eius operatio sit recipere; nam etiam si spolietur omni forma, adhuc ipsa est apta recipere si illi forma ab agente communicetur.

6 Neque dicitur potentia receptiua esse otiosa. ex eo, quod non semper exit in actū recipiendi vt patet ex alijs potentijs receptiuis, vt v. g. ex intellectu, qui non semper recipit species ab obiectis & alijs potentijs actiuis, quæ non semper operantur; & licet forma requiratur, vt materia exeat in actum recipiendi tamen non requiritur vt adiuuans, & complens principium recipiendi, sed ex parte receptionis, vt eius terminus, quia receptio est actualis ordo ad formam receptam, at non sic principium receptiuum; sicut anima rationalis indiget consortio materiæ ad exercendā informationem, & tamen potest existere sine materia; Vnde principium illud, quod non est aptum per se operari sine alio, non potest existere sine illo. Vel intelligitur de indigentia alterius ex parte principij, vt aliqui volunt, vel vt Suar. omnino est falsum, quia potest vna res indigere consortio alterius ad causandum & non ad existendum, vt intellectus indiget consortio phantasię ad species abstrahendas, & tamen potest naturaliter existere separatim à phantasia (sed hęc instantia facile soluitur, nam intellectus separatus, licet non possit habere intellectionem phantasticam, potest tamen habere aliam, & perfectiorem) quare sistendum est in prima intelligentia illius principij. Vnde inferunt non posse materiam abhorreri à natura vniuersali propter eius turpitudinem, eo quod sit pura potentia nullum habens actum seu perfectionem, nam vere cum sit Ens & substantiale necessario dicit aliquam perfectionē, vt infra imo pertinet ad perfectionem Vniuersi, vt in eo reperiantur diuersi gradus entium & perfectionum, nam etiam monstra admittit vt rerum diuersitate perficiatur.

Ostenditur vis allatæ rationis.

Verum licet hæc confutatio sit probabilis, tamen adhuc ratio proposita habet vim ob illud principium. Quod non potest per se operari non potest existere naturaliter, nam intelligitur de operatione in ordine ad efficiens, ad quam per se ordinatur substantia, vt alibi ostendemus, nam licet materia non sit principium eliciēs operraionem huiusmodi, tamen ordinatur ad illam mediante forma, & ideo quia sine forma non potest adiuuare ad operationem, ideo non potest existere sine forma, & ob eam rationem dicitur propter eius turpitudinem abhorreri à natura, dum est separata à forma.

Alia ratio cuncta ex conditione agentiū particularium.

7 Secundo Alij putant hanc inseparabilitatem oriri ex conditione agentium particularium, ex vi quorum non potest materia separari ab vna forma, quin recipiat aliam iuxta illud 1. de gen. 17. & 20. & 3. phys. 73. quod generatio vnius est corruptio alterius.

Improbatur à Suario.

Sed neque hęc ratio placet Suario, quia licet dum vna forma generatur necesse sit alia corrumpi, quia materia non est capax duarum formarum, tamen non conuertitur, quod ex corruptione vnius debet alia generari, vnde Scotus putauit in morte animalis corrumpi vnā formā sine generatione alterius, & ratio, quia potest corrumpi dispositio necessaria ad conseruationem alicuius formæ, quæ tamen sit insufficiens ad introductionem alterius formę. Verum hęc doctrina repugnat tum Arist. qui ibidē docet, quod sicut huius generatio alterius est corruptio, ita huius corruptio est alterius generatio & ideo *incessabilem necesse est transmutationem esse*.

Improbatur Suarij doctrina.

Tum rationi, quia natura non potest per se intendere corruptionem cum tendat ad non ens, atque adeo non possit per se habere rationem boni, cum ens, & bonum conuertantur, at si daretur corruptio sine alterius generatione, tunc per se intenderetur.

Et Confirm.quia experientia constat formas conseruari sub dispositione maximè contraria; at hæc non potest saluari, nisi quia illa dispositio ad hac non est apta ad alterius formæ generationem, vt fusius in lib.de Gen. nec mirum, quia cum accidentia sint subordinata formis substantialibus omnis complexio accidentium inepta ad conseruationem vnius formæ debet esse apta ad generationem alterius, quia sic semper conseruatur in accidentibus subordinatio ad aliquam formam.

8 Tertio, alij rationem inseparabilitatis oriri ex conditione peculiari materiæ, quod illa ex natura sua habeat aliquam depẽdentiam à forma Verum in assignanda hac dependentia non conueniunt.

Alia ratio ducta ex dependentia materia à forma

Nam aliqui ex Thomistis dicũt id esse, quia materia ex se nullam habet existentiam, sed illam habet à forma in genere causæ formalis; nam sicut omnis potentialitas est à materia, ita omnis actualitas debet esse à forma, existentia autem est actualitas quædam. Verum hanc opinionem supra fuse reiecimus, nam ostendimus materiam ex eo, quod sit essentialiter ens, vendicare sibi proportionatam quandam existentiam, quam vocauimus actum entitatiuum.

Explicant hãc dependentiam aliqui, ex Thomistis, ex eo, quod materia nullã habet existentiã.

Reijcitur hæc explicatio.

Neque id congruè probant ex potentialitate materiæ, tum quia falsum est, omnem potentialitatem, etiam passiuam esse a materia, nam in Angelis est potentia passiua in ordine ad accidentia, qui tamen carent materia. Tum quia sicut datur potẽtia passiua respectu formarum substantialium, & alia respectu formarum accidentalium, ita datur duplex existentia: Vna formalis, cuius principium est forma. Altera entitatiua, cuius principium est, quidquid participat entitatem realem. Vnde sicut non potest dari aliquod receptiuum formæ substantialis, nisi participet rationem materiæ, ita non potest dari aliquod existens formaliter, idest in determinata specie prædicamentali, nisi participet rationem formæ; sicut neq; potest aliquid habere actum entitatiuum, nisi participet rationem entis realis.

9 Alij vero hanc dependentiam dicunt esse à forma tanquam à conditione, sine qua non, præuia tamen, eo quod materia non est capax existentiæ naturaliter, nisi prius sit coniuncta cũ forma. Hanc videntur sequi aliqui Thomistæ recentiores, qui cum videant communem Thomistarum sententiã de dependentia materiæ à forma in genere causæ formalis non posse probabiliter defendi: finxerunt in materiæ existẽtia dependentiam ab existentia formæ, tãquam à conditione sine qua non, præuia, seu antecedente putantes agens naturale non posse dare existentiam materię, nisi illa prius sit vnita formę. Vnde vnio illa se habet, vt conditio, seu dispositio, sine qua nec agens dat existentiam, nec materia recipit illam, videtur Fons.7.met. c.7.q.3.sect.3.&Conimb.quos citauimus du.2. in 2.modo 2.opin.

Explicant alij ex eo, quod materia secundum existentiã dependet à forma, vt conditione sine qua non præuia.

Alij denique dicunt, materiam quoad sui existentiam pendere à forma tanquam à conditione, sine qua non consequente quidem, seu concomitante, non autem præuia, vt explicauimus dub.2.in 3.modo secundæ opin.ex Suario loc. ibi cit.

alij ex eo, quod dependent à forma secundũ existentiam vt conditione sine qua non concomitante.

A

ART. II. Continens Opinionem Auctoris.

Prima Conclusio. Materia non potest naturaliter separari ab omni forma, vt 12.met. cap.2.& DD.2.physic.tex.26. Probant aliqui primo, ex eo, quod forma corruptibilis sit inseparabilis à materia, at maiorem dependentiam habet materia à forma, quam contra; ergo maiorem inseparabilitatem. Minor patet, tum quia ob minorem perfectionem habet maiorẽ indigentiam, atque adeo dependentiam. Tum quia ens potẽtiale magis pendet ab actu, quam contra, quia nõ est de ratione actus, vt sic, quod sit in materia, cum reperiatur purus actus sine vlla materialitate, & potentia; at non reperitur materia, & potentia sine actu. 10

Materia naturaliter non põt separari ab omni forma ratio aliquorum, ducta ex maiore depẽdẽtia materia à forma, quam è cõtra.

B

Verum, hæc ratio non est solida, quia forma materialis ideo non potest esse extra materiam quia pendet ab illa, vnde non separatur, sed corrumpitur deficiente concursu materiali; at materia (vt probauimus) non pendet à forma, saltem per verum influxum, quia licet sit imperfectior forma, secundum essentiam tamen potest esse perfectior secundum quid quoad existentiam, sicut cęlum, licet sit simpliciter imperfectius homine, tamen secundum quid quoad incorruptibilitatem est perfectius. Nec mirum quia cum materia sit fundamentum totius naturæ materialis debet habere suam existentiam independentem ab alijs, quorum est fundamentum, quia illis est prius, sicut subiectum est prius prędicato quoad cognitionem. Quare potentia solum pendet ab actu, quem recipit quoad denominationem sumptam ab effectu formali ipsius formæ, vt infra.

Hæc ratio non est efficax.

C

Secundo probat Flandr.ex D.Thom.2.d.12 q.1. ar. 4. quod materia se habeat ad diuersas formas, sicuti corpus ad diuersas figuras; verum Aduersarij negant hanc similitudinem, de qua re infra. 11

Ratio Flandr. ducta ex paritate corporis ad diuersas figuras, sed negant aduersarij.

D

Tertio, alij probant ex Arist.8.metaph.tex.8. vbi inquirens, an materia sit magis substantia, quàm forma, & compositum Respondet, compositum esse magis, quia materia non est separabilis à forma, & composito, quam rationem explicans Flandr.8.metaph.q.1.ar.2. nam compositum dicitur esse per se, quia est separatum ab ab alio, non quia sit separatum à suis partibus; nam hoc implicat, sed quia nõ subsistit ad subsistentiam partium, sed potius contra, & ideo dicitur separabile secundum rem à partibus, sicut substantia dicitur separabile secundũ rem à partibus, sicut substantia dicitur separabilis ab accidentibus, quia nõ subsistit ad subsistentiam alicuius accidentis.

Ratio aliorum ducta ex Arist.

E

Quarto probant, ex communi sensu philosophorum, citantur Plot.Ænnead.3.lib.6.c.14. Auicen.2.suæ metaph.tract.2.c.3.&30.Them. 1.phys digres.vlt.Auer.1.physic.com.56. & 2. com.13.& alij omnes vt Iandu.& Fland.8.met. q.1.

Ratio aliorum ducta ex communi Philosophorum.

q.1.Achill.lib.1.de elem.q.7.vnde est commune axioma Philosophorum.

12 Quinto probant ratione ducta ex experientia, nam sicut cęlum dicitur incorruptibile, quia in tanto annorum spatio, numquam passum est corruptionem, ita dicendum, materiam esse inseparabilem à forma naturaliter, quia in tanta mutatione rerum numquam fuit sine aliqua forma substantiali; nam quod dicunt in prima rerum creatione, materiam fuisse creatam sine forma, falsum esse putant Sancti PP. præsertim August.lib.12.conf. cap. 17. & 29. & 13. confess. cap. 33. & 1. de Gen.ad litt.cap.15.& lib.4.cap.22.& seq.&11. de Ciuit.cap.7.refert alios Molin.disp.5.& seq. de operibus sex dierum, sed dicitur inanis, & vacua, quia non dum erat vestita herbis, arboribus, & plena animalibus, vt exponit Ægidius in Hexameron, vel vt alij, & dicitur mundus factus ex materia informi, siue informitate accidentium, siue substantiæ, non quia informitas præcesserit tempore formationem, sed tantum natura, & origine, vt ipsemet Aug.loc.cit. explicat Basil.Hom.2. in Hexam.qui addit eos, qui nomine Terræ intelligunt materiam primā sine forma esse peruersores sanctarum litterarum, de qua re Hugo Victori.1.par.de Sacrament cap.4.& in Gen. cap.5. D.Thom. 1.par. q.66.ar.1.& q.4.de potentia ar.1. Alens.2.par. p.40.Magister 2.d.12. vbi Alb.Bonau.Durand. Scotus, Ricc. Ægid. Arg. Cap. Heru. & probant, quia cęlum, & terra, quæ initio dicuntur creata, Gen.1. & Psal.101. non significant materiam sine forma, sed vnum ex elementis: Vnde Innoc.cap.firmiter de Sum.Trin.ait, Deum initio temporis vtramque creaturam corporalem, & spiritualem, de nihilo condidisse, neque quod dicitur à Marsilio de Corpore Christi in triduo recipitur ab alijs, vt videre licet in D. Thom. 3.par. q.50.ar.6. vbi Med. & Suar. d.38. sect.3. sed hæc ratio claudicat, quia non probat experientia semper in materia esse aliquam formam substātialem, quia nullum illius signum affert, nam licet in prima creatione fuerit facta cum forma elementari, tamen non constat, deinde fuisse semper conseruata sub aliqua forma substantiali, nisi ex auctoritate Arist.dicentis, generationem, & corruptionem se mutuo consequi, quod ratione non probatur, ideo.

Ratio aliorum ducta ex experientia.

13 Ego probo, ex eo, quod experientia constat materiam numquam separari ab aliquibus accidentibus; ergo neque ab aliqua forma substātiali, quia accidentia sunt ordinata à natura ad formas substantiales; ergo inseparabilitas materiæ ab accidentibus debet oriri ex inseparabilitate eiusdem à forma substantiali, alioqui maior perfectio esset in effectu, quam in causa.

Ratio Auctoris ducta ex inseparatione accidentium.

Confirm. quia alioqui natura maiorem inclinationem dedisset materiæ respectu mediorū, quam respectu sui finis adæquati, quia maior inseparabilitas illius cum medijs, quam cum fine, arguit maiorem inclinationem, quia vt in natura cognoscitiua amor elicitus facit coniunctionem amantis, & amati, ita in rebus cognitione carentibus inclinatio naturalis facit coniunctionem cum termino inclinationis.

A Confir. 2. quia non destruitur vna complexio qualitatum, quin non succedat alia; at omnis complexio qualitatum debet subordinari alicui formæ substantiali, atque adeo debet ad illam consequi forma substantialis, cui subordinatur corrupta alia forma substantiali, quia sicut accidens ex natura sua subordinatur substantijs, & tale accidens tali substantiæ, ita & talis complexio tali formæ.

Confirm. 2. quia non alia ratione experimur res conseruari in statu maximè in naturali, vt aqua sub maximo calore, nisi quia materia non deserit vnam formam, nisi succedat dispositio conclusionis alteri formæ, vnde forma substantialis consequatur.

B Secunda Conclusio. Hæc inseparabilitas materiæ à forma substantiali non potest oriri à dependentia materiæ quoad suam existentiam à forma, tanquam à conditione, sine qua non præuia. Probatur ex ijsdem rationibus, quibus dub.2. probauimus, non posse pendere quoad existentiam distinctam à forma, vt à causa formali, nam eadem inuoluitur repugnantia, cum hoc fundetur in prioritate naturæ, quam materia habere debet quoad existentiam respectu omnium formarum, debet enim præsupponi in actu primo, non solum quoad essentiam, sed etiam quoad existentiam, & omnes conditiones constituentes illā in actu primo in priori natura respectu actus secundi sine essentia, qualis est receptio respectu potentiæ receptiuæ, quia vt existentia non potest esse principiū receptiuum, ita neque essentia sine existentia, & alijs conditionibus prærequisitis in actu primo; ergo non potest pendere in eo priori vllo genere dependentiæ actualis, siue vt causa influente, siue vt conditione ab existentia formæ receptæ, quia hæc quoad sui existentiam, est posterior natura, non solum materia, sed etiam receptione ipsa, seu causalitate materiæ. 14

Hæc inseparabilitas non est secundum existentiam à forma, vt à conditione sine qua non præuia.

C Confir. quia dependentia rei quoad sui existentiam ab alio, vt conditione sine qua non præuia, vel est necessaria ex parte agentis dantis existentiam, vel ex parte termini recipientis existentiam, sed vnio materiæ cum forma potest esse necessaria ex parte agentis, neq; ex parte materiæ, quæ recipit existentiam ab agente. Minor probatur quoad primum, nam illa conditio est necessaria ex parte agētis, quæ est necessaria, vt agens habeat sufficientem virtutem applicatam ad productionem termini, sed forma substantialis, quæ est terminus non auget, nec complet virtutem agentis, sed illam integram supponit in agente, neque illam applicat ad agendum, quia hæc applicatio est determinata natura causæ, vel eius libertate, & ablatione impedimētorum actionis, quorum multum pertinet ad formam substantialem compositi, alioqui posset dici, esse conditionem sine qua non, etiam respectū productionis sui ipsius formæ.

D Deinde probatur minor quoad secundam partem, quod scilicet requiratur ex parte ma- 15

teria

teriæ, nam vnio materiæ cum forma, quę dicitur conditio præuia, & quasi dispositio, vt materia recipiat existentiam, in illo priori, vel est cum materia carente existentia, & conclusione secunda ostēdimus, implicare, quia vnio actualis inter extrema realiter distincta, non potest intelligi, nisi vtrumque extremum actu existat, vel est cum materia existente, & tunc vel existente ex vi alterius formæ; & sequeretur in eodem instanti, esse vnitam duabus formis. Vel existente ex vi eiusdem formę vnitę, & hoc repugnat tum causalitati materiæ circa formam, tum vnioni, seu receptioni, nam existentia formę, cum pendeat ex causalitate materię, pręexistere nequit, etiam in priori aliquo naturæ ante existentiam materię, nam existentia subiecti recipientis supponitur ad receptionem, & vnionem, vt actus primus ad secundum, quare non potest pendere aliqua ratione à termino consequente receptionem, & altero extremo terminante vnionem, tanquam ab aliquo pręuio requisito ad eius existentiam, cuius rationis vis confirmabitur ex dicendis de mutua causalitate causarum.

ART. III. Continens argumenta Aduersariorum, & eorum solutiones.

1. Obiectio.

16 SED contra hanc Conclus. Primo, sicut se habet essentia materię ad essentiam formę, ita existentia ad existentiam, sed essentia materiæ dependet à forma, cum sit relatiuum ad formam; ergo & existentia ab existentia, sed non in aliquo genere causæ, vt probatum est, ergo saltem, vt à conditione.

1. Confirm.

Confirm. quia si forma non esset possibilis, neque esset possibilis materia, vt communiter conceditur, & patebit ex tractatu de causis; ergo non existente forma, neq; existet materia, quia sicut se habet possibile ad possibile, ita existens ad existens.

2 Confirm.

Confirm. 2. quia quod est essentialiter compars, non est capax existentię, sine vnione cum comparte, sicut pars non potest habere rationem partis, nisi sit actu in toto, quia extra totum non est amplius pars, sed hoc aliquid per se existens, vt sæpè docuit Aris. sed non potest pendere à comparte in aliquo genere causæ, vt probatum est.

Occluditur aliquod effugiū.

Neque dicas, quod sicut pars aquę dum cōponit totum, dicit ordinem ad compartem, quod idem dicitur de alijs partibus integrantibus, & tamen non dependet quoad sui existentiam à comparte, cum pateat posse existere extra totum, ita dici potest de materia respectu formę. Non, inquam, id dicas, quia pars integralis secūdum entitatem abstrahit à ratione partis, & totius. Vnde est capax vtriusque denominationis, at materia non ita, sed secundum essentiam suam est compars, cum sit secūdum essentiam entitas incompleta; ergo nunquam potest esse sine suo complemento.

3. Confirm.

Confirm. 3. quia si materia esset independens à forma in aliquo genere causę, & tanquam à conditione, tunc nulla esset ratio cur sit naturaliter inseparabilis à forma, quia quod est independens ab alio potest existere sine illo.

Respond.

Resp. negando eandem proportionem dependentię in essentia ad essentiam, ac existentię ad existentiam; nam id est commune omnibus relationibus trāscendentalibus, vt secundum essentiam dependeant ab essentia termini, non tamen secundum existentiam ab existētia termini. vt patet in omnibus potentijs actiuis, quę sunt ante existentiam suorum terminorum, quod etiam debet dici de potentia subiectiua, cum sit eadem ratio. 17

Resp. ad primā Confirm.

Ad primam Confirmationem Respondetur, eodem modo eandem esse proportionem possibilitatis, & existentię, vt patet ex multis instātijs in omnibus ferè potentijs, imò multi volūt, quod si non esset possibilis vlla creatura, neque esset possibilis omnipotentia Dei, & tamen secundum omnes constat omnipotentiam Dei extitisse ante existentiam alicuius creaturæ.

Ad 2. Confirm.

Ad secundam Confirmationem, materiam essentialiter esse compartem potentialem, non autem actualem, quia actualitatem partis habet ab vnione sibi superaddita; sicut potentia visiua non est essentialiter efficiens, sed effectiua. Differt tamen à parte integrali, quod hæc secundum essentiam suam abstrahat à ratione partis, & à ratione totius, vt diximus; at materia secundum essentiam suam semper est pars ob sui incompletionem, cum sit dimidium ens. Vnde fit, vt naturaliter non possit esse extra totū, & sine comparte, non ob dependentiam ab illa, vt à priori, sed ob perfectionem, quam recipit ab illa, iuxta exigentiam, & naturæ suæ peculiaris, & naturæ vniuersalis, & modi, quem seruant agentia naturalia in suis actionibus, vt infra.

Instantia.

Dices, accidens ex eo, quod sit essentialiter ordinatum ab substantiam, dependet quoad sui existentiam à substantia; ergo similiter materia dependebit quoad sui existentiam à forma, quia essentialiter est ordinata ad formam. 18

Soluitur.

Respondeo, accidens dependere quoad existentiam à substantia non simpliciter ob ordinem essentialem, quia hunc ordinem habet omnis potentia ad suum actum, & tamen non dependet omnis potentia à suo actu, sed quia dependet à substantia, vt efficiente, & vt à subiecto, vnde etiam patet, cur forma corruptibilis dependeat à materia quoad existentiam, non enim id est, quia est pars, & quid incompletum, nam hę rationes sunt etiam in materia, & anima rationali, sed quia indiget substentatione, quæ ratio non militat in materia, quæ cum sit subiectum debet esse prius natura secundum existentiam, sicut forma est prius materia secūdum perfectionem, atque adeo forma pręcedit in ordine intentionis, materia autem in ordine exequutionis.

Ad 3. Confirm.

Ad tertiam confirm. in Concl. sequen. patebit ratio inseparabilitatis materię à forma, quia non oritur ob dependentiam à forma tāquam à priori, sed tanquam à conditione concomitante. Vnde fit.

Tertia Conclus. hæc inseparabilitas materię

rię

Hæc inseparabilitas ob depẽdentiam materiæ à forma, vt conditione sine qua non concomitante.

riæ à forma oritur ob dependentiam materiæ à forma tanquam à conditione sine qua non concomitante, ita Suar. loc. cit. Murcia 1. physs. disp. 5. concl. 1. quia existentia materiæ semper concomitatur existentia formæ illam informantis. Patet, quia omnis inseparabilitas debet oriri ab aliqua ratione dependentiæ, nam cum vnum non possit existere sine alio, eo ipso dependet ab existentia illius, quia illo non existente, nec ipsum existit; sed materia non depẽdet à forma vt à priori; ergo saltem vt à conditione concomitante, quia non potest fingi alius modus dependentiæ, nisi vel à priori, vel à concomitante, vel ab aliquo posteriori; hic autem confundimus conditionem sine qua non, concomitantem, & subsequente. Neque hic modus dependentiæ à conditione concomitante, vel subsequente est nouus, quia illum videmus in omnibus suarum passionum, in substantia respectu subsistentiæ secundum multos, cur enim anima non potest naturaliter existere sine suis potentijs, nisi quia hę sunt conditiones requisita, vt illa connaturaliter existat.

19 Quarta Conclusio. hic modus dependentiæ, qui est in materia ratione formæ tanquam à conditione concomitante, seu subsequente; partim oritur ex conditione, & modo agentiũ naturalium; partim ex conditione naturæ vniuersalis; partim ex peculiari conditione materiæ secundum se.

Explicata dependentia oritur partim ex cõditione agentium naturalium.

Prima pars patet ex dictis, quia cum materia fuerit creata sub aliqua forma, & illa non corrumpatur, nisi corruptis dispositionibus, hę aũt non expellantur, nisi per contrarias dispositiones, quæ non minorem vim habent ad producendam nouam formam substantialem, quam expellendam præexistentem, cum subordinari debeant alicui substantiæ fit, vt numquam materia existat sine aliqua forma.

Confirm. quia agentia naturalia non intendunt, nec operantur ad corruptionem primario, sed secundario, .s. ad generationem alterius, vnde est ad illud generatio vnius est corruptio alterius.

Partim ex conditione naturæ vniuersalis.

Secunda pars probatur. Tum quia videmus in natura oriri effectus contra inclinationem particularem rerum ex inclinatione vniuersalis naturæ, hac enim ratione elemẽta mouentur contra propriam inclinationem naturalem ad replendum vacuum, quia natura vniuersalis refugit vacuum; hinc etiam fit, vt monstra generentur præter intentionem agentium naturalium, ne materia sit sine aliqua forma. Inde etiam fit, vt causa prima, positis dispositionibus ad animam rationalem, suppleat defectum causæ secundæ, creando animam rationalem, ne materia maneat sine forma; ergo ex inclinatione naturæ vniuersalis materia est inseparabilis à forma, ratio autem huius inclinationis naturæ vniuersalis oritur; Tum ex incõpletione materiæ, & eius turpitudine, vt explicauimus 3. sent. 2. dub. Tum ex eodem principio, quod refugit vacuum, nam si vacuum refugit ne impediantur actiones superiorum in inferiore per omnem lineam, vt dicemus suo loco, multo magis abhorrebit materiam sine forma, quia sine illa esset inepta ad operationes, atque adeo esset otiosa, quia vt alibi ostendemus omnis substantia ordinatur ad aliquam operationem in genere efficientis, operationis autem principium primum est forma, hac enim ratione, nec ipsa forma potest existere sine potentia sibi connaturali ad operandum, quia esset otiosa; & licet substantia non semper operetur, tamen debet habere connaturaliter statum in quo possit operari, & in hoc principio fundatur illud axioma, quod substantia in eo statu, in quo non potest operari, non potest connaturaliter existere, quia esse est propter operari.

Tertia pars patet, nam materia cum sit essentialiter pars connaturaliter exigit existere in toto, quia est de ratione potentiæ essentialiter imperfectè exigere connaturalem statum. Vnde illi non debetur conseruatio, nisi in toto, & sub aliqua forma, & ideo sublata forma substãtiali naturaliter periret materia, sicut periret ablata ab ea quantitate alijsq; accidentibus, ratio autem huius indigentiæ est summa illius imperfectio, & incapacitas operationum sine forma. 20

Partim ex peculiari conditione materiæ secundum se.

Dices, anima rationalis est etiam ens incompletum, & tamen separari naturaliter potest à materia. *1. Obiectio.*

Respondeo, & dico primo, animæ rationali non deberi naturaliter productionem, nisi in materia, quia extra materiam non haberet statum, in quo posset habere operationes, quam est ex natura sua particeps, vt vegetationes, sensationes, & similia; nam quoad has actiones esset otiosa. *Soluitur.*

Dico secundo, cum semel anima rationalis extiterit in materia, potest naturaliter ab ea separari, quia habuit semel statum, in quo potuit operari omnia genera operationum; quarum est particeps; deinde vero, quia non potest in materia conseruari perpetuo ob defectum dispositionum, separatur ab illa non tamen corrumpitur, vt cæteræ formæ materiales, quia est per se subsistens, & independens à concursu materię, atque adeo existit extra materiam, idq; naturaliter, quia extra materiam potest habere aliquas operationes; nec tamen dicitur otiosa, ex eo, quod non possit operari alia genera operationum, quia ad tollendum otium satis est aliquando habuisse statũ connaturalem, in quo potuit operari.

Potest naturaliter anima rationalis separari à materia si semel cum ipsa extiterit.

Dico tertio, anima rationalis extra materiam nõ existit naturaliter primario, sed secundario, nã cõnaturalis status existendi animę rationalis est in materia, cum ex natura sua sit forma, sed qa hic gradus formæ est coniunctus cum spiritualitate, consequenter fit, vt possit etiam esse extra materiam, cum ob defectum dispositionum expellitur à materia, & hoc est, quod diximus secundario naturaliter existere extra materiam, quia expulsa à materia ob sui incorruptibilitatem manet extra.

Primario anima rõnalis extra mãm naturaliter nõ existit, sed secundario.

Dices secundo, videmus sępe res existere in statu præternaturali, vt patet in aqua calida, & aere 21

2. Obiectio.

aere secundæ regionis frigido; ergo etiam materia existere poterit naturaliter sine forma in statu innaturali.

Soluitur. Respondeo, duplicem esse innaturalitatem. Vnam accidentalem, quam concedimus reperiri in rebus, vt probat argumentum. Alteram substantialem, & hãc negamus reperiri, qa quęlibet species entis substantialis indiuisibiliter constituitur per suam formam, & ratio diuersitatis est. Tum quia, quælibet forma appetit conseruari in materia, dum potest habere aliquam operationem, etiam si non ita perfectam, qualem connaturaliter poscit, & ideo conseruatur sub innaturali dispositione accidẽtali. Tum quia ex necessitate oritur, vt cõseruetur in materia, dum illa dispositio non est alteri formæ magis naturalis. Vnde sicut natura rationalis rationabiliter eligit, dum necessitate vrgetur minus malum, ad vitandum maius, ita natura ex naturali appetitu eligit conseruari sub dispositionibus innaturalibus, vt minus malum ad vitandum maius, idest informitatem materiæ, quia sub illa innaturali dispositione dari potest aliqua actio, at sub informitate, nulla: At hæ rationes non militant in dispositione innaturali materiæ substantiali, quia nullo modo posset operari, & nullo modo participaret completionem sui; vnde conseruari potest sub vilissima forma, quia sub illa participat ratione aliqua actionem, & completionem sui. Deinde forma existens sub innaturali dispositione habet vim recuperandi suam naturalem dispositionem recedente cõtrario, & ideo donec accedat alia forma illam formaliter expellens semper conseruatur in materia; at vero materia non habet vim producendi in se formam substantilem, quare semel amisso suo statu naturali, non potest amplius suis viribus eum recuperare. Vnde apparet sub eo statu innaturali naturam permittere existentiam rebus ad quem recuperandum concessit vires, non autem in eo statu, ad quem recuperandum non concessit vires. Scio posse afferri multas instantias, sed nõ expedit, ne longior sim, quam par est, pluribus rem examinare.

22 *3 Obiectio.* Dices tertio, omnis depẽdentia est ad aliquid prius; ergo repugnat ponere dependentiam à concomitanti, vel à posteriori.

Soluitur. Respondeo, duplicem esse dependentiam. Vnam, vt à causa influente, & hæc semper est ad aliquid prius, quę propriè dicitur dependẽtia. Alteram, vt ab aliquo connexo, ob quam connexionem fit, vt agens, nec det existentiam, nec ipsa res requirat exis. etiam naturaliter, nisi habeat terminum illius connexionis, vnde fit, vt illi non debeatur naturaliter cõseruatio, qua ratione quantitas non est sine figura corpus sine Vbi; nec anima sine intellectu; nec essentia sine proprietatibus; nec substantia sine subsistentia; nec vnio materiæ, & formæ sine accidẽtibus disponentibus, quæ demanant à forma; non enim illa accidentia possunt habere influxum effectiuũ directè, & per se in ipsam vnionem, quia illa supponunt formam in genere causæ efficiens.; neque formalem, quia effectus formalis illorum, est efficere subiectum calidum, siccum, &c. at causalitas dispositiua in hoc videtur consistere, vt talis natura requirat tales dispositiones, quibus sublatis, illi non debetur conseruatio, imò nec ipsum accidens potest existere naturaliter sine actuali inhęsione, quæ tamen est posterior existentia.

Ratio à priori est, quia hic modus connexionis non inuoluitur repugnantiam, & est consentaneus imperfectioni naturæ creatæ, vt non solum requirant ad sui existentiam influxus causarum, sed etiam plures conditiones, dispositiones, & modos intrinsecos; & quia substantia creata sine accidentibus esset omnino frustra, quia non esset apta ad aliquam operationem, vel finem; ideo his sublatis non debetur illi conseruatio, etiam si sit substantia separata, neque hoc repugnat incorruptibilitati ipsius, quia sufficit, si illa actio ex vi agentis creati non sit possibilis, & hoc modo solum defendi potest huiusmodi substantias posse conuerti in alias, de qua re in 3. par. 23

24 *4. Obiectio.* Dices quarto, quod sit discrimen inter dependentiam influxus, & connexionis.

Soluitur. Respondeo, differre in hoc, quod quæ priori modo pendent ab vna, vel pluribus causis non possunt concipi simpliciter existentia, priusquam intelligantur dimanare à singulis causis in suo genere. Vnde actio causæ secundæ non potest intelligi existens prius quam dimanans à prima, & secunda, & accidens à substantia, & agente. at quæ posteriori genere possunt intelligi, vt prius natura existentia ante existentiam alterius, quia non pendere ab illo alio, vt influente directè in ipsum esse. hoc fit, vt responderi possit esse principium efficiens alterius, quia supponitur habere iam esse, per quod causat, & non pendet à suo efficiente, nisi vt consequente conditione afficiente entitatem suæ causæ. Secundo, quod in rebus pendentibus priori modo vna interuenit actio, per quam effectus sic dependeat ab omnibus suis causis per se; at in ijs, quæ pendent posteriori modo, pręter actionem, qua fit entitas rei à suis causis per se, intelligitur alia actio, vel dimanatio, per quam fit illa conditio, à qua res illa pẽdere dicitur, vt in anima intelligitur actio terminata ad substantiã animę, & deinde dimanatio potentiarum ab anima; quam constat esse influxum distinctum, siue vocetur actio, siue dimanatio, nam potest impediri, & postea expediri, vt patet in aqua calida reducẽte se ad pristinam frigiditatem.

Idem, de quantitate respectu materiæ, siue ab hac immediatè resultet, siue media forma, siue immediatè creetur à Deo tanquam proprietas naturalis materiæ, ea enim actio est distincta ab actione creatiua substantiæ materiæ, & vt ex terminis non fit vnum ens, neque ex illis actionibus.

DVBITATIO QVINTA.

An possit materia supernaturaliter separare ab omni forma.

1 *Auctores tractantes de hac re.*

DE hac Scholastici in 2.dist.12. vbi Scot. q.1.&2.Tar.Lichet.Bassol.Mayronus, & alij, & similiter Scotus 7.metaphys. q.5.vbi Tromb. q.6.Ant.And.q.6 Zerb.q.3. & fius q. 4. & alij 8.metaph. vbi Tromb. & Iauell.Fons. c.1.q.1. Occh.2.d.12.q.1. Gab.ar.2. Greg.q.1.& 2.Marsil.q.8.Alij 2.d.13.vbi Bacc. quæst.vnica Cap.q.vnic.Heru.q.1. & quodl.6. ar.1. Alij in 1.phys. vbi Canonic.q.9. Sax.q.9. Burid.q.20. Tol.q.13. Burl.in tex.69.Veracrucius in cap.3. specula.2. Soi.q.6. Bannes q.67. ar.1.dub.2.Niger in clypeo q.10.prædicamen. Hieron.Pla.q.5 de princ.Hurtad.disp.2.sect.9. Murcia disp.5.q.6. Conimb.q.6.cap 9. Masius cap.9.19.Perer.lib.5.c.13.Suar.disp.15. sect.9. Fons.5.metaph.c.2.q.3. Caiet.de ente,& essentia cap.5.q.8. Ferr. 3.contr.gent.cap 4. Valles. controuers.7. ad Tyron. Zab. lib. 2. de materia c.2.Piccolom.lib.2.de materia 4. Paues. disput.2.metaph.cap.11.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

2 *Prima opinio negatiua etiam secundum potentiam absolutam Dei.*

PRima opinio est dicentium materiam nullo modo etiam per potentiam Dei absolutam posse existere sine aliqua forma. Hanc recentiores Thomistę, vt Masius, & alij tribuunt D. Thom.1.par.q 66.ar.1. q.4.de potent.ar.j.in 2. dist.12.q.1.ar.4.& quodlib.3.ar.1.D.Bonauen. d.12 q.1.Durand.q.1.Argen. ar.2. Heruæo d. 13.q.1.& quodl.6.ar.1. Baconitano quęst. vnica ar.3.Cap.d.13.q.1.concl 1.Deca.q.1.conc.j. Alb. Mag. in lib. de quatuor coquis, M. Medina 3.par.q.4.ar.1. Bannes, & Cumel 1.par.q. 66. ar.1. Hugoni Vict.lib.1. de Sacram. par.1. cap.4.Magistro 2.d.12.cap.5.Sonc.Iand. & Iauell.8.metaph.q.1. Caietan.de ente, & essentia cap.5.Ferr.3. contr gent.c.4. Valles.controu. 7.ad Tyrones, Zabar.lib.2. de materia cap.2. Auerr.1.phys.com.12.Auic 2.metaph. tract.2. cap.3. apud Iand.loc.cit. Æg d.lib.1. Hexam. cap.1.Zim.Theorem.15. Achil.1.de elem.q.7. Alfons.Tolet.2.de anima q.1.ar.2.

3 *Sensus aliquorum de hac opinione.*

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam quidam non explicant an loquantur de potentia Dei absoluta, an de potentia naturali, vt Magister, Hugo Vict.qui solum dicũt,materiam in principio creationis nõ caruisse omni forma, et quod tale aliquid corporeum existere non potest sine aliqua forma, & eodem modo loquitur Mars. 1.phys.q. 20.vbi ait, esse impossibilem materiã esse separabilem,vel separatam à forma, & eodem modo aliqui explicant D.Thom.loqui .s. de potentia ordinaria; nam quod D. Thom. 1.par q.66 ar.1. docet implicare contradictionem,materiam esse sine forma,quia esset, & nõ esset in actu,illum explicant nõ loqui de actualitate incompleta,sed de specifica,& completa; nam vt docet esse in actu prouenire à forma, ita distinctionem materiæ à materia oriri à forma;sed materia secundum proprium esse non distinguitur ab alia per formam, sed per suam essentiam indiuidualiter;ergo non loquitur de actualitate,& distinctione incompleta materię, sed de completa,quæ oritur à forma.

Et Confirm.ex verbis D.Thom. qui ait, ipsum autem, quod est actus, est forma, sed forma physica non est omnis actus,sed tantum ille,qui complet specificam essentiam; nam existentia formæ distinguitur ab ipsa forma, & tamen est aliquis actus similiter subsistentia. Vnde quando dicit actum esse formam loquitur de actu complente potentiam subiectiuam materiæ,non autem de omni actu.

Confirm.2. quia ibi instituit quæstionem de facto, an materia fuerit sine forma, & docet numquam fuisse sine forma,quia cum operatio Dei sit perfecta simul produxit materiam cum forma,non præsupponẽdo priuationem in materia, sicut illam supponit actio agentis creati, quę est imperfecta. Non desunt tamen,qui putant D.Thom. loqui non absolutè, sed secundum principia peripatetica, vt Piccolomineus loc.cit.

4 *Alius sensus.*

Alij vero explicite dicunt id implicare contradictionem etiam per absolutam Dei potentiam, hanc sequuntur communiter Thomistę vt patet ex citatis auctoribus, & Piccolom.qui loquitur secundum principia peripatetica.

Inter hos autem est discrimen in fundamento huius sententiæ; nam aliqui putant id implicare ex eo, quod omnis existentia formaliter dependeat à forma, siue ponatur vt sit eadem existentia materiæ, & formæ; siue ponatur distincta, sed formaliter communicata ab existentia formæ,sed horum fundamentum à nobis supra confutatum est.

Alius sensus.

Alij vero agnoscentes in materia propriam existentiam independentem ab existentia formæ in genere causæ formalis, probant hanc implicationem ex eo, quod essentia materiæ existentis dicit ordinem actualem ad actualem coniunctionem, cum forma,ita vt sicut implicat materiam existere sine sua essentia, ita sine hoc ordine, atque adeo sine termino huius ordinis, qui est actualis vnio cum forma videtur fundamentum Marsilij,qui id probat tum exẽplo quantitatis, quę est inseparabilis ab aliqua figura, tum exemplo consonantis, quę est inseparabilis ab aliquo vocali; ratio autem cur ponant illum ordinem actualem in materia, sumitur ex eo, quod implicat aliquid existere, & non esse in aliqua determinata specie entis; at materia habet rationem specificam ab actuali coniunctione cum forma; ergo ex vi suæ existentię exigit illam actualem coniunctionem.

5 *Secunda opinio affirmatiua secundum potentiam absolutam Dei.*

Secunda opinio est dicentium, posse materiam per absolutam Dei potentiam, non solum separari à forma, sed etiam sic separatam conseruari, ita Scotistæ omnes, & ex Nominalib.Gregor.Gabr.& alij, & ex recentioribus Fonsec.Conimbr.Hurt.Murcia,& Hieronym.

Pla.

Pla. videtur Sot. & Bannes loc. cit. apertè à D. Thom. deficientes, vt ipsi arbitrãtur putat probabilem Niger, & Veracrucius.

Sensus aliquorum de hac opinione. Inter hos tamen est discrimen, quod alij velint eam existentiam materiæ fore naturalem, supernaturaliter facta separatione, eo quod illi debeatur conseruatio, cum habeat existentiam propriam independẽtem ab omni alio, at quod est huiusmodi debetur conseruatio per causam primam, sicut alijs rebus existentibus. hanc videntur docere communiter Scotistæ, & probant exemplo animæ rationalis, quæ quia existit independenter ab alio naturaliter conseruatur extra materiam.

Alius sensus. Alij vero dicunt intercedere duplex miraculum. Vnum, in separatione ab omni forma. Alterum, in eius sic separata conseruatione. Ex quibus aliqui dicunt, præter influxum conseruatiuum sufficientem ad conseruationem materiæ cum forma requiri nouum influxum, quo suppleatur dependentia, quam materia habet à forma; ita videntur sentire Fonsec. & Conimbric. quia cum constet materiam naturaliter non posse existere sine forma, certè id oritur ex aliqua indigentia materiæ; at omnis exigentia quoad existentiam suppleri debet, vt res indigens existat.

Alius sensus. At Suar. Murcia, & alij, licet concedant, materiam tunc non existere naturaliter, eam tamen innaturalitatem negant oriri ex indigentia maioris concursus illo, quo conseruabatur sub forma; sed ex eo, quod materiæ separatæ ab omni forma non debetur idem concursus conseruatiuus, vnde si conseruatur, ea conseruatio est supra materiam, siue spectetur natura vniuersalis, siue particularis materiæ: hanc eandem sequitur Hurtadus, qui tamen §. 100. addit, quod etiam si materia prima caperet existentiam à forma, adhuc posset de potentia absoluta existere sine forma, quia posset aliũde habere existentiam, qa licet ex natura rei existentia prouenirent à forma; adhuc tamen supernaturaliter posset produci à Deo sine forma, sicut subsistentia prouenit à natura, & tamen in Incarnatione patet aliunde prouenisse. Vnde mirantur Thomistæ, qui cum teneant Humanitatem Christi propriam existentiam creatam existere existentia Verbi, existimant implicare materiam existere per existẽtiam non communicatam à forma; nam licet ibi fuerit materia cum forma, tamen existentiam non habuit à forma, atque adeo non omnis existẽtia est effectus formalis formę.

ART. II. Continens Opinionem Auctoris.

PRima Conclusio. Materia potest existere, etiam si separetur ab omni forma, hanc

6 probant Scotistæ, quia videmus accidentia existere separata à substantia in Sacramento Eucharistiæ, sed magis pendet accidens à substantia, quam materia à forma; ergo materia potest separari à forma. Minor probatur, quia

Materia potest existere etiam separata ab omni forma.

A magis pendet posterius à priori, quam prius à posteriori, quia omnis dependentia simpliciter, est ad aliquid prius, cum dependentia sit præexigentia huius ab hoc in alteritate naturæ, sed quod pręexigitur est prius præexigente; sed accidens est posterius substantia, vt Aduersarij concedunt, & materia est prior forma via originis, licet forma sit prior via perfectionis.

Prima probatio Scotistarum ducta ex paritate maioris dependentiæ accidentis à subiecto.

Resp. Aduersariorum. Respondent, materiam esse priorem in genere causæ materialis, & secundum esse absolutum, at forma est prior secundum esse existentiæ, & in genere causæ formalis.

Improbatur. Sed contra, nam licet forma sit prior in genere causę formalis, atque adeo secundum perfectionem, & per consequens in ordine intentionis, tamen cum materia sit prior in ordine originis erit etiam prior secundum existentiam, B quia in ordine originis includitur existẽtia à parte rei, non aũt in ordine intentionis, quia ad hunc ordinem sufficit existentia obiectiua. Vnde Scotistæ arguunt, quandocumq; sunt duo ordines; quorum vnus est simpliciter prius alio, quidquid est in ordine prius est simpliciter prius quocumque existente in ordine posteriore, iuxta illud: Infimum supremi, & supremum infimi; sed ordo originis, & perfectionis sic se habent, quod ordo originis quoad existentiam in natura limitata est simpliciter prior ordine perfectionis, nam quæ C sunt priora generatione, sunt posteriora perfectione, quia natura semper procedit à perfecto ad imperfectum cum ex sua limitatione nõ possit attingere immediatè terminum perfectum. Vnde Scotistę concludunt, quod cum materia sit simpliciter prior forma quoad existentiam potest ab illa separari. Nec obstat discrimen illud, quod accidens sit actus, materia vero pura potentia, quia diximus non excludere actum entitatiuum, sicut neque excludit esse ens.

Effugium. Neque placet, quod Diuus Thomas quodlibet. 3. question. 1. articul. 1. ad primum, docet accidens dependere à substantia sicut D à causa substentante, & quia Deus potest producere omnes actus secundarum causarum sine ipsis causis, ideo potest conseruare accidens sine subiecto; at materia secundum suum esse actuale dependet à forma in quantum forma est ipse actus eius, ideo non potest supplere.

7 *Occluditur.* Sed contra, quia hoc ipsum probat ratio, scilicet existentiam materiæ, cum sit prior origine existentia formæ, non posse dependere à forma in genere causæ formalis, quod à nobis fusius est probatum.

E Confirmant Scotistæ, quia omne ens absolutum ab alio distinctum, & eo prius potest existere sine illo, sed talis est materia respectu formæ &c.

Prima Resp. Thomistarum contra conclusionẽ. Ad hęc argumenta Respondent Thomistæ cum Cap. Caietan. & alijs. Primo, materiam considerari dupliciter. Primo, simpliciter, & secundum essentiam, & ita est prior

origine forma. Secundo, secundum existentiam, & ita est posterior forma; sicut superficies est prior albedine, sed hæc est prior superficie alba.

Improbatur.

Sed contra, nam cum ordo originis requirat existentiam intrinsece, si materia origine erit etiam prior, vt existens.

2. Resp.

Resp. secundo, negando ordinem generationis esse simpliciter priorem ēt in natura limitata ordine perfectionis, quia actus est simpliciter prior potentia, 9. met. 15. & 12. met. 30. at prioritas actus, est prioritas perfectionis; tum etiam, quia ordo perfectionis est prior natura ratione, & tempore, 8. phys. 75. quare licet agēs prius attingat imperfectum, quam perfectum, tamen oportet prius in se esse perfectum, 12. metaph. 40.

Improbatur.

Sed contra, quia licet ordo originis supponat agens, quod est prius subiecto, in quod agit, atque adeo supponit ordinem perfectionis in ratione agentis, tamen non potest supponere ordinem perfectionis in ratione formæ, sed est illo prior; at Nos comparamus ordinem originis cum ordine perfectionis formalis, quia de his est nostra controuersia; ergo materia semper erit prior forma, qua informatur. Et cum Arist. dicit actum simpliciter esse perfectiorem potentia, vel loquitur de actu per se subsistente, quia in ordine actuū reperitur agens per se subsistens, q̄ est simpliciter prior omni potentia, vt est Deus &c. Vel si loquitur de actu formali, loquitur de prioritate secundum perfectionem, non secundum existentiam, dicit aūt illum esse priorem simpliciter secundum ordinem intētionis, quia natura, licet incipiat suam actionem à re imperfecta, tamen primario intendit perfectum, atque adeo omnia alia ordinat tanquam media ad perfectionem tanquam ad finem.

3. Resp.

8 Resp. tertio, quod etiam si materia sit prior, negant tamen omne absolutum prius posse absolui à suo posteriori, quia causa inseparabilitatis non solum potest esse dependentia, sed etiam necessaria connexio, nam secundum Scotum partes sūt priores toto, tamen simul sumptæ non possunt esse sine toto. Secundo, quantitas est prior, quam qualitas, tamen non potest esse sine figura. Vnde addit Ferr. id esse verum disiunctim, nō autem coniunctim, vnde animal est prius speciebus, tamen non potest esse sine omnibus speciebus.

Improbatur.

Sed contra, quia hic non ostenditur hæc necessaria connexio inter materiam, & formam, nam partes, præcisa vnione, possunt esse sine toto, quia ibi non est necessaria connexio; at posita vnione non possūt esse sine toto, quia sicut implicat poni actionem, & non poni terminum propter necessariam connexionem, ita poni vnionem, & non poni vnitum. Neque animal ponitur prius secundum existentiam speciebus, sed secundum prædicationem, quia secūdum existentiam species, imò indiuidua sunt priora. Quod autem additur de quantitate, & figura infra soluetur.

Reijcitur alia Resp.

Ex quo etiam reijcitur quarta responsio eorum, qui dicunt, tunc distincta realiter possunt separari, quando non habent essentialem dependentiam. Vnde totum, licet realiter est distinctum à partibus, tamen est inseparabile ab illis, quia essentialiter ab illis pendet. nam instat Veracrucius, ibi esse essentialem dependentiam à partibus, vt prioribus, & vt constitutiuis; at materia nec depēdet à forma, vt à priori, nec ab aliquo sui constitutiuo.

Et Confirm. quia maior est connexio essentiæ cum proprietatibus, quam materiæ cum forma, cum illa sit necessaria; hæc autem contingens; sed essentia potest separari à sua proprietate realiter distincta, vt ipse in cap. de Proprio ostendit; ergo.

9 Secunda probatio aliorum ducta ex non necessaria connexione inter materiam, & formam.

Secundo, Alij probant, ex eo, quod Deus vult producere materiam non necessitatur ad producendam formam ex vi prioris volitionis, nisi propter necessariam connexionem vtriusque, cum voluntas Dei non possit necessitari ad volendam creaturam aliquam, nisi ex vi volitionis alterius creaturæ, quæ non potest esse sine alia; sed inter materiam existentem, & formam non est hęc necessaria cōnexio, quia hæc connexio non est cum singulis formis, cum pateat à singulis separari; ergo neque potest esse cum toto genere formarum, quod enim contingenter se habet ad quamlibet speciem generis absoluti, contingenter etiam se habet ad totum illud genus, quia totum genus non est extra species omnes, alioqui si determinaret sibi genus, & tamen nullam speciem, vel indiuiduum illius sibi determinaret, tunc necessario coniungeretur cum genere, & tamen cum nulla specie, cum has contingenter, & non necessario respiciat. Verum hoc argumentum facilè solui potest, quia dupliciter potest aliquid se habere ad species, & indiuidua illius generis. Primo, determinatè. Secundo, vage. Vnde quando aliquid respicit contingenter singulas species determinatè, sed necessario aliquam vage; tunc non respicit contingenter genus illarum specierum, sed necessario, vt patet ex varijs exemplis, quę afferri solent, vt de voluntate circa singula peccata venialia; de equo necessario ad equitationē, & similibus. Scio posse contra hanc responsionem instari, ostendendo in materia nō esse absolutam necessitatem respectu alicuius formæ vage, licet sit necessitas naturalis, tamen quia conclusionem aliunde Nos probamus, relinquimus cętera Lectori. quare.

Redditur insufficiens.

Tertia Probatio Auctoris ducta ex non implicantia.

Ego probo, Deus potest, quæcumque non implicant contradictionem, sed in separatione materię à forma nulla includitur contradictio, quia ostendimus supra materię existentiam non dependere in genere causę formalis à forma, neque vt à conditione sine qua non præuia; ergo ex vi huius independentiæ non implicat separatio. Neq; implicat ex vi dependentię, quam materia habet à forma tanquā cōcomitante, quia hęc dependentia licet impediat separationem ex vi causarum naturalium,

non

non tamen ex vi potentiæ absolutæ Diuinæ, nam licet materiæ separatæ nõ debeatur naturaliter concursus, tamen potest à Deo tribui pręter naturæ debitum, sicut potest conseruare animam contra naturæ debitum in corpore non organizato.

Confirm. materia enim cum appareat substentare & formam, & accidentia necessario habere debet, & existentiam, & proportionatam sibi subsistentiam; ex qua simul cum existentia formæ resultat non vna simplex, sed vna composita existentia totius.

Obiectio. Dices, proprium susceptiuum existentiæ, & subsistentiæ est totum compositum, quod vt essentialiter constituitur per formam, ita per hãc redditur aptum ad existendum. Deus autem non potest constituere actum extra proprium susceptiuum.

Soluitur. Sed contra, tum quia licet totum sit propriũ susceptiuum completæ, & perfectæ existentiæ, tamen quęlibet essentia est capax, & proprium susceptiuum proportionatæ sibi existentię, vt patet; Tum ex anima rationali, & etiam ex alijs formis, quę secundum Thomistas sunt separabiles à materia. Tum quia ideo totum est susceptiuum completæ existẽtiæ, quia est completa essentia; ergo quælibet essentia siue incõpleta, siue cõpleta est capax existentia sibi proportionata.

11 Vnde gratis, & falso Thomistæ assumunt existentiam simpliciter esse effectum formalem siue primarium, siue secundarium formæ, nisi intelligant de existentia completa, vt supra diximus. Tum quia, licet actus non possit esse naturaliter extra proprium subiectum sibi cõnaturale, nõ tamen apparet implicare esse extra illud supernaturaliter, quia patet dari potentiam obedientialem. Vnde materia etiam si naturaliter non esset capax existentia sine forma, adhuc tamen posset idem recipere supernaturaliter.

12 Secunda Conclusio. In hac separatione materiæ, & eius conseruatione separatæ ab omni forma, est duplex miraculum, quia est duplex actio extra ordinem naturę. Prima, est in separatione. Secunda, in conseruatione materię separatę, non consentanea ordini naturali. vnde patet esse discrimen inter creationem, & conseruationem ignis extra cęlum, & huiusmodi conseruationem, quia ibi est vna actio continuata, atque adeo vnum miraculum, hic autem sicut est duplex actio extraordinaria, ita duplex miraculum, sicut si Deus ignem intra Orbem Lunę productum poneret extra cœlum, & deinde ibi illum conseruaret, esset duplex miraculum, & in positione, & conseruatione.

Duplex miraculum est in separatione materiæ & eius conseruatione.

13 Tertia Conclusio. Vt materia existat sine forma non requirit, vel nouum, vel maiorem influxum eo, quo conseruabatur materia sub forma, quia cum materia nihil recipiat à forforma, quo conseruetur sub illa, sed tota conseruatio erat ex vi primæ causæ, si ponitur eadem conseruatio iam ponitur totum id, quod est sufficiens ad indigentiam materiæ.

Idem influxum requiritur materia existens sub forma, ac separata.

Obiectio. A Dices, qua igitur ratione si est eadem conseruatio, dicatur esse pręternaturalis, & miraculosa, cum sit eadem, quę prius quando non erat miraculosa; nam non apparet, cur amissa forma dicatur miraculosa, quia cum materia nihil accipiat à forma, non potest corrumpi seruato ordinario cursu. Neque dici potest, illi non deberi illum concursum; nam si loquamur de debito necessitatis, neque tunc debetur quando est sub forma, si autem de debito ex potentia ordinaria videtur vtraque ratione deberi; nam Deus decreuit præbere concursum ordinarium cum omnibus rebus existentibus, cuiusmodi est hic concursus, vt supponitur, quia non additur de nouo, & hic concursus est B consentaneus, naturę materię, cum non excedat eius perfectionem. Neque dicatur non deberi illum concursum materiæ spoliatæ forma, quia constituta est in statu non debito suę naturę; nam eius status perfectionis consistit in coniunctione cum forma, nam hac ratione anima rationalis separata, deberet corrumpi, quia non est in materia ad quam dicit ordinem, vt compartem, & cum vtrique conueniat subsistere, independenter ab alio, vt causa per se influente, vtrique vel neutri debetur conseruatio; & videmus in natura multa conseruari in statu pręternaturali, vt aquam sub maximo calore, deinde cum quælibet res refugiat sui corruptionem, non potest illi non C esse consentanea conseruatio, quia si rei vnum oppositum est malum, alterum erit ei bonum, quare erit secundũ inclinationem naturæ particularis talis conseruatio, quia maius malum est naturę, carere addita sibi perfectione, & suo esse, quam addita perfectione tantum. Neque est vnde colligatur conseruationem non esse debitam naturæ talis rei positæ sine illis conditionibus, ex quibus non recipit aliquid quoad existentiam.

Soluitur. Respondeo, ex hoc argumento rectè posse improbari opinionem Suar. dicentis illud miraculũ oriri ex conseruatione indebita naturæ materiæ. Sed solum oriri ex eo, quod sit conD tra decretum Dei, quo constituit res nũc producere, & conseruare, miraculum enim dicitur, quod est pręter, vel contra potentiam ordinariam: hęc autem dupliciter dicitur. Primo, pro potentia Dei operante iuxta decretum Dei, quo decreuit hęc facere, & non alia. Secundo, pro potentia, quæ operatur ea, quæ sunt cõsentanea naturis rerum, & naturę Dei, hinc fit, vt pręter naturale dicatur dupliciter, contra duplicem hanc potentiam; conseruatio igitur dicitur pręternaturalis, quia est contra decretum Dei, hoc autem decretum colligitur, tum ex parte materię, quę non appetit directè, sed indirectè destructionem formę habitę, atque adeo nullo modo appetit priE uationem omnis formę. Tum ex connexione causarum naturalium; quę cum intendant assimilare suis actionibus sibi passum, non intendunt spoliationem materię ab omni forma, actio autem omnium causarum concurrentium non potest frustrari omni

fine. Hinc colligitur neque esse naturale materiæ, vt spoliata omni forma existat, non quidem ratione sui, sed vt pars vniuersi; quare nunquam accidit, vt spolietur omni forma, vt experientia colligitur, & idem posset dici in similibus casibus, vt si conseruaretur essentia sine passionibus.

Opinio Suarij probabilis. Verum potest opinio Suarij probabiliter substineri; nam decretum Dei, de conseruandis rebus aptatur naturis rerũ quoad fieri potest; vnde si decreuit efficere materiam, quę est pura potentia subiectiua, ita decreuit illam cõseruare iuxta exigentiam suæ naturæ; eius autem natura exigit coniunctionem cum aliqua forma. Vnde facta separatione ab omni forma non debetur illi conseruatio, sicut non debetur conseruatio formæ corruptis dispositionibus in materia, quia ex natura sua exigit existentiam cum his conditionibus; quare ablatis illis conditionibus non manet amplius appetitus naturalis, vnde patet ad argumentum propositum contra opinionem Suarij.

ART. III. Continens argumenta contra Conclusiones, eorumq; solutiones.

15 *1. Obiectio.* Obijcitur primo, si esset possibile materiam primam separari ab omni forma aliquando esset separata, quia frustra est illa potentia, quę non reducitur ad actũ at nulla pars materię vnquam fuit separata ab omni forma. ergo &c.

1. Resp. Potentia alia physica, alia logica. Respondetur, duplicem esse potentiam. Vnam physicam, quæ sumitur in ordine ad virtutem agentium naturalium, & secundum hãc est impossibile separari ab omni forma, & de hac dicitur, quod frustratur, quando non ponitur in actu. Alteram logicam, quæ dicit negationem implicantiæ, & secundum hanc dicitur possibile; sed hæc potentia non dicitur frustrari, si non ponatur in actu, quia alioqui deberent fieri à Deo omnia, quæ non implicant.

2. Resp. Respondent secundo alij, hanc potentiam esse reductam in materia humanitatis Christi in triduo, sed de hac re 3. par.

16 *2. Obiectio.* Obijcitur secundo, quia si materia esset sine forma, esset actu sine actu, nã esse actu est concretum quoddam; at omne concretum sumitur ab aliqua forma, quæ essentialiter, & causaliter sit principium talis effectus; vt albedo est essentialiter, & causaliter principium albi, sed hæc forma dans esse actu non potest esse materia; Tum quia hæc est essentialiter pura potentia, atque adeo non potest formaliter dare esse actu. Tum quia omnis actus est essentialiter forma, ex 7. metaphysic. nam ab ea cõpositum habet esse actu, atque adeo multo magis id habet materia. Tum quia, sicut omne esse accidentale implicat esse ab alio, quam à forma accidentali; ita esse substantiale debet implicare, esse ab alio, quam à forma substantiali. Tum quarto, ex Axiomate illo, quod existentia sit actualitas formæ, de quo D. Tho. 1. par. q. 3. ar. 4. & Scotus 2. d. 3. q. 3. Ægidius quodlib. 1. q. 7. ex Boetio lib. de Trinit. cap. 3. & lib. de Vnitate, & Vno, & D. Dionysio cap. 5. de Diuinis nominibus, vbi cum asserat ipsum esse rerum creatarum, esse præcipuam Diuinæ essentiæ participationem, existimandum, inquiunt, non est, materiam aliquod actuale esse participare posse, quod ei per formam, tãquam per actum potentiæ permistum à puro actu nõ proueniat.

Resp. totam vim huius argumẽti pẽdere ex æquiuocatione illius termini, actus, & esse actu, nam ex Linconiens. 1. phys. Actus est duplex. 17 *1. Resp. Actus alius trãscendentalis.* Vnus transcendentalis, & significat quamlibet existentiam, siue sit accidentalis, siue substantialis, siue materialis, siue formalis, & hæc conuenit non ratione formæ, sed essentiæ cuiuslibet realis, & inde dicitur esse actu actualitate transcendentali; nam hic actus, est modus quidam, vt aiunt aliqui, intrinsecus cõueniens entitati ex vi agentis. Alter est actus prædicamentalis, & significat formam aliquam informantem, & constituentem in determinata specie prædicamentali, sicut esse actu actualitate formali, & prædicamentali, dicit esse speciem determinatam sub aliquo genere: quare cum dicitur, quod materia esset actu sine actu. *Alius prædicamentalis.* Respondetur, quod non esset sine actu transcendentali, cuiusmodi est existentia, licet esset sine actu formali, & prædicamentali. *Materia nõ esset sine actu transcendentali.* Vnde non est effectus formalis sine caus. formali, nec cõcretum sine forma abstracte concepta, nam existentia transcendentaliter sumpta, est causa formalis, & forma abstracta dans esse actu.

Vnde ad primam probationem Respond. illud esse actu, non esse ab essentia materiæ, quæ est pura potentia, sed ab existentia, quæ licet sit pura potentia subiectiua, vt secundum hanc non dat esse formale, non tamen est pura potentia obiectiua, quæ excludit omnem existentiam, sed dicitur actus entitatiuus. Neque dicatur, quod vnumquodque est, quatenus habet suum proprium esse, & actum; actus autem proprius materiæ, est forma; nam id verum de materia, vt est in potentia subiectiua, at non vt est in potentia obiectiua, quia sic proprius eius actus est existentia, & actus entitatiuus.

Actus specificus est essentialiter forma, non vero actus existẽtiæ. Ad secundam probationem, actum specificum esse essentialiter formam; at actus existentiæ non est essentialiter forma, quia est cõmunis materiæ, & formę, cum sit quid transcẽdentale.

2. Resp. Respondetur secundo, etiam existentiam posse dici formam, non quidem in ordine ad potentiam subiectiuam, vt sic, sed vt modus quidam intrinsecus, qua essentia existit, nam existentia in creaturis est extra essentiam, atq; adeo licet forma det materiæ esse specificum prædicamentale, atque adeo existentiæ specificæ completiuæ, non tamen totaliter, quia cõpositum etiam habet esse existentiæ à materia, ex qua componitur.

Ad tertiam Resp. aliam esse rationem esse accidentalis, & substantialis, qa esse accidẽtale, 18

cum

Alia est ratio esse accidentalis, ac substantialis.

cum sit simplex, & in se completum, non constat ex duplici parte, scilicet formali, & materiali, sed totum est esse formale, at esse substantiale cum sit compositum ex materia, & forma, & vtraque sit substantialis, erit duplex esse substantiale incompletum, scilicet materiale, & formale, & vnum completum, scilicet compositum ex vtroque, & ideo non totum esse substantiale est à forma, sicut est esse accidentale, & sic fit vt in prædicamentis accidentium ponuntur directè formæ accidentales; at in prædicamento substantiæ directè ponuntur composita, & non partes, idest materia, & forma.

Axioma Thomisticum.

19 Ad quartam probationem Respondeo, illud Axioma esse inuectum à Thomistis, neque D. Thom. illud vniuersaliter asserit, sed addit formæ, vel naturæ. Neque ex Boetio rectè colligitur, quia ille loquitur de esse rerum completo, & prædicamentali. & ad Diuum Dionysium citatum dicimus illum, vel loqui de esse essentiæ; vel etiam si loquatur de esse existentiæ, adhuc extenditur ad materiam; nam si materia nullum eius gradum peculiarem participaret, tunc deriuatio Diuini esse ad illum non descenderet, atque adeo non descenderet immediatè ad omnes rerum gradus. At inquies, descendere ad illum per formam. Resp. id dici, non quia materia, existit per solam existentiam formæ, sed quia habet suum esse intrinsecè ordinatum ad formam, vnde habet suum esse existentiæ, siue connaturaliter existit cum forma, siue Diuina virtute sine forma.

3 Obiectio.

20 Obijcitur tertio, si materia existeret sine forma, vel esset per se, vel cum alio; non enim potest præscindere ab vtroque, cum membra includant contradictionem, sed neutrũ dici potest. Non primum, quia esset indiuiduum, sed omne indiuiduum est in determinata specie; hæc autem includit formam, alioqui aliquid esset in specie sine forma specifica; quod si negetur esse in specie, tunc aliquid esset sub genere, & non sub aliqua specie. Non secundum quia illud cũ quo existit, vel est forma, & non, vt supponitur; atque neque esse potest compositum, quia hoc includit formam; vel est ipsum esse, & neque; nihil enim existit per se, nisi Deus.

Confirm.

Confirm. quia materia existens sine forma, posset produci sine forma; ergo vel crearetur per se, & repugnat, quia terminus per se creationis est compositum, cui cõuenit esse per se; vel crearetur ratione alteritis, & hoc alterum non potest esse, nisi compositum, atque adeo non esset sine forma.

Resp.

Respondetur, quod tunc esset per se, & per consequens hoc aliquid, non quidem totale, sed partiale, sicut est anima rationalis existens extra materiam. Neque loquitur Arist. de eo, quando nominat hoc aliquid, quia intelligit de indiuiduo completo. Ad improbationem.

Respond. primo, Suar. loc. cit. ad quartum, eandem difficultatem esse, siue materia existat per formam, siue non; quia materia non habet aliam essentiam sibi propriam, ex eo, quod est sub hac forma, vel alia, vel nulla, nam forma non constituit intrinsecè materiam, nec dat illi differentiam essentialem, sed compositum constituit. Vnde sicut manet eadem numero materia sub diuersis formis, ita & eadem specie, quod si, sine forma, est indiuiduum generis sub vlla specie, ita nunc existens sub forma. quod si nunc non est, neque tunc esset, quia non variaretur quoad speciem essentialem materiæ, sed solum quoad speciem causatam, & coniunctam materiæ, quæ est prædicamentalis, quia si esset sine vlla forma non haberet causalitatem supra speciem prædicamentalem, nec haberet illam sibi coniunctam, sicut quando est sub forma, & in hoc distinguitur à forma, quod hæc sit principium determinatę speciei prædicamentalis.

Respondetur secundo, materiam fore in determinata specie substantiæ transcendentaliter 21 acceptæ, nam est species distincta à cœlesti, & omni alio ente, sicut etiam, & ipsa forma secundum se, non tamen est species substantiæ prædicamentaliter acceptæ, quia species determinata substantiæ prædicamentalis est compositum, cum genus substantiæ dicat naturam integram; at reductiuè pertinet ad omnes species, tanquam fundamentum omnium, de qua re vide Alens. 7. metaphysic. Text. 8. quæst. 3. vbi docet propriè non esse entitatem prædicamentalem, quia hæc sumitur à forma, sed esse essentiam trahibilem ad prædicamenta, quatenus est trahibilis ad omnes formas, quę est principium omnium specierum prædicamentalium, & ob id pertinet reductiuè ad omnia prædicamenta, sed præcipuè ad substantię prædicamentum, quia primario respicit formã substantialem, atq; adeo prædicamentum substantiæ.

Resp. ad Confir.

Ad Confirm. etiam si, secundum ordinariam potentiam, terminus creationis sit entitas totalis, indiuiudum perfectũ, tamen non implicat secundum potentiam logicam, quin possit creatio terminari ad ens partiale; vnde materia si produceretur sine forma, esset per se terminus creationis, sicut esset anima rationalis, si crearetur extra materiam.

4. Obiectio.

Obijcitur quarto, maiorem dependentiam 22 habet materia à forma, cum sint ordinata ad vnum per se, quam entia, quæ ordinantur ad vnum per accidens, quia vbi maior vnitas, ibi minor separabilitas, sed multa entia efficientia vnum per accidens sunt inseparabilia, etiam per potentiam Diuinam; ergo. Minor probatur. Primo, quantitas non potest esse sine aliqua figura. Secundo, substantia non potest separari ab omni accidente, præsertim à relatione ad Creatorem, vt Diuus Thomas quodlibet. 4. quia sicut non potest facere, quin creatura pendeat ab ipso, ita vt non habeat hanc relationem. Tertio non potest esse sine Vbi. Quarto, sine duratione. Quinto, sine mobilitate, & Vbi.

1. Confirm.

Confirmatur, materia non potest esse, quin sit alicubi; ergo non potest esse sine quantitate, quia Vbi, supponit quantitatem; at quanti-

tas supponit formam; ergo non potest esse sine forma.

2. Confirm. Confirm. 2. quia posset per potentiam Diuinam existere sine subsistentia, nam ideo potest existere sine forma, quia materia est prior natura, quam forma; sed materia existens est prior natura, quam subsistentia.

3. Confirm. Confirm. 3. magis pendet materia à forma, quam actio vitalis à principio vitali, quia illa dependentia est potentia ab actu, hæc vero est dependentia actus secundi à primo, maior autem est dependentia potentiæ ab actu, quam actus à potentia; sed actio vitalis per nullam potētiam potest esse sine principio vitali; ergo.

4. Confirm. Confirm. 4. materia sine forma esset finita, sed omne finitum est figuratum, hoc autem nō est sine quantitate.

5. Confirm. Confirm. 5. quia relatio non potest esse sine termino; at materia est essentialiter relatio ad formam.

6 Confirm. Confirm. 6. quia non apparet quomodo, & quid esset materia sine forma.

23 1 Resp. Respon. negando esse maiorem dependentiam, quia dependentia non debet sumi ab vnitate communis effectus, sed ab indigentia cuiusque rei, secundum propriam entitatem, qua ratione magis pendet forma à materia, quam contra, quia forma indiget subsentatione, qua non indiget materia. Vnde licet effectus materiæ, & formæ sit vnus per se cuiusmodi non est effectus accidentis, & substantiæ, tamen hinc non potest colligi maiorem esse inseparabilitatem materiæ à forma substantiali, quam ab accidentali; nam potest esse, vt substantia sit magis vna cum accidente vnitate identitatis, in qua fundatur inseparabilitas, quam sit vnum vnitate identitatis materiæ, & formæ, cū hæc distinguantur realiter, in qua distinctione fundatur inseparabilitas, licet hęc sit magis vnum vnitate vnionis, in qua fundatur vnitas per se. Et hinc patet ad omnes instantias, quæ in eo argumento afferuntur, nam res non possunt separari eodem modo à modis quibusdam intrinsecis sicut separantur à rebus à se realiter distinctis, nam sunt quidam modi, ita connexi cum rerum existentijs, vt sine illis, nec existere possint, imo nec concipi cuiusmodi sunt presentia localis, duratio, & figura respectu quantitatis finitæ, & ad hos modos pertinet subsistentia, quia non minus intrinsecè terminatur quælibet substantia per subsistentiam, quam quantitas finita per lineam, vel puncta, siue illa subsistentia sit propria, siue aliena.

Dependentia sumitur nō ab vnitate cōmunis effectus, sed ab indigentia rei.

24 2. Resp. Respondeo secundo ad singulas instantias. Prima est de quantitate respectu figuræ, & quidem, si dari potest quantitas infinita illa erit sine figura; si autem sit finita quidam dicunt, quod sicut quantitas potest separari ab existentia locali extensa, ita etiam à figura, quod putent figuram non esse aliud, quam extensionem localem quantitatis. Quod si alij dicunt non posse separari, idest quia putant figuram non esse aliud, quam terminum quantitatis, sed de hac re alibi est à nobis dictum, vbi osten-dimus figuram habere rationem qualitatis.

A Ad secundam instantiam multi putant posse separari à relatione prędicamentali dependentiæ, non autem à transcendentali, quæ est essentialis, sed illud pēdet ab vniuersali quęstione, an posito fundamento, & termino, possit à Deo impediri sequela relationis.

Ad tertiam, multi putant substantiam, vt est inseparabilis ab omni quantitate, ita posse separari ab omni Vbi, vnde tunc non esset in loco, sed in se ipsa, ita Hieronymus Pla. primo physic. cap. 2. quæst. 2. de qua re Nos cum de diuisibilitate substantiæ agemus, interim tamen existimo non posse separari à præsentia aliqua locali, sicut neque posse separari ab aliqua duratione sibi intrinseca propter ratione allatam. Vnde patet ad quartam.

B Ad quintam Respondeo, à mobilitate remota esse inseparabilem, quia hæc, est essentialis, à proxima vero naturali esse separabilem, quia non potest naturaliter sine quantitate moueri, sed ab obedientiali esse inseparabilem, quia hæc non distinguitur ab entitate rei.

Ex quo patet falli Masium hic cap. 9. quæst. 19. conclus. 4. dum cum Dur. 2. dist. 12. quæst. 2. asserit contra Marsilium implicare materiam esse sine aliqua forma accidētali sine substantiali, quod potentia à parte rei non possit esse sine actu eiusdem generis, constat enim ex dictis per potētiam Dei absolutam esse posse, licet non per potentiam ordinariam. 25

C Ad confirmationem, Vbi circumscriptiuum consequi quantitatem, sine quo materia esse potest; at Vbi definitiuum non consequitur quantitatem. Resp ad primā Confirm.

Ad secundam Respondeo ex dictis esse diuersam rationem subsistentiæ, & formæ. Ad 2 Confirm.

Respondeo secundo, non esse certum substantiam non posse conseruari sine aliqua subsistentia, quia sicut conseruat accidens sine inherentia per influxum effectiuum supplentem concursum subiecti, cur non poterit simili concursu conseruare substantiam sine subsistentia, præsertim cū materia nō habeat dependētiam causalem à subsistētia, sicut accidēs à subiecto.

D Vnde potius hinc sumi potest ratio pro opinione contraria, nam tunc materia existeret in se negatiuè, idest non in alio.

Ad tertiam. Primo, negando similitudinem, nam materia non includit ordinem actualem, sed potentialem ad formam; at actio vitalis in opinione ponente illam inseparabilitatem includit ordinem actualem ad principium vitale. Ad 3. Confirm.

Ad quartam, finitatem perfectionis non cōsequitur figuram, vt patet in Angelis, talem autem finitatē haberet materia separata à quantitate, figura enim consequitur finitatem quantitatiuam. Ad 4. Confirm.

E Ad quintam, vel relatio transcendentalis cuiusmodi est potentia materiæ, non pendet ab existentia termini, sed ab eius possibilitate. 26 Ad 5. Confirm.

Ad sextam Resp. Veracrucius, illam materiā sine forma posse conseruari, & cū quantitate, & sine quantitate, & si conseruetur cū quantitate, Ad 6. Confirm

&

& cæteris accidentibus, quæ prius habebat tunc esset in eodem loco, & appareret in eadem A specie prædicamentali in qua prius erat, sicut apparet homo cadauer animalis mortui; quod si conseruaretur sine quantitate, & cum extensione propria substantiali esset in eodem spatio in quo prius, sed sine repletione impeditiua alterius corporis, & si in illa conseruarentur per potentiam Dei cætera accidentia haberet eandem apparentiam, quam prius. Quod si ablata quantitate reduceretur ad punctum haberet modum existendi indiuisibilem, quod an fieri possit dicetur infra.

DVBITATIO SEXTA. B

An possit per potentiam Dei materia existere sine forma, etiam si ex natura sua reciperet existentiam à forma.

1

Prima opinio Thomistarum negatiua.

PRima opinio est negatiua, hanc sequuntur Thomistæ, dum dicunt implicare contradictionem materiam existere sine omni forma, eo quod existentia sit effectus formalis formæ.

Secunda opinio est affirmatiua si dependet à forma tanquam à conditione sine qua non.

Secunda opinio est dicentium non implicare si dependet à forma tanquam à conditione sine qua non; quia Deus potest illam supplere, implicaret autem si dependet in genere C causæ formalis.

Tertia opinio simpliciter affirmatiua.

Tertia opinio est dicentium nullo modo implicare etiam si pendeat in genere causæ formalis, quia licet Deus non possit efficere effectum formalem sine aliqua causa formali, tamen potest efficere effectum formalem sine causa connaturali, modo sit alia causa formalis supplens causam naturalem ita Recentiores vt Hurtad. Murcia Hieronymus Pla & Alij & mihi placet.

Et Confirm. quia sicut existere ab existentia, ita subsistere à subsistentia, & tamen Humanitas Christi potuit subsistere, & subsistit per subsistentiam Verbi, non prouenientem à forma: ergo etiam, & existere si aliunde non implicat. D

Confirm. secundo ex opinione Thomistarum dicentium Humanitatem Christi carere propria existentia, & existere per existentiam Verbi, ergo materia corporis Christi existit nõ per existentiam formæ sed Dei, ergo potest actus existendi prouenire ab aliunde, quam à propria forma.

Resp. aduersarij materiã Humanitatis Christi non esse sine forma, & ideo esse capacem existentiæ.

2

1 Resp. aduersariorum contra hanc opinionem improbatur.

Sed contra primo quia hinc destruitur eius fundamentum, quia ibi nulla est existentia formæ, sed tantum essentia formæ, & tamen ibi est effectus formalis existendi. E

2 Resp.

Resp. secundo ex eo, quod materia ibi est vnita formæ licet non recipiat effectum formalem primarium existendi, recipit tamen effectum formalem secundarium, qui consistit in aptitudine, & capacitate recipiendi existentiam.

Improbatur.

Sed contra tum quia forma non potest reddere materiam capacem existentiæ, nisi vniendo A illi existentiam suam, sed ibi nulla est existentia formæ, tum quia non potest tribuere effectum secundarium, nisi intelligatur vnita materiæ, tribuendo illi effectum primarium: sed prius natura materia vnitur Verbo vniatur formę cum partes prius natura sint vnitæ Verbo, quam inter se, quia informatio supponit existentiam extremorum, tum quia in triduo materia retinuit eandem vnionem cum Verbo, quam prius habebat, & tamen tunc non erat vnio inter materiam, & formam, tum quia effectus secundarius potest esse sine primario, vt patet, nam effectus secundarius B frigoris est expulsio caloris, sicut primarius reddere subiectum frigidum, & tamen potest esse expulsio caloris sine positione frigoris; ergo similiter poterit materia habere actum existendi, qui est effectus secundarius formæ sine forma. 3

3. Resp.

Resp. tertio in casu posito materiam existere quidem posse, sed non per existentiam sibi connaturalem, quia sic non existit naturaliter sed supernaturaliter.

Improbatur.

Sed cõtra, nam ex hoc concedũt, quod volumus, cum enim quæritur an materia possit existere sine forma non potest intelligi de existere proueniente à forma, quia ita per te implicaret cõtradictionem, cum ibi nulla sit forma, C sed intelligitur an possit habere aliunde existere, quam à forma, & dicimus posse vt probauimus, quia reddere materiam existentem in omni genere existentiæ non est effectus formalis formæ, sed tantum reddere illam existentem in specie completa, imo si ponatur existentiam distingui realiter à forma nullo modo existere materię potest esse effectus primarius formæ, sed solum ipsius existentiæ.

Probatur conclusio à Hieronymo Pla.

Secundo Probat hãc opinionem Hieronymus Pla Quidquid Deus potest per causas secũdas potest se solo, quia continet perfectiones omnium causarum: ergo si potest tri- D buere existentiam materię per formam poterit se solo.

Resp. aduersariorum.

Resp. concedendo maiorem de causis extrinsecis, non autem intrinsecis, quia hę causant componendo, Deo autem repugnat compositio, tàm actiua, quam passiua.

Improbatur.

Sed contra, nam licet Deus non possit venire in compositionem, tamen ad supplendum hunc effectum formæ non requiritur cõpositio, quia licet forma componat compositum, non tamen componit materiam. Vnde licet implicet compositum esse sinę materia & forma, non tamen implicat materiam existere sine forma, quia hæc non est de ęssentia ma- E teriæ.

QVÆ

QVÆSTIO QVINTA

An materia habeat propriam subsistentiam.

1 *Auctores tractantes de hac re.* DE hac Suar. disp. 34. metaph. sect. 5. & 3. p. tom. 1. disp. 17. sect. 2. Vasq. 1. p. disp. 124. & 3. p. dis. 32. Hurt. disp. 2 phy. sect. 2. Murcia 1. phys. disp. 5. q. 5. Ruuius tractat. 1. de materia quest. 4.

Hæc quæstio, cum pendeat ex quæstione metaphysica de subsistentia naturæ, & conditionibus, non potest hic exacte explicari, sed solum ad perfectionem tractationis, aliqua breuiter attingemus.

ART. I. Continens explicationem terminorum scilicet primæ substantiæ suppositi personæ Hypostasis subsistentiæ, & substantiæ.

2 *Suppositum, & persona conueniunt formaliter differunt vero materialiter.* PRimo supponendum ex metaphysica hæc nomina primam substantiam, suppositum, personam, Hypostasim, subsistentiam, & substantiam non explicari à Theologis secundum eandem significationem & quidem suppositum & persona conueniunt in eodem significato formali idest quoad modum incommunicabiliter subsistendi; sed materialiter differunt, & ratione connotati, idest naturę; nam persona dicitur subsistens in natura rationali, at suppositum significat subsistens in qualibet natura substantiali completa, siue rationali, siue non rationali, vt D. Thom. 1. p. q. 29. ar. 1. & 2. ex Boet. l. de duabus naturis, quare q̃ dicuntur de supposito proportionaliter applicanda sunt personæ.

3 *Quid significatur nomine primæ substantiæ.* Secundo suppono nomine primæ substantiæ significare substantiam completam indiuiduatam, nam ponitur in recta linea prædicamentali, & differt à secunda substantia per indiuiduationem, vt alibi ostendimus, ab hac secundum Arist. non differt suppositum, sed reciproce dicuntur inter se, nam prima substantia secundum Arist. dicit, non solum singularitatem, atque adeo incommunicabilitatem respectu inferiorum, sed etiam subsistentiam atq; adeo incommunicabilitatem respectu suppositi, & subiecti: ita primam substantiã, dicit, esse maxime & proprijssime substantiam quia omnibus alijs subijcitur, & omnia alia de ipsa prædicantur, vel in ipsa sunt, quare si natura singularis assumeretur sine subsistentia, illa nõ esset prima substantia, quia careret subsistentia, neque potest assumi natura creata cum subsistentia, sine incommunicabilitate, quia non potest communicari alteri præter propriã naturam per identitatem, quia hoc est propriũ naturæ diuinæ ob suam infinitatem, vt singularis, cum sit, identificetur cum pluribus distinctis realiter, neque per vnionem, quia repugnat subsistentiæ habere dependentiam ab alio subsistente. Hinc fit primam substantiam idem significare, tam quoad naturæ complectionem, quam quoad incommunicabilitatem, ac suppositum, imo ex parte rei significatæ; neque distinguuntur secundum rationem, quia non concipitur per aliam rationem constitui primam substantiam, & per aliam suppositum, sed distingũntur ratione ex parte modi concipiendi, nam nomine suppositi distinctius explicatur ratio incommunicabilitatis, ac nomine primæ substantię, quia datur aliqua prima substantia vt in Deo est natura singularis absolute subsistens, quæ tamen habet communicabilitatem, at hæc non conuenit primæ substantiæ creatæ, quia hæc ex sua limitatione habet repugnantiam cum tali communicatione & in hoc distinguitur Deus à creatura quoad subsistentiam.

Tertio Suppono nomen Hypostasis, etiam apud concilia, & Patres varie vsurpari, nam ex vi ethymologiæ significat omne id, quod alijs subest vt fæces in liquoribus &c. Vnde ex D. Thom. quæst. 9. de potentia Hypostasis nõ differt secundum rem à subsistentia, sed ratione, quia eadem prima substantia quatenus subsistit dicitur subsistentia, sed quatenus substat dicitur Hypostasis, & hinc significat fundamentum. Heb. cap. 1. vbi fides dicitur sperandarum rerum Hypostasis idest fundamentum. Hinc 2. significat substantiam, quia ipsa proprie dicitur substare, & esse fundamentum omnium entium, & quia hoc propriè, & maxime conuenit substantiæ singulari ideo præcipue significat substantiã singularem, quæ latine dicitur suppositum & persona, vnde nunc frequentius significat suppositum, & licet Hypostasis forte dicatur ab habitudine substandi tamen non significat rem sub illa habitudine, nam diuinæ personæ sunt proprie Hypostases, & tamen non substant accidentibus. Nec mirum, quia sæpe nomen à quo, differt à nomine ad quod, vt optime D. Thom. 1. p. q. 14. ar. 1. ad 1. & 1. d. 26. ar. 1. licet Suar. disp. 34. sect. 2. in fine. 4 *Explicatur hoc nomen Hypostasis.*

Quarto suppono, subsistentiam etiam non vno modo sumi, nam licet sit idem quod gręcè dicitur Hypostasis, tamen quia latine sæpe illo nomine vtuntur ad significandam essentiã, vt distinguitur à supposito, quæ dicitur Vsia ex Theodoreto 2. Hist. c. 8. vnde D. Hier. Epistola ad Damasum negauit debere concedi in Trinitate dari tres Hypostases, quia aliquando Hypostasis significat substantiam, & hęc apud latinos significat essentiam. At Græci ad tollendam æquiuocationem ad significandum naturam substantialem, vt distinguitur à supposito, vtuntur nomine Vsiæ, & latini essentiæ, sed ad significandam substantiam singulariter, & incommunicabiliter existentem vtuntur nomine Hypostasis, & latini nomine personæ, & suppositi. Vnde græci tres Hypostases fatentur, vt nos tres personas, & hinc conciliatæ sunt sentẽtię græcorũ cum latinis vt refert Nazianz. oratione 21. in laudem Athanasij in fine Hinc D. Thom. 1. p. q. 29. ar. 2. ad 3. & q. 30. ar. 1. ait, in diuinis, dici tres subsistentias, vt græci tres Hypostases, non autem tres 5 *Quid significatur nomine subsistentia.*

tres substantias ad vitandum errorem, quia nomine substantiæ solet significare etiam es-
6 sentiam.

Subsistētia abstracte sumpta significat rationem subsistendi.

Quinto Not. subsistentiam abstracte sumptam, etiam significare rationem subsistendi, qua natura substantialis cōstituitur per se, idest independens ab alio sustentante, & quasi se ipsū substētās vt 1. Syn. act. 11. sed cōcrete vt cū dicitur subsistens significare suppositū incommunicabiliter subsistens, quod græce dicitur Hypostasis, & hinc fit, vt nomen Hypostasis in concilijs positum, vertatur à latino interprete subsistentia vt 5. Syn act. 3. & 6. Syn. act. 11. & can. 5 ephesini concilij. Verum D. Tho. q. 9. de potentia ar. 1. ad 4. putat illis nominibus idem significari, nam omne subsistens dicitur habere subsistentiam, & omne habens subsistentiam est subsistens, neque maior æquiuocatio est in vsu vnius nominis, quam alterius, nam subsistere est actus subsistentiæ D. Thom. 1. p. q. 49. ar. 2. & 1. d. 23. q. 1. quare in Deo potest poni vna subsistentia, & vnum subsistens absolutū etiam si includat communicabilitatem, & possunt poni tres subsistentiæ relatiuæ habentes incommunicabilitatem, vnde sunt tres personæ, & tria supposita, hanc autem subsistentiam prius conuenire generibus & speciebus de prædicamento substantiæ, quam indiuiduis docet D. Thom. 1. d. 23. q. 1. ar. 1. ad 2: & d. 2. q. 1. ar. 1. ad 4. quod intelligitur quoad rationem & causam subsistentię, at vero quoad actum subsistendi prius conuenire indiuiduis, quia ratione indiuiduorum conuenit superioribus vt docet D. Tho. 1. p. q. 24. ar. 2. ad 4.

Subsistentia distinguitur à suppositalitate primo sicut magis commune à minus commune.

7 Ex quibus patet subsistentiam distingui à suppositalitate, & personalitate primo sicut magis commune à minus commune, nam subsistentia habet significatum magis patens, cum significet rationem, qua natura substantialis subsistit, siue communicabiliter, siue incommunicabiliter, at suppositalitas, & personalitas dicunt eandem rationem cum incommunicabilitate & licet in creaturis nō inueniatur subsistentia, quæ non sit incommunicabilis supposito, tamen in Deo inuenitur subsistentia absoluta, quæ communicatur suppositis.

Secundo ex parte naturæ.

Secundo differunt etiam ex parte naturæ, nam suppositalitas, & personalitas non conueniunt naturis, nisi completis, at subsistentia conuenit tam completis, quam incompletis naturis, quia omnis indiuidua substantia debet participare aliquam rationem subsistentiæ, nam cum non possit esse in alio, vt subiecto, debet necessario esse in se, hinc fit vt sicut substantia alia partialis est, alia totalis, ita similiter subsistentia diuidi potest in partialem, & totalem, sed quoniam hæc doctrina à multis negatur, ideo in sequenti articulo illam examinabimus.

Subsistentia finita est perfectio positiua addita existentiæ.

8 Sexto suppono subsistentiam finitam esse perfectionem quandam positiuam additā existentiæ, qua natura substantialis existens, constituitur per se, idest independens ab alio, vt subiecto, & supposito, quam independentiam vocant incommunicabilitatem, eo quod
A natura per se existens est incommunicabilis. Dixi finitam subsistentiam ad vitandam controuersiam de subsistentia absoluta diuinitatis, qua diuinitas constituitur quidem incommunicabilis alteri, vt subiecto, non tamen vt supposito de quare alibi. Nobis autem satis est, quod nulla detur subsistentia creata, quæ non constituat naturam incommunicabilem alteri vt subiecto & supposito, in quo omnes conuenire debent, solum differunt an esse in alio vt in toto repugnet subsistentiæ.

ART. II. *Continens opiniones Doctorum.*

B

Prima opinio negatiua.

Prima opinio est negantium, materiam habere subsistentiam. 9

Sensus aliquorū de hac opinione.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui negant habere propriam, vel alienam, eo quod putant, subsistentiam esse terminum indiuisibilem, & pertinere solum ad compositum, & nullo modo per se ad partes, nisi secundum denominationem quandam deriuatā à toto ad partes, vnde conuenit illis per accidens, videtur sumi ex D. Thom. 1. p. q. 90. art. 2. & q. 45. art. 4. vbi ait, *Compositum propriè esse quasi subsistens; nam forma non dicitur ens, quasi ipsa sit, sed quia aliquid est;* at hoc multo
C magis dici potest de materia; quia de ratione substantiæ, est constituere id, cui conuenit, vt sit per se, & in se; vnde dicitur præstare in communi incommunicabilitatem respectu subiecti, suppositi, & compositi: at partes non sunt in se, sed in toto, cui communicant suum esse; ergo illæ non possunt participare effectū formalem, atque adeo vt sic, non sunt capaces subsistentiæ; quia id, quod non est capax effectus formalis neque est capax formæ. hanc sequuntur multi ex Thomistis & videtur sumi ab Arist, qui negat partes esse actu, sed dum sunt separata, & habent rationem totius, dicuntur esse actu, hoc autem non est intelligen-
D dum de actualitate existentiæ, quia constat existere siue in toto, siue separatas; ergo de actualitate subsistentię, & suppositali.

Confirm. quia suppositalitas, & personalitas non conuenit, nisi naturę integrę, & non partiali, at subsistentia idem est, secundum rationem formalem, ac suppositalitas, & personalitas, licet forte differant quoad naturam connotatam, quod personalitas connotet naturam rationalem. hanc docuit Vasq. 1. p. disp. 125. c. 4. n. 17. & 3. p. disp. 32. vbi opinionē de subsistentijs partialibus, ait esse nouam, sine auctoritate antiquorum, eo quod repugnet esse in toto, & esse per se, & videtur sumpta
E à Scotistis, qui subsistentiam constituunt in negatione actualis, & aptitudinalis depēdentiæ ab alio.

Alius sensus.

Alij vero negant habere propriam, sed habere alienam, scilicet illi communicatam à forma, nam sicut existentia est proprius effectus formæ, & inde communicatur materiæ; idem 10

multo

multo magis dicendum de subsistentia.

Confir. quia subsistentia, est effectus quidditatis; at quidditas est à forma, videtur colligi ex D. Tho. 1. p. q. 29. ar. 2. ad 5. vbi ait, indiuiduum compositum ex materia & forma, habet, quod substet accidentibus ex proprietate materiæ, sed quod per se subsistat, habetur ex proprietate formæ, quæ non conuenit rei subsistenti, sed dat esse actuale materiæ, vt sic indiuiduum subsistere possit, & ideo ait. Boetium Hypostasim, attribuere materię vt Vsiosim, siue subsistentiam formæ, quià materia est principium substandi, & forma subsistendi & 2. cont. gent. c. 6. 8. formam substantialem requirere, vt sit principium formale essendi substantialiter ei, cuius est forma; per esse autem substantiale, intelligere subsistentiam, patet ex his verbis, & *hoc esse est*, in quo *subsistit subsistentia compositi, quæ est vna secundum esse ex materia, & forma constans* & 1. p. q. 3. ar. 4. vbi explicans compositionem ex esse, & essentia, & natura in creatis, ait, *oportet igitur, quod ipsum esse comparetur ad essentiam, quæ est aliud ab ipso, sicut actus ad potentiam*: at hoc non potest intelligi de esse, vt patet, quia ab illa distinguitur, neque de esse existentiali, seu subsistentiali.

Secunda opinio affirmatiua.

11 Secunda opinio est dicentium, materiam primam habere suam propriam subsistentiam, sicut & existentiam.

Sensus aliquorum de hac opinione.

Hi tamen inter se differunt: nam aliqui dicunt, illam habere quidem propriam, sed dependenter ab vnione cum forma, ita vt si separaretur, non haberet subsistentiam sibi connaturalem, & propriam, sed vel nullam, vel existeret modo, quo quantitas separata à subiecto; vel si haberet aliam, ea esset alterius rationis ab ea, quæ est sibi connaturalis.

Alius sensus.

Alij secundo dicunt, habere dependenter à forma, tanquam à conditione sine qua non concomitante, eo quod materia naturaliter, sicut non petit existere sine forma, ita neque subsistere.

Alius sensus.

Alij tertio licet concedant, illam habere dependenter à forma, vt termino ad quem ordinatur, eo modo, quo essentia materiæ à forma pendet; negant tamen habere illam dependenter ab vnione actuali cum forma, sed illã retinere, siue sit vnita formæ, siue sit separata, imò multò magis illam habere, quando est separata.

Alius sensus.

Alij denique dicunt illam habere quando est separata, non autem quando est in composito ob rationes primæ sententiæ.

Tertia opinio affirmatiua secundum vnum modum negatiua secundum alium.

12 Tertia opinio est dicentium, materiam habere subsistentiam vno modo acceptam, & nõ habere alio modo acceptam, quia putant, subsistentiam accipi tripliciter. Primo, vt dicit negationem essendi in alio per inhærentiam, & ita conuenire materiæ, & omnibus substantijs, siue partialibus, siue totalibus.

Quomodo primo accipitur subsistentia & quomodo 2.

Secundo vt fundat negationem essendi in alio per dependentiam substentationis, ita non conuenit nec materiæ, nec formæ ob mutuam causarum dependentiam.

Quomodo 3.

Tertio vt significat rationem, qua res omnibus alijs substat, vnde fundat carentiam subiecti prædicationis, & ita conuenit solum compositis, & naturis integris singularibus, qua ratione Arist. in prædicamento substantiæ dixit, primam substantiam, quæ est natura completa (non enim incompletæ substantiæ inhærentur nomen primæ) esse propriè, & maxime substantiam ita Molina 1. p. q. 29. ar. 3. disp. 3. 6. vt huis rei.

Quarta opinio affirmatiua secundum omnem modũ.

13 Quarta opinio est dicentium materiam habere subsistentiam quocunque modo acceptã, nam cum subsistentia sit perfectio, qua res constituitur per se, hæc autem explicatur per negationem essendi in alio, subsistentia dicet necessario negationẽ existẽdi in alio, siue vt in subiecto, siue vt in supposito, & quidẽ vt subsistẽtia fundat negationẽ essendi in alio vt in subiecto cõuenit materiæ per suã essentiã. At vero vt fundat negationẽ essendi in alio, vt in supposito habet non per suam essentiam, sed per aliquid illi superadditum.

Subiectum alterũ inhæsionis Alterum vero informationis.

Prima pars probatur, quia cum duplex sit subiectum, scilicet inhæsionis, & informationis, vtriusque dependentiam à se excludit per sua essentialia primum quidem ex ratione substantiæ, nam hæc vt excludit à se rationem accidentis, ita capacitatem inhæsionis, quæ est propria accidentis; alterum vero ex ratione specifica materiæ, quia cum sit primum subiectum, illi repugnat vis informatiua.

Confirm. quia posita essentia materiæ, præcisa omni alia ratione super addita, intelligitur esse ens, cui repugnat inhærere, & informare, nam alioqui si conueniret per aliquid super additum, posset per diuinam potentiam, impedita perfectione superaddita, fieri, vt materia informaret, & inhęreret subiecto, sicut facit, vt sit in alieno supposito.

Nulli substantiæ creatæ repugnat dependentia à supposito

14 Secunda pars, scilicet carentiam dependentiæ à subiecto non habere ex sua essentia, sed per aliquid superadditum. Probatur, quia nulli substantiæ creatæ, siue sit completa, siue incompleta, ex sua essentia, repugnat dependentia à supposito; nam quælibet potest assumi à persona increata, vt ostendimus 3. p.

Confir. ducta ex mysterio incarnationis.

Confirm. ex mysterio incarnationis in quo tam corpus, quam anima secundum omnes perfectiones essentiales fuere assũpta à Verbo: ergo ex essentia, non repugnat illis dependere ab alieno supposito, atque adeo neque alijs creaturis; quare si naturæ substantiali id repugnat, est propter aliquam perfectionem super additam essentiæ.

Alia Confirm. ducta ex diuina essentia.

Confirm. Murcia ex diuina essentia, cui ex sua ratione præcise non repugnat communicabilitas supposito, sed id habet ex relatione personali superaddita identificata cum essentia & in hoc differt à creata subsistentia, quia in hac perfectio personalis, seu suppositalis distinguitur ex natura rei ab essentia, ita Murcia loc. cit. & illam tribuit Suar. in 3. p. disp. 17. sect. 2. & D. Thom. 3. p. q. 6. ar. 5. ad 1. vbi docet Verbum (prius natura assumpsisse corpus

pus & animam, quam totam naturam, atque adeo, materiam prius fuisse assumptam à Verbo, quam informatam, quia alioqui prius fuisset assumpta humanitas, quam partes; ergo materia habet in se propriam subsistentiam independéter à formæ informatione, nam Verbum eundem ordinem seruauit in assumendo partes, quo in propria subsistentia subsisterent, nã non est ratio cur nõ seruaretur ordo in assumptione humanitatis, quem seruat natura in productione illius, & idem q. 6. ar. 4. ad 3. vbi ait, materiam à Verbo prius natura habere esse ens quam animetur ab anima & fuse Suar. 3. p. disp. 17. sect. 1. & 2. & ratio est, quia in morte Christi fuit dissoluta vnio informationis, non tamen vnio suppositalis partium; ergo hæc non pendet ex illa, & in resurrectione fuerunt hæ partes subsistentes inter se vnitæ per informationem, nulla facta variatione in vnione suppositali partium; ergo partes illæ habent subsistentias partiales, siue sint separatæ, siue vnitæ, quia vnio suppositalis non est, nisi respectu naturæ, cui debetur subsistentia.

ART. III. An sit de ratione subsistentiæ independentia à toto seu constituere rem incommunicabilem toti.

15 EX hoc puncto depédet decisio illius quæstionis. An subiectum subsistentiæ sit natura completa, & totalis; an vero possit esse etiam partialis natura.

Vna totalis subsistẽtia agnoscit Vasq.

Vasq. 1. par. q. 124. & 3. p. d. 32. cap. 3. & 4. negat in natura integra, siue sit composita, siue simplex, esse plures subsistentias partiales, sed vnam totalem, quæ si afficiat naturam corpoream constat ex partibus integrantibus, non tanquam ex partialibus subsistentijs, sed tãquã partibus eiusdem subsistentiæ, neque componi ex illis essentialiter, sed ex compositione ex partibus essentialibus resultat vna natura, & ex hac vna subsistentia, consistit autem illa natura in effectu formali causato ab vnione materiæ, & formæ; nam putant, cum anima vnitur materiæ, præter entitatem animæ & materiæ, & vnionis, esse quoddam esse substãtiale, quod dicitur viuificationis, deriuatũ à forma in materiam, quia materia dum informatur anima, non in se recipit animam, sicut forma recipit albedinem, sed ipsa materia viuificatur, ita vt non solum anima viuat, sed etiam ipsa materia, ratione cuius materia est principium operationum vitalium diuersa ratione ac subiectum calidum est principium calefactionis, nam hoc subiectum non concurrit ad calefactionem, sed ibi materia se habet vt principium operationũ

16 vitalium; ergo signum est non solum recipere animam, sed etiam nouum esse, quod dicitur viuere iuxta illud 2. a. tex. 37. viuere viuentibus est esse, vt fuse explicat Vasq. 3. p. d. 19. c. 2. n. 27. fundamentum sumitur ex eo, quod subsistentia secundum veram suam significationẽ idem est ac Hypostasis, seu suppositum, & persona. Vnde non significat formam complentem suppositum, sed ipsum concretum subsistens, vt ipse fuse prima p. disp. 124. c. 5. at nemo dixit dari partiales Hypostases supposita, & personas.

Totalis subsistentia non est aliud, quam partiales subsistentiæ vnitæ secũdum natũ.

At Suar. disp. 34. met. sect. 5. putat dari subsistentias partiales, imo subsistentiam totalem completam non esse aliud, quam subsistentias partiales vnitas, sicut natura completa non est aliud, quam partes simul vnitæ, & quia est duplex totum, vnum essentiale, alterum integrale; ita dantur subsistentiæ partiales essentialiter & integraliter fundamentum huius sumitur partim ex significatione nominis, partim ex ipsa re.

Primum fundamentum sumptum ex significatione nominis.

Primum probat, nam & si aliquando subsistentia & Hypostasis confundantur, tamen id est, quia significatum subsistentiæ latius patet, quam Hypostasis & suppositi, nam etiam concedẽte Vasq. 1. p. d. 174. animæ rationalis & materię separatæ sunt subsistentes partialiter, & tamen non sunt supposita, vel personæ partialiter, nec semi supposita vel semi personæ; nec significatum subsistentiæ est idem, ac significatum suppositi, & personæ.

1. Confirm.

Confir. quia significatum subsistentiæ æque patet ac significatum substantiæ cum substantia dicatur à subsistentia, sed substantia non solum dicitur tota natura sed etiam de partibus, ergo, & subsistentia. 18

2. Confir.

Confir. secundo quia in significatione nominum non tam debet attendi primæua institutio, quam vsus deinde consequens, vt constat ex hac ipsa materia, nam licet ex primæua institutione idem significaret substantia ac Hypostasis, tamen deinde vsus obtinuit, vt significarent diuersa, nam nomine substantiæ intelligitur natura, & essentia, & nomine Hypostasis suppositum. Vnde in Deo ponuntur tres Hypostases, & vna substantia, non tamen tres substantiæ, & vna Hypostasis, vt optime Vasq. 1. p. disp. 124. c. 5. sed ex vsu Doctorum non solum recentiorum, significatum subsistentiæ idem est, quam suppositi, & personæ; tum quia sumitur abstracte pro forma, qua constituitur natura subsistens, seu suppositum, & persona & est vsus, vt significet ipsum concretum subsistens, sicut prius significabat, vt refert Vasq. loc. cit. Tum quia iam applicatur cuicunque substantiæ, siue completæ, siue incompletæ vt constat ex Altisiodor. lib. 3. sum. tract. 1. c. 1. q. 2. & alijs ponentibus in Christo duas vniones hypostaticas partiales vnã in corpore, alteram in anima; at vnio non ponitur nisi respectu eorum, quæ habent subsistentias quia vnio subrogatur in locũ subsistentiæ propriæ, pro qua opinione citatur Gab. 3. d. 2. q. 2. ar. 2. & 3. Caiet. 3. p. q. 6. ar. 2. & 5. vbi D. Thom. q. 5. ar. 3. ad 2. Cap. 3. d. 2. q. vnica ar. 1. conc. 2. & ar. 3. ad arg. contra secundam conc. & 2. d. 15. q. 1. ar. 3. ad argumenta adducta secundo loco contra 3. vbi citat Heruęum & tanden Vasq. dum concedit animæ, & materiæ separatis, subsistere iam admittit subsistentias partiales, nam ex Auctore antiquo, à quo accepit illas subsistere: accipere debuit, illas partialiter subsistere, & tamen non sunt

semi-

semisupposita, & semipersonæ, qa hęc cõnotãt naturas cõpletas imo 1. p. d. 174. n. 21. concedit materiæ existenti in composito, quasi Hypostasim, quia est omnium fundamentum.

20 Ex quo patet ad fundamentum aduersariorum sumptum ex printeua significatione nominis subsistentiæ, Denique mihi videtur esse D. Thom. 1. p. q. 75. ad 1. vbi, *Hoc aliquid*, inquit, *posse accipi dupliciter; primo pro quocunque subsistente; secundo pro subsistente cõpleto in natura alicuius speciei; primo modo excludit inhærentiam accidentis, & formæ materialis: secundo imperfectionem partis vnde manus potest dici hoc aliquid; primo modo, non secundo modo & ad secundã pars potest dici per se existens*, vt ly (per se) excludat inhærentiam accidentis, & formæ materialis hoc proprie per se subsistens, neq; est prędicto modo inhęrens, nec vt pars.

Secundum fundamentũ sumptum ex ipsa re. Secundo ex ipsa re, nam in composito ex materia, & forma, vel est vna simplex, & indiuidualis subsistentia, vel est composita, non potest dici primum, tum quia cum subsistentia sit modus essentię identificatus deberet identificari cum vtraque parte essentiæ, at hoc implicat cum illæ partes distinguantur realiter, quia est proprium essentiæ diuinæ propter suã infinitatem posse identificari cũ pluribus realiter distinctis; Tum quia neque posset esse spiritualis, nam deberet identificari cũ materia corporali, neq; corporalis, quia deberet in homine idẽtificari cũ anima spirituali, atq; adeo non potest esse simplex sed cõposita ex potentia spirituali & corporali; neq; .f. potest esse eadem entitas simul spiritualis, & corporalis, quia subsistentia debet proportionari existentiæ naturæ, quam modificat, sed existentia naturæ est composita ex partialibus existẽtijs vt in homine, vna spirituali, altera corporali; ergo & subsistentia erit similiter composita ex duplici subsistentia, vna corporali, quæ est materiæ propria, & altera spirituali, quæ est propria animæ rationalis; quare non solũ habebit partes integrales, quas concedit Vasq. sed etiam essentiales.

21 *1. Resp. aduersariorum.* Resp. primo subsistentiam immediate afficere naturam integram, & non ipsas partes nisi secundario, quia secundum Arist. eadẽ subsistẽtia, quæ efficit indiuiduam naturam, quæ dicitur prima substantia efficit secundario specificam essentiam, quæ dicitur secunda substantia, nam vt substantia secunda subsistit in prima, ita partes subsistunt in toto per subsistentiam totius, & non per proprias subsistentias.

Improbatur primo. Sed contra primò quia aliquo modo admittitur subsistentia partialis, nam quando materia subsistit in toto per subsistentiam totius nõ subsistit vt totũ sed vt pars; ergo partes subsistere possunt partialiter per subsistentiam totius.

22 *Improbatur secundo.* Secundo obijcitur quia natura integra nõ est aliqua entitas præter materiam, formã & vnionem illorum; ergo subsistentia non potest esse modus alterius entitatis, quam materiæ, formæ, & vnionis; at vt sic non potest esse aliquid simplex, & indiuisibile, vt supra dictum est.

Confir. quia non est ratio cur existentia naturę componatur ex partialibus existentijs partiũ, & subsistentia no sic componatur, cum ratio partium non repugnet cum ratione subsistentię vt infra.

2. Resp. Resp. secundo etiamsi natura v. g. humana composita ex materia & forma cõponatur secundum essentiam ex illis partibus essentialibus, & secundũ existentiam ex existentijs partium, at secundum subsistentiam non sic componitur, quia partes illæ non habent subsistentias; neque enim partes componentes semper habent eandem denominationem ac totũ cõpositum; homo enim non componitur ex partialibus humanitatibus, quia nec materia, nec forma dicitur partialis humanitas, vel semi homo; & similiter ex alijs huiusmodi compositionibus integralibus ex partibus ętherogeneis non enim brachium, vel pes dicitur homo.

23 *Improbatur.* Sed contra Tum quia non est curandum de nominibus, modo constet de re, nam si concedant modos aliquos in partibus, quibus ipsarũ existentiæ modificentur, & ex quibus componitur subsistentia totius naturę, etiamsi nolint illos modos appellari subsistentias, iam nobiscũ in re consentiunt, scilicet quod dentur partiales quidã modi proportionati partibus substantialibus, & repugnantes naturę accidentali, quocunque vocentur nomine: Tum quia recte appellantur illi modi subsistentię, vt probatum est ex vsu nominis, qui nunc viget sicut illę partes appellantur substantię, quia subsistentię nomen ęque patet ac substantia.

Et Confir. quia sicut modus afficiens quoddam accidens dicitur inhęrentia, cur modus afficiens substantiam non dicitur subsistentia, cum substantia dicatur à subsistendo, & opponitur modo inhęsionis.

Confir. secundo quia quęcunque pars substantię dicitur substare accidenti, at non potest substare, nisi subsistat, quia non indiget alio alioqui deberet esse processus in infinitu. Neq; obstat, quod dicunt de compositis, ex partibus etherogeneis, quia etiam si materia, & forma sint secundum proprias rationes ętherogeneas tamen conuenire possunt in aliqua denominatione communi ipsis, & composito, vt patet ex nomine substãtię trãscẽdẽtaliter acceptę; ergo similiter dicendum est cõuenire in denominatione sumpta à subsistentia.

24 *Tertium fundamentum à priori.* Tertio probatur à priori, quia ratio partis non repugnat cum subsistentia; ergo potest dari partialis subsistentia. Antecedens probatur primo ex ratione, nam ratio partis potest stare cum independentia ab alio vt subsistentante vt causa intrinseca, ergo potest stare cum subsistentia, nam substantia partialis habet modũ essendi distinctum à modo essendi proprio accidentium, cuiusmodi non est esse in alio, vt partem quia hęc conuenit etiam accidentibus, ergo is erit modus essendi in alio, vt subsistentãte, quo caret pars substantialis; ergo necessario debet poni modus essendi oppositus; at modus

dus essendi oppositus inherentiæ connaturalis substantiæ est subsistentia; ergo ratio partis, & subsistentiæ non repugnant.

Confirm. quia secundum aduersarios partes in composito non subsistunt propria subsistentia, tamen subsistunt per subsistentiam compositi; ergo subsistentia non habet repugnantiam cum compositione, quia subsistentia totius, vt tribuit effectum formalem subsistendi ipsi toti, ita tribuit illum effectum partibus; ergo sicut pars potest recipere effectum formalem subsistendi cum componit, à subsistentia totius, ita poterit à sua partiali, quia facilius intelligitur hæc communicatio effectus formalis in parte à subsistentia propria, dum est separata, & vnita, quam intelligatur recipere illam à subsistentia totius solum, dum est vnita, præsertim in opinione probabiliori, quod subsistentia sit modus essentiæ existentis.

Secundo, ex partibus similaribus integrantibus, vt sunt partes aquæ, quæ habent subsistẽtias suas partiales, nam quælibet pars, est completa substantia secundum rationem specificam prędicamentalem sine sua dependentia.

25 *Resp. Aduersariorum.* Respondent aliqui negando ibi esse plures partes subsistentię, sed esse vnam subsistentiam in toto integrali.

Improbatur. Sed contra, nam illa, vel est indiuisibilis; & non, tum quia hæc subsistentia est materialis, cui repugnat indiuisibilitas, vt alibi. Tum quia, si est indiuisibilis, vel est in subiecto indiuisibili aqueo, & non est ratio, cur potius in vno, quam alio, & sequeretur non totam aquam formaliter subsistere, & esse per se, quia illa forma non posset tribuere totum effectum formalem toti aquæ secundum rem, sed ad summum secundum denominationem: & patet ex mysterio Incarnationis, in qua Verbum fuit vnitum toti, & singulis partibus, tum animatis, tum inanimatis Humanitatis, etiam in triduo, ergo subsistẽtia est in toto, & singulis partibus, qa Verbum suppleuit subsistentiam propriam. Tum denique, patet, quia singulæ partes afficiuntur existentia; ergo & subsistentia, quæ est modus illius intrinsecus, sicut inhęrentia est diffusa p singulas partes extrinsecas accidentis. Vel est in subiecto diuisibili, & hoc non potest esse, nisi sit tota in toto, & qualibet parte, & tunc sequeretur indiuisibilem subsistentiam habere vim occupandi quasi infinitum locum, vt patet ex aqua maris Oceani, quæ vna cum sit occupat immensa maria. Tum tertio, quia per additionem, vel diminutionem vnius guttę destrueretur antiqua subsistentia, & noua deberet generari, imò in aqua maris esset perpetua quędam corruptio, & generatio subsistentiarum, cum perpetuo mutetur illius quantitas additione aquarum fluuialium, & diminutione vaporum, qui vi solis extrahuntur. Neque ob-

26 *Occluditur aliquod effugium* stat, quod aliqui dicunt de formis animalium perfectorum; nam & illa opinio est falsa; & etiam si ibi concederetur, adhuc non potest concedi in subsistentia, quæ est propria tã formarum, infirmarũ quam materię, nã illa perfectio excederet perfectionem essentiæ rerum, quarum est modus; Vel est diuisibilis, & omne diuisibile necessario habet partes, siue actu, siue potentia, iuxta varias opiniones, quia esse diuisibile, non est aliud, quam habere partes extra partes, atque adeo ibi sunt partiales subsistentiæ, eo modo, quo ibi sunt partes.

Confirm. quia per vnionem partium, & diuisionem nihil entitatis in continuo corrumpitur, vel generatur præter indiuisibilia continuatiua, & terminatiua, quia diuisio, & vnio fit per modum quemdam localem partium, sed hæc indiuisibilia non sunt ipsa ratio subsistentiæ, ergo subsistentiæ, quas partes habent, separatæ retinent in toto integrali.

27 *Resp. Vasq.* Resp. Vasq. generari vnionem dum fit continuatio, & destrui terminos partium: contra vero dum fit discontinuatio; at hinc consequitur destructio prioris subsistentiæ, & noua generatio, non per actionem agentis extrinseci, cum hoc tantum localiter moueat partes, sed per resultãtiam ab ipsa partium substãtia, posita tamen discontinuatione, vel continuatione, tanquam conditione sine qua non; nam sicut esse in alio, tãquam in continuo, repugnat cum proprio termino partium, ita repugnat cum subsistentia, quę consequitur proprium terminum, & destruitur, nam destruitur per rationem termini communis, nec mirum si fiat hæc generatio, & corruptio subsistentiæ, quia secundum omnes fit corruptio, & generatio suppositi per diuisionem, & continuationem.

28 *Improbatur. Primo medio.* Sed contra, quia licet hoc debeat esse fundamentum oppositæ sententiæ, tamen contra illam vrgeri potest. Tum primo, quia omnis ratio, quæ est connaturalis, non potest esse opposita, & repugnans cum subsistentia; sed ratio essendi in alio, tãquam in toto integrali, vel essentiali est connaturalis substantiæ, vt patet ex partibus aquæ continuis, & materia, & forma; ergo esse sic in alio, non potest habere repugnantiam cum subsistentia. Maior probatur, quia eidem rei non possunt esse connaturalia duo opposita se inuicem excludentia à subiecto, quia nunquam possunt esse in connaturali statu, neque flebile, & risibile sunt opposita cũ se compatiantur in eodem, & ideo possunt esse connaturalia homini; neque siccitas connaturalis ossi repugnat cum humiditate carnis, quia opposita sunt circa idem subiectum, non circa diuersa: Vnde anima respiciens corpus ętherogeneum exigere connaturaliter potest ratione diuersarum partium contrarias dispositiones; at hoc non habet locum in exigentia subsistentiæ, quam habet substantia, & capacitate virtutis componendi totum, quia simul partes debent existere, & subsistere, ac componere totum subsistens, solum habere posse instantiam in materia, cui connaturales sunt formæ opposite, sed facilè soluitur, vt alibi, nunc dicitur esse diuersam rationem, quia non est connaturalitas actiua, sed purè passiua; at hic esse connaturalitatem actiuam respectu vtriusque.

Occluditur aliquod effugium Neque obstat, quod generetur, vel corrumpatur suppositum aquæ, quia non corrumpitur, nisi ratione connotati, eo quod suppositum di-

dicit subsistentiam connotando integritatem, & totalitatem naturæ.

29 *Secūdo medio.* Tum secundo, quia cum sint plures modi essendi in alio, vt patet ex 4. phys. 23. perseitas non excludit omnem modum essendi in alio; nam non excludit modum essendi in alio, vt in loco, vel fine, vel causa efficiente, vel totum in partibus; ergo neque excludit modum, quo pars est in toto, nam non est ratio cur excludat hunc modum, & non alios; nam omnes hi modi, vt se compatiuntur cum ratione substantiæ, ita cum ratione subsistentiæ; nam imperfectior est modus, quo totum est in partibus, cū sit in illis p dependentiā, ac quo pares sunt in toto cū sint per continentiam sine independētia, quare potius insistētia totius debet destruere subiectā, quam inexistentia partiū; ergo tantum illa inexistentia destruet subsistentiam, quæ repugnat cum ratione substantiæ, cuiusmodi est dependentia inhærentię, vel connaturalitas cum dependentia à supposito alieno.

30 *Tertio medio.* Tum tertio, alij probant ex personalitate Diuina, quæ est in Christo, quod est compositum quoddam ex Diuo Thoma 3. par. quest. 2. artic. 2. vbi Suar. disput. 2. sect. 4. & Vasq. disp. 165. cap. 2. eo quod est in illo, non perdit rationem subsistendi; ergo esse in alio, tāquam in toto non repugnat cum subsistentia, eo modo, quo subsistentia ipsa vnitur humanitati, quę per illam subsistit, nam personalitas Diuina, nō habetur, vt subsistat ex vnione cum humanitate, tanquam per rationem formalem, sed ex eo, quod est independens ab alio, vt substentāte, vt patet ex ipsa subsistentia, quæ vnitur humanitati, vt ratio formalis subsistendi, & tamen non subsistit ob dependentiam, quam habet à natura; ergo ratione subsistentiæ excludit rationē dependentiæ, & non vnionis.

Confir. quia ipsi subsistentiæ vnitæ nō repugnat conceptus subsistendi, vt quo; ergo neque rei, cui vnitur conceptus subsistendi, vt quod.

31 *Quarto medio.* Tum quarto, ex anima rationali; quæ non solum separata à corpore, sed etiam vnita subsistit, vt alibi probabimus, tribuitur Caietan. 1. par. q. 76. ar. 1. ad 5. & q. 90. ar. 2. (licet 3. par. q. 6. ar. 3. oppositum significet) Ferr. 3. contra gent. cap. 68. & Diuus Thom. 1. d. 8. q. 5. ar. 2. & 1. par. q. 75. ar. 2. & Fons. lib. 5. cap. 8. q. 5. sect. 4. Suar. d. 34 sect. 5. num. 30. & patet ex mysterio Incarnationis, in qua Verbum fuit vnitum animę, tā informanti corpus, q̄ separatę à corpore; ergo talis vnio non habet repugnantiam cum informatione, atque adeo neque propria subsistētia, quam Verbum supplenit per vnionem hypostaticā, si enim anima rationalis in corpore nō habet subsistentiā, non erat cur Verbo vniretur hypostatice.

Confirm. ex eo, quod anima rationalis est terminus creationis, etiam in primo instanti, quo informat; at creatio ex natura sua tendit ad terminum existentem cum subsistentia, ex D. Thom. 1. par. q. 45. ar. 4. & Nos alibi, etiam si per potentiam Diuinam possit terminari ad existentiam, impedita subsistentia; quare anima sicut ex natura sua, petit fieri per creationem, ita & informare; ergo informatio, & subsistentia non repugnant, quia vt supra dixi, non potest natura exigere repugnantes conditiones, & si repugnarent potius subsistentia impediret informationem, quia illa sequitur intrinsece ex vi creationis, at informatio exigit nouam actionem, & licet hæc neget Vasq. 1. par. q. 125. cap. 4. & 3. p. disp. 32. tamen immerito, vt alibi fusius.

Sed contra hanc doctrinam multa objiciuntur, quæ à nobis sunt examinanda in Metaph, nam petunt explicationem, qualis sit naturę subsistentiæ, solum hic examinabimus fundamentum Aduersariorum, quod subsistentia sit vltimus terminus, & complementum naturæ, quo formaliter redditur incommunicabilis; nā definitur persona, quod sit rationalis naturæ incōmunicabilis existentia, vt loquitur Riccar. Victor. lib. 4. de Trinit. cap 23. vel indiuiduą substantia, vt loquitur Boe. lib. de duobus naturis, & explicat D. Thom. 1. par. q. 29. ar. 2. at de ratione partis est, vt sit cōmunicabilis, tum compartis, tum toti composito; ergo vnio per compositionem repugnat subsistentiæ, quia si ipsa constituit personam, & suppositum incōmunicabile, multo magis ipsa debet esse incōmunicabilis, sicut differētia indiuidualis, qa cōstituit naturam incommunicabilem pluribus inferioribus, ipsa non potest contrahi ad plura inferiora, quia alioqui præstaret effectum formalem oppositum suę naturæ. 32 *Objicitur fundamentum Aduersariorum.*

Respond. primo, in definitione subsistentiæ duos terminos poni. Primum, quod sit (complementum naturæ.) Secundum, quod formaliter reddat illam incommunicabilem. De primo nihil nunc dicendum, nisi quod dicitur cōplementum naturæ, non in quolibet genere, sed tantum existentis, sicut inhęrentia dicitur complementum naturæ accidentalis, quare nō repugnat naturam sic completam compleri in alio genere, vel potētiæ actiuæ, vel passiuæ, nam actiua præter huiusmodi complemētum, quod habet in ratione existentis, habeat aliud in ratione potentiæ per operationem, vnde similiter passiua completa, vt existens potest compleri per formam; nam vt completio per operationem suppositi supponit potentiam actiuā completam secundum existentiam, ita completio per formam supponit passiuam completam secundum suam existentiam, quæ doctrina ab alijs breuius explicatur. partes compleri per subsistentiam secundum se, at per vnionem completur secundum rationem causæ, quare manet difficultas de incommunicabilitate, quę vt intelligatur explicandi sunt varij modi communicationis: Vnde. 33 *Resp.*

Not. varios modos esse communicationis. Vnus, extrinsecæ communicationis, & potest dici virtualis communicatio, & hic duplex est. Vnus, in genere causæ formalis. Alter, in genere causæ efficientis, & hos modos communicationis non repugnare supposito, atque adeo non esse effectus subsistentiæ ex se patet, quia Deus est causa efficiens, & finalis, &c. *Varij modi cōmunicationis.*

Secundus est intrinsecæ communicationis, quæ

quæ potest dici formalis, per quã extrema formaliter p se ipsa secundũ proprias formalitates mutuo se communicant. Vnde potest dici cõmunicatio formalis, non quia sit in genere causæ formalis, qa potest esse in genere causæ materialis, sed quia est communicatio facta secũdum proprium extremorum formale esse, & non secundum virtuale esse; qua ratione causa efficiens non communicat suum formale esse effectui, sed esse, quod virtualiter continet.

Communicatio intrinseca formalis reuocatur ad duo genera.

34 Secundo Not. communicatio intrinseca formalis potest reuocari ad duo genera. Primo ad genus causæ formalis, & continet non solum communicationem, qua se forma communicat materiæ, sed etiam, quo modus, rei modificatæ, & quo differentia, generi. Alterum est in genere causæ materialis, sub quo cõtinetur, non solum communicatio, qua materia singularis se communicat formæ, sed communicatio vniuersalis, qua genus differentijs, & superius inferioribus, & subiectum modis, & similia &c.

Ex vi haecceitatis repugnat cõmunicatio vniuersalis supposito.

Tertio Not. communicationem vniuersalẽ repugnare quidem supposito, sed nõ ex vi subsistentiæ, sed ex vi haecceitatis, quam subsistẽtia supponit in natura existente, vnde potest dici esse à subsistentia præsuppositiuè; Vnde ipsummet suppositum secundum rationẽ cõmunem est communicabile pluribus D. Tho. 1.p.q. 29. ar. 1. ad 1. sed habet incommunicabilitatem vniuersalem à sua hæcceitate.

Præter vniuersalem cõmunicationẽ datur particularis.

35 Quarto præter cõmunicationem vniuersalẽ dari communicationem singularem, qua res singularis se communicat pluribus, non quidẽ inferioribus, sed suppositis, vel rebus singularibus realiter distinctis, quę communicatio potest intelligi. Primo per identitatem, & non reperitur nisi in natura diuina respectu personarum, & huiusmodi incommunicabilitas cõuenit omni subsistentiæ finitæ, non ex ratione subsistentiæ, cum ponatur in Deo subsistentia absoluta sic cõmunicabilis sed ex finitate, vnde huiusmodi communicatio per identitatem cũ pluribus distinctis realiter, repugnat omni enti finito, siue sit subsistens, siue inhærens. At inquies, etiam diuinis personis repugnat huiusmodi communicatio. Tum inter se, Tum cũ inferioribus creaturis, & tamen illa sunt infinitæ perfectiones.

Resp. in personalitatibus vnde oritur distinctio realis, nõ est perfectio infinita in omni genere, cuiusmodi est in essentia, & vnde oritur vis identificandi sibi distincta realiter, sed ibi est infinitas in genere determinato, nam paternitas vt sic, est infinita in genere paternitatis, & sic filiatio &c. vnde habent inter se oppositionem, atque adeo incommunicabilitatẽ mutuã, sed respectu creaturarum non habetur vis idẽtificandi ob perfectionem ipsarum, quia hæc incõmunicabilitas est etiam in diuina natura, quæ contraheret imperfectionem, si identificaretur cum creaturis: vnde videmus hanc identificationem neque posse esse cum vna creatura, ne dum cum pluribus.

36 Deinde ea, quæ sunt distincta realiter repugnat identificari inter se cuiusmodi sunt Deus A & creaturæ, & similiter personalitates diuinæ, at diuina essentia identificatur cum personis, à quibus non distinguitur realiter, licet hæ inter se distinguantur realiter, quare solum differẽtia est inter naturam diuinam infinitam, & ceteras naturas finitas, non quod illa identificari possit cum vna, vel pluribus rebus à se realiter distinctis, quia hoc repugnat tam finitæ, quam infinitæ naturæ, sed quod natura diuina habet identificationem cum pluribus distinctis realitar inter se, non tamen à natura diuina, quæ identificatio non potest esse in natura finita.

Communicatio singularis per vnionem.

Secundo potest intelligi communicatio singularis per vnionem, hæc autem potest intelligi, vel respectu plurium, vel respectu vnius; B Si primo modo intelligatur, repugnat naturaliter supposito creato, non vt supposito, quia constat diuinum suppositũ posse pluribus vniri, sed vt creato ex ratione suæ finitudinis, eo modo, quo repugnat vnam formam, siue substantialem, siue accidentalem esse in pluribus subiectis; imo multi putant id illi supernaturaliter etiam repugnare, non ex ratione subsistentiæ, vel finitudinis, sed specifica ratione modali, nam de ratione modi, est vniri, modificando rẽ cui vnitur; at vnio per modificationem dicit quandam identitatem realem, vt patet ex alijs modis, qui nulla ratione possunt modificare plura distincta realiter, nec naturaliter, nec C supernaturaliter vt fuse Suar. 3. par. d. 13. sect. 4. cuius rei veritatem alibi explicauimus. At secundo modo non repugnat vni rei creatæ etiã modali vniri alteri, vt patet tũ in rebus distinctis realiter, vt materia, & forma, & accidentia, & substantia, quæ mutuo inter se communicãtur; tum in rebus identificatis realiter, & distinctis formaliter vt differentia, & genus: modi & res: vnde subsistentia communicatur naturæ.

Incommunicabilitas absolute non potest esse de ratione subsistentiæ.

Ex quibus patet incommunicabilitatem absolute sumptam non posse esse de ratione subsistentiæ, quia nulla res creata est, quę non sit aliqua ratione alteri communicabilis, & alteri incommunicabilis; quare vt cognoscaD tur quæ incommunicabilitas sit de ratione subsistentiæ, duo spectanda sunt, primũ extrema, inter quæ est communicatio, qualia nam sint, constat enim subsistentiam cõmunicari essentiæ. Secundo qualis sit communicatio an extrinseca, an intrinseca, an formalis, an materialis; an suppositalis, an inhærentiæ, pro quorum explicatione. 37

Not. quinto subsistentiam vt distinctã à suppositalitate non exigere incommunicabilitatẽ, non solum respectu naturæ, sed etiam suppositi, nam asserentes in Deo dari subsistentiam absolutam, conceduut illi communicabilitatẽ, non solum respectu naturæ, sed etiam, perso-E nalitatis. Vnde manet difficultas de subsistentia vt contracta ad finitatem, cuiusmodi est omnis creata subsistentia, de cuius ratione negant esse incommunicabilitatem informationis passiuę, vel actiuæ, vt patet in subsistentia materiæ, & formæ. Vnde etiam negant incommunicabilitatem per modum partis illis cõue-

nire; sed solum dicunt excludere communicabilitatem respectu subiecti inhæsionis, eo qa sicut inherentia afficiens rem tribuit illi repugnantiam ad subsistendum, ita subsistentia tribuit repugnantiam ad inherendum subiecto. Verum hęc incommunicabilitas, licet conueniat omni substantię, siue totali, siue partiali, tamen illi non conuenit per aliquam perfectionem superadditam essentię, sed per ipsam essentiam vel suam existentiam quia substantię essentialiter repugnat inhęrere, cum illi essentialiter conueniat existentia per se, & ideo est inquirendum, quę sit incommunicabilitas propria subsistentię, quę dicit perfectionem super additam essentię existenti. Et cum sit exclusa à ratione subsistentiæ incommunicabilitas partialis, & informationis, solum questio esse potest de incommunicabilitate suppositali. An sc. ipsa possit suppositari, vel suppositare aliā subsistentiam, atque adeo habere communicabilitatem, vel incommunicabilitatem suppositalem, ideo.

38 *Subsistentia abstracte sumpta est incommunicabilis, vt quod.*

Not. sexto subsistentiam abstracte sumptam dupliciter posse dici incommunicabilem. Primo vt quod, quod est quando ipsa subsistentia est, vel non est alteri vnibilis, & hanc incommunicabilitatem non habet respectu proprię naturę, quam modificat, vt patet, licet illam habeat naturaliter respectu alienę naturę. Secundo vt, quo, quatenus ipsa est forma, qua natura redditur alteri incommunicabilis, vt quod respectu alterius subsistentię, seu suppositi siue naturaliter, vt omnes concedens de natura subsistenti, tam formaliter, quam materialiter sumptę; siue supernaturaliter, quod omnes concedunt de natura subsistenti formaliter sūptę, non autem materialiter; quod putent naturam, quę habet suam subsistentiam, posse etiam suppositari ab alia subsistentia, de qua re diximus in 3. p. & dicemus in metaphys. & quia natura subsistens potest esse, & partialis, & totalis, concedunt omnes totalem vt sic, nō posse habere rationem partis, atque adeo communicabilitatem partialem, non ex vi subsistētię sed totalitatis, quę totalitas supra subsistentiam addit proprium terminum, sicut pars addit vnionem, seu terminum communem, siue huiusmodi terminus consistat in negatiuo, siue positiuo, qui terminus perditur, & amittitur per diuisionem, & continuationem; Et per huius termini diuersitatem distinguitur suppositum à subsistentia, quod subsistentia secundū se abstrahit à termino proprio, vel communi suppositum vero includit terminum propriū, quæ diuersitas colligitur ex D. Tho. 1. p. q. 29. ar. 1. ad 5. dum, ait, animam separatam subsistere, sed non esse personam, quia retinet naturā vnibilitatis, quod idem dicit de manu, & quacunque alia parte hominis.

Et vt quo.

ART. IV. In quo explicatur, An materia habeat propriam subsistentiam.

PRimo Not. subsistentiam accipi dupliciter. Primo vt dicit incommunicabilitatem respectu subiecti inhæsionis. Secundo vt dicit illam respectu suppositi. 39 *Duplex subsistentia.*

Prima Conclusio, materia prima habet propriam subsistentiam primo modo, tum quia est substantia, cui repugnat inhærere non solum secundum actum, sed etiam secundum aptitudinem; sicut accidenti repugnat subsistere etiam secundum aptitudinem; nam perseitas, quam habet quantitas in sacramēto altaris, nec est subsistentia, vt ostendi in 3. p. nec illi naturaliter conuenit, vt patet: Tum quia est primum subiectum, cui non solum repugnat inhærentia, sed etiam informatio, & omnis dependentia à subiecto; nec tamen est alienum à communi Theologorum, & philosophorum vsu, subsistentem appellare naturam, ob independentiam à subiecto, etiā si, vt sic, possit cōmunicari supposito, vt patet in natura diuina, quæ absolute dicitur subsistere, quia ex se est independens in sui esse à quocunque extra essentiam, & quia ex se est communicabilis pluribus personis, ex se non habet incommunicabilitatem suppositalem, sed per subsistentias relatiuas redditur incommunicabilis, quare personalitas non tribuit diuinæ essentiæ independentiam ab alio, sed solum incommunicabilitatem, sed de hac in 1. p. quid dicendum sit.

1. Concl. affirmatiua secundum primū modum, probatur ducta ex repugnantia inhæsionis respectu substantia.

Dices hæc independentia conuenit ratione existentiæ subiectis; at subsistentia distinguitur ab existentia subiecti. *Obiectio.*

Confirm. quia in Christo nulla fuit subsistētia creata, & tamen ibi fuit independentia à subiecto.

Confirm. secundo quia subsistentia est perfectio positiua naturæ, at independentia est negatiua.

40 *Resp.*

Resp. vere hanc non esse proprie eam, quā Theologi, & Philosophi vocant subsistentiam, vt bene probant argumenta proposita, quia vere est existentia substantialis nō est subsistentia, de qua loquuntur Theologi, & Metaphysici, cum inquirunt naturam subsistentiæ, tamen qa apud Arist. nō videtur distincta existentia substantialis à subsistentia, cum hæc distinctio fuerit cognita ex mysterio incarnationis, merito dici potest subsistentia, quia ad hoc sufficit, vt sit existentia independens à subiecto inhærentiæ, cum hoc sufficiat ad distinctionem substātiæ ab accidente, & licet explicetur per negationē dependentiæ, tamen est perfectio quædam positiua, vt dicitur diuina natura esse essentialiter independens, non ratione negationis, sed positiuæ perfectionis explicatæ per negationem imperfectionis, quam includit depēdentia; & sicut non est absurdum in Christo ponere existentiam substantialem, ita neque subsistentiam huiusmodi; neque tamen huiusmodi subsistētia dicitur suppositalitas, vel personalitas, quia hæc includunt formaliter incōmuni-

municabilitatem, & independentiam, vt à supposito, & connotatiue integritatem naturæ. 41

Secunda Conc. affirmatiua & secundo modo.

Secunda Concl. materia prima habet propriam subsistentiam, etiam vt dicit incommunicabilitatē respectu suppositi, nō solū dū est separata, sed etiam, dum est in composito.

1 Probatio ducta ex assumptione verbi.

Primo probatur ex doctrina D. Thom. 3. p. q. 6. ar. 5. ad 1. vbi docet Verbum prius natura, secundum ordinem assumptionis, assumpsisse partes, quam totam naturam, atq; adeo materiam prius natura fuisse vnitam Verbo, quam informatā anima rationali, vt fuse probat Suar. ibi disp. 17. sect. 1. & 2. vnde in triduo fuit dissoluta vnio suppositalis cum tota humanitate, & tamen remansit vnio cum partibus; ergo partes secundum se habent propriam subsistentiam, nam in hac vnione hypostatica, verbum suppleuit subsistentiam materiæ cum eodem ordine, quo producitur humanitas à natura, quia non erat ratio cur immutaretur ordo naturalis.

Confir. quia materia fuit producta per creationem non extra compositum sed in composito; ergo in composito habet suam subsistentiam consequentia patet, quia terminus creationis est subsistens, cum sit independens ab alio substentante.

Resp. Vasq. contra Con. Improbatur.

Resp. Vasq. loc. cit. terminum creationis nō esse actu subsistentem, sed aptitudine: sed contra, nam hanc aptitudinem habet, siue sit vnita formæ, siue separata; ergo potest habere subsistentiam, etiam dum est vnita formæ, nam omnis aptitudo naturalis debet reduci ad actū ex vi naturę, quia potentia naturalis non potest esse ad rem naturaliter impossibilem; at si subsistentia actualis non est in materia vnita formæ, nunquam hæc aptitudo posset reduci ad actum, quia numquam materia potest naturaliter existere sine forma. Neque dicas, quod est illi naturalis ex suppositione, quod forma careat, quia sicut illud, quod sequitur ex suppositione simpliciter impossibili, est simpliciter impossibile; ita quod sequitur ex suppositione naturaliter impossibili, est naturaliter impossibile, sed naturaliter est impossibile materiā carere forma; ergo est naturaliter impossibile, vt habeat naturaliter subsistentiam.

Secunda probatio ducta à priori ex perfectione substantia.

Secundo probatur à priori, nam subsistentia non est aliud, quam perfectio, qua essentia fit independens formaliter à subiecto, & supposito; sed materia etiam dum est in composito

42 habet existentiam cum perfectione, qua est independens à subiecto & supposito; ergo habet subsistentiā. Minor patet ex dictis supra quoad independentiam à subiecto, sed quoad independentiam à supposito probatur nam secundum aduersarios illam perfectionem habet dum est separata, sed dum est vnita nullam perfectionem amittit sibi propriam, sed solum acquirit vnionem, nam cum materia ex natura sua ordinetur ad formam, à qua perficitur, non potest connaturaliter ex illa vnione amittere subsistentiam, quæ est maxima eius perfectio, quia tunc perficeretur extrinsece, & in alio genere per formā, & redderetur imperfecta intrinsece & in pprio genere amittendo subsistentiam, sed hæc latius in metaphysica.

Confirm. ex dictis in art. 3. vbi ostendimus subsistentiam non repugnare cū ratione partis.

Confirm. secundo quia quidquid communicatur alteri, vt supposito, subsistit subsistentia illius, cui communicatur, vt patet ex humanitate Christi, quæ communicatur Verbo, vt supposito; sed materia non potest subsistere naturaliter subsistentia alterius; nam vel illa est subsistentia formæ, & cum sit modus, non potest excedere entitatem formæ, cum non possit identificari cum alia entitate, vel est subsistentia compositi, & neque, quia hæc cum nō possit esse indiuisibilis, vt alibi probabitur, necessario debet esse diuisibilis; at nō potest esse diuisibilis, nisi sit composita ex partialibus subsistentijs formæ & materiæ, sicut essentia compositi constat ex essentia materiæ, & formæ; cū enim subsistentia sit modus identificatus essentiæ, sicut essentia constat duplici parte realiter distincta, ita & subsistentia, quæ est modus illius, quæ ratio probat etiam subsistantiam non posse esse indiuisibilem, quia non posset identificari cum essentia includente partes distinctas realiter, quia identificaretur cum distinctis realiter. 43

3. Concl. Subsistentia materiæ nō solum est distincta, sed etiam independens à forma tanquā à conditione priori.

Tertia Concl. subsistentia materiæ non solum est distincta à subsistentia formæ, sed etiā independens ab illa, tanquam à causa, vel conditione à priori actualiter influente. Prima pars patet ex dictis, quia cum materia, & forma realiter distinguātur, & subsistentia sit modus essentiæ, vt realiter distinguūtur essentiæ materiæ, & formæ, ita & earum subsistentiæ.

Secunda pars probatur, quia materia ex suo genere, sicut secundum ordinem exequutionis prius existit, quam forma, ita etiam prius subsistit, cum existentia substantiæ connaturaliter petat subsistentiam.

Confirm. ex dictis supra, quia non apparet quo modo subsistentia materiæ possit pendere ab influxu formæ, cum potius cōtra, subsistentia formæ pendeat aliquo modo à materia, nā sicut materia omnibus substat, ita etiam prima omnium subsistit, quia substare supponit subsistere, nam subsistere dicitur in ordine ad se, substare autem in ordine ad aliud, neque contra hanc aliquid obijci potest, quod vim habeat; vt patet ex dictis de existentia materiæ. 44

4 Concl. Subsistentia materiæ pendet à forma tanquam à fine.

Quarta Concl. subsistentia materiæ pendet à forma tanquam à fine, & conditione, sine qua nō consequente. Patet ex dictis de existentia materiæ, nam rationes probantes huiusmodi dependentiam quoad existentiam probant etiā quoad subsistentiam.

Obiectio.

Dices à quo materia habet hanc subsistentiā non enim illam habet immediate à Deo, quia Deus non immediate producit passiones consequentes essentias rerum, quia quando effectus habet causam secundam, à qua producatur, non est conueniens prouidentiæ diuinæ, vt impediatur concursus causæ secundæ. Neque potest produci ab ipsa materia, quia hæc non

eſt effectiua; ergo debet produci ab agente producente formam, atque adeo pendet a forma in genere cauſæ formalis.

Soluitur.

Reſp. hoc argumentũ poſtulare ſolutionem quæſtionis à quo producatur ſubſiſtentia, de qua nos in metaphyſ. nos autem hic ſupponimus produci à Deo, dum per creationem producitur materia, vel per reſultantiam produci à materia, quæ eſt actiua reſpectu propriarũ paſſionum, de qua re legi poteſt Suar. diſp. 34. ſect. 6. Murcia 1. phyſ. cap. 5. q. 5. qui vtramque opinionem vt probabilem defendunt.

ART. V. In quo reſpondetur argumentis aduerſariorum.

45

Soluitur fundamentũductum ex auctoritate D. Thom.

AD fundamentum ſumptum ex auctoritate D. Thom. qui ſubſiſtentiam proprie tribuit compoſito, iam patet ex dictis ſecundũ D. Thom. non repugnare ſubſiſtentiam parti. Quare dum ait, eſſe propriam compoſiti explicari debet de ſubſiſtentia perfecta, & completa, qua res conſtituitur per ſe, & in ſe ideſt non in alio, vt eſt pars in toto, nam alioqui ipſum compoſitum eſt in alio vt totum in partibus, quare negatur partem non eſſe capacem effectus formalis ſubſiſtentiæ ſimpliciter licet vt ſic ſit incapax effectus formalis ſubſiſtentiæ perfectæ. Et hinc patet ad fundamentũ ſumptum ex Ariſt. dũ negat partes eſſe actu in toto; nõ enim intelligẽdus eſt de actualitate exiſtẽtiæ vel ſubſiſtẽtiæ ſimpliciter, ſed de actualitate ſubſiſtentiæ completæ, quam habet res habens proprium terminum, vt ſupra explicauimus.

Soluũtur alia argumenta dicta in prima ſententia.

Ad Confirm. ex dictis patere nomen ſubſiſtentiæ magis patere, quam nomen perſonalitatis, vel ſuppoſitalis, nã ſubſiſtẽtia conuenit tã partibus, ꝙ toti; at vero ſuppoſitalitas, & perſonalitas conuenit tantũ toti, eaque differẽtia ſolum oritur ex vſu communi Doctorum.

46 Et hinc patet ad ad argumenta aliorum, quos retulimus in prima ſententia putantium ſubſiſtentiam eſſe effectum quidditatis; nam etiam ſi concedatur illam emanare à quidditate, tamen hinc potius confirmatur noſtra opinio, nam ſicut quidditas componitur ex materia, & forma ita ſubſiſtentia oritur ex quidditate vt compoſita ex illis; neque D. Thom. ibi citatus nobis aduerſatur, ſed ſolum voluit quidditatem præcipue oriri à forma vt alibi explicauimus. Neq; enim meum eſt omnia Diui Tho. dicta vel defendere, vel interpetrari, hoc enim munus Thomiſtis relinquimus, ſatis enim nos feciſſe putamus ſi D. Tho. pro nobis ſtare aliquo modo oſtendamus; quod ſi Thomiſtæ obſtinate cõtradicunt nolumus eſſe contra eos obſtinati concedentes illis D. Thom. pro illis ſtare.

47

Argumenta ſecundæ ſententiæ ſoluũtur.

Ad argumenta ſecundæ ſententiæ non eſt ꝙ reſpondeamus, quia concedimus materiã habere ſubſiſtentiam naturaliter dependentem à forma vt conditione ſine qua non concomitante, negamus tamẽ facta ſeparatione nõ habituram ſubſiſtentiam, vel contra dum eſt in compoſito illam non habere, dicimus enim illam retinere, ſiue exiſtat in compoſito, ſiue extra.

Argumenta tertiæ ſententiæ etiam ſoluuntur.

Ad argumenta tertię opinionis ex dictis patere cõtra Moliná, qua ratione materia habeat ſubſiſtentiam, qua vero non, neque enim mutua dependentia materię, & formæ, aufert ab illis ſubſiſtentiam, falſo enim putat inter illa eſſe mutuam dependentiam ſubſiſtentationis, & præterea infra ex dicendis de forma, non quãlibet dependentiã repugnare cum ſubſiſtentia ſed de huius auctore opinione fuſius in metaphyſic.

Argumenta quartæ nobis fauẽt.

Ad argumenta vero quartę opinionis cũ nobis faucant, non eſt cur aliquid dicamus.

QVÆSTIO SEXTA

De formis, ad quas materia habet potentiam naturalem, & quo ordine illas reſpiciat.

DE hac Soncin. 8. metaphyſic. queſt. 3. Tiennenſis 1. phyſic. 19. Achil. dub. 75.

DVBITATIO PRIMA

An materia habeat potentiam ad plures formas, An vero ad vnam tantum.

1

Prima opinio ad vnam formã tantum.

PRima opinio eſt dicentium non habere potentiam, niſi ad vnam formam, quia cum formæ ſubſtantiales ſint inter ſe incompoſſibiles non poteſt ex illis eſſe in materia, niſi vna forma, at potentia non eſt ad impoſſibile, ſed ad poſſibile; ergo.

Secunda opinio ad omnes formas naturaliter producibiles.

Secũda opinio eſt dicentium eſſe ad omnes formas, quæ poſſunt naturaliter produci, quia ab omnibus illis poteſt informari, vnde ſicut materia cœli non habet potentiam ad formas inferiorum, quia non poteſt his informari, ita neque hęc materia habet potentiam ad formas cœlorum.

Hinc etiam dicunt nõ habere potentiam ad accidentia ſpiritualia quia non poteſt his informari; & multo minus ad actus ſubſtantiales ſpirituales perfectos per ſe ſubſiſtentes, cuiuſmodi ſunt intelligentiæ, quia hi actus non ſunt informatiui.

2

Tertia opinio ad omnes formas corruptibiles non vero, no datur agens incorruptibiles cum vt ad has naturale.

Tertia opinio eſt dicentium habere potentiam naturalem ad omnes formas corruptibiles, non autem ad incorruptibiles, quia reſpectu illarum datur agens naturale educens illas ex potentia materiæ; at reſpectu incorruptibilium non datur agens naturale, atque adeo neque potentia paſſiua naturalis: hac enim ratione D. Aug. negat animam rationalem eſſe ex traduce; verum hi omnino falluntur quia etiã ſi non detur agens creatũ reſpectu animæ rationalis, tamen potentia Dei producit animam rationalem ſecundum exigentiam ordinis naturalis; vnde licet non ſit agens naturale quoad entitatem, eſt agens naturale quoadmodũ cauſandi, qui conſiſtit vt poſitis ſufficientibus diſpoſitionibus in materia, neceſſario ibi producatur anima neceſſitate quidem naturali, & hoc ſufficit vt dicatur potẽtia naturalis, nec eſſe fru-

ſtra

ſtra. Neque requiritur ad naturalitatem potentiæ, vt reſpectu cuiuſcunq; termini habeat omnem actum, nam voluntas circa medium vt ſic, non poteſt habere actum intentionis, ſed electionis, quare ſimiliter, licet materia circa animam rationalem non poſſit habere actum ſubſtentationis, tamen ſufficit, quod habeat actum receptionis; nam ratione huius actus materia, vt perfectibilis habet commenſurationem cum anima, vt perfectiua illius. Alij tamen dicunt animam rationalẽ non educi in ſe, ſed ratione diſpoſitionum. Alij, vt Sonc. 5.metaph.q.18. ar. 2. dari agens naturale non quidem rationẽ attingentiæ ſubſtantię, ſed diſpoſitionis, & informationis; nã ex eo, quod attingit diſpoſitionem eſt cauſa nõ ſolum vt forma ſit, ſed etiam vt vniatur materiæ.

Quarta opinio ad omnes formas ſimul ex parte potentiæ ſucceſſiuè ex parte actus.

3 Quarta opinio eſt dicentium, materiam habere potentiam naturalem ad formas, ſiue corruptibiles, ſiue incorruptibiles ſui informatiuas. Simul quidem ex parte potentiæ, & ex parte actus non ſimul, ſed ſucceſſiuè, & diuiſiuè: & hęc opinio mihi placet. Vnde notandum ex Ariſt. 3.phyſ.57 & 9.metaph.11. potentias eſſe duplicis generis: Vnum, quæ ſimul poſſunt reduci ad actum, vt potentia calefactiua ignis, & ſemen, quod eſt potentia homo. Alterum, quæ nõ ſimul poteſt reduci ad actum, ſed opus eſt vt ſucceſſiuè reducatur, vt eſt potentia illa continui ad diuiſionem, & motus potentia, ad actuandam materiam, & dies craſtina. ex quo colligitur contra Sotum q.6. d.2. circa finem, potentiam materiæ nõ eſſe primi generis, quia non reſpicit formas, vt omnes ſimul recipiat; tum quia multæ formæ requirunt diſpoſitiones contrarias; tum quia infinitæ formæ ſaltem ſyncathegorematicè eſſent in materia; quare eſt potentia ſecundi generis ad omnes formas, tam ſpecificas, quam indiuiduales, quæ maxime differunt; nam ſpecificæ ſunt determinatæ, nõ indiuiduæ; quare illæ omnes ſunt actu in mundo, non autem indiuiduæ. Vnde Scalig. exer. 61.num.1.circa medium; materiam ait per ſuas diuerſas partes, omnes habere formas ſpecificas, atque adeo, cum ſecundum aliquam ſui partem habeat nobiliſſimas, non appetit illas, quia non caret illis, (quod intelligendum eſt vt infra.) Deinde potentia ad ſpecificas non fruſtratur, vt ad indiuiduas, vnde diuerſo modo inquiunt materiam eſſe in potentia ad omnes formas, quia per ſe, & ſecundum eſſentiam eſt ad ſpecificas, at ſecundum exercitium ad indiuiduas, de qua re infra.

Potentia eſt duplicis generis.

Obiectio.

4 Dices, hinc ſequeretur potentiam materiæ eſſe infinitæ virtutis, nam ideo potentia Dei eſt infiniti vigoris, quia non habet terminum determinatum, ſed indeterminatum ſyncathegorematicè infinitum, ſed eodem modo potentia materiæ eſt ad infinitas formas, ſyncathegorematicè ſaltem indiuiduales; ergo.

Reſp. aliquorũ.

Reſpondẽt quidam eſſe diuerſam rationem in potẽtia actiua, ac paſſiua, qa actiua, cũ dicat perfectionem, quo extenditur ad plura, eo eſt perfectior; at paſſiua cum dicat imperfectionem quod plura extenditur eo imperfectior; vnde imperfectior eſt materia ſublunaris, quam cœleſtis, ſed hæc ratio non caret difficultate, vt alibi.

Alia Reſp.

Reſpondent ſecundo alij, potentiam Dei eſſe ad infinitas formas ſpecificas, at potentia materia non eſt ad infinitas ſpecificas, ſed indiuiduas, pluralitas autem indiuidualis effectuũ non addit perfectionem potentiæ; ſed hæc ratio eſt difficilior prima, de qua re alibi.

Reſp. Authoris.

Ego reſpondeo, perfectionem potentiæ maiorem, vel minorem nõ attendi ex effectis, quæ ſucceſſiuè poſſunt inde prouenire, nam minima potentia durans infinito tempore infinitos effectus poteſt producere ſucceſſiuè, ſed attenditur ex pluralitate, & perfectione effectuum, quos ſimul poteſt cauſare; qua ratione potentia Dei dicitur infinita, quia effectus, qui ſimul poſſunt produci, non habent terminum, ſed ſunt plures, & plures in infinitum, ſiue cathegorematicè, ſiue ſyncathegorematicè; at vero in materia non poteſt ſimul recipi, niſi vna forma, vel ſi plures, non niſi indeterminato numero.

DVBITATIO SECVNDA

An materia habeat potentiam naturalem ad formam corruptam atq; adeo appetitum.

Auctores tractantes de hac re.

1 De hac Tol. 2. de gen. q. 14. Marſ. q. 20. Conimb.1.phyſ.c.11. q. 1. Murcia diſp.vlt. q.vlt. Scotus 4.d.43.q.3. Ricc. ar.1.q.3. D. Thom.quodl.4.q.5. Ægid. Theo. 1. Hurtad. diſp.2.ſect.3.§.35. Ruu. tract.1.de materia q.7.d.4.

ART. I. Continens Opinionem Auctoris.

Prima ſentẽtia negatiua, tum in ordine ad agens, tum ad actum.

Prima ſententia eſt dicentium materiam habere tantum potentiam obedientialem, & nullo modo naturalẽ; neq; in ordine ad agens neq; ad actũ & illã ſatis eſſe ad vnũ ꝑ ſe Arg.4. d.43.q.1.ar.1.conc.3.Son.5.met.q.18.a.1.ad 2. & ar. 2. ad 3. arg. principale citatur etiam Sotus 1.phyſ. & Zerb.5.met.q.12.Petrus de aquila in 4. diſt. 43. q. 2. vbi negat corruptum naturaliter poſſe produci, quia non habet eandẽ potentiam, videtur D.Thom. diſt 43. q.3. vbi ait reſurrectio nõ erit naturalis, cum eius principium non ſit naturæ, licet ad eam terminetur Cap.queſt.1.Got quodl.6.queſt.2.Ratio, quia non datur potentia naturalis actiuam ad productionem illius; ergo neque paſſiua, quia huic etiam debet reſpõdere actiua, vt colligitur ex 5.met. tex. 17. vbi definit potentiam paſſiuam per actiuam & 9. met.c.13. & 18. poſſibile, inquit, requirit aliud poſſibile & D.Tho.3.d.25. de verit. q.18. & ratio, quia alioqui fruſtra eſſet.

Confirm. primo ex 7. met. 21. vbi ait, motum denominari naturalem ab agente.

Confirm. ſecundo quia vel tota materia habet illam potentiam, vel pars. non primum;

Tum

Tum quia posset à pluribus eadem numero forma produci; Tũ quia pars potentiæ actuatur per formam, quam alia pars appeteret. Neque secundũ, quia tunc partes materiæ non essent eiusdem rationis.

Confirm, tertio quia idem numero concursus non potest redire, neque eadem duratio, ergo neque eadem forma.

Hanc videtur sequi Gulielmus Varro in 4. dist.43. q.2.& Stephanus Brullefer ibidem q.5. Henr.quodl.7.q.15.

2

Secunda opinio affirmatiua respectiuè virique.

Secunda opinio est dicentium materiam habere potentiam naturalem ad formam substantialem corruptam, non solũ vt respicit formam, sed etiam vt respicit agens, quia ex corruptione formæ nihil materia perdit de sua essentia, vel proprietatibus sibi intrinsecis, Horum autem fundamẽtum varium est, nam quidam apud Sonc. 5.met. q.18.ar.2. dicunt formam corruptam posse naturaliter reproduci, quia ex eodem agente & materia sequitur idem numero effectus 8 met. 11 & 12.& segn, 12.met. t.11. quia idem manẽs idem aptum facere idem 2. de gen. in fine.

Fundamentum aliquorũ apud Sonc.

Confirm. quia si agens naturale producat effectum in instanti, & conseruet per horam, tunc erit idem numero effectus; ergo si fuisset corruptus in priori parte horæ, & repararetur in posteriori erit idem effectus.

Confirm. secundo quia si aliquid impediret est, quia non est idem tempus; at hoc non impedit, tum quia si producatur calor continue, idem erit, ac si productus fuisset cum aliqua temporis interpositione; tum quia tempus cõsequitur actionem, qua producitur effectus, non igitur potest dare vnitatem actioni, atque adeo termino, Vnde 8. met. 11. & 12. non assignatur alia causa diuersitatis effectuum nisi materię, & agentis diuersitas, ita Ricc.& probabiliorem iudicat Scotus loco cit. Och.q.10. Tromb.8.met.q.vlt.qui dicunt genita ex semine non posse reproduci, quia idem semen non reditsat formas alias nihil prohibet reproduci, & quodl.met. q. 30. absolute docet posse per potentiam naturalem idem reparari ex Scoto in 4.dist. 43. q. 3. qui confirmat quia si dependeret essentialiter à conseruatione intermedij temporis non posset idem reproduci à Deo, quia nihil potest esse, & produci sine eo, à quo essentialiter pẽdet sequitur Laudulphus d. 43. q. 3. videtur Magistri Vgonis de Castro nouo q. 2. ex Scoto & Gulielmi Got. q.3.

Aliud de anno maximo.

Alij vero putantes omnia post annum maximum reditura ad pristinũ statum, quem aliquãdo hebuerunt, dicunt. Manere potentiam in materia non solum in ordine ad agens & formas, sed etiam informationes, & modos formarum. Vocant enim anum maximum, cum cœlum stellatum soluto cursu, redierit ad idem punctum secundum eandem partem vnde capit moueri, quod secundum Ptolomæum in Almagisto fit 36. millib. annorum, vel secundum alios 49000. nam eo tempore omnes causæ eędem redditturæ sunt, quæ tribuitur Platoni, vt legi potest apud Ficinum lib.11. de Theologia Plat.& in Plotinũ

A Enead. 5. lib. 7. c. 3. & Aug. 12. de Ciuit. c. 13. inter quos tamẽ est discrimen in explicanda duratione dicti anni magni.

Nam quidam putabant id euenturum post 36.millibus annorum, quo spatio putat Ptolomæus peragi motum proprium nonæ sphęrę ab Occasu ad Ortum. At alij, vt Alphousius Rex in talibus astronomicis ostendit, dictum cursum peragi quadraginta nouem millibus annorum. Alij constare dixerunt quindecim millium annorum numero. Alij viginti trium millium septingentorum sexaginta annorum spatio. Alij duodecim millium nonangentorum quinquaginta quatuor. Alij duodecim millium. Alij sex millium. Alij trium millium. 3

Duratio anni maximi.

B Alij, alium numerum assignant, de quorum veritate legendus est Ioseph.lib.1.antiquit.cap.3 Plin.l.3.c.2.Alex.ab Alex. l.3.c. 24. vbi Tiraq. Seruius 3.Æneid.Apul.1.de dog Plat.Ælian. l. 10.de var.hist.c.7. Cens.de die Natali c.6.Alci. dedoct.Plat. ca.12. vbi Carpent. Aug. Riccius de motu octauæ sphærę, Franc.Cataneus lib.2. de Pulch. cap. 6. & epistola de anno magno Plat.Clauius in cap 1, sphæræ. Cicero lib.2.de natura Deorum, Macrob.l.2. in somnium Scipionis cap 11.Festus lib.11.&colligunt ex Platone in Thimæo, & alibi.

Hanc opinionem hausisse à Pythagoreis, putant Conimbr.quod transmigrationem anima-

C rum assererent ex doctrina Ægyptiorum apud Herodotum lib.2.

Ad hanc opinionem videntur accedere æternitatis mundi assertores, qui cum Arist. 1.celi 22.& 1.meteor.sum.1.cap.3. affirmant non semel, neque bis, sed infinities oportere putare easdem ad Nos opiniones reuersuras, & ante Arist. Epycurus apud Hier.dixit per innumerabiles periodos, eadem, & eisdem in locis, ac per eosdem fieri. Fundamentum sumi potest ex reditu cœlorum ad idem punctum; vnde digressi: ex quo inferunt reddituras easdem causas particulares, & ex his eosdem numero effectus. & confirmari potest ex 1.eccl.vers.9.

D Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est, quod factum est? ipsum quod faciendum est,

4

Reijcitur hæc opinio.

Sed hæc opinio reijcitur, tum mathematicis rationibus, de quibus Clau. loc.cit. tũ physicis quia impossibile est physice easdẽ numero causas seu vniuersales secundum eosdem aspectus, seu particulares, vt materiæ portiones, & causas effectiuas redire secundum easdem circũstantias, tum quia etiam redeuntibus omnino ijsdem causis, non statim fit, produci eundem effectum, cum eadem causa possit, & de facto producat varios effectus, de qua re alibi. Vnde frustra sperabat Plato se redditurum ad candẽ

E Accademiam, & ad eosdem discipulos docẽdos. Neque huic assertioni fauet scriptura, cũ loquatur non de rebus eisdẽ numero, sed specie vt, suse ibi Lorinus ex sentẽtia PP. vel de existentia rerum in prædestinatione Dei, vt Scot. 4.dist.43.q.3. ar.1. qui suse rationibus physicis hanc impugnat.

Ter-

3. Opin. negatiua in ordine ad formam corruptam.

Tertia opinio est dicentium non dari in ordine ad formam corruptam, potentiam naturalem, vt respicit agens, sed eam esse obedientialem, quia non datur agens naturale potens producere eundem numero effectũ corruptũ. sed datur agens supernaturale, cui respondet potentia obediẽtialis; at vero in ordine ad formam corruptam secundum vim informandi datur potentia naturalis in materia, tum quia est eadem potentia materię ad formam producendam, & reproducendam post illius corruptionem. Tum quia si ponatur formam reproduci per potentiam supernaturalem in materia fit ex illis vnum per se, & connaturaliter illam formam recipit, sicut licet cæco non possit restitui potentia visiua per potentiam naturalem, tamen si supernaturaliter illi restituatur, tunc naturaliter videbit videtur Ricc. loc. cit. q. 12. vbi ait, in cineribus manere appetitum naturalem ad animæ vnionem remote, & non proxime & Petri de Tarentasia dist. 43. q. 5. vbi ait resurrectionem non futuram naturalem, nisi secundum quid & Palud. q. 1. vbi ait, non esse naturalem licet possit esse via ad naturam.

ART. II. Continens sententiam Auctoris.

5

Idem numero effectus naturaliter reproduci nõ potest, Probatur 1. ex Arist.

Prima Concl. idem numero effectus non potest reproduci ab aliquo agente naturali. Probatur ex Arist. 2. de gen. tex. 70. vbi Auer. & in c. de oppofit. vbi docuit non esse regressum de priuatione ad habitum, & 5. phys. 37. non posse eandem numero sanitatem redire, sequitur D. Tho. lib. 4. contra gent. c. 18. vbi Ferr. & quodl. 4. q. 5. Henr. quodl. 7. q. 16. Dur. in 4. d. 43. q. 2. vbi Cap. q. 1. ar. 1. Riccar. q. 1. circa 3. Zim. propos. 102.

Probatur 2.

Secundo probant, idem numero effectus nõ potest reproduci ab alio agente numero, vel specie distincto à proprio agente illius effectus quoad primam sui productionẽ; ergo multo minus potest reproduci, quia multo magis repugnat naturæ reproductio rei corruptæ, q̃ prima productio. Antecedens est Marsilij & Sax. loc. cit. Cap. 2. d. 20. q. 1. Ferr. 3. cont. gent. c. 68. vbi citat Arist. 2. phys. 30. & 5. met. c. de causa & ibi D. Thom. Alb. Them. & Auer. de quo videndus Fons. 5. met. c. 2. q. 14. contra Scotum in 2. d. 20. q. 2. licet in 3. d. 1. q. 2. & 4. dist. 43. q. 1. art. 3. videatur velle contrarium sed in assignanda ratione antecedentis non conueniunt.

Assignatur prima ratio propositi antecedentis.

Prima ratio assignari potest ex ijs, quæ Porph. c. de specie ait, quod vnitas numeralis dependeat ab hoc agente producente in hoc tẽpore, ex hac numero materia in hoc loco &c.

Sed contra.

Sed contra hanc ea est difficultas, quia à pluribus causis indeterminatis non potest promanare effectus determinatus, at singula illa sunt indeterminatæ causæ; ergo, quare Porphy. loquitur ex vulgi sententia.

Secunda ratio.

Alij 2. dicunt produci hunc effectum ab hoc agente ex diuina determinatione, nam ex natura sua agens determinatur ad effectum specificum, & indiuiduum vage.

6

Tertia ratio.

Alij tertio vt Fonsec. lib. 5. c. 2. q. 14. & Ferr. loc. cit. dicunt causam esse, quia vnius numero effectus non potest dari nisi vna causa totalis, & sufficiens nam alias effectus nullam haberet causam per se, quarum quæ verior, sit in metaphys. dicetur.

Prima Obiectio Scoti.

Sed obijcit Scotus ibidem. Primo quia nisi idem numero effectus posset produci à pluribus causis, tunc multi, qui nunc sunt electi, nõ fuissent, in statu innocentiæ, nam multi nascũtur ex reprobis; in eo autem statu nulla fuisset reprobatio, item multi ex adulterio, quod non fuisset in eo statu.

Resp.

Respond. hoc argumentum requirere altiorem speculationem, & supponit prędestinationem fuisse ante præscientiam lapsus Adę, quod negat D. Thom. quodl. 5. q. 8. & Cap. 2. d. 20. q. 3. de qua re nos in 1. p.

Secunda obiect.

Obijcit secundo quando sunt agentia eiusdem speciei, & virtutis quidquid potest vnum potest, & alterum, ergo.

Resp.

Resp. eo modo posse idem, quo sunt idem; quare possunt in eundem effectum specie, non numero; ex quo etiam patet virtutem generatiuam, quæ cõuenit ratione speciei v.g. equinæ esse ad generandum æquũ, adhûc vero, vel illum pendet ex hac, vel illa vnitate, vel ex determinatione primæ causæ.

7

Tertia obiectio

Obijcit tertio ex Mars. duo ignes simul agẽtes possunt vnum tertium producere; ergo à duobus diuisim.

Et Confir. quia in manũ frigidam, potest eadem caliditas produci à quolibet duorum calidorum æquæ intensorum, cui approximetur.

Confirm. secundo nam idem pullus ex ouo gallinæ generabitur, cuicunque gallinæ supponatur.

Resp.

Resp. ad primum, etiam si verum sit antecedens, falsum tamen est consequens, quia diuersa ratio est, quando simul, quia tunc partialiter concurrunt.

Ad primam Confirm. negatur esse eandem, sed consimilem.

Ad secundam vel esse diuersum pullum si calor gallinæ concurrit per se ad productionẽ pulli, nam licet semen, & materia sit eadem, tamen dispositio qualitatiua, quæ immediate educit formam est alia. Vel si calor gallinæ accidentaliter, idest non sua potentia naturali immediate concurrit, tũc dici potest esse eundem, quia agens, quod producit esset semen, actuatum tamen per calorem gallinæ, seu applicatum; ex quo etiam patet vt Marsilius notat eandem formam cadaueris introduci siue moriatur per combustionem, siue per iugulationem &c. quia hæ sunt causæ per accidens, idest applicantes causam perse, illa autem est, quæ extinguit calorem; vel potest dici esse diuersam formam.

8

4. obiectio.

Quarto daretur in causis essentialiter subordinatis processus in infinitum.

Resp.

Resp. negando esse essentialiter subordinatas, quia non simul concurrunt, quare acciden-

dentaliter subordinatur.

5. Obiectio. Quinto idem mus potest generari à sole, & mure; ergo.

A

Resp. Resp. Fons. concedendo, quod sol contineat virtutem agentis illiusmodi. Alij negant esse eandem propriè, quod sol agit medijs dispositionibus, quæ diuersæ sunt à sole, & mure; sed quomodo sol ex eo, quod continet virtutè formas, posset producere, ita etiam, & easdem numero dispositiones, vt dicitur de Deo, qui potest producere eundem numero effectū, quem aliæ causæ; quod colligitur ex eo, quod produxit Adam, qui poterat produci ab alia causa naturali, si præcessisset. Verum hæc examinare non est huius loci; nam Deus eminenter continet & virtualiter, quidquid habet rationem entis, quod dici non potest de virtute solari.

B

6. Obiectio. Sexto potest idem numero effectus conseruari à pluribus causis, vt in lumine patet, quod conseruatur à diuersis flammis idem; ergo & generari potest.

1. Confirm. Confirm. quia vt eadem species à qualibet agentium specie, ita idem numero &c.

2. Confirm. Confir. secundo quia eadem forma potest à pluribus corrumpi ergo.

Resp. Resp. negando consequentiam, quia plus requiritur ad generationem, quam ad conseruationem.

Ad 1. Confirm. Ad Confir. negatur consequentia, quia ad effectum eundem specie, sufficit agentia esse cōsimilis naturæ; ad effectum vero eundem numero, requiritur identitas numerica in causa.

C

Ad 2. Confirm. Ad secundam Confirm. alia est ratio corruptionis, quia plus requiritur ad generationem quam ad corruptionem.

9 *Eadē numero forma naturaliter ab eadem causa reproduci non potest.* Secunda Concl. eadem numero forma non potest naturaliter reproduci ab eadē causa est communis DD. quos citauimus in 1. concl. Fer. 4. cont. gent. c. 82 & probat Sonc. 5. met. quest. 18.

Probatur ex Arist. Probatur auctoritate Arist. 2. de gen. tex. vlt. vbi proponens quæstionem an detur generatio circularis.

D

Interpretatio aduersariorum. Respondet dari secundum speciem, sed non secundum numerum; sed hunc locum aduersarij interpetrantur, quod Arist. dicat, ea, quorum substantia est in corruptibilis redeunt eadem numero; at non quorum substantia est corruptibilis, sed non dicit id esse impossibile, sed non esse necesse.

Sed contra. Ratio à posteriori. Sed contra quia ait, necesse est specie, numero autem non reiterari, sed necesse esse non reiterari, est impossibile esse reiterari, vt ex 2. periher. c. 2. colligitur hoc idem ex Auer. ibidē, & in prædic. tract. 3. c. 1. vbi ait à priuatione ad habitum non fieri regressum; & ratio à posteriori assignatur, quia quod fit ab agēte naturali, aut semper, aut plerumque fit, aut raro 2. phys. 48. at reparatio eiusdem numero nunquā accidit; ergo.

E

Confirm. quia semper in aere & stellis esset idem numero lumen, quia sol agit quantū potest; ergo cū habeat potentiam producet idem numero lumen circa idem subiectum.

Confirm. secundo quia si posset rem corruptam posset etiam non corruptam sæpius producere, atq; adeo in pluribus locis eadem res simul existere; sed in assignanda ratione à priori non satis conueniunt D. Thom. Ferr. Soc. & Argent. in 4. dist. 43. q. 1. videntur dicere rationem esse, quia agentia naturalia non videntur posse formas producere sine motu; at motus, & actio interrupta non est vna, quare cum agēs resumit actionem productiuam, non eandem numero assumit, atque adeo neque idem terminus producitur, quia quando effectus essentialiter dependet ab aliquo, multiplicato eo secundū numerum, & effectum multiplicari opus est. *Ratio D. Tho. à priori.*

10 *Obiectio Scoti.* Sed contra hanc rationem obijcit Scot. loc. cit. primo quod idem vbi acquiritur per motū circularem & rectum, qui sunt diuersæ rationis 5. phy. 33. quare est fallacia consequentis ex diuersis mutationibus colligere diuersos terminos.

Resp. At instat contra Scotum Sonc. rationem intelligi de actibus, quibus producuntur termini quoad esse, non tamen, quibus terminus præexistens acquiritur, vt fit in exemplio Scoti. Sed quia obijci poterat de esse intrinseco, quod terminat motum, ideò aliter instat Ferr. non esse idem numero vbi, & consequenter licet dici possit idem esse vbi acquisitum in aere cum transfertur per Angelum, & cum transfertur per propriam virtutem si per illas virtutes, fit idem motus, non tamen est idem Vbi quando est diuersus motus lege Fons. sect. 5. ad 7.

2. Obiectio. Secundo obijcit Scotus quia resurrectio, & naturalis propagatio sunt diuersæ actiones speciei; ergo non possent terminari ad idem, quare neque per potentiam Dei posset idem numero reparari.

Quod Confirm. magis quia si terminus essentialiter dependet ab hac actione, & actio hæc ex hoc agente, non videtur hæc dependētia posse suppleri à Deo, sicut non potest Deus vt actio, quę non est à B. vt sic sit à B. & contra, ita &c.

Resp. Resp. Ferr. non valere in actione Dei, quia illa cum sit infinita æquiualet omni actioni creaturæ, imo excedit; quare vt p diuinā actionem potest produci, quidquid potest per suam actionem creatura, ita potest reproduci, quod fuerat productum per actionem creaturæ.

3. Obiectio. Tertio obijciūt, quia huius maxime quærēda est ratio, cur non potest creatura producere eandem actionem? Nam non videtur cur non sit eadem actio, cum sit eadem potentia. Neque dicas id esse, quia est in diuerso tempore, seu instanti, nam hoc consequitur. Neque ratione continuitatis, quia continuitas etiā consequitur, at posteriora non variant priora & præterea, neque reproduci posset per diuinam potentiam. Denique redit quæstio eadē, quare non potest redire eadem numero duratio. Neque dices dependere ab hoc numero tēpore imaginario, quia si mundus fuisset productus ante decē annos, fuisset idem numero.

Quarto licet ex distinctione terminorũ colligatur distinctio productionum,non tamen ex distinctione mutationũ colligitur distinctio terminorũ, nam vt recte Aug. 3.de Trin.c.9 idẽ potest generari vniuoce,& equiuoce,nisi essent distinctæ productiones totales simul vt notat Tromb.loc.cit.

2.Alij dicunt nõ posse,quia non possunt introduci eadẽ numero dispositiones sed de his eadem quæstio est, ac de formis.

3.Alij vt Ferr. loquens de materia,ait corrũpi potentiam ad hanc numero formam, ita vt, possit per agens naturale introduci, remanet tamen in eadem potentia secundum substantiam : sed distinctio harum potentiarum in ordine ad hanc formam, & specificam non videtur satis conueniens,cum per vnam potentiam respiciat omnes formas in specie, & in indiuiduo.

4.Alij dicunt præter potentiã reperiri quasdam actualitates numero distinctas, iuxta distinctionem formarum, quæ corrumpuntur, cũ est producta semel forma,q̃ omnes actualitates non sunt productæ à potentia, sed simul congenitæ, sed hæ fictæ videntur, nihil enim ex eo,quod agens agit, deperdit præter negationem quandam,alias dum agit pateretur passionem corruptiuam.

12 5.Alij dicũt, ita naturas rerum constitutas à Deo ad ostendendam suam ipsius libertatem, sed hac ratione facile omnia esset soluere,& p̃terea cum sit eadem potentia,vnde impeditur, vt non possit,qa determinatio naturæ,vt prius non obstabat,neque nunc Tat. in prædic.c.de oppositis ait,rationem esse,quia Deus non cõcurrit eodem numero cõcursu generali ad reproductionem eiusdem effectus.

Sed contra,quia cõcursus Dei generalis determinatur à particularis causæ influxu; quare si hæc potest, etiam Deus concurret.

6.Alij vt Conim.loc.cit.dicũt id oriri ex eo, quod iuxta Nominalium sentẽtiam, quam ipsi 2.phys.c.7.q.15.ar.2.sequuntur hæc causa hũc numero effectum producit, quia eam Deus p̃finijt, vt in hoc subiecto hoc tempore, & sub his circumstantijs,hanc potius,quam illã actionem eliceret, atque adeo hunc potius,quã illũ effectum produceret : inde necessario fieri, vt idem effectus postquam semel euanuit,sic etiã variatis ijs circumstantijs, idem produci non valet,quia nequit redire eadem actio, per quam fuit productus, & licet Deus possit de potentia absoluta iterũ determinare agens ad reproducendum idem, de ordinaria tamen potentia statuit non determinare,accomodans se ad cõditionem agentis naturalis,quod cum sit finitũ edito semel in lucem effectu, quasi effœta manet. Vnde semel determinatum,ex lege ordinaria manet indeterminabile ad eandẽ numero actionem,& reproductionem eiusdem effectus. Hinc deduci posse existimat, si equus generãdus à Buccephalo produceretur immediate à Deo,& interiret,quod posset reproduci à Buccephalo:nam miraculosa anticipata productio illius facta à Deo non abstulit Buccephalo vim naturalem generatiuam illius, neq; eam impediuit,quod intelligitur, modo non sit impedimentum ex parte materiæ, quod tempore generationis equi à Buccephalo sit occupata cõtrarijs dispositionibus ; quare quod dicitur nõ posse idem corruptum naturaliter redire intelligi debet de ijs,quæ corrumpũtur per causas physicas statuto naturæ tempore, non vero de illis,quæ extra ordinario illo modo esse accipiunt,in quibus efficiendis perinde se habet causa naturalis,ac si diuina potentia nihil circa eorum productionem fuisset molita.hæc Conimb.

Quæ ratio substineri potest, donec alia occurrat alibi à nobis explicanda.

13 *Tertia Concl. idem corruptũ per potentiam Dei absolute potest reproduci quia nõ implicat.*

Tertia Concl. idem corruptum potest reproduci per potentiam Dei absolutã ita Ferr. 4.cont.gent.c.81. Scholastici omnes in 4. dist. 43. & est communis quoad entia permanentia siue sint corrupta totaliter, siue tantum quoad vnionem partium;nam de successiuis nõ omnes conueniunt ratio est, quia nulla potest afferri implicantia, atque adeo ex parte effectus datur potentia passiua per non repugnantiam, quæ dicitur potentia obedientialis,non tamen secundum rationem seminalem,vt fuse Argen. loc.cit.& alij. Neque ex parte Dei potest esse repugnantia cum contineat perfectionẽ totius entis, vnde destructo effectu non deperditur potentia in ipso Deo de qua re legendus, Sotus d. 43. q. 1. *Obiectio in ꝯ.*

Contrarium videtur significare Mars. 2. de generat.quest.20.& 1.de generat.quest. 8.& 9. vbi Alb. de Sax. quest.7. & 8. Primo quia hoc solo priuatur Deus,quod facta infecta fieri nõ posũt 6.& ethic. c.3.At si idẽ numero rediret iam factum esset infectum, quia ex non existẽte fieret existens. *1.Confir.*

Confirm.quia si Deus ex materia A.generasset generabile B. tunc dum B. manet non posset ex eadem materia regenerari ; quia generatur,quod antea nõ fuit,ergo multo minus potest regenerari si fuit corruptũ, quia post corruptionem non manet aliqua potentia ad generandum B.de nouo, quia non esset ratio cur potius remaneat potentia ad generandum B. ipso B. corrupto, quam existente, cum in ipso corrupto nulla maneat potentia. *2.Confir.*

Confirm secundo quia post corruptionem formæ non manet potentia ad illam, tum quia nulla potentia est ad præteritum; tum quia tota potentia materiæ respectu B. est reducta ad actum in prima generatione ipsius B. si enim non tota reduceretur ad actũ,non posset ostẽdi,quæ potentia reduceretur ad actũ,& q̃non. *3. Confir.*

Confirm.tertio quia alioqui dum forma existit in materia adhuc materia illã appeteret cõtra Arist. 1. phys. 8. quia materia respectu alicuius suæ potentiæ ad istam formam non esset actuata. *4. Confir.*

Cõf.quarto maior interruptio est quoad existentiam, quam quoad magnitudinem sed interruptio in magnitudine impedit identitatem numeralem, vt patet ex diuisione continui; ergo à fortiori interruptio in existentia; quare si ali-

aliquid prius fuit, & postea non existit, nequit hoc idem reuerti.

3. Confirm. Confirm. quinto iste annus non potest reuerti: ergo nullum corruptum, quia non est potior ratio de vno, quam de alio. Antecedens probatur, quia sequeretur, quod mundus esset æternus, & tamen duraret per tempus finitum, quia si ponatur v.g. redire idem annus, facta reuolutione magna, sequitur, quod sic perpetuo manet mundus, & tamen nunquam sunt nec erunt plures anni, quam 36. mille, nec aliquod tempus maius, quam illud, & cũ hoc sit tempus finitum habetur propositum. Neque inquit, his obstat, quam fide credimus, resurrectio mortuorum; Tum quia naturalis naturaliter loquendo illam non concederet; Tum quia hic loquimur de re, quæ vere generatur, & corrumpitur secundum formam; at homo non generatur secundum formam, nec corrumpitur proprie, sed solum anima intellectiua separatur à suo subiecto, vnde compositum non proprie dicitur corrumpi, cum ambe eius partes maneant, licet bene moriatur per separationem formæ à materia.

14 Ad 1. Resp. Scoti. Ad primum Resp. Scotus Deum non posse facere quin res factæ, sint non factæ, sed potest facere, vt quæ prius erant facta, nunc etiã sint præsentia per aliam factionem, etiam si destructa fuerint inter primam factionem, & secundam.

Ad 1. Confirm. Ad primam Confirm. Resp. primo negando non posse rem productam per nouam actionẽ produci per modum conseruationis, de qua re alibi.

Resp. secundo etiam eo concesso negatur consequẽtia, quia productio includit in conceptu suo negationem prioris existentiæ, & ideo res existens non potest produci, quę ratio non militat, cum res est producta.

Ad 2. Resp. Ad secundam resp. infra constabit quomodo maneat potentia ad formam corruptam, & quomodo non, & cum dicitur potentiam non esse ad præteritum intelligitur ad præteritum vt sic quia non potest fieri vt non fuerit, est tamen ad præteritum materialiter in quantum ipsum potest esse futurum.

Ad 3. Ad tertiam Confirm. Resp. illam formã nõ appeti, quia possidetur, etiamsi post corruptionem formæ possit illam iterum recipere; nam propter hoc debent poni plures potentię naturales in materia, sed vel eadem, quæ prius, quæ potest iterum actuari, amissa prima actuatione, vel ponitur potentia obedientialis, de qua infra.

Ad 4. Ad quartam Resp. vnitatem continui essentialiter pendere ab vnione partium, vt patet ex nomine continui, & ideo destructa vnione non manet vnitas, quia non manet continuum; at vnitas indiuidualis, cum pendeat ex hæcceitate non tollitur per interruptionem, sed semper est eadem, dum semper est eadem hæcceitas. Accedit ex partibus eisdem de nouo cõtinuatis fieri idem continuum; atque adeo continuũ corruptum idem redire.

Ad 5. Ad 5. Resp. primo aliam esse rationem succesiuorum ac permanentiũ, vt alibi diximus.

A Imo Nominales asserunt etiã successiua posse reproduci, cum putent non distingui à permanentibus.

Resp. secundo ex hac ratione non probari eundem annum non posse reuerti; nam sicut idem Angelus cũ eadem duratione potest manere infinito tempore, ita idem annus replicatus infinities potest durare infinito tempore sicut eadem res permanens explicata infinities efficeret infinitum numerum, non quidem rerum, sed replicationum.

Quarta Concl. licet materia non habeat potentiam passiuam naturalem in ordine ad agens 15 4. Concl. materia habet naturale potentia vt ordine ad actum vel non in ordine ad agens.

B habet tamen naturalem in ordine ad actum. Hęc concl. videtur mihi esse Ferr. loc. cit. vbi distinguit duplex naturale. Vnum in ordine ad agens. Alterum in ordine ad actum est prætera Sonc. Fland. & aliorum, qui dicunt potentiam obedientialem non esse nisi naturalẽ potentiam in ordine ad agens supernaturale, vt. s. dicatur naturalis, quando per agens naturale potest reduci ad actum; obedientialis, quando per agens supernaturale, & ex his patet prima pars.

Secunda est Scoti 4. dist. 43. q. 3. art. 1. circa finem Probatur, quia potentia hæc est de essentia materiæ; ergo non est corrupta, nam eadem est ante, & post.

C Confirm. quia hæc forma facit vnum per se cum illa materia; ergo materia habet potentiã naturalẽ, qua proportionetur, nã non solũ facit vnum per se cum forma specifice, sed etiam cũ forma indiuiduata, quia hoc numero est per se vnum; ergo: sed hæc ratio non videtur efficax, quia ex Verbo & humanitate fit vnum per se ex vi potentiæ obedientialis.

Confirm. ex 1. cœli tex. 108. vbi Arist. contra Democritum ostendit, dicentem mundum factum esse ex athomis, sed fore, vt corrumpetur. & nunquam reparetur. contra, inquit, quia cum factũ sit ex aliquibus partibus, vel hæ habent potentiã, vt aliter se habeant, vel nõ; si secundum; ergo non possunt fieri; si primũ ergo

D postquam dissolutę sunt poterunt iterum coniungi. 16 Obiectio.

Dices potentia destruitur in aduentu formæ.

Confirm. quia portio materiæ non dicit potentiam ad formam eductam ex alia portione, & tamen efficeret vnum per se cum illa. Confirm.

Resp. aliqui tot esse potẽtias quot sunt formæ receptibiles, non tantũ specie, sed numero etiam distinctæ, imo ad eandem formã sunt tot, quoties illa forma potest induci, & vnaquæque illarum potentiarum desinit esse, adueniente suo proprio actu, nec vlterius reddit, 1. Resp. aliquorum.

E & tamen eadem forma potest redire, quia ad illam non tantum erat vnica potentia, sed alia, & alia secundum quod erat alias, & alias inducibilis in idem principium potentiale. Verum alibi ostensum est id esse falsum.

Resp. secundo alij potentiam accipi dupliciter. Primo pro principio potentiali, vnde est actus recipiendi, & hoc semper manet, siue 2. Resp. aliorum.

cum

cum actu, siue sine actu quia si aliquid potest habere potentiam ad formam, iam habet potentiam, quia impossibile non potest fieri possibile, & per consequens non potest haberi potentia ad aliquam formam, quin tunc habeatur si susceptiuum possibile tunc est. Secundo pro quodam respectu, qui concomitantur potentiam ex eo, quod est ante actum, quem respectum Scotus putat consistere in quadam prioritate durationis ad actũ, & hic respectus corrumpitur adueniente actu, sed hic non includitur per se in ratione potentiæ, quia illa simul potest esse cum prioritate, & simultate ad actum. Nos vero diximus potentiam, quæ corrumpitur, accipi vt dicit negationem formæ.

17

3. Resp. Scoti.

Non caret difficultate.

Resp. tertio Scotus, quod etiam si corrumpatur adueniente actu, cessante tamen actu illam redire, sicut diximus posse redire actum, sed hæc responsio non caret difficultate, de qua alibi.

1. Resp. ad Confirm.

Ad Confirm. Resp. primo negando antecedens, quia forte quælibet portio materiæ dicit ordinem ad quamlibet formam ratione informationis, vt patet ex nutritione, & augmentatione animaliũ, in quibus deperditur vna portio materiæ, & aduenit alia.

2. Resp.

Resp. secundo si caret ordine, non fieri vnũ per se.

ART. III. Continens Solutiones argumentorum.

18

Prima resp. Thomistarum ad docentium duplicem rationem potentiæ.

Resp. primo Thomistæ, potentiam esse duplicem vnam, causæ vniuersalis, & huic non respondet semper potentia passiua ex D. Thom. q. 3. de potentia ar. 17. ad 10. nam potentiæ infinitæ Dei non correspondet aliqua potentia: Tum quia motus fieret in instanti: Tum quia quanto agens est excellentius, tanto minus præsupponit in sua actione; sed Deus est nobilissimum agens; ergo nihil præsupponit, & consequenter neque potentiam passiuam: sed illi correspondet potentia logica, idest non repugnantia, qualis potentia erat in mundo antequam fuisset creatus, licet hoc Arist. non cognouerit; pro qua potentia notat Scotus 1. d. 7. non requiri aliquid intrinsecum in re possibili, aut principium actiuum extrinsecum, sed sufficere non repugnantiam terminorum: nam si ante mundi creationẽ, & per impossibile Deus non fuisset, sed incepisset esse à se, atque adeo potens mundum creare, & tunc fuisset aliquis intellectus enuncians hanc propositionẽ (Mũdus erit) illa fuisset possibilis, & tamen nec in re possibili erat aliquod principium intrinsecum, nec actiuum sibi correspondens. Alteram potentiam esse causæ particularis, quæ nõ est causa totius entis, & illi correspondet potentia passiua, sicut passiuæ correspondet actiua in natura, quia potentia passiua se extẽdit ad ea tantũ, ad quæ se extendit actiua eiusdem generis ex D. Thom. q. 18. de veritate.

A Verum Scotistæ ex Scoto in prologo, potẽtiam naturalem dici dupliciter. primo vt dicitur à natura sumpta pro principio intrinseco motus, & quietis, & ita non semper potentię naturali passiuæ respondet actiua, quæ sit natura, quia multa sunt naturaliter receptiua alicuius, cuius non habent principium intrinsecũ. Secundo vt naturale dicitur à natura distincta contra artem, siue agens ex proposito, & ita etiam est falsa propositio, quia aliquando natura propter sui excellentiam ordinatur ad recipiendam perfectionem ita eminentem, vt non possit subesse causalitati agentis naturalis sine arte, & electione. Neque tunc potentia passiua erit frustra, quia licet non possit principaliter reduci ad actum, per agens naturale, tamẽ potest per illud disponi, & per agens supernaturale contentũ in tota coordinatione entium pot completè reduci ad actum. Neque tamen per hoc natura vilescit, cum non possit consequi ex naturalibus suam perfectionem contra Arist. 2. cœli c. 3. quia per hoc natura potius significatur, cum habeat potẽtiam passiuam, non solum ad perfectiones producibiles à causis naturalibus, sed etiam ad alias eminentiores, quæ requirunt causam perfectiorem; vnde potentia materiæ perfectior est, ex eo, quod recipit omnes formas, ẽt rationalem, quam si posset recipere solum corruptibiles. Neque mirum, quod ad maiorem perfectionem sit in natura capacitas passiua, quã eius causalitas actiua se extendit. Neque obstat auctoritas Arist. 2. cœli, quia loquitur de potentia motiua organica, cui debent correspondere organa, non tamen id asserit de omni potentia, & quoad omnia, quæ præter potentiam concurrunt ad actum; quare ab Arist. solum haberi potest, ꝙ natura ordinabilis ad aliquem actum, vel obiectum habet naturaliter potentiam ad illum, & habet ordinem si potentia est organica, non tamen habere debet omnia posteriora requisita ad actum.

19

Secunda Resp. Scotistæ dicentes dupliciter accipi potentiam.

B

C

20

Tertia Resp. Scoti.

Resp. tertio Scotus propositionem illam esse veram de passiua, vt passiua, idest vt comparata ad actiuam, non autem de passiua, vt comparatur ad actum, nam hæc potest esse naturalis respectu actus, non tamen respectu actiuæ, sed hæc probari non possunt sine examine, ꝙ ad vitandam longitudinem hoc loco fieri non potest, quare breuiter.

D

Quarta Resp. Auctoris.

Resp. quarto ego, omni potentiæ passiuæ, per se respondet actiua, per accidens autẽ potest illi non respondere, vt hic, nã sufficit, quod potentia aliquando potuit reduci ad actum naturaliter, nunc autem per accidens est, non reduci, quia deest potentia actiua ob productum effectum, ex quo quia nulla facta est variatio, in passiua, manet: & præterea, quia cum potentia eadem sit ad actus corruptos & futuros, vel possibiles, manet per accidens, & concomitanter respectu corruptorum.

Ad probationem, Respondetur Aristotil. definire potentiam passiuam, vel in ordine ad actiuam, vel passiuam secundum ea, quæ illi conueniunt per se; non autem secundum

ea, quæ illi conueniunt per accidens, qualis est ordo potentiæ ad formam corruptam.

A

Ad 2. probationem Resp. non esse frustra, tũ quia semel est reducta ad actum, tùm quia est reducibilis ad actum, vt respicit alias formas, nã cum sit eadem potentia indiuisibiliter ad omnes formas non potest partim destrui, & partim remanere.

21 *Instantia soluitur.* Dices debuit natura efficere, vt sicut defecit potentia actiua, ità, & passiua. Resp. etiam remanere potentiam actiuam secundum entitaté, non tamé reproducere eandem numero actionem, vt diximus propter limitationem naturæ ex diuina prouidentia; at passiua remanet eadé, quod reperiatur aliquod agens potens inducere, ideo non debuit corrumpi seu tolli, vt possit naturaliter recipere.

Ad 1. Confirm. Ad 1. Confirm. motum denominari quidem naturalem ab agente, non tamen negari, quin possit denominari naturalis à potentia passiua, quia natura dicitur tàm de actiua, quàm passiua potentia.

B

Ad 2. Ad 2. Conf. infra patebit quomodo tota materia respiciat singulas formas.

Ad 3. Ad 3. an possit redire idem numero cõcursus, & eadem duratio in controuersia est, sicut & an posit redire eadem forma.

Resp. 2. etiam concesso antecedéte negatur consequentia, quia eadem actio non potest esse adæquate à pluribus causis nec simul, nec successiue at terminus actionis idem potest esse p plures actiones adæquatas saltem successiuè. Patet quia Deus potest producere omnes effectus producibiles à causis secundis.

C

22 *Resp aliquorũ ad primum argum. 2. opinionis.* Ad argumenta secũdę opinionis, quibus probatur posse formam corruptam naturaliter reproduci.

Ad 1. Resp. aliqui nunquam esse eandem portionem materiæ, quia cum hæc diuidatur in minimas portiones, quæ inter se miscentur, nũquam poterunt eadem portiones concurrere ad formam corruptam, quæ erant sub eadem forma ante corruptioné.

Sed contra. Sed contra instat Scotus, nam si aer corrumpatur intra aliquod vas clausum, & conuertatur in ignem per actioné solis, & postea per eandem actionem solis ex eodem igne fiet aer; idem est agens, & eadem materia.

D

2. Resp. aliorũ. Resp. 2. Alij, vt Sonc. loc. cit. Arist. non loqui de identitate numerali, sed specifica ex Auer. 2. de gen. tex. 70. vbi ait. Aer generatur ex aqua, & aqua ex aere, non quod indiuiduũ illius aquæ corruptæ reuertatur per se, quamuis materia sit eadem, & agens idem: quoniam si idem agens ex eadem materia faceret lateres, & postea corrumperentur, vt faceret alios posterius, manifestum est quod differenr sequentes à præcedentibus. Nec valet ista consequétia. Si agens est idem, & materia eadem, sequitur idem effectus specie; ergo sequitut idem numero, quia plus requiritur ad identitatem numeralem, quàm ad specificam; quia ad numeralem oporteret, quòd reiteretur eadem productio numero, quæ reiterari non potest,

E

& eodem modo explicari possent tex. 11. & 12. 8. Met.

3 Resp. Resp. 3. Alij posse explicari. Arist. nõ loqui de materia remota, sed proxima. *4. Resp.* Resp. 4. Zerb. ibi solum asseri causam vnitatis esse materiam, & causam mouentem .i. primam, quia Deus, vt causa prima determinat causas ad hunc numero effectum, quare loquitur de vnitate numerali, & de causa extrinseca illius etiam quoad effectus producta.

23 *Ad 1. Confirm.* Ad 1. Conf. Resp. negando consequentiam ob diuersitatem rationis, quia quando effectus conseruatur per horam vsq; ad vltimum instás est idem effectus ex vi eiusdem determinationis causæ ad illum numero effectũ; at vero cũ semel corrumpitur non reproducitur idé, quia non est eadem determinatio causæ.

Ad 2. Ad 2. Confirm. ex dictis patet rationem non sumi ex tempore, sed ex determinatione causæ primæ, vt susius cum de principio indiuiduationis vbi exacte explicabimus causam diuersitatis numeralis, & tex. cit. 11. & 12. 8. met.

Ad 3. Ad 3. Conf. ex Scoto sumptam identitatem effectus immediate, & formaliter pondere ab eadem hæcceitate; at à conseruatione non pendere formaliter, sed effectiue, quare nõ mirum si potest reproduci, cum reproducitur eadem hæcceitas.

24 *Instantia.* Dices si haberet potentiam naturalem ad actum, tunc haberet appetitum illius, atq; adeo esset æterno tempore violenter sine illa forma; cùm non detur in natura agens potens producere actum, quo expleatur ille appetitus.

Resp. Burl. fallitur Burl. Resp. Burlęus 1. phy. tex. 81. negando, ibi esse appetitum, quia licet ibi adsit priuatio formæ corruptæ, tamen abest possibilitas, quæ necessaria est ad appetitũ. Sed fallitur, vt patet ex dictis, & sibi non constat; nam cũ ibi ponat priuationem, necessariò debet ponere in materia potentiam, quia priuatio connotat aptitudiné subiecti.

Resp. Authoris. Ego Resp. habere aptitudinem, quia habet potentiam ad formam secundum se, nulla facta suppositione; nam cum careat illa, habet appetitum illius, & semper retinet, quod sit perfectio illius; nam formam esse corruptam, non destruit predicata quidditatiua materiæ; at appetitus consistit in huiusmodi inclinatione potentiæ, vt significat D. Tho. 1. p. q. 1. ar. 1. & q. 12. ar. 1. & licet non detur agens naturale, vt notat Burlæus 1. phy. 81. hoc tamen non tollit id, quod habet materia ex natura sua: neq; tamé dicitur esse frustra, quia satis est expleri per aliquam ex formis, nam alioqui quælibet portio materiæ esset frustra, quia nunquã habebit omnes formas, quas appetit. *Instantia.* At instabis appetitus non fertur in impossibile, vt vndecunq; proueniat impossibilitas.

1. Resp. Resp. 1. id non concedi ab omnibus. *2. Resp.* Secundo etiam si sit verum quoad impossibile simpliciter, & essentia sua, non autem, quoad impossibile secundum quid; at existentiam formæ corruptæ reuocari, est impossibile, non ex

natura

natura rei,sed ex lege Deinā res corrupta, adhuc retinet conceptum entis realis,atque adeo simpliciter est possibile;sed dicitur impossibile per accidens, quatenus Deus ex lege decreuit, nolle concurrere cum causis secundis ad productionem indiuiduorum corruptorū ob bonum Vniuersi,vt habeat varietatem indiuiduorum,& perpetuitatē generationis,& successionis,sicut decreuit, non producere multas formas,ad quas materia habet appetitum innatū.

Resp. tertio,quod sicut datur potentia,quæ per se respicit actū,& quæ per accidens,& cōcomitanter, ità & appetitus. Vnde appetitus per accidens, & concomitanter esse potest ad impossibile per accidens,idest,quod non est secundum se impossibile naturaliter,sed tantum ex defectu agentis, nam respicit illud impossibile per accidens,per concomitātiā, qualis scilicet respicit oēs formas, inter quas hæc, quę nunc est naturaliter impossibilis, aliquādo fuit possibilis naturaliter.

DVBITATIO TERTIA

An materia habeat potentiam ad formas artificiales.

1 *Doctrina Flandriæ in qualibet materia est aptitudo ad naturales, & artificiales formas.*

DE hac dicemus fusè cum de natura solum hic notāda est doctrina Flādriæ 7.met.q.17.ar.2. Cand. q. 12. ar.2.ad 8.

Docet enim primo in qualibet materia esse aptitudinem ad formas,tam naturales, quā artificiales, quia sicut non quodlibet fit ex quolibet,sed determinatum ex determinato,ità & in arte factis Vnde D. Thom.q.1. de verit. art. 8. dupliciter, ait, posse perfectionem esse in alio primo passiuè tantum, vt in materia aeris est aptitudo ad formam ignis. Secundo actiuè, & passiue, vt in corpore sanabili est aptitudo ad sanitatem, quia corpus non solum est receptiuum sanitatis,sed etiam habet in se principium efficiens vel adiuuans acquisitionem sanitatis.

Ad naturalitatem vna potentia sufficit. Secundo docet ad naturalitatem non requiri vtramque potentiam, sed sufficere vnam ex illis, nam Arist. naturam vocat non solum formam,sed etiam materiam 2.phys. tex.4. Vnde D.Thom.q.1. de virtutibus ar.8.ait generationem seu motum dici naturalem propter aptitudinem naturalem mobilis.

Differentia inter materiam artificialium, & naturaliū. Tertio docet esse differentiam inter materiam artificialium,& naturalium, quod licet in vtraque sit aptitudo ad vtramque formam, tamen aptitudo ad formam naturalem dicitur in ordine ad agens naturale, per quod potest reduci ad actum; at aptitudo ad formā artificialem dicitur in ordine ad agens per artem, per quod potest reduci ad actum.

2 *Duo considerāda in forma artificiali.* Quarto dici potest, in forma artificiali posse considerari duo. Primo ipsam perfectionē secundum se,& ità est naturalis. Secundo vt pēdens ab idea artificis, quatenus figura illa ratione illius simetrię respicit ideam, & ità proprie dicitur artificialis. Vnde eadem res, quæ est per artem si vlla intrinseca mutatione potest esse naturalis,vt dixit Arist. 2. phys. si, inquit, lectus generaretur per naturam;tunc esset ens naturale, & similiter eadem sanitas est naturalis, vt inducta à natura artificialis,vt inducta per artem medicinæ,de qua re Flan.loc. cit. art. 1.

Dupliciter cōsideratur aptitudo. Denique aptitudo potest considerari dupliciter primo vt dicit positiuā inclinationem ad formam, & huiusmodi aptitudo non ponitur respectu formarum artificialium. Secundo vt dicit non repugnantiam, & huiusmodi aptitudo ponitur respectu formæ artificialis. Sed de his suo loco.

DVBITATIO QVARTA

An qualibet portio materiæ habeat potentiam ad quamlibet formam.

DE hac Sonc. 8. met. quæst. 3.

1 *Explicatur dubitatio.* Primo Not.dupliciter hanc dub.posse intelligi. Primo de materia separata ab omni quantitate.Secundo de materia coniuncta cum quantitate vt v. g. vtrum materia, quæ est, sub minimo terræ sit in potentia ad omnes formas, & huius etiam potest triplex esse sensus. Primus est si materia ponatur separatim existere. Secundus si alteri vnita. Tertius vtrum recipiens vnam formam numero, possit recipere aliam numero eductam ex alia portione materiæ,vel etiam ex ipsa educi.

Prima Concl. affirmatiua secundum totam materiam. Prima Concl. tota materia habet potentiā ad formas specificas, & indiuiduales, siue illæ substantiales sint, siue accidentales. Hæc concl. à nullo negatur,nam omnes formæ sunt actus; ergo dicunt ordinem ad aliquam potentiā;hæc autem est materia prima. Ex hac sequitur quālibet portionem materiæ dicere potentiam ad omnes formas specificas, quia materia est eiusdem speciei quoad omnes sui partes.

Obiectio. Dices,nō q̄libet ē apta informari à qualibet forma,qa formæ requirūt determinatā quantitatem,nō potest autem quælibet portio materię informari quantalibet quantitate,nam alioqui posset esse maior,& maior raritas.

Resp. 2 Resp.aliud esse materiam habere potentiam seu posse in actu primo informari qualibet forma: aliud est exequutio. Dico igitur potentiā materiæ, quæ est A respicere omnes formas, quia, si alteri adiungatur, eius potentia non mutat speciem,quare si nunc potest;ergo prius poterat;sed exequutio non semper potest fieri, nisi vniatur alteri parti,vt sit aptum susceptiuū formæ,quæ,vt supponitur,requirit determinatum quātitatem,ità vt non possit forma illa esse sub minori,, & minori quantitate,sic etiā de raritate, nam de alijs formis vt sunt accidentales,naturales, non est difficultas, & hoc modo intelligitur Sonc. cum id negat; sicut oculus habet potentiā videndi, licet ab aliquo impediatur, quia scilicet non adest obiectum; vel quia palpebrę sunt clausæ, abest igitur potentia proxima, seu complementum potentię; quare non dicendum est habere potētiam, sed non habere integram, atque completam.

Ex his patet multo magis id verum esse de portione materiæ vnitæ alteri materiæ, quia tūc esset proportionatum susceptiuū, & integrum.

3 *Secunda Concl. negatiua secundum quamlibet portionem materiæ ad formas indiuiduas*

Secunda Concl. quælibet portio materiæ non est in potentia ad omnes formas indiuiduas, ita Sonc. art. 3. si consideretur ordo naturæ, sed tantum ad eas, quæ ex illa portione educi possunt; ratio à posteriori est, quia alioqui eadē forma posset esse in duabus materijs, quia potest idem agens agere, simul in duobus subiectis, quare ratio à priori est, quia vnitas numeralis formæ pendet etiam à materia; ergo. Dixi si consideretur ordo naturæ, idest vt res naturaliter generantur; nam si Deus poneret formam eductā ex vna materia in alia materia, tūnc faceret vnum per se cum illa, & naturaliter, idest sine eleuatione reciperetur, licet vnio actiuè fiat supernaturaliter, nam tunc non sumeret vnitatem ab illa materia, sed supponeretur vnitas numeralis, & tamen reciperetur in illa, & ratione huius potentiæ receptiuæ forte potest dici habere potentiam, nam materia hæc non est proportionata tantum huic formę numero, quia ex eadem portione materiæ plurimæ formæ educuntur, non tamen numero distinctæ, sed etiam specie. Vnde quælibet portio materiæ est in potentia, vt recipiat, & faciat vnum per se cum illa, si illi ab aliquo agente tribuatur, licet non possit naturaliter educi quælibet à qualibet.

Affirmatiua si esset aliud ordo natura.

4 *Quæritur.*

Dixi Vtrum possit materia eleuari, vt concurrat ad productionem formæ, quæ naturaliter est educibilis ab alia materia.

Resp.

Resp. affirmatiuè, quia si Deus per se ipsum posset; ergo etiam poterit communicare creaturæ, vt suppleat causalitatem alterius causæ. Neque video magis hæc repugnare, quam si dicatur posse Deum facere, vt calor, qui producēdus esset ab hoc calore, producatur à frigore, sed alias fusius disputabuntur.

Colligitur aliquid.

Ex his etiam colligitur, si anima rationalis non indiuiduatur in ordine ad materiam, quālibet portionem materiæ habere potentiam ad illam, quia eius productio, & vnitio nō pendet à materia, sed tantū recipitur in illa, postquam est producta, quod præcipuè habet locū si animæ rationales sunt eiusdem rationis.

Obiectio.

Dices quælibet portio materiæ est eiusdem rationis: ergo.

Resp.

Respōdetur distingui numero, sed specie cōuenire ideo concurrere ad formas numero diuersas, sed quoniam hęc doctrina non est omnino solida; neque hic possumus illam examinare, ideo illius examē reijcitur in alium commodiorem locum, nunc satis sit cognoscere quid alij sentiant.

DVBITATIO QVINTA
Quo ordine materia recipiat formas.

1 *Prima Concl. ordine exequutionis respicit materia dispositiones*

PRima Concl. & exequutionis ordine prius respicit eas, quæ sunt dispositiones respectu sequentium: ita D. Thom. 12. met. lect. 2. & 2. cont. gent. c. 89. patet, quia prius oportet introducātur dispositiones; quam formam, ad quam ordinantur dispositiones, ex hac concl. colli-

A gitur secundum eos, qui putant plures formas substātiales esse in eodem composito prius respicere eas, quæ sunt dispositiones respectu sequentium; at secundum eos, qui negant esse plures formas substantiales, respicere prius accidentia, tum respicere gradum vniuersaliorem, vt ait D. Thom. quæst. vnica de spiritualibus creaturis art. 3. Discrimen tamen est inter formas substantiales, & accidentales, quia accidentales respiciuntur, vt dispositiones tantum respectu vnionis, at substantiales etiam secundum se respiciūtur. Vnde etiam si nulla forma subsequeretur, etiā illā respiceret.

2 *Opinio contraria Soti.*

Contrarium sentit Sotus 1. phys. q. 6. d. 2. vbi B ait dispositiones respici tm̄ ad expellēdā formā oppositā; sed māria immediate respicit formā, ad quam sequuntur accidentia etiam ordine exequutionis, & hoc colligit ex D. Thom. 1. p. quæst. 76. ar. 6. quod esse simpliciter sit fundamentum omnis esse accidentalis, sed opinio hęc supponit falsum vt alias; nam accidentia non intenduntur directè ad expellendas cōtrarias dispositiones, & formas substantiales, quia nihil ad malum intendens operatur, sed quatenus illa carentia accidentium est dispositio ad recipiendam nouam formam, ad quam sūt necessaria accidentia vt in illa materia forma conseruetur.

Supponit falsū

Secunda Concl. ordine intentionis formas substantiales.

C Secunda Concl. ordine intentionis. Primo respicit formas substantiales, & in his gradum magis specificum, quia per illas perfectè actuatur; & per gradum specificum cum sit perfectior gradibus superiorib⁹, perfecti⁹ actuatur.

Dices in re indiuisibili non est prius & posterius, nec magis & minus, quia hæc dicunt comparationem, quæ est inter plura: sed materia per suam potentiam indiuisibiliter respicit formas omnes sub ratione actus, nam potest respicere magis, vel minus.

Resp. materiam respicere quidem indiuisibiliter omnes formas tanquam terminum adæquatum; tamen respectus ille etiamsi sit indiuisibilis, prius terminatur ad vnam, quam ad aliā D formam; non quidem prioritate temporis, sed naturæ; ad hoc autem nō requiritur aliqua pluralitas in respectu, sed in termino; vnde cū plures formæ sint terminus, vna illarum prius terminat respectum, quam altera; neque sunt duo respectus, sed vnus, qui respicit vtrumque terminum cum illa subordinatione, quam inter se vterque terminus habet. 3

Tertia Concl. respicit formas ad facienda composita.

Tertia Concl. materia respicit formas, vt constituant simul composita. Prob. ex 1. phys. 69. vbi, ait, vt lignum se habet ad lectum, ità materia ad hoc aliquid idest compositum, & tex. 82. definitur ex quo inexistente aliquid fit, 4. phys. 84. ait materia, quæ erat in potentia aer E fit aer. Prob. 2. ratione quia partes referuntur ad totum, & principium ad principiatum; id autē, q̄ simpliciter dr̄ principiatū est, compositum, cui conuenit operari, & existere &c.

Ex his patet formam esse finem quo, vt tex. 81. dicitur appetere formā & 2. phys. 26. & 91. dicitur esse finem materię; finis autem, quod est compositum.

QVÆ-

QVAESTIO SEPTIMA

De appetitu materiæ.

DE hac DD. 1. physic. tex. 81. vbi Conimb. c. 8. & 9. q. 4 Ruuius tract. 1. de materia quæst. 7. per quinque dubit. Hurtad. disp. 2. sect. 3.

Auctores tractantes de hac re.

DVBITATIO PRIMA
An materia appetat formam.

Resp. Arist. Materiã appetere formam est omniũ consẽsu receptũ.

REsp. Arist. t. 81. materiã appetere formas, vt turpe appetit pulchrũ, & imp̃fectũ appetit p̃fectum, q̃ Peripatetici vno ore affirmãt apud Achil. 1. de elem. d. 20. 21. & 1. phys. in tex. 75. 81. Portium lib. de principijs c. 9. Iand. 1. phys. q. 27. & 28. Them. q. 20. Sax. q. 19. Carpent, de descript. naturæ c. 4. D. Tho. 1. p. q. 5. ar. 3. ad 3. Sotus 1. phys. q. 6. ar. 1. d. 2. Venet. in sum. met. c. 9 & 10. 1. phys. in tex. 81. vbi Simpl. Isellus Philop. D. Thom. Auer. Ægid. & alij Tol. q. 17. Buccafer. lect. 73. Lud. Corneus 1. p. 1. phys. Gratiadeus q. 3. & in tex. 81. Paris. q 1. in tex. 81. Alb. tract. vlt. c. 17. Conimbr. 1. phys. c. 9. q. 4. Contrariũ videtur docere. Alb. tra. 3. c. 7. & expreſſe Auic. 1. suę sufficientiæ c. 2. & Scalig. ex 61. n. 1. id negant, tũ, primo, quia non hẽt põtiam elicitiuã, & actiuã tũ secũdo, qa id dici posset si materia careret õi forma, aut illa, quam habet, non delectaretur, sed molestiam ei afferret. Tum tertio ex primo magn. mor. cap. 11. & 12. vbi tres tantum numerat species appetitus, scilicet cupiditatẽ, furorem, & voluntatem; Neque dicas Aristotelem loqui de appetitu elicito, at appetitus materiæ est naturalis: nam D. Thom. 1. p. q. 87. a. 2. ait hunc sequi formam naturalem, vt elicitus formam appræhensam. Sed hic vir vel de nomine contendit, vt infra patebit; vel non satis aucte materiæ appetitus inspexit; quare vt horum solutio innotescat.

Appetitus est inclinatio. Inclinatio altera naturalis.

2 Not. appetitum esse inclinationem quandã materiæ in propriam perfectionem, qua caret Hinc aqua, licet habeat potentiam ad calorem non tamen habet appetitum illius, dum eo caret, quia non est eius naturalis perfectio, & idem Hurtadus docet de anima respectu supernaturalium donorum, hæc autem inclinatio duplex est ex Fons. lib. 1. met. cap. 1. q. 1. sect. 3, & 4. Altera naturalis, & innata, qua res inclinatur per se ipsam in proprium bonum naturaliter, quomodo quælibet potentia inclinatur in proprium obiectum, & dicitur appetitus metaphoricus, & impropriè. Altera est elicita, qua res per actum potentiæ elicitum feruntur in bonum formaliter; & dicitur appetitus elicitus, qui etiam duplex est. Alter qui sequitur cognitionem sensitiuam, & dicitur animalis. Alter qui intellectiuam, & dicitur intellectiu, seu rationalis inter quæ illud discrimen est, nam innatus non est qualitas distincta ab ipsa re, cuius dicitur, appetitus, nam grauitas & leuitas v. g. non dicuntur appetitus rerum quibus conueniunt, quia eorum actus non sunt appetitiones, sed actiones, quæ producunt grauitatem, & leuitatem, veluti per instrumenta, vt animalia per pedes motum, & innatus sequitur, vel potentiam actiuam, vel passiuam. At elicitus semper qualitatem superadditam potentiæ, quia est actus potentiæ.

Altera elicita.

Appetitus alter animalis. Elicitus sensitiuus & rationalis. Alter rationalis.

Secundo Not. Aliter sufficientiam huiusmodi appetitus à D. Thom. 1. p. q. 80. ar. 1. explicari; nam ait, appetitum consequi formam cuiuscunque rei; Et quia forma, alia est naturalis, alia intentionalis, ideo appetitus, alius est naturalis, alius elicitus; & quia forma intentionalis est principium cognitionis; & cognitio alia est sensitiua, alia intellectiua; ideo fit appetitus, vt alius sensitiuus, alius intellectiuus sit. 3

Tertio Not. Naturalem appetitum distingui in totalem seu completũ, qui sequitur naturam completam; & partialem, seu incompletum, qui sequitur naturam partialem, seu incompletam: & quidem completus diuiditur in accidentalem, qui conuenit essentiæ ratione alicuius proprietatis accidentalis, vt terræ appetitus, qui conuenit ratione grauitatis; & substantialem, qui conuenit ratione essentiæ respectu perfectionum, quæ sibi debentur in primo instanti sui esse, vt natura appetit subsistẽtiam.

Quarto Notandum, appetitum incompletum dici essentialem; tum quia ordinatur ad constituendam essentiam; tum quia non potest conuenire, nisi ratione propriẹ essentiæ partiũ, quarum vna appetit alteram, vt perfectionem habeant sibi debitam; & ad hunc pertinet appetitus, qui est in materia respectu formæ, & appetitus formæ respectu materiæ, cum ipsa etiam ordinetur ad constituendum compositum, licet hic appetitus non sit ad accipiendã perfectionem à materia, & ideo non oritur ab indigentia; sed fit ad communicandum suũ bonum materiæ, & toti composito; vnde oritur ex perfectione ipsius, sicut dicitur de natura boni, quæ est communicatiua.

Quinto Not. appetitum oriri à forma, non quidem partiali, quia sic non posset conuenire materiæ, quæ non habet formam, sed à forma, vt significat essentiam cuiusque rei, quæ dicitur quasi forma rei. 4

Difficultas tantum est, quid sit illa inclinatio naturæ innata. Alb. dum loquitur de materia, ait, nõ esse aliud, quam naturam moueri, & dirigi à Deo ad illam perfectionem; quare velle videtur formaliter esse actum auctoris naturæ dicitur tamen esse in materia, vt mota. Alij vt Fons. sect. 3. dicit similitudinarie dici appetitũ, quia si inanimata haberent cognitionem illud appeterent, quod colligit ex Arist. 1. Rhet. ad Theodet. c. 6. Nunc igitur patet materiam nõ appetere formam, nisi appetitu innato, cum careat potentia appetitiua, quod probatur ex definitione ipsius appetitus, qui circa aliquod bonum, quod potest haberi, & non haberi; cum igitur materia habeat potentiam ad formas, & careat illis, dicitur appetere illas; quod si illas

habeat ſequitur delectatio, & hanc, conſeruatio, niſi impediatur à contrario expellente; ſi autem conſideratur materia, quæ inclinatur ad formas, prout abſtrahit ab eſſe abſente, vel præſente, tunc illa inclinatio dicitur amor, quę omnia per ſimilitudinem dicuntur, ad ea, quæ experimur in actibus elicitis. In amore omniũ formarum ſita potentia cõtradictionis, nam ex eo, quod inclinatur ad omnes formas, quarum multæ ſecundum omnes ſimul eſſe non poſſut naſcitur potentia in ordine ad formam vnam, & non illam v. g. materia, quæ ſub igne habet potentiam etiam ad formam aquæ, & formam ignis; & quia forma ignis non eſt forma aquæ, & contra habet potentiam ad non formã aquę & contra, quæ contradictio eſt: Ex hac potentia cõtradictionis ſequitur appetitus contradictionis, quod ſimul appetat formam, & carentiam illius. Hinc etiam patet appetitum non diſtingui à potentia, niſi per connotationẽ priuationis propriæ perfectionis. Secundo vt notat Sotus errare eos inter quos eſt Ruuius dum dicunt materiam appetere formam, quam habet appetitu complacentiæ quod Sax. Venet. Pariſ. loc. cit. Fland. 5. met. q. 23. ar. 2. ad argumenta, quia id non eſt proprie appetere, niſi connotetur abſentia, & patet ex tex. 81. vbi *quibuſdam*, inquit, *accipit contrarium appetere ſui ipſius corruptionem, attamen neque ipſum ſuam ipſius poſſibile eſt appetere formam propterea, quod non eſt indigens, neq; contrarium; corruptiua enim ſunt ſui inuicem contraria: ſed hoc eſt materia, ſicut ſi fœmina maſculum, & turpe pulchrum*. Obijci tamen poteſt, nam forma opponitur priuationi, non igitur conditio eſt requiſita ad oppoſitum.

5 *Appetitus diſtinguitur a potentia per cõnotationem priuationis.*

Reſp. materia, vt priuatione careat, appetit formas, quibus priuatur quia quælibet forma eſt bonum materię, per quod conſtituit in cõpoſitum, qui eſt vltimus eius finis.

6 Tertio Colligitur aptitudinem, priuationẽ, appetitum, & potentiam eſſe idem re differre tamen ratione, nam materia vt receptaculum formæ dicitur aptitudo; vt carens tali forma dicitur priuatio, vt tendens ad formam, ſicut imperfectũ ad perfectum, & finem dicitur appetitus, vt cauſa habet rationem potentiæ, & potentiam, & appetitum diſtingui patet in animalibus, nam appetit homo pecunias, quas tamen non poteſt conſequi: & rurſus poteſt quis habere potentiam conſequendi aliquid & non habere appetitum illius. Sed Ruuius probat, quia talis eſt appetitus, quale eſt bonũ, q̃ appetitur; ſed appetitus materiæ non ordinatur ad bonũ accidentale, ſed eſſentiale; ergo nõ eſt accidẽtalis, ſed eſſentialis; atq; adeo nõ diſtinguitur ab eſſentia materiæ. Verum hæc ratio claudicat; tum quia falſa maior, vt patet ex inclinatione accidentis ad ſubſtantiam; tũ quia falſa minor, cum materia etiam formas accidentales reſpiciat.

Cur forma non dicatur appetere materiam

Quarto, colligitur cur forma nõ dicatur appetere materiam; tũ quia plurimæ õn exiſtunt extra, tum quia ma eria nõ eſt finis formarum, tũ ab aliqbus ponatur in anima ſeparata hic appetitus, & inclinatio, de quo in lib. de anima. Et alij ponunt in oĩbus non tanquã id, à quo recipiunt perfectionem, ſed cui communicant illã.

Quinto colligitur complacentiã, amorẽ, & deſideriũ differre inter ſe, non eſſentialiter, ſed accidentaliter, quia non diſtinguuntur ex rõne formali boni, ſed ex conditionibus formalis boni, qualis eſt abſentia, & præſentia, quæ licet ponant diſtinctionem ſpecificam in actibus elicitis, non tamen in innatis; quia hi diſtinguuntur ſolum per connotata.

Sed contra hæc obijcit Auic. quia appetitus eſt actus alicuius potentiæ; ergo. 7

Reſp. id eſſe de appetitu proprio, non ſimilitudinario, conſiſtit autem ſimilitudo, vt ſicut per elicitum inclinatur in id, quod rei conuenit, ita per innatum.

Obijcitur ſecundo impoſſibile eſt oppoſita ſimul eſſe; ergo nõ poteſt appetere omnes formas, quæ opponuntur.

Confirm. quia cum materia ſemper habeat vnam formam, cui aliæ opponuntur nunquam appetet alias, nam appeteret corruptionẽ eius quam habet, & qua delectatur, & hanc nõ appetit, quia habet, ergo nullam appetet.

Confir. ſecundo quia tota materia eſt eiuſdẽ rationis, & habet omnes formas; ergo.

Reſ. non appetere illas, vt ſimul habeat, ſed ſucceſſiue, quomodo non eſt vlla repugnantia. Vnde eſt ſimultas ex parte appetitus non ex parte termini.

Quomodo appetat omnes.

Ad Conf. reſp. 1. dupliciter aliquid poſſe appeti. Primo directe, & in ſe, & hoc modo non poteſt quis deſiderare aliquid, & carentiam illius. Secundo indirecte, & in alio, & ita poteſt aliquid re quapiam delectari, & carentiam illius appetere; vel quia non aduertit pugnantiã vel etiam ſi aduertit, æque deſiderat vtrumq; quare materia non appetit directe formam, & carentiam, ſed directe forma delectatur, & implicite, ſeu in alia forma, carentiam formæ habitæ appetit, quod videmus in ijs, qui peccant, nam volunt non offendere Deum per actum elicitum, ſed interpretatiuè offendunt, dum præcepta contemnunt. 8

Appeti directe nõ poſſunt oppoſita, ſed indirecte poſſunt, vel conditionate.

Secundo Reſp. poſſe eſſe appetitum conditionatum, vt infra.

Reſp. tertio appetitum materiæ eſſe ad formam ſecundum ſe, nulla facta ſuppoſitione, quia ſecundum ſe eſt perfectio materiæ; at non perditur ex eo, quod vnam formam habeat.

Ad ſecundam Confirm. Reſpon. quod licet materia ſit eiuſdem rationis ſpecificæ, tamen habet partes diſtinctas indiuidualiter, quarum ſingulæ non habent, niſi vnam formam & potentiam ad cæteras cum earum priuatione. Dices corruptio formæ eſt quid malum; ergo non poteſt apetere priuationem formæ, quam habet, neque directe, neque indirecte; quia malum eſt extra latitudinem obiecti appetibilis.

Reſp. materiam nunquam appetere, niſi bonum ſcilicet formam, quam non habet; ſed qa cum hoc bono eſt coniuncta corruptio formę, quam habet, ideo dicitur indirecte, non quidẽ formaliter, ſed materialiter illam appetere, & 9

per

per accidens, sed sub ratione boni, quo caret; quomodo peccatores dicuntur appetere malitiam coniunctam cum bono delectabili, quod appetunt, dum peccant; & hic appetitus est in materia, etiam dum habet formam nobiliorem quia per hæc licet satietur eius appetitus intẽsiui, non tamen extensiui vt infra: Neque est absurdum appetere ignobiliorẽ, dum habet nobiliorem; tum quia id est ex generali ratione potentiæ, quæ secundum se est indifferens ad omnes; tum quia non tendit in malum propriũ sic appetendo; quia licet per aduentum imperfectionis ammittat perfectiorem, tamen semper permanet appetitus ad eamdem, per quam potest naturaliter consequi formam eiusdem perfectionis; tum quia etiamsi per accidens ex eo appetitu sequatur malum proprium; tamen non est absurdum; quia inde sequitur bonum commune totius Vniuersi, idest conseruatio specierum per perpetuam generationem; at materia, & quælibet natura per se magis ordinatur ad bonum totius naturæ, quam ad proprium destructiuum boni vniuersalis.

Obijcitur tertio simile appetit simile; ergo.

10 Aliqui propter hoc argumentum ponunt in materia formam corporeitatis, sed male, nam illa ipsa delectatur, & si careret, eam appeteret; ergo.

Resp. non appeti omnino, simile est sed simile in eo, quod se habeat, vt appetibile & appetitiuum, quando fundatur in aliqua conuenientia, hæc autem est actus, & potentia.

Resp. secundo appetitum non ferri in obiectum simile appetenti in specie, sed inproportione, & commensuratione.

Obijcitur quarto omnes respicit sub ratione actus; ergo cum habet vnam, non est quod respiciat aliam. quia iam habet rationem formalem, quæ in omnibus reperitur.

Resp. respici etiam sub ratione talis actus, sub qua ratione caret multis.

DVBITATIO SECVNDA

An hic appetitus formarum existens in materia possit dici desiderium.

D

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Prima opinio affirmatiua.*

PRima Opinio est affirmatiua ex 1. phys. t. 82. vbi loquens de materia ait, *aliud autem, quod naturæ aptum est appetere, & desiderare ipsum secundum suam naturam.*

Confirm. quia denominationes tribuuntur materiæ non propriè, sed metaphorice ex actibus personæ cognoscentis; at in persona cognoscente appetitus boni non habiti, dicitur desiderium.

Sensus aliquorum de hac re.

Hi tamen diuisi sunt; nam aliqui putant, hoc desiderium non ferri ad formas particulares, sed ad formam in communi; quia hoc desiderium fundatur in potentia & inclinatione materiæ; at hæc non tendit ad formas in particulari, sed ad formam in communi, sicut visus ad colorem in communi.

A

Confirm. quia desiderium præsupponit carentiam formæ desideratæ; sed materia non caret aliqua forma particulari, cum semper aliquam habeat, in qua continetur ratio formæ non habitæ, quæ est proprium obiectum desiderium; ergo non desiderat aliquam in particulari.

Confirm. secundo quia si desideraret aliquã in particulari, violenter teneretur sub opposita vt patet ex definitione violẽti, sed illud est falsum, quia sub nulla forma detinetur violenter, sed sub qualibet sibi complacet, tanquam sub bono sibi proportionato. 2

Alij tamen putant, materiæ desiderium tẽdere ad omnes formas, non solum sub ratione communi formæ separabilis, siue amissibilis, sed etiam sub rationibus particularibus; quare forma vt terminat appetitum materiæ, supponit absolute, non simpliciter, vel personaliter solũ. *Sensus aliorũ.*

B

Fundamentum, quia appetitus hic fundatur in potentia materiæ receptiua formarum; sed hæc respicit formas etiam in particulari secũdum rationes indiuiduas, quia sic illas actu recipit, vt patet; tum quia non solum fit vna species per se, sed etiam indiuiduum. Tum quia forma est actus, & perfectio materiæ etiam secundum indiuiduas rationes, at quodlibet appetit suum bonum secundum eam rationem, qua illud perficit. Ita Ruuius 1. phys. tr. 1. de materia q. 7. d. 1.

C

Secunda Opinio est dicentium, illam inclinationem non posse dici desiderium; quia desiderium ex communi vsu fertur circa bonum quidem absens, sed præcognitum; at hæc precognitio non est in materia. Vnde in plus se habet appetitus, quam desiderium, deinde desiderium sequitur formam apprehensam, at innatus appetitus formam impressam, siue actiuam, quando forma inclinatur actiue vt grauitas ad motum deorsum, siue passiuam, vt appetitus ferri ad magnetem, & talis est appetitus materiæ ad formam, ita Venetus in tit. 81. dist. 3. 3 *Secunda opinio negatiua.*

Tertia opinio est dicentium, in materia esse desiderium, quod nullo modo distinguitur ab appetitu; nam appetitus formaliter fertur circa bonum absens, & circa presens non dicitur appetitus, sed complacentia; & sicut appetitus ponitur in materia per metaphoram, ita & desiderium, & hæc opinio mihi placet. *Tertia opinio desiderium est in materia omnimode indistinctum ab appetitu.*

ART. II. Opinio Auctoris.

PRima Concl. In materia est desiderium formæ non habitæ; quia secundum omnes in materia est appetitus; sed appetitus idẽ est, ac desiderium; ergo. minor probatur, quia appetitus accipitur dupliciter; primo pro potentia appetitiua, & hec est principium tam actus circa obiectũ præsens, quã absens, sed hoc modo hic non accipitur. Secundo pro actu huius potentiæ, & sic ex communi vsu significat actum circa absens, vnde communiter non dicitur quis appetere bonum, quod habet vt Arist. testatur 1. phys. t. 81. 4 *Prima Concl. affirmatiua respectu formæ nõ habitæ.*

E

Ex quibus patet ad fundamentum secundæ opinionis; quia licet desiderium proprie sit A in natura cognoscente, tamen metaphorice est in natura experte cognitionis, sicut est appetitus & complacentia.

5 *Secunda Concl. appetitus fertur in formam absolute.*

Secunda Concl. Appetitus materiæ fertur in formam vt supponit absolute. Patet ex dictis in prima opinione pro secundo modo dicendi; nam licet ratio adæquata specifica potentiæ sit forma, vt comprænhendit omnes formas in particulari, tamen illa non specificat, vt supponit simpliciter; quia sic non posset recipere formas secundum particulares rationes formaliter, idest ratione particularium conditionum indiuiduantium; sed tantum materialiter, & quatenus sunt coniunctę cum gradu cōmuni formæ; at hoc est falsum, vt patet, ex dictis; & præterea quia hæc ratio includitur in B quolibet prædicato formæ, cū secundū quemlibet sui gradum sit pars actuatiua: neque potest forma specificare, vt supponit personaliter; nam vel specificatur ab vna forma; & non quia est terminus inadæquatus potentiæ materiæ; tum quia non posset recipere alterā, quę distinguitur à forma specificatiua, quia potentia non potest ferri extra latitudinem sui obiecti, & termini: vel specificatur ab omnibus, vt in indiuiduis, & singularibus: & neque; tū quia non posset fieri vnum per se ex materia, & forma secundum gradum, in quibus formæ conueniunt, sed solum secundum gradus, per quos C differunt, quia per illos gradus materiæ potētia specificatur; tū quia vnum non potest specificari à pluribus, vt pluribus, sed vt habent vnam quādam rationem; alioqui specificatum non esset vnum, sed vt plures; ex quo fit, formam specificare potentiam vt supponit absolute, quia non remanet alius modus, quo possit specificare.

ART. III. Soluuntur argumenta aduersariorum.

1 *Resp. ad 1. & Confirm.*

AD primum Resp. tendere ad formas in D communi, vt supponit absolute: At Ruuius resp. tendere ad formam in communi primario & adæquate, sed ad formas in particulari secundario, & inadæquate.

Ad primam Confirm. Resp. Ruuius, materiam, quæ habet formam, non habere carentiā primariam, & adæquatam formæ, sed secundariam, & inadæquatam.

Ego Resp. hinc potius sequi oppositum; quia cum habeat vnam formam, & tamen appetit eam, qua caret, ergo adæquata ratio appetendi non est gradus communis formæ, vt supponit simpliciter, sed potius vt supponit personaliter, quia sic caret formis secundum gradus, quibus differunt secundum quos formæ E appetuntur licet vere forma specificans supponat absolute.

2 Ad secundam Confir. Resp. Ruuius, appetere formam contrariam ei, quam habet, non vt contrariam, sed vt conuenit cum forma, quā habet, quia continetur sub cōmuni gradu formæ amissibilis, quæ est ratio adæquata obiectiua appetitus, ad quē per accidens se habet cōtrarietas, vt contrarietas caloris, & frigiditatis ad rationem qualitatis tangibilis, à qua adęquate specificatur sensus tactus.

Ego Resp. interitum formæ incompossibilis appeti indirectè, non secundum se, qua ratione est malus, sed vt medium ad acquirendā nouam formam, qua ratione est bonus: & appetuntur omnes formæ etiam contrariæ, & vt contrariæ indirectè, non vt simul possidendas, sed successiue, quia appetuntur non solum secundum gradum communem, sed particularē, secundum quos sunt incompossibiles. 3

DVBITATIO TERTIA

An materia magis appetat vnam formam, quam aliam.

SCaliger Resp. cum omnes habeat, nullā appetere appetitu mutationis, nam sub qualibet quiescit, quęlibet enim pars perficitur, qualibet forma, & tota omnibus. Sed appetitu perfectionis omnes æque appetere probat. Primo, quia si meliorem appeteret, vnam tantum appeteret, quia ex omnibus vna est omniū perfectissima; & quia aliqua materiæ pars est sub illa forma perfectissima, sequitur à materia illam non appeti, quia vna pars corporis indiuidui homogenei non appetit corruptionem alterius, nam vt non differunt essentijs, ita neq; affectibus. 1

Confirm. quia qui sic deberet appetere interitum formarum ignobilium, quia non potest appeti nobilior habitus, nisi per se corruptio ignobilioris appetatur ille incompossibilis, at interitus formæ, cum sit quid malum non est appetibilis.

Confirm. secundo quia si sic esset, nunquam ex corpore nobiliore fieret ignobilius contra experientiā & hæc opinio mihi placet propter hanc rationem; tum quia non potest esse ratione potentiæ, quia est indifferens ad omnes formas; neq; ratione priuationis quia etiam ęque priuatur vna & alia; tum quia respicit formas, vt facit vnum per se cum illis, & constituitur hoc aliquid: At hoc præstatur per quamlibet formam. 2

Confirm. quia in aliqua portione materiæ frustra esset, maior hic appetitus. Neque dicas sufficit expleri in alia portione quia eadem ratione negari posset dari in materia aliquem appetitū, alicuius formæ quia omnes habet in aliqua sui portione. Hanc sequitur Ruuius q. 7. 2. phy. & probat, quia appetitus fundatur supra potentiam, cui addit solā priuationem præsuppositiue, & formaliter inclinationē, sed potētia materiæ æqualiter respicit omnes, sicut æqualiter illas recipit.

Cōtrariū opinantur aliqui recentiores scilicet materiam ex se appetere perfectiores magis, quam imperfectiores. Primo ex proportione appetitus eliciti, quo magis appetitur 3

maius

maius bonum. Et Confirm. quia respicit, vt imperfectum perfectum;ergo vbi maior perfectio est,etiam maior inclinatio Secundo quia id magis appetitur, quod magis intenditur à natura;at hęc intendit semper perfectiores, quibus subijcit imperfectiores.

Resp. ex illa proportione appetitus eliciti potest defendi esse maiore appetitum respectu formę nobilioris,qua posita sententia, dicendū est cum materia actuatur forma nobiliore, appetere minus perfectam, siue appetitu conditionato, idest si carere necessitaretur forma nobiliore, appetere se ignobiliorem, quod etiā solet appetitu elicito fieri;siue appetitu absoluto,non considerata comparatione maioris, vel minoris perfectionis in actu, sed consideratur tantum,quod vtraq; sit perfectio. Respondetur tamen non debere metaphoram sumi in omnibus, sed tantum in eo; quod natura inclinatur in sibi bonum, vt per appetitionem animal ad bonum, cum sit diuersa ratio in appetitu naturali, & rationali; nam homo fertur in bonum cognitum per cognitionem,qua,vt cognoscit, vnum esse melius altero, ita determinat voluntatem ad præferendum vnum alteri quoad specificationem actuum;at naturalis,cū non sequatur cognitionem,nō habet discretionem perfectioris,& imperfectioris formę, sed ęqualiter omnes respicit ex natura sua, ęque vnquam aliquam reciperet, nisi à dispositionibus & efficiente determinaretur ad hāc potius, quā ad illam:Posset tamen obijci,quod discretio illa fieri debeat a natura; nam sicut natura constituit differentiam inter formas, ita etiam in inclinatione materię, quia inclinatio naturalis debet esse cum maxima rectitudine, cum sit ab auctore naturę;at sequendo rectam rationē, maius bonum, debet pręferri minori. Verum hęc difficultas alibi est examinanda; nunc satis sit, maius bonum naturę prouenire ex hac indifferentia materię;quam ex determinatione ad vnam nobiliorem formam.

4 Ad Confirm. eam difficultatem esse in actibus,quod perfectius,vel imperfectius perficiāt, at materia in se ęquè respicit omnes, neque est sibi curę,quod magis, vel minus sit perfectior, modo perficiatur; sicut qui habet spiritū paupertatis necessarias tantum appetit vestes, nec curat an sericę sint,vel laneæ.

Ad secundam Confirm. Resp. materiam intendere perfectiones in eadem specie, idest cū vult producere vnum indiuiduū, intendit perfectiori modo, quo potest, at non semper intendit speciem perfectiorem. Secundo etiam si natura id intenderet, materia tamen non id habet,cum sit indifferens,sicut licet Figulus intendat ex creta effingere vas perfectissimum, creta tamen ex se est indifferens, & hinc potius potest confirmari nostra sententia,quia cū materia sit subdita diuersis agentibus determinationem debuit expectare ab agentibus.

A

DVBITATIO QVARTA

An materia appetat formam nobiliorem dum habet minus nobilem.

PRima. Opinio negatiua recentiorū, quia appetitus non fertur circa malum, at forma ignobilior respectu nobilioris habet rationem mali,quia dicit defectum perfectionis. 1 *Prima Opinio negatiua ignobilior enim habet rationē mali respectu nobilioris.*

Confirm. ex opinione D.Thom.3.p.q.4.ar.2.ad 8. dicentis humanitatem Christi non appetere propriam personalitatem, quia habet diuinam longe nobiliorem. *Confirm.1.*

Confirm. secundo Ex opinione dicentium, voluntatem quantumuis liberam, ex propositis bonis semper eligere id, quod illi repręsentatur vt melius, ergo etiam materia, cuius appetitus proportionatur appetitui animali, & rationali. *Confir.2.*

B

Secunda Opinio est affirmatiua,quia possessio formæ nobilioris non aufert à materia potentiam recipiendi alias formas, quas non habet,etiam si sint ignobiliores; ergo neque aufert appetitum; quia hic sequitur potentiam priuatam forma. 2 *Secunda Opinio affirmatiua.*

Confir. quia corruptio formę oritur ex appetitu formę incompossibilis, vt fusę Burl. 1. phys tex.81.ergo vbi abest appetitus huiusmodi,abest corruptio formę,quam materia habet, atque naturaliter compositum ex illa forma, nobiliori,& materia esset incorruptibile. Neque dicas,sequi corruptionem ex appetitu formę nobilioris, ex qua habetur, quia inter formas quoad perfectionem est processus in infinitum;non inquam, id dicas; tum quia de hoc processu non omnes conueniunt; tum quia experientia constat sequi corruptionem compositi,etiam si fiat compositum imperfectius;ergo ex appetitu formę imperfectioris, & mihi placet,vnde. 2

C

Ad primum argumentum aduersariorum. Respon. negando minus bonum comparatum cum maiori bono esse simpliciter malum; nam potius est simpliciter bonum, & secundum quid malum; atque potest esse obiectum, tum appetitus, tum fugæ; quia in eo est admixtum bonum,& malum. *Refellitur ratio prima opinionis.*

D

Ad primam Confirm. Resp. esse diuersam rationem; nam natura non appetit plures personalitates,sed solum propriam,quæ cum perfectius contineatur in personalitate diuina,quā in se,dum habetur diuina, non appetitur propria, quia habet totam perfectionem propriæ eminentiori modo,atq; adeo eius appetitus est satiatus;at vero materia non appetit vnam, sed omnes formas æqualiter,tam perfectas,quā imperfectas; vnde eius appetitus non potest satiari per nobiliorem formam quantumcumque perfectam, quia non continet omnes alias, ad quas materiæ appetitus extenditur. 3 *Refellitur 1. Confir.*

E

Ad secundam Confirm. Resp. voluntatem posse eligere minus bonum ex duobus illi per cognitionem presentatis, *Refellitur 2. Confirm.*

Resp. secundo esse diuersam rationem, quia appe-

appetitus rationalis sequitur cognitionem discretiuam inter maius & minus bonum: vnde voluntas determinatur ad maius bonū per iudicium practicum maioris boni; at appetitus naturalis non sequitur cognitionem, sed est indifferens ad omnes formas.

DVBITATIO QVINTA

Quid magis appetat nobilissimam, an plures successiue.

1 Scalig. HÆc quæstio licet patere possit ex dictis, tamen propter modum loquendi quorumdam, opus fuit examinare. Nam Salig. loc. cit. putat materiam non esse factā propter mutationem, sed propter subiectationem formæ & quantitatis; & quantitatem propter loci mutationem, & figuram. Secundaria tamen intétione facta est propter generationem.

Alij vero negant materiam appetere successionem formarum, quia non successionem, sed formas appetit, quas quia non potest simul habere, saltem appetit habere successiue, & hic bene dicit.

Alij dicunt magis appetere informari pluribus formis successiuè, quam vna etiam nobilissima, quia ita expletur, & satiatur eius potentia Alij contra ex Auic. quod magis appetat vnam nobiliorem, quia maior perfectio est perfectissima forma actuari, quā pluribus ignobilioribus successiuè, Alij distinguunt materiam secundum se magis perfici per vnam perfectioré, quam per plures successiuè, atque adeo sequi maiorem appetitum, vt autem est pars Vniuersi contra est, quod etiam in alijs potentijs asserunt. respectu actuum, quos eliciunt circa obiecta nobiliora, vel ignobiliora, vt melius est intellectu semper cognoscere Deum, quàm nūc Deum, nunc creaturas. Mihi vero placet materia ex se neutrum magis appetere; nam exéplum illud non est ad rem, quia intellectus cognitione illius obiecti expletur omnino, nam illud obiectum continet perfectionem omnium, quod si ponatur aliud obiectum creatum; sit v. g. Angelus, tunc intellectus eo solo obiecto satiatur, sed videmus expetere variam cognitionem aliorum obiectorum, & hoc etiam fit appetitu elicito.

2 His adde perfectionem Vniuersi in eo sitam esse, vt tota materia habeat omnes formas specificas, non tamen vt singulas formas tota habeat, hinc fit vt necessarium non sit quamlibet portionem per omnes formas transire, vt bene Alex. lib. 1. quæst. natural. cap. vlt.

Dices an sint tot appetitus, quot formæ.

Resp. appetitus particulares esse plures prout varijs dispositionibus afficitur materia: vniuersales autem vnus est, tùm quia alioqui infiniti essent ponendi; tū quia omnes appetit sub eadem ratione actus, & perfectiui essentialiter, qui secundum nos est ad formam supponenté absolutè; & secundum alios, circa nobilissimā est absolutus, & circa ignobiliorem conditionatus;

A

DVBITATIO SEXTA

Quomodo se habeat priuatio respectu appetitus.

ART. I. Opiniones Doctorum.

PRima Opinio est dicentium priuationē esse causam appetitus, quia bonum vt absens est obiectū illius; at obiectum est causa actus; Neque dicas, causam illius esse ipsum bonum, non autem priuationem, seu absentiam boni; nam appetitus distinguitur à complacentia; ergo habet causam distinctam; at hæc causa non potest esse ipsum bonum; quia hoc est commune vtrique, ab vno autem vt vno, non potest procedere; nisi vnū; ergo debet esse ratio adiuncta bono, quæ sit distincta respectu vnius, & alterius; at hæc ratio, non est, nisi absentia, vel præsentia boni, 1 *Prima Opinio Priuatio est causa appetitus.*

B

Confirm. ex 1. phys. tex. 81. vbi probat, priuationem esse principiū generationis, quia est causa appetitus, qui est necessarius ad generationem; nam appetitus non est, nisi propter indigentiam alicuius non habiti. Ita Burl. in tex. 81. ex Auer.

C

Confir. secundo ex vulgato prouerbio, quod priuatio generet appetitum.

Secunda Opinio est negátium, priuationem esse causam; quia est negatio quædam, quæ non potest esse causa entis positiui, cuiusmodi est appetitus. 2 *Secunda Opinio contraria.*

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui dicunt, appetitum esse inclinationem quandā in bonum secundum se; quare sicut bonum abstrahit à presentia, & absentia, ita appetitus abstrahit à complacentia, & desiderio; & cum priuatio dicat carentiam boni, sequitur appetitū abstrahere à priuatione, atque adeo esse priorem ratione ipsa priuatione; sicut vniuersalius est prius particularibus; at prius non potest causari à suo posteriori. Sed fatentur, priuationem esse priorem, & quodammodo causam desiderij, non propriè, cum sit non ens, sed occasionaliter; quia priuatio est occasio, cur generetur desiderium. *Sensus aliquorum de hac opinione.*

D

Alij tamen dicunt, appetitum, vt significat actū, versari circa bonum absens, vt dicitur in prima opinione; non tamen priuationem esse causam appetitus, sed conditionem sine qua nō in materia esset appetitus suæ perfectionis; & hæc opinio mihi placet. *Aliorū sensus.*

ART. II. Opinio Auctoris.

E

PRima Concl. Priuatio est principium appetitus. Probat Arist. 1. phys. tex. 81. quia priuatio est principium generationis; at non est principium generationis, nisi quia est principiū appetitus formæ absentis; nam nisi materia appeteret formam absentem, non fieret generatio naturalis. Vnde priuationem ait tex. 80. sæpius operari ad maleficium. 3 *Prima Concl. Priuatio est principium appetitus.*

Con-

Confirm. ex dictis in prima opinione; nam obiectum appetitus est bonum absens, non autem bonum præsens,& quod possidetur; vt .n. fœmina appetit masculinitatem ratione suæ imperfectionis, seu priuationis illi cõiunctę;& similiter turpe, pulchrũ; ita materia appetit formã.

Dices,materia, vt habet esse actuale per aliquam formam,non appetit formam illi incompossibilem; tum quia appeteret sui ipsius corruptionem; tum quia sequeretur,materiam cęli etiam appetere formam: ergo neque materia vt priuata appetit formam incompossibilem, quia appeteret sui corruptionẽ: quod si dicas, esse diuersam rationem,quia materia per formã habet esse actu,nõ sic per priuationem; at nihil appetit secundum quod est actu,sed secundum quod est in potentia; tunc contra, quia saltem priuatio esset principium appetendi sui ipsius corruptionem, & vnum contrariũ principium appetendi contrarium. Cõfirm. quia sic sequeretur in materia esse appetitum formæ corruptæ,quia in ea est priuatio formæ corruptæ. *Confirmatio.*

4 Resp. Burl. cum priuatio sit semper nõ ens, non potest corrumpi, atque adeo nõ potest appeti illius corruptio;quod .n. corrumpitur aliquando est ens,aliquando non ens;sed priuatio solum dicitur corrumpi quoad denominationẽ materiæ;& licet vnum contrarium positiuũ nõ sit principium appetendi aliud,tamen contrariũ priuatiuum est principium; & ratio diuersitatis est, quia quãdo vtrumque est positiuum vtrũq; dat esse actu materiæ, at priuatio dat non esse, & ideo in materia resultat appetitus entis, & actus. Ad Confirm. Resp. Burl. & Venet. negãdo sequelam,quia ad appetitũ non est satis priuatio, sed etiam requiritur potentia respectiuè coniuncta priuationi, quam non habet materia respectu formæ corruptę. Ego Resp. nullũ esse absurdum concedere appetitum formæ corruptæ in materia, vt supra ostendi. *Responsio. Resp. ad Confirmat.*

Dices 2.Non ens non potest esse causa entis; ergo neque priuatio appetitus,qui est ens.Res. Venet. priuationem non esse ens positiuum,sed ens priuatiuum; & hoc modo esse principium, & causam, vt absentia nautæ est causa submersionis nauis,quia ad illum effectum positiuum, non tm̃ cõcurrit priuatõ, sed ẽt aliud ens positiuũ.Ego Resp.non esse veram causã,sed cõditionem sine qua non,seu,vt alij loquũtur, causam per accidens, non per se; quare sit. *2. Obiectio. Resp.*

5 2. Concl. Priuatio non est vera causa appetitus,sed occasionalis,seu conditio sine qua nõ. Prima pars probatur,quia non ens, neque solũ, neque simul cũ alio positiuo potest habere influxum in ens positiuum;at hic influxus est necessarius ad rationem veræ causę.Secunda pars probatur ex dictis in prima opinione,& cõclusione; quia priuatio est necessaria ad appetitũ; sed non vt causa; ergo vt conditio; & ex his. *2. Concl. Priuatio est causa occasionalis appetitus.*

Ad fundamentum primæ opiniouis Resp.nã absentia est quidem necessaria in obiecto appetitus,non vt ratio formalis obiectiua,sed vt cõditio obiecti: Deinde appetitus hic non est aliquid distinctum à potentia,vt est appetitus elicitus; sed est idem cum potentia,& recipit denominationem appetitus per quandam metaphoram ratione priuationis.

A

Dices, quomodo appetitus distinguitur ab appetẽte. Resp. Burl. ad appetitum tria requiri; primò rem ordinatam ad perfectionem; secundo carentiam perfectionis; tertio possibilitatem habendi perfectionẽ; ergo includit plusquam appetens;quia hic non includit priuationem; vnde habita perfectione remanet,tota entitas appetentis, & non manet appetitus. *Obiectio. Resp.*

QVAESTIO VIII.

De proprietatibus materiæ.

B

DVBITATIO PRIMA.

De vnitate materiæ.

1 HIC quæritur solum vnitas materiæ rerum corruptibilium, nam de materia cœli alibi. Vnitas autem triplex quæri potest,generica,specifica, numerica. De qua re disputant Achil. 1.de elemen du.8.Can.1.phy. q.9.du.6.Flandr.8.met.q.5.a.1.ibid.Trombet. q.3. Pauef.disp.5.c.9. Iand.1.phy. q. 24. Buccafer.lec. 68. Ferr. q.12. Port.lib.1. de princ. c.7. D. Tho.1.p.q. 16.a.7. & ibi Caiet. Venet. Burl. & alij in tex. 82. Occh.1.phy. c.18. Conimbr.1.phy.c.9.q.5.a. 2. Murcia disp.5. q.10. Ruu. q. 8. *Explicatur dubium. Triplex vnitas. Auctores de hac re tractantes.*

C

Primo Not. omnium corruptibilium materiam esse eiusdẽ speciei,& habere partes eiusdẽ rationis. Probatur ex Arist.1.phy.60.69. & 82. 1. de gen. 22.8.met.11.& 14. Ratio sumitur ex transmutatione,quia omnia possunt ad inuicem transmutari mediatè,vel immediatè; ergo conueniunt in materia. Antecedens probatur,quia omnia corpora resolui possunt in elementa, & hæc sunt ad inuicem transmutabilia, & præterea sunt materia omnium corporum.Cõsequẽtia probatur;quia nulla alia ratio potest assignari,cur materiæ distinguantur specie, nisi hæc, quod non possunt recipere eadem formas, & explicat fusè Occham c. 18. suæ phy. Hęc ratio est Auer. 4.cœli 37. & Achill. ex quo colligitur, posse vnam partem numero esse materiã omnium formarum corruptibilium successiuè. *Materia est eiusdem speciei omnium corruptibiliũ.*

D

Difficultas est, an sit vna numero,& quali vnitate. Ratio difficultatis sumitur ex tex. 60. vbi ait,*Oportet seper aliqd subÿci, quod sit, & hoc etiamsi numero est vnum,at forma quidem non vnum.* 2

2. Not. vnum numero dici dupliciter; primo positiue, quod habet differentiam indiuidualẽ, à qua essẽtia determinatur; secũdo negatiuè,quod.s.ex se non habet distinctionẽ numericam, sed eam habet per accidens, & hæc vnitas penitur in homogeneis, quę quando habent partes cõtinuas dicitur vna numero,quãdo vero discontinuas, multiplex;& quia materia ex se non exigit habere partes continuas,vel discontinuas, sed iuxta exigentiam formarum, ideo ex se neque dicitur vna, neque multiplex numero,sed ex rõne formarũ id habet,vt infra. *Vnum numero dicitur dupliciter.*

E

3. Not.

Vnitas numerica alia rerum completarum, alia incompletarum.
3. Not. quod sicut vnitas specifica, alia est rerum completarum, alia incompletarum; ita, & vnitas numerica, & huiusmodi est vnitas materiæ numerica.

Triplex est vnitas numerica.
4. Not. triplicem esse vnitatem numericã, vnam intrinsecam positiuam ex sua hecceitate, quæ inuariabiliter cõuenit materiæ, siue habeat hanc, siue illam formam; Alteram sibi intrinsecam per se coniunctam, quæ conuenit illi ex forma dante illi esse specificum, & numericum prædicamentale; Tertiam illi per accidens cõiunctam, quæ conuenit illi ex continuitate partium; sicut multiplicitas ex diuisione. Prima vnitas potest dici vnitas substantialis; secunda formalis; tertia totalis non totalitate essentiali, qualis est in composito integro; sed integrali, qualis est in quantitate, & alijs habentibus partes integrantes; & hæ duæ vltimæ vnitates variantur in materia, permanente vnitate substantiali inuariata.

3 *1. Concl. materia est vna numero vnitate substantiali.*
1. Conclus. materia est vna numero vnitate substantiali ex sua intrinseca entitate, & non ab aliquo extrinseco; quia nulla essentia potest existere, nisi sit singularis; at hæc singularitas non põt illi aduenire per formam sibi vnitam, quia hæc supponit illam esse singularẽ, sicut supponit existentem. Confirm. quia si materia reciperet singularitatem à forma non esset eadem numero sub diuersis formis, quia haberet diuersam singularitatem iuxta diuersitatem formarũ Confirm. 2. quia materia habet suam entitatem extra causas existentem distinctã realiter ab entitate formæ, quia per illam est primum subiectum omnium formarum.

Obiectio.
Contrarium huius corrollarij tenet Achillinus. 1. de elem. du. 8. dicto 5. & 6. & colligit ex Auerr. 12. met. c. 14. circ. med. Ferr. & Port. loc. cit. qui volunt materiam non habere suam hæcceitatem, sed totam eius indiuiduationem esse per formas; quare ablatis formis remanet vna numero priuatiuè secundum esse intellectum, quia non habet id, per quod distinguatur numero; quare prædicatio, qua prædicatur materia de hac materia, non est speciei vniuocæ, sed vel totius de parte integrante; vel analogice de analogatis, quia nõ potest essentia materiæ abstrahi à singularitate. Ratio prima põt esse; quia omnis distinctio est ab actu. Confirm. quia materia dicitur esse quid simplex.

Resp.
Respõdetur distinctionem speciei completæ esse ab actu. Ad Confirm. esse simplicem physicè, metaphysicè tamen cõpositam, non ita tamen, vt forma, quia hæc cum sit principium plurium operationum plures dicitur habere gradus.

4 *Gradus, qui possunt poni in materia.*
Dices, quot gradus sunt ponendi in materia? Resp. posse poni gradus substantiæ, corporeitatis, potentialitatis, esse, quo conuenit cũ materia cæli & gradus talis potentialitatis, in quo differt à cæli materia.

2. Conclus. Materia vt est nunc est multiplex numero.
2. Conclus. Materia, vt nunc est, non est vna numero, sed multiplex ex multitudine formarũ totalium, quibus informatur. Ratio quia ad exigentiam formarum est diuisa in homogeneis vnitas, & distinctio numerica oritur ex continuatione, vel discontinuatione. Confir. quia videmus esse sub formis contrarijs in distinctis lo-

A cis, quæ eidem numero entitati conuenire non possunt; & ex hoc fit, vt in materia posint distingui duo gradus, alter cõstituens essentiam, & speciem, licet incompletam materię; alter, quo constituitur in esse indiuiduo; quare non ex sibi sua singularitas, nam non est ratio, cur ab hac compositione, quæ est in omnibus rebus creatis liberetur solum materia; quia eadẽ ratione posset asseri de forma, atque adeo de toto composito. Ex hoc sequitur habere vnitatem positiuam numericam; quia hæc sequitur entitatem, licet sit incompleta, vt benè D. Thõ. 1. p. q. 66. a. 2. & Auer. de substantias orbis c. 1.

3. Concl. non incongruè materia est vna numero priuatiuè.
3. Concl. Non incongrue posset dici, materiam esse vnam numero priuatiuè; quod potest
B explicari primo, vt Achil. Sed id confutatum est, nam eadẽ numero materia nunc est sub vna forma, deinde est sub alia forma sibi succedẽte, *Explicatur 1.* & si spoliaretur his formis, & oĩbus alijs, partes materiæ, quæ nunc sunt distinctæ, remanerẽt distinctæ ex vi hæcceitatis intrinsecę, & seruaretur discontinuatio, remanerẽt eodem modo distinctæ, vt nunc sunt. Secundo potest explicari, quia, ex se non repugnat esse vnam numero; *Explicatur 2.* quia si auferãtur omnes formæ, & vniuersa materia fiat continua, tunc esset vna numero, non sic autem formę; quia hę semper essent distinctæ numero, etiamsi essent continuæ; nam in hoc discrepãt homogenea ab ætherogeneis, &
C hoc significat D. Tho. 1. p. q. 16. a. 7. ad 2. dum ait, *materia prima dr̃ vna, nõ quia habet vnã formam, sicut homo est vnus ab vnitate formæ, sed per remotionem omnium formarum distinguentium.* Hinc dici solet esse vnam negatiuè, quia ex se non habet distinctionem numericã, non quidem illã, quę oritur ex hæcceitate, quia hanc semper habet, vt cæteræ, sed eam, quæ oritur ex diuisione, qualis vnitas, & multiplicitas ponitur in homogeneis.

5 *4. Concl. Materia à forma habet vnitatem numericã formalem.*
4. Concl. Materia habet à forma vnitatem, & distinctionem numericam formalem; quia sicuti ex eo, quod informatur per formam ratione gradus specifici, recipit quoddam esse speci-
D ficum sibi coniunctum; ita quia informatur per formã ratione gradus indiuidualis recipit vnitatem, vel distinctionem numeralem sibi aduẽtitiam. atque adeo variabilem iuxta varietatem formarum.

DVBITATIO SECVNDA.

An materia sit ingenerabilis, & incorruptibilis.

Auctores tractantes de hoc.
DE hac Sotus q. 6. d. 4. Och. c. 17. Niph. 1. phy. com. 68. Conimb. c. 9. q. 1. artic. 1.
E Hieronymus Pla. disp. de principijs q. 8. Murcia disp. 5. q. 9. Hurtadus disp. 2. sect. 1. §. 19. Suarez disp. 13. met. sect. 4.

1. Conc. affirmatiua terminatiuè, & per se.
1. Concl. non est generabilis, & corruptibilis terminatiuè, & per se Arist. tex. 1. & pbat, quia quod generatur ex subiecto generatur, at materia est primum subiectum, & quod corrũpitur in aliud corrumpitur; at omne corruptibile

bile, in hoc abibit vltimum. Cóf. quia experiétia videm' ex corruptione vnius cópositi aliud generari; at hoc non est ex nihilo, vt patet; ergo ex subiecto: sed hoc subiectũ, vel est antiquũ, & habetur intentum; vel nouum, & vel eiusdem rónis, & non; quia corruptio non fit, vt generetur indiuiduũ eiusdé speciei, sed sẽper generetur aliud alterius speciei, vel alterius rónis, & tunc debuisset produci ex nihilo, quod impugnatum est rónibus, quibus probauimus necessarium esse naturã propter transmutationẽ; & pro hac vide Tolet. q. 16. qui bene loquitur. Auer. 60. Iand. q. 29. Achil. 1. phy. de elem. d. 12. Fland. 7. met. quęst. 12. art. 6. ibidem Ant. And. quęst. 9. art. 2. Pauef. disp. 3. cap. 7. 8. & 9. Alb. tract. 3. cap. 8. Ferr. quęst. 11. Scalig.

2 *Explicatur by terminatiuè.* Dixi, terminatiuè, quia subiectiue pót dici generabilis, & corruptibilis, quia est subiectum vtriusq; illius motus. Colligi pót ex 8. met. 4. 12. met. 10. vbi appellat generabilé, & corruptibilem; sed hic modus loquédi est improprius, nã hoc conuenit termino, qui producitur; quare potius deberet dici mutari, quod transeat ex vno termino ad aliũ; & alia ratio est de motib' accidentalibus, nam denominant subiectũ, aqua enim dicitur calefieri, quod ex vsu patet.

Explicatur ly per se. Dixi per se, nam per accidés ab Arist. tex. 82. dicitur corruptibilis. s. ratione priuationis, quæ est in materia, priuatio aũt corrumpitur ratione negationis, quã elicit, non ratione poteniæ, quã connotat, vt bene Zim. 1. phy. contradict. vlt. Iauel. q. vlt. Auer. com. 70. & 82. Buccafer. lect. 68. Venet. tex. 61. Achil. tex. 82.

3 Dices materia constat ex partibus entitatiuis cõtinuis, quia vna numero materia dr̃, quæ habet partes cõtinuas; sed continuatio corrũpitur & generatur: ergo vnitas numerica materiæ corrũpitur, & generatur. Resp. essentiã materiæ includere quidẽ partes entitatiuas vagè, & indeterminatas, nó tñ determinatè has, vel illas, vel tot. Resp. 2. vnitatẽ numericã substãtialem nũquã variari, variari aũt accidentalẽ accidentalitate continuationis, vt supra, róe cuius materia est per accidens corruptibilis, & generàbilis, & secundum quid; de qua re nos cum de natura continui; interim videri potest Venet. 1. phy. in tex. 82. & Hurt. disp. 6. phy. sect. 4.

Ex quibus colligitur secundum Arist. materiã esse æternã, & habere esse à Deo, vt cæteræ res æternæ, & ex 8. phy. & 12. met. 74. cõstat, reuera tñ fuit à Deo creata in tẽpore, licet dissentiãt, an sine vlla forma, vel cũ aliqua forma fuerit creata. ex quo ét fit, posse annihilari à Deo, quod voluit Scalig. tex. 61. num. 5. cum dixit, omnia, quæ sunt creata à Deo posse corrumpi.

4 2. Colligitur, esse æternã à parte post; qa ꝙ nó est producibile à causa secũda, sed solũ per creationẽ, solũ potest desinere per subtractionẽ concursus conseruatiui: sed Deus nó subtrahit suũ cócursũ cõseruatiuũ, nisi ad exigentiã causæ secundę; at hic nulla est causa secũda exigés subtractionẽ cócursus; ergo nãliter nó pót desinere, atq. adeo est ęterna; neq. tñ ex hoc fit, vt sit simpliciter nobilior forma, sed sm̃ qd, quia nobilitas simpliciter attendit ex gradu naturę.

Dices materia est causa corruptionis; ergo ipsa est magis corruptibilis, quia nihil causat sibi oppositum. Conf. quia necessarium non est causa contingentis; sed si materia esset incorruptibilis esset quid necessarium; esse aũt corruptibile, est contingens; ergo Resp. dub. seq.

DVBITATIO TERTIA.

An, et quomodo materia est causa corruptionis.

De hac Hieron. Pla. disp. de princ. q. 9. Conimb. 1. phy. c. 9. q. 5. *Auctores de hac re tractãtes.*

Auic. 1. suæ suffic. c. 3. ait, corruptionẽ prouenire à cõtrario, quare res dr̃ corruptibilis, qa habet contrariũ. Auer. 7. met. 22. & 30. addit etiã mãm. Alij dicunt à forma prouenire, q; tex. 68. dicat Arist. formã sui absentia, & p̃sentia facere mutationẽ Frãc. de Marchia apud Ioan. Can. q. 9. d. 2. ponit actiuã, de qua nó loqmur, & passiuã, & hæc duplex quædam extrinseca quando aliquid habet contrariũ, licet nunquã sit corrũpendum, vt homo in statu innocentiæ dici poterat incorruptibilis. Altera intrinseca, cũ ét si nõ habeat contrariũ, res tñ adhuc dr̃ corruptibilis, quomodo multi dicũt cælũ esse corruptibile ab intrinseco, licet extrĩsecè incorruptibile; & hæc subdiuidi ur in subiectiuã, & hęc est possibilitas potentiæ; & obiectiuã, & est possibilitas formæ, q̃ pót esse, & nó esse virtute agẽtis: quare concludit possibilitatẽ formæ esse radicẽ coruptionis, qa sicut materia est ex forma, ita ei' possibilitas est ex impossibilitate formæ; ideo. n. materia habet possibilitatẽ subiectiuã, quia eius forma pót esse, & non esse obiectiuè. Ex quo fit, vt vbicunq; forma nó pót esse, & nó esse obiectiue, neq; materia eius pót esse, & nó esse subiectiuè. Tolet. q. 20. dicit, si quærunt principia, quæ concurrunt ad corruptionẽ sũt quatuor. s. materia, priuatio, forma, & effectus si q̃ritur causa cur corruptibilitas conueniat cõposito. Resp. esse mãm priuationi annexã, nam materia est causa quantitatis, & causa alterationũ sm̃ contrarias qualitates, & bene dicit, licet nó attingat radicẽ, radix aũt est, qa materia est susceptiua omniũ formarũ; quare cũ nó possit oẽs habere simul, multarum habet priuationẽ. Ex quo fit, vt sit capax cõtrariarũ qualitatũ, q̃ cum ab agentibus producuntur, necessario interire debet forma, cuius dispositionibus opponuntur, & hoc est, quod voluit Arist. cũ 1. phy. 81. dixit, priuationẽ meditari maleficiũ, vt exponũt Simpl. Them. D. Tho. Philop. Auer. licet id non placeat Scalig. exerc. 17. Cõfir. ex Arist. qui vbiq; causã corruptionis reducit ad materiã, vt 1. cæli 136. 138. 1. de gener. 54. 2. de gener. 54. 2. de gener. 51. 7. met. 4. 8. met. 4. & 19. 9. met. 17. de longitudine, & breuitate vitæ c. 2. licet causam referat in contraria, tamen hęc reducit in materiam, & 7. met. 53. ait, esse causam, vt res fit, & non fit. Et Confirm. quia forma est causa essendi, ergo non potest esse causa non essendi.

Corruptio prouenit à cõtrario, ita Auic. *Corruptio prouenit à forma, ita alij.* *Possibilitas corruptionis altera est actiua. Altera passiua, quæ dicitur in extrinseca. Et intrinseca.* 2 *Principia corruptionis quatuor sunt. Causa corruptionis compassiti est materia priuata.*

Dices cum Scalig. non est actiua, ergo non potest esse causa corruptionis. Confirm. quia mã forma qualibet delectatur, & nulla est sibi improportionata, quare non appetit illam abijcere. Resp. ex his probari materiam non esse causam efficientem corruptionis; neq; causam per se; sed ex eo, quod est capax plurium formarum, quæ inter se sunt incompossibiles, oritur, *Materia nõ est causa efficiens neq; per se corruptionis.*

tur, vt ipsa sit causa corruptibilitatis.

Dices 2. 1. phy. 68. forma sui absentia, & præsentia causare mutationẽ. Confirm. quia in causis præcisis, si efficiens est causa positionis; negatio est causa negationis; sed forma cũ ponitur, est causa essẽdi ergo. Ex quo soluitur argumentum illud, quo dr̃, formam non posse esse causam cõtrariorũ; nã id falsũ est, qñ sumitur sub diuersis modis, vt patet de nauta, &c.

4 *Resp. ad priora argumenta.* Ex his Resp. ad priora argumenta. Ad 1. negatur conseq. quia nõ est causa totalis corruptionis; nã cũ corruptio formaliter sit separatio materię, & formæ, necessario vtrumq; includet tanquã causã, vt .s. sint talis naturę, vt non habeant connexionẽ inseparabilẽ: & pręterea illa regula (propter quod, &c.) valet in causis influentibus, vt alias; at materia non influit in corruptionem: & pręterea neq; valet in effectibus priuatiuis inducentibus imperfectionẽ, nã sol influit in rerũ corruptiones, non tñ ipse est corruptibilis. Et hinc est, quod licet sit incorruptibilis, potest esse causa corruptibilitatis cõpositi sua entitate incorruptibili. Ad Conf. id tamen verum in propositionibus in bona consequentia, at ex ente necessario fieri posse entia corruptibilia, patet, cum omnia sint à Deo.

DVBITATIO QVARTA.
An materia sit cognoscibilis sine forma.

1 *Authores de hac re disputantes.* DE hac Sotus d.3. Och. 1. p. phy. c. 20. Conimb. 1. phy. c. 9. q. 2. ar. 2. & c. 1. q. 1. ar. 3. ad 7. Zab. lib. 1. de materia c. 5. Suar. disp. 13. met. sect. 6. Scot. in prologo q. 1. & 2. d. 12. q. 1. Themist. 1. phy. tex. 61. Aegid. quodl. 2. q. 13.

Explicatur primus sensus dubitationis. Huius dubitationis sensus est, & si pateat ex dictis, nunc tñ est breuiter explicandus. Primus vt nõ cognoscatur nisi habeat actũ cõiunctum quod omnis cognitio sit ab actu, & hunc sensũ tradit Auer. 1. phy. 63. & Thomistę vbiq; & falsus est, vt ipsi intelligunt, nam si Deus spoliaret materiam omni forma, adhuc posset cognosci ab Angelo, quia habet suã particularẽ entitatẽ, & existentiã formaliter indepẽdenter à forma, ꝙ si ipsi intelligant nos nõ posse illã cognoscere, ex eo, ꝙ nostra cognitio pendet ex accidẽtibus sensibilibus, q̃ in toto cõposito reperiũtur, nõ essent repręhẽdendi, & hac ratione Arist. 7. met. 35. vocat ignotã, nã verè nos ex transmutatione cognoscimus materiã, quare ex absentia, & præsentia formarum, vt bene explicat Och. c. 15. & Zab. lib. c. 4. Alter est, vt materia non

2. *Sensus.* possit distincte cognosci sine forma, vt termino eius, & bene dr̃, cũ potẽtia sit de essentia materię, & forma sit terminus potentiæ, ꝙ ẽt conuenit formis, cũ sint corruptibiles. Dices si deberẽt cognosci formę, ad cognitionẽ distinctam

2 materię, tunc nunquã posset esse ea cognitio, quia impossibile est cognosci oẽs formas. Resp. nõ esse necessariũ cognosci oẽs formas sm̃ id, quo inter se discrepant: sed sufficit cognosci eũ gradũ, vnde habent, vt sint actus, & informent, sicut ad cognitionẽ distinctam intellectus non sunt cognoscenda omnia cognoscibilia in particulari, sed sufficit cognosci rationẽ illã, vnde habent, vt terminent intellectum, quæ rõ dr̃ intelligibilitas. Sed dupliciter cognosci põt materia per actum, primo positiuẽ, quatenus dicit

Quomodo cognoscendæ sũt formæ ad cognitionem materiæ faciẽdã.

A positiuum ordinem, & inclinationẽ ad actũ; qua ratione ab Arist. definitur esse subiectũ primũ, &c. Secundo negatiue per negationem actus, eo quod in essentia sua nullum includit actum, ita ab Arist. definitur, quod non sit quid, nec quantũ, nec quale. Tertius sensus est, ꝙ materia sit cognoscibilis per analogiã ad actũ, vt significatur 1. phy. tex. 69 verũ ibi Arist. docet materiã esse cognoscibilẽ ꝑ analogiã, nõ quidem ad actũ, quia non apparet, quæ, & qualis sit analogia inter materiã, & actũ, q̃ ostẽdat naturã materiæ; sed Arist. intelligit de analogia ad operũ artificialiũ subiectum; nam vt se habet marmor ad formã statuæ, & cũ qua cõponit vnã statuã, ita materia prima ad formas naturales, quæ ex illa educuntur vi agentis naturalis, & cũ quibus *3. Sensus.*

B componit entia naturalia. Dices, an materia sit cognoscibilis conceptu quidditatiuo. Resp. quidã posse quidẽ non solũ ab angelis, sed etiã à nobis quidditatiuè cognosci; sed ab Angelis distinctè, à nobis vero confuse; nam angelus distinctè cognoscit omnia eius prędicata essentialia, & proprietates; at nos illa prædicata cognoscimus, vel per cõceptus cões materiæ primę, & mãe artificiarię; vel ꝑ negationẽ; neq. oẽs eius proprietates cognoscimus, & mihi placet. 3 *Conceptu quidditatiuo ab Angelis distinctè à nobis vero confuse est cognoscibilis materia.*

Dices 2. An Angelus cognoscat cõpræhensiuè nãm materiæ. Resp. 1. Aliqui Angelũ nãliter cõprhendere posse materiã essentialiter, & intensiuè, *vocant aũt cõpræhẽsionẽ essentialẽ, qua cognoscuntur distinctè omnia prædicata essentialia, & proprietates ab essentia fluentes*; quia ad hãc cognitionẽ nõ requiritur cognitio distincta oĩum formarũ, ẽt earũ, q̃ recipere põt vi agẽtis nãlis, sed satis est aliquas distinctè cognoscere, cęteras verò cõfusè sub rõe actꝰ amissibilis. *An angelus cognoscat cõprehensiuè naturã materiæ.*

C

Resp. 2. angelos nãliter nõ cõprahẽdere materiã cõpręhẽsione accidẽtali, & extensiuè, *vocãt aũt cognitionẽ accidẽtalẽ, & extẽsiuã, quæ fertur quoad omnia accidẽtia rei, et quoad cẽm extensionẽ, quã simpliciter habere potest*; quia ad hanc compręhensionem requiritur distincta cognitio omnĩũ formarum naturaliter educibilium, quas angeli distinctè cognoscere nequeant; sed de hac re alibi dicemus.

D

DVBITATIO QVINTA.
Quomodo materia dicatur infinita.

RESp. dici infinitam Tripliciter. Primo quia non petit sibi determinatã quantitatẽ, sed quamlibet potest recipere iuxta formarum necessitatem; vnde non bene quidam inferũt quãlibet minimam portionem materię, posse esse materiam totius vniuersi, nam plus materiæ est in cocodrillo, quam in Ichneumone. 1 *1. Dicitur infinita materia, quia non petit determinatam quantitatem.*

2. Dicitur infinita rõe formarũ, quia nõ tot recipit, quin plures possit, quæ tamen potẽtia non est otiosa, si non omnes recipiat, quia sufficit si per illius potentiam aliquæ recipiantur, prout exigit ordo vniuersi, sicut nõ est otiosa potentia visiua, si non videt omnes colores. *2. quia non recipit tot formas, quin plures possit.*

E

Tertio dicitur infinita, quia non est terminata terminis alicuius prædicamẽti, sed habet suũ esse incircumscriptũ; quare ad nullum prædicamentum directe pertinet, & ad omnes indirecte, & reductiuè, ex his patet, dici infinitam. *3. quia non est terminata in prædicamento.*

DVBI-

DVBITATIO SEXTA.

An materia habeat potentiam actiuam.

Auctores de hac re disputãtes.

A DE hac Sotus q. 6. d. 5. Murcia d. 5. q. 3. ad 5. Mendoz. disp. 2. phy. sect. 10. Vasq. 1. p. d. 196. nu. 13. Suar. disp. 13. met. sect. 4. nu. 57. Egid. quodl. 2. q. 12.

1. Opinio negatiua.

1. Opinio negatiua ex 1. de gener. 54. & 55. 2. de gener. 53. & ratio à posteriori est, quia si ipsa ageret, non esset necessarium agens extrinsecum ad productionem rerum materialium: & præterea omne agens est determinatum ad talem, vel talem operationem; at materia est indeterminata; præterea nulla apparet actio. Ratio autem à priori exuenda ex fine, nam fuit producta, vt esset subiectum omnis mutationis; at subiecto vis inest passiua, non actiua lege Perer. l. 6. c. 17. Auer. disp. 10. contra Algaz. D. Tho. 3. B p. q. 32. ar. vlt. & 7. met. lect. 8. Niph. 2. a. tex. 24. Vasq. loc. cit. qui negat illi cõuenire etiam actiuitatem per emanationem respectu passionum; & probabiliorẽ putat Hurta. disp. 2. phys. sec. 10. quia est opinio comodior ad explicãdã vitã cõsistere in principio se mouẽdi ab intrinseco.

2 Opinio affirmatiua.

2. Opinio affirmatiua Aegid. quodl. 2. q. 12. qui dicit materiam coagere cum forma, quia sine ea non potest agere forma.

Confirm. quia producit suas proprietates, inter quas est quantitas, q̃ realiter ab illa distinguitur, qa oĩs esśẽtia est causa suarũ ꝓprietatũ.

Confir. 2. quia fundat relationes vt creatura C ad creatorem relationẽ diuersitatis ab alijs entibus; at fundamentum efficit suam relationem.

Confir. 3. quia habet aliquã essentiã, & entitatẽ propriam; ergo, & actiuitatẽ, quia actiuitas fũdatur in actiuitate præsertim substãtiali, cum oẽ esse, præsertim substãtiale sit ꝓpter operari.

2

3. Opinio. Non conuenit materiæ actiuitas transiens.

3. Opinio est negantium illi conuenire actiuitatem per actionem transeuntem, vt probant rationes primæ sententiæ; at vero illi concedũt actionem immanentem, quæ est per emanationem, vt probant rationes secundæ sententię, ita Murcia loc. cit. Suar. disp. 13. sect. 4. nu. 57. nam licet actio sit forma quædam accidentalis, & actus secundus, tamẽ non omnis talis supponit actum formalem primum; sed satis est suppo- D nere essentiam cum actu entitatiuo, cum omnis essentia sit radix passionum, & licet materia nõ habeat certam, & determinatam speciem prædicamentalem, habet tamen certam, & determinatam essentiam, licet incõpletam; nã vt homo constituitur per rationale, ita materia per potentiã, ex qua educuntur formæ substantiales, nã cum hac determinatione stat indeterminata ad omnes formas; sicut licet homo sit determinatus in specie, tamen est indifferens, vt sit magnus, vel paruus; calidus, vel frigidus.

4. Opinio. Neutrũ posse sufficiẽter probari, & improbari.

4. Opinio est Hurtadi dicẽtis neutram partem posse probari, & improbari sufficiẽter, cũ vtriusq; opinionis argumenta solui possint; nam E qui negant esse actiuã, quia nõ probatur, similiter dici posse esse actiuã, qa opposita nõ ꝓbatur, cũ præsertim habeatur ex alijs esśẽtijs, quę sunt principia suarum passionũ. quod vero ex puritate potẽtię repugnet actiuitas, negant aduersarij, quia sicut puræ potentię physicę non repugnat actus in alio genere ita neq. actiuitas.

Deniq. opinio communis actiuitatẽ materię 3 A exponi posse, vel de actiuitate in ordine ad formas substantiales, & earũ proprietates, & effectus; vel de propria actione, vt distinguitur ab emanatione; eo quod emanatio licet sit ab esśẽtia, immediate tñ non illi tribuitur, sed generãti iuxta illud, qui dat formam dat consequentia ad formam. Confirm. quia emanatio tendit ad perficiendũ se, actio autẽ ad perficienda alia. Contra vero argumenta probantia esse actiuã, etiam solui possunt, nam quod ducitur ex proportione aliarũ esśẽtiarum respectu suarũ proprietatum soluitur negando consequẽtiam ob peculiarem materiæ cõditionem; aliæ. n. essentiæ sunt actiuæ, quia habẽt rõnem actus; at ma- B teriæ essentia est pure passiua, atq; adeo expers actionis: quod vero asserunt de quãtitate, cuius principium non aliud ponunt, quam essentiam materiæ, cum non repugnet illam produci ab agẽte creato ex sua perfectione, vel modo agẽdi, & cum non possit produci à forma, eo quod sit dispositio ad omnes formas, sequitur produci à materia. Soluitur, inquam, quod quantitas non possit produci ex sua imperfectione, eo quod sit proprietas potentiæ passiuę, quare minorem vim habet argumentũ ductum ex proportione inter materiam, & quantitatem, eo q vtraq; sit passiua, nã hinc sequit̃, quantitatẽ esse quidem proprietatem, nõ tñ à materia effici.

C

QVAESTIO VLTIMA.

De speciebus materiæ.

DVBITATIO PRIMA.

Quot sint species materiæ.

1

1. Sententia: Vna materia est in omnibus.

PRima sententia est dicẽtium, vnam esse omnium materiam, siue inferiorũ, siue cælestiũ, siue Angelorum; sed solum differre illorũ materias pœnes diuersa accidentia promanantia à formis, nam in materia inferiorum sunt qualitates cõtrariæ, ratione quarum est mutua actio, atq; adeo corruptibilitas; at in materia cælesti non sunt accidentia contraria, vt videtur sumi ex Arist. 1. de cælo, & ideo in cælis est incor- D ruptibilitas. Conueniunt tñ inter se, quod in vtrisq; sit quantitas; at vero in materia Angelica non est quantitas, quia ex forma Angelica non promanat quantitas, ità multi ex Theologis, & Sanctis PP. quorũ opinionẽ non possumus hoc loco examinare, nam includit duas quæstiones. Vnã circa materiam cęlorum, quæ pertinet ad libros de cęlo. Alteram circa compositionem Angelorum, & hæc pertinet ad 1. p.

2. Opinio. Tres sunt species materiæ.

2. Opinio est dicentiũ tres esse species materię. Vnã elementarem, & hęc est vnius speciei Athomæ. Alteram cælestem, & hanc esse vnam speciem subalternam, quod sub se cõtineat tot species materiæ athomas, quot sunt cæli, & par- E tes cæli distinctæ speciei. Tertiam indiuisibilẽ, & spiritualem, quam ponunt in Angelis, q̃ opinio tribuitur Alens. Aureol. Bonau. & Riccard. Verum quod attinet ad materiam cælestem est examinãdũ in lib. de Cælo. Quod vero ad materiam Angelorum in 1. p. An de facto detur, an vero sit possibilis dicetur infra.

2

3. Opinio.

3. Opinio est communis ponẽtiũ duas spe-

Duæ species sũt materiæ altera elemẽtaris, altera vero cælestis, nulla vero spiritualis. cies materiæ, vnam elementarem, & alterã cælestem, nullam vero spiritualem dari, siuè quia A repugnat, siue quia non pertinet ad perfectionẽ vniuersi, vt de facto detur. & hæc opinio nobis probatur, vt patebit ex dicendis in lib. de cęlo, & Deo bene iuuante in 1. p.

DVBITATIO SECVNDA.
An materia horum inferiorũ sit vnius speciei.

1 *Resp. affirmatiua.* RESp. affirmatiue ex 1. phy. tex. 69. *Vnumquodq; cogitur principium est, ne sic vnum existens, nec sic vt hoc aliquid, vnum autem secundum quod ratio*, idest essentia, vt ibi Burl. & D. Tho. & 1. p. q. 69. a. 2. & 2. d. 12. q. 1. a. 1. ad 5. Fundamentum, quia differentia specifica illius est potẽtia, quę adæquatè respicit nõ hãc vel illam formam, sed omnes, vt patet ex mutua transmutatione siue proxima, siue remota omnium B inferiorum; ergo potentia illius est vnius speciei, quia habet vnam rationem specificatiuã adæquatam, sicut potentia visiua est vnius speciei, quia licet respiciat colores diuersarũ specierum, tamen illos respicit sub vna ratione visibilis, sicut potentia materiæ formas sub vna rõne informatiua. Confir. quia materia inferiorũ sm cõmunẽ differt à materia cęlorum; non respiciunt formas diuersæ speciei, sed quia illas respiciunt sub diuersa ratione informandi; nam cælestes formæ informant inseparabiliter, inferiores vero separabiliter; ergo cum omnes inferiores habeant vnum modum informandi, conueniunt C in vna ratione specificandi potentiam informabilẽ. Sed hæc ratio non videtur habere multã vim, quia inde sequeretur omnes materias cęlorũ esse eiusdem speciei, quia respiciunt formas, sub eodẽ modo informandi. s. inseparabiliter; Sed responderi posset, illas materias distingui, quia respiciũt formas, adequatas diuersę rõnis, licet hæ cõueniãt in eodẽ modo informandi; quia ad distinguẽdas potentias, satis est si termini eorũ adequati habeant aliqd diuersum.

2 *Obiectio.* Sed cõtra obijcies, quia de ratione formæ est tribuere speciẽ; ergo si formę sunt diuersę speciei, tribuent materię esse diuersę speciei. *Confirm.* Confir. quia composita, quæ resultant ex materia, & forma, sunt diuersarum specierum; sed non est D ratio, cur hęc diuersitas potius oriatur ex forma, quam ex materia; ergo.

Resp. Resp. duplicẽ esse rationem speciei, vnã sibi intrinsecã essentialiter, quę consistit in esse partẽ potentialẽ cõpositi essentialis, & hęc est vna in omnibus materijs, & ab ijs inseparabilis: Neq. illi tribuitur à formis, vt informãtibus, sed his supponitur, vt potentia receptiua illarum, quæ specificatur à formis, vt habent rõnem terminatiuã potentiæ, vt dictũ est supra; Alterã sibi cõiũctã, & huiusmodi speciẽ habet à formis, vt dãt illi esse formaliter, & huiusmodi spẽs in materia variat̃ iuxta varietatẽ formarũ, p quas informat̃.

Resp. ad Conf. Ad Confir. Resp. partes constitutiuas cõpo-E siti essentialiter reuocari ad speciẽ totius iuxta exigentiã naturę cuiuscunq; partis; nam vt vna habet rõnem partis actuãtis, & altera rõnẽ partis recipientis, ita reuocant̃ ad speciẽ totius, ꝙ varietatẽ specificã precipuè accipit à forma, & nõ à materia; quia hęc debet esse cõis pluribus cõpositis ob mutuã eorũ transmutationem; forma vero debet esse propria singulorum, quia per illam distinguuntur composita.

3 *2. Obiectio.* 2. Obijc. formę inferiores respiciunt eandẽ materiã sub eadẽ rõe, & modo informãdi, & tñ sunt distinctę speciei; ergo materiæ possunt esse diuersę, et si respiciant easdẽ formas sub eodẽ modo informãdi, quia est eadem ratio. *Confirm.* Cõfir. ex Auer. 8. phys. t. 46. vbi dicitur, quod quãdo materia est diuersa, diuersificabitur etiam forma.

1. Resp. Conimb. Resp. Conimb. 1. cęl. c. 2. q. 6. ar. 4. ex Cap. in 2. d. 12. q. 1. ar. 3. esse diuersã rõnem, quia cũ forma sit actus, nõ pẽdet in sua specificatione, & distĩctione à potentia, siue à modo potẽtię; sicut potentia, cũ sit ignobilior, pendet ab actu: *Improbatur.* sed cõtra, quia materia, & forma sunt inuicem relata; ergo habent inter se mutuam dependentiam; quoad specificationem, & distinctionem. *2. Resp. authoris.* Ego aliàs respõdi esse diuersã rõnẽ, quia formæ sublunare habent distinctionẽ specificã per ordinẽ ad materiã, nõ quidẽ sm se, sed sm modũ, quem materia habet in ordine ad formam; qui modus diuiditur in tot species, in quot diuidũtur ipsę formę. Cuius rei inditiũ est, quia formæ distinctæ speciei respiciunt materiã, vt dispositã, per diuersas dispositiones, per quas materia fit proxime habilis ad recipiendas formas. Vnde terminus adæquatus cuiusq; formæ, vt distinguitur specie ab alia, nõ est materia sm se, sed vt disposita per proportionatas dispositiones. Sed hoc videtur habere difficultatẽ, ꝙ ponat accidẽs ingredi specificatiuũ formæ substãtialis, licet dici possit dispositiones nõ ingredi formaliter terminũ specificatiuũ; sed tñ, vel cõnotatiuè, vel indicatiuè. 4 *Resp. auct[illegible]* Ad Conf. Resp. ex Burl. Auerr. ibi loq de ijs, quæ generantur ex semine, & materia alterationis, qa aĩalia diuersa sm speciẽ, requirũt semina diuersa sm speciem, ex quibus generantur, nõ aũt loquitur de materia cõpositionis remota, q̃ ĩmediatè recipit formã, nã hęc est oĩum formarũ substantialiũ, diuersarũ sm speciem eadem sm speciem, licet materia cõpositionis propinqua diuersarũ formarũ sit alia, & alia sm speciem. Vocant aũt materiam propinquã cõpositionis id, ꝙ constat ex materia, & aliqua forma substantiali imperfecta, seu dispositionibus accidentalibus formæ imperfectę, vt caro, os, neruus, &c. Ex quibus homo componitur.

DVBITATIO TERTIA.
An de potentia absoluta possit dari materia rerum corruptibilium diuersæ speciei à nostra.

1 *Resp. affirmatiue.* RESp. affirmatiuè, quia nulla apparet repugnãtia cur nõ possint dari aliæ formæ, quarũ sit incapax hęc materia, & tñ possint esse successiuè in materia. Vnde illa materia esset rerũ corruptibilium, quia capax plurium formarum successiuè, & distingueretur ab hac materia, qa esset capax diuersarum formarum ab hac.

Confirm. quia non apparet implicantia cur non possint produci aliæ qualitates contrariæ ab his qualitatibus, quæ nunc sunt: quæ necessariò essent dispositiones ad alias formas diuersas ab his, ad quas disponunt æqualitates; ergo materia capax illarum qualitatum esset diuersa à nostra, quia hoc est capax harum qualitatum contrariarum, & non aliarum. Dices

Dices: Quænam eſſet perfectio?

Reſp. perfectionem materiæ ſpectari, vel ex nobilitate formarum, quas poteſt recipere, vel ex actualitate materiæ, quæ excludit maiorem potentialitatem. Si primo modo nobilitas ſpectetur, hæc noſtra eſt omnium perfectiſſima, quia eſt capax animę rationalis, quia ſecundum multos, non poteſt dari perfectior, vel ſi poteſt dari, hæc eadem materia eſſet illius capax; ſi autem nobilitas ſpectetur ex ſecundo capite, illa materia erit perfectior, quæ poteſt pauciores formas recipere, quia habet minus de potentialitate, ſed de hac re fuſius in libris de cælo.

DVBITATIO QVARTA.

An poſsit dari materia ſpiritualis receptiua formæ ſubſtantialis.

Datur de facto ſubiectum ſpirituale receptiuum.

1 PRimo Conſtat poſſe dari, imo de facto dari ſubiectum ſpirituale receptiuum, vt patet ex intellectu, & voluntate, quæ recipiunt accidentia ſpiritualia, nō ſolum ſupernaturalia, cuiuſmodi ſunt habitus infuſi, ſed etiam naturalia, vt ſunt actus vitales, ſpecies, & habitus. Et idem patet ex ſubſtantia Angelica, quæ recipit multa accidentia ſpiritualia. Vnde fit potentiæ receptiuæ, & ſubſtentatiuæ non repugnare ſpiritualitatem.

Explicatur ſenſus dubitationis.

2. Conſtat quæſtionem non intelligi de materia, vt eſt receptiua formarum corporalium, nam alibi erit tractandum; at repugnat ſubiectum ſpirituale recipere corporales, & extēſas formas. pleriq; ex Thomiſtis affirmant de anima rationali ſubſtētante quantitatē, & alij quidem affirmantes de vbi extenſo recepto in anima rationali; ſed ſolum hic quæritur, an poſſit dari materia, quæ ſit receptiua formę ſubſtantialis ſpiritualis, non tamen receptiua quantitatis, atq; adeo ſit ſpiritualis.

1. Opinio nullo modo repugnās

2 1. Opinio eſt dicentium id nullo modo repugnare. Hanc docere debent, qui aſſerentes Angelos eſſe ſubſtantias ſpirituales, cognoſcunt tamen in illis cōpoſitionem ex materia, & forma, nam illa materia non poteſt eſſe corporea, nam alioqui non eſſent ſubſtantiæ ſpirituales; hæc tribuitur Auicen. in lib. fontis vitę aſſerenti ſubſtātias Angelicas componi ex materia, & forma; ſed de huius opinione non ſatis conſtat, nam apud D. Tho. 1.p. q.50.ar.2. videtur affirmare eſſe eiuſdem rationis cū materia elementari, ideſt capacem quantitatis, hanc tamē de facto non habere ob formam, quæ quantitatem excludit; vnde differt ab elementari ſecundum ſtatum, non ſecundum eſſentiam. At vero idem apud D. Tho. opuſc.15.c.5. videtur aſſerere illam materiam eſſe ſpiritualem, atq; adeo incapacem quantitatis, & diuerſæ rationis ab inferiori. Sequi videntur hanc opinionem Alēſ. 1.p.q.20.mēbro 2.§.1.& q.44.mēb.2. vbi diſtīguit materiam elementarem, cœleſtem, & ſpirituale, & Bonau.2. d.3.p.1.ar.1.q.2. Riccar.a.1. q.2. vbi ꝓbat Angelos cōponi ex mā, & forma, ar.2.q.1. vbi probat illam non eſſe eiuſdem rationis cum inferiori, ſed actualiorem, non ſolū materia, ſed etiam quacunq; forma corporali, vt q.2. probabiliter oſtendit. tribuitur Plotino lib.4. Aenead.2.c.3. vbi ait profundum vniuſcuiuſq; rei eſſe materiam, etiam in mundo intelligibili; & deniq; tribuitur Aureol.2.d.2. q.1.ar. 3,& 4. cuius ſētētia nō ita clare patet, nā vt colligitur ex 5. argum. videtur ponere materiam Angelicam eiuſdem rationis cum elemētari ex auctoritate Aug. ſed carentem quantitate, vt docet Bouau. ſed in 8. arg. & in alijs videtur illam ponere diuerſæ rationis, dum ait, materiā, quæ repugnat intelligibilitati, vel intellectualitati, eſſe materiam ſub trina dimenſione, at illa eſt multo alterius rationis ſecundum Auer. 3. de anima 7. & 17.

Fundamentum quia non repugnat. Primo ex parte materiæ.

3 Fundamentum quia nulla apparet repugnātia, ſiue ex parte materiæ, ſiue ex parte formæ ſubſtantialis; neq; ex parte vnionis. Non primum, quia nullus gradus eſt in materia ratione cuius illi repugnat ſpiritualitas, nā ſpiritualitas poteſt coniungi cum gradu ſubſtantiæ, vt patet, & cum gradu potentiæ receptiuę, vel ſubſtentatiuę, vt patet ex opinione omnium ponētium in anima rationali, & Angelis potentiam receptiuam, & ſubſtentatiuam formarum accidentalium; ergo etiam poteſt cum ſpiritualitate coniungi potentia receptiua reſpectu formarum ſubſtantialium, nam hæc potentia non poteſt repugnare ſpiritualitati ratione perfectionis, quam potētia includit, cum maiorem perfectionem habeat anima rationalis, & Angelus, & tamen in illis eſt potentia receptiua accidētium, vel ratione ſuæ imperfectionis, eo quod potentia receptiua formarum ſubſtantialium habeat ſummam imperfectionem, non poteſt ſibi identificare ſpiritualitatem, quæ eſt ſumma perfectio, quodlibet .n. ens ſubſtantiale etiam imperfectiſsimum eſt perfectius quolibet accidente, & tamen accidēti non repugnat ſibi idētificare ſpiritualitatem ergo neq; id repugnabit potentiæ ſubſtantiali, etiam imperfectiſsimæ in genere ſubſtantiæ.

Neq. 2. ex parte forma.

4 Neq. 2. quod repugnat ex parte formæ, quia anima rationalis eſt eſſentialiter ſpiritualis, & tamen illi non repugnat vis informandi materiam corporalem, cum qua maiorē videtur habere improportionem, quàm cum materia ſpirituali.

Neq. 3. ex parte vnionis.

Neq. 3. ſcilicet ex parte vnionis, quia ſi vnio inter materiam corporalem, & formā ſpiritualem non repugnat, multo minus inter materiā ſpiritualem, & formam ſimilem, quia vnio eſt magis poſsibilis inter extrema magis proportionata, quam inter minus proportionata. Confir. quia cum de conceptu materiæ ſit potentia informabilis, ſi nulla eſt repugnantia ex parte huius potentiæ, neq; erit ex parte vnionis, & informationis, quia potentia non eſt ad actum impoſsibilem; at potentia informabilis eſt ad actum informationis, & idem oſtenditur, ex parte formæ, cuius potentia informatiua, eſt ad informationis actum.

5 Conf. 2. quia in Angelis eſt materia, & non corporalis cum Angelus ſit ſubſtantia indiuiſibilis, atq; adeo ſpiritualis. Antecedens proba-

tur tū ex Auic. 2. suæ met. c. 1. quod omne existens in subiecto est in materia, & 4. met. c. 2. A Omne quod habet esse post non esse, habet sine dubio materiam, & Boet. lib. 1. de Trin. cap. 3. *Formæ subiectæ esse nō possunt, nam quod certæ formæ accidentibus subiectæ sunt, vt est humanitas illa non suscipit accidentia in eo, quod ipsa est, sed eo, quod materia est ei subiecta, & infra. forma quæ est sine materia non poterit esse subiectum*; at constat Angelos multis subijci accidentibus; ergo. Conf. ex Boet. lib. de Vnitate, & Vno, vbi loquens de Angelo, & anima, ait, *quod vnumquodq; eorum, vnum est cōiunctione materiæ, & formæ*. Tum quia vbi est actio, & passio, ibi debet poni forma, & materia, nam potentia actiua sequitur formam, B vt passiua materiam, non enim potest esse idem principium agendi, & patiendi, cum hoc sit imperfectius illa ex 3. de anima tex. 19. vbi Arist. probat distingui intellectum agentem, & passibilem, sed in Angelo est passio, & actio, cum moueri sit pati, & mouere sit agere 1. de gener. tex. 45. Vnde Arist. 2. met. tex. 12. materiam in eo, quod mouetur intelligere, necesse est, & Auer. 12. met. 30. quod causa potentiæ in ijs, in quibus est potentia est materia.

6 *Primo dissentiunt auctores huius opinionis.*

Sed Auctores huius opinionis diuisi sunt. Primo, nam aliqui putant materiam hanc spiritualem esse capacē pluriū formarū, & ex vna posse transire ad aliam, vt dr̄ de materia corporali.

C Alij vero id negant affirmantes singulas materias esse determinatas ad singulas formas secundum speciem; atq; adeo inter se omnes huiusmodi materias specie distingui, quomodo aliqui dicunt materias cælorum esse inter se specie distinctas, quia possibilitas ad vnam formam non est possibilitas ad aliam.

2. differunt.

2. Differunt nam aliqui ponunt hanc materiam distingui realiter à forma, & inter hos nōnulli exigunt dispositiones in materia, nonnulli earum necessitatem negant.

Alij vero asserunt non distingui realiter, sed tantum formaliter, atq; adeo materiam posse manere sine forma.

7 *2. Opinio negatiua.*

D 2. Opinio est dicentium nullam dari materiam, seu potētiam passiuam spiritualem in ordine ad formas substantiales, sed esse corporalem, quam cōsequitur quantitas, tanquam passio. Hanc significant communiter Doctores, dū docent. In Angelis non esse materiam vllam, quia incorporei sunt, quare significant substantiam spiritualem non posse componi ex forma, & materia spirituali. D. Thom. 1. p. q. 50. ar. 2. vbi Caiet. Bannes, Molina, Zumel. disp. 1. Va sq. disp. Schol. in 2. dist. 3. vbi Scot. & Marsil. Enriq. quodl. 4 q. 16 Erucus quodl. 11. q. 4. expresse Suar. 1. p. tract. 2. lib. 1. c. 8. & susius disp. 13. met. sect. 14. à n. 14. & disp. 35. sect. 3. nu. 6.

Fundamentum sumptum à fine.

Fūdamētū sumitur à fine, nā omnis materia ordina- E tur immediate ad formam, & mediate ad compositum, vt patet ex dictis supra de essentia materiæ; at nihil, quod sit ens spirituale substātialiter potentiale potest dari, quod ordinetur ad formam, & ad compositum inde resultans; ergo. Minor probatur, quia non potest ordinari ad formam corpoream, tùm quia forma formaliter extensa non potest recipi in subiecto indiuisibili, vt alibi ostendimus. Tum quia non apparet cur forma exigere possit connaturaliter huiusmodi subiectum, cum ex vi illius nō possit adiuuari ad suas operationes. Vnde fit, vt neq; possit illa indigere quoad esse, quia hoc ordinatur ad operationes, & quod est independens à materia quoad operationes, erit etiam independens quoad esse, & contra, quod depēdet quoad esse, pendet etiam quoad operationes, vt alibi. Neq; potest ordinari ad formam 8 indiuisibilem, nam omnis huiusmodi ordinatio, est, vel propter esse, seu existentiam formæ, vel propter operationem formæ, non enim potest fingi alia causa, ob quam forma indigeat materia, sed constat formam spiritualem non indigere materia propter existentiam, quia omnis substantia spiritualis est per se subsistens, atque adeo independens à materia, vt patet ex anima rationali, quę inter entia spiritualia tenet infimum locum. Sed neq; indiget illa propter operationes, nam duplex genus operationis potest fingi, illi conuenire. Primum non vitalium, & de his constat nō conuenire formaliter substātiæ intellectuali, quę est principiū vitale. Aliud vitalium, & hoc reuocatur ad quatuor, scilicet vegetationis, sensationis, motionis localis, & intellectionis, sed forma spiritualis non potest esse capax vegetationis, cum sit incorruptibilis, non solum secundum se, sed etiam vt forma illius materie, nā ex illa materia, & forma resultat totum compositum incorruptibile, at vegetatio est cum corruptione, & productione formæ, vel additione materiæ, vt alibi cum generatione, & corruptione informationis.

Neq. 2. potest ibi esse sensatio, tùm quia vbi est principium talium operationum, ibi est temperamentum primarum qualitatum, quæ nequeunt recipi in substantia spirituali. Tùm quia talis cognitio fit per passionem ab obiecto, at spirituales substantiæ nō possunt pati ab obiecto corporeo, qualia sunt obiecta sensibilia. Vnde Arist. ne talem cōcederet passionem induxit intellectum agentem.

Neq; 3. forma spiritualis potest indigere materia spirituali propter motionem, vt patet, tum ex anima rationali ob sui spiritualitatem, etiam si sit ens partiale, non indiget materia, vt se ipsa moueat: tùm ex ratione, quia motio localis potest recipi in quacunq; re subsistente finita, cui debetur locus finitus, nam inde fit, vt possit occupare varia loca.

Neq. 4. propter intellectionem, vt patet, tū ex anima separata, quæ intelligit etiam si careat materia. Tum ex ratione, quia operatio intellectus est ex se independens à materia, & compositione ex materia, & forma, vt patet in Deo, in quo est intellectio sine compositione ex materia, & forma, & ex latitudine obiecti, quod cōprehendit omne ens, & circumstantias eiusdē obiecti, quod abstrahit à loco, & tempore, & alijs conditionibus materialibus.

Confirm. 1. remota causa adæquata remouetur effectus, at nulla potest dari causa cur substantie

stantiæ spirituales indigeant materia spirituali; ergò materia spiritualis nō datur. Minor prob. cum omne esse ordinetur ad operari, at vbi nō potest dari operatio, nec datur esse, atque adeo neque forma vnibilis alteri rei spirituali, tanquam comparti.

Confir. 2. quia gradus spiritualitatis est perfectior, atq; adeo actualior quocunque gradu substantiæ corporalis, sed datur aliquis gradus substantiæ corporalis, cui propter actualitatem repugnat potentialitas substantialis; ergo multo magis repugnabit gradui cuicunq; substantiæ spiritualis.

10 *3. Opinio vtramque opinionem probabilē putat*

3. Opinio est dicentium vtramq; opinionē esse probabilem, sed primam esse probabiliorē.

1. Pars patet ex rationibus propositis pro vtraq; sententia, nā singulæ habent aliquā vim.

2. Pars probatur, quia vbi tractatur de potentia diuina, non est aliquid illi denegandum, nisi ostendatur implicantia in obiecto; at nulla apparet conuincens ratio ostendens huiusmodi implicantiam; ergo. Minor probatur, tum quia potest dici materiam hāc spiritualem posse ordinari ad aliquem actum extensum entitatiuè, qui latet in Thesauris diuinæ omnipotentiæ; tum quia sicut in anima rationali recipitur vnio informationis extensa, & similiter in Angelis vbi habens varias partes iuxta spatij partes in ordine ad quas locantur, ità potest dici illam materiam posse informari aliqua forma habente plures partes entitatiuas. Tùm quia cum materia spiritualis non sit in puncto punctualiter, sed definitiue in spatio diuisibili, non est cur nō possit informari per formam diuisibilem, cur enim id repugnat non video.

Confirm. quia secundum multorum sententiam de facto in anima rationali substentantur accidentia corporalia, imò, & ipsa quantitas, quod videtur esse multo difficilius. Dices forma hæc entitatiue extensa, non potest habere operationes depēdētes à tali materia; ergo neq; potest pendere quoad suum esse, nam ex independentia operationum à materia colligimus animam rationalem esse independentem à materia quoad esse, nam esse ordinatur ad operationes.

Obiectio.

11 *Sed contra.*

Sed contra, tùm quia potest dici talem formam dependere quoad suas operationes à tali materia, sicut dicitur nunc de actionibus formarum materialium; nam illud iuuamen, quod præstat nunc materia mixti ad operationes illi conuenientes, cur non poterit præstare illa materia quoad operationes illi formę cōueniētes, siue illa dependentia sit ex eo, quod forma non est capax potentiæ operatiuæ, nisi vnita materiæ, vt dicitur de potentijs vegetatiua, sensitiua animæ rationalis; siue quia etiam si in se habeat potentias, nō tamē operatur, quod exigat vnionem cum materia, tanquàm conditionem sine qua non. Tùm quia potest dici satis esse, vt sit necessarium ad existentiam formæ, vt dicatur esse necessarium ad operationes illius, quia forma non potest operari sine existentia sicut de facto subiectum caloris nihil confert ad calefactione, nisi quia substētat calorem, qui est principium effectiuū calefactionis, vt patet ex actione accidentium sacramentalium existentiū extra materiam, quæ naturaliter, & modo eodem operantur extra, ac in subiecto. Vnde patet nō recte colligi ex negatione concursus immediati ad operationem, negationem concursus ad existentiam principij operatiui, nam materia non concurrit ad operationem caloris, & tamē concurrit ad existentiā caloris, quomodo autē Arist. ex independentia intellectionis à materia colligit immortalitatem animæ, non est huius loci ostendere, nūc autem supponatur colligi ex vniuersalitate obiecti intelligibilis, quod cum intelligat omne materiale debet esse immateriale, quia intus existēs prohibet exceptionem eiusdem, vt alibi.

2. Potest dici ordinari quidem ad formā spiritualem substantialem, sed hæc potest pendere ab illa materia spirituali quoad esse, siue dependentiam, vt à subiecto substētante, siue vt à conditione sine qua nō, & quidem primo probari potest, quia huiusmodi dependentia non repugnat illi vt est substantialis forma, vt patet ex formis substantialibus corruptibilibus; neq; vt est spiritualis, vt patet in accidentibus spiritualibus, quæ cum spiritualia sint, non solum pendent à subiecto, vt substētante simpliciter, sed per dependentiam inhæsionis; neq; apparet cur illi repugēt substētari ex cōiunctione substantię cum spiritualitate, quia spiritualitas non addit supra substantiam, nisi indiuisibilitatem. at indiuisibilitas non affert secum independentiam ab alio, vt substētante, vt patet tùm ex formis substantialibus animalium perfectorū, quæ secundum Thomistas sunt indiuisibiles, & tamen depēdentes à materia. Tùm quia sicut indiuisibilitas non affert independentiam ab alio, vt subiecto informabili, vt patet ex anima rationali, quæ substantialis, & spiritualis cum sit ordinatur essentialiter ad informationē subiecti, licet non dependeat quoad sui existentiam, ita neq; necessario independentiam ab alio, vt substentante. 12

Dices hinc sequitur animam rationalem esse dependentem à materia, quoad sui existentiam, atq; adeo esse mortalem, quia nō aliunde probatur animam rationalem esse immaterialem, quàm ex eo, quod est spiritualis substātia. Resp. non probari simpliciter ex spiritualitate substātiæ, sed ex tali, quæ pōt habere operationem ēt existens extra materiam, nam in quocunq; statu potest operari potest res existere, quia operatio supponit existentiam. 13

Secundum scilicet formam spiritualē, ad quā ordinatur materia huiusmodi, etiam si nō pendeat causaliter à materia quoad existentiam, eo quod sit subsistens, possit tamen pendere ab illa tanquam conditione consequente. Probatur quia sicut dicitur de materia elementari pēdēte à forma tanquam conditione concomitante, quod illi materiæ non debetur cōseruatio sine vlla forma, ita dici potest neq; illi formæ deberi conseruationem extra materiam, nam ex imperfectione sua exigit vnionem cum materia sibi proportionata.

3. Dici

14 3. Dici potest talem formam indigere tali materia propter proprias operationes. Vnde ad argumentum primæ sententiæ, quo negabatur talis exigentia.

Resp. ad argumentum primæ sententiæ.

Resp. 1. posse dari aliud genus operationis spirituali formæ cōueniens, præter ibi enumeratas, quæ latent in Thesauris diuinæ potentię, sicut latent multæ species rerum, quæ habent proprias operationes nobis omnino ignotas, nō .n. infinitas diuinæ potentiæ est metienda ex finitudine nostræ cognitionis.

2. Resp.

Resp. 2. quod sicut dantur varia genera cognitionum in rebus corporalibus quarum aliquæ pendent à materia corporali, aliæ vero nō pendent, vt dicitur 3. de anima, ita possent dari in compositis ex materia spirituali varia genera cognitionum, quarum aliquæ pēdeant, aliæ vero sint independentes à materia.

Instantia.

At instabis ad cognitionem tria requirūtur, primo forma vitalis, & hanc, constat, non pēdere à materia quoad existentiam, vt supponimus secundo potentia, & hęc potest recipi in sola forma, vt patet ex intellectu, & volūtate hominis, quæ species, & hæ non possūt recipi in materia, quia vel species sunt rerum corporalium, & hæ cum non possint agere in subiectum spirituale non possunt producere in illam species sui, vel rerum spiritualium, & hæ, vt cognoscātur non indigent speciebus, quia per se ipsas sunt intelligibiles; ergo talis materia non potest exigi ad operationem talis formæ, atq; adeo dari non potest.

Soluitur.

15 Resp. posse requiri tantum ad recipiendas, & sustētandas potentias talis formę, nam cùm omnis substātia finita necessario exigat accidētia, vt alibi ostendi, etiam illud compositum ex tali forma, & materia exiget accidentia, at hęc sicut sunt proprietates totius, ita debent recipi A in toto, vt Thomistæ dicunt de proprietatibus materialium compositorum, eadem .n. ratione, qua vtuntur ad probandum recipi accidentia in toto composito materiali, vti possunt aduersarij ad probandum huiusmodi accidentia recipi in toto cōposito spirituali, nec est impossibile dari formam spiritualem imperfectiorem anima rationali, nam cum perfectio substantiæ attēdatur ex operationum multitudine, & perfectione, etiam potest dici, dari posse formam, cui pauciores debeantur operationes, & imperfectiores. Tum ad recipiendas species necessarias ad cognitionem animarum spiritualiū, 16 quę etiam si sint intelligibiles, tamen possūt habere species sui saltem quoad cognitionem ipsorum B dum sunt absentes, & rerū corporaliū, quæ licet non possint agere in subiectum spirituale sine eleuatione, tamen potest dici dari in talibus compositis potētiam agentem ad coadiuuanda obiecta in productione specierum, vt multi ponunt sensum agentē productione specierum sensibilium, & Arist. intellectum agentem, vt adiuuet phantasmata ad producendas species in intellectum possibilem. Nulla enim apparet repugnantia si hoc dicatur, atq; adeo nulla apparet repugnantia ex positione materię spiritualis. Neque oriri potest repugnantia ex actualitate illius materiæ, quę videtur maior, quàm in qualibet forma corporali, cui repugnat potētialitas, quia illę actualitates, seù perfectiones C sunt diuersæ rationis, vt infra.

Hęc ex aliorum sententia volui probabiliter disputare, sed quid nobis verisimile videtur nō potest hoc loco determinari, sed vel in metaphysica, vel Deo adiuuante in prima parte.

BREVIS EXPOSITIO Textus.

CAPVT QVARTVM.

Antiquorum dubitationes soluuntur per ea, quæ de essentia materiæ dicta sunt.

71 EX his Tex. 71. soluit dubitationes antiquorum de generatione rerum, nam ob inceptionem dixerunt, eorum, quæ sũt, nihil fieri, aut corrumpi; quod necessarium sit, omne quod fit, vel fieri ex eo, quod est, vel quod non est; at vtrumq; impossibile; nam quod est, non fit, & quòd, ex non ente nihil potest fieri, nam aliquid oportet subijci.

72 Et Tex. 72. addiderunt, quod ex illa ratione sequitur, non esse plura entia, cum res non generentur, neq; corrumpantur, sed vnum quod verè est. s. (substantia omnium rerum) & hoc propter dicta.

73 In tex. 73. & soluit, & ponit dupliciter dici, ex eo quod est, vel non est aliquid fieri; per se, & per accidens, quod declarat exemplo medici, quia facere aliquid, aut pati dupliciter dicitur; per se, & per accidens; nam per se, vt medicus est medetur, & ex non medico fit medicus, ex accidenti autem ædificari, & album fieri, quod fusè prosequitur.

74 Tex. 74. sic ex non ente fieri, dupliciter dicitur; per se, & per accidens tamen maxime propriè dicitur fieri ex non ente, cum est non ens per se, quã distinctionem cum illi ignorauerint, errarunt, tollentes omnem generationem, at nos.

75 Tex. 75. dicimus nihil fieri per se ex eo, quod nõ est per se, idest omnino, sed secundum accidens. s. ex priuatione, quæ supponit subiectum, dicitur autem ex priuatione fieri secundum accidens, quia non inest; videbatur autem hoc antiquis impossibile, quod aliquid fieret ex eo, quod non est. ex his.

76 Tex, 76. Resp. rem non fieri ex eo, quod non est omnino, neque id (quod est) fieri ex ente, nisi per accidens v.g. si ex animali fiat animal, aut ex quodam animali, quoddam animal, & tũc non fit quoddam animal ex quoddã animali, vt canis ex equo; sed etiam fit canis ex animali non per se, sed per accidens, idest non quatenus est animal numero; nam sic deberet fieri omne animal, cum tamẽ præcesserit animal in equo; quare per se fit vt hoc animal, per accidens autem, vt animal; nam si deberet fieri per se vt animal, deberet fieri ex non animali, sicut quia per se fit canis debet fieri, ex non cane; quare quod fit ex ente per accidens, fit ex non ente per se, vt superiori textu, ex eo quod non est ex accidenti, id quod est, fit, ita ex eo, quod est, ipsum ens fieri Arist. docet.

77 Tex. 77. ex eo, quod non est supra dictum est, ꝙ significat, quatenus non est; ex eo autem, quod est, fieri aliquid non explicat, sed patet ex dictis, quia si fit ens non fit ex ente simpliciter, sed ex tali ente, vt aqua non ex ente simpliciter, sed ex aere, vt non est aqua, neque fit aqua vt ens, quia iam aer erat ens; neque ex his tollimus illud principium, quodlibet est, vel non est, quia. s. quando dicimus rem fieri ex non ente, nõ negamus esse ens, sed tale ens, cum vero dicimus fieri ex ente, non dicimus fieri ex omni ente, sed tali; fieri. n. patet, vt aliquid fit tale ens, & non fit, omne ens, hunc dicit esse vnum modum, quo soluitur dubitatio antiquorum. Alter modus.

Tex. 78. nam idem potest esse actu, & potentia, vt alibi 9 met & 12. met. tex 8. & 1. de gen. 11. nã res dicuntur fieri ex non ente in actu, sed in potẽtia. s. ex materia. quæ est ens in potentia completũ, & ex his soluuntur dubitationes antiquorum, propter quæ coacti sunt, aliqua eorum, quæ dicta sunt, tollere. s. aliquid posse fieri ex non ente, & ob id etiam errauerunt in explicanda natura generationis, corruptionis, & aliarum mutationum, hæc. n. scilicet materiæ visa natura omnem soluit hanc ipsorum ignorantiam, & hanc viam. 78

Tex. 79. aliqui Philosophorum attingerunt, vt Plato in Timæo, qui dixit materiam nullam debere habere formam, cum omnium sit receptaculum, sed non satis sufficit; primum quia simpliciter concedebat, aliquid fieri ex eo quod non est, ꝙ putabat, Parmenidem rectè dicere, quicquid est præter ens esse non ens, cum sit præter ens, non ens esse dicimus; quare cum ex materia res fiant, ex non ente res fieri dicuntur, & præterea, quia videbat materiam, & priuationem esse vnum numero censebat esse etiam vnam potentia. i. idem, sed hoc differt plurimum, at nos alterum esse dicimus, nam materiam dicimus esse non ens per accidens, at priuationem esse nõ ens per se, materiam propè, & quodammodo substantiam, quia est pars compositi, at priuationem nequaquam. 79

Deinde Tex. 80. declarat quomodo Plato posuerit idem priuationem, & materiam, nam non ens. i. materiam magnum, & paruum vocabant, & vtroq; nomine simul, vel seorsim vocabant, quibus nominibus materiam, & priuationem significabant, quare alius est modus trinitatis principiorum à Platone positus, ac ab Arist. quia. s. ipse non posuit priuationem, vt ratione à materia distinctam, sed tam priuationem, quam materiam posuit per se esse non ens, sed illud tantum dixerunt supponi debere quamdam naturam, & hanc vnam facit idest vnius rationis, licet illam explicent duobus nominibus. s. magni, & parui, Alterã. n. scilicet priuationem, vt distinctam despexit, materia autem, quę permanet est causa, vt mater. s. compositi cum forma, nam alteram partem contrarietatis. s. priuationem si quis ad eius maleficium per imaginationẽ, intenderit, idest absentiam formæ, quam efficit, videbitur non esse. 80

In Text. 81. explicat, quod sit maleficium priuationis, & quod distinguitur à materia, nam cum sit quoddam diuinum bonum. i. forma, cui aliquid est contrariũ. s. priuatio; & est tertium, quod natura sua aptum est appetere illud bonum. s. materia, quod si materia esset idem ratione cum priuatione, accideret quibusdam. s. materiæ appetere in nãm sui ipsius corruptionem. s. formam, per quam corrumpitur priuatio, at neque forma potest se ipsam expetere, quia se ipsa non caret, neque contrarium. i. priuatio potest expetere formam, quia contraria se inuicem corrũpuntur, quare erit materia, quæ sicut fœmina fieri masculum, & turpe fieri pulchrũ appetit, ita materia forma rerũ non per se est fœmina, & turpis, sed secundum accidens, idest est id, cui accidit priuatio, ratione cuius est turpis. 81

Difficul-

Difficultates Textuales in ca. 4.

PRima Difficul. Quomodo veteres ostenderent ens non interire?

Resp. ex eo: quia ens putabant esse ingenitum: At omne ingenitũ est incorruptibile: quia ab eodem principio scilicet ex materia pendet ortus, & interitus. Secundo ex ratione, quia si ens corrumpitur; vel transit in non ens, vel in ens. Non primum: quia sicut ex nihilo nihil fit; Ita nihil transit in nihilum: nam tam generationi, quàm corruptioni debet subijci materia; Non secundum, quia sic corrumperetur in seipsum, atq; adeo esset corruptum, & non corruptum, vt de materia docet Arist. t. 82.

2. *Difficul. Cur Aristoteles dixerit veteres errasse ob inexperientiam?*

Resp. causas praecipuas errorum esse varias: prima oritur ex deprauatione alicuius sensus indiuidui, vt de cæcis ab ortu asserit Arist. 2. phys. t. 7. non posse disputare de coloribus. Secundo ob ignorantiam Logicæ, & pediæ ex primo moralium, & 2. met. Tertio ob assuetudinem ad falsitates audiendas. Quarto ob nimiã fidem, quam docenti adhibent, qui iurant in verba Magistri, vt sunt addicti alicui pœnæ Quinto ob inexperientiam, qua indigent prudentia, & scientia physica. Vnde magis credendũ experto medico, quã erudito inexperto ex primo met. & de hac causa hic loquitur.

3. *Diffi.ul. qua ratione veteres negarunt generationem, & statuerunt principia eius?*

Resp. negasse generationem entis, idest substantiæ, non autem mutationes accidentales, & harum statuerunt principia. Vel negarunt generationem secundum rem, non autem secundũ sensum, & apparentiam.

Dices quot sint modi producendi aliquam rem?

Resp. Nouem fuisse numeratos primus productionis æternæ, Secundus creationis, Tertius participationis, siuè imitationis numerorum, & idearum ex Pytagora, & Platone. Quartus per secretionem eorum, quæ sunt mixta in Chao ex Anaxagora. Quintus per condensationem, & rarefactionem entis, idest materia, quæ secundum Thaletem est aqua, secundũ Diogenẽ aer. Sextus per ordinatam connexionem, vel secretionem primorum corporum, idest atomorum ex Democrito, & Epicuro. Septimus per varietatem accidentium, ortam ex actione, & passione calidi, & frigidi ex Parmenide. Octauus per apparentem mixtionem elementorum ex Empedocle. Nonus per eductionem formarum ex potentia materiæ ex Aristotele. Error igitur antiquorum præcipuè ortum habuit ex eo, quod putarunt, materiam esse totam materiam, & essentiam rerum.

4. *Difficultas. Quomodo Arist. t. 74. dicat Medicum curare, vt Medicum, cum non omnis Medicus curet, nec omnis curans sit Medicus?*

A *Resp. Medicum constitui per artem medendi, per quam est aptus curare. Vnde, dum curat id facit, vt est aptus; atq, adeò Medicus curãs dicitur curare, vt Medicus, & omnis curans, vt Medicus, est Medicus curans.*

5. *Difficultas: Cur tex. 75. res dicantur fieri ex non ente secundum accidens, cum priuatio sit principium per se generationis?*

Resp. Aliqui id dici, quia priuatio accidit materiæ, nec reperitur extra illam, sed contra, quia ex formis, quæ sunt in materia nõ dicuntur res fieri ex accidenti.

Resp. Alij fieri quidem res per se ex non ente scilicet ex priuatione, sed dicetur fieri secundum accidens, quia non remanet in re genita; quia non est principium per se rei genitæ.

B *Ego Resp. id ab Arist. dici ratione materiæ, ex qua educitur forma, quæ materia ex tex. 79. est per accidens non ens, & per se ens; & ideo, dum res fiunt ex materia, dicuntur fieri ex non ente per accidens, sed ex ente per se. vt soluatur argumentum antiquorum, negantium generationem ex eo, quod ex non ente nequeat fieri ens. Hinc etiam intelligitur quomodo Aristoteles docet t. 76. nihil fieri ex eo, quod est nisi secundum accidens. Loquitur enim de termino, à quo, requisito, vt res fiat. Ratio enim effectus, quæ fit per se non præsupponitur in materia. vt v. g. dũ ex animali generatur vermis non fit per se ex animali, sed per accidens;*

C *sed per se fit ex ratione specifica vermis; Sic etiam quando ex tauris, & vaccis gignuntur apes, & ex equis vespæ. Hinc secundo intelligitur exemplum Arist. t. 56. dum canem ex equo fieri asserit, in quo exemplo non debet attendi veritas, quam frustra conantur in illo inuenire Doctores.*

6. *Difficultas, qua ratione Arist. dicat res, neq; fieri ex ente, nec non ente, cum inter cõtradictoria non detur medium?*

Resp. ibi non esse contradictionem propositionis, nam vtraq; propositio, vel est affirmatiua, & falsa, vel negatiua, & vera. Non enim negatio cadit supra verbum, sed supra prædi-

D *catum, vt patet, dum dicitur ens fit ex non ente, Neq; tamen ex affirmatiua de prædicato infinito potest inferri negatiua, quando propositioni additur particula, vel secundũ se, vel per se.*

7. *Difficul. quomodo materia dicatur propè, & quodammodo substantia?*

Resp. ibi accipi substantiam non vt distinguitur contra accidens, sed pro composito, vt distinguitur contra ens essentialiter partiale.

8. *Difficul. quomodo priuatio dicatur malefica?*

Resp. quia priuatio est secundum se negatio formæ, licet per accidens sit ens.

Dices, Priuatio est principium generationis;

E *ergo non est malefica?*

Resp. Priuationem considerari tripliciter: primò secundum se, & ita est malefica: secundo in ordine ad generationem, & ita dicitur per se principium: sed vt accidit priuationi secũdum se esse principium boni; ita per accidens illi conuenit esse beneficam, sicut ægritudo est causa, vt

qu is

quis quærat sanitatem, non tamen secundum se est bona: tertio respectu rei generatæ, & ita est principium per accidens. Sed instabis: quia hic Aristoteles inquirit etiam principia corruptionis; At priuatio est principium per se non solum corruptionis, sed etiam rei corruptæ?

Resp. Sicut compositum constat ex materia, & forma; ita dum corrumpitur, remanet quidẽ materia, sed desinet esse forma. Vnde Arist. docuit, formam per sui præsentiam, & absentiam inducere mutationem.

8. Difficultas an materia appetat formam?

Resp. affirmatiuè appetitu innato, quæ si est determinata per dispositiones appetit formam, ad quam est parata; sin minus, cum sit indifferens ad omnes primò secundum aliquos appetit quatuor formas elemẽtorum, & per illas cæteras eo ordine, quo apta est illas recipere.

Resp. 2. Materia appetit formas primario per se ipsam: At occasionaliter, seu tamquam per cõditionem appetit ratione priuationis adiunctæ. Vnde non appetit formas artificiales, etiam si sit illis priuata.

Dices: Deo tribuitur appetitus, & tamen nihil illi deest, & sæpè appetimus sanitatem, & diuitias, quas possidemus.

Resp. priuationem requiri non in appetente, sed in eo, cui appetimus. Sic Deus appetit salutem hominibus. Nec homo appetit sanitatem pro eo tempore, quo illam habet, sed pro quo timet non habiturum.

9 Difficultas quomodo Turpe appetat pulchrum, & fæmina marem?

Resp. Turpe ratione subiecti appetit pulchritudinem; non tamen ratione turpitudinis: quia contrarium, vt sic nõ appetit contrarium. Resp. 2. fæmina appetit marem, non quidem quoad existentiam, sed quoad connexionem, vt inde resultet compositum, tamquam proles.

Dices hac ratione et Mas appetit fæminam

Resp. appetibile esse duplex, vel tamquam includens perfectionem, & finem; & ita fæmina per naturam appetit marem, vel tamquam necessarium pro fine, & ita vir appetit fæminam, sicut agricola terram fæcundam, vt inde pereificat fructum. Quod si aliter quis appetat fæminam erit appetitus præter naturalis.

10 Difficultas, an materia sit fæmina, & Turpis secundum accidens?

Resp. Plato apud Plotin. in lib. de materia esse per se Turpem: quia secundum se est potentia, nec habet formam; At Aristoteles putat, non esse Turpem per se in primo modo, sed secundum accidens; At verò esse Turpem secundo modo perseitatis, quatenus scilicet materia refertur per potentiam ad formam, ad quam consequitur priuatio. Vnde adueniente forma perit priuatio, remanẽte potentia cum exequutione sui muneris, quod est recipere actum.

11. Difficultas, An forma appetat mãm.

Resp. Forma, dum non existit, non potest habere appetitum; dum verò existit in materia, non potest illam appetere, nisi quatenus appetit sui conseruationem, ad quam, vt medium est necessaria materia: & sic etiam anima rationalis appetit materiam, vt medium.

TRACTATIO SEXTA.

De forma Physica.

QVÆSTIO PRIMA.

De quidditate, & essentia formæ.

DVBITATIO PRIMA.

Quid nomine formæ intelligant Philosophi.

NOt. apud Philosophos nomine formæ, aliquando significari essentiam rei. 1. phy. 60. 7. met. 51. & dici solet forma totius. Secũdo rationem formalem rerum, vnde res dicũtur formaliter distingui, quomodo materia, & priuatio dicuntur 1. phy. 66. esse vnum subiecto, forma autem duo. Tertio naturam aliquam spiritualem per se existẽtem, quomodo intelligẽtiæ dicuntur formæ. 1. phy. 63. & dici solent formæ assistentes, quia habent aliquam proportionem cum formis informantibus, quia scilicet dant operationem vt 8. phy. Intelligentiæ dicuntur formæ assistentes orbiũ: & ad hanc appellationem spectat, cum ideas Platonicas vocat formas 1. met. à tex. 25. & infra ad finem, & 12. met. 30. & 13. & 14. fere per totum, & his modis nõ accipitur hic. Quare. Quarto hic accipitur pro ea parte compositi physici, quæ perficit materiam, vnde præcipuè fluunt operationes compositi, quæ varijs nominibus appellatur, vt rectè Perer. lib. 6. notat. nã dicitur forma, quod rei tribuit formositatem 1. phy. tex. 82. & ideo ẽt. Secũdo dr̃ species 2. phy. 10. 13. & 28. 2. de anima 2. & quia ex ea pcipuè sumit quidditas, & definitio. Tertio dr̃ ratio 1. phy. 69. 2. phy. 28. 7. met. 53. 8. met. 3. Quarto dr̃ qdditas, seu ꝙ quid erit esse 7. met. 10. 8. met. 12. & 13. ob eandem rationem 5. dr̃ actus 2. phy. 12. 2. a. 2. quia actu at materiam, quæ est potentia, & indeterminata, vnde solet dici Endelechia .i. habitus perfectus, vt reddit Hermolaus perfectio habita de quo lib. de anima. Sexto dr̃ terminus 4. phy. 35. & 5. met. 22. & dicitur etiam finis 2. phy. 74. 3. phy. 67. 1. de gen. 55. 1. de anima 90. 8. met. 12. quia terminat, & est finis generationis, vel quia terminat appetitum materiæ, vnde etiam dicitur diuinum quoddam bonũ, & appetibile 1. phy. 81. Septimo dicitur exemplar 2. phy. 28. vel quia cuilibet rei est præscripta propria forma, quæ produci debet ab agente, vt Them. Alex. & Simpl. ibi; vel quia forma in agendo, ita dirigit actionem, ac si agens exemplar aliquod intueretur ex Auer. 12. met. 18. D. Tho. 1. p. q. 44. ar. 3. Octauo dicitur numerus 8. met. 10. licet forte ibi intelligat essentiam.

1 Quotuplex est significatio formæ.

Quot nominibus forma appellatur.

2

2. Not.

Quotuplex forma.

3 2: Not° el Tol. 2. phy. q.7. fundamento 4. & Per. lib.6. c.1. & lib. 2. c. 5. formam diuidi primo in formam substantialem,& accidentalẽ, & illam diuidit in formam partis, & formam totius, quam bene explicat Tol. dicens reperiri etiam in accidentibus, sed numerauit inter substantiales, quia est essentia rei constituta ex ipsa,& supposito. Formas vero partis diuidunt in assistentes,& informantes,quę diuiduntur in sex gradus iuxta varium ordinem, quem habẽt ad materiam, nam aliæ illam respiciunt immediate ; aliæ vero mediate, & inter has aliæ alijs sunt magis, vel minus mediatæ, vt alibi.

Accidentalis forma.

Accidentalis forma alia est naturalis alia artificialis, & vtraq; potest esse,vel simplex .i. eiusdem rationis,vel composita,vt figurę rerum, &c. videtę ipsos. Solent aliæ diuisiones assignari,vt aliæ dicantur naturales, quæ scilicet producuntur ab agente naturali, aliæ supernaturales,quæ ab agente supernaturali.

Forma mathematica, & metaphysica.

2. Aliæ mathematicæ, quæ sunt figuræ mathematicæ. Alię metaphysicæ,vt differentiæ rerum. Aliæ physicæ, de quibus nos agemus, ex quibus aliæ pendent in esse, & operari à materia, vt formę corruptibiles; aliæ in operari tantum, vt anima rationalis. agemus igitur de forma partis informante.

DVBITATIO SECVNDA.

Quid sit forma substantialis.

De hac Conimb. c.9. q.19 Masius 1. phy. c. 9. sect.3. q.2. Suar. disp.15. sect. 5. Hurt, disp.4. Murcia 2. phy. disp. 3. q. 3.

Quid sit forma ex Platone.

1 Plato vt colligitur ex Mars. in conuiuium c. 4. & in Timæum. & 15. de Theologia Plat. c. 2. Foxio de consens. Plat. & Arist. c.6. Carp. in alcin. de doct. Plat. c. 10. & lib. de descrip. naturæ c.5. Plotin. Enead. 5. lib 9. c 5. & Eneade 2. lib.6. Simpl. 1. phy. tex.69. dixit *esse diuini exemplaris*, ideſt idearum *imagines rebus impressas*, nã veras formas ipse putabat esse ideas, eas autem, quæ sunt in materia vmbras formarũ vt Mars. lib.1. de Theolog. Plat. c.1. explicat, sicut formæ ceræ non est aliud, quam imago sigilli aurei. Consentiunt Platoni quidã Arabes, qui dixerunt esse participationem actus primi, ideſt Dei, rebus impressam, vt Simpl. 2. phy. 19. refert, & sequitur D. Tho. 3. cæli lect.2. tex.2. & Alens. 2. met. 12. dum loquitur de immutabilitate diuinæ essentiæ.

Quid sit ex Aristotele.

2 Arist. autem 2. phy. 28. definit esse *rationem, seu quod quid erat esse rei*, nam ex Auer. com. 4. quia per ipsam fit substantia actu, & in certa specie, vt tex. 28. Auer. D. Tho. Aegid. Psell. Venetus, & Them. consentit Mars. in Plat. philebum lib. 1. c. 19. Carp. in alcin. digres.3. & digres.10. in partem posteriorem, Hinc Ficinus in Plat. Enead. 3. lib.2. c. 1. dicit esse rationem, qua res distinguũtur, & in philebo lib.1. c.2. esse agendi principiũ; & Cons. ex Plotin. Enead. 2. l. 4. c. 6. hoc autem principium Boss. in trapezuntium lib.6. c.8. vult esse id, non, vnde motus sit, sed vt finis, & cuius gratia, quod propriè principium est, quod idẽ Aphrod. 7. met. com. 41. dixit Simpl. 1. de anima tex.2. cuius gratia omnia existunt 4. phy. pag. mihi 226. Philop. 2. phy. 90. actionis vocat finem, & speculationis principium Auer. 3. phy. tex. 15. vocat quodammodo formas, & fines 4. cœli tex. 23. Suar. disp. 15. sect.5. definit, quod sit substantia simplex incompleta actus per se materiæ, vnum per se cum illa efficiens.

Quid sit ex recentioribus.

3 Recentiores ex omnibus, quę dixit Arist. colligunt aliam definitionem, scilicet esse substantiam incompletam principium generationis, simul cum materia constituens compositum, cui tribuit esse specificum.

Dicunt esse substantiam) quia Arist. 2. a. tex. 5. vocat actum, vt habitus, & Simpl. 1. a. tex. 6. vbi ait, non esse actu, sed esse actum D. Tho. 2. cæli lect.4. tex.17. & colligitur ex 2. post. tex. vbi Eust. Alb. 3. phy. tract. 2. c. 3. dicitur *perfectio rei existentis in actu*. Alens. 5 met. tex.25. natura sua ait determinare aliquid aliud, & 7. met. 7. *formæ*, inquit, *essentia est, vt sit actus materiæ, & infra forma*, inquit, *est substantia, non quia sit illud, quod est per se, sed quia est ratio essendi aliquid per se.*

Dicitur (principium generationis) ex Them. 3. phy. 27. sed loquitur de efficienti principio motus, nam est de intrinseca ratione motus, & à Them. 2. phy. tex. 14. dicitur generationem constituere, & D. Tho. 1. phy. lect. 15. tex.83. ait formã, vt principium essendi pertinere ad primam philosophiam; at vt principium rei transmutabilis ad physicum.

Dicitur (costituens compositũ) vnde Simpl. vocat elementum 1. phy. com. 1. ad differentiã priuationis, quæ non ingreditur compositum. Hinc D. Tho. 3. met. lect. 10. tex. 13. ait formarũ non est generatio Alb. in prædic. pag. mihi 36. Auer. 1. phy. 64. 4

Dicitur dans esse) Alex. 2. a. c. 2. quia est causa, vt sit hoc aliquid 1. top.1. & 1. quæst. naturalium c.8. est causa, vt materia sit actu, & subsistat. Simpl 2. phy. tex.11. & deinceps 2. a. tex. 8. clarius, vnde Philop. 1. phy. 1. dicit esse naturam vniuscuiusq; & tex. 32. addit tribuere vnitatem, quod etiam Auer. 3. phy. 68. Auer. 2. a. tex.37. esse id, per quod aliquid est ens, vnde Alb. lib.1. de anim. tract 2. c.4. quidditatem dici vocari formam, & 5. met. tract. 1. c.3. est dare esse, vt materiæ facere hoc esse hoc, & 2. phy. tract.2. c.2. & Auer. 7. met. com.37. *forma*, inquit, *est pars, quę cum fuerit est res, & materia est illud, quod cum fuerit, non erit res.*

Forma est principium agendi.

5 Ex hoc prouenit, quod est principium agendi ex D. Tho. 2. a. lect. 14. tex. 70 qui addit, sibi simile, & Alb. 2. phy. tract. 1. c.7. ait formam esse actum corporis, cognosci, quia actio eius expletur per corpus, & Alens. 9. met. tex. 11. dicit fundare potentiam actiuam, & tex. 14. est ratio agendi ipsi supposito.

Forma dat essentiam rei.

2. Deducit Alb. 3. a. tract. 3. c. 11. formam rei dare totam essentiam, at materiam esse subiectum, & de intellectu, & intellig. lib. 1. tract. 2. c. 1. rationem affert, quia natura non intẽdit materiam, nisi propter formam, vnde si posset

efficere

efficere formam cum operatione sine materia non efficeret materiam, quare materia non requiritur ad esse, sed ad determinationem ipsius esse Alens. 7. met. 59. forma rei secundũ veritatem loquendo propriè dicitur (quid) sed de hac re alibi. Vnde Auer. 2. phy. 4. dicit digniorem esse nomine substantiæ, quàm compositum, quia est causa, quare dignior causato.

6 Dices hinc sequitur materiam esse formam, quia etiam ipsa dat esse determinatũ, & actuat compositum, nam cum sit ex se existens est indiuidua, atq; adeo habet determinatã speciem in genere substantiæ; ergo illam communicat composito. Neq; dicas materiam esse speciem incompletam, nam etiam forma est incompleta, & vtraq; potest dici compleri per alterã, vnde se mutuo cõplēt, ad cõpositi cõstitutionẽ,

Explicatur cur materia non sit forma.

Resp. quidam, propter hoc argumentum negant materiam habere per se existentiam, sed illam emendicare à forma, vnde nullam determinatè habet, atq; adeo, nec potest illam ex se dare determinatam composito, sed totam determinationem esse à forma, ob quam causam hęc dicitur esse actus, quia actuat materiam dando illi existentiam, quia hæc est vltimus actus essentiæ. Sed falluntur, tum quia cum essentia distinguatur ab existentia, & essentia sit determinata indiuidualiter, atq; adeo specifice præcisa omni existentia, vndecunq; deinde illam habeat, semper manet determinatæ essentiæ, quia essentia secundum propriũ conceptum non mutatur ex mutatione existẽ-

7 tiæ, Hinc fit, vt det speciem composito, quam habet ex vi suæ essentiæ, sicut dicitur, formam speciem suam incompletam illi communicare, etiam si secundum existentiam suam depẽdeat à materia. Neq. dicatur, quod licet forma dependeat in sua existentia à materia, tamẽ habet existentiam sibi propriam, & determinatam, at materia, ita pendet à forma, vt nullam existentiam determinatam sibi vendicet, nam etiam si hoc esset verum (quod tamen esse falsum alibi ostenditur) adhuc tamen vrget argumentum, nam ex indeterminata existentia, quam sibi vendicat, stat determinata essentia, quam ex se habet, secundumquam constituit compositum; atq; adeo haberet rationem formæ, cum det suum esse composito. Tùm quia hi non intelligunt, in quo consistat conceptus formæ, & materiæ, cum enim vtraque sit causa intrinseca compositi, necessario vtraq; debet dare esse, quod habet, composito, & cum vtraq; sit entitas incompleta, vtraque concurrit ad complendum speciem compositi; quare ex alio distinguũtur, quia diuerso modo concurrunt ad dandum esse cõposito. Primo quoad modum, nam materia concurrit recipiendo, forma vero informando, & ideo dicitur forma dare esse, quia concipitur, vt adueniens materiæ, quæ concipitur recipere illud esse, recipere autem, & dare sunt correlatiua. Neque dicas cum vnio inter materiã, & formam recipiatur in vtraq; non magis dicetur materia recipere formam, quam formã materiã, præsertim cum, sicut materia perficitur per vnionem ad formam, ita, & forma per vnionem ad materiam, nam vt alibi ostendimus, cum materia ex natura sua sit subiectum primum, ex quo fit aliquid, non solum præsupponi debet formæ corruptibili, quæ ex illo educitur, sed etiam formæ incorruptibili, qualis est anima rationalis, sicut actus prę supponit potentiam, quam respicit.

Et Confirm. Hurtad. disp. 2. phy. sect. 2. quando duo vniuntur, & vnum communicat alteri suum effectum, & denominationem, res communicans talem effectum dicitur forma, res vero, cui communicatur dicitur materia, seu potentia passiua, vt inductione patet in omnibus denominationibus accidentalibus, nã intellectus dicitur sapiens à sapientia, & intelligens ab intellectione, cum tamen, nec sapientia, nec intellectio dicatur animal, vel animatum; sic etiam corpus organizatum dicitur viuens, sensitiuum, &c. at vero anima rationalis non dicitur corporea à corpore, sic paries dicitur albus ab albedine, non tamen albedo dicitur parieta à pariete. At inquies etiam forma dicitur recepta in materia, & subiectata in ea. 8

Materia denominationẽ recipit à forma.

Resp. hanc denominationem non sumi immediate à materia, sed ab vnione, quam recipit vel terminat. At instant materia non dicitur spiritualis ab anima spirituali, quam recipit.

Resp. materiam posse dici spirituatã à spiritu, seu potius spiritualizatam, non autem dicitur spiritualis, quia per hoc nomen significatur negatio partium extensarum, quæ cum essentiales sint materiæ, non potest recipere denominationem oppositam destruentem denominationem suę essentiæ.

Secundo diuerso modo concurrunt, etiam quoad rem, nam licet materia sit substantia indiuidua, atque adeo species incompleta, sicut etiam, & forma, tamen habent diuersum esse, quia materia nullam habet in se speciem prædicamentalem, neq; illam dare potest, nam determinata illa essentia, quam habet est cõmunis vnicuiq; speciei prędicamentali, cum ingrediatur compositionem omnium specierũ, siue ponantur in prædicamento substantiæ, siue in prædicamentis accidentium (si in his prædicamentis ponũtur concreta) at vero forma non solum habet hanc determinationem, sed est determinata quoad speciem prędicamentalem, nam vna forma non potest constituere duas species, sed vnam ex ijs, quę ponuntur in prędicamentis. 9

Forma, et materia diuerso modo cõstituũt quo ad rem.

Tertio sicut potentia passiua est talis ex natura sua, & non beneficio formę, ita est determinata in ratione potentiæ ex natura, & nõ beneficio formę, quia forma non potest communicare illi rationem aliquam potẽtię; at ratio potentię est exigitiua actus sibi proportionati, nam si est potentia actiua exigit actionem, si est passiua, seu formalis exigit actum formalem, qui consistit in terminatione, & determinatione indifferentiæ, seù indeterminationis in ordine ad actum; neque enim est indeterminata, vel indifferens ad esse potentia-

le, quia hoc habet ex natura sua, sed ad esse actuale actualitate specifica prędicamentali, nam à forma habet, vt materia sit in specie equi, leonis, hominis, & similium specierum, quę ponuntur in recta linea prędicamentali, cum ipsa secundum se, non magis sit species equi, quàm hominis, quia indifferens ad quâlibet speciem, nec materia cęli etiam si respiciat vnam formam est in specie ver. gr. lunę, nisi determinetur per formam lunæ, de qua re Arist. 8. phy. tex. 3. vbi Alex. & alij.

Dices 2. vnde oritur hęc appellatio formę.

Vnde dicatur appellatio forma.

Resp. existimo esse deductam ab accidentali formatione materię, nam sicut rude lignum dicitur formari in statuam Mercurij ex introductione figuræ, & cera dicitur formari, dum illi imprimitur sigillum, ita materia prima dicitur formari, dum illi aduenit determinatio certæ cuiusdam speciei prędicamentalis, principium autem dans hanc determinationem dicitur forma, vnde orta est diuisio formę in accidentalem, & substantialem, quia quando datur determinatio constituens speciem prædicamentalem sub genere substantiæ dicitur forma substantialis, quando autem constituit speciem sub aliquo prędicamento accidentis dicitur accidentalis. Vnde Amo. in Porph. cap. 11. columna mihi 4. forma materiam exornat, & existentia dicitur vltimus actus metaphysicus, & in genere entis, non autem physicus, & in genere speciei predicamentalis, vt alibi.

Quid forma secundũ recentiores.

Denique Murcia loc. cit. definit, quod sit perfectio, quę intrinsecè complet esse rei; nam ex eo, quod dat esse, conuenit cum alijs causis, quod dat intrinsecè, conuenit cum materia, & differt ab efficiente, & fine quod autem compleat differt à materia; quia hęc inchoat esse, tanquam fundamentum. Sed neque est omnino exacta; quia subsistentia etiam complet esse rei, & non est forma physica; ideo existimo addendum, quod esse rei specificum complet; & hæc definitio mihi magis placet; nam ex ea soluuntur omnes difficultates, & differt ab omnibus causis.

DVBITATIO TERTIA.

Ad quem Artificem pertineat tractare de forma.

DE hac Alb. 2. phy. tract. 2. cap. 2. Pauef. disp. 5. met. cap. 29. & 30.

1 1. Conclusio Physicus non agit de forma sumpta in tota latitudine suæ significationis.

Phisicus non agit de omni forma.

Probatur, quia non agit de conceptu essentię, neq; de abstractis omnino à materia, quia excedunt suum obiectum, & hoc voluit Arist. 1. phy. c. vlt. & ibi Auer. & communis, quod confirmatur ex 6. met. 3. & 4. vbi ad primam philosophiam pertinere substantias abstractas 2. phy. 71. quę mouent, & non mouentur non sunt physicæ conditiones, & 3. cæli 2. ingenerabilia, & omnino immobilia magis esse alterius, & prioris, quàm naturalis considerationis citãtur ẽt alij tex. 1. met. 15. 12. met. 5. 2. phy. 26. 1. de gener. 14. 12. met. 2. 3. an. 17. 3. met. 59. 1. de part. 10. 7. met. 46. & alibi, vt Mirand. lib. 6. & 7. de singul. certamine cap. 1. & lib. 1. Apol. sect. 4.

Dices Aristot. 8. phy. agit de primo motore; ergo. Confirm. quia operatio non potest cognosci sine sua causa, at motus physicus orbicularis est operatio intelligentiarum: ergo debet cognosci illa, vt rectè Auer. 1. phy. vlt. Resp. illa dupliciter abstracta posse cognosci primo secundum essentiam, & hoc modo negamus pertinere ad physicum, vt autem operantur, & producunt motum pertinere ad physicum, vt ostendunt argumenta.

Quomodo Physicus agit de intelligentijs.

Sed contra hanc distinctionem instari potest, nam eiusdem scientiæ est probare si est, & quid 6. met. tex. 1. ergo. Si physicus probat substãtias separatas esse ex motu; ergo ad physicum esse pertineret secundum quidditatem, & Confirm. quia Aristot. probat, vt metaphysicus substantias separatas esse, non igitur est physici, vt 11. met. 6. 2. 12. met. 20. 28 30. & 1. met. 28. 29. 4. 7. met. 38. quærit, vt detur alia causa pręter ideas, vt notat Mirand. lib. 17. cap. 1. 2

Resp. Pauef. disp. 2. met. c. 1. existentiam, & quidditatem dupliciter posse considerari. Primo in vniuersali, & hoc modo pertinẽt ad primam philosophiam. Secundo in particulari, & pertinent ad singulas scientias. Sed hæc responsio non satisfacit, quia tunc sequeretur, quod vt existentia abstractarũ pertinet ad physicum, ita, & essentia. Quare. Resp. existẽtiam rei dupliciter posse probari. Primo à priori per proprias causas, & hoc modo ad eandem scientiam pertinet si est, & quid, quia ab eodem, vt notat Pauef. res habet, vt sic, & essentiam. Secundo à posteriori, & nõ pertinet ad eundẽ, vt hic est. Ad Confir. Resp. esse pro nobis, quasi physica non probat existẽtiã, nullo ratione pertinebunt ad illã. Resp. 2. illis locis Arist. quærit an dentur alię causę, & substantia immobilis, & cõcludit dari, sed vel per motũ, & induit habitũ physicũ, si motus ad physicum tãn pertinet, vel per rationes metaphysicas, vt faciunt Theologi, ductas ex pfectione vniuersi, vel quærit tantum, & non asserit; neq; enim negamus ad metaphysicam pertinere etiã quoad si est.

Existentia, & quidditas pōt considerari in vniuersali, & in particulari.

3 *Explicatur, quomodo eadẽ scientia cognoscat si est, & quid est.*

2. Forma physica corruptibilis pertinet ad physicũ, & quoad existentiã, & essentiã est expresse Auer. 1. phy. vlt. & 2. phy. tex. 26 & aliorũ, ibidẽ Arist. idẽ expresse asserit, & pręterea ex tractatione 1. phy. vbi agit de forma, vt est principiũ generationis, & 2. phy. vt est constitutiua cõpositi, rõ est quia eius est cõsiderare essentiã cõpositi physici, at hęc cognosci non pōt sine cognitione formę, ex qua pẽdet, neq; sciẽtijs phibet pbare sua prĩcipia à posteriori. 4

Physicus agit de forma physica corruptibili quoad existentiam, & essentiam.

Dices agere de formis corruptibilibus pertinet ad metaphysicũ, ergo. Antecedẽs probat ex 2. met. & alijs locis. Resp. agere quidẽ metaphysicũ de formis, sed diuersa rõne. Nam met. taphy. agit vt est vna causarũ in 7. met. vt est pars substantiæ, & quidditas rei in 8. met. vt est ens actu, & cum potentia facit vnum per se secundum communem quandam rationem.

Quomodo metaphysicus agit de formis corruptibilibus.

Difficultas tamen est, an metaph. agat de quiddi-

5 quidditatibus in particulari, ſed de hac alibi. Altera eſt, an phyſicus agat de alijs formis, quã de corruptibilibus, & dubitatio oritur ex Ariſt. 6. met. 1. vbi ait phyſicum tractare de formis, vt plurimum inſeparabilibus, & conſtat probare abſtractas, quare, & quidditatem earũ conſiderabit; tum quia anima rationalis videtur pertinere ad phyſicum.

An phyſicus agat de formis ſeparabilibus.

In contrarium aũt eſt 1. phy. tex. vlt. 2. tex. 26. 1. de part. & ratio, quia conſiderat tum formas, quæ habent contrarium, quæ educuntur ex materia, ſed de hac quæſt. dicemus cum de anima rationali, interim vide Flam. Nobil. lib. 1. de gen. c. 3. q. 4.

QVÆSTIO SECVNDA.

An dentur formæ ſubſtantiales.

TRactant de hac Fernel. lib. 1. de abditis rerum cauſis cap. 2. Concil. diff. 60. & 71. Per. lib. 6. c. 2. Port. 2. de rerum princip. c. 1. Fonſ. lib. 1. met. c. 7. q. 3. Forliuienſ. in Auic. q. 50. & 51. Suar. diſp. 15. met. ſect. 1. Conimb. c. 9. q. 11. Hurtad. diſp. 4. ſect. 1. Maſius tom. 1. phy. c. 6. 9. ſect. 3. p. diſp.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 CErtum eſt dari aliquas formas accidentales, quod patet, ex mutationibus, quas experimur eſſe inter res creatas, nam rem videmus fieri nunc calidam, nunc frigidam, & cæteris accidẽtibus ornari, ac priuari. Quod Cõſt. tum ex rerum conuenientia, & diſcrimine, nã videmus conuenire in aliquibus prædicatis, & in aliis differre; quare ſaltem per accidentia differENT; tum ex varijs rerum operationibus, quæ ab vna materia eſſe non poterunt: neq; eſt qui dubitet, ſolum difficultas eſt de formis ſubſtantialibus.

Dari formas accidentales.

Prima Opinio antiquorum. qui vt colligi poteſt ex Ariſtot. 2. phy. 22. 2. de gener. 52. 1. de part. c. 1. & 1. met. ſum. 2. c. 1. non admiſerunt aliud ſubſtantiale in rebus, quam materiam, quam dicebant eſſe, vel omnia elementa, vel vnum ex illis, vel corpus medium inter elementa, ex quo omnia conſtarent, & tantum variari per accidentia, vnde omnia dicebant eſſe vnius eſſentiæ, quod fuſe explicat Alb. lib. de cauſis initio.

Antiqui negãbãt formas ſubſtantiales.

Albertus.

2 Ex recentioribus tribuitur Galen. in eo lib. qui inſcribitur an affectiones animi ſequantur temperamentum corporis, ſeù de animæ morum, & corporei temperamenti mutua conſequutione, & lib. 2. de locis affectis c. 2. videtur docere animam rationalem eſſe temperamentum qualitatum, in cerebro, & 1. de elementis videtur innuere formas elemẽtorum eſſe qualitates, quod etiam Philop. 2. de gen. com. 7. & Alex. 12. met. com. 12. ſequi videntur, & à Simpl. in prædicam. qualitatis. tribuitur Boeto, & à Nipho 1. phy. tex. 72. Perichilidio, & à Simone Portio lib. 2. de principijs cap. 1. Hippoc. & Galen. & à Conciliatore diff. 71. tribuitur Ioanni Serapioni, & Auer. 5. collig. cap. 21. Alex. 1. prob. 41. ſed Auic. vt refert Fer. l. 1. de abditis rerum cauſis cap. 2. in fine interpretatur hos Doctores, nõ vt velint qualitates, vel harum temperamentum eſſe formas rerum, ſed cum rerũ eſſentiæ ſint ignotæ (quod non ſint nomina formis impoſita) idcirco formas ſubſtantiales qualitatum nomine appellarunt, ſed cuiuſcunque ſit ea ſentẽtia, duplicem ſenſum habere poteſt.

Philop. Alexand. Boetus. Perieles. Hippoc.

Auicenna explicat opinionẽ negantium formas ſubſtãtiales.

A

Primus eſt, vt forma rerum non ſit aliud, quam ipſa temperies qualitatum: alter vt ſit alia qualitas, quæ oritur ex temperie illa, quomodo peripatetici dicunt ex mixtione elementorum oriri formas mixtorum, & vtraque hæc ſententia poteſt habere duplicem ſenſũ. primus eſt, vt ſolum materia ſit eſſentia, & alia dicantur accidentia rei. Alter, vt eſſentia conſtituatur ex materia, & complexione illa, ſeu prima qualitate, ex qua alię oriuntur; quare res differentes complexione, dicantur etiã differre eſſentijs; fundamentum eſſe poteſt, nam cum ſubſtantia alicuius rei ſit eius eſſentia, eſſentia autem ſit primus conceptus rei ſequitur, quod ſubſtantia rei ſit primus conceptus rei, at primus conceptus rei conſiſtit in materia illa, quæ ſubijcitur mutationibus; ergo ſubſtantia conſiſtit ſolum in illa materia, cętera autem dicuntur quidem formæ, ſed nõ ſubſtantiales, ſed accidentales, quia ex illis completur conceptus rei ſecundario.

Dupliciter explicatur opinio negãtium formas.

B

C

Secunda eſt Portij lib. 2. de principijs cap. 1. qui dicit antiquos poſuiſſe tantum materiam, tanquam ſubſtantiam totius compoſiti, cæterа autem appellarunt, vel accidentia ſeparabilia, ſi adeſſe, & abeſſe poterunt, ſine ſubiecti corruptione, vel inſeparabilia, ſi dum abſunt, ſubiectum corrumpi neceſſe eſt, & hæc ſecũdum Peripateticos eſſe formas, ex quibus res conſtituuntur, quas nulla ratione probatur eſſe ſubſtantias, nam omnia ſaluare poſſumus, vel per ſimplices qualitates primas, vel ſecundas, vt in elementis, vel ex complexione, vt in mixtis inanimatis, vel animatis, quare ſenſum vult eſſe temperiem qualitatum, & quod grauius eſt, idem videtur ſentire de anima rationali. 3

Portius, & antiqui negant ſubſtãtiales formas: ſed has eſſe accidentia, quæ dicunt inſeparabilia.

D

Vltima eſt admittentium formas ſubſtãtiales, & primo eſt Democ. & Emped. qui vt ex 2. phy. 22. 1. met. 11. & 1. de part. cap. 1. videntur ſub odorati fuiſſe has formas, ſequitur Plato in Thimeo, qui formam nomine vnius expreſſit, quod etiam Ariſtoteles refert 1. met. tex. 7. & ante Platonem Thimeus Lucrenſis poſt Plat. Ariſtoteles affirmauit 1. phy. tex. 52. cum ait ſubſtantiam non componi ex non ſubſtantijs, & formam componere ſubſtãtiam, & hac ratione vtitur, Auer. 2. an. 8. 2. phy. 12. eſſe magis ſubſtantiam, quam materia, & 1. an. 2. & 7. met. 7. 12. met. 14. facit tres partes ſubſtantiæ, quarum vna eſt forma, idem colligitur ex 1. de gener. 53. & 54. 1. met. 51. 5. met. 15. 2. de gen. animalium cap. 1. 8. met. 3. ſequuntur Platonici Ioannes Carpentarius in alcin. digreſſ. 3. pag. 243. mihi, 4

Opinio ponentiũ formas ſubſtantiales. Democ. & Emped. Plat Ariſtot.

E

Auer.

Carpentarius.

hi, & in parte posteriori digressione 10. pag. 52. *Plot.* Plotinus enead 6. lib. 3. c. 8. tamen negat esse substantias sensibiles, & Eneade 2. lib. 7. c. 3. *Bessar.* Bessar. in Trapezuntium lib. 6. c. 8. & in Calumniatorem Plat. lib. 3. cap. 22. *Ficin.* Mar. Ficinus lib. 1. de Theolog. Plat. c. 3. & epist. lib. 2. fol. 707. vbi etiam ait, non sustineri à qualitatibus, sed potius contra, licet alicubi videatur iacere in quantitate. *Mirand.* Ioannes Franc. Picus Mirand. de materia prima c. 9. Ioannes Picus in Heptaplum l. 1. cap. 1. vbi ait, non educi ex materia, nisi affectam qualitatibus *Barattellus.* Gabriel Baratellus lib. 2. de ente, & vno.

5 *Alexand.* Sequuntur Peripatetici Alexand. Aphrod. 7. met. com. 9. vbi ait esse magis substantiam, quam materiam, non tamen magis substantiam, quam alteram formam, & primo naturalium quæst. ca. 8. ait formam esse causam vt materia sit actu, ipsa enim per se subsistere nequit, & ait non esse in subiecto, cum sit pars substantiæ, & 1. an. cap. 2. & 2. an. 27. *Simpl. Dexippus.* Dexippus in prædic. cap. 21. & 27. Simpl. in prædic. cap. de diuisione eorum, quæ sunt, vbi explicat etiam quid sit esse in subiecto, & esse in materia.

Philop. Philop. 1. phy. tex. 1. vbi ait vniuscuiusq; formam nihil esse aliud, quam naturam ipsius 2. phy. tex. 19. difficile, inquit imaginatione concipi, at ratio eas separare apta est, & 1. phy. 35. vbi ait illis non solum complexionem qualitatum subijci, sed etiam quantitatem, & tex. 82. ait, non esse ex complexionibus, sed extrinsecus aduenire, & 1. de gen. tex. 35. dicitur augeri non secundum essentialem, & incorpoream rationem, sed secundum quantitatem, cum in ampliori, vel minori subiecto est *Auer.* Auer. epit. met. tract. 2. cap. 2. & 2. phy. tex. 4. 1. Cæli 32. vbi ait esse substantiam distinctam à materia 7. met. tex. 9. & 31. vbi negat esse actiuas, & passiuas essentialiter. *Alb.* Alb. 2. phy. tract. 2. c. 2. & 2. cæli tract. 3. c. 4. 7. met. tract. 3. c. 1. 3. cæli tract. 1. c. 8. *Alens.* Alens. 7. met. tex. 7. vbi ait esse substantiam, quia est ratio, vt aliquid sit per se, & tex. 33. ait, solum secundum veritatem dici quid rei 8. met. 10. *D. Thom.* D. Tho. de sensu, & sensibili lect. 10. vbi negat esse sensibiles, & idē opusc. 21. de natura luminis 1. phy. lect. 13. tex. 68. vbi negat esse contrarias 1. de gene. lect. 8. tex. 18. vbi ait omnes differre secundum magis, & minus perfectum. Idem lect. 10. tex. 24. & lect. 24. tex. 84. vbi negat esse in materia, vt in subiecto 2. a. lect. 1. tex. 4. vbi quomodo distinguitur ab accidentali, & esse de subiecti essentia asserit tex. 6. & 8. met. lect. 3. tex. 9.

ART. II. Opinio Auctoris.

6 *Probatur dari formas substantiales.* Respondetur vnica conclusione, necessariò admittendæ sunt formæ substantiales probat Fonf. rationibus ductis ex quattuor capitibus.

Primum ex constitutione rerum; secundum ex vnitate; tertium ex conseruatione; quartum ex operationibus.

Primo ex constitutione rerū. Primum rerum naturalium essentiæ, vel cōsistunt in sola materia, vel in alio superaddito A materiæ; si primum vel illa est omnium communis, & non, quia tolleretur omnis distinctio essentialis, nam omnia entia sublunaria habent eandem materiam: ex quo etiam sequeretur tolli omnem proprietatem distinctam consequentem diuisionem essentiarum. Secundo tolleretur omnis vera generatio, & corruptio, cum tamen alio modo dicatur res mutari cū alteratur, ac cum corrumpitur, & desinit esse, q̄ Arist. 1. phy. tex. 62. obseruauit. Tertio cuiq; essentiæ cōueniret quælibet operatio, vt equo ratiocinari, &c. & certe non magis differret homo ab equo, quam ab alio homine.

Vel in singulis speciebus essent distinctæ B materiæ essentialiter, & non, tum quia tolleretur mutua actio, contra sensum, ideo enim dicimus cælos non esse capaces qualitatum, quæ sunt propriæ horum inferiorum, quia habent diuersas materias, & albedo non potest suscipere nigredinem, quia illi est contraria; quare actio agentis corrumpentis non posset recipi in alio; tum quia omnia crearentur, imo non apparet quomodo posset ex vno fieri aliud, & cur requirerentur dispositiones, quomodo ex subiecto corrupto res transeant in aliud, quod producitur.

7 *Ostenditur cōplementum essentiæ debere esse substantiale.* Si vero dicatur secundum (quod scilicet essentiæ rerum non consistant in sola materia, C sed necessarium sit addi aliud, vt essentiæ secundum substantiam sint completæ) tunc peto hoc quod deest ad complendam essentiā substantialem, vel est substantia, vel accidens, non accidens; ergo substautia; illud autem patet primo, tum quia si materia est substantia, multo magis forma, quia hæc est perfectior, cum ex ipsa accipiatur distinctio essentiarum, & complementum. Secundo varietas operationum, in quibus sita est tota perfectio rerum, cum vnaquæque res sit propter operationem, vt finem. Tertio varietas dispositionum in materia, imo materia ipsa perfici dicitur per aduentum formæ; tum quia D non posset assignari discrimen inter ens per accidens, & ens per se, nam hoc tantum sumitur ex eo, quod forma est eiusdem generis cum materia, vel non. Tum quia res essent in genere substantiæ, & accidentis, imo in nullo genere, quia in prædicamentis ponuntur entia integra, at hæc entia ratione integræ essentiæ in nullo essent genere, cum constent ex substantia, & accidente; vnde bene dixit Arist. 1. phy. 52. substantiam non constare ex non substantijs.

Dices idem erit qualitas, & substantia, vt dici solet secundum aliquos albedinem esse qualitatem, & similitudinem, sed contra, E quia iam admittis formas substantiales, cum negaueris solum illas, nunc cum maiori repugnantia concedis, quod scilicet substantia, & accidens sint idem, vnde 1. phy. 26. dicitur ab Aristot. *quod vni est substantia, nulli est accidens*. Deinde nihil potest esse in diuersis generibus, nisi ratione diuersi esse.

2. Quia

Complementum non eſſe temperiem qualitatum. Secundo quia hoc complementum, vel fit per temperiem qualitatum, vel per vnam qualitatem; ſed neutrum: ergo. Non primum, quia temperies conſiſtit indiuiſibili, quare facta qualibet mutatione interiret eſſentia. Dices habere quandam latitudinem, atq; illam eſſe eam, quæ eſt ſufficiens ad productionem operationum, quæ propriè ſunt vnius ſpeciei, quæ complexio dum conſeruatur, ſeruatur et eſſentia. Sed contra quia cum homo fit ſtultus deberet etiam deſinere eſſe homo, quia iam perit complexio apta ad productionem operationum propriarum hominis, & rurſus cum ſanatur reproduceretur ſecundum eſſentiam. Similiter aqua vehementer ex calefacta, & ferrum ignitũ deſinerẽt habere eſſentiã antiquã.

Tertio, qa eſsẽtiæ ſuſciperẽt magis, & min⁹.

Quarto, quia non poteſt reddi ratio, cum aliquando non multum variata complexione ſequitur interitus, vt patet in eo, cui cor transuerberatur, nam ſtatim perit, cum tamen in eo tempore non poſſit eſſe tam ſubita actio inter accidentia, vt multum varietur cõplexio qualitatum, imò minus quàm ſi febri laboraret, aut tabe conficeretur.

Quinto ſicut nullum accidens per ſe videtur conſtituere ſubſtantiam; ergo neq; accidentia ſimul vnita, quia cõplexio illa nihil addit, niſi relationem, quandam 1. gen. 40. & 41. Sed reſponderi ad hoc poſſet complexionem illam non conſtituere ſubſtantiam, quæ per ſe exiſtere, ſed conſtituere ſubſtantiam, ideſt eſſentiam, quæ conſiſtit in ſubiecto per ſe exiſtenti, & accidentium complexione, vnde hoc ipſum eſt abſurdum, quod vna eſſentia conſtituatur ex rebus diuerſorum prędicamentorũ.

Complementum non eſſe vnam qualitatem. Neque ſecundum, quod ſcilicet ſit accidens quoddam reſultans ex complexione; tum quia vt aſſeritur hoc accidẽs ex complexione prodire, ita deberet aſſeri forma; tum quia hoc, vel eſt commune, & non quia eſt conſtitutiuũ eſſentiæ: vel propriũ, atq; inſeparabile, & neq; quia cum accidens illud ſequatur complexionem, illa variata deberet etiam variari eſſentia, cur .n. varietur complexio non reſultat aliud accidens illi proportionatum; & præterea, quia accidentia propria ſunt plura in eadem re, at vna tantum eſſentia; tandem explicari deberet cur hoc accidens conſtituat eſſentiam, & non alia accidentia.

10 Conf. hoc caput. ex eo, quia ablatis formis non poſſet reddi ratio, cur non omnia animalia etiam perfecta generentur ex putri, vt anguille, nam in omnibus requiritur ſolum productio accidentiũ, cur non ita facile poteſt generare foſſilia, cum poſſit applicando actiua paſſiuis producere totam illam temperiẽ qualitatum. Secundo, neq. redditur ratio, cur omnia ferè naſcantur à ſimili in ſpecie, cum temperies illa fieri poſſit ab alio agẽte. Tertio cur in omnibus regionibus non eadem naſcantur, cum tamen fieri poſſe eandem temperiẽ qualitatum aliquando nõ ſit impoſſibile. *Narrãtur multa, quæ in peculiaribus Regionibus naſcũtur.* At multa narrantur naſci in vna tantum regione, vt Theoph. lib. 4. de hiſtoria plant. c. 1. & Plin. lib. 15. c. 22. & conſtat de Balſamo vni tantum Iudeæ conceſſo ex Plinio lib. 12. c. 25. cinamomum in Arabia, & ficus Aegyptia in Aegypto. ex Plin. 13. c. 7. libanũ ſolum in India ex Plin. l. 12. c. 4. Piralis in ærarijs fornacibus Cypri ex Plinio lib. 11. c. 36. & Scalig. excr. 23. refert de pullis Ariſt. 5. de hiſt. animal. c. 19. refert de multis, quæ ex certa aliqua materia naſcũtur, vt Papiliones farfalla ex erucis hæruca ex viuentibus folijs, maximeq; ex braſſica, cantharides, ex crucis, fici, pyri, & pini, imò ex niue vetuſtiore genus quoddam vermiũ naſcitur Hirtum pilis, & rubrum, nam ipſa nix vetuſta rubeſcit, & in Cypro ęrarijs fornarijs, vbi chalcites lapis pluribus diebus crematur, in medio ignis, beſtiolæ naſcuntur alatæ paulo maiores muſcis, & vtrumq; moritur ablatum à propria cauſa. & in cimerio Boſphoro .i. anguſtijs maris, iuxta Tauricum cherſoneſſum per quem Hipanis fluuius influit in pontum, dicunt ſub ſolſtitio, naſci volueres quadrupedes, q̃ viuunt tantum per diem, nam volant vſq; ad poſt meridiem, tum diſcedente ſole macreſcunt, & lãguent. Multa deinde de reptilibus c. 20. & apibus c. 21. & 22. quæ ex determinata materia naſcuntur. *Scalig. Ariſt.*

Primum experimur aliqua quocũq; tempore ferantur naſci, vt triticum, cum tamen non poſſint in diuerſis temporibus habere eandem qualitatem, & temperiem. Item ex ſemine leonis naſci leonem, cum hi diuerſas habeant cõplexiones, & inter ſe, & cum ſeminibus; quare dicendum dari formam, vt fiat, & ſemper naſcatur idem eiuſdem ſpeciei, licet ſit aliqua diuerſitas in complexione. 11

Secundum ſumitur ex vnitate rerum naturalium. Primo, quia ſi materia non perficitur in genere per formam ſubſtantialẽ, eſt ens cõpletum, & cum etiam accidentia per ſe, & directe ad prædicamenta pertineant, ſunt etiam entia completa, at ex pluribus entibus cõpletis non poteſt conſtitui vna eſſentia; nam ſi id ſemel admittatur multas rerum eſſentias confingere poſſemus, vt exercitus erit vna eſsẽtia, cuius partes eſſent milites, imò vniuerſum ipſum vna eſſentia, cuius pars eſſet Deus. *Probatur dari formas ſubſtãtiales ex vnitate rerum.*

Secundo omnis vera eſſentia eſt ſubſtantia, vel accidens; at huiuſmodi eſſentia neutrum eſſet, quia non accidens, cum in ſubiecto non ſit, & ex ſubſtantia conſtet; neq; ſubſtantia, cũ ſpeciem accipiat ab accidente, quare medium quoddandum ens eſt contra communem. Cõf. quia in elementis fingi non poteſt accidens, q det eſſentiam, nã quælibet qualitas poteſt coniungi duabus, quibus non aduerſatur, & præterea ſæpè remittitur, vtraq; tamen non perditur eſſentia, &c.

12 Tertium ſumitur ex conſeruatione naturali. Primo ex diſcurſu Ariſt. 1. a. 90. & 91. & 2. a. tex. 39. 40. & 41. nã videmus in mixtis quattuor qualitates contrarias inter ſe ad temperiẽ reductas, naturaliter conſeruari; ergo ab aliqua cauſa conſeruantur, qua recedẽte ſtatim videmus ſequi corruptionem, vt patet in cadauere, cuius membra breui putreſcunt, id autem *Probatur ex appetitu naturali conſeruationis. Ariſt.*

est aliquid prius primis qualitatibus. Confirm. quia in mixtis videmus vnam qualitatem adeo remissam, vt statim absumeretur à contraria, nisi esset aliqua forma conseruans, quod patet in plantis, in quibus est exiguus calor, & conseruātur à terra frigidissima, & pisces in aqua, cum parum habeant caloris, conseruantur; Pyralis ex Plin. lib. 11. c. 36. in flamma viuit, vt cū extra ignem auolauerit parum viuit. Adamas non solum non comburitur, sed ne calefit quidem ex Plin. 38 c. 4. licet Card. lib. 7. de subtilitate asserat nihil pati vsq; ad nonum diem, post ea vero alterari, licet remaneat illesus ad multos dies, quod etiam docet conuenire carbunculo, & saphyro, licet hi lapides nō ita igni resistant, vt Adamas, & de Amiāto docet Plin. B lib. 36 c. 19 vnde vestes fiunt, q̄ igne purgātur.

Cur lapidibus tributa sint plures virtutes, quam animalibus.

Aristot.

13 Quærit hic Card. lib. 7. fol. 275. cur maiores vires tributæ videntur lapidibus, quam animalibus, vel plantis. Resp. quia cum hæc plures habeant functiones, non licuit naturæ mixtionem adeo tēperare, vt admirabiles operationes efficerentur, vnde inter animalia vilissima, quæ sunt, admirabiles operationes habent, vt salamandra, quæ ex Arist. 5. de hist. c. 9. extinguit ignem.

Altera causa, quia mollis materia non potest tantam vim suscipere, vt neq; dura tam multas figuras; Tertia, quia generatio lapidū, lōgo fit tempore, vnde maiora potest natura moliri.

Auer.

Plin.

Deinde sunt animalia, quæ venenis nutriūtur, vt coturnices elleboro, & zaratri, idest sturnelli, hapello, & struthiones auro, quod dure patitur ab igne, tamen à calore illius minuitur ex Auer. 5. coll. 24. in fine: sic asini ferula, q̄ alia animalia necat, vt tradit Plin. lib. 24. initio, & plura ēt narrat lib. 11 c. 53. lib. 10. c. 23. & 72.

Dices conseruari à materia, sed contra, quia hæc nō magis appetit vnam, quam aliam qualitatem; neq; vna qualitas alteram conseruat, cum pugnet, neq; ab accidente ex illis resultante, vt patet ex dictis; ergo erit forma.

Tertio tollerentur morbi, & dolores, quia hi sunt, quando in materia est complexio dissentanea essentiæ rei, at ablatis formis substantialibus nihil potest esse magis conueniens, vel minus, cum natura omnia æquè respiciat.

Per formam res reducitur ad cōnaturalem statum.

14 Quarto ex experientia, qua videmus res si amoueantur per alterationem à proprio statu naturali, se ipsas reuocare ad statum connaturalem, sine alterius præsidio, vt vapor ad aquā; aqua ad frigiditatem, ferrum ignitum ad suam temperiem, &c. At hoc non potest proficisci primo à materia, quia indifferēs, sic etiam quātitas. Secundo, neq; ab accidente contrario, quod remanet in materia, quod scilicet se ipsum perficiat, tùm quia aliquādo est adeo exiguum, vt non possit vincere contrarium, tum quia iam secundum illum gradum non aduersatur, vt alibi; neq; seipsum potest intendere.

Tertio, neq; à reliquis partibus, quæ remanēt cum qualitate contraria, tum quia multo plures sunt affectæ qualitate contraria in aqua feruente, vt patet ex sensu, quare hæ potius p̄ualerent; tum quia id ipsum, quod supponitur nō videtur p̄babile, vt remaneāt adeo frigidę, A cū oēs partes aquę sint eiusdem rationis, & in applicatione ad agens non sit magnum inter ipsas discrimen, præcipue cum distantiores etiam alterentur, & magis etiam, &c.

Quarto, neq; ab ambien. e, nam in Balneo aqua frigidior est ipso aere.

Quinto, neq; à virtualibus qualitatibus, tū quia, cū sint occultæ nulla potiore ratione sūt ponendæ, quam formæ. tu quia non possunt sequi materiam, quia cum hęc sit in omnibus eadem, eadem etiā virtuales qualitates essent in omnibus; quare vt in aqua est qualitas virtualis vt reducat se ad frigiditatem, ita etiam ad calorem, & præterea se impedirent, quod etiam de igne dicitur. Neque sequuntur acci- B dentia, quia, vt qualitas virtualis reducendi ad frigiditatē sequitur frigus, ita opposita sequitur calorem, imò hæc deberet esse intensior, cum sequatur calorem intēsiorem; quare necessariò danda est forma vnde hoc oriatur, hāc rationem late prosequitur Fons. sect. 5.

Formæ substātiales probātur à formis ex operationibus animalium.

15 Quartum ex operationibus hæ autē à Fons. diuiduntur in proprias potentiarum, & in eas, quæ naturæ rerum tribuuntur. Ex primo genere ducitur argumētum, nam experimur res naturales, ita occupatas in actione vnius potentiæ, vt alterius, non attendat, vt, cùm quis intentus spectandæ vni rei, nec aliam etiam si applicetur, videat, neq; audiat sonum, imo ac- C cidit aliquem contemplationi intentum, neq; eos, qui ante se ambulent videant, neq; dolorē sentiant ex igne, vel ferro, hæc in animalibus, de qua re Ficinus lib. 13. Theolog. Plat. ferè per totum, dum probat materiam corpori dominari. Primo ab affectibus phantasiæ. Secūdo ab affectibus rationis, vt Philosophi, Poetę, Sacerdotes, Fatidici, quorum occasione multa dicit de somnijs. Tertio ab artium industria. Quarto à miraculis.

Ex operationibus inanimatorum.

In ijs vero, quæ inanimata sunt experimur, ita occupari aliquando, in superando contrario, vt eam partem, quæ à contrario vincitur, tueri non possint, quare superato iam contra- D rio, suis partibus restituendis dant operam, quę ex finitione virtutis, accidere dicunt Physici, quare debet dari vna aliqua vis, quæ omnibus pręsideat potentijs; cumq; omnibus operetur, quę cum sit finita, non potest simul omnibus cooperari. Neq; id tribuas solum spiritibus, quod ad vnam potentiam confluant adiuuandam, nam huius reddenda est ratio, cur potius ad vnam, quam aliam confluant potentiam, qua .n. virtute spiritus contra suam naturam ad pedes confluunt, cum volumus deambulare; qua ratione ad stomachum, ad digestionē.

Ex secundo generę operationum prob. 1. quia non potest reddi ratio cur aliquæ sint na- E turales, aliæ non, cur .n. aquæ calidæ non est naturale calefacere. Secundo quia videmus in diuersis subiectis easdem qualitates efficere diuersos effectus, nā in igne calor producit ignē in plātis auget, & nutrit, in animalibus præter auctionem, varias tribuit figuras, atq; in varijs formis varia temperamenta inducuntur, quæ

oriri

oriri non possunt ex qualitatibus; nisi vt sint
16 instrumenta alterius, à quo moderentur.

Imaginatio rei absentis nō potest referri in accidentia.

Tertio ex sensationibus animalium, nam visio rei absentis per imaginationem, nequit referri in accidentia, cum hæc non agant, nisi in rem præsentem; hinc Ficinus mira narrat de imaginatiua, nam mouet appetitũ ad voluptatem, dolorem, metum, tristitiam, &c. vnde Erasistrit⁹ ex pulsu cognouit, Antiochum esse captum amore Stratonicæ. Hinc fascinandi vis; hinc infectio fœtus ex rei cogitatæ nota; hinc variæ figuræ imprimuntur filijs à parentibus propter imaginem, quã dũ coeunt, vel casu, vel dedita opera afficiuntur. Hinc glutones saliuam in ore sentiũt similis saporis, ac res cogitata. Hinc Sophocles, & Dionysius tyrannus, tragicę victorię mentio subito obiere. & mater, viso filio ex cannēsi pugna redeũ e interijt, & imaginatio medicinæ etiam saliuã amaram efficit, aluusq; aliquando laxatur, & sępè ex commiseratione, dum dolet alteri cubitus, dolere suum miseranti videtur: ex metu vero ex alto loco despicientes aliquando ruimus, comę rigent, & quidam etiam ex singultu, & quartana conualuere propter subitum, & vehementem metum.

Varij effectus imaginatiuæ.

Hinc soluitur, quod ait Herodotus de filio Crœsi muto, quod cum videret seruum quẽdã paratũ ad accidendum Patrem, propter cupiditatem, & metum, exclamauit, ô *vir ne interficias Crœsum*, itaq; loquelam recuperauit.

17 At hoc genus spectant varij animalium instinctus, vt quod aranea telas texat ad muscas capiendas, quod formicæ alimentum reddant technis vtantur ad ferenda maiora pondera, humidum exiccant ad solẽ, sua latibula tripliciter diuidunt, in vna parte vescuntur, in altera cibus, in tertia mortuas deponunt; quod apes gaudeant compositione alueorum, quæ sunt exagona .i. sex laterum, item quod alcyonis alcedinisq; nidum in aqua conditum; aqua minimè euertit, vt Simpl. 2. phy. tex. 80. & Arist. 5. de hist. c.8. simile quid narrant Solin. & Plut. de crocodillo, qui cum oua exclusit, transfert ad eum locum, vbi eo anni tempore maius perueniet Nili incrementum, itaq; locum talem eligit, vt eo aquis aperto, non apertus ipse incumbat. Simile etiam Alb. de fibris quia ita domum construunt, vt dimidium intra aquam, dimidium extra, sita sit, vnde agricolæ cum in alto positum vident serunt in montibus, sin minus in vallibus serunt; hinc ēt spectat, id, quod de tygre dicitur, ꝙ visis hominum vestigijs alio trãsfert suos catulos: Cerui iuxta vias pariant timore ferarum, & alia multa, de quibus Arist. 9. de hist. 25. Plut. 6. de sagacit. animalium in grillo, & lib. vtra anima-
18 lia vtantur ratione Plin. lib. 8. 9. & 10.

Ex sympatia rerum.

Secundo loco ad hunc spectant sympatiæ, aut antypatiæ rerum, qualis est vis magnetis, quæ ex vna parte ferrum trahit, ex altera expellit. Tertium genus, quod trahit carnem. Quartum addit Card. quo illinita acus carnẽ sine dolore penetrat. Est quintum quod ferrũ ad austrum vertit, aliud ad aquilonem si ma-

A gnete *illiniatur* ex Alb. lib. 2. de miner. tract. 2. c. 11. ꝙ licet à Conciliat. differ. 61. & Card. ibidem non recipiatur probatur tamen à Scalig. exer. 112. & legendus Scaliger exer. 102. & Plin. lib. 26. c. 16. vbi etiam docet dari genus magnetis, quod trahitur à ferro, quod & dicit Card. sed Scalig. & Card. dicunt id esse quando ferrum est illinitũ magnete, & maius.

His adde à Francast. lib. de sympat. & antypat. c. 5. & 7. paruam flammam à maiori trahi, ab electro paleas; & adamante argentum; à magnete, & electro Aeliotropium, de quo Plin. lib. 2. c. 41. dragopogum, onithogalum, quę ad solem vertuntur. Similiter etheneis .i.
B nemora firmare nauigia potest, cuius rei duplicem causam assignat Francast. c. 8.

Ad hæc ex Auer. lib. 5. Collig. c. 3. arbor 19
Aegypti occidebat dum erat in Aegypto, & nutriebat dum extra. Item in terra latinorum refert ex Arist. esse duo flumina, ex quorum vno si biberẽt oues masculos gignebant; ex altero fœminas. Scamonea trahit Bilem etiam ex pede, Turbith. flegma.

Lapis lazuli melancholiam, quod non fieri qualitatibus elementorum probat Cõcil. quia cum calidi sit superius tendere, omnis medicina solutiua calida, & leuis educeret per vomitum, & grauis, & ponderosa per secessum, cùm tamen contra accidat, nam Agarius, & pulpa
C colloquintidæ, calidi, & leues per secessum purgant; at lapis lazuli per vomitum, & magnes trahit, & non est calidus, sic etiam scamonea per secessum, elleborum per vomitum.

Item aliæ sunt, quæ trahũt ex proprio mẽbro proprium humorem vt gummi serapinũ, quod trahit à neruis, & iũcturis humores flegmaticos grossos, & viscosos ex Auer. lib. 5. c. 21. sic etiam Bezahar est medicina habenti venenum, & venenum sano ibidem c. 23. & multa alia enarrantur in 5. lib. coll. vt oleum camomillę mitigare dolorem vẽtris, Plantaginis curare apostemata, fistulas, & materias pudridas. Item radices sedare dolorem dentium, aperi-
D re opilationes hepatis, & renum, cum frigida sit, & sicca.

Legendus Scaliger exer. 344. Frãcast. opusc. de symp. Plin. lib. 2. & lib. 28. c. 20. & lib. 24. c. 1. Vall. lib. 4. controuers. c. vlt. qui multa referunt de sympatijs, & antipatijs rerum, quę saluari non possunt sine forma substantiali Card. lib. 6. de variat. c. 22. Fernel. de obditis rerum fol. mihi 51.

Ex insitionibus.

Tertio insitiones argumento sunt dari formas substantiales, vt Ruta insita in ficum maxime viget sect. 20. probl. 18. Plin. lib. 19. c. 20
8. similiter vites brassicis, & contra aduersantur ex Plin. lib. 20. c. 9. & lib. 24. c. 1. & lib. 17.
E c. 24. vbi refert amicitias Rafani, & Lauri, & lib. 24. initio, origani, & cydamini.

Ad hęc spectant admirabiles insitiones, vt ex persico, & nucipersico malum componere, quod hac ratione efficies, vt si ex persico, & nucipersico ramos abstuleris nouellos, & feraces, ipsos spatio duorum digitorum circumsignabis, ita vt in medio gemæ collocentur, ac

cor-

cortices acuto gladio leniter, ne lędatur ligna, tellas, gemas p mediũ diuide, vt simul cōpactę coalescāt, ita vt cicatricis locus non appareat, sed gema vna videat. Deinde ex parte arboris maximè hilari, cæteris amputatis, corticem aperi, ita vt ferrum lignum non offendat, & tantæ quantitatis, vt gemæ par sit, tum liga, & luto munias, sic etiam Diophanes, docet inseri cotoneis, & piro, & malo, vt myrapidia nascantur; sic etiam malum, quod foris appareat persicũ, fructus vero amygdalā mētiatur.

Sic etiam ficus, plato, & moro inseritur, castaneæ, nuci, & quærcui, punicum omnibus delectatur, cerasum, persico, & terebinto, cydomum oxiacanthæ. Sic etiam, vt fructus sinę nucleo nascantur, medulla surculo est adimenda cultro osseo, & præstantius fiet, si quātum medullæ est excauatum, substitueris in eius locum scillæ bullum. Hunc surculum, vel defodito, vel inserito. Sic etiam si persicum inseratur salici, &c.

12 4. Conf. ex virtutibus gemmarum, de quibus Albert. lib. 2. min. tract. 2. Card. lib. 7. de subtil. & lib. 5. de variet. c. 18. & 19. Scalig. ex 94. 113. 116. 126. Plin. lib. 37. dioscor.

Ad hæc pertinent venena; vnde oppium ex Scal. dicitur sua frigiditate extinguit calidum hominis robusti, cum id aqua frigidissima in magna mensura nō faciat. Sic Napellus caliditate interficit. Sic venenum Scorpionum frigiditate, cum tamen qualitas in maiore gradu non efficiat; idem. Similiter calor naturalis strutio cameli aurum consumit, & non ignis vehemens. Similiter calor canis stomachum iuuat, non autem calor ignis, vel alterius. Torpedo stupefacit manum. Videndus Gal. lib. de virt. cordial. c. de proprietate.

Adde ex Conçil. diff. 71. §. propter secundum zaphirum antracem fugare, aurum cor ætificare, iaspidem, sanguinis fluxũ vndeiunq; comprimere, & coream ex naribus in cranio hominis virtus contra epolepsiam Auer. 22. coll. c. 329 & c. 522. & in ossibus virtus cōtra ægritudines iũcturatrum 3. tract. vlt. c. 9. nutrimenti actractio, quę fit à singulis membris, non nisi à forma substantiali fieri potest.

Ratio, qua prob. dari formas complectentes omnia supra dicta.

Ex his igitur hoc ducitur argumentum, qa huiusmodi operationes nō possunt esse ab aliquo accidente secundum propriam naturam sumpto. Nam omnia vel sunt qualitates primę & certum est has non producere eiusmodi effectus, cum in alijs videntur intensiores, non tamen habent eundem effectum: vel qualitates secundę, & neq; ob eandem rationem, nam sapor, color, perspicuitas, densitas, &c. reperiuntur in alijs substantijs; vel tertio ex complexione qualitatum, & neq; quia non potest, nisi moderari actionem qualitatum, quæ concurrunt ad mixtionem, & non dare nuuam.

Dices esse aliam qualitatem, quæ resultat ex complexione primarum, nam vt singulæ nō possunt producere formam, sed simul; ita neq; hanc qualitatem, & tamē potest resultare qualitas distincta ex tota complexione.

Resp. id non sufficere, quia vel est vna ex sensibilibus, & nullam videmus ex ijs, quę subiacent sensibus producere illos effectus, cum reperiantur in alijs subiectis magis intensæ, & pręterea illis mutatis, adhuc producere effectus. item si qua esset maxime esset calor, vel color, sed tam calor, quam color succini variantur, & in varijs varius est, cum sit idem effectus, & pręterea in auro, & serico est idem color, non tamen idem effectus.

Vel est diuersa à sensibilibus, & si est ponēdum aliquid insensibile, vt seruemus ea, quæ sub sensibus cadunt, melius est ponere substātiam, quæ magis est proportionata subiecto. Et Confirm. quia cum hæc qualitas pendeat à primis non debet habere quasi dominium illarum continendo earum actionem, quia nō habent maiorem connexionē cum subiecto qualitates insensibiles, quam sensibiles, cum vtrūq; genus qualitatum sit extrinsecum, (idest extra genus subiecti) quod non est in forma substātiali, quæ habet proportionem cum materia, vt proprius actus illius.

Ex his ita formatur argumentum, vel materia est ens essentialiter imperfectum, & partiale, & forma necessario debet esse substantia, nam materia debet perfici in genere substantiæ, alias esset perfecta in genere substantiæ, quare non partialis substantia; & præterea entia omnia haberent eandem essentiam, vel saltem non posset saluari conseruatio rerum, &c. vt supra, & composita in nullo genere essent. Vel materia est totalis substantia rerum. & tunc, vel vna omnium, & nihil differret essē 23 tialiter ab alio; vel saltem nihil esset vnum per se magis, quam aceruus lapidũ; vel est diuersa in singulis, & tunc tolleretur mutua actio; & præterea, vel esset tantum passiuum, & tota actio tribuenda esset accidentibus, quare accidens esset perfectius substantia; vel est actiuũ, & tunc vel omnia essent incorruptibilia, vel daretur creatio naturaliter: præterea nō agit se sola, cum videamus eidem conuenire oppositas operationes, & experientia docet actionē fieri per qualitates sensibiles, vel medijs accidentibus; & hæc si sensibilia non sufficiunt, vt supra. Si insensibilia, & hæc posteriora sunt primis, & magis extrinseca materiæ.

Confirm. quia certum est dari animam rationalem, cuius operationes referri non possunt in accidentia, vt cognitio vniuersalium, rerum spiritualium, reflexio; actiones liberæ voluntatis, & patet ex Concil. Lateranen. sub Leon. X. sess. 8. Vienensi sub Clem. V. vt habetur clem. vnica de sum. Trin. §. 2. ergo similiter in alijs, præcipuè animantibus dari debet forma substantialis, nam cum illis homo habet multas operationes communes, quare idem principium. Et Conf. quia ex homine videmus fieri alia animata, vel inanimata; quare vel remaneret dimidium ens essentialiter imperfectum, vel si remaneret ens perfectum, sequitur hominem non fuisse vnum per se, quia anima rationalis aduenisset enti in actu integro.

ART.

ART. III. Referuntur, & ſoluuntur argumenta aduerſariorum.

Plato ;

24 SEd contra formas ſubſtantiales 1. obijcitur Auct. Plat. qui in Thimeo pag. 483. in paruis, ***hoc aliquid non eſſe vocandum ignem, ſed igneum***, quare vnumquodq; vult debere vocari potius tale aliquid, quam hoc aliquid.

Reſp. negare eam denominationem ob fluxum formarum continuum in eadem materia, quare ideas tantum appellat hoc aliquid, vt ipſe ibidem explicat.

2. Obijcitur nam 2. de gen. à tex. 7. docet formas elementorum eſſe qualitates primas, vt ibi Philop. & tex. 24. eaſdem qualitates vocat differentias elementorum, quod ſequitur Alex. 12. met. com 12. & Galen. 1. de elem. & ſæpe differentias rerũ vocat qualitates 5. met. 15. 19. & 28. & 11. met. c. 11. & 4. Top. c. vlt. de qua re Simpl. in prædic. qualitatis.

Confir. quia ſubſtantiæ nihil eſt contrarium vt in prædicamento ſubſtantiæ, & 5. phy. 10. at formis eſt contrarium, vt apertè de elementis teſtatur 2. de gen. 24. & patet, quia ſunt actiuæ, & ſe inuicem expellentes ex eodem ſubiecto; at actio eſt inter cõtraria 1. de gen. 50.

Cur Ariſt. formas appellat qualitates.

25 Reſp. quis fuerit ſenſus Ariſt. dicemus lib. de gen. nunc ſufficit dicere formas appellari qualitates, quod, ignotæ cum ſint, deſcribũtur per accidentia, vel fortaſſe accipit elementa, vt actiua, & paſſiua ſunt inter ſe, quomodo earum differentiæ poſſunt dici qualitates, ratione quorum agunt inter ſe mutuo, & in mixtionem veniunt, quomodo Græci explicari ẽt poſſunt, nam de Galeno alibi. interim vide Fonſ. lo. cit. ſect. 6. qui ait Ariſt. non dicit eſſe formas, ſed facere formas.

Quæ immediatè inter ſe agũt ſunt contraria, non quæ mediatè.

Ad Confirm. contraria dici, quę immediatè inter ſe agunt, non quæ mediate, vt ſunt formæ ſubſtantiales.

Sed obijcitur, nam neq; nigredo, & albedo inter ſe eſſent contrariæ, nam non agunt.

Reſp. has dici contrarias non ita propriè, vt qualitates; præterea formę non ſolum non ſũt contrarię, ſed neq; oppoſitę, ſed dicuntur diſparatæ, nam oppoſita ſunt, quæ eam repugnãtiam, quam habent inter ſe, non habent cum alijs; at forma Leonis ità reſpicit eſſe cum forma equi, vt etiam repugnat eſſe cũ forma hominis, elephantis, &c. Vnde D. Tho. 1. phy. lect. 13. tex. 68. dixit formas non eſſe contrarias, licet differentiæ in genere ſubſtantiæ ſint contrariæ, vt vna dicat priuationem alterius.

26 3. Obijcitur ex Fonſ. propter tria videntur ponendæ formæ. Primo propter rerum naturalium conſtitutionem. Secundo propter earum diſtinctionem. Tertio propter operationes, ſed propter nullum horum; ergo: minor probatur, nam res per idem conſtituitur, per quod diſtinguitur ab alijs, ſed diſtinguitur res ab alijs per accidentia, tum quia ex illis cognoſcimus rerum diſtinctiones, nam alioqui cum ſubſtantiæ non ſint ſenſibiles, nũquam cognoſceretur diſtinctio illarum. Tum quia idem

A eſt principium diſtinctionis, & operationis propriæ, nam propter operationes formæ dantur. 2. cæli 17. vnde nos ex operationibus colligimus formarum diſtinctionem, ſed ad operationes rerum ſufficiunt qualitates, nam ſubſtãtia non eſt immediatè actiua de ſenſu, & ſenſibili c. 1. & Auer. 7. met. 31. dixit formas ſubſtãtiales, neq; eſſe actiuas, neq; paſſiuas eſſentialiter, quare etiam in operationibus ſupradictis debet poni accidens quoddam vnde immediate emanet operatio.

Et Confir. quia omnis potentia ad qualitatẽ pertinet.

Confirm. 2. quia Ariſt. & alij, cum volunt reddere rationẽ operationum, ſemper eas reuocant in accidentia, vt ſect. 1. prob. 42. ait elleborum purgare ſurſum, quia calidum, & leue. Scamoneam purgare deorſum; quia frigi-

B da, & grauis; quædam vero vtroq; modo, vt elaterium, de quo Plin. lib. 20. c. 1. & idem dicitur de ſucco Tapſiæ, & idem patet prob. ſect. 36. q. 17. & alijs, vt Ariſt. ſect. 30. prob. 1. vult ſtolidos eſſe, in quibus atra bilis frigida; ingenioſos, in quibus atra bilis calida.

Confir. 3. quia, vt toti complexioni tribuitur actio producendi formam, ita etiam debet tribui producẽdi effectum, qui tribuitur formæ, etiam ſi à ſingulis produci non poſſit, nam vt mixtum diſtinguitur eſſentialiter à ſingulis

C partibus, ita & eius actio.

Confirm. 4. quia in Logicis dictum eſt, poſſe dari ens connotatiuum, cui conueniat operatio, quæ non conueniat ſingulis partibus. 23

Confirm. 5. videmus perdi actionem, non tamen ſubſtantiam; ergo ex actione non colligitur ſubſtantia. Antecedens probatur à Conc. l. loc. cit. & Forliu. vt patet de aloe, quæ ante luſionẽ euacuat bilioſam ventris diſpoſitionem, ſed poſt luſionem pdit virtutem ex Gal. l. 8. de Simpl. Medic. facult. cap. 2. & Arbor Tranſplantata ex perſide in Ægyptum, ex venenoſa fit apta ad cibum.

Reſp. ex dictis patere neq; conſtitutionem 27

Cur accidentia & operationes indicant nõ ſint conſtitutiua.

rerum, neq; diſtinctionem, neque operationes

D poſſe ſaluari, quare ad 1. Reſp. colligi quidem ex accidentibus, & operationibus diſtinctiones rerum, non tamen illa eſſe principia diſtinctiua, & conſtitutiua, nã vnus poteſt habere multa accidentia, & operationes, cum tamẽ principium conſtitutiuum ſit vnum, neque omnes operationes fiunt per accidentia, vt patet ex emanationibus, quibus res perficiũt ſe ipſas; & operationes in extrinſecum, licet fiant per accidentia, vt per inſtrumenta, tamen debet poni forma, cuius virtute fiat illa operatio, vnde patet ad 1. Confirm. potentia enim immediate actiua in extrinſecum eſt qualitas. An autem ponendæ ſint qualitates occultæ negat Forliu.

An ponendæ qualitates occultæ.

E q. 50 c. vlt. quia ſufficit ponere qualitates ſenſibiles, vt inſtrumentum animæ, ſed deinde dicit eſſe probabilius ponere, quia ſæpè in complexionibus mixtorum manifeſtim appareant inclinationes contrariæ, & dicit eſſe à virtute cæleſti, ideo in indiuiduis eiuſdem ſpeciei aliquando nõ reperitur æqualiter, ſed de hac re

alibi

alibi. Illud autem certum esse debet, falli eos, qui cum negent formas substantiales, ponunt qualitates virtuales, & occultas, nam etiam vtrumq; genus formarum, cum non sit per se sensibile, potius debet poni substantialis forma, quę est magis proportionata naturæ, quam qualitas occulta, quæ est diuersi generis, atque ad eo improportionata.

Ad 2. Resp. id Arist. fecisse tum quia ex forma substantiali soluere difficultates ridiculum esset, & rusticis etiam peruius modus soluēdi, tùm quia adhuc quæri posset, per quæ instrumenta id efficiat, cum eadem natura sit principium plurium actionū, & hoc principiū immediatū quæri videtur, quod præsenti nostrę cognitionis curiositati satisfacit, sed cum vult inuestigare primam causam in formas substātiales refert, vt 1. a. 91. 2. a. 39.40.41. & 48. & alibi, quamuis rationes ibi allatę non sint verę, vt bene ibi Conciliator, sed sunt populares, vt supra retulimus, verum tamen accidentia multum conferre ad actiones, presertim animę intellectiuæ, vt scilicet repræsententur per species claras obiecta.

Ad 3. complexioni tribuitur actio efficiendi formam, vt instrumentum formæ, quare debet supponi forma, ex cuius variatione variatur etiam actio accidentium, vt diximus, nam calor struthionis, vt instrumentum animæ vegetatiuæ illius, aurum digerit, quod intensissimus egrus calor non efficit.

Ad 4. Resp. semper in ente connotatiuo dari principalem formam, ex qua fluit actio, licet, vt fluat aliud connotetur, tamē illa actio semper conuenit subiecto, immediatè quidem ratione accidentis, sed radicaliter ratione alicuius formæ, de qua re alibi.

Ad 5. Confir. Resp. concedendo perdi aliquando actionem, quia principium proximum actionis, vel destruitur, vel impeditur, non tamen inde sequitur non dari formas substātiales, quia cum ad actionem requirantur duo. Vno eorum impedito impeditur actio, non tamen sequitur alterum requisitum ad actionem ibi non adesse, vel non requiri ad actionem.

4. Obijcitur nam totam pulchritudinem

29 rerum videmus præstari ab accidentibus ergo similiter essentialem.

Mutuus nexus inter substantiam, & accidentia.

Resp. naturam bene omnia tēperasse, substantię enim tribuit præcipuam perfectionem in ratione essentiæ, sed ita, vt indigeret accidētibus, tum in operatione, tum propter sui ornatum, accidentibus autem tribuit agēdi vim, sed dependenter à substantia, quare factum, vt alterum altero indigens naturali vinculo inter se necterentur.

5. Forma est idem cum actione, at actio est accidens; ergo similiter, & forma. Resp. licet sint idem realiter, distinguuntur tamē formaliter. Sed contra entitas materialis actionis inhæret in materia, vt accidēs, quia est prius natura, quàm illi adueniat esse formæ; ergo (hoc esse) non potest dici substātia, quia adueniret entitati, quod est accidens, quare vel esset ratio formalis accidentis, vel saltem accidens transiret in substantiam.

Confirm. 1. quia formæ saltem materiales inhærerent in materia, vnde 2. phy. 4. *Subiectum enim quoddam, & in subiecto est natura semper*. Et tex. 12. ait non posse existere sine materia, at quod inhæret est accidens, non enim est alius conceptus accidentis.

Confirm. 2. quia substantia dicitur à substando, scilicet accidentibus, quare ita debet substare, vt illa non existat in alio, nam alioqui quantitas esset substantia.

Resp. pro solutione Not. nōnullos propter hoc argumētum dixere, solam materiam subsistere, formas vero inhærere, non tamen esse accidens, quia est pars constitutiua vnum per se, quod videtur posse confirmari ex Boet. in prædicamenta, qui vt refert Concil. diff. 17. propter primum in fine tres fecit substantias. *Vnam dictam hypostasim .i. materiam. Alteram vsiam, idest formam; reliquam vsiasim; idest compositum ex his*, Vnde Arist. dixit *accidens esse, quod est in subiecto, & non vt pars*, quasi diceret. Substantiam posse esse in subiecto, sed vt pars; clarius id asserit Dexippus lib. 1. in prædicam. cap. 21. vbi ait, *indiuiduum dici hoc aliquid ratione materiæ, quæ subiacet ratione formæ*, quod perfectum sit; ratione vtriusque, quod vnum numero sit, vnde dixit Auer. 7. met. 13. solum formæ substantiales habent subiectum ex natura earum, vt clarius Sax. tom. 1. Log. c. 7. & 1. phy. q. 1. dist. 5. & Philop. 1. de gen. tex. 8. subsistere habet non per se, sed in subiecto. Sed hęc doctrina, quam falsa sit, patet manifestè legenti Arist. nam ex hoc distinguit accidens à substātia in ante prædicamentis, quia *substantia non est in subiecto, accidens autem est in subiecto*, & in cap. de substantia ait, *esse commune omni substantiæ in subiecto non esse, etiam partiali, nam partes substantiæ, ita sunt in toto, vt in subiecto non sint*, & loqui de materia, & forma patet ex Boetio in c. de substantia Colon. Burl. vbi ait, Arist. ibi docere, conuenire etiā differentijs substantialibus nō esse in subiecto, licet non sint substantiæ, scilicet in recta linea prædicamenti substantię, & explicat Boetium, qui dixerat, *differentias esse mixtas ex accidente, & substantia* .i. ex Diuo Aug. quia secundum rem sunt substantiæ, secūdum modum prædicandi, accidentia, quod Confirmat Dexippus lib. 2. in prædic. c. 21. & optime omnium Caiet. in ante prædic. c. 2.

30

Cur forma, seu inhæreat, nō sit accidens.

Reijcitur opinio præcedens.

Prob. 2. nam accidens constituitur in esse accidentis per aptitudinalem inhærentiam, 31 vel saltem hæc est passio fluens ab intrinseco, & substantia, per esse per se; & quod dicunt esse substantiam, quia facit vnum per se, non satis philosophicè dicitur, quia ideo facit vnū per se, quia est substantia, & non contra, nam etiam differentia accidentis facit vnum per se cum suo genere, quare constituenda est ratio, in qua sita sit rō substātialis formæ, vnde oriatur vt sit proportionata materiæ. Cōf. ex Aug. qa substātiā, dicit, esse ad se lib. 1. de Trin. c. 4

Ideo alij, vt Burl. in predicamento substantiæ

Explicatur formam esse in materia, sed non vt in subiecto.

tiæ D. Tho. 1. de gen. lect. 24. tex. 84. esse in materias non in subiecto, & ex Auic. 6. met. dicunt substantiam accipi dupliciter. primo pro ente non existente in subiecto, quomodo materia, & forma dicuntur substantiæ. Secundo pro habente quidditatem existentem per se, & ita solum conuenit substantijs, quæ ponuntur in recta linea. sequitur Caiet. Concil. Colon. loc. cit. & optime Alex. 1. quæst. natural. c. 8. & 17. & Simpl. 4. phy. tex. 23. vbi Arist. refert modos essendi in alio, qui dicunt subsistētiam materiæ prouenire à forma, quod debet explicari, vt sit substantia perfecta. Quare Resp. ad Arist. non quodlibet esse in alio efficere, vt dicatur res inhærere in subiecto. nam Arist. 4. phy. 23. octo modos narrat essendi in alio. & Porph. in prædic. interrogat. 3. addit nonum, & ponit Caiet. hoc versu.

Octo modi essendi in alio.

Insunt pars, totũ, species, genus, ac quoq; forma:
Rex in Regno, res in fine, locoque locatum.

Quare Arist. definit accidens per *esse in subiecto*, & hoc definit *per esse in aliquo*. i. subiecto completo, vt Auer. & Caiet. Secundo, *vt non sit pars*, scilicet eius, in quo est, & per hunc excluditur forma, quia licet non sit in materia vt pars materiæ, est tamen vt pars existētis per materiam; at accidens, licet sit pars cōpositi accidētalis, vt bene notat Alex. nō tñ est pars subiecti existentis per materiam, quod est vnum totum. Tertia particula, *& impossibile est esse sine eo, in quo est*, quod additur, vt excludātur ea, quæ sunt in aliquo subiecto, & non vt pars, vt locatum in loco, &c. tamen ipsa possunt esse sine eo, vt vinum sine vase.

32 Ex his colligo formam esse quidem in materia, sed non per inhærentiam, sed subsistere dependenter, tum à materia, quod non conuenit animæ rationali; sicut humanitas Christi ex eo, quod sit in supposito, non dicitur inhærere, sed subsistere; & materia non dicitur inhærere supposito materiali, imo neq; genera indiuiduis, licet pendeant in existendo ab indiuiduis, & hoc necessario debent dicere omnes Thomistæ in eorum opinione de materia.

Forma non est in materia per inhærentiam.

Ex his Resp. ad argumentum. Dico primo propter hoc argumentum posset sustineri terminum distingui realiter à motu.

Resp. 2. rationem illam formalem actionis, & motus subiectari in entitate illa substantiæ, quæ vt est in termino dicitur forma, tanquam in subiecto, in materia autem dicitur substentari, vt forma substentatur. Vel Resp. actionem eductiuam procedere à materia, & efficiente in suo genere.

Ad 1. Confirm. Resp. negando inhærere.

Ad 2. substantiam dici, & à subsistendo, & à per se existendo. Primum est accidens illius, quod potest separari à substantia, vt scilicet actio substentet accidentia, & proprie conuenit substantiæ completæ, & conuenit etiam partialibus suo modo, non tamen omnibus respectu omnium, vt alibi dicemus; quantitas autem, vel non substat accidentibus, vt aliqui, vel saltem non vt primum substentatiuum, vt alibi diximus, at secundum per se

Quantitas an substat accidētibus.

conuenit substantiæ, vt in metaphysica.

A Sexto, ex Forliuiensi si forma danda esset maxime propter operationem, ex qua illā dari colligimus; at ex illa non potest colligi. 33

Primo, quia in vna re videmus plures operationes, vt in magnete expulsio ferri ex parte meridionali, & attractio ex parte septentrionali: in Aloe sunt partes attractiuæ flegmatis, & bilis, & partes non attractiuæ cum sint omnes eiusdem speciei in Napellis est vis hominis interemptiua, & turdi nutritiua.

Secundo corrupta forma substantiali manet operatio; ergo non prouenit à forma; antecedens patet de carne tyri, napello, & elleboro, & alijs plantis exiccatis.

B Tertio multa animalia eiusdem speciei cōtrariantur in operationibus, quę dicūtur prouenire à forma specifica, vt multi vinum naturaliter abhorrent. Videndus Alb. 7. de animal. c. penult.

Quarto, multa specie distinguntur, sed in operatione cōueniunt, vt turbit, & chartamo, quæ attrahunt flegma.

Quinto lumen est coloris productiuum, sed non per qualitatem vel materiā, ergo per formam specificam, sed nulla inest illi substantialis forma, ergo similiter species coloris est productiua [illegible]tionis, & non auditus, color rubens est motiuus sanguinis; & citrinus mouet ad exteriora materiam facientem ictēritium morbum. C Respondeo ex his operationibus colligi potius dari formas substantiales istorum, quæ ob suam perfectionem indigent varijs accidentibus, tanquā instrumentis, per quę operentur; vnde etiam forma substantialis, licet sit formaliter simplex, & eiusdem rationis, tamen virtualiter est composita, & diuersæ rationis, quatenus scilicet habet virtutem operandi diuersas operationes, quod experientia patet, nā quo forma est nobilior, eo potest plura operari, etiam si sit in se formaliter simplex, vt cōstat in anima rationali, & ex hoc patere potest ad singula, quæ adducit Forliuiensis. nam primū, quod de magnete affert, id referri potest ad D influxū cæli diuersum ex vna parte, & ex alia coadiuuantem actionem magnetis; quod idem influxus proueniens ab austro trahens ad se ferrum adiuuat magnetem ad expellendum ferrum versus austrum positum, & adiuuat ad attrahendum positum versus Aquilonem. Cōtra vero influxus proueniens ab Aquilone expellit ex se ferrum versus magnetem. 34

Forma substātialis formaliter est simplex, sed virtualiter multiplex.

Vel 2. Resp. id nō esse in omnibus magnetibus, vt recte notat Alb. lib. 2. de mineralibus tract. 2. c. 11. sed solum in aliquibus, vnde dicendum est cum Arist. illam speciem magnetis esse distinctam ab alijs speciebus, atq; adeo habere formam diuersæ rationis ex vna parte, E & ex alia, atque adeo in illis partibus habere virtutes diuersas. Neque id mirum, quia Alb. loc. cit. refert Federicum Imperatorē habuisse magnetem, quæ non trahebat ferrum, sed trahebatur à ferro, & Arist. apud Alb. refert aliud reperiri, quod trahit carnes humanas. Verum qualiscunque sit causa huius diuersitatis,

Variæ magnetũ qualitates.

tis, certe inde nõ potest probari non dari formas substantiales, nam si hęc diuersitas operationum non potest saluari per formam substãtialem, multo minus per formam accidentalem, quæ est imperfectior, & ex his patet ad alias experientias.

Ad 2. instãtiam Resp. ibi esse formam substantialem, à qua proueniunt illæ operationes, nam corrupta vna aduenit altera, quæ formæ sicut conueniunt in aliquibus accidẽtibus dispositiuis, ita habent similitudinem etiam in aliquibus operationibus, licet semper cùm aliquo discrimine, quod vni magis, vel minus perfectè alteri conueniunt.

Ad 3. Resp. id non esse mirum ob varia principia indiuiduantia, licet, sæpè id potius proueniat ex imaginatione, vel consuetudine, vel ex aliqua alia causa accidentali.

Ad 4. semper, quæ specie differunt distinguuntur in aliqua operatione, vel modo operandi, etiam si in alia conueniant ratione gradus generici.

Ad 5. alibi dicemus quomodo lumen producat colorem, illud autem videri certum nihil inde inferri posse contra formas substantiales, vt patet intuenti.

QVAESTIO TERTIA.

De modo, quo formæ substantiales existunt, & vnde habeant existentiam.

PRobatum est dari formas substantiales, nũc videndum est vnde illam existentiam habeant. quare sit.

DVBITATIO PRIMA.

An formæ naturales præexistant in materia ante actionem agentis naturalis secundum totum esse earum formale, vel aliquid illarum.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 DIfficultas huius dubitationis, inde oritur, quod cum agentibus nãlibus denegetur vis creatiua, & tamen non apparet, quomodo ex vi agentium naturalium possint formæ de nouo existere secundum totum esse ipsarum, vnde suspicati sunt aliqui ibi non de nouo ꝓduci formas, sed præexistere latentes sub materia; ac ex vi agentium naturalium solum detegi, & tolli impedimentum, quo impediebantur apparere. hinc.

Opinio ponentiũ formas oẽs existere extra materiam.

1. Opinio fuit eorum, qui finxerunt formas omnium rerum existere in vniuerso extra materiam, ex quibus aliquæ adducuntur ad informationem materiæ preparatæ ex vi agẽtiũ naturalium, quomodo de intellectu philosophatus videtur Auer. dum fixit intellectum esse extra hominem, & illi vniri, dum phantasia est debitè præparata ad recipiendum intellectum: neq; ab hac opinione visus est dissentire Pyctagoras, dum trãsmigrationem posuit animorum ex vno corpore in aliud.

Verum sicut nemo, expræsè ex antiquioribus, vel recentioribus hoc figmentum somniauit, itàneq; est cur laboremus in eo refutando, cum hi cogantur concedere omnes formas esse subsistentes independenter à materia, atque adeo spirituales, & incorruptibiles, cuius dicti falsitas est à nobis alibi probanda. Quare.

2. Opinio est Anaxag. apud Arist. 1. phy. à tex. 35. 1. de gen. c. 1. & 2. 1. met. sum. 2. c. 2. & tex. 10. & 16. putauit in qualibet re latere infinitas formas cuiuslibet rei, quare in productione rerum nihil de nouo producitur, sed tantum extrahi, vt apparerent, putauit: quam fusè Arist. ibi 1. phy. à tex. 35. confutat primo quod compositum esset ignotum, nam infinitum est ignotum, quod ex Iauel. q. 17. debet intelligi tantũ de infinito quantitatiuo, & non de ipsa ratione formali infiniti, sed de natura substrata, secundo multis alijs reijcit, vt videre licet in tex. ex quibus refutatur, ẽt opinio Democriti, & Empedoclis, qui videntur posuisse in materia præexistẽte omnes formas vt rectè Tromb. lib. 12. met. q. 6. circa initium, & Iauel. 1. phy. tex. 21. vbi etiam disputat an sit irrõnabile in infinitis esse infinities infinita. 2

In singulis rebus infinitas formas latere.

Tertia est dicentium in materia esse duplicem potentiam; alteram passiuam secundum quam materia est apta recipere omnes formas, qua ratione ab Arist. dicitur neque quid, &c. 7. met. 8. Alteram formalem, secundum quam est facilitata ad recipiendum formas, & hanc esse vnam respectu omnium formarum asserunt Auic. 1. tract. suæ suff. c. 2. & Lincon. libello de luce qui ponunt formam corporeitatis coeternam materiæ inchoatiuam omnium formarum corruptibilium ex Arist. 1. phy. 50. *principia oportet semper manere*, & citatur Auer. 1. met. 17. *dicens materiam recipere formas vniuersales*, tribuitur Scoto apud Sotum q. 7. sed falso, vt alibi, & hanc formam dicunt esse velut habitum in materia inclinantẽ ad ea, quæ sunt generanda, in quo omnes formæ, cũ habeant esse possibile, non sunt distinctæ, sed confusè, nam ex 7. met. 49. *actus est, qui distinguit* quomodo differentię debent esse vnũ in genere, species autem continentur in esse distincto per differentias, ita formæ habent esse confusum in forma illa communi, sed deducuntur ad esse distinctum per qualitates, & dispositiones diuersas, quæ opinio supra confutata fuit. vnde. 3

4. Opinio est dicentium, cuiuslibet forma in materia esse propr um inchoatiuum. In hac tamen sunt varij modi dicendi. Nam primo Aureol. 2. d. 18. Sotus 1. phy. q. 7. & alij apud Gratiadeum quæst. 5. & Anton. Andr. 7. met. q. 11. dicunt formas habere plures gradus, ex quibus semper remanet aliquis in materia, qui deinde vi agentis naturalis perficitur cooperãte illo gradu, qui est in materia donec educatur tota forma, & ideo nõ dicũtur creari, &c. sicut accidentia dum intenduntur dicũt magis radicari in subiecto sine productione nouæ entitatis. 4

2. Alij

2. Alij apud Dur.2.d.18.dicunt formas prę-
cedere in materia ſm̃ poſſibilitatẽ , quæ poſſi- A
bilitates fiunt actu vi agentis nãlis, nam idem ,
quod eſt in potentia fit actu, quod ſi non eſſet
in materia, tunc diſtinguerentur vt ens, & ni-
hil, quia forma in potentia nihil eſſet , ſi nihil
eius præexiſteret in materia realiter. Et ad has
mihi videntur poſſe reduci, qui apud Gratiad.
dixerunt formas ſm̃ totam nãm præexiſtere in
materia ſm̃ eſſe confuſum, accipere tamen eſ-
ſe diſtinctum ab agente naturali, & alij etiam ,
qui dicunt præcedere ſecũdum eſſe incõple-
tũ, ſed vi agentis nãlis accipere eſſe cõpletum.

3. Alij apud Ant. And. dicunt totam for-
mam præexiſtere in materia, ſed vi agentis na-
turalis tantum vniri, vt informet .

5 4. Alij apud Tromb. loc. cit. dicunt , hoc B
inchoatiuũ non eſſe aliud , quã forma ipſa ſm̃
eſſentiam, quæ forma ſm̃ eſſe eſſentiæ eſt ipſa-
met potentia materiæ, formalis tñ ; vnde ſicut
forma in eſſe completo , ſeù exiſtẽtiæ eſt actus
materiæ, ita ſm̃ eſſentiam eſt potentia; quare ,
cum generatur compoſitum , vt terminus to-
talis, forma generatur, vt terminus formalis ſm̃
exiſtentiam tantum, ita Alb. 1.phy. tract.3 c.3.
& 15. Sed aliqui explicant hanc ſententiam ,
vt per illud inchoatiuum , ſeù habitum nõ in-
telligat aliud, quam potentiam ipſam materiæ,
quod videtur colligi ex cap. 3. vbi comparat
mãm generi, quod continet differẽtias, & flu-
xui albedinis in dealbatione , nam cum ſubie- C
ctum aliquod ex nigro fit album conſiſtit in
medio .i. debet æque diſtare ab vtroq; extre-
mo .i. ſumma albedine, & nigredine; quare ſi-
cut illud medium ſecũdũ poteſtatẽ eſt vtrũq;
extremũ, ita materia ſm̃ poteſtatẽ eſt duæ for-
mæ oppoſitæ , quæ ſunt principia generis , &
melius explicat 8.phy. tract.2. c. 4. & bene
explicat Sonc. 7. met. queſt. 23.

6 5. Sententia eſt dicentium nihil formę prę-
cedere in materia, ſed totam entitatem formę
de nouo produci; ita Auic. & Plato apud Alb.
tract. 3. cap. 15. Gratiadeus quæſt. 11. Vall.
1.phy.q.8.Sotus q.7.Fland. 7. met. q.17.ar.5.
& D. Tho.1.p.q.45. ar.8. & 7.met. lect.7. & D
2. d. 18. q.1. ar. 2. 1.p. q. 90. art. 2. ad 1. vbi
Caiet.Dur.2.d.18.q.2. Tromb. 12.met.qu. 6.
Niphus 7. met. diſp. 11. Sonc. ibidem q. 27.
& 28.Ant. And.q.11.& de tribus princ.q.1.de
formis.Simon Portius lib.1. de princ. cap. 6.
Cap.2. d.17. q.1. concl.1. ad argumenta Sco-
tus ibidem d.18.q. vnica Canon. 2. phy. q.1.
Fern.1. de abditis c. 6. 7. 8. & 9.Achill. 1. de
elẽ.d.6.Sax.1.phy. q.18. Her. tract. de vnitate
formarũ q.3.Buri.2.phy.q.21.Iau.7.met.q.13.

Formam non præexiſtere in materia ſecundũ aliquid ſui , ſed ſecundũ ſe totum de nouo produci.

Hi tamen diuiſi ſunt, nam Plato, & Auic.di-
xerunt formas non produci ab agentibus na-
turalibus, ſed à ſubſtantia ſeparata, vnde Pla-
to introduxit ideas, à quibus res producerẽn- E
tur. Auic. autem intelligentiam quandam vo-
catã colcodeam, vt Auer.7.met.31. & 12.met.
18. D. Thom. 1. p. q. 66. art. 4. & q. 45. art.
8. Tromb. 12. met. quæſt. 6.

Alij autem produci vi agentium naturaliũ ,
licet vix poſſunt ſe extricare in modo proce-
dendi, vt infra.

Sed inter hos eſt aliud diſcrimen, quod ali-
qui volunt formas non diſtingui à materia, niſi
vt modum à re modificata, quatenus res inter-
minata diſtĩguitur à terminata, ita Aure. Bone.

Alij autem diſtingui à materia realiter , vt
cæteri omnes .

ART. II. Opinio Auctoris .

PRima Concl. in generationẽ , vt tota enti-
tas materiæ ſupponĩ, ita tota entitas for- 7
mæ de nouo incipit . Prima pars patet ex 1.
phy. Secunda pars patet ex Tol.1.de gen.q.2.
tùm ex difficili redditu rerum mortuarum ad
vitã; tũ ex operationibus, vt ipſe fusè explicat ;
tùm quia hoc differt forma à materia , & cõ-
poſito; nã compoſitũ verè fit ex aliqua ſui par-
te præexiſtente.ſ.materia, forma verò ita inci-
pit, vt nihil eius præexiſteria; tùm quia fruſtra
eſſet omnis actio agentium, & quodlibet poſ-
ſet efficere quodlibet, nam agens , vel aliquid
de nouo producit , & habetur intentum : vel
nihil, & tunc ſemper manẽt in eodẽ ſtatu res .

Forma ſecundũ ſe totam de nouo incipit.

2. Concl. ad has formas producendas na-
turaliter requiritur facultas naturalis cauſarũ
nãlium, tàm agentiũ, quã patientium. Prob.ex
Aug.3.de Trin. c.7. & 8. vbi docet, *omnium,
quæ ad oculos noſtros prodeunt , occulta quæ-
dã ſemina in elementis mundi latere, per quæ
illa, quæ in occulto erant in apertũ progredian-
tur;* at huiuſmodi rationes ſeminales non ſunt
aliud, quam cauſatũ naturalium facultates, vt C
D. Tho.1.p.q.15.ar.2.Dur.2.d.18.q.2.Heru.
ibidem q. vnica ar.3. & tract. de materia cæli
q. 2. Ægid. in 2.d. 8. Cap.1. d.42.q vnica ar.
3. Vdalricus lib 4.ſumma Hẽr.quodl.4.q.14.
& rõ, quia omnes effectus, qui prius non erãt,
& poſtea ſunt , debent deduci ex vi cauſarum
ſuarum ad eſſe ; ſed non poſſent reduci ex vi
cauſarũ ſuarũ ad eſſe; ſed nõ põt reduci ad eſ-
ſe , niſi contineantur in virtute cauſarum , &
ideo dicunẽ latitare in cauſis tãquã in ſeminib.

Requiritur ad producendas formas vis naturalis in agẽte, & materia.

3. Concl. Non eſt neceſſarium ponere ali- 8
quam formã præuiã ad generatione rerum, nã
illa poneretur ad concurrendum effectiue in
productione nouę formę, & manet difficultas D
quo modo producat ex nihilo formæ , & tñ nõ
creat , & præterea habet nonnullas alias diffi-
cultates, vt infra. Vel ponitur, vt cõcurrat for-
maliter tanquã parſ, & habet difficultatẽ, quia
forma nõ eſſet phyſicè quid ſimplex; & Conſ.
quia formæ ſpecificæ, vel continẽtur in mate-
ria ſm̃ propriã rõnem ipſarũ, & tũc plura op-
poſita eſſent in eodem, quia continerentur ſm̃
eum gradum eſſentiæ , ſm̃ quem pugnant: vel
non continerentur ſm̃ aliquid proprium ipſis
formis, & tunc ſecundum illud non haberent
inchoatiuum, ſed de nouo exiſterent. Conſ.2.
quia daretur quintum corpus commune ele-
mentis, & elementatis contra Ariſt. 1. phy. & E
1. met. Conſ. 3. quia non apparet quomodo
ex illis duabus formis efficeretur vnũ ens per
ſe in actu, de qua ratione Sot. q.7. art. 1.

Ad generationẽ formarum nõ eſt neceſſaria forma præuia exiſtens in materia.

Vel poneretur ad concurrendũ materialiter
ad productionem nouæ formæ, & contra mqt 9
Tromb. nam fruſtra poneretur; nã vel ponere-

tur tanquā deferens transmutationem substā-tialem; vt dixit Auer. 1. phy. 63. 71. & 12. met. A 6. & non, quia cū illa forma iam ponatur præexistere non apparet quomodo deferat transmutationem substantialem, vel ad recipiendā transmutationem substantialem, & neq; quia cum transmutatio sit actus subiecti, vel erit actus materiæ, vt distinguitur à forma, aut formæ, vel vtriusq; Non primum, quia vt subiecti transmutatio est actus, id perficit immediate terminos transmutationis contra opinantes. Non secundum, quia generatio nō est primo, & per se actus formæ, vt subiecti 1. phy. & infra de gen. Non tertium, quia generatio substantialis esse motus contra 5. phy. 7. & 8. & idem sequitur ex tertio. B

2. Prob. aut forma specifica addit aliquam entitatem supra formā generis, aut nihil. Non sm̄, tum quia differentia essentialis est aliquid distinctum à genere 7. met. 43. Tum quia nulla esset generatio specierum, si nihil vlterius produceretur. Si primum ergo id generatur ex nihilo sui. Et Conf. quia vt genus habet vnitatem distinctam ab vnitate speciei 5. met. 12. ita forma specifica à forma generica, sed per propriam vnitatem vnumquodque indistinctū est in se, & distinctum ab alio; ergo in forma corporeitatis formæ specificæ sunt distinctæ, & non confusè.

Præter entitatē materiæ nō est necessarium aliud inchoatiuum.

4. Concl. Non sunt ponēda inchoatiua for- C
10 marū in materia præter ipsā entitatē materiæ. Probatur nā illa inchoatiua, vel nō sunt distincta realiter ab essentia materiæ, & tūc nō erūt pars formæ, quia hæc distinguitur à materia, vel distinguūtur, & tunc, vel est eadem entitas cū forma producta, & sequitur; aut esse infinitas entitates in materia saltē sincathegorematicè, cum formæ indiuiduales infinitæ produci possent; aut vna entitas identificabitur cum formis pœnè infinitis realiter distīctis, aut vna entitas mutabitur in aliam, quod est impossibilius creatione; vel distinguitur ab entitate formæ, & remanet difficultas de creatione, & addit alias. Primo, nam nō pōt explicari quo- D modo sint in materia, quid efficiant, qua actione sint vnitę materiæ, nā si illæ formæ præexistentes sm̄ essentiā sint corruptibiles, vt sic, & tunc generabile, & corruptibile non conuertuntur contra 1. cæli 126. nam formæ illæ nō sunt generabiles; vel non, & tunc idem numero posset redire, quia agens potest reducere ad actum, quod est in potentia materiæ, quia illa potentialitas, vt non est producta per agēs ita neq; corrumpitur.

11 Conf. quia in aqua, & terra sunt diuersæ inchoationes respectu formæ leonis; ergo cum concurrunt ad generationē leonis vtraq; debet reduci ad actū perfectum; quare per duos E terminos, quia vna inclinatio pficitur per vnū terminū. Et Confirm. quia illæ inchoationes numero distinguuntur, & realiter, quia in distinctis subiectis.

Tertio, quia forma, quæ est in materia est ratio agendi supposito, nā cui cōuenit esse per se, conuenit agere per se; sed non pōt esse ratio agendi supposito iam existenti, quia corrūperet se ipsum, neq; supposito extrinseco, quia nihil formaliter agi, nisi per formā, q̄ est in ipso 2. a. 24. neq; materia est principium agendi.

Forma non est materia secundum essētiam, & non secūdū existentiam.

Ex his vlterius sequitur formā nō posse esse materiā sm̄ essentiā, & nō sm̄ existētiā, tū quia nihil pōt existere sine existentia, at nihil existit āte quā producatur, tū quia nō simpliciter formæ producerētur, sed tm̄ sm̄ accidens, nā existētia est accidens, vt rectè deducit hanc mām Tromb. Tertio, sequitur formas non habere esse actu in materia ante ipsarum productionem, quia id, q̄ præexistit non producitur, tū qa, cū forma existit in mā, iā cōstituit cōpositū Quarto, sequitur nō bene dici esse formas sm̄ esse remissum, seu imperfectū deinde actione 12 agētis intēdi, & pfici. Primo, quia ex 8. met. 10. formæ substantiales nō suscipiunt magis, &c. atq; adeo nō successiuè, sed in instanti acquiri p sui esse. Vnde 5. met. 20. dr̄ ad substantiā nō esse motū. Secundo, aut oēs sunt eiusdē rōnis, & tunc ab agēte pōt produci vnus, ità & alter; & sicut vnus est corruptibilis, ità & alter, si diuersæ rationes sequitur id, quod producitur produci ex nihilo sui. Dices poni, vt coagat cum agente nāli: sed cōtra, qa id nō est necessariū, & materiæ potius sit pati, quā agere.

Cōf. ex Tromb. quia nulla forma agit in subiectū propriū præcipuè actione substantiali, quia vel generaret, quia se ipsū pficeret substantialiter, vel cōtra Arist. 2. a. 47. vel duæ formæ substātiales, vel accidētales essēt in eodē subiecto cōtra dicta 5. met. t. 16. & ibi Trōb. q. 7.

Cōf. quia in essentialiter ordinatis, & eiusdē rōnis agens continens virtualiter gradum perfectiorē, continet virtualiter quemlibet inferiorem; ergo agens producens gradum perfectiorem formæ potest inferiorem.

ART. III. Afferuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

SEd contra hanc conc. 1. Obijc. nā 2. phy. 13
3. dr̄ nām esse principiū motus, &c. eius in quo est; sed hoc principiū existens in rebus nālibus, nō est passiuū, quia non est id, in quo aliquid recipitur, sed est in principio in alio, at principiū in alio est forma, tunc sic materia nō est forma corrūpenda, quia coageret ad sui corruptionē, neq; pducēda vt sic, quia nō existit, & nihil se ipsū producit; ergo erit aliquid formæ generandæ præexistens in mā. Conf. 1. quia natura principalius dr̄ de forma, quā de mā 2. phy. 12. sed in omnibus requiritur materia habens rōnem principij passiui, ergo etiam forma habens rōnem actiui. Conf. 2. ex 2. phy. 3. vbi Arist. ait artificialia distingui à nālibus, quod illa nō habeant principium intrinsecum sui motus, naturalia habeant, at hoc principiū non intelligitur de passiuo, quia æqualiter est in vtrisque, ergo de actiuo, vnde tex. 78. ait, *si Domus esset eorum, quæ à natura fiunt, ita fieret, sicut nunc fit ab arte*, & 86. ait, *si naui factiua esset in lignis, efficeret nauim*, sed ab arte efficitur à principio actiuo; ergo in rebus naturalibus est intrinsecū principium actiuū.

Et

Et Conf.3. ex 6.met. 1. vbi probans phyſicam non eſſe practicam, probat, quia principium factibilium eſt in faciente, vt ars, & intellectus, at in naturalibus eſt in re; at illud eſt verum de actiuo; ergo etiam in hoc, vt tollatur ęquiuocatio in eodem ſyllogiſmo.

Confirm. 4. quia 7. met. 29. in generatione naturali ait eſſe aliquod principium actiuum, quod eſt pars formæ, nam idem patet in motu locali: ergo etiam in generatione.

14 Reſp. ad 1. ibi accipi, tàm pro principio paſſiuo, quam actiuo, & cũ dr̃ paſſiuũ non eſt in alio. Reſp. quod ſicut actiuũ nõ eſt, quod agit, ſed quo, ita paſſiuũ eſt id, quo aliquid eſt receptiuum, quare materia eſt principiũ compoſiti in quo eſt motus. Ad 1. Cõf. Reſp. ſemper reperiri materiã, & formã, vt conſtituũt cõpoſitũ, nõ tñ eſt neceſſariũ, vt reperiatur principiũ agens intrinſecum, vt reperitur paſſiuum, quia hoc debet etiam conſtituere.

Principium in definitione naturæ accipitur pro actiuo, & paſſiuo.

Ad 2. Reſp. 1. differre in principio paſſiuo, nã materia ad formas artificiales eſt in potẽtia neutra, vel recipit contra inclinationẽ, vt patet in formis, quæ fiunt per diuiſionem, vel ordinationẽ partiũ in continuo, vt domus, in qua lapis ſuper ponitur lapidi, quare artificialia habent quidẽ principium paſſiuũ, ſed non nãliter inclinatũ, qa aliqñ eſt potẽtia paſſiua, ſine aptitudine, vt in lapide ad eſſendũ ſurſũ, aliqñ aptitudo ſine potentia paſſiua, vt cęcus ad vidẽdũ. Ad aliud ex tex. 78. Reſp. ibi tm̃ velle oſtẽdere, quod ſicut ars agit per determinata media vſq; ad finẽ principaliter intentum, ita, & natura, quare ſi domus fieret à natura idem ordo ſeruaretur, qui ſeruatur ab arte.

Aptitudo aliquãdo ſine potentia paſſiua, & hęc ſine aptitudine.

Ad tex. 86. Reſp. ibi velle probare naturã agere propter finẽ, nã negatio deliberationis, nõ eſt cauſa negationis actionis propter finẽ, ſicut neque affirmatio deliberationis eſt cauſa adæquata actionis propter finẽ, & probant, qa ſi ars nauifactiua eſſet in lignis, adhuc ageret propter finem.

15 Ad 3. Cõf. Reſp. Auer. ibi diſtingui ſciẽtias ex obiectis, quod obiectũ practicæ habet obiectũ in nobis ſpeculatiuæ aũt non ita; Sed contra, quia Ariſt. ait phyſicã eſſe circa obiecta in quibus eſt principiũ motus, & ſtatus, quare videtur aſſerere principiũ obiecti ſpeculatiuæ eſſe in ipſis, & debere intelligi de actiuo patet, qa illud negat ab artefactis in ſeipſis, &c. Ideo alij in hoc diſtingui, quia omne ens naturale habet principiũ actiuũ alicuius motus naturalis, non tñ ſuæ generationis paſſiuæ nãlis, at artefactibile nullius. Sed contra, quia ſequeretur non diſtingui ſpeculatiuam à practica, niſi reſpectu motuum, quorum principium eſt in obiectis, quare non eſſet differentia vniuerſalis.

Quomodo ſciẽtia ſpeculatiua diſtinguatur à practica.

Ideo alij 3. principiũ artificialiũ per ſe ordinatũ ad eſſe eorũ, vt artificialia ſunt, eſt in agẽte per cognitionẽ. Sed nõ omne principium phyſicũ per ſe ordinatum ad eſſe rei naturalis eſt in agẽte, ſed aliquod eſt in paſſo, quia actio naturalis dependet, vt naturalis principaliter à principio paſſiuo exiſtente in re mota, ſed ars non accipitur à paſſo, ſed penes intellectum, & voluntatem.

A Ad 4. Reſp. ex S. Tho. & Alenſ. ibi Ariſt. ǫrere cur quædã fiunt à caſu, & ex arte quædã verò ſolũ ex arte? & Reſp. quia ǭdã artificialia habent aliquod principiũ adiunctũ, quod efficit formam artificioſã, vt calor efficit ſanitatem, ſiue excitetur ab arte, ſiue à natura, ſeu virtute vegetatiua corporis; quædam vero non habent, non tamen ex hoc ſequitur in nãlibus debere aſſignari principiũ actiuũ intrinſecum ſuæ generationis. Et cũ dicit, *exiſtere aliquã rei partem*, Alenſ. intelligit aptitudinem formæ, quæ aliqñ põt deduci ad actũ per naturã, aliqñ non niſi per artẽ, dr̃ autem *aptitudo pars formæ*, quia ſicut impoſsibilitas fugit rem, ita poſsibilitas accedit maxime ad rem, quare tota forma precedit ſub eſſe potentiali, & tota

Cur quædam fiant caſu, & ex arte, quædam vero ſolum arte.

Cur aptitudo dicatur ab Ariſt. pars formæ.

B producitur ſub eſſe actuali Trób. vero intelligit non partẽ formalẽ, ſed virtualẽ quatenus eſt in materia forma aliqua, quæ effectiue, vel diſpoſitiue contineat virtualiter formã generãdã. Ad id de motu locali eſt diuerſa rõ, quia ſupponitur id, quod mouetur, & tantum locus ponitur, vt acquirendus, imò retorqueri poſſet, &c. quia nihil loci præhabetur.

2. Obijc. quia omnis generatio eſſet violẽta, nã ex 3. eth. 1. violentum dr̃, cuius principium eſt extra non conferrente vim paſſo; at ſi aufertur vis actiua à materia nullam conferret vim. Dices conferre, quia recipitur. Sed contra, quia ſic omnis motus eſſet naturalis, quia 17

C ſemper recipitur in materia.

Reſp. ſubiectũ conferre vim cũ inclinatur ad motũ illũ, neq; tñ omnis erit nãlis, nam aliquis repugnat materiæ rõne formæ. Sed contra, quia omnis generatio eſſet violenta, nam rõne formæ, quæ eſt in materia ſemper repugnat illa actio. Reſp. ita eſſe ſi reſpiciatur materia, vt eſt ſub forma corrũpenda, at ſi reſpiciatur ſm̃ ſe, vel vt habet diſpoſitiones formæ producendæ, ille motus, eſt naturalis, & vt bene, ait Burid. ibi *conferre vim*, non debet intelligi coagendo, ſed non reſiſtendo, & in contrarium nitendo, ita vt paſſum contra nitatur agenti, & Burl. addit actionẽ non eſſe violen-

Explicatur quomodo paſſum dicatur vim cõferre ad motũ naturalem.

D tam ſi homo per appetitum ſe moueat ad rẽ, licet appetitus ſit motus ab extrinſeco.

Sed obijcit Gratiadeus ſi eſſe in potentia materiæ eſt ſolũ eſſe in potentia paſsiua, tunc 18 anima rõnalis educeretur, quia eius productio dr̃ materialis, quare nõ habet potentiã naturalẽ ad illã, quod eſt falſum. Vnde colligitur potentiam naturalem reſpectu formarum corruptibilium non eſſe pure paſsiuam.

3. Obijc. 2. phy. 15. vbi priuatio dr̃ ſpecies, & natura, quod nõ eſt verum, niſi ponatur forma, quę ſub eſſe imperfecto ſit priuatio reſpectu ſui ipſius perfectę, & Auer. 1. phy. 79. dicit ſi materia in ſua natura eſſet formata, non reci-

E peret omnes formas, niſi ens generaretur ex ente, ſicut ſi in ſua natura eſſet priuatio ſimpliciter, tunc omnino nihil generaretur, & com. 62. ait ſicut generatio albi, vt motus, indiget ſubiecto, & oppoſito ſuo, ita tranſmutatio in ſubſtantia, & in *ſpermate, inquit*, non ceſſant partes ſpermatis recedere, & ani-

malis fieri, donec perficiatur animal.

Cōfirm. 1. quia priuatio, vt distinguitur à negatione extra genus, includit formaliter aliquid positiuum, sed hoc non est materia, nam Arist. 1. phy. 79. vt Auer. refert 66. repræhendens Platonem, quod non distinxerit inter naturam, & priuationem; neq; est compositum, vt patet, neq; forma corrūpēda, qa hæc aliquādo corrumpuntur manente eadē priuatione.

19 Resp. dici naturam, vel quia via ad naturā, vel includit naturam tanquam à se negatam, vt calor dicitur sanus, quia signum sanitatis; Vel tertio, quia semper cōiungitur cum aliqua forma, vel quia denominat materiam, vt forma; Vel quarto loquitur de forma imperfecta, quæ respectu perfectioris dicitur priuatio, vt ibi Auer. & licet vna forma dicat negatione alterius, tñ perfectior dr includere virtualiter imperfectiorē, &c. & hac rōne 1. met. dicit Auer. mām prius recipere formas vniuersaliores, qa .s. recipit formas imperfectiores. Ad tex. 7. dr id dici contra Platonē, qui ponebat materiam esse puram potentiam, nam si hoc esset verum generatio esset ex nihilo.

Cur priuatio dicitur species, & natura.

Ad tex. 65. ibi tantum assignari proportionem inter mutationem accidentalem, & substantialem, quod in vtraque reperiuntur tria principia, vt prius sit subiectum sub forma opposita, quam sub forma generanda, &c.

Ad Confirm. Resp. repræhendi Platonem, quod posuerit priuationem esse substantiam materiæ, & esse omnino vnā sm̄ definitionem; sed nos dicimus materiam non importari in significato formali, sed tantum secundario significato priuationis.

4. Obijc. ex 1. phy. 43. non quodlibet fit ex
20 quolibet, sed determinatum ex determinato, sed hoc non est materia, quia hęc est in potentia contradictionis. Cōfir. quia non est ratio, cur ex sanguine magis debeat fieri caro, quam ex lapide, nisi quia cū forma sanguinis cōuenētur plures partes formæ carnis, quā in lapide.

Resp. id dici ratione dispositionū, in quibus possunt duæ formæ magis, vel minus cōuenire; sed contra, quia quanto formæ, quarū sunt dispositiua principia magis conueniunt, magis etiam debent conuenire in dispositionibus, sed videmus oppositum, nam cū magis vna aīa conueniat cū alia anima, quā cū forma rei inanimatæ; tñ ex materia sub forma inanimati fit anima, & non ex materia sub forma animati; ergo non prouenit ex dispositionibus.

Cur Arist. dicit non quodlibet fieri ex quolibet.

Resp. conuenientia dispositionū accipi dēt non secūdum ęqualitatē iustitiæ cōmutatiuæ, sed distributiuę, nam magis conuenit in qualitatibus homo, & homo, quā homo, & panis, vel sanguis, & tñ ex homine nō fit homo, sicut ex sanguine, ratio est, quia debet accipi dispositio, quæ fit via ad formam introducendam, hęc aūt proximior esse poterit in sanguine respectu animę, quā in alia re animata, quia hęc dispositio est citra deducta ad vltimū gradū, &c. & Conf. quia aliquando in aliqua re potest esse vis productiua, vt in semine, quare nō producitur ex quocunque semine quodlibet.

5. Obijc. tūc sequeretur formam creari, qa producitur ex nihilo sui. Dices nō esse creationem, quia educitur ex potentia materię. 21

Cur forma dicatur educi ex potentia materię, & nō agētis.

Sed contra, quia qđ educitur preexistere debet, nā nō esset ratio cur magis dicatur educi ex potentia materię, & non ex potentia agētis, cū perfectiori modo sit virtualiter in agente. Cōf. quia forma ante sui generationē est aliquid, tū qa idē, qđ est in potentia est in actu, vt videtur dicere Arist. 5. met. 25. *fieri ex materia, & forma vnu, quia id, quod erat in potentia, fit in actu ab agente*, at inter ens, & nihil non potest esse identitas, tū quia id, qđ nō est magis ens, qua chimera non pōt produci, sed rōne illius esse, forma non est materia, qa materia nō idētificatur cum forma, ergo. Confirm. 2. quia Arist. 1. phy. 79. reprehendit Platonē, qđ posuerit aliquid fieri ex non ente simpliciter, & iure, quia nullū agens finitū pōt supra distantiā infinitā; at inter formā, & negationē omnimodam formę est distantia infinita, cū sint cōtradictoria, quę in nullo conueniant, & patere posset ex calculatione; ergo antequā producatur non est simpliciter nihil. Resp. propter hoc argumentū Theni. mām cęli idē Alphar. Auic. introduxit colchodeam. Plato Ideas, qui dixerunt agentia naturalia solū disponere mām, in quam materiam dispositam introducuntur formę ab extrinseco, & rōnes refert Auer. 7. met. com. 31. Prima quod omne, qđ educitur ad actū debet ab agēte in actu 3. phy. 17: sed animalia, & Plantę, q̄ fiunt ex non semine, ergo; & alias refert, vt Tromb. fol. 87. col. 4.

Cur Auicenna colchodeam, & Plato id eas posuerunt.

Sed contra obijcit Auer. 12. met 28. primo agens naturale non generaret, qđ est absurdū, nam eiusdē agentis est finis, & id, quo tenditur ad finem, vt patet in medicina, ędificatore &c. at forma substantialis est finis dispositionum, vt 1. de gener. com. 1. ostēdit Arist. & ibi Auer. nam ex impossibilitatę vnius colligitur impossibilitas alterius. 22

Cur producens dispositiones debet producere formam.

Secundo, quia illud est formans, quod inducit formā, vt patet in omnibus actionibus.

Tertio, vnum in actu, vt sic, non dependet à duobus agentibus nō subordinatis 2. phy. 26 Sed sm̄ hanc operationē, homo v.g. qui est vnus effectus, in actu, dependet quoad subiectū ab agente materiali, & rōne formę ab agēte immateriali, & non sunt subordinata, quia non attingunt eundem effectum numero, vnde dixit Arist. & Auer. 7. met. 28. intelligētias non agere, nisi per motum corporis cęlestis.

Sed contra hos vnico argumento pugno, qa non est necessaria hęc entium multiplicatio, præsertim, cū difficile possit intelligi actio immediata rei immaterialis in rem corporalem.

Alij Resp. vt Trōb. ex Frāc. de Mayronis, & Hēr. de Gādauo formas ante sui generōnē esse ens, & nō purū nihil, nā actus, & potētia, cū sint modi entis, nō variant rōnem eius formalem, quare ens in potentia est simpliciter ens, vt esse dicit tertium adiacens in propositione; & dicitur ens, sm̄ quid, vt comparatū ad ens in actu, vnde concedendum est ante sui generationem habere aliquod esse essentię.

Formas in potentia non esse purum nihil.

Alij

23 Alij 3. ens in potentia esse secundum quid, & distinguitur ab ente simpliciter, non tñ est purum nihil, aut simpliciter nihil, vel figmentũ, nam illi non repugnat simpliciter existere, vnde formæ ante sui productionem habent esse essentiæ, non simpliciter, sed in potentia, & similiter esse existentiæ in potentia, nam vt bene Scotus in 2. dist. 3. q. vlt. non repugnat enti in potentia simul existentiam abstracti ue cognosci conuenire cum hac determinatione .s. existentia in potentia.

Formas ante suã productionẽ habere esse essentiæ in potentia.

Alij etiam ex Auer. 9. met. 7. negant esse, ens simpliciter, non tñ est nihil, quia est quid medium inter ens, & nihil, vt ly nihil, dicit negationem tam entis, quàm modorum entis, quod colligunt ex 2. met. 7. vbi ait, Arist. inter esse, & non esse mediare generationem, quare termini generationis non sunt contradictorij.

Ex his Resp. ad argumenta. Ad primũ produci ex materia, quæ est aliquid, in quo reprehenditur Plato, quod illam posuerit esse ens priuatiuum, & cũ dicitur fieret ex nihilo sui. Resp. verum esse, si nihil neget esse existentiæ, non tamen si neget esse essentiæ secundum quid, idest in potentia.

24 Dices non est simpliciter ens; ergo est simpliciter non ens. Resp. hanc consequentiam valere in terminis simplicibus posita constantia subiecti, sed non in terminis compositis, vt cum ly (simpliciter) prout determinat ly (ens) à parte prædicati. Ex quo patet ad secundam Confir. duplex. n. est distantia infinita, quędã positiua, & definitur esse excessus infinitę perfectionis in aliquo super alterum, à quo distare dicitur, qualis est inter Deum, & creaturam. Altera est negatiua, vel contradictoria, idest per negationem conuenientiæ extremorum, vel per priuationem perfectionis, quæ ponitur in altero extremo, & hęc est finita, nam tãtus est excessus, quanta est perfectio positiui supra negatiuum.

Infinita distãtia negatiua, & positiua.

Dices nihil dicit infinitatem, quia includit negationem Dei, qui est infinitus. Resp. nihil non distare ab ente ponẽdo perfectionem, sed deficiendo, quare non plus distat ab ente, quã illud ens ponat; cum igitur ens causabile ab agente naturali non ponat perfectionem infinitam, neq; nihil illi oppositum dicit pfectionem infinitam; quare cum dicitur esse infinita ly (infinita) sumitur pro indeterminato, quia contradictio potest reperiri in quacunque distantia.

Nihil non dicit infinitatem nisi terminans negatiue dicat infinitatem, aliqui dicit infinitatem indeterminationis.

DVBITATIO SECVNDA.

An materia habeat formam corporeitatis substantialem sibi coæuam.

DE hac Tol. 1. phy. Perer. lib. 5. à cap. 13. & deinceps Zab. lib. 2. de materia cap. 13. & 14. Achil. 1. de elem. d. 6. Simpl. 1. phy. tex. 69. Auer. ibidem, & tex. 63. & de substantia Sotus 2. phy. q. 2.

A

ART. I. Explicatur sensus quæst. & referuntur sententiæ D. Bonam.

NOt. ex Alb. corpus dupliciter dici aliud dicitur de prędicato substantiæ, quod tripliciter diuiditur à Zab. lib. 2. de materia c. 19. Primo pro corpore perfecto, & per se existente, quod potius dicitur tale corpus, cõpositum ex materia, & forma, (quę acceptio pręcipua est primitate euidentiæ. Secundo, pro corpore indeterminato, & nulli certę naturę alligato, & hoc est materia prima, q̃ acceptio est prima primitate causæ, & originis. & hoc duplicitet, vel sumitur materia non vt genus, & prædicatum in recto, sed per modum partis, & est secunda acceptio. Vel tertio consideratur, vt genus. i. vt in se est indeterminatum, sed potestate determinatum, cũ contineat omnia naturalia, & hoc modo prędicaf in recto, & constituitur genus generalissimum substantię, in quibus dictis tot penè sunt verba quot errata, vt alibi, quare dicimus duobus modis sumi. Primo substantialiter, siue pro quolibet ente, quod est capax quantitatis, siue pro composito ex materia, & forma. Secundo accidẽtaliter pro corpore de prędicato quantitatis, & definitur esse, quod est trine dimensum, quod Alb. tract. 1. c. 2. & Iauel refert 1. phy. q. 1. in tria genera diuidit; nam aliud est metaphysicum. Aliud physicum. Aliud mathematicũ, nã corpus ab alio habet, quod sit corpus, ab alio, quod sit tale corp⁹. Primum habet, quod vbiq; duo diametri ad rectos angulos se secẽt, & tertia secet duos diametros ad rectos angulos, ex quibus prouenit triplex mensura latitudinis, longitudinis, & profunditatis. Ab hac aptitudine sic se intersecandi tres diametros habet corpus, quod sit corpus, & cõsideratur à metaphysico. Ab actuali deinde demensione habet, quod sit corpus mathematicum, vnde sunt diuersitates figurarum, quas considerat Geometra. Demũ ab actuali dimensione materię sensibilis fit corpus materiale. Difficultas igitur est de corpore in primo sensu. 1

B

C

D

Prima sententia est dicentium dari formam corporeitatis, hanc asseruerunt primum Stoici, quos sequutus est Pericles Lyduis ex Simpl. tex. 69. 1. phy. 2. Auicen. 1. suffic. 2. & tract. 2. met. c. 2. & Porph. apud Simpl. loc. cit. & Auer. Epit. met. tract. 2. Sequuntur quidã Theologi qui dixerunt Deum creasse primam materiam informem, quam informitatẽ explicant respectu aliarum formarũ, nam creatã asserunt cum forma corporeitatis, ita Lyran. & Cat. in Gen. Vgo de de sacram. initio Bonau. 2. d. 12. art. 1. q. 2. & alij etiam ibidem Lyne. apud Burl. 1. phy. tex. 51. 2

Dari formam corporeitatis materiæ coæuam.

E

Sequ. 3. Scotus 4. d. 11. q. 2. ar. 2. Tromb. 8. met. q. 2. & alij Scotistę Henr. quodl. 2. q. 2. & quodl. 4. qu. 13. & 14. & ad hos reducuntur illi, qui tot multiplicant formas in composito, quot sunt prędicata quidditatiua, vt Auicerabron lib. fontis vitę apud D. Tho. 2. a. tex. 4. & 1. p. q. 66. ar. 3. & Iand. 1. a. q. 4. & 2. met. q. 10. Hi tamen diuersa ratione asseruerunt, nam

Triplici ratione explicatur sententia.

Stoici dicũt illam esse de essentia materię, qua constituatur in esse corporis. Auic. autem illam posuit, vt dispositionem materiæ, adhoc vt in ea potuissent produci aliæ formæ, Scotus autem illam posuit in homine, vt assereret hominē esse formaliter substantiam corpoream; de qua re nos alibi, non tamen dixit esse incorruptibilem.

3 *Nullam dari formam corporeitatis coæuā.*

Secunda est Peripateticorum omnium contrarium asserentium, nullamq; formam coæuam materiæ ponentium. Simplic. 1. phy. com. 66. Auer. 1. phy. 63. & 69. 12. met. 14. de substātia orbis c. 1. 1. met. 13. epit. met. tract. 2. c. vlt. vbi fuse cōtra Auic. Bur. 1. phy. 50 Zim. in tab. corpus est principiũ generationis Theor. 29. & in annot q. 10. Iand. Valles 1. phy. q. 9. Sotus q. 7. Buccaf. lect. 65. Per. Zab. & Trób. loc. cit. Fland. 7. q. 9. 17. ar. 5. Achil. loc. cit. & 2. de elem. d. 2. art. 2. Cap. 2. d. 17. q. 1. ad argumenta,

ART. II. Opinio Auctoris.

4 *Materia est corpus, vt hoc significat ens capax extensionis.*

PRima Cócl. vt materia sit corpus (accipiēdo corpus pro ente capace extensionis) non requiritur forma. Probatur quia sufficit, Entitas ipsius, quæ cum non sit spiritualis ex natura sua habet capacitatem illam, quod etiā dicitur de accidentibus videte Tol. 1. phy. q. 7. vbi agit, an substantia secundum se sit diuisibilis, & q 15. Difficultas est, an sit corpus constituens prædicatum substātiæ, quod affirmat Zab. lib. 2. de materia c. 18. negat tamen constitui per formā, ex quo patet errasse Philop. lib. 11. contra Proclum dum dixit materiam primam esse ipsam tertiam dimensionē, contra quē Zab. lib. 2. de materia c. 15. & 16.

Corpus, quod est genus in prædicamento substātiæ non prædicatur de materia.

2. Concl. non est ponenda aliqua forma in materia, vnde habeat esse corporis, quia de essentia materiæ non est esse corpus.

Prob. auctoritate Aristot. qui vehementer repræhendit antiquos, quod posuerint materiam genus esse corpus aliquod compositum, vt aqua, &c. & 5. phy. tex. 8. ostendit generationem nō esse motũ, quia subiectũ nō est ens,

Confirm. ex 1. phy. 69. non esse hoc aliqd & 7. met. 8. non esse quid, &c. & 1. phy. 75. 77. 79. vocat non ens, & 82. primum subiectum, at si ipsa constitueretur per formam non esset primum subiectum, sed id, quod recipit formā esse primum, & deberet dici materia prima.

Confirm. 2. quia non esset in potentia ad omnes formas, vt bene Auer, 1. phy. 69. & 7. met. 8. præterea non esset quid simplex, sed compositũ; quare non principium omnis compositi, vide Tol. loc. cit,

Demum confir. auctoritate Perip. Them. 1. phy. digr. in tex. 61. Alex. initio sui lib. de anima, & cæterorum, quos supra citauimus videndus Perer, c. 15. qui probat tum auctoritate Auer. tum Arist.

5 *Forma corporeitatis nulla ratione ponitur*

3. Concl. non est ponēda forma corporeitatis coæua materiæ.

Prob. 1. auctoritatę Arist, 2. de gen. 6. vbi formas elementorum dicit esse primas, quæ dant esse materiæ. Et Confirm. quia 1. phy,

A 2. de gen. tex. 6. 3. cęli, & 1. met. semper repræhendit antiquos, quod posuerint corpus magis simplex, quam sint elementa, & 1. de part. animal c. 1. triplicem facit compositionem de corporibus in viuentibus. Primũ ex elementis. Alterum ex similaribus. Tertiũ ex dissimilaribus partibus, & 1. de gen. 23. docet subiectum generationis non esse sensibile, & tex. 31. negat posse esse corpus commune.

2. Prob. rationibus, quarum aliquæ dicuntur ex pugnantia plurium formarum in eodē subiecto, de quibus alibi, & refert Tol. aliquas, aliquæ fiunt propriæ huius materiæ. Prima est, quia aut illa est forma generalis, & non est *Ostenditur nullam esse necessitatem ponendi formam corporeitatis.*
B nisi per intellectum, vel specialis, & non apparet, in qua specie sit compositum ex illa.

Secunda, quia nulla necessitas est cur inuehatur, nam non vt constituat essentiam materiæ, vt supra, neque vt disponat materiam, vt principium inchoatiuum formarum respectu formarum specialium, ne detur creatio, nam non tollitur difficultas, quia forma specialis, aut est aliqua entitas supra generalem, aut nó; non primum, quia nihil produceretur de nouo. Si secundum, ergo illud magis iam non præerat, quare producitur de nihilo sui. Et Confirm. quia vnitas formæ genericæ est distincta ab vnitate formæ specificæ 5. met. 12.
C sed habens vnitatem est in distinctum in se, & distinctum ab alio.

Vel tertio esset necessaria, vt materia subijci possit alijs formis. Sed contra, quia materia ex natura sua potest subijci formis, cum sit potētia, quare quanto magis actuata est, tāto magis est minus inepta ad recipiendum actum. Et Confirm. quia omne compositum esset bis corporeum primo per hanc formam. Secundo per formam specialem, quia illa etiam est substantia corporea, atq; adeo habet gradum, quo constituit corpus, vt alibi, & hanc rationē videte in Perer, c. 16. 6

3. Prob. quia nulla est via inuestigandi hāc formam, non enim potest cognosci ex transmutatione, quia secundum illos ponitur ingenerabilis, &c. imo ex transmutatione elementorum colligitur contrarium, nam nullũ corpus remanet, & quantitas non potest illam producere, quia non est actiua, neque indicat quantitas interminata, nisi materiam interminatam, Neq; operatio illam indicat, quia nulla apparet, ex quo capite maxime hæc forma reijcitur, quia cum sit natura cōstituens compositum debet habere aliquam operationem 2. phy. 3. & Confir. quia debet requiri aliqua dispositio in materia 1. a. 53. & 2. a. 26. quare male dicitur requiri, vt in natura recipiatur quantitas, quia tunc ipsa, & materia, vt indiuisibiles sunt, coniungerentur; videte Zab. c. 14. *Non est mediũ ad inuestigandam formā corporeitatis.*
D
E

ART. III. Afferuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

SEd contra hanc conclusionē obijcitur primo materia habet esse corpus, & hoc esse ab omnibus formis supponitur, vt dispositio, 7

& non

& non datur corrumpens; ergo est forma coæterna dans esse corporis.

Resp. materiam non habere esse corporis essentialiter, sed denominatiue, & per coniũctionem, quod potest habere ab alijs formis, licet dubium sit de anima rationali, vt alibi, quare cum corrumpuntur formæ speciales, et corrumpitur illud esse, quod recipit materia ab illis, vnde incorruptio fit à contrario, vt Arist. placet 1. phy. 43. & de long. & breuit. vitæ c. 2. non quidem ipsi gradui corporeitatis, sed formæ, cui coniungitur ille gradus, & quia forma, quæ succedit etiã dat esse corpus, ideo semper remanet aliquod corpus, quia hoc esse, est effectus communis omnium formarum corporalium.

Materia nõ habet esse corporeitatis essentialiter, sed denominatiuè.

Secundo materia debet habere quantitatem ante formas speciales, sed hanc non potest habere, nisi præcedat forma, cuius illa sit passio, nã quantitas dicitur passio corporis, & præterea, quia ens per accidens præcederet ens p se. Resp. materiam ex se recipere quantitatem, neq; tamen absurdum est compositum per accidens præcedere compositum per se via generationis, quia illud est dispositio ad hoc, nũquam tamẽ ens per accidens est posterius ente per se, siue quia partes entis per accidens iam sunt ens per se, siue quia via perfectionis, & intentionis, compositum per se est prius.

Compositũ per accidens quo modo præcedat compositum per se.

Tertio, datur vna materia; ergo etiam vna forma Resp. negatur consequentia, vt alibi diximus, quia per formam fit distinctio, at per materiam conueniunt composita.

8 Quarto multa obijciuntur ex auctoritate Auer. sed videre poteritis in Perer. c. 14. Primo 8. phy. 4. quod si materia nudetur omni forma nullam reciperet deinde 3. cæli 61. rerum corruptibilium nõ esse principia æterna, nisi prima, & remota. Secũdo ex Auer. 1. met. tex. 17. genus significat formam quandam vniuersalem priorem formis specificis, at corpus est genus quoddam; ergo. Confirm. ex 1. phy. com. 1. quæcunq; inquit, sunt præter vltimam formam, & materiam primam sunt materia, & formæ compositæ, quod explicat Merc. in dilucid. de hac re fol. 59. per primam formam intelligit elementorum, per compositas intelligit mixtorum, vel spirituales, quæ compositæ sunt. Sed ad hæc omnia rectè Perer. nam vt materia nuda recipit formam corporeitatis secundum aduersarios, ita, & alias, nam vt Scotus 2. d. 3. q. 4. generans introducit formã in materiam nudam, atq; adeo in non quantã, quod tamen alibi est à nobis determinandum, & licet materia remota præcedat corruptibilia, non tamen materia secunda, seu proxima. Nec genus requirit formã vniuersalem in cõposito distinctam à formis specificis, vt alibi. Neq; est valde laborandũ in explicatione opinionis Auer. cum nostra ætate non sit tantæ auctoritatis.

Auerrois testimonia explicãtur à Pererio.

Quinto, ita ponenda est natura materiæ, ad
9 quas nos ducit ratio Arist. quæ inuenit materiam, sed adducit ad corpus, nam solum corporis natura in hoc mundo non interit, nam semper remanet, vt supponitur.

A Confirm. quia debet poni talis natura, per quam reddatur causa effectuum, & nõ ponẽda, vt ex ea non possit reddi causa effectuum & hoc fit ponendo illam corpoream, non verò incorpoream; nam ex natura rei statutum est, vt ex tanta materia æque fiat tantum aeris, & contra, at ratio huius proportionis nulla afferri posset, si materia esset incorporea, nam forma aquæ, quæ interit, neq; aeris, quia hæc non vendicat sibi tantam materiam, cum ex maiori possit fieri, neq; materia si est incorporea potest esse capax maioris, & minoris quantitatis, cum ex se non habeat, vllam quãtitatẽ.

B Confirm. 2. ex Zab. lib. 2. de materia c. 17. quia omne genus vniuocum sumitur ab vna natura à parte rei, vt viuens ab anima; animal ab anima sensitiua, &c. ergo similiter corpus; sed hæc ratio non potest esse forma, quia iam exploditur à scholis forma corporeitatis, neq; accidens aliquod, quia non potest constituere substantiam; ergo vel materia, vel nexus materiæ: non nexus, quia si neq; materia, neq; formæ sunt corpus, nõ poterũt cõponere corpus.

Confirm. 3. quia maior compositio est in speciebus, quàm in generibus, sed gradus vniuocus in speciebus sumitur à forma specifica simplici; ergo, & generica à forma simpliciori. Neq; dices à forma specifica prouenire vtrũq; esse, scilicet specificum, & genericum, nam ab vna forma vnum tantum esse prouenit, & præterea non esset vna adæquata ratio, nam forma, equi non dat esse corporis homini, neque contra: quare erit duplex ratio corporis, vnde dixit Arist. 1. de gen. 52. materiam esse veluti genus. 10

C Confirm. 4. quantitas est passio corporis, sed non ratione materiæ, ergo formæ; sed non ratione formæ determinatæ ad vnam speciem, quia est passio cõmunis omnib⁹ corporalibus speciebus, neq; rõne gradus cõuenientis oĩbus speciebus corporeis, quia est passio indiuidua & separata, atq; adeo ratione indiuiduæ formæ, quæ tamen sit omnibus communis, at hæc non potest esse, nisi forma corporeitatis.

D Resp. 1. licet ex transmutatione colligatur existentia materiæ, & aliqua eius prædicata, alia tamen deinde inuestigata sunt ex alijs muneribus, & comparatione cum alijs rebus, quale est hoc, quod non sit genus, sed pars, vnde definiat Zab. ibidem, vt explicet quomodo genus sit pars, & prædicetur in rectò.

11 *Materia non est genus sed pars.*

Ad 1. Confirm. patebit in lib. de gen. quia id non oritur ex natura materiæ, sed formæ requirentis tantam, vel tantam quantitatem, tanquam dispositionem, sicut etiam certam proportionem qualitatum prærequisitam in materia, quæ oritur ex forma, non quidem effectiuè, cum non existat, sed finaliter vt alibi dicendum.

Determinatio quantitatis, & qualitatis sumitur ex forma.

E Ad 2. Confirm. Resp. iam ex Logicis patere vnde sumatur ratio corporeitatis, nam siue ex materia, siue ex forma sumatur, nunquam tamen materia erit genus, sed materia est id, vnde sumitur ratio generica; sicut differentia sumi-

Principium, ex quo sumitur corporeitas.

sumitur quidem à forma, non tamen est formæ; aliud enim est esse id, vnde aliquid sumitur, aliud ratio, quæ sumitur. Neq; bene dicitur hoc esse verum de genere logico, non tamen de genere physico, nam in prædicamentis geuera logica ponuntur, quibus respicit in rebus aliquis gradus naturæ, vnde Zab. errat oppositum dicens, quod in prædicamentis nō ponantur vniuersalia post multa, sed vniuersalia ante multa, quod reperitur in indiuiduis. Errauit etiam Zim. Theor. 62. negans hanc distinctionem.

12 Ad 3. Resp. gradum corporis, vel sumi à materia radicaliter, vel à forma, non quidem vna numero, quæ supponatur ab omnibus formis, sed sumi ab oībus formis specificis, quatenus habent vim informandi materiam quātam, nam inde habetur, vt totū sit capax quātitatis, vt alibi erit explicandum, neq; est absurdum ab vna forma secundum diuersam rationem oriri diuersum esse, & licet esse corporis, quod datur à forma equi, non sit idem numero cum esse corporis, quod datur à forma hominis, est tamen idem vniuocè vel analogicè, vt alibi.

Ab vna forma sumi diuersum esse, quia est plura virtualiter.

Ad 4. Resp. 1. quantitatem posse considerari dupliciter primo, vt est interminata, & ita est passio materiæ, cui est coæua secundum Auer. Secundo vt est terminata, & ita est passio corporis ratione formæ.

Quomodo quātitas sit passio materiæ.

Resp. 2. alij quantitatem esse passionem corporis ratione formæ, quia etiam si conueniat materiæ immediatè, tamen radicaliter illi conuenit ratione formæ, atq; adeo oritur ex forma, non quidem effectiuè, sed finaliter, neq; quantitas oritur ex forma secundum quod dat esse specificum, sed secundum rationem, qua dat esse corporeum; neque est nouum, quod passio specifica oriatur ex gradu generico, quia potentiæ sensitiuæ oriuntur ex gradu generico animalis, & tamen illæ sunt determinatæ secundum rationem specificam.

Dices qua ratione materia dicatur corpus, cum ratio corporis sit ratio generica, quę conuenit toti composito.

Resp. corpus accipi dupliciter primo pro omni eo, quod est capax quantitatis, & ita materia est corpus; sed non ponitur in recta linea prædicamentali. Secundo pro principio completo, cui debetur operatio corporea, qua ratione est gradus, q. ponitur in recta linea substātiæ, & ita materia nō est corpus, vt in tract. de materia. videndus Petrus Niger in clipeo Thomistarum q. 36. Philippus Faber Theor. 31. Zab. lib. 2. de prima materia c. 17.

Quomodo materia dicatur corpus.

DVBITATIO TERTIA.

An in materia sit aliqua forma accidentalis ipsi coæua, quæ sit dispositio ad formas.

1 De hac. Auerroistæ docent dari in materia quantitatem interminatam coæuam materiæ, terminationem vero illi conuenire ratione formæ, vnde negant in rarefactione, & condensatione deperdi, & acquiri quantitatem, ita Acchilinus 1. de elem. dub. 14. 16 18. Ægid. 8. met. q. 4. & 5. Pauef. disp. 5. met. c. 1. 5. & 16. Burl. Buccafer. Arim. Zab. lib. 2. de materia c. 8. ex Auer. 1. phy. 63. & c. 1. de substantia orbis. qui tamen diuerso modo explicant hāc quantitatem interminatam.

Quātitas coæua materiæ.

A

Verum D. Tho. 1. p. q. 76. ar. 6. vbi Caiet. & opus. de ente, & essentia q. 16 & 4. cōtra gēt. c. 81. vbi Ferrar. Cap. Sonc. Heru. Sotus, Gratiadeus, & Iauellus cum Fland. & Dura. & Simone Portio negant hanc quantitatem interminatam esse coæuam materiæ. sequuntur Scotistæ in 2. d. 3. q. 4 Ant. And. 4. met. q. vlt. & Scotus 2. d. 12. q. 2. & 4. d. 11. q. 2. ad 2. principale Faber Theor. 30.

Negat D. Tho. & alij.

B

Sed quoniam hæc quæstio exigit cognitionem naturæ quātitatis, & rarefactionis, & cōdensationis; tàm quod sit subiectum immediatum accidentium, non potest à nobis hoc loco explicari, vnde satis est cognouisse opiniones Doctorum. Quid vero sit sentiendum dicemus in lib. de gen.

DVBITATIO QVARTA.

Quomodo formæ producantur in rerum natura.

C Cvm constet nullam formam, vel includi in essentia materiæ, nec dari aliquam, quæ fuerit coæua materiæ, eaq; permaneat in singulis generationibus, necessario fit omnes formas de nouo produci. Quare explicandus est modus, quo producantur; & quia ex formis aliquæ sunt per se subsistentes, vt anima rationalis, constat huiusmodi produci per creationem, quæ terminatur ad terminum subsistentem, licet illa productio sit naturalis, quia prouenit à Deo, vt auctore naturæ, quæ positis talibus dispositionibus in materia, exigit talem formam, & quia hæc forma non potest produci ex vi agentis creati, necessario producenda est à Deo, vt auctore naturæ, ad quem pertinet supplere defectus causarum naturalium iuxta exigentiam, & constitutionem vniuersi, & quia ibi deest causa naturalis Deus subit vicem agentis naturalis, atq; adeo creat animam rationalem in materia, vt fusè dicemus in lib. de anima. 1

Varia genera formarum.

D

Aliæ tamen formæ non sunt subsistentes .i. independentes à materia, sed ab ea, ità dependent, vt separatæ ab illa naturaliter existere nequeant, & huiusmodi formæ attinguntur ex vi causarum creatarum, quæ sicut non habent potentiam creandi, ita est illis cōnaturalis virtus generandi, & producendi ex subiecto, quę productio dicitur eductio ex materia: quare species productionis, qua producuntur huiusmodi formæ, dicitur eductio, quæ est à nobis sequenti quæst. explicanda. 2

E

QVÆ-

QVAESTIO QVARTA.

De natura eductionis formarum, tùm substãtialium; tùm accidentalium.

DE hac quæst. D. Tho. 1. p. q. 90. art. 2. ad 2. vbi Caiet. Suar. disp. 15. & 3. p. disp. 8. sect. 1. Fonf. 5. met. c. 2. q. 4. Och. 1. p. phy. c. 24. Sotus q. 7. art. 2. Conimb. c. 9. q. 12. art. 5. Masius q. 12. Cap. 2. d. 17. q. vnica ad 1. Aureol. contra 2. conc. Sonc. 7. met. q. 8. art. 2. q. 27. ad 6. Veracrucius 1. phy. specul. 7.

DVBITATIO PRIMA.

Quid sit eductio ex potentia materiæ.

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 *Tripliciter aliqua possunt vniri ex vi actionis.*

PRimo Not. ex Suar. loc. cit. tribus modis posse per actionem aliquam vniri duo extrema. Primo producendo totum compositum, & simul comproducendo vtrumq; extremum, vt creatio cęli. Secundo, vt actio vnitiua supponat vnum extremum, alterum non solum vniat, sed etiam comproducat producendo totum compositum, ita vt producendo vniat, & vniendo producat, vt calefactio, qua producitur calor de nouo, & vnitur subiecto, & similiter actio eductiua. Tertio tantum vniens, neutrum extremorum producens, sed solum compositum, quod ex vtriusq; coniunctione resultat, vt resurrectio. Certum igitur est actionem eductiuam non esse tertij generis cum supponat vtrumq; extremum existere; ergo erit secundi generis, vel tertij generis.

Per quod habet materia, vt ex ea educatur forma.

2. Not. materiam concurrere ad formarũ productionem. Primo recipiendo, & subiectando accidentia disponentia ad formas. Secundo recipiendo formas, quibus vnitur. Tertio, hinc resultat compositum vnum per se, quod dicitur causari ex materia, & forma, & certum est propter hæc non dici formas educi, nam habet materia hæc respectu animæ rationalis, quæ non educitur. Quarto, substentat formã in facto esse, idest postquam producta est, neq; ratione huius dicitur educi, nam potest aliqd esse creatum, quod deinde substentetur à materia, vt si fingamus Deum creare formam equi, quam deinde collocaret in materia apta ad illius substentationem, à qua substentaretur, & preterea potius diceur inductio in materiam, quàm eductio. Quinto, vt materia

2 substentet formam in eo instanti, in quo forma ab agente producitur, vt dum agens concurrit effectiuè, materia concurrat subiectiuè, quod dicitur concursus ad formam in fieri, & ratione huius dicitur forma educi, nam ratione huius dicitur habere formam in sua virtute, seu potentia passiua, vt agens dicitur habere formam in virtute actiua quomodo effectus dicitur esse in suis causis ex 4. phy. 23. vbi dicitur sanitas esse in calidis, & frigidis, & res producenda in semine propter duplicem rationẽ

A causę scilicet efficientis, & materialis, vt aliqbus placet, licet Scotistæ negent; & hinc est, quod dicitur forma educi ex materia .i. extra ducitur, nam erat in potentia intra illam, quę loquendi forma accomodatur rebus extractis ab alijs, in quibus erant, vt in loco: & quia forma est vt locus formarum, ideo ex illa dicitur educi; ab agente autem potius dicitur produci, cum ipsum à se ipso proferat formam, vnde non dicimus arborem educere fructus, sed producere. Ex quo patet de ratione eductionis esse, vt supponatur subiectum saltem prius natura, quia cum subiectum concurrat, vt causa materialis eductionis necessario debet esse prius natura.

B 3. Not. in hac quęst. quadruplicem posse esse quæstionem. Primo an requiratur, vt subiectum præcedat tempore, an vero sufficiat prioritas naturę respectu formę eductę. Secũdo qualis debeat esse concursus causarũ naturalium ad eductionem, nam Suar. vult de ratione eductionis esse, vt forma fiat eadẽ actione, qua fit compositum ex materia præcedente, quæ tamen per illam actionem non fiat, nã eductio est actio, seu mutatio per se essentialiter pendens à materia, atque adeo per illam actionem non fit materia, quia fieret per id, quod à se pendet, vnde infert formas cælestes non fuisse eductas, quia per illam actionem nõ solum fuit facta forma, sed etiam materia, nam

3 *Quatuor esse in hac quæstione difficultates.*

C fuit ex vi vnius integræ creationis productum totum, & concreata materia, & forma.

Tertio, quæri potest qualis sit potentia, ex qua dicitur educi forma, naturalis ne, an obedientialis.

Quarto, An actio eductiua sit eadem cum actione vnitiua, sed hanc nõ possumus hic recte explicare, quia pendet à cognitione naturę vnionis, & effectus formalis formæ.

ART. II. *Continens opiniones Doctorum.*

4 *Eductio est extractio formarum latentium inchoatiuè ex Alberto.*

PRima opinio est Alb. tract. 3. phy. c. 3. & 15. dicentis non esse aliud, quàm formas, D quæ secundum suam essentiam, & naturam latebant in materia inchoatiuè, & modo imperfecto, extrahi ab illo esse inchoato, & imperfecto ad esse consumatum, & perfectum, & ab esse essentiæ confuso ad esse existentiæ distinctum. Verum hic modus dicendi est à nobis supra reprobatus ex auctoritate, & rationibus D. Tho. q. 2. de formis art. 1. & in tract. de natura materiæ, & q. 3. de potentia art. 8. Scoto 7. met. q. 12. vbi Ant. And. q. 11. Iauel. q. 13. Argent. in 2. dist. 18. q. 1. art. 2. licet Sonc. 7. met. q. 27. & 28. conetur explicare opinionẽ Alb. camq; reuocare ad rectum sensum, vt supra nos diximus.

Reijcitur D. Th. Ant. Andr. Iauel. Argent.

Sonc tentat explicare Alb.

E 2. Opinio est dicentium eductionem non esse aliud, quam possibilitatem quandam materiæ conuerti, & transmutari in ipsam formã, dicunt enim in materia esse duplicem potentiam. Vnam receptiuam, qua fit capax, vt formam recipiat, etiam si non educatur ex ipsius potentia, vt patet in receptione animæ rationalis,

Educi formam est possibilitatem formæ, quæ est in materia conuerti in formam.

nalis,& hanc dicunt habere actualitatem quãdam. Alteram conuersiuam, per quam possibilitas formæ existens in materia conuertitur in formam, nam cum forma non possit fieri ex nihilo, & in materia nihil formę actu existat, necessario ponenda est in ea hæc possibilitas formæ, vt ex ea tanquam ex aliquo fui forma fiat. Hanc autem possibilitatem conuersionis dicunt proprius accedere ad non ens, quam materiam, atq; adeo esse minoris entitatis, quã sit materia, nam est quoddam principium pure possibile, quod esse nõ potest, nisi p actualitatem alienam, idest materiæ concreatam fundamento naturalis transmutationis, transmutabile in ipsam formam educibilem de potentia materiæ. deniq; dicunt hoc principium non esse idem respectu formæ substantialis, & accidentalis, & esse distinctum realiter ab ipsa materia, sicut potentia receptiua est idem realiter cum materia,ita Riech. in 2.d. 12. q.1.& sequent. ac precipue 10. Bacc. 2. d.18. q.vnica art. 1. & 2. vbi id probat, ex eo, quod natura est ita disposita, quod vnumquodq; prius est aliquid in se, per quod est ens inter entia, quam ipsum sit aliquid in alio, vel cum alio, vnde prius conuenit formę esse essentiam quãdam,& actualitatem in se,quàm actuare aliud, sicut prius conuenit materiæ substantiari per posse in se, quam perfici ab alio, & quia ordo naturæ, seu generationis est distinctus contra ordinem perfectionis prius vnumquodque est aliquid in se in potẽtia, quàm in actu completo,quia ordo naturę per hoc distinguitur contra ordinem perfectionis, vnde necessario in fundamentis naturæ,quæ sunt materia, & forma,prius conuenit potentia, quàm esse cum alio, vt patet in materia, quæ prius suo modo est in potentia, quàm actuetur per formam; quare eodem modo forma est prius in potentia materiæ,quam actu informet, quare nõ sequitur, forma est in se quædam essentia, vel actualitas; igitur actualiter informat.

Quod sit possibilitas formarum.

Ricard. Bacco.

5 Sed reijcitur à Dur. 2. d.18. q.2. Primo, quia essent quatuor principia scilicet materia ratione potentiæ receptiuæ, priuatio, & forma, & præterea hoc purum possibile, quod non est idem realiter cum potentia materiæ receptiua formarum, sed ad hãc rationem respondet iandium Riech. dicta qu. 10. hoc purum possibile contineri in priuatione in obliquo, quia destruitur simul cum priuatione.Sed cõtra,quia sicut potentia materiæ etiam si connotetur in obliquo à priuatione est distinctum principium à priuatione, ita, & hæc possibilitas debet esse distinctum etiam si connotetur. Sed Resp. esse diuersam rationem, quia potẽtia materię manet corrupta priuatione, at hęc possibilitas non manet adueniente forma, sed simul cum priuatione recedit, atq; adeo habet modum principiandi per similem priuationi.

Reijcitur à Durran. Primò quia essent quatuor principia generationis.

2. Obijcit Dur. auctoritatem Aug. lib. 12. confes.c.7.dicentis materiam esse prope nihil, ita vt potius deberet dici non ens,quã ens, aut aliquid. Sed ad hoc respondet Riech. Augustinum loqui de ijs, quæ participant rationem

2. Ex August.

entitatis actualis,& existentis,non autem de A ijs,quæ sunt pure possibilia.

3. Obijcit, quod frustra ponitur hoc purũ possibile distinctum à potentia materiæ, nam cum ab ipsis ponatur tanquam, vt sit medium coniungendi materiam cum forma,non poterit hoc officium præstare, quia hoc purũ possibile magis distat à forma, quàm materia,cùm sit minoris entitatis, medium autem coniungens extrema minus distat ab extremis, quàm extrema inter se; sed neq; hęc ratio satisfacit, nam vnio secundum rationem suæ entitatis magis distat à materia, & forma, quàm hæ inter se,cum sint entitates,& vnio sit modus,& tamen vnio est medium coniungendi materiã, & formam, sic etiam gluten coniungit duo li- B gna, vnde non semper extrema magis distant inter se, quam à medio, nisi quando sunt extrema quantitatiua,siue molis, siue pfectionis.

3. Ex inutilitate huius possibilitatis.

4. Obijcit Dur. quia non apparet quid sit hoc purum possibile, nam cum sit in materia, vt in subiecto, neq; enim ponitur per se subsistens necessario, vel erit modus aliquis substãtialis materiæ,vel accidens illius, sed vtrumq; est falsum, tum quia cum ponantur hæ possibilitates numero multiplicari iuxta numerum formarum, siue substantialium, siue accidentaliũ,erunt in materia infinitæ entitates actu existentes inter se distinctæ, vnde secundo sequi- C tur,quod materia haberet plures perfectiones, quam singulæ formæ,quia haberet possibilitates omnium formarum. Tertio,cum hæ possibilitates existerent in materia,iam non essẽt pure possibiles,sed haberent actualitatem existentiæ. Vnde Quarto sequeretur materiam actuari per omnes has possibilitates, tanquam per formas quasdam,siue modales, siue entitatiuas. Confirm. quia non minus forma est in potentia materiæ, quam in potentia efficientis, imo magis est in potentia efficientis propter perfectiorem cõcursum illius, sed pręter potentiam actiuam in efficiente non ponitur alia possibilitas formæ;ergo pręter potentiam passiuam materiæ, siue receptiuam, siue sub- D stentatiuam non debet poni alia possibilitas formę, quæ conuertatur in formam. Confir. 2. quia fundamentum, quo mouentur aduersarij ad ponendas has possibilitates, vt s. vitẽt formas creari ab agẽtibus naturalibus,est omnino leue, nam illud pure possibile, quod dicunt conuerti in formam, vel est aliquid existens, vel nihil. Non primum,quia pręter priuationem, quę est negatio formę, & potẽtiam materię nihil ibi est aliud existens;ergo est nihil, atq; adeo dum ex illo producitur forma, producitur ex nihilo, igitur creatur,quod ipsi euitare nitebantur. 6

4. Quia non potest explicari quid sit.

At Resp. in materia preter negationẽ for- 7
E mæ existentis ibi est possibilis forma,quia priuatio non negat formam possibilem,vt possibilem,sed vt existentem,imo necessario ponitur ex vi priuationis possibilitas formæ, &c.

Sed contra, tùm quia hæc possibilitas, vt se tenet ex parte formæ nullo modo existit, nec in materia, nec efficiente, sed dicitur tantum

per

per illam, formá esse in potentia obiectiua, atq; adeo dum forma ex possibili fit existens ex nó existéte fit existens, & ideo producitur ex nó ente, nam possibilitas formæ obiectiuæ æquè supponitur ad creationem, ac ad generationé, tum quia hæc possibilitas, vt se tenet ex parte formę, vel non distinguitur ab essentia formę, vel est modus quidam essentiæ, quæ considerari potest sub esse possibili, vel sub esse existentiæ; at essentia considerata sub esse possibili non addit aliud præter negationem existétiæ supra realitatem essentiæ, atq; adeo nihil formæ existit antequam producatur; ergo eius productio est ex nulla re existéte; igitur creatur, & inde patet ad fundamentum aduersariorum ponentiú has possibilitates ad vitandá creationem huiusmodi formarum, & ex his etiam patet ad fundamentum Bacc. quia etiam si res antequàm producatur sit in potentia ad existendum, siue actiua, siue passiua, siue obiectiua, non tamen sequitur in materia præter potentiam passiuam dari huiusmodi possibilitates formarum, vt probatum est.

8 Dices in materia ponuntur rationes quædá seminales formarum, vt ex Aug. refert Magister d. 18. & D. Tho. 1. p. q. 115. ar. 2. & videtur asseri ab Arist. dum negat ex quolibet fieri quodlibet, vel quolibet modo, sed determinatum ex determinato modo determinato, & per media determinata, vt equus non fit ex quocunque, sed ex semine equi, nec quolibet modo, sed prius fit molle, & postea durum ex 2. phy. Resp. Dur. aliquas rationes dici primordiales, & sunt rationes ideales existentes in mente Dei, tanquam artificis omniú rerum, aliæ dicuntur obedientiales, quæ consistunt in potentia creaturæ ad obediendum Deo, vt de qualibet Deus faciat quidquid vult, & sicut vult. Quædá dicuntur seminales, & sunt virtutes actiuæ, & passiuæ rebus collatæ sibi inuicem correspondentes, quæ proprijssimè reperiuntur in illis, quæ generantur ex semine, & hinc translatum est nomen ad ea, ex quibus simile producit simile. Tùm vero ad omnes virtutes naturales actiuas, & passiuas, de quibus loquitur Aug. 3. de Trin. dicens omnium, quæ visibiliter ad oculos nostros prodeunt, occulta quædam semina in elementis mundi latere, idest virtutes actiuas, & passiuas, & licet remotè, idest ex materia prima, in quolibet existente ex quolibet fieri possit quodlibet, tñ proximè non ita, quia acetum non fit immediate ex aqua, sed ex vino, de qua proxima materia intelligit Arist. quod determinatum fit à determinato. cętera contra hanc opinionem legite apud Sotum 1. phy. q. 7.

Quid sint rationes seminales, quæ ponũtur in materia ab August.

August.

9 3. Opinio est dicentium formam educi nihil esse aliud, quam ex natura sua sibi vendicare certas dispositiones, vt materiam informare possit, ita quidam apud Sotum. Sed cótra, quia hinc sequitur animam rationalem educi, nam quod dicunt (illam non exigere ex natura sua certas dispositiones, & organa in materia, sed ex pacto diuino, qui constituit positis talibus dispositionibus ibi creari animá rationalem) est contra rationem philosophicam, nam quæ sunt necessaria ad operationem

Educi est habere dispositiones in materia.

Rejicitur ex productione animæ rationalis.

A formæ exiguntur ex natura formæ huiusmodi autem sunt organa, & dispositiones requisitæ ab anima rationali, & est contra rectam rationem iudicij, cum voluntariè fingant huiusmodi pactum, nisi id colligatur ex natura formæ, & vnionis illius cum materia.

4. Est dicentium formam educi nihil aliud esse, quàm materiam ordinari in genere causæ efficientis ad formam; putant enim materiam dupliciter concurrere ad formam. primo receptiuè. Secundo substentatiuè in genere causæ efficientis; sed hæc opinio nititur falso fundamento, scilicet, quod materia habeat virtutem effectiuam, vt alibi.

Id, ex quo educitur concurrit in genere causæ efficientis.

B 5. Opinio est dicentium eductionem esse productionem formæ in subiecto in quo incipit esse cum illius transmutatione, ita Sonc. 7. met. q. 8. Alens. 8. met. tex. 13. Argent. in 2. dist. 13. ar. 3. & alij, qui negant species intentionales educi de potentia materiæ. Verum hæc opinio. Primo sine fundamento requirit transmutationem ad eductionem; nam vel illa transmutatio requiritur, vt præuia dispositio ad formam, quæ educitur, & id verum quidé esse potest quoad aliquas formas, tamen non explicat rationem formalem eductionis, quia hæc formaliter consistit in actione, qua producitur forma, & intrinseco modo, & causalitate talis actionis, & ordo ad alterationem

Educi est recipi in materia cum eius tráſmutatione ex Sonc.

Alens.

Argent.

Rejicitur quia non est necessaria præuia tráſmutatio.

C precedentem, licet connaturaliter requiratur ad aliquam eductionem, tamen id non est ex vi eductionis per se, sed per accidés, quia per talem alterationem abijcitur contraria dispositio, atq; adeo forma opposita. Vnde si in materia nulla esset forma contraria, ibi, nec esset transmutatio, nec successiuitas, sed materia disponeretur in instanti, & in eodem instanti introduceret forma. Vel illa tráſmutatio est formaliter ipsa eductio formæ, & id patet esse falsum, nam transmutatio est inter qualitates contrarias, at eductio potest conuenire, imò de facto conuenit formis substantialibus.

D Secundo, nec soluit hęc opinio difficultatem, nam qualitates transmutatiuę materię, cú non insint in subiecto ante earum productionem necessario, vel creantur, vel educuntur, quomodo igitur non creantur si nihil illarum pręcedit in materia, sed de hac re infra.

6. Opinio est Occh. loc. cit. vbi ait, duo requiri ad creationem. Primo, vt nihil formę pręcedat. Secundo vt non pręcedat subiectú (ex quo) quare inde consequitur, quod vbi præcedit subiectú (ex quo) ibi non esse creationem, sed eductionem, & ibi addit ex eo, quod subiectum potest suscipere aliquid, non potest illi tribui potentia naturalis, vt patet ex aqua suscipiente calorem, sed requiri, vt non

Educi est supponere subiectum ex Ocham.

E inclinetur in oppositum. Verum hæc opinio satis confuse explicat eductionem, nam cum ad productionem, tam formæ equinę, quam humanæ præsupponatur subiectum, cur anima humana non educatur ex potétia illius potentię, equina vero educatur, & cur materia sit subiectum ex

Sed rejicitur, vt confusa, & insufficiens.

ex quo, respectu formæ equinæ, & non respectu humanæ.

Eductio requirit ex parte subiecti potentiam naturalem, & ex parte formæ dependentiã a subiecto Fonf. Conimbr. Alenf. Bonau. Ocham. Scot. Ric. Dur. Marsil. Argent. Vega.

12 7. Opinio est dicentium ad eductionem requiri duas conditiones. Primam ex parte subiecti, vt scilicet habeat potentiam naturalem ad formam eductã, nam eductio rei ex aliquo, supponit contineri rem in illa, & cum non cõtineatur formaliter, contineri debent saltem virtualiter, sed non potest cõtinere illam virtualiter, nisi ratione potentiæ naturalis, quia alioqui eductio non esset naturalis. Secunda conditio ex parte formæ, vt scilicet sit talis, q̃ nec in fieri, nec in conseruari possit naturaliter existere sine cõcursu subiecti, ita Fonf. lib. 5. met. c. 2. q. 4. Conimb. loc. cit. & illam sequi debent omnes, qui negant gratiã educi de potentia animę, vt Sotus in 4. d. 1. q. 3. ar. 1. vbi refert Alenf. Bonau. Och. Ricch. Scotum, Dur. Marsil. & sequitur Arg. in 2. d. 26. q. 1. ar. 1. & 4. d. 1. q. 1. art. 1. Vega in Trid. c. 13. ex quo Fonf. distinguit triplex subiectum. Primum, quod habet potentiam naturalem, sed non omni ex parte, vt materia respectu animæ rationalis, nam anima rationalis naturaliter recipitur in materia, à qua dependet quoad actũ informandi, non tamen dependet quoad esse simpliciter, quare non habet potentiam ad illã substentãdam. Alterum dicitur naturale quoad substentationem, non quoad receptionem, vt anima respectu supernaturalium donorum, ad quę habet potentiam obedientialem, nam non potest recipere, nisi ab agente supernaturaliter agente, ab agente autem dicitur potentia naturalis, vel supernaturalis, & respectu huius dicitur infusio. Tertium dicitur, quod habet potẽtiam simpliciter, & ex omni parte naturalem, scilicet quoad receptionem, & substentationem, & respectu huius potentię dicitur eductio.

Triplex ratio subiecti.

Creatio distinguitur ab eductione per negationem subiecti simpliciter, sed talis.

13 Ex prima deducit creationem nõ distingui ab eductione per negationem subiecti simpliciter, sed talis subiecti, quia potest dari creatio ex subiecto habente potentiã obediẽtialẽ.

Secundo deducit infusionem donorum supernaturalium distingui ab eductione.

Formæ cælorum non fuerunt eductæ.

Ex secunda cõditione 3. deducit formas cęlorum non fuisse eductas de potentia materię sed creatas, quia scilicet materia non præcessit productionem formarum, sed simul fuere productæ, quod si aliquis ordo naturæ ibi fuit primo extitere composita, quia creatio est totius entis, & pręcipue quoad formam, & illorum existentia traxit existentiam partium.

Quod si illi obijcias formas dici creatas fuisse initio, quia fuere producte dependenter à materia tũc creata, sed instat, nam hinc sequeretur omnem formam dici creatam, quia accipit esse dependenter à materia creata.

Eductio de facto habet materiam priorem secũdum tempus.

Quarto deducit eductionem formarũ substantialium de facto fieri per transmutationem materię, atque adeo ex materia, quę tempore pręcedit eductionem ex D. Tho. 1. p. q. 90. ar. 2. vbi Caiet. etiam si aliud senserit cum iunior esset opusc. 42.

14 Quinto deducit de essentia eductionis non esse hanc præcedentiam materiæ, sed satis esse

Non tamen hãc prioritatem exigit ex natura sua.

A prioritate naturę, nam si Deus crearet materiam solam cum perfectis dispositionibus ad ignem non dubium esset, quin forma ignis in eodem instanti naturaliter resultaret, idque vi eius actionis, qua Deus non prius tempore, sed prius natura materiam creatam disponeret, quæ est vera actio, idest supponens subiectum.

Eductio exigit dependentiam à materia in fieri & conseruari, & ab agẽte præparante materiam. Mas. & D. Tho.

8. Opinio est dicentium requiri tres conditiones ad eductionem. Prima vt forma depẽdeat à materia in fieri. Secunda etiam in conseruari. Tertia, vt de potentia ad actum adducetur ex vi agentis naturalis præparantis materiã, ita Masius loc. cit. eamq; tribuit D. Tho. 1. p. q. 90. ar. 2. ad 2. Quod dicat extrahi de potentia materię esse aliquid fieri actu, quod pri B erat in potentia, idest ex vi agentis naturalis, vt ibi explicat Caiet. nam non sufficere duas primas conditiones patet ex eo, nam formæ cælorum, & elementorum in prima creatione mundi non fuere eductæ de potẽtia materiæ, & tamen fuere productę dependenter in fieri, & conseruari à materia.

Eductio exigit in materia potentiam substentatiuam, & coercitiuam indeterminationis formæ, secundo, vt actu illam causet Tertio, vt materia trahatur ad existentiam, & actu formæ ex Capr.

9. Opinio est Cap. 2. d. 17. quest. vnica ad 1. Aur. contra 2. dicentis tria requiri. Primo, vt materia in genere causæ materialis possit concurrere substentando formam, & coercendo indeterminationem illius. Secundo, vt actu illam causet, & ex sua facultate passiua emittat. C Tertio, vt materia trahatur ad existẽtiam formæ, vel vt participat illius actũ, & essentiam, & ob defectum huius tertię conditionis forma non dicitur educi de potentia agentis, & ob id etiam materia non dicitur educi de potentia formæ, quia forma non trahitur ad existentiam materiæ, nec illius naturam participat. Et deniq; ob defectum primæ, & secundę conditionis anima rationalis non educitur, quia materia illam non causat, nec ex sua potentia passiua emittit, & hanc sententiam Masius tribuit Soncin. 7. met. q. 8. ar. 2. q. 27. ad 6. 15

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

Eductio exigit concursum agẽtis, & materiæ non quoad solam receptionem sed causationem existentiæ formæ in primo instanti sui esse.

D PRima Concl. eductio includit duplicem concursum, scilicet agentis, & materiæ; patet ex vi nominis, nam eductio dicit id, quod educit formam, & dicit id, ex quo, idest materiam, ex qua educitur. 16

2. Conc. hic concursus materiæ nõ est sufficiens si sit solum ad receptionem formæ, vel vnionis, quia anima rationalis, & recipitur, & vnitur materiæ, & tamen non educitur ex materia.

3. Concl. hic concursus debet esse quoad existentiam formę, non solum, vt conditio, sed etiam vt causa in primo instanti in quo forma existit.

E Prima pas patet, quia nihil est aliud in forma ad quod concurrens constituat eductionẽ, quia in forma, vt est in materia non potest cõsiderari, nisi vel receptio, vel effectus formalis, vel eius existentia.

2. Pars patet, quia materia etiam cõcurrit, vt conditio sine qua non ad productionem anim

animæ rationalis, atq; adeo ad eius existentiam in ipso primo instanti, nam nisi materia esset sic disposita, nunquam in ipsa crearetur anima rationalis; imò nec simpliciter crearetur, quia secundum connaturalem statū nō exigit creari extra corpus; ergo de facto est conditio sine qua non existeret in primo sui instanti anima rationalis.

17 4. Concl. etiamsi forma educta ex natura sua pendeat in fieri, & in esse, seu conseruari à materia, adhuc tamen non est de ratione eductionis essentialiter, vt forma pendeat etiam in conseruari à materia; nam si fingamus produci aliquam formam in materia concurrēte subiecto ad eius existētiā, & immediatè post, illa forma annihilaretur à Deo, adhuc tamen productio illius formæ esset vera eductio, & tamen forma non conseruaretur à subiecto, tū quia posterius (quod .s. est conseruatio) non variat rationem prioris: Tùm quia productio formæ sic dependenter à materia distingueretur à creatione, nam creatio dicit negationem huius dependentiæ à materia, vt bene Caiet. 1. p. q. 9. ar. 2. & D. Tho. q. 45. art. 1. vbi Bagnes, Magister 2. d. 1. vbi Scotus qu. 2. & ibi Licch. & Tatar. Gab. q. 1. ar. 3. & 4. d. 1. q. 1. ex Occh. quodl. 2. q. 8. Arg. 2. d. 1. q. 1. ar. 2. ex Aug. 12. de Ciuit. c. 25. & Ansel. in Monologio c. 8. Henr. 1. p. ar. 2. q. 23. & 24. & alij omnes. Neq; in hoc est aliqua controuersia. Hinc est, quod creatio dicitur productio totius entis, quia actio terminatur ad totum esse sine concursu causæ materialis.

Non exigitur dependentia à materia in cōseruari.

Mag. D. Tho. Caiet. Bagn. Scot. Lych. Tatar. Occh. Argē. Henr.

Dices si dependentia formæ à materia impedit, quo minus sit creata, neq; materia dicetur creata, quia pendet in suo esse à forma; & neq; totum, quia dependet ex partibus. Neque dicas dependentiam à causa materiali tantum tollere rationem eductionis, nam sequeretur compositū nō esse creata, quia pendent à partibus, & saltem à materia, vt causa materiali. Resp. esse diuersam rationem, quia respectu formæ est subiectiua, at respectu compositi est constitutiua. Sed contra, quia hæc est maior dependentia; ergo multo magis debet tollere rationem creationis. Resp. totum non alia creatione creari, quā creatione partium, quare sicut totum dicitur generari, licet tantum formæ generetur, ita dicitur totum creari, licet partes tantum creentur.

Cur dependētia à materia repugnet creationi, & nō dependētia à forma.

18 5. Concl. ad conceptū eductionis necessario præ requiritur existentia materię, non quidem tempore, sed natura.

Eductio exigit præexistentiā materiæ natura, non tempore.

2. Pars patet ex dictis, nam cum materia habeat rationem causæ respectu eductionis, & formæ eductæ, necessario erit prior natura, quia hæc prioritas est de ratione naturæ.

1. Pars probatur, nam cum eductio formaliter consistat in dependentia formæ à duplici causa .s. in effectiua, & māli. in quocunq; instāti potest esse hæc duplex dependētia, potest etiā esse eductio formæ, sed in eodem instanti, in quo primo est materia, potest esse dependētia alicuius formæ ab illa; ergo pōt esse eductio, atq; adeo non est necessarium, vt materia præcedat tempore. Minor probatur, tū ex proportione causæ efficientis, quæ in eodem instanti producit, in quo est, vt patet in sole illuminātē aerem productum in eodem instanti, nā ibi aer etiam concurrisset materialiter ad productionem luminis. Tum quia causa necessaria in eodē instanti, in quo habet virtutem cōcurrit ad effectum potentem existere in eodē instanti; sed forma substantialis potest existere in instanti, imò de facto producitur in instanti; ergo materia ad illam concurrit in instanti.

A

Confirm. quia si aliquid impediret, id maxime esset, quia ad productionem formę requiritur præuia alteratio, quæ non fit in instanti, sed successiuè; sed hoc non obstat ad formalē cōceptū eductionis, vt supra probauimus, quia ea necessitas non oritur ex natura eductionis, sed ex natura, & connexione formarum substantialium, quę habent repugnantiam in eadē materia, & contrarias dispositiones, in quarum expulsione consumitur tempus, tamē si poneretur materia disposita ad formam in instanti, in eodem instanti, posset causare formam substantialem ad quam est disposita; imo dicunt aliqui, quod si iuxta ignem apponatur materia quanta sine alia forma ibi in instanti introduceretur, & dispositio ad formam ignis, & ipsa forma: quod licet negetur à Fonseca, eo quod agens naturale non pōt agere in materiam, nisi actuata aliqua forma substantiali, eo quod dispositio fiat per accidentia, quæ cum sint actus secundi necessario supponunt actum primum, idest formam aliquam substantialem, atq; adeo agens naturale non potest disponere materiā denudatam omni forma substantiali (licet .n. id negetur) tamen id non est, ꝙ eductio formæ substantialis ex natura eductionis nō possit in eodem instanti esse cum materia, sed ex alia rōne, de qua re alibi. Deniq; id patet, qa eductio formæ non coarctatur ad substantialem, sed potest esse tàm respectu substantialis, quā accidentalis, sed datur aliquod accidens, quod necessario, concomitatur materiam in eodem instanti, in quo primo ipsa est, sed illud accidēs non creatur cùm inhæreat materiæ; ergo educitur à materia. 19

B

C

D

Dices eductio exigit, vt id quod educitur, sit in potētia materiæ, ex qua educitur, sed nō potest forma eadem esse simul in potentia materiæ, & in actu; ergo in alio instanti erit in potentia, & in alio in actu; at inter duo instātia intercedit tempus; ergo materia prius tempore continet formam in potentia, quam ex illa educatur ad actum. 20

Resp esse in potētia causæ, posse accipi dupliciter. Primo, vt dicit virtutem causæ cum negatione existentiæ effectus, & ita optimè procedit argumentum, nam non potest forma simul habere existentiam, & negationem existētię. Secundo, vt dicit virtutem causatiuam effectus, vt abstrahit ab eo, quod habeat, vel non habeat effectum in actu, & ita non procedit argumentum, quia dum causa causat effectum, tunc maxime habet potentiam ad effectum, & tamen tunc existit effectus, & hic cōceptus

Dupliciter aliquid dicitur esse in potentia causæ.

E

ceptus potentiæ est necessarius ad eductioné, nam cum forma ex se non habeat existentiam, dum illam recipit à causa materiali, dicitur educi ex illa.

An formæ fuerint eductæ, an creatæ.

Dices 2. hinc sequeretur cælos non fuisse creatos, quia forma cælestis in eodem instanti, in quo fuit producta materia fuit, etiam producta, concurrente materia subiectiue, atque adeo fuit educta de potentia materiæ; ergo totum non fuit creatum, sed generatum à Dei potentia, quia generatio compositi nõ est actio distincta à generatione formæ, nam per candé actionem, qua forma fit, & vnitur materiæ, per se primo fit compositum, & comproducitur talis forma, & fit actu extra potentiam materiæ; sed negare cælos esse creatos est contra Scripturam Genes. 1. In principio Deus creauit cælum, & terram. & contra rationem philosophicam, quia tunc forma, quæ pendet in fieri, & in esse à materia, dicitur educi, quando actio, ita tendit ad formam, vt per illam materia non fiat, at non ita accidit in productione cælorum, ita Suar. disp. 15. sect. 2.

Ego vero Resp. formas cælorum vere esse eductas de potentia materię, dici tamen cęlum creatum ratione materiæ, à qua sumpta fuit illa denominatio, eo quod materia fuerit fundamentum aliarum actionũ, vt alibi fusius explicabimus, nam alioqui, nec formæ elementorum fuissent eductæ, cum terra, & cætera elementa dicãtur ẽt fuisse creata initio mũdi.

21 *Eductio dicitur etiam si potentia materiæ sit obedientialis.*

6. Cócl. hæc potentia, ex qua dicitur educi forma potest esse tàm naturalis, quam obedientialis. Prob. 1. ex opinione eorũ, qui dicunt gratiam educi è potentia animæ, vt probatur ex Trid. sess. 6. c. 7. & can. 11. dum asserit gratiã, ita nobis infundi, vt nobis inhæreat; at forma inhærens pendet à subiecto, tanquam à causa subiectiua, & ratio est, quia gratia ex natura sua non est forma subsistẽs, sed accidẽtalis, alioqui non posset informare formã substantialem; ergo ex natura sua pendet ex subiecto in suo esse; & quia hanc naturam habet in primo instãti suæ productionis, ideo educitur de potentia subiecti, hæc autem non est naturalis, sed obediẽtialis, & Conf. ex Doctoribus, quos infra referemus, qui asserunt gratiam educi de potentia obedientiali subiecti. Conf. 2. ex D. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 9. & q. 112. ar. 2. ad 3. 1. p. q. 115. ar. 2. ad 4. quibus locis dicit creationem esse productionem sine subiecto, quare secundum hos dicendum est, formam educi quotiescunq; subiectum concurrit subiectiuè substentando, siue id præstet ex potẽtia naturali, siue obedientiali. & Confirm. quia etiã secundum Fons. loc. cit. dicitur habere potẽtiam naturalem ad substendandum, licet non ad recipiendum. Confirm. 2. motus violenti educuntur ex potentia subiecti, & tamen subiectum habet repugnantiam, similiter formæ artificiales, ad quas non est potentia naturalis passiua, cum neq; sit actiua naturalis, vt ipse Fons. sect. 3. concedit.

Trid.

Gratia educitur.

D. Thom.

Fons.

22 Dices educi de potentia subiecti supponit formam eductam contineri in potentia subiecti, quia educi est extra duci, atque adeo prius erat intra; sed nulla forma continetur in potentia subiecti obedientiali, sed naturali, quia potentia obedientialis dicitur, quæ secundum se nihil potest ad effectum, nisi, vt eleuatur per actionem agentis principalis, idest Dei.

Duplex continentia virtualis eminentialis, & defectiua.

Resp. duplicẽ esse continentiam virtualem, vnam eminentialem, & hæc dicit perfectioné in continente, quomodo effectus dicuntur cõtineri in causa effectiua æquiuoca. Alteram defectiuam, & hæc nõ dicit perfectionem in cõtinente, sed potius imperfectionem, quia semper continens est imperfectius cõtento, vt patet in continentia effectus in causa instrumentali, & hic defectus multo maior est in continentia virtuali, quam habet causa materialis, nam quo forma magis elongatur ab actu, eo magis habet rationem potentiæ, atq; adeo rationem imperfectionis; ex quo fit, vt quo potentia hæc virtualis est maior eo imperfectior, quia magis recedit ab actu. Hinc fit, vt potẽtialis, licet sit imperfectissima in ratione causãdi, quia minus causat, quàm potẽtia naturalis, cum magis indigeat concursu potentiæ actiuę, tamen in ratione entis est perfectior, quia minus recedit ab actu, vt alibi dicetur. Sed quia antiquiores Theologi gratiam dicunt creari, ideo opinio dicentium ad eductionem requiri potentiam naturalem est probabilis, & iuxta illam dicendum est, non quamlibet dependẽtiam à subiecto repugnare creationi, & constituere eductionem, sed tantum dependentiam actiuam respectu formæ, quæ oritur ex natura subiecti; non autem, quæ ex eleuatione subiecti per causam efficiẽtem; quia cum totus cõcursus respectu formæ sit à causa efficiente, siue immediate influendo in formam, siue mediate, eleuando subiectum immediatè, videtur pertinere ad creationem, quia concursus ille subiecti tribui debet etiam efficienti, tanquã causæ principali, & iuxta hæc defendi potest, & debet opinio antiquorum.

DVBITATIO SECVNDA.

An eductio sit actio distincta ab actione vnitiua, an vero sit formaliter idem.

Primo constat vnioné non esse formaliter, nec cõnotare sin se eductioné: patet in anima rationali, quæ vere, & propriè vnitur materiæ per informationem, & tamen, nec includit, nec connotat eductionem eiusdem formę, cum anima rationalis creetur. 1

Vnio non est eductio.

Secundo, constat formas ex natura sua exigentes inhærentiam, siue substantialẽ, siue accidentalẽ in subiecto posse habere existentiã distinctã ab vnione cũ subiecto, patet ex quãtitate in augustissimo Sacramento altaris, quæ nulli subiecto est vnita, quare difficultas manet de existentia formæ actualiter dependentis à subiecto, an sit formaliter vnio cum subiecto, an vero sit distincta: & si distincta, an vnionem exigat essentialiter, an solum connaturaliter, ex quo pendet solutio quæstionis, an eductio sit formaliter idem, ac vnitio.

Formæ dependentes à subiecta habere possunt existentiã distinctam ab vnione.

1. Opi-

2 *Eductio idem est cum vnitione.*

1. Opinio est dicentium, actionem eductiuam non esse distinctam ab actione vnitiua, nã causalitas materię circa formam materialem dependentem à materia non est aliud ab ipsa vnione formæ cum materia, nam materia causando vnionem causat formam, quia hæc pendet à materia, formaliter per vnionem, & licet in anima rationali sit vnio informationis causata à materia, per quam anima rationalis non pendet à materia, tamen vnio hęc est diuersę rationis ab ea, quam habet forma materialis, nam illa est pure, informatiua, hæc vero est informatiua dependentiæ, vnde potest dici substantialis inhærentia, sicut informatio accidẽtis dicitur accidentalis inhærentia, tribuitur Suar. tom. 1. met. disp. 13. sect. 9. num. 10. & tract. de gratia p. 3. lib. 8. c. 2. vbi tribuit Scoto 4. d. 1. q. 1. §. ideo, & fusius 3. p. tom. 1. disp. 8. sect. 1. vbi fuse probat productionem huius formæ non esse distinctam ab vnitione. Primo quia si essent distinctæ, tunc productio esset prior, quàm vnio, quia, vt vniri supponit esse, ita productio supponitur ad vnionem, sed forma non prius producitur, quam vnio, quia non potest produci, nisi vnita materiæ, quia alioqui non educeretur, nam eductio non est, nisi productio ex materia substentante, at materia non potest substentare formam sibi non vnitam.

Suar.

Forma nõ prius producitur quã vniatur.

Confirm. quia licet in eodem instanti producatur anima, & informet materiam, tamen quia actio qua producitur, est distincta ab vnitiua, ideo per actionem creatiuam non producitur homo, sed solum anima rationalis; at contra, quia calor eadem actione producitur qua vnitur subiecto, ideo ꝑ illã actionẽ nõ tã fit calor, quam calidum, at si actio productiua caloris esset distincta ab vnitiua per illam non fieret calidum, sed calor.

Confirm. 2. quia alioqui forma corruptibilis prius existeret, quàm vniretur materię, quia actio productiua terminatur ad existentiam, atq; adeo existeret, & non in subiecto, quod esse absurdum patet, quia huiusmodi formæ habent existentiam dependentem à subiecto, & ideo non sunt siue inexistentia; ergo non prius natura possunt existere, quàm vnitæ subiecto. Conseq. prob. quia hoc signo colligimus animam rationalem non pendere in existendo à materia, etiam si eius vnio pendeat, quia prius natura existit, quàm vniatur. Sed contra in corruptibili, quia pendet in existendo à subiecto, colligimus etiã pendere in fieri, atq; adeo non prius natura fieri, quam vniatur subiecto.

3 *Formæ subsistẽtes, non prius sunt existẽtes, quàm subsistẽtes.*

Confirm. 3. quia vt forma subsistens non prius natura sit existens, quam subsistens, quia creatio terminatur ad rem subsistentem 1. p. q. 45. ar. 4. alioqui non esset ratio, cur anima rationalis prius natura subsisteret quam vniretur materię; ita formæ corruptibiles nõ prius natura fiunt, quam inhæreant, quia vt subsistẽtia est modus connaturalis existentiæ incorruptibilis, ita formæ corruptibiles possunt naturalem modum inhærendi.

A Resp. aliqui creationem terminari formaliter ad existentiam ex nihilo, ad subsistentiam vero, vt complementum existentię substantialis, & ideo creatio dicitur rei subsistentis; nec; similis est dependentia rationalis à subsistentia, ac corruptibilis ab inhærentia, quia illa est, vt complemento consequente, hæc vt causa, quia subiectum verè causat existentiã formę per inhæsionem. Sed contra quia hinc magis confir. opinio, nam res subsistens non ita pendet à subsistẽtia, vt forma corruptibilis ab inhærentia, ergo per inherentiam hæc pendet à subiecto.

Creatio primariò est ad existentiam, & consequẽter ad subsistentiam.

Confirm. 4. quia vel illa actio, qua fit forma materialis est cum materiali cõcursu subiecti, vel non; si secundum, ergo est creatio, quia ex B nullo subiecto. Si primum; ergo illa actio formaliter, & præcisè sumpta pendet essentialiter à subiecto, illique vnitur; ergo ex vi illius, terminus actionis fit in subiecto, & illi vnitur; ergo non est necessaria actio vniens distincta.

Cõfir. 5. actualis inhæsio nõ est prior existẽtia accidẽtis, sed potius ordine nãç, vel cognitionis; posterior, qa actualis inhęrentia est modus illius existentiæ, & quasi vltimus terminus eius; vt subsistentia est complementum existẽtiæ substantiæ, quare nec fieri, nec esse potest existentia sine inhæsione propter dependẽtiã, vnde inhęrentia non resultat ex existentia tali, sed potius vtraq; simul per vnam actionem C indissolubilem fit ab agente ex subiecto.

Inhæsio non est prior existentia accidentis.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui dicunt esse vnam vnitate simplicitatis, & indiuisibilitatis, vt videtur sentire Suar. in met. & in tract. de gratia. Alij tamen, esse vnam vnitate compositionis, vt expresse Suar. 3. p. loc. cit. §. nihilominus, vt infra.

2. Opinio est dicentium esse duas actiones formaliter distinctas iuxta distinctionem terminorũ, vnã quo terminatur præcisè ad existentiam formæ; aleram, quæ terminatur ad vnionem formæ cum materia; atq; eductionẽ consistere formaliter in priori illa actione, quæ distinguitur à creatione, quod ad creationem D coucurrit solũ virtus effectiua, at vero ad eductionem concurrit, & effectiua, & materialis in proprio genere, ita Dur. 3. d. 5. q. 5. nu. 4. dum loquitur de intensione Hurt. disp. 5. phy. sect. 2. & videtur esse sententia illorũ qui dicunt productionem humanitatis Christi esse distinctam ab vnione eiusdem cum Verbo, quę tribuitur D. Tho. 3. p. q 4. ar. 2. & q. 6. art. 3. & 4. ad 3. Alens. 3. p. q. 8. membro 2. Gab. & Och. 1. d. 30. q. 4. & 3. d. 5. q. 1. ar. 1. & d. 2. ar. 1. quia videtur eadem ratio, nam licet sit diuersus modus dependendi humanitatis à Verbo, ac formæ à materia, temen conueniunt, quod vtrumq; requirit ad sui existentiam dependẽ- E tiam ab extremo sibi proportionali.

4 *Eductio, & vnitio sunt actiones formaliter distinctæ ex Dur. Hurtad.*

Productio humanitatis fuit actio distincta ab vnitione cũ verbo. D. Tho. Alens. Gab. Och.

Fundamentum est quia actiones distinguntur ex terminis, vt alibi, vel ex principijs, vel ex separabilitate vnius ab altero, vel ex præsuppositione vnius ad alterã ex natura rei, sed termini illarum actionum sunt distincti, nam terminus eductionis est forma existens secun-

5 *Terminus eductionis est distinctus à termino vnitionis.*

dum se, at terminus vnitionis est vnio, quæ distinguitur ab extremis vnitis, vt patet ex separabilitate, A cum possit dari existentia formæ secúdum se sine vnione, imo potest dari vtrunq; extremū sine vnione, vt patet in quantitate Eucharistiæ, quæ manet sine subiecto.

Confirm. quia licet forma materialis simul vniatur, & fiat, tamen sicut in accidente distinguimus entitatem accidentis ab eius inhærentia, ita debet in actione distingui ratio, qua tēdit ad entitatem accidentis, & qua ad vnionē, quia actio non est aliud, quàm fieri ipsius rei, vt est ab agente, at res in fieri, & facto esse seruant in se proportionem, vnde si in facto esse est distinctio; ergo etiam in fieri, quare vnitas actionis productiuę, & vnitiuæ consistit, quod B licet ex natura rei distinguantur, tamen sunt quasi partes vnius actionis, & actio, vt terminatur ad entitatem pendet à tali modo actionis, quo fit in subiecto, & ex subiecto, quare concipienda est, vt vna actio non omnino indiuisibilis, sed composita essentialiter, ex fieri entitatis, & fieri vnionis; & ita vnum connexū est cum alio, vt nequeant ab inuicem separari, vt per talem actionem fiunt.

Ex productione et vnitione fit vna actio diuisibilis.

6 Dices entitas formæ secundum se, & secūdum subsistendi consequentiam est prior, quá vnio ad subiectum. Resp. licet secundum se entitas sit prior, non tamen, vt fit per illam actionem est prior ex natura rei, quam vnio C ad subiectum,

Confirm. 2. existentia accidentis non pendet proprie ab actuali inhærentia, sed à subiecto mediante illa, nam actualis inhærentia est dependentia accidentis à subiecto tam in fieri, quàm in esse, sicut res subsistens, vt sic est independens à subiecto; ergo potest prius esse existentia, quàm inhærentia, saltem secundum naturam, quia inhærentia non potest habere rationem aliquam causæ respectu illius existētię, sed potius contra.

Existētia accidentis pendet à subiecto per actualem inhærentiam.

Dices quomodo dr̄ vna actio? Resp. dici per cōcomitantiam, quia vnū concomitatur aliud, vel p̄ cōpositionē, vt terminus compositus ex natura, & inhærentia est vnus, quia actio iden- D tificatur cum termino; ergo compositio, quæ est in termino debet redundare in actionem.

Dicitur vna actio per cōcomitantiam.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui volunt, hāc actionem, quæ dicitur eductio, includere essentialiter, tàm productionem entitatis ex vi efficientis, & subiecti, quam productionem vnionis, vnde dicunt illam esse actionem compositam.

Eductio est actio composita ex aliquibus.

Alij vero dicunt actionem eductiuam non includere essentialiter vnionem, seù actionem vnitiuam, sed tantum illam connotare, vnde formaliter dicunt consistere in concursu dependente à duplici causa scilicet ab efficiente, E & materia, per quem concursum producitur existentia formę.

Alij vnitionem non includi sed connotari.

7 2. Differunt, nam aliqui volunt concursum productiuum formę quoad existentiam ex vi subiecti essentialiter pendere à concursu vnitiuo, ita vt non possit separari talis concursus à tali vnione, & contra, vt sentit Suar. 3. p. loc. cit, qui licet nihil expresè dicat in ordine ad potentiam Dei, tamen illud significat.

Esse inseparabiles etiam de potentia absoluta.

Alij vero dicunt productionem formæ dependenter à subiecto pendere quidem connaturaliter ab actione vnitiua, & vnione, non tamen essentialiter, & inseparabiliter in ordine ad potentiam Dei, quia posset per potentiam Dei effici, vt forma producatur ab agente cōcurrente subiecto ad existentiam, impediendo vnionem, seu informationem formę respectu illius subiecti, quę opinio mihi videtur probabilis, nam argumenta proposita in secunda opinione si bene perpendantur, hanc opinionem probant, nam cum illæ actiones sint inter se distinctæ iuxta distinctionem terminorum formalium, & inter terminos sit talis habitudo, vt existentia formæ sit prior, quàm vniatur, necessario actio prius terminatur ad existentiā formæ, quam ad vnionem, prius autem nūquā pendet essentialiter à suo posteriori in ordine ad potentiam Dei; sicut causa nō pendet à suo effectu.

At inseparabiles esse naturaliter.

Confirm. quia vt ostendimus in 3. p. productio humanitatis Christi prius natura fuit, quā vnitio eius ad Verbum; sed non minus humanitas pendet à subsistentia quam forma ab informatione, nam licet pendeat à materia, quoad sustentationem tanquam à causa priore nō tamen, quoad informationem, ex quibus patet ad argumenta primæ sententię.

Ad primum concedo prius esse productionem, quam vnitionem, & in illo priori materiā concurrere sustentando, pręscindēdo ab vnione, non tamen excludendo vnionem connaturaliter cum simul sint in eodem instanti. Vnde Deus posset facere, vt esset forma sustentata à materia etiam excludendo vnionem informationis. 8

Prior natura est productio formæ quam vnio.

Ad 1. Confirm. Resp. animam in illo priori creari, quia nullo modo concurrit subiectum sustentando, nec illa actio, vt creatio per se requirit vnionem, & ideo non dicitur homo ex vi illius actionis creari, sed dicitur homo generari, quia eius generatio non consistit in productione formæ, sed in vnitione formę; at vero productio caloris, cum fiat per actionem sustentante subiecto, quæ ex natura sua requirit vnionem, dicitur ex vi illius produci calidum; vnde potius conf. nostra opinio; nam dicitur produci calidum, & educi calor, & nō dicitur educi calidum; ergo eductio formaliter tendit ad calorem, non ad calidum, idest calorem vnitum subiecto.

Cur creatio animæ rationalis non sit eductio, etiam si exigat informationē.

Ad 2. Confir. Resp. concedendo prius natura formam existere, quam informet subiectum, sed in eo priori non existit independenter à materia, sed dependenter, in quo distinguitur forma materialis ab anima rationali, quæ hęc existit quidem prius natura, quàm informet subiectum, sed independenter à subiecto, quia ad existentiam animę rationalis non est necessarius concursus subiecti, sicut est necessarius ad existentiam formę materialis,

Forma quælibet prius natura existit quā informet.

Ad 3. Resp. rem creatam terminare creationem ratione suę existentię subsistentis indepen-

penden-

pendenter à subiecto, at vero res educta terminat eductionem ratione suę existentię de- A pendenter à subiecto, quia hoc cōcurrit simul cum efficiente ad existentiam illius, sed hæc dependentia non includit formaliter, & essentialiter informationem, sed tantum connaturaliter, & consequutiuè; neq; terminus formalis creationis est subsistens quocunq; modo, sed subsistens independenter à materia nam forma materialis, cum sit substantia necessario dicere debet aliquam rationem subsistentiæ, quia per hoc distinguitur ab accidēte, sed subsistentia, quam dicit, non omnino absoluitur à concursu materiæ, sicut absoluitur subsistentia animæ rationalis, vt fusè in metaph. probabit.

Ad 4. Resp. fieri dependenter à subiecto, B cui vnitur vnione dependentiæ, non autem vnione informationis.

Ad 5. Resp inde confirmari nostram sentētiam, nam sicut inhærentia est modus additus existentiæ accidētis, & subsistētia supra existētiæ substantiæ, ita actio prius natura attingit existentiam, quam inhærentiam, & subsistentiam, licet simul Duratione; quare idē dici poterit de existentia formæ materialis subsistētis dependenter à materia.

Forma substātialis, & accidentalis in quibus conueniat, & differant.

Resp. 2. formam materialem substantialē, & accidentalem conuenire in hoc q̄ vtriusq; existentia dependeat à subiecto, etiā in primo instāti suę productionis, sed differre, quod de- C pendentia accidentis à subiecto tollit rationē substantiæ, imò illi repugnat; dependentia vero formæ substantialis non tollit ab illa rationem substantiæ, vnde colligimus esse dependentias diuersæ rationis: & sicut in forma substantiali est vnio dependentiæ, & informationis respectu materiæ, ita etiam & in accidentali, quæ sicut sunt distinctæ in forma substantiali, ita in accidentali (licet dependentiam accidentis, & informationem auctores vocent vno nomine, scilicet inhærentiam) vnde transferri potest ad dependentiam, & informationē formæ substantialis, cum addito tamen, vt .s. dicatur inhærentia substantialis.

Dices dependentia, qua forma dependet à D materia formaliter est ipsa vnio; ergo non potest prius natura existere forma, quàm sit vnita materiæ, quia non potest intelligi existentia prius natura, quam intelligatur, & sit dependentia per quam est. Antecedens patet ex dependentia naturæ à supposito, quia non est aliud, quā vnio naturæ cum supposito; ergo similiter dicendum in dependentia formæ à materia.

Fund. aduers.

Resp. hoc fundamēto niti debere auctores primæ opinionis, quia hac ratione non potest intelligi eductio sine vnione.

Dependentia subiecto non est idem ex vnio

Verum cum alij negent esse idem dependētiam, & vnionem informatiuam, eo quod vnio ordinetur ad componendum, dependentia E vero ad esse rei, vnde potest dari vnio sine dependentia, merito secunda opinio præfertur.

Vnio dependētiæ, & informationis.

Alij deniq; distingunt duplicem vnionem, alteram dependentiæ, alteram informationis, vnde dicunt formam materialem non educi sine vnione dependentię, at intelligi posse, imo & esse per potentiam Dei sine vnione informationis. Verum quid sentiēdum sit dicemus A cum de causalitate materiæ vbi etiam explicabitur an sit duplex relatio altera vnionis, altera substentationis.

QVAESTIO V.

Quibus formis conueniat educi è potentia materiæ.

Anima rationalis non educitur.

PRimo cōstat animam rationalem non educi è potentia materiæ, sed creari, quia cum 1
sit subsistens indepēdenter à materia, non potest educi, vt fusè dicemus in lib. de anima; neq; tamen hinc sequitur, hanc productionem B esse supranaturalem, quia producitur, vt forma informans materiam iuxta exigentiam dispositionum, licet anima considerata secundū suum esse subsistens, atq; adeo præscindendo ab informatione materiæ, dicatur supranaturalis apud Ferrar. 2. cont. gent. c. 68. & Sot. 1. phy. q. 7. Neq; ex eo, quod anima creatur, fit vt homo non dicatur generari ab homine, quia adhoc sufficit, vt virtus seminalis attingat vnionem animæ cum materia, etiam si anima fuerit producta per creationem, quia entitas compositi similis suæ causæ resultat ex illa vnione, vt rectè Caiet. 1. p. q. 118. art. 2. Sonc. 8. met. q. 14.

Ferrar. Sot.

Caiet.

Dices attingens dispositiones ad formam nō C solum dicitur attingere vnionem, sed ipsas formas; ergo homo non solum producit vnionē, sed etiam ipsam animam rationalem.

Attingens dispositiones attingit formam quando sunt eiusdem ordinis.

Resp. id verum quando dispositiones, & formæ sunt eiusdem ordinis, secus vero si dispositiones sunt ordinis naturalis, & formæ ordinis supernaturalis, cuiusmodi est anima rationalis, ita quidam Thomistæ. Sed non placet alijs, quia anima rationalis, vt forma, est ordinis naturalis, non solum, vt dicit actualem vnionem, sed etiam, vt essentialiter dicit vim informatiuam. ideo.

Dispositiones alia ad vnionē & non adentitatem, alia ad vtrumque.

Alij 2. Resp. dispositiones alias esse ad en- D titatem, & vnionem formæ, & producens dispositiones attingit formā. Alias vero ad vnionem, sed non ad esse, & entitatem formæ, & attingens has dispositiones nō attingit formā, & tales sunt dispositiones ad animam rationalem, quia non attingunt illam.

Dices 2. hinc sequitur generationem hominis non conuenire vniuoce cum generatione rerum aliarum, quia non conueniunt in specificatiuo communi generationis, nam generatio hominis terminatur præcisè ad vnionem; at generatio aliarum rerū terminatur ad formas secundum esse, & vnionem.

Generatio non exigit, nisi eductionē vnionis.

Resp. generatio præcisè, & in communi nō E dicit, nisi terminari ad vnionem contrahitur vero ad diuersos modos generationis, non solum ex diuersitate vnionis, sed etiam ex entitate formarum, quarum aliquæ attinguntur simul cum vnione, aliquæ vero non.

Anima rationalis nō est Traduce.

Ex quo obiter patet animam hominis non esse ex traduce, vt Hier. epistola ad Pamachiū

& lib. 2. apologiæ aduers. Rufinum, Aug. epist. de origine animæ ad D. Hier. D. Tho. 2. cont. gent. cap. 86 & 1. p. qu. 118. ar. 2. Castro 2. de hæres: verbo anima, hæres 3. contra Luciferianos Tertull. & Apolog. qui ponebant in semine duas facultates, vnam transmutandi, atq. adeo efformandi corpus; alteram ex materia præparata producendo animam, sed de hac re fuse in lib. de anima.

3 Difficultas hic esse posset, an si anima produceretur sine propria subsistentia, & dependenter à subsistentia aliena diceretur educi.

Forma producta dependenter à subsistentia aliena non dicitur educi.

Resp. negatiuè, vt 3. p. ostendi, nam concursus ille suppositalis, seu personalis non repugnat creationi, imò est necessarius, quia creatio est suppositorũ, & subsistentium; vnde anima rationalis habet concursum propriè substãtię, & tamen creatur, quare concursus materialis est diuersæ rationis à concursu suppositali, vnde secundum communem philosophorum sententiam forma corruptibilis habet subsistẽtiam propriã substantiæ, & tamen adhuc dependet à materia.

Formæ corruptibiles ex natura sua non sunt creabiles, sed aducibiles.

2. Constat formas mixtorum educi ex potentia materiæ, patet quia ad sunt omnes conditiones necessariæ ad eductionem.

3. Constat formas corruptibiles, & accidẽtia, si producantur iuxta exigentiam propriæ naturæ, non posse creari, quia ex natura sua dependent à subiecto, quare supra ipsorum naturam esset, si illa producerentur per modũ subsistentium extra subiecta. Vnde cõstat has formas educi.

4. Cõstat formas elemẽtorũ, quę nũc pducũtur, educi ex potẽtia materię patet ex dictis

DVBITATIO PRIMA.

Est, an formæ elementorum, quę fuere productæ simul cum materia initio creationis, dicantur eductæ.

Formæ elemẽtorum in prima creatione non fuerũt eductæ.

1 PRima opinio est negantium. Primo, quia hac ratione formæ cælestes non dicuntur eductæ, sed concreatæ, quia cælum totum dicitur fuisse creatum, at etiam elementa dicuntur non genita, sed creata, vt Genes. 1. in principio Deus creauit cælum, & terram.

Secundo, quia materia non fuit in potentia ad illas formas, quia semper actu habuit, & eductio dicit habitudinem ad materiam, quæ prius fuit in potentia.

Tertio quia eandem actionẽ totũ, & partes.

Quarto dum creatur Angelus eius potentiæ non educuntur ex capacitate subiecti, quia concreantur, ergo magis formæ substantiales, quæ concreantur cum qualibet materia.

Quinto cum creatur Angelus non educitur subsistentia de potentia materiæ, licet concreetur ergo.

Formæ elementorũ sunt eductæ non autem cælestes.

2. Opinio est dicentium formas elementorum esse eductas, non autem cælestes, nã formæ cælestes sunt tales, vt ex natura sua poscãt fieri eadem actione, qua fit materia, at non sic illę, quia supponunt creatam per distinctam actionem, & per aliam inducuntur etiam in prima productione earum, quia eadem est cõdi io materiæ elemẽtaris, & formarum in prima productione, ac in tempore consequenti, quia actio creatiua materiæ elemẽtares eadem perseuerat conseruando materiam, at terminata ad formam, & compositum non perseuerat, sed cessauit, ergo neq; erant partiales cõponentes vnam, quia nunc etiam, ita esset vna actio composi a ex conseruatione materiæ, & productione formarum, quia productio formę subsequẽtis succedit loco actionis formæ deperditę; ergo si illa actio materiæ ex se est partialis iam componet cum sequente inductiua, & conseruatiua formæ, Consequentia probatur, quia eadem ratio, & proportio cõiunctionis, & aptitudo est inter has actiones, & inter illas; tum quia alias actio materiæ esset ex se partialis, & apta ad componendam vnam totalem, quare perpetuo remaneret incompleta, & sine debita compositione; at esse vnã actionem, patet esse falsum, quia actio qua fit materia est creatio eadem perseuerans; at ex hac, & generatione non fit vna; ergo distinctæ sunt etiam in prima origine, licet simul coniunctæ.

Ex his fit non esse necessarium ad eductionem, vt materia præcedat tempore, nam ex duabus actionibus illa, quæ est posterior natura habet veram rationem eductionis, quia pẽdet essẽtialiter à materia, quę per illam nõ fit, sed suppo nitur creata. 2

Non est necessaria ad eductionem præcedentia materiæ.

Secũdo, quia si materia fuisset producta informis, & deinde formata, tũc fuisset eductio; ergo licet in eodem instanti sint coniunctę, sũt eiusdem rationis, ergo est vera eductio formæ, sicut productio materiæ vera creatio.

Cur cælum dicitur creatum non generatũ.

Dices inde probaretur formam cęli etiam educi. Resp. negando sequelam, quia etiam si præexistat materia, non posuisset cęlum dici generatum, atq; adeo nec forma educta, quia actio illa ex natura sua non supponit materiã factam; quare casus ille miraculosus esset per accidens, nec mutans naturam actionis, & forte actio, qua fit materia sub propria forma, & conseruaretur, sine vlla forma, vel sub alia distincta non esset eiusdem rationis cum ea, qua fit sub propria, vnde si in materiam cęli præexistentem induceretur forma, cessaret prior actio, qua cõseruabatur nuda, & inciperet noua actio, ex qua totum cęlum acciperet esse, & esset vera, & totalis creatio, etiam si nõ ita denominaret, &c. propter præexistentem materiam, quod si concedatur esse eandem actionẽ circa materiam, & per aliam actionem distinctam induci formam cęli, tunc hęc actio esset miraculosa, & extraordinaria generatio; at negamus formam cęli fieri tali modo ex natura sua, vt conuenit elementis, at nunc cęlum factum est modo sibi proportionato, & ideo nõ est similis ratio.

Ratio diuersitatis inter productionem formæ cælestis, & elementaris.

Quod si ab his petas vnde colligatur hęc diuersitas.

Resp. ex corruptibilitate vnius, & incorruptibilitate alterius, nam quando materia, & forma sunt ex natura sua inseparabiles petunt fieri simul per vnam actionem ex se indiuisibilẽ omnino, vel ex natura rei; at quando materia

ria est ex se separabilis à qualibet forma diuisim, tūc sub eadē materia possunt variari actiones inductiuæ formarum, vnde conseruatio materiæ est distincta, & supponitur ad omnē actionem inductiuam.

3 *Formæ tam elementares, quam cælestes sunt eductæ.*

3. Opinio est dicētium non solum formas elementares fuisse eductas, vt rectè probat 2. opinio, sed etiam formas cælestes, quia sicut formæ elemētares dicuntur eductæ, quia non fuerunt productæ per solam virtutem efficiētis, sed etiam cum cōcursu materiæ, ita, & formæ cælestes, & sicut materia nō præcessit formas elementares, nisi natura, ita etiam, & materia cælestis respectu formæ cælestis.

Resp. aduers.

Dices esse diuersam rationem, quia ad productionem formarum elementarium præcesserunt dispositiones in materia, quibus fuit determinata ad tales formas, quæ dispositiones non fuerunt necessariæ in materia formæ cælestis, quia ex se est determinata ad vnam; dispositiones autem cum producantur in tempore ostendunt materiam præcessisse tempore.

Occurritur responsioni.

Sed cōtra, quia vel dispositiones sunt proximæ, & simul cum forma; vel remotæ, & hæ per accidens tempore præcedunt ex debilitate agentis, vnde si Deus in instanti disponeret materiam, vsq; ad vltimam dispositionē, vt quando mutauit aquam in vinum, esset vera generatio, quare vltima dispositio eo modo, quo tunc ordine naturæ antecedit, etiam in prima creatione antecessit, nam tunc fuit facta cum eadem dependentia ab vltima dispositione, ac nunc fieret; ergo cum eadem causalitate ex parte dispositionum, ergo cum eodem ordine naturę, quia hic sumitur ex causalitate. Neq; videtur necessarium ad eductionem, vt materia antecedat tēpore sub priuatione, sed sufficere ordine naturę, vt tunc fuit, nam ibi fuerunt duæ actiones, ita subordinatæ, vt vna essentialiter supponeret aliam, à cuius termino pendet, vt à causa necessaria.

Eductum non exigit præexistentiam materiæ secundum tempus.

Consistit autem prioritas illa naturæ non quidem in positiua dependentia formę à priuatione existente, quia implicat simul duratione esse formam, & eius priuationem in materia; sed consistit in causalitate conditionata fūdata in natura materiæ, quia si in illo instanti non fuisset in ea producta forma, ibi adesset priuatio formæ, quia materia ex se non habet formam, sed illam habet ab agente, quare ex se præcisa actione agentis haberet priuationē.

Dices cum ad eductionem sit necessaria antecessio materiæ, vnde probatur antecessionē hanc non debere esse temporis, sed sufficere antecessionem naturæ.

4 *Cur nō exigatur ad eductionem antecessio materiæ secundum tēpus.*

Resp. probari primo, quia ea antecessio sufficit, vt productio illa forma sit actio eiusdem rationis cum ea, quę posterior esset duratione, si præcessisset materia tempore, &c. non n. sola temporis cōcomitantia, & interruptio variat essentialiter actiones, &c. quando conueniunt in formali termino, vel subiecto, & in principijs earum, à quibus pendent. Secundo quia si in eodem actu, quo creatur aer, illuminaretur à sole, illuminatio illa esset eductio sicut aliæ illuminationis, quia esset actio distincta per se à creatione. Tertio ex differentia materiæ cæli, & elementaris. Prima, quia cælestis etiam ordine naturæ non precedit inductionem formæ, qūia habet cum illa necessariā connexionem, vt sine illa naturali modo produci nequeat; at elementaris antecedit ordine naturæ, quia non habet intrinsecam cōnexionem cum forma elementi quia posset sub alijs formis. Secundo, quia materia elementaris, ita est prior, vt ex vi actionis, qua fit, possit esse sub priuatione, & ita non solum materia, sed etiam vt in potentia dicitur esse prior natura, non quod habeat actu priuationem annexam, sed quia ex vi actionis, qua fit, non caret priuatione, sed necessaria est alia actio, qua informetur habens veram rationem eductionis, at cælestis eadem actione, qua creatur, informatur, & licet secundum propriam rationē causandi dicatur prior natura, tamen vt existens in potentia, & aliquo modo sub priuatione, nō dicitur esse prior natura, & ideo non habet eā prioritatē naturę, quæ requiritur ad eductionem formæ.

Differentia inter materiam cælestem, & elementarem.

Verum hæc tertia ratio non omnino placet, quia licet materia cælestis dependeat quoad intentionem agentis ex productione formę, tamen quoad actualem causalitatem non pendent à forma, vt causante formaliter, quia ad existentiā materiæ non concurrit forma, at vero materia concurrit ad productionē formæ cælestis, quia cum illa non sit forma subsistens non est producibilis naturali modo, nisi dependenter à materia, & licet materia cælestis determinat sibi hāc numero formam, elementaris vero nullam particularem sibi determinat, sed formam vage, tamen dum materia elementaris producta est cum hac numero forma, non potest negari, quin ab illa hinc, & nunc dependeat secundum rationem depēdētiæ, quæ materiæ attribuitur; sicut equitatio non pendet ab hoc numero equo, tamen si eligatur hic equus, ab illo pendebit, quia alioqui effectus, qui potest produci à pluribus causis, si produceretur ab vna, ab illa nō penderet, quare eadem est ratio productionis cęlorum, & elemētorum quoad earum formas. Vnde sicut sunt duæ actiones in elementis, vna quę dicitur creatio materiæ, altera eductio formę ex Heru. quodl. 1. q. 10. & Aug. 13. confes. cap. 33. ita in productione cęlorum.

5 *Inter has opiniones est quæstio de nomine.*

4. Opinio est dicentium, inter has opiniones non posse esse discrimen de re, sed solum de nomine, quia de re constat actionem productiuam tàm formæ cęlestis, quàm elemētorum pendere, & ab agente, & à materia sustētante, nam cum vtraq; forma non sit subsistens non potest fieri naturali modo, nisi dependenter à subiecto, & neutra potest esse terminus formalis creationis: quare solum potest esse q̄stio de nomine, an illa productio dependens à materia dicatur eductio, an non; nam si nomine eductionis significatur positiua ratio illius actionis, per quam fit forma dependenter in fieri, & esse à materia, quæ per illam actionem non creatur, sed supponitur: tunc est eductio,

si vero

si vero præter positiuam connotetur priuatio vel extrinseca denominatio, vt simul cum i non producatur subiectum, factum per alia actione, sic non dicetur eductio, sed concreatio, & mihi placet primus modus loquendi, nã conuenit cũ ratione formali constitutiua eductionis .s. in dependentia à subiecto, quia per hãc formaliter distinguitur eductio à creatione, nam cæteræ conditiones additæ, & fine fundamento finguntur, & per accidens se habent ad actionem creationis, sicut etiam ad virtutẽ creatiuam; illa .n. actio dicitur creatio, quę est à virtute creatiua formaliter, virtus autẽ creatiua formaliter dicitur, quæ attingit effectum independenter à concursu subiecti.

6 *Opinio Auctoris.* Ex his patet ad primum concedendo candem esse rationem. Neq; obstat, quia terra dicatur creata, quia etiã virgulta dicuntur creata, quare sic dicuntur propter actionem, qua creata fuit materia, quæ simul fuit cum vnione formæ.

B

Ad 2. conceditur si respiciatur modus loquendi sumptus ex extrinseca connotatione, sed si res positiua, negatur requiri præcedentiã temporis, vt non dicimus.

Dupliciter dicitur aliquid concreari. Ad 3. dupliciter concreari accipitur. Primo, quia eadem actione qua aliquid creatur ipsum fit, vt de cęlo dicunt aduersarij, & sic non educitur secundum aduersarios.

Secũdo ob simultatem actionis cum actione creatiua, etiam si diuersæ actiones sint, at gratia dicitur cõcreata cum Angelis, & sic de elementis, & nos diximus etiam de cælo, quia ibi sũt duæ actiones vnitæ, scilicet creatio materiæ cælestis, & eductio formæ, & hoc sit per actionem eiusdem rationis cum eductione, licet propter concomitãtiam creationis subiecti nõ appelletur eo nomine, & sic ad quartum.

C

Modos substantiales aliqua ratione educi, non proprie. Ad 5. de modis substantialibus, an educantur, vt subsistentia ex natura, vnio ex materia, & ipsa generatio. Resp. esse in illis quendam modum eductionis, quia non ità propriè illis conuenit, vt formis, nam subsistentia non fit per propriam actionem, & ita neq; propriè informat, nec comparatur ad naturam, vt ad subiectum, & materialem causam, quare non debet dici educi; vnde in hoc limitatur eductio, quod in suo esse, & fieri (qualecunq; illud sit) omnino pendet à natura, quam per se terminat, & suo modo actuat, similiter generatio nõ tam fit, quam est via, per quam fit substantia, vnde est ipsa eductio, sed eo modo, quo generatio dicitur fieri, vt quo, & non vt forma potest dici educi; & de vnione, quæ per se non educitur, sed educitur forma, vt vnita materiæ; sic etiam educitur illa vnio in corruptibilibus formis.

D

7 *Quid de vnione animæ rationalis. Educi secundũ aliquos.* Difficultas est in vnione formæ rationalis, quia per distinctam actionem fit, ac forma, nã est formalis terminus generationis, sicut terminus adæquatus est homo, & hoc satis ad eductionem, quiá forma nunquam est per se terminus adæquatus actionis, nisi formalis, & vt quo; ergo. Confir. quia pendet in fieri, & esse à corpore.

Non educi secundũ aliquos. At contrarium alij, quia illa vnio est modus A spiritualis; ergo non magis potest educi, quã anima. Consequẽtia probatur, quia repugnat, rem spiritualem contineri in corpoream. Antecedẽs probatur, quia proxime afficit animã, quam vnit materiæ; ergo illi proportionatur.

Confirm. quia vnio est modus formæ; ergo si forma non continetur neq; vnio.

Resp. esse vinculum medium, quare vtrisq; afficit aliquo modo, & ideo ab vtroq; pendet in fieri, &c. vnde licet sit spiritualis, tamẽ participat conditiones materiæ, quia ab ea pẽdet, & illi suo modo coextenditur, licet subiectiuẽ non habeat extẽsionem; vnde potest dici educi ex potentia materiæ, licet non adæquate, & primario, quia etiam ex anima pendet, quam per se primo afficit, & vnit materiæ.

Verum alij, qui duplicem modum ponunt vnum in materia extensum, alterum in anima, spiritualem, dicunt vtrumq; modum educi ex potentia subiecti sibi proportionati; nam qui est in materia educitur ex potentia illius, qui in anima ex potẽtia animæ; sed qui ponũt vnũ modum, vel illum ponunt in anima spiritualẽ, & educetur ex anima spirituali, vel in materia, corporeum, & ex hac solum educetur, quod si in vtroque extremo per efficientiam vtriusque (quod mihi improbabile videtur) debent dicere educi ex potentia vtriusq; partialiter cõcurrentis subiectiuẽ.

DVBITATIO SECVNDA.

An formæ artificiales educantur ex potentia materiæ.

1 *Formales artificiales nõ educuntur.* PRima opinio est negatiua, quia non continẽtur intra ordinem naturalem; ergo neq; in potẽtia naturali, atq; adeo non possunt educi. Confir. quia hæ formæ constituunt in quadam modificatione formarum naturalium, vel in denominatione quadam extrinseca sumpta ab agente per artem; sed nec modi educuntur è potentia materiæ, cùm non distinguantur ab illa; nec denominationes extrinsecæ, quia hæ verò non sunt simpliciter depẽdentes à rebus denominatis, tanquam à subiecto inhæsionis, sed pendent, tanquam ab efficiente, vel termino, vel subiecto denominationis, vt visio, quæ denominat obiectum visum, non tamen est in illo, sed in potentia visiua.

2. Opinio est dicẽtium formas artificiales educi ex potentia materiã, ex qua sunt, quia cùm sint reales quædam entitates, nec producantur per creationem, & de nouo existãt, necessario existere debent ex vi eductionis, quia non est alius modus, quo aliqua entitas de nouo existere possit. *Alij dicũt educi.*

E

2 *Alij materialiter educi, non formaliter.* 3. Opinio est dicentium formas artificiales posse considerari dupliciter primo materialiter .i. secundum materialitatem quam materialiter includunt, & hac ratione educuntur sicut aliæ formæ naturales, quia secundum rationem intrinsecam sunt eiusdem rationis; nã forma producta à causis naturalibus sine aliqua dura-

directione agētis liberi nō distinguitur intrīsecè à forma ꝑducta à causis nālibus directis ab agēte per artem; nec artifex producit formas artificiales, nisi applicando potentias, & causas naturales. & hoc ad summum probat argumētum secundæ opinionis.

Secundo formaliter, idest secundum rationem, qua constituuntur in esse artificialis, & ita non educi ex potentia materiæ, quia vt sic non addunt supra naturalitatem, nisi denominationem quandam extrinsecam sumptam ab arte, quæ est in artifice: denominatio autē extrinseca non educitur ex subiecto denominato vt benè docet prima opinio, quia licet forma, quæ extrinsecè denominat vnum subiectum, necessario esse debet in alio intrinsecè, siue per se existendo, siue inhærendo, tamen eius eductio non debet spectari ex subiecto, cui est extrinseca, sed cui est intrinseca, & hæc opinio mihi placet. Ex quibus patet ad argumenta primę opinionis.

3 *Formæ artificiales, vt sic non continentur in potentia materiæ.* Ad 1. Resp. vt naturales sunt, contineri in potentia materię, vt patet, licet, vt artificiales. i. secundum denominationem extrinsecam, non contineantur, sed potius dicatur materiā habere quandam non repugnantiam ad formas, vt sic denominatas, quia illa denominatio tota sumitur ab agente extrinseco.

Modi, qui fiunt per resultantiam educuntur. Ad Confirm. patet ex dictis. quod vero ibi dicitur modos non educi, non est omnino verum, vt patet ex vbi, qui est terminus motus localis. imò modi, qui fiunt per resultantiam, etiam dicuntur educi eo modo, quo fiunt; sic etiam figura si hæc distinguitur modaliter à quantitate. Neq; ad argumentū secundę opinionis necesse est respondere, cum pateat ex tertia opinione.

DVBITATIO TERTIA.

An qualitates materiales intentionales educantur ex potentia materiæ.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Negant aliqui Soncin. Arg. Henr. Alen. & Cur.* PRima opinio est negatiua Sonc. 7. met. q. 8. Arg. 2. d. 13. q. 4. art. 3. Henr. 2. par. a. art. 9. Alens. 8. met. 13. quia fit in instanti sine resistentia, & abiectione contrarij, & ideo sine transmutatione subiecti: at eductio nō est sine transmutatione subiecti.

Confirm. quia fiunt etiam in cælo, quod est intransmutabile, & inalterabile, at si reciperet has formas per eductionem esset alterabile.

Confir. 2. quia formæ eductæ possunt conseruari ablata quacunq; causa præter subiectū vt patet in realibus qualitatibus, at species non sic conseruantur.

Confirm. 3. quia plures formæ eductæ nō possunt esse in eodem subiecto, at plures formę intentionales esse possunt, etiam si non numero distinguntur, ex quibus Soncin. infert idem dici de lumine.

At educi ex Ricc. Her. Egid. Sot. 2. Opinio est affirmantium Ricc. 2. d. 13. ar. 2. q. 1. Her. d. 18. q. 1. ar. 2. quod. 7. q. 20. & est Aegid. quod. 5. q. 10. ar. 1. vbi ait educi, sed esse minus in potentia materiæ, quàm formæ reales, quia non indigent tāta transmutatione. sequitur Sotus c. 9. q. 10.

Hi tamen diuisi sunt, quia aliqui, vt Aegid. & Masius, putant intentionales non educi de potētia materiæ, vt formæ reales, quia illæ formę educuntur ex potentia materiæ, quæ cōtinentur in potentia materiæ, sicut illæ producuntur ex potentia agentis, quæ continentur in potentia actiua illius, quia effectum contineri in causa, non est, quod sit aliquid effectus secundum proprium esse in causa, vt male antiqui sunt opinati, sed est ipsum esse causæ, à qua potest habere existentiam effectus. quādo igitur effectus non potest habere existentiam ex vi solius causę efficientis, sed requiritur potentia passiua materiæ, tunc effectus continetur, & in potentia actiua, & passiua. Ex quo infert secūdo quo materia indiget pluribus trāsmutationibus, vt recipiat formam; eo magis continet in sua potentia formā, quia quo forma magis recedit ab actu, eo magis accedit ad potentiam, & quia formæ intentionales sine multa transmutatione materiæ fiunt in potētia, ideo sunt minus in potentia illius, quàm formæ reales, atq; adeo minus educuntur ex potentia materiæ, quam reales, quia minori transmutatione subiecti ad actum reducūtur, ita Aegid. loc. cit. 2 *Alij non educi, vt formæ reales, qui paucioribus indiget transmutationibus materiæ.*

At alij negant minus educi, sed vel magis, vel æqualiter; quia maior, vel minor eductio debet attendi ex maiori, vel minori concursu materiæ, sed hic est maior, vel minor ex duplici capite, vel ex maiori, vel maiori ꝑfectione formæ indigentis talis cōcursus; vel ex maiori, vel minori virtute actiua, ob quam indiget maiori, vel minori auxilio alterius causæ. *Alij eodem modo, imò magis educi.*

ART. II. Opinio Auctoris.

PRimo Not. nomine formarum intentionalium, intelligi similitudines, & imagines quasdam accidentium realium ab obiectis immissas in potentias cognoscitiuas productas, vt potentia possit obiectum cognoscere: & dicuntur intentionale, quia faciūt potentias tēdere in obiectum: quarum aliquæ dicuntur sensitiuæ, quæ sensuum vsibus sunt destinatæ. Aliç intelligibiles, quæ intellectus vsui. 3 *Quid sit forma intentionalis.*

1. Concl. formæ intentionales educuntur de potentia subiecti, quia non producuntur ex nihilo, nam crearentur; creatio autem superat vires naturales creaturę. ergo educuntur de potentia subiecti, idest subiecto materialiter concurrente. *Formæ intentionales educuntur.*

Confirm. quia omnes alię conditiones voluntarie confictæ sunt ad excludendum conceptum eductionis: quia instantaneitas non est cur impediat eductionem, cum etiam substātialis educatur. solum inde fit dari etiam eductionem instantaneam, vt etiam dantur mutationes instantaneæ; nec refert pręcedentia alterationis, quia eductio non consistit in habitudine ad præcedentem alterationem, sed in intrinseco modo, & causalitate talis actionis: nam pręcedens alteratio per accidens, scilicet *In quo sita sit eductio.*

ad

ad abijciendam formam contrariam, requiritur ad eductionem. Neq; contrarium formæ requiritur, quia id non est necessarium ad mutationem in genere, & ad realem actionem; cũ ad mutationem satis sit priuatio præuia. imo actio potest esse sine præuia negatione termini, vt patet in productione æterna.

4 Confirm. 2. quia in illuminatione non fit per se primo lumen, sed illuminatum, vnde est accidentalis quædam generatio habens tria principia generationis: at omnis generatio, per quam comproducitur forma, est eductio eiusdem formæ; alioqui nulla certa ratio eductionis assignari posset.

Qua ratione formæ intentionales dicantur fieri sine transmutatione.

Demum cũ dicitur has qualitates fieri sine trãsmutatione subiecti, dupliciter intelligitur. Primo absolute, & simpliciter, & falsum est, vt patet. Secundo sine transmutatione tali, idest corruptiua, & amissiua propriæ, & connaturalis perfectionis, vel dispositionis, & ita conceditur has formas fieri sine transmutatione: at hoc impertinens est ad eductionem, quia non consistit ratio eductionis in abiectione alterius formę, nisi quando, & quomodo est necessariũ ad inductionem alterius. quod si inductio fieri potest sine tali abiectione, sufficienter fit mutatio perfectiua, nam ibi est vera inductio formę in subiectum, & non aduenientis de foris, idest ex nihilo, & est mera vnio formæ præexistentis; ergo de potentia subiecti.

ART. III. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

VNde patet ad fundamentum. Ad Confir,
5 conceditur cælum hoc alteratione perfectiua alterari: negatur tamen ab illo alteratio disponens ad corruptionem, idest remouens à propria perfectione.

Resp. ad 2. negando maiorem, quia constat omnes formas creatas, non solum in fieri pendere à Deo, sed etiam in facto esse: & aliquas etiã à causis effectiuis particularibus, vt patet ex actibus animæ, quare necessitas, vel negatio necessitatis causæ conseruãtis effectiuè est impertinens ad eductionem formarum.

Ad 3. Resp. Aegid. formas reales eductas nõ posse esse plures numero in eodem subiecto, at intentionales esse posse.

Resp. 2. id verum de formis habẽtibus indiuiduationem ex solo subiecto, non autem, quæ à subiecto, & obiecto indiuiduantur cuiusmodi sunt accidentia intentionalia, vt Masius ex Caiet. 3. p. q. 35. ar. 4. vbi Medina. Ego dico id esse falsũ in omnibus accidentibus respicientibus aliquod intrinsecũ, vt alibi dicet.

Ex his patet idẽ dicẽdũ de spiritualibus formis, quæ fiunt per propriã actionẽ, vt species intelligibiles, actus vitales, & similia, quia hæc omnia educuntur ex potentijs animæ.

6 2. Concl. maior, vel minor eductio formarum non debet spectari ex maiori, vel minori transmutatione præuia, sed ex perfectione, vel imperfectione formæ. Prima pars patet ex prima confirm. primæ conclusionis. Secunda Pars patet, quia maior, vel minor causalitas causæ

Vnde forma dicatur magis, vel minus educibilis.

A attenditur ex indigentia maiori, vel minori effectus, vt infra. Confirm. ex Arist. 9. met. 12. vbi docet eo rem esse potentiam ad aliud, quo paucioribus indiget transmutationibus, vt terra non dicitur esse in potentia ad arcam, sed lignum: in quibus tamen docet non posse abire in infinitum, sed deuenitur ad primum, & illud dicitur materia prima.

Neq; obstat fundamentũ Aegid. quod forma sit magis educibilis, quo est magis in potẽtia; & eo est magis in potentia, quo plures trãsmutationes sunt necessariæ ad existentiam, & actum illius formę: tum quia transmutationes plures, vel pauciores nõ possunt indicare maiorem, vel minorem potentialitatem formę, nã sæpè quo forma est perfectior, atq; adeo magis
B accedit ad actum, & per consequens plus recedit à potentialitate, eo indiget pluribus transmutationibus, vt patet in formis mixtorũ respectu elementorum; & formis animatorum respectu mixtorum simplicium. tùm quia hæc actualitas, vel potentialitas est in ordine ad existentiam, nõ in ordine ad essentiam; at in omnibus, quæ non existunt, æqualis est potentialitas, quia negatio existentiæ æque conuenit omnibus.

DVBITATIO IV.

C *An qualitates supernaturales educantur ex potentia subiecti.*

PRima opinio est negatiua, eo quod putent illas creari, ita Alens. 2. p. q. 9. membro 8. ex eo quod omnis forma substantialis creatur, & 4. p. q. 5. membro 3. §. 2. & 3. vbi loquitur de productione gratiæ. Sequuntur DD. in 2. dist. 26. vbi Bonau. ar. 1. q. 2. & 4. Ricc. ar. 1. q. 2. & 4. d. 1. ar. 4. q. 1. vbi Scotus q. 5. Gab. q. 1. ar. 2. Maior q. 1. ad 4. Aliacens. q. 1. ar. 2. Palud. q. 1. Cap. q. 1. ar. 3. ad argumenta Scoti contra 3. conc. Henr. quod 4. q. 37. Arg. q. 1. ar. 3. Ferr. 4. cont. gent. cap. 57. Sot. 4. d. 1. q. 3. ar. 1. & 2. de natura, & gratia c. 9. Conrad. 1. 2.
D q. 112. ar. 1. Vega 7. in Trid. c. 3. Ledesma 4. 1. p. quæst. 3. ar. 1. Fons. 5. met. c. 2. q. 4. Conimb. 1. phy. c. 9. q. 12.

1 Formæ supernaturales non educuntur, sed creantur.

Alens. Bon. Ricc. Scot. Gab. Maior. Aliac. Palud. Capr. Her. Arg. Ferr. Son. Conrad. Veg. Ledes. Fons. Conimb.

Hi autem inter se diuisi sunt, nam aliqui dicunt absolutè gratiam creari, vt Bonau. Conrad. Riccard. Scotus, &c.

In quibus differant prædicti doctores.

Alij non creari, sed concreari, ita Palud. & Sot. ex D. Tho. q. 27. de verit. ar. 3. & 9.

Alij negant has qualitates creari, vel concreari, sed hominem secundum ipsas creari ex D. Tho. q. 110. ar. 2. ad 3.

Alij deniq; cum Caiet. 3. p. q. 62. ar. 1. & q. 8. ar. 1. & p. 2. q. 112. ar. 1. dicunt has non educi, nec creari, quia hoc est subsistentium: nec
E concreari, quia hoc supponit aliud creari, sed produci ex potentia obedientiali.

2. Opinio est dicentium educi ex potentia subiecti, non quidem naturali, sed obedientiali Her. 4. d. 1. ar. 4. Rubinus q. 2. ar. 2. Med. 12. q. 112. ar. 1. Hier. de Rada cõtrouer. vlt. scholastica. Valent. 1. 2. d. 8. q. 4. p. 2. Zumel. 1. p. q. 65.

1 Educi ex potẽtia nõ naturali sed obedientiali

Her. Rub. Med. Rad. Val. Zumel. Mas.

q. 65. ar. 3. q. 5. ad vlt. Maſ. 1. phy. cap. 9. q. 11. quod probat ex eo, quod quidquid continetur in potētia ſubiecti, ſi deinde reuocetur ad actū educitur de potentia illius, quia extrahitur ex potentia in actum, at huiuſmodi formę continentur in potentia obedientiali animæ, quia omni potentiæ actiuæ debet reſpōdere aliqua potentia paſſiua, in qua forma producenda per actiuam contineatur: quare potentię diuinę, q̄ infūdit gratiam in anima debet reſpondere in ea potentia receptiua illius, at hæc potentia non eſt alia, quàm obedientialis, vt optimè explicat Caiet. to. 3. opuſ. tract. 3. q. 2. & hæc opinio mihi placet, vt patet ex dictis, qa eductio adæquatè diſtinguitur à creatione in his, quæ fiunt per propriam actionem, nam ex eo, quod formæ non fiunt per creationem, philoſophi intulerunt fieri per eductionē; ergo omnis forma, quæ fit per propriam actionem ſi nō creatur, educitur, & patet ex oppoſitione cōceptuum vtriuſq; actionis, &c.

Caiet.

Opinio Auctoris.

Reſp. creationem requirere, vt fiat ex nullo ſubiecto ſimplici, vel ſaltem habente potentiā naturalem, quod autem fiat ex potentia obedientiali erit creatio,

Reſp. aduer.

Sed contra, quia eſt contra conceptum cōmunem creationis, cum dicunt eſſe ex nihilo: quæ enim fit ex ſubiecto quoquomodo non poteſt dici fieri ex nihilo. Hinc dicitur creatio ſemper terminari ad rem ſubſiſtentem, & non inhærentem, quia hæc, vt pendet in fieri, & eſſe, non poteſt eſſe terminus creationis.

Sed illi opponitur.

Secundo: actio, qua fit talis forma ex potentia obedientiali non terminatur per ſe primo ad formam, ſed ad compoſitum informatum tali forma, vt in alijs eductionibus, ergo illa actio, vt terminatur ad gratiam v.g. non poteſt eſſe creatio, quia creatio eſt productio totius entitatis, quæ eſt in termino primario illius actionis, at per illam non fit tota entitas, ſed tātum completur in eſſe grati, ergo illa, vt comproductiua gratia, nō poteſt eſſe creatio, quia ideo nulla forma pendens à ſubiecto creatur, quia nō per ſe primo fit, ſed fit per actionem, qua fit compoſitum. Confir. qui ſi deſinit talis forma non dicitur annihilari, quia deſinit ad deſinitionem compoſiti, quod non annihilatur.

Ex his patet has formas non dici creari, neque proprie concreari, niſi per accidens, & extrinſecam denominationem ſumptam à ſubiecti creatione, quia tunc forma propriè cōcreatur, quando per actionem, qua ipſa comproducitur, creatur compoſitum, at hoc compoſitum non fit vt ens, ſed vt tale ex ſubiecto ſuppoſito, & non ex nihilo, ergo educuntur, & nomen infuſionis nō ſignificat, ens nō creari, ſed tantum principium efficiens eſſe ſuperioris ordinis, & extrinſecum, & eſſe intrinſecam virtutem, vt acquirantur habitus naturales; neq; eſt abſurdum gratiam contineri in potentia obedientiali ſubiecti, nam hoc eſt, q̄ ait Aug. poſſe habere fidem naturæ eſt hominum, quia non eſt apta fieri, niſi ex ſubiecto habente talem capacitatem.

4 Secundo, patet multo magis idem eſſe dicendum de formis naturalibus ſecūdum ſubſtantiam, & ſupernaturalibus quoad modum, vt de potentiā viſiuā reſtituta cæco.

A

Idem de formis ſupernaturalibus ſolū quoad modū.

Dices in ſubiecto non eſt potentia naturalis ad illas; ergo non poteſt educi ex illo ſubiecto. Confirm. quia gratia dicitur concreari, & infundi.

Reſp. hinc probari, non eſſe naturalē eductionem, ſed non probari quin ſit ſupernaturalis eductio, nam vt in latitudine qualitatum datur naturalis, & ſupernaturalis, ita in latitudine eductionis, & vtraq; eſt vera eductio, quia in his reperitur omnis conditio requiſita ad eductionem, & modos effectionis; quod autem non ſit naturalis potentia in ſubiecto, nō tollit conceptum eductionis in communi, ſed naturalis eductionis, ſicut non fieri per potentiam actiuam naturalem, non tollit conceptū actionis in communi: quod ſi dicāt requiri ad eductionem in communi; debent probare; alias videtur addita ad excludendas has formas, quomodo cuiq; licebit cōfingere cōditiones pro libito, vt alias formas excludant, ſed de hac re fuſè Theologi, & nos ſupra oſtendimus eſſe controuerſiam de nomine.

[Concurſus potentia obediētialis facit, vt non ſit eductio naturalis.

B

5 Dices quid ſit formam eſſe in potentia materiæ. Reſp. eſſe in illa tanquā in cauſa 4. phy. 23. illa igitur forma erit in potentia materiæ, quæ cauſatur à materia, at cauſatur materialiter, quando concurrit ad fieri formæ, & quia huiuſmodi formæ habēt exiſtentiam imperfectam, ideo indigent etiam conſeruari: neq; nouus eſt modus loquendi, quo dicitur aliquid eſſe in cauſa, nam mūdus dicitur fuiſſe in Deo vt cauſa efficiente, & corruptibilia in ſole.

Formam eſſe in potētia materia eſt, eſſe in illa, vt in cauſa.

C

Dices eodem modo dicetur anima rationalis eſſe in materię potentia.

Reſp. etiam ſi quando fit à Deo, recipiatur in materia diſpoſita, non tamen dicitur eſſe in potentia illius, quia non pendet in fieri, & cōſeruari à materia, quia ad eius productionem non concurrit materia, vt cauſa, neq; ad eius conſeruationem, nam licet corruptis diſpoſitionibus corporis non maneat informans, tamen manet ſimpliciter ſecundum ſuam exiſtētiam, nam diſpoſitiones concurrunt ad informationem, & introductionem eius in corpus, non ad exiſtentiam ipſius, & aliter concurrit Deus ad productionem rationalis, quam aliarum, quia ex vi actionis, qua producitur animæ rationalis poſſet produci in vacuo eodem omnino concurſu immutato ſubſtantialiter, ac nō ſic de materialibus, niſi ſuppleat cauſalitatem materiæ; vnde aliæ formæ dicuntur comproductæ ad productionē compoſiti 1. p. q. 90. ar. 2. & hinc anima rationalis prius eſt in ſe, quam inſit, non ſic formæ materiales, quia hæ nullum habent eſſe, niſi in materia ſuſtentatæ, quare, neq; ſunt, neq; intelligi poſſunt eſſe ante ſuſtentationem, licet intelligātur ante informationem, atq; adeo ante compoſitum; quia habent prius eſſe, quam eſſe ſuppoſito dent; vt patet ex dictis; quicquid dicat Veracrucius Specul. 7. & Suar. loc. cit. qui dicunt non poſſe

Cur anima rationalis nō dicatur eſſe in potentia materia.

D

E

se intelligi esse ante informationem, & constitutionem compositi.

DVBITATIO V.

An formæ, quæ non producuntur per propriã actionem, sed dicuntur comproduci, dicantur educi.

1 RESP. affirmatiuè, quia licet aliqui aliter loquantur, tamen quoad rem nõ differũt, quia verè hæ formæ pendẽt à subiecto eo modo, quo ab illo distinguntur. Dupliciter.n. huiusmodi formæ dicuntur comproduci. Primo ratione solius coexistentiæ, quoad duratione, tamen fiunt per actionem omnino diuersam ab actione productiua subiecti, & absq; naturali resultantia vnius ab alio, vt gratia concreata Angelis, & lumen aeri, si statim illuminatur; & constat esse proprie eductionem quoad rẽ, licet accipiat, quoad modum loquendi, aliam denominationem propter concomitantiam actionis subiecti. Secundo est propter naturalem resultationem, & tunc proprius dicitur comproduci, sed vt talis productio non est sine aliqua actiuitate subiecti, ita non est sine aliquali eductione eiusdem ꝓprietatis ex potentia subiecti, quia productio illius proprietatis est distincta à subiecti productione, & essentialiter pendet à causalitate subiecti; sed vt illa actiuitas non censetur propria, & per se actio, quia exnatura sua consequitur, & resultat à termino alterius actionis, & hic est modus connaturalis talis actionis, ita non censetur ꝓprie eductio, quia per hanc absolutè intelligitur actio, quæ per se primo tendit ad agendũ aliquid ex subiecto, quod magis spectat ad modum loquendi, quam ad rem.

Qua sunt una ratione educuntur. *Comproduci formam dupliciter dicitur.*

Ex quibus patet omnem modum, vt participat rationem formæ, ita participare rationẽ eductionis; quia talis modus essentialiter pendet in esse, & fieri à subiecto, ita, vt neque per potentiam Dei extra subiectum fieri possit.

QVÆSTIO VI.

De Proprietatibus formarum.

DVBITATIO PRIMA.

An forma distinguatur à materia, & qua ratione.

1 DE hac Scholastici 7. d. 12. vbi Scot. Aureo Bacc. Tatar. Michael de Bononia q. vnica. Rub. q. 1. Bass. q. 1. Ioan. Canonicus 1. phy. q. 9.

ARTI. I. Continens opiniones Doctorum.

1 PRima opinio est dicentium non distingui à materia, nisi modaliter, eo quod non dicat rem aliquam determinatam in actu, sed puram actuationem materię, quod explicant, di-

Forma distinguatur à materia modaliter.

A centes entitatem generabilem, & corruptibilem habere in se duas realitates, quæ nullam dicunt rationem actu determinatam, sed sunt realitates impræcisæ, seu impræscindibiles ab vna ratione determinata, quę fit ex illis realitatibus, nam in illa primo est realitas, quæ est in confuso omne generabile, atq; adeo sine complemento, & ideo est incompleta, & inchoatiua rei completæ, & dicitur materia prima. Secundo huic aduenit actuatio, & complementum determinatę alicuius rationis, qua est essentia v.g. ignis, vel terra, &c. quod complementum in se præcisè nõ est realitas determinata in actu, sed est complementum rationis actu determinatæ, vnde etiam hæc realitas dicitur incompleta, quia est complementum rationis determinatę, & cõpleta, quia est actuatio realitatis illius inchoatiuæ. Tertio est cõpositum resultans ex inchoatiuo, & complemento, quod est ratio quædam determinata ad actum, & completa; cum aliæ duæ realitates non sint determinatæ, sed realitates imprecisæ compositi determinati, nam inchoatiuam non esse rationem determinatam patet, quia est in potentia, & in confuso res illa, cuius est inchoatiua, & similiter complementum non potest esse res, & natura in actu, quia vna natura non est complementuu, vel inchoatiuum alterius naturæ, sed quælibet manet completa in ordine suo, & distincta ab omni alia. Neque sequitur ex eo, quod nõ sint rationes actu determinatæ esse nihil; quia inter hæc datur medium .f. esse partem, & realitatem pertinẽtem ad determinatam rationem, quare dicunt formam non esse naturam determinatam in actu existentem, in materia scilicet per informationem, & actuationẽ, sed esse ipsam actuationem, per quam simul cum materia completur vna ratio, seu natura determinata, atque adeo esse modalem entitatem, quę constituit in modificatione subiecti, ita aliqui apud Bacc. 2. d. 12. q. vnica ar. 1. fusè explicat, & probat Aur. ibidem q. 2. ar. 1. Hi tamen diuisi sunt, nã aliqui dicunt illam vnam realitatem positiuam esse materiam, quæ perficitur in gradu entitatis per formam, non tanquam per aliquod extrinsecum, sed per suum intrinsecum, vt quãtitas interminata terminatur per terminum intrinsecum. Alii vero dicunt, illam realitatem esse formam, quæ constituit essentiam, & materiam, esse ens in potentia, quæ per transmutationem conuertitur in formam, quos Scot. vult solum voce differre no re, & tribuit Ricc. quod 4. q. 5. ar. 1. & Alb. mag.

B

C

D

ter secundum aliquos, qui dicunt illas esse ipsas informationes.

In quibus differant dicti Doctores.

E Prob. 1. quia si forma esset entitas distincta realiter à materia, nõ posset illi dare esse in genere causæ formalis; sed hoc esse falsum patet ergo. Probatur sequela maioris; nam esse, seu entificatio, quam dat forma materię; vel est idem cum forma, & habetur intentum; quia forma sit ipsa informatio, & actuatio, vt figura est informatio, & actuatio quantitatis vel non est idem cum esse formæ, sed distinctum quod imprimitur in materia, & ibi derelinquitur à forma, & hoc dici non potest. Primo, quia nõ potest

potest esse, nec respectiuum, vt aliqui dicunt,
nec absolutum. Non primum, quia cum talis
entificatio sit de essentia compositi, quod est
absolutum, respectiuum esset de essentia abso-
luti, quia ignis v.g. non dicit materiam, & for-
mam secundum se, nisi vt inter se vnitas per
informationem, tum quia omnis relatio est ac-
cidens, atq; adeo accidēs esset de essentia sub-
stantiæ. Tum tertio, quia corpus non dicetur
viuens formaliter per animam, sed per relatio-
nem, quam terminat, vel fundat, atq; adeo vi-
ta essentialiter consisteret in relatione animæ
ad corpus, vel in relatione corporis ad animā.
Non secundum, quod scilicet entificatio sit
quid absolutum derelictū à forma. Tum pri-
mo, quia in composito essent tres realitates .i.
materia, forma, & hęc realitas, atq; adeo com-
positum non posset definiri adæquatè per ma-
teriam, & formam. Tum secundo posset re-
manere compositum destructa forma, quia
posset Deus conseruare illud esse sine forma,
quod sufficeret ad constitutionem compositi.
Tum tertio, quia causalitas materiæ, & formæ
nō esset intrinseca, sed extrinseca, vt sigilli im-
primētis figurā ceræ, atq; adeo posset De⁹ effi-
cere effectū formalē sine forma, sicut figurā ce-
ræ sine sigillo. Neq. est eadē rō de vnione, vt
3 alibi. Confir. ex Arist. & Auer. 9. met. quod
materia non est hoc idest res demonstrabilis
ex se, sed secundum contactum ad formā,
per quam videtur, quia illud quod est secūn-
dum contactum, & nō secundum ordinem (.i.
inhærentiam, siue alia ratione, quam habeat in
se) est materia id est ex Auer. tex. 15. quod esse
materiæ non est nisi ex continuatione eius cū
forma, vt perficiatur per eam, sed hæc conti-
nuatio non potest esse quantitatiua, vt patet;
ergo erit entitatiua, quare sicut pars continui
per se non est cōtinuum, sed est cum alio cō-
tinuum, ita materia entitatiua per se nō habet
determinatam entitatem, sed cum alio, idest
cum forma est determinata entitas; ergo for-
ma deducit materiam ad esse ens, & natu-
ram determinatam; atque adeo ipsa entitas
formæ est consumatio entitatis materiæ.
4 2. Probat, quia si forma diceret propriam
rōnē, & determinatā nām in genere entis, nec
igneitas esset vna natura, nec hic ignis erit en-
titas vna, q̄ esse falsū patet. cōsequētia quoad
vnitatē naturæ patet. Prob. qa Arist. in 7. met.
reddens rōnem cur cōposita accidētiū nō di-
cāt vnā naturā, substantialia vero dicāt, quia,
quæ includūtur in cōposito accidentali habēt
propriā quidditatē determinatā non sic autē,
quæ includuntur in cōposito substātiali. Tum
quia sequeretur, quod cū fit lapis, nō fieret ens
simpliciter, sed ex tali ente fieret tale ens. De-
inde probat consequentiam quoad vnitatem
entitatis indiuidualis, nam Arist. docet in 8.
met. non esse quærendam causam, cur ex
materia, & forma fiat vna res numero, sed
si forma diceret entitatē, & naturā distinctam
à materia, esset quærenda causa illius vnitatis.
Neq; dicas ideo non esse quærendam causam,
quia vnum est in actu, & aliud in potentia, nā
A per hoc Arist. non dixit hæc duo distingui tā-
quam res determinatas, sed quia illud, quod
est in potentia, fit in actu, vnde Auer. 8. met.
com. 16. quod ponentes animam, & corpus
esse duo diuersa, debent ponere ligamen inter
animam, & corpus; at vero qui dicunt animā
esse perfectionem corporis, sicut figura est p-
fectio cupri: & corpus non existere sine anima
debent dicere, illa non esse duo diuersa: & ra-
tionem huius deceptionis ait esse, quia putant
id, quod est in actu esse diuersum ab eo, quod
est in potentia, cum tamen sint idem.
3. Probat, quia si forma diceret entitatem 5
determinatam demonstrabilē, & signabilem,
dum producitur, crearetur, quia omnis forma
B de nouo producta, cuius nulla pars omnino
præcessit dicitur omnino creari, sed huiusmo-
di esset illa forma habens realitatem præcisam
ab omni alia realitate, ergo.
Resp. formam non creari, quia non ipsa per
se fit, sed compositum, cuius præfuit aliqua
pars idest materia. Sed contra; tum quia licet
compositum fiat, vt quod, tamen forma fit, vt
quo, atq; adeo crearetur, vt quo; tum quia si-
cut forma habet suam entitatem determinatā
distinctam à materia ita, & productionē, quia
hæc non est aliud, nisi via ad entitatem. Neq;
dicas, cum productio terminetur ad existen-
tiam rei; & materia, & forma, licet distinguan-
C tur secundum essentiam, sint tamen vnum se-
cundum existentiam, formam nō fieri distincta
actione, ac materiam. Non, inquam, id dicas;
tùm quia falsum est esse vnam existētiam ma-
teriæ, & formæ, vt alibi; tum quia inde potius
probaretur formam fieri, quia licet esset vna
vtriusq; existentia, tamen hæc esset propria
formæ, & materiæ communicaretur per for-
mam, quare productio esset propria formæ;
tùm anima rationalis, & corpus informatum
habent eandem existentiam secundum aduer-
sarios, & tamen est terminus creationis.
Deniq; respondent, formam nō creari, quia 6
fit ex materia; creatio autem est actio, quæ fit
D ex nihilo. Sed contra, quia fieri ex materia
potest accipi dupliciter; vel in qua, & ita non
destruit conceptum creationis; tum quia ani-
ma rationalis creatur, & tamen fit in corpore,
quia infundendo creatur; tùm quia illud (ex
aliquo) tollit creationem, quod ponit in termi-
no productionis prius non fuisse mere nihil,
sed esse ex materia, in qua, non ponit terminū
productionis, non fuisse nihil ante productio-
nem, quia per tale subiectum forma nō est ex-
tra nihil; vel sn̄ (ly ex materia) itelligitur tāquā
ex parte, at subiectum non est pars formæ, sed
cōpositi, quare forma sēper crearetur, quia nō
fit ex materia, tanquam ex comparte; Neq; di-
E ci potest esse aliquid in materia, quod transit
in formam, vt aliqui dixerunt de puro possi-
bili, quia hoc non potest intelligi, nisi ponātur
in materia inchoatiua formarum, quæ supra
fuerunt impugnata; ergo ex eo quod forma
fit in potentia materiæ, non ponitur extra ni-

hil, alias omnes creaturæ essent nihil ex eo, quod sunt in potentia Dei actiua, quæ tamen dicuntur creari ex eo, quia materia non ingreditur realitatem illarum, quia sunt in suis realitatibus præcisè.

7 4. Probat Bacc. ex Arist. nam illa distinctio debet poni inter materiam, & formam, quæ colligitur ex ratione Aristot. qua probat dari materiam; nam non debet poni, materiam habere aliam naturam, quam ratio dictat, esse illi tribuendam, sed ex ratione Arist. non colligitur distinctio realis inter materiam, & formã, nam Arist. illud probat ex generatione, quæ est inter terminum à quo, & ad quem; Vnde infert, debere dari subiectum vtriusq; termini, quæ ratio nõ probat debere distingui realiter à terminis; tum quia nõ distinguitur realiter à priuatione; tum ex Auer. tract. 1. & 2. de substantia orbis, vbi ait interminata dimensio perficitur per agens, quod fit terminata, nõ quod sint diuersæ rationis, sed eadem res perficitur de gradu, in gradum, vt sic ratione graduum talis quantitas dicatur composita; ergo similiter materia perficitur per formam, non tanquam per aliam rem à se ipsa imperfecta, sed eadem perficitur de gradu in gradum per transmutationem.

Confirm. ex 7. met. 27. vbi inquirens terminum generationis, ait, non esse ipsam materiam, neq; formam, nisi secundum accidens, sed fieri toum, id est, nõ fit æs, nec sphera, id est forma circularis, sed ænea sphera, nam facere hoc aliquid est facere hoc ex aliquo subiecto totaliter facere enim ęs rotundum, id est formam rotunditatis, non est facere spheram, id est formam spheræ, sed alterum quid, id est compositum, aut speciem hanc in alio, id est formam in materia, & hoc est facere compositum, siue inquiratur terminus artis, siue naturæ, siue cuiuscunque agentis. Vnde patet Arist. comparare formam; figuræ, quæ est modus quidam. Secundo patet compositum fieri totaliter; ex subiecto, quod tamen virtute trãsmutationis, in fine transmutationis non inuenitur sola materia, quæ est æs, nec sola forma, quæ est rotunditas, sed æs rotundum; sed si forma distingueretur realiter à materia, compositum non fieret totaliter ex hoc subiecto, id est materia, quæ per transmutationem transit de esse interminato ad terminatum, & de informi ad formatum, sed fieret ex vtroque simul, id est ex materia, & forma.

8 Confirmatur 2. quia distinctio inter materiam, & formam maxime esset necessaria ex eo, quod terminus generationis non est simplex, sed compositus, sed compositio potest saluari sine tali distinctione, ergo.

Probatur minor, quia non solum est compositio quando duæ res sibi inuicem coniunguntur; sed quando eadem res transfertur de dispositione, quam habuit primo de vno gradu in alium. Sed si ponatur materia tota substantia rei, ipsa tamen in generatione transferatur de esse imperfecto ad esse perfectum,

A terminus, qui fit, erit aliquod compositum; cum non sit simplex, sicut dicimus, quia ligna transferuntur ad perfectionem suam, quando ex his fit aliquod compositum, domus, &c. & ita Arist. 7. met. tex. 25. & 26. vbi vult, quod forma domus fit ex lignis per hoc, quod ligna transferantur in aliam dispositionem, quam primo habuerint. at eodem modo à simili, vult in generatione substantiali, quod generatio est compositi per transmutationem materiæ in esse perfectum.

2. Opinio est dicentium formam esse entitatem à materia realiter distinctam, non tanquam modum à re, sed tanquam rem à re, ita communis opinio 2. d. 12. vbi Scotus quæst. *Forma realiter distinguitur à materia; Sco. &c. Licch. Tatar. Rub. Bass. Bacc. Gab.*

B 1. vbi Licch. Tatar. & alij, Rub. quæst. 1. Bacc. quæst. vnica art. 1. & d. 18. quæst. vnica ar. 1. Gab. quæst. 1. conc. 1. & hæc opinio mihi placet. quare sit.

ART. II. Continens opinionem Auctoris.

PRima Concl. materia distinguitur à parte rei à forma. Primo patet ex natura agentis naturalis, quia omne agens naturale præsupponit subiectum, vt patet inductione, & experientia. nam ideo ignis v. g. non potest producere ignem, vbique, nisi vbi est stuppa, 9 *Opinio Auctoris*

C vel lignum, quia ibi habet aptam materiam necessariam suæ actioni; nam alioqui cõbustibile potius impediret actionem; sed agens non præsupponit formam, quam producit; ergo hæc est distincta à materia à parte rei, quia eadem omnino à parte rei non possunt simul fundare esse, & non esse à parte rei.

Neque obstat, quod dicitur de relatione, quæ secundum aliquos ponitur, idem cum fundamento, quia relatio secundum id, quod est idem cum fundamento, semper existit cum fundamento existente, sed non denominat, quia non habet terminum connotatum à conceptu integro relationis, ratione cuius connotati distinguitur à fundamẽto. *Materia distinguitur a parte rei a forma.*

D Probatur 2. quia, quæ sunt eadem omnino à parte rei, eadem generatione generantur, & corruptione corrumpuntur 4. met. tex. 3. dum probat vnum, & ens esse idem, quia, nec in generatione, nec in corruptione separantur; sed materia, & forma, nec simul generantur, nec simul corrumpuntur, nam licet materia nõ posit generari, nec remanere sine aliqua forma vage, tamẽn cum nullam sibi determinet, potest, sine qualibet determinatè esse; ergo à qualibet determinatè distinguitur. 10 *Prob. ex natura agentis naturalis.*

Confirm. quia alioqui quando Deus creat animam rationalem, crearet etiam materiam; & similiter dum ignis producit ignem, produceret etiam materiam, vel nihil substantiale

E produceret; contra vero cum corrumpitur ignis, corrumperetur etiam materia; atque adeo id, quod succedit loco rei corruptæ, nõ educeretur, sed crearetur, cum ibi non adsit materia.

3. Prob.

3. Probatur ex natura compoſiti, nam compoſitũ à parte rei includit partes à parte rei diſtinctas, quia cõpoſitio eſt inter partes diſtinctas, nam ſi ibi nulla eſt diſtinctio partiu, erit ſimplicitas non compoſitio. A

Confirm. quia Ariſt. 1. phy. oſtẽdit eſſe principium diſtinctũ à forma, & 5. met. ac 2. phy. ait eſſe cauſam, & naturam diſtinctam à forma & 5. phy. dicit eſſe ſubiectum transmutationum ſubſtantialium, & 7. phy. per materiam dicit res poſſe eſſe, & non eſſe.

11 2. Concl. inter materiam, & formam ſubſtantialem non ſufficit diſtinctio, quæ eſt inter entitatem, & gradus entitatis. patet, quia tunc diuerſa generabilia, & curruptibilia, vt ignis, & aqua non diſtinguerentur ſpecie, ſicut nec B ſpecie diſtinguntur gradus eiuſdem entitatis v. g. caloris. Confirm. Baſſol. quia hinc ſequeretur, quod compoſitum nõ eſſet, niſi materia, atq; adeo ſubſtantia materialis non eſſet magis compoſita, quam ſubſtantia ſpiritualis carens materia.

Non ſufficit diſtinctio, quæ vt eſt inter entitatem, & eius gradus.

Secundo, quæro qui ſint hi gradus entitatis, nam vel addunt extenſionem entitati materię, & patet eſſe falſum, tùm quia hęc extenſio, vel eſt per partes entitatiuas, & hæ non differunt ſpecie ab aliis partibus materiæ. Vel ꝑ quãtitatiuas, & hæ non ſunt ſubſtãtiales, ſed accidentales; tum quia ſæpè generatur aliquid, ſeruata eadem extenſione entitatiua, & quantitatiua. C Vel nomine grad⁹ intelligitur perfectio inteſiua, & hanc conſtat non poſſe conuenire materiæ, tum quia eſt ſubſtãtia incapax extenſionis intenſiuæ, vt alibi; tùm quia eſt primum ſubiectum, at perfectio intenſiua conuenit entitati, vt dicit ordinem ad idem ſubiectum. Vel intelligitur perfectio differentialis, & hęc facit quid rem diſtinctam ab aliis eſſentialiter, ſed non poteſt conuenire entitati indiuiduatę, ſed abſtractæ; at materia, cui aduenit forma, nõ eſt abſtracta, ſed indiuidua deinde differentia contrahit ſuperius in eodem genere, atq; adeo differentia cõtrahens materiam conſtituit diuerſam ſpecie materiam, non autem formam: vel nomine gradus, ſeù perfectionis gradualis D intelligitur aliquis modus ſubſtãtialis, quo entitas materialis conſtituitur, & determinatur, eo modo quo terminus determinat quantitatem, quæ ex ſe eſt interminata, nam ſicut quãtitas ex ſe non magis exigit hũc, quã illum terminum cum tamen dum exiſtit, neceſſario habeat aliquem terminum, ita materia ex ſe eſt indeterminata, nec magis exigit hũc, quã illum modum determinantem, licet nunquam poſſit exiſtere ſine aliquo modo. Et neq; id dici poteſt, tùm quia infra oſtendemus, formam non habere rationem modi ſubſtantialis; tùm quia diuerſa ratio eſt termini quantitatis, ac formæ ſubſtantialis; nam terminus ex ſe non eſt aliqđ E poſitiuum, ſed tantum quid negatiuum vlterioris perfectionis; at vero forma eſt entitas poſitiua, quæ addit perfectionem materiæ; vel vt docet Bacc. ad primũ poſſe aliquid de eſſe imperfecto ad eſſe perfectũ dupliciter trãſire. Primo ſine additione nouæ rei, & ita quantitas ex eſſe imperfecto. i. interminato tranſit ad eſſe terminatum. Secundo per additionem nouæ rei, & ita materia tranſit de eſſe imperfecto ad perfectum, dum aduenit forma; nõ autem primo modo, nam illud, quod primo modo perficitur, neceſſario debet habere intra ſuam eſſentiam actualitatem, quia nihil poteſt ſiſtere actionem agentis niſi actus, vel habens actum; atq; adeo id non poteſt conuenire, niſi formæ, cuiuſmodi eſt quantitas, at materia ex ſua eſſentia eſt pura potentia, vt probatur 2. phy. 4. & 1. phy 68. & 78. ergo non poteſt habere ꝑfectionem, niſi per aduentum nouæ rei.

Explicatur, & repellitur, hæc opinio de gradibus entitatis.

12 3. Concl. forma non diſtinguitur à materia realiter realitate modi, ſed realitate rei, quia forma eſt perfectio quædam partialis potens ꝑ ſe exiſtere ſaltem per potentiam diuinam, vt infra, ſed quod eſt huiuſmodi, diſtinguitur ab alio realiter realitate rei, vt alibi dicemus; ergo.

Diſtinguitur materia à forma realiter realitate rei non modi.

Secundo probatur ex inæquali perfectione rerum naturalium, nam cum omnium rerum ſit eadem materia, non poſſunt differre in perfectione ratione materiæ, quare carũ inæqualitas perfectionis ſumenda erit ex forma, ſed inter aliqua compoſita eſt tanta inæqualitas quoad perfectionem, vt perfectio ſolius formæ ſuperet perfectionem totius entitatis materialis, & formalis alterius compoſiti, ergo forma compoſiti perfectioris non poteſt eſſe modus, quia modus nõ ſuperat perfectionem rei modificatæ, atq; adeo non excederet perfectionẽ materiæ.

Confirm. quia in quolibet cõpoſito eſt materia, & forma; ſed forma ex omnium ſententia eſt nobilior materia; nam dicitur eſſe ratio quidditatis, & exemplar eius, quod quid erat eſſe 2. phy. 28. 5. met. 2. vnde forma dicitur eſſe quid diuinum, pulchrum, optimum, actus, & finis: & 9. met. probatur actum eſſe nobiliorem potentia. i. materia, at modus ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue accidẽtalis non eſt perfectior re, quam natarialiter modificat, cum modus ſit entitas ſecundũ quid eſſentialiter, & actualiter dependens à re determinata, quam modificat. Contra vero res modificata eſt entitas ſimpliciter, & independens ab hoc, vel illo determinato modo.

Confirm. 2. quia modus non eſt finis rei, ſed potius ipſe ordinatur ad rem modificatam; at forma eſt finis materię, vnde materia dr̃ formã appetere, tanquam turpe pulchrum, & mulier virum.

3. Prob. ex paſsionibus formæ, quarum omnium principium non eſt materia, ſed forma, præſertim reſpectu actiuitatis; at ſi materia diceret totam perfectionem rei, & forma ſolum adderet modum, tunc non poſſet forma eſſe principium ſequentium perfectionũ, ſed potius materia eſſet principium illarum connotato modo, cum præſertim perfectiones, quæ conueniunt compoſito ratione formæ, non ſint modi, ſed entitates. Et Confirm. quia opinio ponens formas eſſe modos, nullo nititur fundamento, vt patebit ex ſolutione argumentorum.

13 4. Prob. ex imperfectione materiæ, quæ secundum suam essentiam est quid in potentia ad recipiendas omnes formas, & species prædicamentales; vnde in se non iucludit perfectionem aliquam specificam; ergo præcipue perfectio specifica oritur à forma, ergo hęc nō potest esse modus materiæ, quia in composito ex re, & modo præcipua pars non est modus, vt inductione patet.

Confirm. quia eadem materia cum eadem imperfectione essentiali, quæ est receptiua animæ rationalis, est etiam receptiua aliarum formarum, sed vt receptiua animę rationalis non est modificabilis, sed actuabilis per entitatem distinctam à se, cùm anima rationalis non sit modus; ergo vt receptiua aliarum formarum non est modificabilis, sed actuabilis. Neq. dicas in ordine ad animā rationalē esse actuabilem per informationem distinctam, at in ordine ad alias formas est modificabilis .i. actuabilis .i. sine informatione distincta. quia cum sit vna potentia respectu omnium formarum illas omnes respicit sub vna ratione receptibili; hæc autem ratio est informatio actiua: quare omnes formæ debent habere eundem modū informandi.

Confirm. 2. quia opinio opposita parum differt ab opinione antiquorum, qui ponebant totam naturam rerum consistere in materia, quam Arist. 1. phy. ostendit esse falsam.

Quid sit formam esse terminum.

Dices forma dicitur terminus 3. phy. 67. at terminus est modus rei.

Resp. dici terminum, non intrinsecum perfectionis rei, vltra quę non porrigatur res, qualis est terminus quātitatis formalis, vel virtualis rerum, sed esse extrinsecum, eo quod materia cum ex se sub nulla certa specie prædicamentali sit, sed sit indeterminata, ita vt per omnia vagari possit, per formam informata constituitur in certa specie, qualem requirit forma, atquè adeo complet perfectionem eius, vt non vltra vagetur; vel dici terminum, quia est finis, quem appetit materia, quia ad omnes illas appetitus materia dirigitur, vt ijs habitis conquiescat.

ART. III. Continens responsiones ad argumenta.

14 AD 1. Resp. ibi inquiri causalitatem formæ, & materiæ, an sint distinctæ ab entitate materiæ, & formæ, de qua re dicemus in tractatu de causis; sed qualiscunq; sit illarum causalitas, illud videri certum, materiam, & formā non vniri inter se per proprias entitates sine vnione aliqua distincta ab vtroq; extremo, vt probabimus infra: ex quo fit, formam non esse modum, quia modus non vnitur rei per vnionem distinctam, sed per se ipsum; vnde etiam fit, vt sit inseparabilis à subiecto etiam per potentiam Dei. Ad replicam qua petitur, quid sit hæc vnio respectiuum re, an absolutum.

Vnio inter materiam, & formam, est quid respectiuū trascendentale.

Resp. infra, esse respectiuum trascendentale, quod essentialiter determinat sibi vtrumq; extremum, quod respectiuum nō est accidēs,

A & est sīn aliquos de essentia rei absolutę cōposita; implicat intelligi cōpositū sine cōpositione, compositio autem illa est vnio, & licet aliquando intelligantur entia naturalia secundū aliquem conceptum, non intellecta compositione, tn id est, quia nō intelligitur omnino distinctè secundum omnia, quæ includit, sed tātum secūdum aliqua prædicata metaphysica. Neq; hinc sequitur, res denominari tales ex vi huius vnionis, sed ex vi formæ, nam hæc vnio est conditio necessario requisita adhoc, vt forma denominet, vnde homo dicitur animatus nō per vnionem, sed per animam, & per vnionem tanquam per conditionem.

Cur vnio dicatur, quid simplic er absolutum.

B Et quia respectiuum trascendentale non pertinet ad prædicamentum relationis, sed ad alia prædicamenta absoluta, ideo dicimus talē vnionem esse quid simpliciter absolutum, nec tamen dicimus esse in re composita tres realitates; quia hæc vnio non est realitas, sed modus, quod si nomine realitatis appellent quidquid habet aliquam rationem entis, illis concedimus esse realitatem, quæ realitas necessario ponenda est in definitione compositi cum physicè definitur, nam dum v.g. homo definitur esse aliquid constans ex corpore organico, & anima rationali, iàm in ea definitione ponitur vnio, quæ significatur, per ly (constans) qa non potest constare ex corpore, & anima ra-
C tionali, sine vnione. Neq; hinc fit posse manere vnionem hanc sine forma, quia cū sit actualis respectus ad formam, essentialiter sibi determinat formam.

Vnio non se habet, vt figura respectu formæ

Deniq; hæc vnio non se habet respectu formæ, vt figura ceræ respectu sigilli, quia figura illa est à sigillo effectiuè, at hæc vnio est à forma formaliter, sicut à materia materialiter.

Quomodo materia determinetur per formam secundum Aristot. cuius textus contrary examinatur.

Ad 1. Confir. Resp. 1. me nec in 9. met. nec in Auer. nec in Arist. reperisse illa verba, in 7. tamen met. aliquid simile legitur. Verum nihil inde probatur contra nostram cōclusionē, nam materia secundum se, cum non sit determinata ad aliquam speciem prędicamētalem,
D multo minus erit determinata quoad indiuiduum prædicamentale, sed determinatur per formam, cui vnitur, & ideo dicitur non esse hoc demonstrabile, nisi per cōtactum ad formam idest informationem, & non secundum ordinem, qualis est compositio rerum sine informatione, & hoc est, quod tribuitur Auer. dicenti, esse materiæ determinatum in specie, non esse, nisi per continuationem, idest vnionem eius cum forma: ex quo potius colligitur oppositum, nam distinguit à continuatione cum forma.

Materia, & forma efficiunt vnam naturā compositam.

Ad 2 argumentum Resp. negādo hinc sequi ens naturale non esse vnam naturam cōpositam, quia ad huius vnitatem sufficit, vt ex-
E trema se habeant tanquam potentia, & actus, non quidem vt potentia obiectiua, & actus existentiæ, seù entitatiuus; sed vt potentia essentialiter subiectiua, seù formalis, & actus essentialiter formalis, & substantialis ex quibus fit, & vna simpliciter essentia, & cum extrema sunt hęccheizata, efficiūt et vnum indiuiduū,

Ad

Cur ex materia, & accidente non fiat vna natura.

Ad replicam primam, qua petitur, cur ex materia, & accidente non fiat vna natura. Facile reſpondetur. Primo, quia materia nõ reſpicit per ſe primo accidens, ſed formam ſubſtantialem, & deinde formam accidentalem, atq; adeo prius intelligitur ex materia, & forma ſubſtantiali conſtituta vna natura, & illi aduenire accidens. Secundo, quia accidens nõ eſt forma partialis, ſed ſiue in abſtracto, ſiue in concreto conſiderata, ponitur per ſe in recta linea prædicamentali, atq; adeo dicit determinatam ſpeciem in genere entis prædicamentalis; at non ſic forma ſubſtantialis, quæ cum ſit ens partiale non dicit determinatam ſpeciem in genere prædicamentali.

Ad 2. replicã, fieri ens ſimpliciter poſſe accipi dupliciter primo, vt diſtinguitur contra ens accidentale, & ita dum fit lapis, fit ens ſimpliciter, quia fit ens ſubſtantiale, nam ſimpliciter dicitur fieri lapidem, & non dicitur fieri lapidem album, vel nigrum, & ſimilia; quod dicitur fieri ſecundum quid, ideſt ſecundum determinatam denominationem, ſeù prædicatum determinatiuum. Secundo fieri ens ſimpliciter dicitur, vt diſtinguitur contra fieri ex materia determinata, & ita fieri non conuenit, niſi entibus, quę creantur, non autem formis, quæ educuntur, & compoſitis ex illis.

16 Ad replicam ex 8. met. ibi Ariſt. poſtquam determinauit materiam, & formam eſſe principia eſſentialia ſubſtantiarum ſenſibilium, incipit inquirere, quo modo conſtituant vnum per ſe, quia omnium, quæ habent plures partes, & non vt aceruus lapidum, ſed eſt aliquid totum pręter partes, debet aſsignari aliqua cauſa illius vnitatis proportionata vnitati, vt in aliquibus eſt contactus; in aliquibus viſcoſitas; in aliquibus vero aliqua alia paſsio talis.

Quomodo materia, & forma conſtituãt vnũ per Ariſt. cuius opinio indagatur.

Deinde propoſita alia ratione dubitandi ex opinione Platonis ponentis formas ſeparatas ſingulorum prædicatorum v.g. animalis, & bipedis, docet ex opinione Platonis non poſſe reddi rationem huius vnitatis; at vero ſi dicatur, quod ideo fiat vnum ex materia, & forma, quia forma eſt actus, materia vero eſt potentia, non videtur adhuc remanere dubitatio, quod probat ex Artificialibus, Mathematicis, & Metaphyſicis; nam ſi quæratur cur veſtimẽtum eſt vnum, quia ſignificat vnam naturam, quæ natura eſt compoſita ex ære, & rotundo (poſito quod definitio veſtimenti ſit ęs rotundum) quod ſi quæratur cur ex ære, & rotundo fiat vnum, nulla alia cauſa reddi poteſt, niſi agens coniungens materiam cum forma, ideſt actum cum potentia; & licet ibi ſit actus, & potentia, quæ videntur habere duas vnitates, tamen non eſt ibi, niſi vna vnitas, nam vnitas rei ſumitur ex formalitate rei, atq; adeo vbi vna formalitas, ibi erit vna vnitas, nã quæ erat in potentia poſtea fit in actu, & licet materia habeat aliquam entitatem, quia eſt indeterminata, non habet vnitatem ſcilicet ſpecificam, quia hæc attenditur à forma, quæ prius erat in potentia, & deinde fit in actu, atq; adeo fit vna, quod ſi materia, vt ibi notat Alenſ. diceręt ſuam rationem per modum perfectionis, tunc diceret ſuam vnitatem diſtinctam ab vnitate formæ, at quia dicit ſuam entitatem per modũ perfectibilis, ideo non habet vnitatẽ, dum aduenit illi perfectio, quæ eſt actus, nam perfectibile, & perfectio non eſt niſi vna vnitas.

17 Secundo, idem probat in Mathematicis, in quibus, licet non ſit materia ſenſibilis, eſt tamẽ intellectualis, quæ dicitur eſſe illud prędicatũ, quod ſe habet per modum determinabilis ſicut forma dicitur prædicatum, quod ſe habet per modum determinantis, vt circulus dicitur ſuperficialis figura, vbi ſuperficies ſe habet ad modum materiæ, & figura ad modum formæ, ſic etiam triangulus dicitur quãtitas determinata tribus angulis.

Tertio, id probat in abſtractis à materia intelligibili, & ſenſibili, in quibus nulla eſt cauſa vnitatis, quia vnumquodq; eorum eſt aliquid, eſt vnum, nam ſicut ens ſtatim eſt ſubſtantia, vel quantitas, &c. non expectans aliam differentiam, per quam determinetur, ita ſubſtantiæ ſeparatæ ſtatim ſunt illud, quod ſunt, non expectantes formam, quia ipſæ ſunt formæ; vnde non eſt aliqua alia cauſa, vt habeant vnitatẽ. Hinc deſtruit errorem eorum, qui aliam cauſam aſſignabant vnitatis huius compoſiti; nam alii dicebant eſſe, quia materia participat eſſentiam formæ, & hanc participationem aliqui dicebant eſſe coexiſtentiam formæ cum materia, quę quia mediat inter illa eſt cauſa vnionis illorum, ſicut Lyçophron dixit ſcientiã mediare inter ſcire, & animam, & ideo eſſe
18 cauſam vnionis inter animã, & ſcire. Alii vero ponunt, quod hoc medium ſit viuere, atq; adeo hoc vnire animam, & corpus, cuius erroris cauſa eſt, quia ipſi quærunt medium inter materiam, & formam, ac ſi materia, & forma eſſent duo actu diuerſa, quia ſi ſic oporteret dare mediũ vniens ea, ſed quia vnum eſt in potentia, & reliquum in actu, ideo eſt abſurdũ quærere aliquod ligamẽ, quia eo ipſo quo potentia perficitur, & actus perficit ſunt vnum; vnde improbat poſitionem illorum, nam ſi inter aliquam formam, & materiam eſt aliquod medium vniens, idem erit in omni forma, cum ſit eadem ratio omnium, quare ſicut inter animam, & corpus cadit medium, ita inter ſanitatem, & corpus, & inter æs, & triconum: vbi notat Alenſ. dupliciter illos peccare. Primo, quia confundant vnionem cum cauſa vnionis, cum coexiſtentia ſit ipſa vnio, & non cauſa vnionis. Secundo, quia credebant eſſe communicatũ materiæ à forma mediare inter materiam, & formam, cum tamen illud eſſe, vel eſt idem cum ipſa forma ſub alio modo ſignificandi accepta, vel eſt effectus formæ, & materiæ, ſicut lucere eſt effectus lucis in materia, quare non debet vocari medium vniens, ſed potius effectus formæ vnitę, ex quo loco non concluditur formam non diſtingui à materia, niſi vt modum à re modificata, ſed tantum ex illis effici vnam naturam per ſe, eo quod materia ſit potentia perfectibilis continens in potẽtia formam, quæ reducitur ad actum ex vi agẽ-

tis, vnde potius hic locus retorqueri potest contra aduersarios, quia alia est vnitas cōpositi ex materia, & forma, & substantiæ separatæ; nā vnitas substātię separatę est vnitas simplicitatis, & indiuisibilitatis; vnitas autem cōpositi ex materia, & forma est vnitas cōpositionis, & diuisibilitatis; Et hinc respōdetur ad auctoritatē Auer. nā eodē modo est exponēdus, ac Arist. quod si hanc expositionē non admittit, non est cur laboremus in eius explicatione.

Illud autem notandum ex Bacc. loc. cit. ad 3. cum Arist. significat materiam transire in formam ibi non negare distinctionē inter materiam præcisè sumptam, & formam, sed ibi accipere materiam cum forma in potentia, & quia forma, quę est eadem numero forma, quę est in potētia, fit actu, ideo materia dicitur trāsire in actum, quia compositū in potentia trāsmutatur in compositum in actu, at materia pure sumpta non transmutatur in compositū.

20 *Ex quo distinguatur eductio à creatione.* Ad 3. argum. Resp. ex dictis patere eductionem distingui à creatione ex parte subiecti, eo quod ad creationem formæ non concurrit materia sustentando, sed tantum recipiendo, contra vero ad eductionem formæ, Neq; dicitur forma educi ex materia, tanquam ex parte componente formam, sed tanquam ex sustentante formam, & hoc est, formam fieri ex subiecto; quare sicut nihil formæ creatæ formaliter præexistebat ante creationem, ita nihil formæ eductæ ante eductionē, atq; adeo vtraq; est ex nihilo sui, tanquam ex termino, siue formali, siue materiali, vt alibi fusius explicabimus.

Forma est in materia in potentia. Explicatur locus Auerrois. Dices forma ante generationem est in materia, at formā esse in materia est ipsā actuare.

Resp. esse quidem in materia, sed in potētia, quare illam non actuat, quia in ea non est actu, & hinc intelligitur, cur Auer. 8. met. dicat, quod generans non largitur multitudinē, sed perfectionem, quia .s. illam formam, quæ est in materia in potentia, reducit ad actum, & ideo dicitur materia transferri de esse imperfecto ad perfectum, hoc autem necessario supponit, materiam distingui à forma, quia materia, vt sit in potentia ad formam debet existere, forma vero, quę est in potentia, non ita.

Dices 2. quod sit subiectum proximum generationis.

Resp. Bacc. loc. cit. ad 3. materiam accipi dupliciter. Primo præcisè pro pura materia, & est subiectum remotum. Secundo pro materia includente formam in potentia, & ita est subiectum proprium generationis, ex quo dicitur educi forma.

21 *Subiectum proximum generationis materia in potentia ad formam. Bacch.* Ad 4. Bacc. Resp. ipsemet, materiam transferri de esse imperfecto ad perfectum per additionem perfectionis sibi aduenientis, quare nullam āctualitatem includit intra suam essentiam, quia forma est primus eius actus, quantitas vero transit ad esse terminatum sine additione nouæ perfectionis.

Ego Resp. ex ratione Arist. satis colligi materiam distingui à forma, quia materia manet sub vtroq; extremo, atq; adeo distingui debet

A ab vtroq; extremo: qualis autem sit hæc distinctio ex ea ratione non expressè colligitur, sed aliunde colligi debet, nam cum forma sit ens positiuum, magis distingui debet à materia, quā priuatio, quia priuatio est quid negatiuū: quod autem distingui debet realitate rei patet ex perfectione formæ, qua excedit materiam; Vnde etiam patet ad auctoritatem Auer. nam alio modo perficitur materia à forma, quàm perficiatur quantitas interminata per suum terminum.

Ad 1. Confir. Resp. terminum generationis esse duplicem (vt quo) & est forma, & (vt quod) & est compositum, qui termini in hoc distinguntur, quod compositum supponat aliquam sui partem præexistentem .i. materiam, B forma autem non sic: ex quo non sequitur formam esse modum, & licet comparet formam cum ipsa figura, tñ comparatio non est quoad omnem rationem, nam alioqui figura est accidens, & forma est substantia, cum vero tex. 26. dicitur compositum fieri totaliter ex subiecto ly (totaliter) vario modo exponitur; nam Scotus, & Alens. explicāt vniuersaliter, quasi vniuersaliter sit verum, quod facere hoc aliquid, sit facere hoc ex aliquo subiecto. Niphus accipit pro omnino, quasi dicat facere hoc aliquid est hoc facere ex eo, quod est omnino subiectum, & idem D. Tho. ex tex. Bess. sed ex alio tex. explicat ly, totaliter pro vniuersaliter .s. C in omni generatione; Sed Bacc. loc. cit. ad 4. ait compositum fieri totaliter ex subiecto dicitur, quia compositum fit ex materia, & forma in potentia materiæ, materia autem cum forma in potentia est tale subiectum; atq; adeo dicit totum id quod dicit compositum, licet diuerso modo, scilicet in potentia, & in actu. Dices Arist. in 7. met. 27. inquirens modum, quo compositum fit ex aliquo, ait, non fieri ex aliquo, sicut ex priuatione, sed sicut ex materia, quia quando aliquid fit ex aliquo, tunc illud, ex quo fit, dicitur fieri aliud; sed priuatio non fit hoc compositum, sed materia; at si materia esset distincta à forma, tunc illa diuisio, D (quod fieri ex aliquo, vel est ex priuatione, vel ex materia) non esset sufficiens, quia posset cōpositū fieri etiam ex forma simul cū materia.

Terminus generationis. Duplex quo, & quod horū differentia.

Explicatur propositio Arist. Compositum fit totaliter ex subiecto.

Resp. dici fieri ex materia nō vnde sumpta, sed sumpta cū forma in potentia, quia cum sit compositum in potentia, transmutatur in cōpositum in actu, cum sint idem, & differant solum, quia vnum est in actu, & alterū in potētia.

DVBITATIO SECVNDA.

An forma sit actus simplex, an vero includat compositionem.

E De hac Heru. tract. de vnitate formarum q. 5. Scot. 3. met. q. 20.

1 *Explicatur status quæstionis.* 1. Not. hanc quæstionem non intelligi de forma totius, quæ dicit naturam abstractam à supposito, vt v.g. Humanitas, quia constat hāc esse compositam ex materia, & forma, sicut, & ipsum suppositum, sed de forma partis, cuius officium

officium est informare materiam, illáque actuare, ac constituere in certa specie prædicamentali, vnde constat non intelligi quæstionem de compositione cum his, cum formæ sit propriu vt simul cum materia componant totum, sed de compositione ex his.

Compositio duplex.

2 2. Not. hāc cōpositioné esse duplicé; aliam physicā, q̄ conuenit præcise rebus physicis, & diuiditur in cōpositionem ex materia, & forma, quæ dici potest compositio physica essentialis: & compositionem ex partibus extensionis, & dici potest integralis. Aliam esse metaphysicam, quę conuenit rebus non solum materialibus, sed etiā abstractis à materia: & hęc diuidi potest in metaphysicam essentialem, vt quæ est ex genere, & differentia: & entitatiuam, quæ est ex essentia, & existentia: & suppositalem, quæ est ex essentia etiam existenti, & supposito.

Quæ formæ careant compositione integrali.

3. Not. ex lib. de anima cōstare, dari aliquā formam, quæ caret compositione integrali, vt patet de anima rationali, quæ cum sit indiuisibilis, non potest habere talem compositionem. Neq; dubium esse potest de aliquibus formis materialibus; cum constat illas habere talé cōpositionem, vt patet in formis elementorum, & mixtorum inanimatorum: quare de formis animatorum perfectorum controuersia est inter Doctores, an compositionem habeant integralem, de qua re in lib. de anima, quare præcipua difficultas est de compositione physica essentiali.

Omnes formæ compositæ ex materia, & forma secundum aliquos.

3 1. Opinio est aliquorum apud Her. quodl. 5. ar. 1. dicentium omnium rerum naturalium formas esse compositas ex pluribus partibus essentialibus, vt humanitas ex materia, & forma, quia si nullam dicerent cōpositioné, essent actus puri, quia hic constituitur per repugnātiam omnis compositionis; si vero aliquam, illa est physica, atq; adeo ex materia, & forma, quæ hæc compositio est proportionata enti physico, quales sunt formę physicæ.

Confirm. effectus assimilari debet suæ causæ efficienti, sed nullum agés naturale est omnino simplex, sed compositum; ergo, & forma, quæ est effectus, non est simplex, sed cōposita.

Confirm. 2. quia quidquid est, vel pura potentia, vel purus actus, vel compositum, sed forma per aduersarios non est compositum quid, nec potentia; ergo esset actus purus.

Alij dāt tamē compositionem integralem.

2. Opinio est dicentium formas naturales non habere compositionem physicam essentialem, sed compositionem quasi integralem p aggregationem plurium formarum, ex quibus resultat vna forma, quæ dicitur completiua esse rei, sicut ex pluribus membris colligatis resultat vnum corpus humanum, manentibus singulis membris sub proprijs formis, & actionibus. Verum hæc sententia, licet possit esse vera de formis corruptibilibus, quæ cum cōstent ex partibus æthерogenis, vel homogeneis, sunt diuisibiles: non tamen potest esse vera de omni forma; nā anima rationalis, & secūdum Thomistas omnis anima perfecti animalis est indiuisibilis, sed de hac re lib. de anima,

A interim videatur Heru. quodl. 5. ar. 1. vbi multa contra hanc opinionem, sed leuiora argumenta proponit.

Opinio Auctoris.

3. Opinio est dicentium esse compositas metaphysicé, quia dicunt compositionem ex esse, & essentia, vt cæteræ omnes creaturæ cōtra Heru. ad primū: sed simplices physicé simplicitate excludente compositionem essentialem Alex. his, vt Scotus, & Heru.

Probant aliqui ex eo, quia cū materia, quæ est imperfectior, sit simplex, multo magis forma, quia priora sunt simpliciora, forma autem cum sit actus, est prior materia, quę est potentia 9. met.

B Secundo probant alii à posteriori, quia cum sit vnum ex principijs physicis, de quorum ratione est, vt non sint ex alijs, vel ex se inuicem 1. phy. tex. 82. non potest dicere compositioné ex materia, & forma, quia sic esset principiatū non principium; tum quia sequeretur, vel dari processum in infinitum, vel deueniendum esse ad formam simplicem physicé. Tum tertio, quia si componeretur ex materia, & forma sic sequeretur; materiam informare aliā materiam, cum de ratione formæ sit, vt secundū se totum informet materiam. nam si informaret ratione partis tantum, secundum illam tātum esset forma, & non secundum aliam, secundum quam non informat: & præterea vna forma duas informaret materias. Vel compoC neretur ex materia, & materia, & cōstat, multo minus dici posse; vel ex forma, & forma, & cum illa sit vnius essentię per se, sequitur necessario, vel vtramque se inuicem informare, vel vnam partem informare aliam, atq; adeo forma haberet rationem materiæ essentialiter informabilis, quod repugnat actui, sicut materiæ repugnat informari. 4

Formæ compositæ metaphysicé non sunt actus puri.

Confirm. nam vel partes ex quibus est cōposita sunt vnius speciei. & sequitur materiam informatam per vnam formam habere duo esse eiusdem speciei, vt duo esse corporea, duo esse alba, &c.: quod est contra Arist. 5. met. Vel sunt diuersæ speciei: & ex illis non potest D fieri vnum esse, quia non potest intelligi quomodo fiat vnum esse ex duobus specie distinctis, vt ex forma osseitatis, & carneitatis, ita Heru. loc. cit.

Ad fundamentū primæ sententiæ. Resp. nō esse actum purum, quia habet compositionem ex esse, & essentia; ex subiectis, & accidétibus, & habet compositionem cum his, quæ omnino repugnant actui puro, & conueniunt non solum rebus metaphysicis, sed etiam physicis; potest tamen dici esse actus purus in genere physico, quia excludit potentiam physicam, vt alibi explicauimus.

E Ad Confirm. assimilationem consistere in eo, quod sicut in agente est suppositum, quod dicitur agens (vt quod) & forma, quæ est, (vt quo) ita in effectu est compositum, quod dicitur effectus per sé (vt quod) & forma, quæ est (vt quo) & effectus per accidens, quare simplex generatur à simplici, & hinc ad 2. conf. quia componit cum materia.

Dices;

Forma proportionaliter habent genus, & differentiam.

Dices: an componatur ex genere, & differentia. Resp. aliqui negatiue, quod sub genere A proprie collocentur composita metaphysica, non partes physicæ, quare non potest forma habere compositionem ex genere, & differentia. At aliqui licet concedant carere tali cópositione propter rationem dictam, tamen cocedunt proportionalem compositionem .s. ex prædicato vniuersali, & indeterminato, & particulari, seù determinato.

5 *Aliqua forma sunt diuisibiles per accidens.*

Ex his patet solutio illius quæstionis, an forma materialis sit diuisibilis per se an per accidens, de qua Perer. lib. 6. c. 4. nam dicimus, aliquam certe esse diuisibilem per accidens, aliquam vero idest perfectorum animalium non constare, an sit diuisibilis cum D. Tho. 1. p. q. B 76. ar. 8. & 2. cont. gent. c. 72. ponat esse indiuisibilem.

DVBITATIO TERTIA.

An forma sit capax per se motus.

1 *Forma non esse per se capax motus.*

RESp. negatiue, quia nulla res est ꝑ se mobilis, quæ per se nó pót existere 1. de an. 37. ideo Arist. 5. phy. 3. formas non moueri, neq; mouere scilicet per se, licet loquatur de forma, quę est terminus motus, nam in illo motu non mouetur: hinc fit, vt dicantur moueri per accidens scilicet esse cópositu 5. phy. C 1. & 5. 1. de an. 37. ná partes dicútur moueri per accidens ad motum totius 4. phy. 32. 2. top. 3.

Obijcitur ex illo principio ꝑpter quod vnumquodq. est tale.

Dices: omnis forma est aliquid per se subsistens, quia propter, quod vnú quodq; est tale; & illud magis, sed ens naturale est hoc aliquid per se existens in rerum natura per formam, nam à forma sumitur ipsum esse; ergo potest moueri per se.

Resp. formam non posse per se subsistere.

Resp. Heru. de vnitate formarum q. 6. non posse formam per se subsistere naturaliter patet, quia non potest per se operari, vnde operationes tribuuntur compositis.

Cófirm. quia si essent separabiles à materia, D essent cognoscitiuæ, quia omne separabile à materia est cognoscitiuum: verum hoc principium debet hic supponi ex lib. de anima, vel ex metaphysica, sicut etiam quod forma non sit proprie suppositum, & per se subsistens, qa est pars, & vt pars non potest habere rationem suppositi.

2 *Anima rationalis posset per se subsistere, vt spiritualis est substantia.*

Dices 2. anima rationalis est etiam forma, & tamé est per se mobilis, quia separata à corpore mouetur sicut Angeli.

Resp. animam rationalé esse in cófinio substantiarum spiritualium, & immaterialiú, quia conuenit cum materialibus quoad rationem informationis, & cú spiritualibus quoad subsistentiam, nam potest separari à materia, & per E se subsistere, sed hoc non conuenit illi, vt est forma, sed vt est substantia spiritualis.

A *DVBITATIO IV.*

An forma substantialis immediatè vniatur materiæ, eamq; informet.

DE hac Gratiadeus in quæst. disp. in Academia Patauiæ q. 6. D. Tho. tract. de formis qu. 6. Heru. de vnitate formarum qu. 16. Suar. disp. 13. met. sect. 3. & disp. 15. sect. 10.

ART. I. Continens opiniones aliorum.

Nulla forma immediate vnitur materia secundum aliquos.

PRima opinio est dicétium, nullam formam immediate vniri materiæ, sed exigere necessario accidentia, quibus materia disponatur B ad formas substantiales, quæ accidentia dicunt mediare inter materiam, & formam.

Probant aliqui primo, quia illud, per quod materia est in potentia proxima ad formam, est medium, quo materia vnitur formæ, quia vnitur immediate, & (vt quo) per potentiam, sed illud, per quod materia est in potentia ad formas, non est sua essentia; ergo non vnitur immediate per suam essentiam, sed per potentiam proximam. Maior probatur, quia mediú quo materia, & quęlibet causa vnitur suo actui est pótentia ipsa, quia per potentiam exercet suum actum, qualiscunq; sit, siue sit receptio, siue substentatio, siue informatio, & vnio pas- C siua, siue actiua. Minor probatur, quia cú materia, vt sit in potentia ad formam debeat esse determinata quoad extensionem, nam alioqui nó esset, cur hæc pars materiæ vniatur illi formæ, & illa pars alteri, nisi quia hoc vendicat sibi hanc partem, & illa aliam; at hoc non potest haberi sine quantitate; ergo nó potest esse in potentia ad formam sine quantitate, vnde patet experientia materiam spoliatam quantitate non vniri formæ; tum quia non est in potentia, vt est indisposita, quia sic non potest vniri formæ, ergo vt disposita est in potentia; ergo dispositiones constituunt materiam in ratione potentiæ.

D Confirm. quia alioqui si materia, & forma immediate vnirentur, frustra natura laboraret in disponendo materiam, ná citius fieret opus, & consequeretur finem sine dispositionibus, cú hæ non sint necessariæ pro vnione materiæ cum forma.

Confirm. 2. quia non esset ratio cur vnum sit magis compositum, quam aliud, quia quodlibet compositum habet materiam, & vná formam immediate vnitas.

2 *Alij immediate vniri materiæ formas elementares, alias mediate.*

2. Opinio est dicétium, aliquas formas substantiales immediate vniri materiæ quales sút elementares; alias vero mediate ꝑ formas mixtorum, quod hæ, vnientur medijs formis ele- E mentaribus, nam materia prima non est immediatè in potentia ad formas mixtorú, sed medijs elementorum formis, quod illæ resultent ex horum mixtione. Hi sunt Auerroistæ, & ex parte Scotistæ ponentes formas partiales, præter animam, in rebus animatis.

3. Opinio est dicétium omnes formas substantiales

Auerroistæ, & Scotistæ.

stantiales immediate vniri materiæ excludendo non solum media accidẽtia, sed etiam substantiales formas ex 8. met. 15. vbi expressè id asseritur, & 2. de an. 7. vbi negat, debere q̃ri medium inter materiam, & formam, sicut neque inter ceram, & figuram. Secundo, quia immediate vnitur per potentiam, sed hæc nõ est distincta eb essentia materiæ; ergo. Ita Heru. de vnitate formarũ q. 6. Fundamentum, quia medium subiectiuum ad recipiendam formam substãtialem, vel est necessarium ex parte materiæ, vel ex parte formæ, vel compositi. Non primum, quia cum receptio fiat ratione potẽtiæ, supponitur necessario imperfectio, vnde tanto materia erit aptior ad recipiendum, quanto potentia est magis pura, atq; adeo minus admixta actui, quia intus existens prohibet contrarium. Non 2. quia, vel id est necessariũ ex parte formæ, vt sic; & non: quia nisi deueniatur ad aliquam formã, quæ immediate vniatur, deberet dari processus in infinitum in formis contra Arist. 2. met. quod si conceditur, vnam formam vniri materiæ immediate, debet idem concedi omni formę, quia eadem est ratio omnium, nam omnes specificant potentiã materiæ secundum gradum formæ omnibus communem.

3 *Alij omnes formas substantiales immediate vniuntur. Herueus.*

Fundamentũ.

Confirm. quia sicut repugnat materiam habere rationem actus informantis, quia est potentia essentialiter informabilis, ita, & forma informari substantialiter, quia est substantialiter actus substantialis, nam sicut materia est pura potentia in genere potentiæ physicæ, ita forma est purus actus in genere, actus physici, hæc autem paritas consistit in carentia potẽtię substãtialis. Vel formæ repugnat ex ratione talis formæ, & tunc, vel hæc ratio est substantialitas, quasi omnis forma substantialis requirat aliam priorem in materia; & non: quia deberet requirere formam accidentalem, nam hæc solum potest prærequiri ad omnem substantialẽ at hinc sequitur. Primo nõ posse inde resultare vnam per se essentiam. Secundo accidens includi essentialiter in substantia. Tertio accidẽs subiectare substantiam, cum forma materialis pendeat non solum quoad informationẽ à subiecto, sed etiam quoad subsistẽtiam, quæ omnino constat esse absurda. Vel est talis substantialitas, quod scilicet cum sit perfectior, debet supponere in subiecto imperfectius esse substantiale: qua ratione aliqui dicunt, formam mixti non posse informare materiam, nisi prius actuatam formis elementorum. nec animã rationalem, nisi materiam actuatam anima vegetatiua, & sensitiua: & neq; id dici potest, vt fuse ostendemus lib. de anima, nam deberet forma perfectior vniri formæ imperfectiori per informationem, cum hæc sit medium in ratione subiecti. At hoc repugnat primo, quia cũ forma, vt sic distinguatur à materia, vt actus, & potentia, nõ potest aliqua forma habere rationem potentiæ essentialis, nam quod conuenit generi, conuenit omnibus speciebus. Tum Secundo, quia cum omnis forma sit essentialiter actus, si duæ formę haberent talem informationem, iam essent duo esse actualia, cum ad omnem formam sequatur aliquod esse, at dualitas hęc repugnat cum vnitate essentiæ. Tum Tertio, quia illud cõpositum resultat ex duabus formis immediate vnitis, vt v. g. ex forma mixti, & anima quod haberet rationem alicuius specificæ essentiæ, vt v. g. animalis talis, vel talis, atq; adeo esset aliquod animal cõpositũ, quod non includeret essentialiter materiam. Tum Quarto, quia forma quo perfectior, eo est virtuosior ad præstandum actum proprium formæ, sicut magnus ignis potest magis reducere ad actum id, quod est in potentia calidũ, quam paruus ignis, sed forma imperfectior potest per se ipsam immediate exercere actum formæ, quod est reducere potentiam materię ad actum, ergo multo magis forma perfectior.

Patet idem ab absurdis.

A B

Confirm. quia forma superior, ideo est perfectior, quia continet cum simplicitate omnem perfectionem, quam continent inferiores formæ, sicut patet ex alijs potestatibus, quibus formæ assimilantur. nam Ducis potestas continet in se quidquid potest potestas militis. & 4 potestas regia continet quidquid potest, & miles, & Dux, nec per aliam potestatem potest ea, quæ pertinent ad Regem, & per aliam, quę pertinent ad Ducem, vel militem, sed per eandem, licet in ea præintelligatur secundum rationem ordo ad diuersos actus perfectiores, & imperfectiores.

C Confirm. 2. quia si illæ formæ essent eiusdẽ speciei, non est ratio, cur sicut vna forma informet immediate materiam, non item altera; si vero sunt diuersæ speciei, iam cum singulæ sint quoad speciem, imò indiuiduationem determinatæ, exigent diuersas, imò oppositas proportiones, & mixtiones qualitatum.

Neq; põt dici tertiũ. s. q̀ requiratur mediũ, 5 ex natura compositi, quia, vel requiritur ex ratione compositi in communi. & constat, non omne tale medium exigere, ne detur processus in infinitum: vel ex natura talis compositi, scilicet perfectioris. & neq; tum quia tale compositum fit à tali forma perfectiore, vel imperfectiore; sed forma perfectior per suam simplicem perfectionem continens perfectiones formarum, constituit compositum perfectius; ergo ex ratione talis compositi non requiritur medium.

D

Confirm. quia compositum habet vnitatem per se etiam, vt tale compositum; sed vnitati per se repugnat potius, quã iuuet positio plurium actuum in materia, quia cũ singuli dent determinatum esse specificum, & actuale, iam illud constaret ex pluribus esse actualibus, q̀ potius inducit vnitatem per accidens, quàm per se, de qua re alibi.

E

ART. II. *Continens opinionem Auctoris.*

6 *Explicatur sensus quæstionis.*

NOt. hanc quæstionem dupliciter posse intelligi primo de immediatione dispositionum ità vt quæratur an forma vniatur materiæ nudæ sine vllo accidente, & in hoc sensu Thomi-

Thomistæ respondent affirmatiue, quod putent omnia accidentia subiectari in toto composito, atq; adeo corrupto composito fieri resolutionem vsq; ad materiam primam, cui deinde aduenit forma, cum sit vnum per se: deinde resultant accidentia, de qua quæstione agendum in 2. de gen. & fundamentum Thomistarum est, quia vt substantia per se præcedit accidens, ita compositum substantiale præcedit accidentale, vt ens per accidens.

Secundo de immediatione subiecti, an scilicet forma vniatur materiæ mediante alio, tanquam subiecto, ita vt quantitas, vel alia accidentia, formas substantiales non solum præcedant, vt dispositiones, sed etiam in ratione subiecti.

7 *Opinio Auctoris.* *Forma prærequirit dispositiones in materia.*

1. Concl. nulla forma substantialis vnitur materiæ immediate immediatione dispositiua, quia, vt alibi ostendemus, dispositiones sunt necessariæ ad formam, & informationem, non solum ad excludendam formam oppositam, vt falso aliqui Thomistæ; sed ad conseruandam formam in materia; si enim non esset necessaria ad informationem huiusmodi conseruatio, nō esset rō, cur destructis dispositionibus desineret forma informare subiectum, quia nihil illi deesset ex necessarijs ad actum informandum; vnde 2. de anima tex. 24. & 26. dicitur actus actiuorum dicitur esse in patiente bene disposito.

Refellitur aduersarij dicentes corrumpi informationē corruptis dispositionibus, quia adsunt dispositiones cotraria.

Dices corrumpi informationem, quia ibi adsunt dispositiones contrariæ. Sed contra, quia non esset ratio, cur illæ dispositiones essent illi contrariæ, nam non habent immediatam oppositionem cum forma substantiali, cum sint in diuerso genere, sed cum accidentibus præcedentibus expulsis; at hæc accidentia secundum aduersarios non sunt necessariæ ad informationem formæ; ergo neq; accidētia his opposita habent oppositionem cum forma substantiali priorum accidentium; quia habēt oppositionem cum accidentibus, quæ se habent impertinenter ad cōseruationem formæ; sicut albedo, quia se habet impertinenter ad cōseruationem formæ æquinæ, nigredo opposita albedini non dicetur esse opposita formæ æquinæ; nec ex positione nigredinis in materia equina destruetur forma equina, ita si calor non est necessarius ad cōseruationē formæ ignis, frigus nō opponetur formæ ignis, nec destruetur ex positione frigoris.

Resp. aduersarij.

Dices 2. accidentia licet nō sint dispositiones ad informationem, sunt tamen instrumenta ad operationē, & ideo destructis instrumentis destruitur forma, quia sicut forma habet esse propter operationem, ita in eo statu, in quo non potest operari, non poterit conseruari in existentia, quia conseruatio non est aliud, quam continuatio quædam ipsius esse. Vnde Arist. 2. de anima 7. dicitur anima esse actus corporis organici, idest instrumentalis.

Refelluntur multipliciter.

Resp. 1. non omnia accidentia esse instrumenta operandi, vt patet ex quantitate, raritate, densitate, & secundis qualitatibus, quarum aliquæ non sunt operatiuæ, figura, & similibus,

A & tamen destructis his accidentibus destruitur forma.

Resp. 2. etiam si aliqua accidentia sint operatiua, tamen constat instrumenta operandi nō esse illa accidentia respectu aliquarum formarum; & tamen corruptis illis accidētibus corrumpitur informatio, vt patet in anima rationali, quæ habet potentias operatiuas distinctas à qualitatibus primis, vt sunt potentiæ sensitiuæ, intellectiua, & similes; & tamen desinit informare corpus destructa temperie primarum qualitatum.

Resp. 3. experientia constare, formas cōseruari in materia in statu innaturali, atque adeo sine iis, quæ sunt necessaria ad operationem; neq; mirum, quia natura magis appetit cōseruationem sui quoad esse substantiale, quam quoad esse accidentale, quare hoc deficiente non desinet natura existere secundum substātiam; tum quia natura sæpè frustratur fine, & ideo remanere potest res absq; fine.

B

9 *Substantia, vt conseruetur non est necesse, vt omnes suas operationes exerceat.*

Resp. 4. non esse necessarium ad substantiæ conseruationem, vt sit in statu, in quo possit operari omnes suas operationes, sed satis esse, si aliquam possit operari, vt patet in anima rationali, quæ existit extra materiam, extra quam non potest operari operatione sensitiuæ, & vegetatiuæ partis, nam sufficit, quod possit intelligere: ita etiam posset forma conseruari in corpore, in qua potest aliquam operationē exercere, etiam si non possit omnes. & tamen experientia constat ex defectu dispositionum corrumpi informationem, etiam si ibi sint aliqua accidentia sufficientia ad operationem, vt patet in corruptione mixtorum vegetantium, & sentientium, nam aliquæ operationes, quæ cōueniunt mixtis viuentibus, remanent etiam in mixtis mortuis, vt patet ex virtutibus herbarum, & animalium.

C

9 *Resp 3 aduersarij accidētia mediate in ratione subiecti.*

Dices 3. si accidentales dispositiones sunt necessariæ ad conseruationem formæ, id non potest esse, nisi quia concurrunt subiectiuè ad illius informationem; ergo accidentia mediāt in ratione subiecti; Neq; dicas, concurrere in genere causæ efficientis, eo quod ipsa accidētia, sicut concurrunt effectiue ad informationem, ita etiam ad eius conseruationem; nam licet hoc dici possit de aliis accidentibus, non tamen de quantitate, quod cōcurrat in genere causæ efficientis, cum non sit actiua; ergo illa concurret in genere causæ subiectiuæ, tanquam forma attingens materiam; Neque dici potest, extendi quidem materiam per quantitatem, sed deinde materiam immediate informari forma; Tum 1. quia recipitur in materia extensa; ergo in extensione materiæ. Tum 2. quia ipsa forma extenditur, & non per aliam quantitatem, qua informatur; ergo à quantitate, quam informat. Tum 3. in eo subiecto recipitur actus, in quo immediate recipitur actio agentis, sed hæc non potest recipi in materia prima immediate, sed in quantitate; ergo.

D

E

Refelluntur.

Resp. ad 1. extensionem esse conditionem requisitam in materia, non tamen esse mediū, in quo insit prius forma.

Ad

Ad 2. extendi formaliter per quantitatẽ, nã sufficit, quia informat mãm, in qua est quãtitas.

Resp. ad 3. negando actionem producentis formam non recipi in materia immediate, disposita tamen per quantitatem, vt alibi. est tamẽ hæc respõsio dura, tum qa subiectũ actionis videtur totum compositum, tum quia accidentia immediate recipiuntur in quantitate, sed de hac re alibi.

10 *Accidentia non habent rationẽ medij subiectiui.*

2. Concl. accidentia non posse habere rationem medij subiectiui inter materiam, & formam substantialem, patet ex dictis in tertia opinione, quia accidens includeretur, tanquã pars essentialis substantiæ, at substantia non componitur ex non substantijs.

Confirm. quia nullum compositum substãtiale posset esse ens per se, vt patet.

Confir. 2. quia substantia dependeret subiectiue ab accidente, atq; adeo ab eo sustentaretur, de qua re fusè Iand. 8. met. q. 11. Fland. 2. de anima initio conc. 5. Gratiadeus loc. cit. Deniq; Thomistæ probant ex eo, quod ens p accidens non potest p̃cedere ens per se, neq; esse accidentale potest præcedere esse substãtiale, sicut passio non potest præcedere subiectum, & ens sm̃ quid nõ potest esse prius ente simpliciter. Verum hæc ratio soluitur ab alijs, quod via generationis, & ordine executionis ĩperfectiora præcedãt perfectiora; hęc vero p̃cedere sm̃ ordinẽ perfectionis, & intensionis.

Obijcitur ex Scoto.

Dices 1. ex Scot. forma vnitur materię mediante esse, nam prima actualitas supponitur omnibus causalitatibus; sed esse scilicet existere est prima actualitas; ergo.

Confirm. 1. quia vnitur mediante vnione, quæ est accidens; ergo.

Confir. 2. quæ distantia videmus non vniri sine medio, vt extrema contraria non vniuntur, nisi in tepidos similiter os, & caro per carthilaginem, alia clauo, alia glutine, &c.

Resp.

Resp. Scot. existere, conuenire supposito cõstituto ex partibus vnitis; quare prius intelligitur formam vniri materiæ, quàm existere suppositum: neq; existere est prima actualitas simpliciter, sed prima, quæ conuenit supposito. Sed non placet, quia non potest intelligi formam vniri, nisi intelligatur existere, quare.

Resp. 2. Scotus loc. cit. conditiones requisitæ ad causam debent intelligi causæ, vt conditio ipsius, hoc autem non tollit immediatam vnionem causę cum effectuo proximo; sic etiã dicit de vnione, quæ non intelligitur causa intrinseca, & pars compositi, vel vt ratio causę, sed vt concomitans concursum causæ sine qua non causaret, & licet vnio sit ratio formalis vniti formaliter, non tamen debet dici ratio formalis compositi, quia hoc dicitur secũdum esse absolutum. Resp. 3. illã non esse accidens, sed substantialem perfectionem, vt infra, vnde patet ad primam confirmationem.

Ad 2. Confirm. Resp. Iauel quando sunt duo in actu non vniuntur sine medio colligãte, vt lapides calce ad ædificandam domum, hac autem non requiritur in ijs; quorum vnũ est potentia, alterum actus per se. At potentia subiectiua ingreditur substantiam compositi.

11 *Formæ elementares immediate vniũtur materiæ excludendo formã substantialem mediam.*

3. Concl. formæ elementares immediate vniuntur materię excludendo formam substãtialem mediam. Patet, quia cum necessario deueniendum sit in omni sententia ad formam substantialem, quæ in genere actus substantialis immediate informat, hoc de nulla forma potest magis intelligi, quam de forma simplici, quales sunt formæ elementorum, quia non est ratio cur ad has formas prærequiratur in materia forma alia substantialis, siue vt dispositio, siue vt subiectum.

Dices prærequiri formam corporeitatis, nã cum omnis forma substantialis necessario prærequirãt in materia quantitatem, & quantitas non possit vniri materiæ primæ nudæ, sed debeat habere actum substantialem, per quem existat, vt possit subiectari quantitatem, dicẽdum est formã elementorum prærequirere formam corporeitatis.

Resp. de hoc dicemus lib. de anima, nunc satis sit, illud esse corporeum, etiamsi prærequiratur secundũ prioritatem naturæ, seu rationis ad esse talis speciei, v.g. ignis, vel aquę, tamen non debet illud tribui à diuersa numero forma, sed ab eadem habente plures gradus, & perfectiones, nã alioqui cum quælibet forma elementares sit in se corporea, quælibet materia haberet duo esse corporea substantialia. Vnum à forma corporeitatis, alterum à forma specifica, cætera in lib. de anima.

4. Concl. probabile est formam quamlibet ẽt perfectissimã immediate vniri materiæ, tanquã subiecto, patet ex dictis in tertia opinione neq; est cur hoc loco plura de ea redicamus.

ART. III. Soluuntur argumenta primæ, & secundæ opinionis.

12 *Quantitas non habet rationem subiecti.*

EX his patet ad argumenta primæ opinionis, nã licet quoad introductionem formæ requiratur quantitas, tanquam præparans materiam, sicut, & aliæ dispositiones, tamen nec quantitas, nec aliæ dispositiones habent rationem subiecti, neq; materia cõstituitur in proxima potentia quoad vim causatiuam proprij actus, quia proprius actus causatur à potentia, seu virtute, quæ est essentialis materiæ, sed dicitur in proxima potentia quoad determinationem virtutis, nam cum illa virtus sit illimitata ad plures actus, per dispositiones limitatur, vt concurrat ad hunc, & non alium. & falsum est non esse in potentia, dum caret dispositionibus, nam in materia manet eadem potentia causatiua actus, siue adsint hæ, siue illæ dispositiones, licet non possit exire in actũ quoad hanc, vel illam formam nisi adsint dispositiones proportionatæ, siue sit propter expulsionem contrariorum, siue propter necessitatem informationis, sicut virtus actiua non potest prodire in actum, nisi sit approximata materiæ, & rectè disposita quoad omnes conditiones necessarias, non tamen approximatio, & alię conditiones constituunt potentiam proximam sub ratione causandi.

Dispositiones nõ constituũt materiam in proximã potentia quoad vim causatiuam, sed quoad determinationem virtutis.

Ad Confir. patet ex dictis. Ad 2. maiorẽ, vel minorem compositionem non spectari ex pauci-

paucitate, vel pluritate actuum in eodem cōposito, sed ex maiori, vel minori perfectione **A** formæ continentis plures, vel pauciores gradus perfectionis, atque adeo exigentis plures, vel pauciores combinationes qualitatum, nam alioqui omnia cōposita substantialia sunt æquè simplicia, quæ componuntur ex vna forma, & materia, vt v.g. elementum est minus compositum, quam mixtum, quia forma elementi ob suam imperfectionem exigit pauciores qualitates; at vero forma mixti exigit complexionem plurium qualitatum ob suam imperfectionem, & forma vegetatiua exigit præter cōplexionem qualitatis, partes diuersæ rationis, & sic de sensitiua, & rationali.

Vnde sumatur maior, vel minor compositio in composito.

Hinc patet ad argumenta secundæ opinionis, quia licet materia, vt recipiat esse perfectius, præintelligatur habere esse imperfectius, **B** vt v. g. forma sensitiua non intelligitur in materia nisi habente esse vegetatiuum, tamen hoc non præstatur per diuersas formas, sed per eandem habentem diuersus gradus, vt fusius dicemus lib. de anima.

Dices formæ materiales habēt ordinem inter se 8. met. 34. ergo vna prius informat, quā alia, atq; adeo vna mediat inter materiam, & aliam formam.

Obijcitur esse successiom.

Resp. Scotus 2. d. 15. q. 1. ad 2. pro opinione G. duplicem esse ordinem, primum quoad perfectionem, & hic non est inter formas, quia **C** omnes possunt immediate perficere materiā, vt ipse asserit de forma mixti, quæ non perficit materiam mediante forma elementari. Secundo quoad trāsmutationem, & ita inter formas est ordo, quia non omnes respiciunt materiam immediate quoad transmutationem, nam vna præcedit aliam in materia quoad fieri, & transmutationem, nam in generatione animalium materia prius est sub forma seminis, quam sanguinis, & sanguinis, quam carnis, & carnis, quam hominis, & hoc modo seruatur ordo formarum in transmutando, sed non in essendo, & perficiendo.

Resp. ex Scoto.

Ego addo seruari ordinem etiā in essendo, **D** & perficiendo, non quoad formas inter se specifice, & indiuidualiter distinctas, sed quoad gradus contentos ab vna forma, & operationes inde prouenientes, vt dicemus in lib. de anima, cum explicabimus dictum illud Aristot: quod homo prius viuit vita plantæ, tum animalis, tum hominis.

Quis ordo seruetur inter formis.

DVBITATIO V.

An vna forma possit informare plures materias, & quomodo.

AGit de hac Perer. lib. 6. c. 4. Fons. lib. 5. **E** met. c. 4. q. 4. Masius c. 6. q. 4.

1 *Naturaliter vna forma numero non potest esse in pluribus materijs.*

1. Concl. vna numero forma non potest naturaliter esse simul in diuersis omnino numero materijs, quia maior est dependentia formæ à materia, quam corporis à loco, quia forma pendet à materia, vel quoad existentiā, vel quoad informationem, atq; adeo, vt à termino suæ habitudinis. Sed idem corpus non **A** potest naturaliter esse in pluribus locis; ergo.

Confirm. quia posset simul naturaliter corrumpi in vna materia, & non corrūpi in alia, vt si vni applicetur agens cōtrarium corrumpens dispositiones, & quoad aliam applicetur agens conseruans dispositiones. Sed contra ibi obijciunt, anima omni est in diuersis materijs .f. carne, ossibus, venis, arterijs, & alijs, quæ cum sint diuersæ rationis non sunt vna materia, sed plures.

Atqui Resp. animam brutorum non esse vnam simplicem in toto corpore, quia forma materialis est extensa secundum extensionem subiecti; sed partes corporis non sunt conti- **B** nuæ, sed contiguæ, naturaliter tamen connexæ, vt colligitur ex diuersis temperamentis, nā ex 5. phy. 39. & 40. continuitas non est inter ea, quæ specie differunt; dicitur autem vnum corpus simpliciter, vel ob vnionem naturalem partium ad vnum finem, vt dicitur vna domus vel ob vnum principium (scilicet cor) à quo pendent omnes partes, & hac ratione etiam dr̃ vna anima licet constet ex pluribus partibus. De anima vero rōnali, quo modo sit in diuersis numero materijs alibi à nobis explicabitur, vbi etiam videbitur, an partes corporis sint continuæ, vel contiguæ.

Quid dicendū de forma equi, ac brutorū aliorum.

Respond. 2. alij ibi esse vnam materiam totalem conflatā ex pluribus partialibus, quia **C** omnes illæ ordinantur ad vnam essentiam cōficiendam, cui debentur plures operationes; cū igitur negetur vnam formā posse simul informare plures materias, intelligitur de totalibus.

2 *Neque successiue potest esse in pluribus numero materijs.*

2. Concl. vna numero forma non potest naturaliter esse successiue in diuersis numero materijs. Probatur, quia non potest intelligi qu modo fieret illa transmigratio, nam hæc numero forma pendet in sui existentia ab hac numero materia, quia sicut vnitas formę pendet ex efficiente, vt bene Fons. 5. met. c. 2. q. 13 sect. 5. ita multo magis ab vnitate materia.

Confirm. quia id est receptum in accidentibus .f. non posse migrare de subiecto totali **D** in aliud, qdqd fit de subiecto (vt quo) dicetur in materia de rarefactione, & docet Fons. loc. cit. sect. 2.

Confirm. 2. ex 1. de anima 53. vbi reprehēntur Pithagorici ponentes transmigrationem animarum, quod etiam damnat Concil. Lateranense sub Leone X. sess. 8.

Confirm. 3. ex 2. phy. 12. vbi forma naturalis dicitur inseparabilis à materia, & tex. 26. materia, & forma dicuntur esse aliquid, eo q. hæc forma est huic materię addicta. Denique ex 5. met. 12. vbi ea dicuntur vnum numero, quorum materia est vna numero; ergo vna numero forma non potest esse, nisi in vna nume- **E** ro materia, quia cum res sit hoc aliquid magis per formam, quam per materiam, possent duo habentes eandem formam, sed diuersam materiam, esse vnum numero, vel hebentes eandem materiam, sed diuersam formam esse plures numero, nam forma Petri v.g. posset esse in materia Pauli.

Dices

Obijc. 1. Exemplo animæ in nutritione. Dices anima rationalis in nutritione informat diuersas materias succesſiue.

Reſp. Reſp. 1. ibi nō eſſe plures materias adæquate, ſed inadæquate; at cum dicimus vnam formam nō poſſe informare plures materias ſucceſſiue intelligitur de adæquatis.

Reſp. 2. ibi non informari duas, vt diuerſas numero, ſed vt efficientes vnam numero per continuationem, vt lib. de anima, interim videri poteſt Suar diſp. 5. met. ſect. 6. nu. 6. Tol. 3. de anima q. 18.

Obijc. 2. Dices 2. videmus ſi animali abſcindas caput ſubito ictu, non videtur quomodo generetur noua forma, & præterea experimur ibi eſſe motum, ergo eſt anima.

Reſp. vnde proueniat motus, & loquela in partibus animalis abſciſsis. Reſp. ex Fonſ. ſect. 6. motum, & loquelam in illis partibus prouenire ex ſpiritibus animalibus, qui efficiunt illos motus, cum adhuc calidi ſint, & retineant impetum receptum ab anima, licet verè non ſint actiones vitales, ſed ſimiles, neq; dedecet ſi illæ formæ ſunt indiuiſibiles, deſinere informare propter defectum vnionis partium, quæ neceſſario requiritur, quare aliæ de nouo generantur.

Obiectio ex perfectione formæ. Dices 3. quo cauſa perfectior eſt, eo ſe pluribus poteſt cōmunicare, vt patet in fine, materia, & efficiente; ergo ſimiliter forma cum ſit perfectior materia, debet concedi poſſe informare diuerſas materias, & quo perfectior forma, eo plures materias, quod videmus in viuentibus fieri.

Reſp. Reſp. eſſe diuerſam rationem in cauſis extrinſecis, ac intrinſecis, & licet materia poſſit habere ſucceſſiuè plures formas, id eſt, quia ad id eſt inſtituta à natura, vt ſcilicet determinetur nunc per vnam, nunc per aliam formam. At forma requirit in materia diſpoſitiones, & pendet in ſua exiſtentia ab illa, ideo eadem dependentia non poteſt ſuppleri ab alia.

3 *Obiectio.* Dices 4. forma quælibet habet eſſentialem ordinem ad quamlibet partem materiæ, quia poſita in qualibet parte facit vnum per ſe, & etiam ſi ſint plures materiæ totales; ergo eadem forma pōt naturaliter informare plures mās, quia nihil eſt magis rei naturale, quā id, quod eſt eſſentiale. Antecedens patet, tum ex reſurrectione mortuorū, in qua probabile eſt, quod aliqua forma informabit mām totalem diſtinctam ab ea, quam informauit dum viueret in præſenti vita; Tum quia quælibet materia numero diſtincta ab alia eſt ex ſe capax cuiuslibet indiuiduæ formæ, etiam earum formarum, quæ ſunt in alia materia, alioqui quælibet materia non ſpecificaretur à forma in communi, ſed vna pars materiæ ab hoc genere formarū, & alia ab alio, vnde colligeretur diſtinctio eſſentialis inter materias; ergo quælibet forma eſt apta quantum eſt ex ſe ad informandam quālibet mām, quia actus, & potentia naturalis ſibi correſpondent, vnde poten ia naturalis nō reſpicit, niſi illum actum, qui habet aptitudinē ad illam informandam; ſed vbi eſt potentia naturalis inter actum, & potentiam, ibi debet dari agens naturale potens reducere illorum aptitudines ad actum.

Reſp. aliqui negando quamlibet mām habe-

A re talem potentiam naturalē, ſed ex dictis ſupra de materia patet eſſe falsū, cū præſertim ex qualibet mā, & forma reſultet cōpoſitū nāle.

Reſp. Auctoris. Ego Reſp. eſſe ibi potentiam, & actum nālem, ſed non poſſe reduci ad actū per potentiā nālem qn̄ ſemel eſt ex vi agētis nālis res reducta ad actum; vnde autem id oriatur, vt cum ſit eadem materia, & idem agens nō poſſit reproduci eadem numero forma dicetur alibi, vbi etiam inueſtigabitur cauſa, cur non poſſit forma ſubſtētari ab alia parte materiæ ſuccedētis loco prioris, ſicut informatur materia ex alia forma ſuccedente ad priorem formā, cauſa enim huius petenda eſt ex corruptibilitate formæ, & incorruptibilitate materiæ, nam videmus in formis incorruptibilibus recedente

B vna parte materiæ, aliam ſuccedere, ac informari à forma.

4 *Per diuinam potentiam vna forma poteſt informare plures materias.* 3. Concl. per potentiā Dei vna forma, ſiue indiuiſibilis, ſiue diuiſibilis poteſt informare plures materias, non ſolum ſucceſſiue, ſed etiā ſimul, eſt communis.

Prima pars de diuiſibili probatur, quia nihil prohibet abſciſſo capite totum conſeruari in corpore, & in capite, vt forte cōtingit Dionyſio Areop. cuius corporis propriū caput per duo milliaria geſtauit, vt narrat Metaph. in vita Dionyſij, & ſimile qd de Iuſtino narrat Beda to. 3. in eius martyrio; quare ſi eadē forma pōt conſeruari in duabus materijs nāliter ineptis,

C cur non in duabus nāliter aptis, nam ſicut virtus effectiua poteſt eleuari ad plures effectus, ita, & virtus informatiua, vnde intellectus eleuabitur ad Dei viſionem, vt habetur clem. ad noſtrum de Hæret.

2. pars probatur de formis indiuiſibilibus, nā pōt Deus corrūpere ſuperficiē concauā aeris, & cōuexā aquæ, tunc ſi vnā produceret, q̄ vtrāq; copularet eſſet vna numero ſuperficies in diſtinctis ſubiectis, quo admiſſo admitti etiā debet, poſſe Deū efficere, vt eadē ſuperficies ſit in ſubiectis omnino ſeparatis, quia repugnātia nō ducitur ex diſtantia, ſed ex diuerſitate, quare idē de cæteris formis eſt dicendū, ſed hæc

D rō minus videtur probabilis, quā cōcluſio, nā productio illa ſuperficiei ſeparatæ nō videtur poſſibilis, vt alibi; quare ꝓbo, quia Deus pōt conſeruare accidens independēter à ſubiecto, vel ſaltem, quod informet aliud ſubiectum, nec videtur maior repugnantia hic, quàm ſit in corpore, quod ponitur in diuerſis locis.

5 *Obiectio.* Sed contra obiic. quia Deus nō pōt ſupplere cōcursū cauſæ mālis, tū quia dicit imperfectionē, tū quia eſt intrinſeca; ergo non poterit efficere, vt alia materia ſubſteter. *Reſp.* Reſp. illum cōcursū materiæ eſſe in genere cauſæ efficiētis ſaltē cauſæ extrinſecæ, ideo videmus ſuppleri.

2. Obijcitur. A paritate loci. 2. Eadē rōne poſſet idē corpus poni in di-

E uerſis locis, q̄ negāt D. Tho. 4. d. 44. q. 2. ar. 3. quæſtiunc. 3. ar. 3. 4. cont. gent. c. 62. & 64. Cap. d. 10. q. 1. ar. 3. Dur. q. 1. Gandau. quodl. 9. q. 32.

Reſp. 1. nō valere conſequētiā, qa licet ſi eadē forma, qa tn̄ eſt diuerſa materia erit diuerſū corpus, quare nō idē corpus in duobus locis, nā fallitur Dur. 4. d. 43. q. 1. dū dicit ſi forma eſt vna numero etiam mām, atq; adeo totū

Ii com-

cōpositū esse idē numero, nā cōiunctio animæ B. Petri cū mā B.Pauli,non facit, vt illa sit mā B.Petri.Et Cōfir. quia alias si annihilaretur mā B. Petri non esset necessarium illam reproducere, nam sufficeret alia quæuis existens, quæ informetur anima D. Petri. Resp.2.nō esse incōueniens idē corpus poni in diuersis locis, vt Scot. 4. d. 10. q.2.vbi Gab. q.vnica Och.q.4. Mars.q.7.Ricc.de med.q.2. Altisiod. Aliac. q. 5. Alens.p.4.q.40. Gab.in Canon. lect. 46.

6 *3. Obÿcitur ab absurdis.* 3. Sequūtur eadē incōuenictia, q̄ sequuntur ex positione corporis in diuersis locis. Primo, vt patiatur cōtraria.s.dolorē,& mæstitiā de eadē re.s. præsentia amici, & absētia. Secundo, vt corrumpatur in vno loco propter deficiētes dispositiones vnius materiæ,& non in alio. Tertio, q̄ moueatur, & quiescat. *Resp.* Resp. Scot. quoad formas absolutas in esse pfecto nō posse recipi in eodē ēt in diuersis locis, vt esse perfecte albū in hoc loco, & in alio nigrum, quia causæ agentes rōne vnius subiecti,quod à neutro differt,se mutuo impedient, quare, vel nihil, vel certe medium effectum agent.

Quoad formas vero respectiuas,q̄ cōsequūtur locū,vel sunt simul nā cū loco. Resp.posse idē corpus in diuersis locis pati cōtraria et sm ipsorū esse perfectum, q̄ si idē corpus ex Vrbe Roma Venetias iret, & cōtra Venetijs Romā per eādē viā cū ipsū sibi occurreret, oportet vt alterū alteri cederet. An aūt videat ea, q̄ in vtroq; sūt orizōte;& audiat,cū requirat maior virtus,patet nō posse simul videre, nisi cōfuse admodū. Ex his videtur dicēdū nō fore,vt lętetur,& tristet,nā sufficit,vt tollatur tristitia,si alicubi habeat pñtē amicū, q̄ si loquat de lætitia,& tristitia respectu eiusdē subiecti sub diuersa rōne nihil repugnat,quod læteſ amicum esse v.g.Romæ,& tristari,quod non Venetijs.

Ad 2. Resp. licet ex defectu dispositionū in vna mā,desineret aīa existere in vna mā, nō tñ desineret existere simpliciter, qa posset pstari cōcursus ab alia mā,q̄ licet prius præstaret tñ partialiter, tñ id erat,quia forma rei indigebat maiori cōcursu, q̄ pōt cōfirmari exēplo causæ efficiētis,vt si duo luminosa,vt octo partialiter cōseruēt lumē, vt quattuor, ēt si vnū desit, poterit tamen conseruari ab alio luminoso.

4. Obÿcitur. Dices an forma ab vna materia dependens secundum totam suæ existentiæ dependētiam possit substentari ab alia materia.

Resp. Resp. hanc quæstionem pēdere ex alia,quæ tractat in materia de incarnatione, an vna natura possit suppositari à pluribus suppositis,& ibi solet teneri pars affirmatiua, & præterea posset conseruari,quia replicatur dependētia; ergo,sed hæc non pertinent ad nos, nam contra obstat, quia implicat id in totaliter pendere à duabus causis totalibus.

7 *Noua virtus requiritur in forma informāte plures materias.* Dices, an requiratur noua virtus, vt informet aliam materiam, si vnam informat secundum totam suam vim informatiuam.

Resp. aliqui supposita replicatione non requiri aliud,sicut supposita replicatione corporis non requiritur alia virtus, vt occupet locos duos, nam hoc sequitur necessario.

Mihi vero videtur pbabile requiri aliā eleuationē,qa est causalitas aliqua, & exercitiū virtutis,licet in genere causę formalis, sicut et materia,q̄ nō pōt substētare plures formas simul, si illi tribuantur a Deo plures debet tribui vis substetatiua, licet in hoc videat esse aliqua rō diuersitatis,quia est alia causalitas. & Conf. qa sic posset informare infinitas mās. Confir.2.nā ad informādam mām triū palmoru requiritur maior virtus, quā ad informādam mām vnius palmi,quare necessario requiritur eleuatio, vel per qualitatē superadditā, vel p impetū diuinū quomodo solet poni eleuatio à Theologis. Ex his patet esse aliā rōnem corporis respectu loci,quia nō est exercitiū virtutis magis,quā si esset in vacuo,& licet Deus nō posit informare,pōt tñ eleuare formā ad plura informanda.

Ad 3.inconueniens nō est absurdū, vt patet in anima rationali,quę mouetur, in brachio,& quiescit in pede.

Ex his colligitur si forma educta ex mā A. ponatur in materia B. eiusdē rationis efficere vnum per se, quia licet nō habeāt nālem proportionē quoad educi,habēt tñ quoad vnionē.

2. Colligitur aliter dicēdū esse in formis respectu materiarū diuersę rōnis, quia nō potest forma efficere vnū per se cū mā,cū qua nō hēt nālem proportionē,nā Deus posset efficere,vt forma coniungatur per indistantiā, cū materia diuersæ rōis,nō tñ pōt efficere, vt informet, & idē dr si Deus poneret actum videndi in aure fore vt auris non videat, quia non informabitur potentia audiuia actu videndi.

4. Concl. nō repugnat eādē mām informari pluribus formis.hæc cōclusio quoad formas subordinatas sm multos est vera ēt sm potētiā nālem,sed de hac re alibi,sed quoad formas totales nō subordinatas probari pōt, quia nō est vnde deducatur repugnantia,non.n. pōt sumi ex parte materiæ, quia hæc est capax oīum formarū,neq; ex parte formæ,quia licet forma informans mām cōstituat cū illa vnū p se, atq; adeo mā,vt sic nō exigat aliā formā,quia possidēdo formā exercet aliquo mō finē suū, tñ nō reddit mām simpliciter incapacē alterius formæ,quę in virtute materiæ cōtinetur,sed tātū reddit illā incapacē in ordine ad potētiā nālē, atq; adeo eadē mā erit pars duplicis cōpositi p se,quia vnio vtriusq; formæ est substantialis. Confir. nā videmus duo contraria in gradu intenso nō posse esse simul nāliter,nec duo quāta in eodē spatio, nec vnū quātū in duobus locis, & tñ possūt esse p potentiā Dei absolutā; ergo similiter possūt esse duæ formę in eadem materia,ita Suar.disp.15.met.sect.10.nu.60.sequitur Hurt. disp. 4. phy. sect. 3. §. 23. 8 *Potest vna mā informari pluribus formis totalibus.* *Suar. Hurt.*

Sed cōtra vnū suppositū nō pōt prædicare de alio, quia suppositū nō est aliud,quā substātia incōicabilis, atq; adeo imprædicabilis de alia; sed posita informatione hac sequitur vnū suppositū dici de altero; nam ex informatione duplicis formæ totalis resultat duplex cōpositū totale, & cū mā sit eadē, inter illa erit prædicatio,sicut inter accidētia diuersæ spēi informātia, idē subiectū cōcretē sūpta est prædicatio,vt albū est dulce,nā eodē modo se haberēt illæ duæ formæ in eadē mā,s. p accidētalē cōcomi- *Obiectio.*

comitātiā, sicut duo accidētia in eodē subiecto

Confirm. quia inde sequeretur ex materia, & duplici forma constitui vnam naturam per accidens, quia ex duobus completis in actu non potest fieri, nisi vnum per accidens: & simul ibi esset vna essentia per se, quia cum vnio sit inter materiam, & formam vtramq; immediatè, quæ se habent, vt actus, & potentia per se, iam cū singulis formis materia efficiet vnā naturam per se.

A

Confirm. 2. quia illa composita, nec essent diuersa, nec idem; non diuersa, quia non habent eandem materiam, nec idem, quia habēt diuersas formas.

Confirm. 3. quia si materia per potentiam Dei esset capax vtriusq; formæ, iam posset etiā esse capax per potentiam naturalem, quia potentia materiæ, vel est expleta per vnam formam, & non est capax alterius, cum qua efficiat vnam essentiam per se, quia ad hanc vnitatem requiritur potentia essentialis in materia ordinata ad talem formam, atq; adeo supponit appetitum materiæ ad talem formam, vnde non est expleta per priorem formam, quod si non est expleta, iam poterit id fieri per potentiam naturalem.

B

8 *Resp.* Resp. ibi non constitui vnam essentiam, & substantiam, sed duas; neq; vna forma esset de essentia compositi ex materia, & alia forma, nā si fingamus ibi esse formam auri, & ligni, neq; essentia ligni esset aurum, nec contra; vnde negatur de se inuicem prædicari. quia vt duæ naturæ essentialiter diuersæ de se inuicem prædicentur etiam in concreto nō sufficit habere eandem materiam, sed oportet esse in eodem supposito, at ibi, vt sunt diuersæ naturæ, ita, & diuersa supposita, quare licet dici possit materiam informatam forma ignis, esse informatam forma auri, nō tamen lignum esset aurum, quia ibi nec lignum, nec aurum, est materia. Neq; eadem ratio est de accidentibus in eodem subiecto sumptis, & existentibus in eodem subiecto, tum quia, vt rectè Fonf. sect. 5. ad 3. est diuersus sensus propositionis, nam dū (dulce dicitur album) sensus est, quod habet dulcedinem habet albedinem, sicut etiam valet habens formam auri habet formam ligni: sed non ita dum aurum dicitur lignum, sicut non valet albedo est dulcedo, quia termini absoluti significāt totum compositum, at falsum est compositum ex materia, & forma auri esse compositum ex materia, & forma ligni, sicut neq; cōpositū ex subiecto, & dulcedine est compositum ex subiecto & albedine. at termini connotatiui, cuiusmodi sunt album, dulce, & similia, vnum significāt principaliter, & alterum secundario, & ideo in illis terminis valet prædicatio, vt diximus in Logica. Tum 2. quia illa accidentia sunt in eodem subiecto, quod habet rationem suppositi; at non ita duę formæ in materia, & hinc est, quod in Christo Deus dicitur homo, & contra, quia est idem suppositum, vnde valet prædicatio per communicationem idiomatum, de qua re Fonf. c. 8. q. vlt. vbi ait illa nomina Deus, & homo habere rationem connotatiuorum, sed de hac re nos fusè diximus in 3. parte. Quid vero dicēdum esset si earum naturarum esset vna subsistentia alibi explicabimus.

Vna forma in e... materia ... non ... ... plu... suppositorum.

C

Disparitas de accidentibus.

D

Ad 1. Confirm. Resp. ibi esse duas naturas per se, & non vnam, vnitas tamen per accidēs in eadem materia. At instabis, cur si materia informata forma mixti informaretur etiā anima, efficeretur vnum per accidens, & ex his non efficitur vnum per accidens, sed duæ naturæ inter se disparatæ? *Instant fieri vnum per accidens.*

Resp. Resp. esse diuersam rationem, quia ibi ponitur materia informata forma mixti esset secundum aduersarios ordinata ex natura sua ad animam recipiendam; atq; adeo peteret esse simul cum anima; vnde efficeretur vnum cōpositum: at cum illud non possit esse vnum per se (quia materia existens sub vno actu cōpleto, vt sic, non potest ordinari, & exigere cōpleri per aliam formam) ibi fieret vnum compositum per accidens. at in casu nostro non est talis ordinatio, quia vna forma non respicit aliam, nec vt subiectum, nec vt dispositio.

Ad 2. Resp. illa composita, nec adæquatè esse eadem numero, nec diuersa, quia cum cōpositum dicat in recto materiam formam, & vnionem, ibi esset diuersitas ex parte formæ, & vnionis, non tamen ex parte materiæ. At instabis ad causandam diuersitatem specificam sufficit formæ diuersitas; ergo etiam ad causādam diuersitatem numericam. Resp. aliqui negando consequentiam, quia ad diuersitatem specificam sufficit inæqualitas vndecunq; proueniens, at multitudo numeralis prouenit ex significatis in recto, vt patet in vna albedine posita in duobus subiectis, efficerentur duo alba; at vero ex duabus albedinibus in eodem subiecto efficeretur vnum album, quia album significat in recto subiectum, & in obliquo albedinem. Sed hi non explicant cur hoc cōpositum accidētale non significet in recto subiectum, vnionem, & albedinem, sicut dicunt de composito substantiali; Quare ego dico quod sicut dicitur diuersa species, ita etiam, & indiuiduum adæquate scilicet, vel inadæquate, vt patet, nam si eadem materia, quæ informatur forma Leonis informetur successiue forma vermis, ibi esset & diuersitas specifica, & numerica etiam si sit eadem materia. *Composita cum vna materia, et pluribus formis non sunt adæquate eadē numero vel diuersa.* *Resp.*

Ad 3. Confirm. Resp. negando consequentiam, quia id naturaliter repugnat tum ex parte dispositionum naturaliter incompossibiliū, quas requirerent diuersæ formæ, tum ex parte effectuum naturalium, qui essent naturaliter incompossibiles, ad quas materia non posset deseruire tum ex parte formarum, quia si duæ totales non habent incompossibilitatem, tunc non esset ratio, cur ibi non possent in infinitū multiplicari, quod videtur repugnare tum ordine vniuersi, qui conseruatur per generationes, & corruptiones rerum; ex eo enim q̄ generatio vnius est corruptio alterius, colligitur materiā esse incapacē naturaliter vtriusq; formæ. Tum deniq; ex parte potentiæ materiæ, cuius dependentia est sufficienter termi- 9

E

nata per vnam formam licet non adæquate, eo quod possit successiue habere plures naturaliter, ratione cuius potentiæ efficit vnam esse etiam cum qualibet forma, si illi ab agẽte communicatur:ab agente autem naturali nõ possunt simul duæ formæ communicari, sed successiuè:at Deus illas illi cõmunicat simul impediendo repugnantiã, quã illę inter se habẽt. A

Dices si darentur huiusmodi formæ in eadem materia, quomodo illa composita operarentur, & paterentur.

Dico primo, si vna materia haberet duas formas humanas scilicet Petri, & Pauli, si vnus 10 dormiret, etiam alius dormiret, quia scilicet causę somnum gignentes essent exdem:posset tamen Petrus impedire, & resistere per liberũ arbitrium, ne causa oriatur; vel per motum, vel alio modo, quare nunquam alius dormiet alio impediente, imò etiam alio vigilante: hoc autem non esset in formis, quæ requirerent diuersas dispositiones ad operandum, vt si anima equi ad dormiendum requireret plures vapores, quam anima hominis. B

Duæ formæ humanæ in vna materia, vna operante opera retur altera.

Dico 2. posse Petrum verberare Paulum inuitum, quod scilicet non attenderet, nam si esset æqualis virtutis motiuæ posset impedire; si minoris, vt placet Caiet. impediet quidem, sed non totaliter. quare alterius virtus lente mouebit, & poterit verberare alium licet lente, sed in ea verberatione ipse etiam dolorem sentiet. C

Dico 3. non necessario quidquid intelligit vnus, alter intelligit, quia requiritur attentio ex parte animæ:quæ attentio pendet ex libero arbitrio sæpè. Alter tamen esset in animabus brutorum, quæ necessario mouentur ex obiecto, quare si vnius potentia mouebitur:. et alia mouebitur, hinc fit vt possit vnus esse doctus, alter indoctus; item vnus bonus, alter malus, atq; adeo vnus peccare, alter non.

Dico 4. si materia v.g. informetur forma ouis, & canis, viso lupo fugeret ne, an persequeretur. Resp. si dispositio organi phantasiæ est propria canis non operabitur phantasia ouis, & contra. Sed si dispositio etiam eleuetur, vt sit apta vtriusq; phantasiæ, tunc si virtus motiua est in anima, & est maior in cane, persequetur licet lente, quod impediatur ab appetitu ouis, qui fugam imperauit, siue experta sit lupum, siue non. Et idem puto etiã si virtus motiua sit in neruis, modo sint diuersę potentiæ:nam licet sint in eodem neruo, tamen potentia motiua canis subordinatur appetitui canis, & motiua ouis appetitui ouis, quare, quæ maior, mouebit neruũ, & partes corporis. D

11 Dices 5. Quid si sint duæ formæ oppositę, & priuentur dispositionibus, quomodo se reducent, Resp. si inter eas vna est nobilior illa producet sibi suam dispositionem, sed forte non totam, nam impedietur ab alia, quæ etiam sibi producit licet non in tanta latitudine. Vel posset probabiliter dici neutram se reducere, quia hæc actio non fit cum est aliquid impediens quomodocunq; nam si sufficeret actiuitas superans impedimentum, perfectior forma sibi producit dispositiones. E

Forma nobilior ex duabus, si vtraque priuetur dispositionibus producet sibi suam dispositionem.

Dico 6. An ex corruptione vnius corrumperetur, & altera. Resp. si vtraq; forma requirit easdẽ dispositiones, tunc sequi vtriusq; corruptionem; si autem non tunc potest desinere dispositio vnius, & non alterius.

Corrupta vna forma non corrumpetur altera.

DVBITATIO VI.

An forma sit nobilior materia, & composito.

DE hac Aquarius ad Ferr. quæst. 4.

Aquarius.

1 1. Opinio est dicentium esse ignobiliorem, materia, quia ab ea dependet in existendo, & est corruptibilis, & ignobiliorem composito, quia hoc includit materiam prçter formã, atq; adeo est perfectius, quia totum est maius, idest perfectius sua parte.

1. Opinio negatiua.

2 2. Opinio est dicentium formã esse nobiliorẽ, & mã, & cõposito. est Auer. 2. phy. tex. 4. & ibidem Bald. & Niphus, qui distinguit duplex totum. primum dicitur continentiæ, vt aurum dicitur continere totum esse metallorum, & Deus ex Parmenide dicitur omne:quo sensu 1. cæli 3. omne accipitur ab Arist. idest quod continet totum esse creaturarum. Alterum compositionis hoc est compositũ ex duabus partibus, quarum vna est actus, altera potentia, vel ad has reducibiles. Ex his totum continentiæ potest esse etiam pars cõpositionis, vt Deus potest esse pars vniuersi: sed ex hac compositione nulla nascitur imperfectio in Deo, quia non pendet ex aliquo illius compositionis. Ex his infert formam esse imperfectiorẽ cõposito, qa est torũ cõtinẽtiæ illius, qa est causa illi in essendo. secundum quid tamẽ est imperfectius, quia habet rationem partis dependentis saltem à materia cõpositi. Sequitur Them. q. 2. qui addit esse æqualis perfectionis, & Buccafer. 2. de anima tex. 7. addens illud esse reperiri independenter à forma: & in idem inclinare videtur Perer. lib. 6. c. 6. qui dicit materiam non addere perfectionem, sed esse seminarium imperfectionum; vnde mala tribuũt Peripatetici prouenire à materia. Optime Fland. 7. met. q. 4. ar. 2. contra Scotistas id disputat.

2. Affirmat Auerroes, Bald. Niph.

Duplex totum.

Them. Buccaf Pererij.

3 3. Opinio est dicentium esse quidem perfectiorem materia, non tamen composito, ita Simplic. 1. phy. 52. & 2. phy. 4. vbi Burl. qui nititur explicare Auer. Sonc. 7. met. q. 18. vbi ait cõpositum esse simpliciter perfectius forma, forma vero est eo perfectior secundum quid, quia eius causa, nam comparatur ad ipsum, vt actus ad potẽtiam, cum habeat formaliter, vel virtualiter id quod effectus habet in potentia:quod tamen nõ habet locum in causa materiali, quia hæc consistit in recipiendo, & in esse potentiali, & non in esse actuali. Sequitur Alex. 7. met. tex. 7. dubio vltimo. Ant. And. sequens Scotum q. 5. Iauel. q. 4.

Alij esse perfectiorẽ materia non composito. Simp. Burl Sot. Alex. Antõ. Iauel.

4 1. Concl. forma est nobilior, & perfectior materia. Primo ex Arist. 7. met. tex. 7. & 8. vbi docet

Opinio Auctoris.

docet substantiam dici de materia, forma, & composito, ex quibus dicit formam, & compositum esse magis substantiam, quam materiam, & 2. phy 11. & 12. dicit esse magis naturam, tum quia forma est finis materiæ 1. phy. 81. 2. phy. 81. & 91. & ratio à priori est, quia omnis actus est nobilior pura potentia 9. met. 15. & 19. nam perfectiuum est nobilius perfectibili: sed forma est actus, materia vero pura potentia; ergo.

Forma nobilior materia. Arist.

Soncin.

Confirm. Sonc. quia res per formam habent vt vna excedat aliam in perfectione, aurum .n. est perfectius argento ratione formæ, nam materia potest esse successiua sub forma auri, & argenti. Verum hæc ratio non conuincit, nam hinc non probatur esse perfectiorem materia, sed inter ea quæ habent eandem materiam, id esse perfectius, quod habet perfectiorem formam.

Obiectio: Materia est obiectum nobilioris potentiæ.

Dices materia est obiectum nobilioris potentiæ, scilicet creatiuæ, quę est propria Dei, cum forma sit obiectum potentiæ generatiuæ. ex perfectiori autem causa colligitur maior perfectio effectus.

Confirm. 1. quia materia est incorruptibilis, atq; adeo magis elongata à non ente, quia corruptio est via ad non esse 5. phy. 7. sed tanto aliquid est perfectius, quanto magis est elõgatum à nõ ente, vt albedo est perfectior, quo magis est elongata à nigredinis permixtione.

Confirm. 2. quia nullus effectus est dignior sua causa cum totam perfectionem habeat à sua causa; sed forma est effectus materiæ, quia omnis forma dependet quoad suum esse à materia præter animam rationalem.

Resp.

Resp. sub obiecto potentiæ creatiuæ contineri, & entia perfecta, & imperfecta, nam cum eius actio sit ad esse subsistens, idest indepẽdẽs à materię concursu, hoc autem esse potest esse perfectum, & imperfectum, ideo non potest inde colligi maior, vel minor perfectio. sicut neq; ex eo, quod res pendet à pluribus est imperfectior ea, quæ pendet à paucioribus, vt patet ex natura elementorum, & mixtorum. quare aliunde colligenda est perfectio rerum maior, vel minor, scilicet ex accessu, & recessu ad primum ens, vt est operatiuum: nam ex operationibus nos colligimus rerum perfectiones.

Corruptibilitas, vel incorruptibilitas perfectionem secundum quid arguit.

Ad 1. Confirm. Resp. ex corruptibilitate, vel incorruptibilitate rerum non colligi perfectionem, vel imperfectionem simpliciter, sed secundum quid, idest in modo essendi; nam alioqui cæli essent perfectiores animalibus, & accidentia, quę existunt in substantiis spiritualibus essent perfectiora substantijs materialibus, quæ corrumpuntur; & multa animalia essent perfectiora homine, quia diutius viuut, & difficilius corrumpuntur, sæpè .n. quæ sunt ignobiliora difficilius corrumpuntur, quia cum sint imperfecta pauca requirũt ad sui cõseruationem. contra vero, quæ sunt perfectiora, quia multa requirunt ad sui conseruationem, facilius ex vnius .s. defectu corrumpuntur. Vnde, inquit Sonc. materia non est incor-

A ruptibilis ob sui perfectionem, sed imperfectionem, quia est primum omnium subiectum potentiale. Vnde ad illud, quod res tanto est perfectior quanto magis elongatur à non ente intelligitur, vel vt inquit Sonc. de iis, quæ sunt actu: vel, vt melius alii, intelligitur de non ente, non quidem existentiæ, sed essentiæ. de quare alibi.

Dices vnde igitur sumenda est perfectio rerum. Resp. debere sumi ex constitutione rerum, vt sũt operatiuæ, quia ex operatione nos colligimus essentiam. vnde accidentibus conuenit operari, tanquam instrumentis, vel potentiis formarum, tum quia quidquid habent, illud habent in ordine ad formas; tum quia
B operari primò conuenit suppositis, quæ constituuntur per essentias, ad quas pertinet moderari operationes.

5 Vnde sumatur perfectio rerũ.

Ad 2. Confirm. Resp. Sonc. formam, & materiam se inuicem causare 2. phy. 30. 5. met. 2. vnde se inuicem præcedunt, & consequũtur, nam ordine exequutionis, & generationis materia est prior forma 1. phy. 52. quia subiectum recipiens supponitur formæ, quæ in ea recipitur 2. phy. 4. quare materia pręcedit actionem agentis, forma vero subsequitur. At vero forma est prior ordine intentionis, atque adeo perfectionis 7. met. 7. 9. met. 15. & 17. Materia igitur habet causalitatem supra formã
C quia eam sustentat: forma vero habet causalitatem supra materiam, quia illam determinat dando illi esse, non quidem esse constitutiuũ materiæ, sed esse superadditum materiæ. At instabis causalitas formę est intrinseca, sed forma nõ est intrinseca materiæ, alioqui esset eius pars. Resp. causalitas intrinseca intelligitur dupliciter. Primo constituendo, & ita non causat intrinsecè, nisi compositum, quod primo causatur à forma. Secundo per vnionem intrinsecam, & ita causat secundario materiã, quia eam informando constituit compositum, vnde effectus non est nobilior causa quoad illud esse quod recipit à causa, sed potest esse
D nobilius quoad aliud esse, quod recipit ab alia causa.

Causalitas intrinseca duplex.

2. Concl. forma licet non sit prior tempore composito, est tamen prior natura. Prima pars patet ex 12. met. 16. & 17. vbi hoc discrimen assignat inter formam, & causam mouentem, quod hæc tempore præcedat effectũ, non sic forma, quod debet intelligi de causa efficiente cum motu, & Confirm. ex 2. de gen. animal., c. 3. vbi negat vllam animam esse ante corpus, & vni menti tantum concedit, vt extrin secus adueniat. Ratio est, quia forma non per se producitur, sed comproducitur ad productionem compositi 7. met 23. 26. 27. 31. 32. 8. met. 8. & 12. met. 8. Secunda pars pa-
E tet via generationis formam esse priorem natura, quia causa est prior effectu, & pars toto 7. met. 35. & ratio, quia totum pendet à partibus.

6 Forma prior natura cõposito non tempore.

3. Concl. compositum est simpliciter perfectius forma, nam compositum materiale includit quidquid perfectionis dicit entitas for-

7 Compositum perfectius forma simpliciter dicendum.

mæ,& præterea includit aliam entitatem positiuam, scilicet materiam, quæ etiam est extra nihil, & vnionem vtriusque.

Confirm. quia anima rationalis appetit vniri materiæ, sed hoc non est nisi propter maiorem perfectionem compositi, quia ibi magis perficitur: appetitus enim naturalis fertur in perfectionem.

Confirm. 2. quia prius in intensione est pfectius, at compositum est sic 2. de par. c.1.8. phy. 58. 9. met. 15.

Confirm. 3. quia composito conuenit per se subsistere operari, &c. vnde à natura per se intenditur, partes vero per accidens.

8 *Obiectio Bald. ex Arist.* Sed contra hanc conclusionem primo opponit Bald. Arist. qui 9. met. à tex. 10. ad 20. probat actum esse priorem potentia,& habere magis rationem substantiæ, quam compositũ.

Cõfir. 1. ex 7. met. 7. vbi forma dicitur prior, etiam magis ens, quam materia,& eo quod ex ambobus.

Confirm. 2. ex 8. met. 7. vbi docens nomen substantię significare & compositum,& formã non vna ratione, sed vt ad vnum, ideſt secundum attributionem.

Confir. 3. causa est nobilior effectu 2. met. 4. 1. post. 15. vbi illud. Propter quod vnumquodq; tale,& illud magis: sed forma est causa compositi, ergo,&c.

Confirm. 4. tota perfectio compositi consistit in quidditate ipsius, sed tota hæc quidditas consistit in forma, ergo hæc est perfectior, quia habet illam totam,& independenter.

Resp. Resp. ibi nõ asseri actum habere magis rationem substãtię, quàm compositi, sed probari tantum actum esse priori ratione ipsã potẽtia. at secundum tempus quodammodo esse priorem, quodammodo posteriorem, vt ibi Alens. quod si id ibi reperitur explicari debet de esse formali,& specifico, quod prius conuenit formæ, vt quo, deinde composito, vt quod. Vel dici magis subiectum, ideſt indepẽdentius in genere causæ formalis, licet dependentius in genere causæ finalis, quia totum esse formæ ordinatur ad esse compositi.

Ad 1. Confirm. Resp. aliqui ibi loqui de prioritate naturæ, non perfectionis.

Sed contra, quia eadem primitate est prior composito, qua est prior materia, sed hęc est prior perfectione; ergo & composito. ideo Alii 2. dicitur nobilior ex ea parte, qua includit materiam, quia comparatio inter duo dicitur fieri ratione eius, in quo distinguntur, ita Alẽs. & D. Tho. ibi. Alii 3. vt Ant. And. & Iauell. id non dici ratione maioris perfectionis, sed ratione independentiæ, quia compositum habet suam perfectionem dependenter à forma.

Ad 2. Resp. ibi non loqui de formis informantibus: sed, ex sententia Platonis, de formis per se subsistentibus, quę ponebãtur esse quidditates rerum materialium, vt ibi Scotus, & alii, nam illis formis primo conueniebat ratio v. g. hominis,& secundario homini materiali.

Ad 3. causam efficiẽtem,& finalem proprie

9 dici nobiliores, nam causæ intrinsecæ semper sunt

A sunt imperfectiores. Resp. 2. hoc tantum arguere perfectionem secundum quid, scilicet ratione illius esse, quod communicat causa effectui: quod si effectus habeat aliud esse aliũde, tunc effectus superabit causam in perfectione.

Instabis tota nobilitas compositi est à forma, quia materia potius addit imperfectionem *Instatur.* vnde 7. met. 49. & 2. a. 6. dicitur forma dare esse specificum, vnitatem distinctam, & cætera composito. sicut Deus. & vniuersum nõ est perfectius, quam Deus solum, quia quidquid est in creaturis, quod non est in Deo, dicit imperfectionem.

Resp. & si materia comparata formæ sit imperfecta: non tamen omnino excludit omnem 10

B perfectionem, quia cum dicat aliquam entitatem, dicit aliquam perfectionem, quæ non includitur in forma virtualiter, vel eminenter: *Resp. Materia dicit aliquã perfectionem.* vnde patet exemplum Dei esse dissimile, nam vniuersum nullam includit perfectionem, quæ eminenter nõ includatur in Deo, qa Deus intensiuè habet totam perfectionem vniuersi, & compositum ex vniuerso creato,& Deo, tamẽ potest esse extensiue, sed non intensiue perfectus,& præterea,& illud esse, quod habet cõpositũ à forma, simpliciter perfectius est in cõposito, quia illud habet secũdum vltimam determinationem formæ, quia forma extra compositum non haberet illud esse secundum vltimum sui complementum, quod colligitur,

C quia non potest exire in operationes.

Ad 4. Resp. negando formam esse totam quidditatem rei, quia includit etiam materiam vnde sit.

DVBITATIO VII.

An tota quidditas compositi consistat in forma, an vero etiam includat materiam.

DE hac Achil. in phy. dub. 22. Flamin. 1. de gener pag. mihi 63. Niph. disp. 13. 7. met. Suar. disp. 36. sect. 2. Aquarius in addit. ad Ferr. disp. 3. Ioan. de Magistris 2 q. 9.

D 1. Opinio est dicentium materiam esse partem substantiæ, sed non partem quidditatis; quia hæc consistit in sola forma Auer. 7. met. tex. 21. 34.& 35. & sequitur Iand. q. 12.& Perer. lib. 6. c. 7. qui citat Themistium 3. an. tex. 3. Alex. 2. met. tex. 12. Simpl. 3. an. tex. 9. Alb. 2. phy. tract. 2. c. 2. tex. 28. 8. met. in tex. 1. quod materia non dicat in se aliquam quidditatis speciem, quare non potest illam alteri dari. distinguit enim formam à quidditate, vt animam ab humanitate non quid realiter, sed ratione: quod anima forma dicitur in quantum actuat materiam; dicitur autem humanitas in quantum homo per eam ponitur in specie, & *1 1. Opinio negans. Auer. Iand. Perer. Them. Alex. Simpl. Alb. Alens.*

E hanc esse opinionem Auer. fusè probat Soncin. infra.

2. Opinio est dicentium compositi quidditatem constare non solum ex forma, sed etiam ex materia D. Tho. 7. met. lect. 9. in tex. 34. 1. p. q. 75. ar. 4. de ente, vbi Caiet. sequitur Petrus *2 Affirmans. D. Tho. Caiet.*

Petrus Niger. Iauel. Sonc. Fland. Scot. Ant. And. Petrus Niger q. 37. Iauell. 7. met. q. 9. Sonc. q. 26. Fland. q. 23. ar. 1. Scotus 7. met. q. 16. Ant. And. q. 12. & alii, & mihi placet.

Primo, quia est pars substantię 1. phy. 52. 2. phy. 12. 5. met. 5. & ratio quia compositum substantiale non potest esse compositum ex non substantiis.

Confirm. quia expresse id dixit Arist. 7 met. 34. & 36. & 8. met. 15. & 16. vbi ait quidditatem compositorum esse per se vnam, quia cōstat ex actu, & potentia.

Confirm. 2. quia in hoc discrepant composita accidentalia à substantiis separatis, quod tota essentia substantiarū separatarum est forma, essentia vero naturalium non est solum forma.

Confirm. 3. quia materia ponitur in definitione rerum naturalium 2. phy. 18. 19. 21. an. 8. 6. met. tex. 2.

Resp. poni in definitione non vt pars quidditatis, sed vt vehiculum, & subiectum quidditatis. Sed contra, tum quia tunc definiretur substantia per additamentum contra Arist. 7. & 8. met. Tum quia perfectissime cognoscitur res, cognito, quod quid 7. met. 20. & 21.

Confirm. 4. quia omnis causa intrinseca est de essentia eius, cuius est causa, nam per hoc distinguūtur causæ intrinsecæ ab extrinsecis.

Confirm. 5. quia sequeretur formam esse completum in genere entis, vnde non posset vniri materiæ ad efficiendum vnum per se.

Confirm. 6. quia tunc anima rationalis separata esset homo quidditatiue, quia quidditas cuiusque substantiæ est sibi sufficiens ratio intrinseca essendi circumscripta quacunq; alia re. secundo, quia realiter different; ergo frustra esset materia.

2 *Resp. aduersariorum.* Resp. Perer. ob quattuor causas materiam esse necessariam primo, vt sit subiectum quidditatis. Secundo pars essentialis substātiæ generabilis, & corruptibilis. Tertio ob subsistētiam compositi, nam qupd existat habet à forma 5. met. c. 8. quod non sit in alio habet à natura. Quarto propter indiuiduationem, cuius principium est materia.

Refelluntur. Sed contra, quia cum hæc quidditas sit cōposita, & non sit entitas simplex debet habere partes componentes, at non alias nisi materiā, & formam; quare cum materia includatur in hoc composito non potest esse subiectum totius compositi, sed solum formæ, quæ est pars compositi. Neq; dicas esse partem substantiæ, & non partem quidditatis: nā cum hæc quidditas sit substantia, si materia est pars substantiæ erit pars quidditatis, quia quod includitur in genere includitur etiam in eo, quod est sub genere. Neq; dicas, quod includens materiam est generabile, & corruptibile; quidditas autē ex 7. met. nō sit corruptibilis. nam licet quidditas non primo, & per se corrumpatur: corrumpitur tamen secundario ad corruptionem suppositi. Tum deniq; falsum est compositum physicum habere esse subsistens, & indiuiduū à materia, vt alibi.

3 Sed contra hanc conclusionem primo obijcitur, quia Arist. cum 7. met. posuisset materiam esse substantiam, negat 7. met. 8. esse qd, quale, quantum, &c. vel negationes horum, nisi per accidens. *1. Obiectio ex Arist.*

A

Resp. ibi negat dicere ex se, & præcise sūptam quidditatem determinatam, & formalē in specie, vt alibi dictum est. *Resp.*

2. Obijcitur, quia 3. a. tex. 9. vbi ait esse, existere carnem est forma cum materia, at esse idest essentia carnis est ipsa tantum forma. *2. Obiectio.*

Resp. ex Ant. And. & Scoto formæ tribui, quod quid, quia principalior pars.

Resp. 2. sensus illorum verborum alibi à nobis est explicandus, nam forte loquitur de supposito, & principijs indiuiduantibus, quæ sumuntur à materia, vt quidditas à forma. & ex prima responsione patet cur Arist. diuisa substantia in materiam, formam, & compositū proponit sibi agēdum de forma, quam tex. 10. videtur appellare nomine quidditatis, & 8. met. 12. vult responderi ad quæsitum de natura hominis, esse menstrua: ad quęsitum de efficiente, semē: ad quæsitum de forma, ipsum quod quid. nam quod quid est effectus formalis formę, ita etiam explicat 7. met. 35. cum dicitur anima est substantia animati, species, & quod quid, & non materia, vt ipsemet se explicat negans animam esse animal. *Resp.*

B

4 3. Obijc. quia 5. met. c. 2. & 2. phy. 28. vult omnes partes definitionis esse formas, at materia non est forma; ergo non pertinet ad definitionem; atq; adeo neq; ad quidditatem. *3. Obiectio.*

C

Et Confir. quia 2. phy. 19. & 6. met. 2. vult res naturales definiri per materiam sensibilē, vt simitas per nasum, sed constat nasum non esse partem, sed subiectum simitatis.

Confirm. 2. quia quod ponitur in definitione debet distinguere definitum ab alijs, vnde 6. Top. prohibet trascendentia poni in definitione: sed distinguere est proprium formæ 7. met. 49.

Resp. ibi loqui Arist. de partibus definitionis metaphysicæ, seu Logicæ, vt loquitur Niger; quæ partes, vt alibi diximus, accipiuntur à materia, & forma, quare si physicè definiendæ sunt res naturales, per materiam, & formam sunt definiendę, neq; propriè sunt formæ, sed habent rationem formę. *Resp.*

D

Ad Confirm. Resp. 1. ibi tantum explicare necessitatem, quam habet physicus cognoscēdi res naturales per materiam. neq, affert exēplum in omnibus simile, & præterea ibi dicit simum, cuius pars est nasus.

Ad 2. Resp. sufficere si tota definitio distinguat definitum ab alijs, neq; requiri, vt per singulas partes ab omnibus distinguatur, vt alibi.

4. Obiic. quod habet materiam est generabile, & corruptibile 7. met. tex. 22. nam res à natura habet posse esse, & non esse: sed quod quid non potest generari 7. met. 33. & 34. & probatur, quia alias scientiæ, quæ versantur circa quidditates essent de corruptibilibus. *4. Obiectio.*

E

Resp. ex Ant. And. & Scoto dupliciter aliquid dici corruptibile, vel incorruptibile. Primo remote, & hoc modo est passio quidditatis. *Resp. Ant. And.*

tis. Secundo in potētia propinqua, quomodo, vt exeat in actum requirit existentiam, & hoc modo corrumpi conuenit indiuiduis, & non quidditatibus, nisi per accidēs. & de corruptibilibus secundo modo non potest esse scientia, quia scilicet non habet de indiuiduis.

5. Obiectio.

5. Obijcitur id per quod suppositum distinguitur à quidditate, non includitur à quidditate, quia alioqui si illud in vtroq; includeretur non distingueret illa, sed potius in illo cōuenirent, sed materia est huiusmodi tum ex 2. a. tex. 9. 7. met. 41. tum quia in separatis à materia suppositum non distinguitur à quidditate. tum quia si substantia cōposita haberet qdditatem constantem ex materia, & forma daretur processus in infinitum: nam cum illa quidditas esset composita, esset etiam habens quidditatem, cum omne compositum ex materia, & forma habeat quidditatem.

Resp. Niger. Ant. Andr. Soncin.

Resp. ex Nigro Ant. And. & Sonc. materiam secundum se sumptam non esse id, per quod suppositum distinguitur à quidditate, nam vtrumq; includit materiam, sed materiā, vt affectam accidentibus, & indiuiduatam esse id, per quod distinguitur suppositum à quidditate, quia quidditas abstrahit à principijs indiuiduantibus, supposita vero illa includit. & quia suppositum non includeret illa accidentia nisi haberet materiā, ideo dicitur materia concurrere scilicet occasionaliter ad illam distinctionem. vnde patet ad primam probationem minoris, nam dicunt Arist. ibi loqui non de materia secūdum se, sed de materia signata.

Explicatur sensus Arist.

Ego dico Arist. in 2. a. solum dicere, quod forma est ratio constitutiua rei sine qua res nō esset, vt v.g. animal non est sine anima, hinc tamen non sequitur esse totam essentiam animalis. in 7. vero met. docet quidem Aristot. quod quid sumptum per modum totius habere qdem definitionem, vt dicit speciem, nam hæc est determinata, non tamen habet definitionē, vt sumitur cum materia indiuiduata, & signata, quia indiuidua signata non sunt determinata. Deinde docet per formam rem poni in specie, per materiam vero, vel per illud, quod recipit formam videtur signari, & indiuiduari, vt nasi simi forma est concauitas, nasus vero est materia; materia autem non est de essentia formæ alioqui bis concluderetur in toto, vnde potius inde colligitur in essentia totius includi materiam, & formam, licet materia non includatur in essentia formæ.

Alij tex. Arist. exponuntur.

Deniq; tex. 41. ostendit in primis substantiis, idest abstractis, quod quid erat esse est idē cum eo, cuius est. at vero in formis, quæ sunt in alio, idest receptis in alio differt quidditas; & cuius est quidditas; at ibi nomine formæ nō intelligit formā partis, sed formam totius sūptam in abstracto, in qua nō est distinctio suppositi à quidditate. cōtra vero in forma sumpta in concreto, quę dicitur esse aliud in alio, quia tunc sicut differt receptum, & recipiens, ita quidditas, & cuius est quidditas; quare ex illo loco potius colligitur contrariū. Et hinc patet ad secundum probationem ex 8. met. ex eo

A enim loco Thomistæ sumpserunt opinionem illam, quod in Angelis non possunt esse plura indiuidua in eadem specie eo quod in illis, idē est quidditas, & cuius est quidditas, vnde tantantam latitudinem habet quidditas quantam habet ipsum suppositum. Verum de hac opinione alibi, vbi etiam ostendemus quid senserit Arist. in eo loco, nam vt fusè Alens. 7. met. tex. 41. ostendit Arist. non loquit ibi de forma partis, sed de forma totius; at hic nos loquimur de forma partis. In 8. vero met. nō loquit de supposito, sed de vnitate, quā Arist. ait oriri in rebus materialibus à forma, at vero in carentibus materia sunt à se ipsis, quia per totū suum esse sunt quod sunt, & non per aliquid sui possunt esse quod sunt; at vero res mate-

B riales per formam sunt, quod sunt, & per materiam possunt esse, quod sunt, vnde per aliqd sui possint esse, quod sint, & ita intelligitur illud (3. phy. 32.) in perpetuis non differt esse, & posse, vnde potius ex hoc loco colligitur oppositum, quia in tota essētia includitur materia. & licet Auer. dicat essentiam differre à quidditate in rebus materialibus; quod confutat ibi Alens. — Alensis.

Ad 3. probationem. Resp. negando consequentiam, quia quidditatis non est quidditas, vt neq; definitionis definitio, neq; omne compositum, nisi indiuisibile dicitur habere quidditatem, vt alibi.

C 6. Obiic. nam 9 met. tex. 12. volens ostēdere Arist. quæ sit materia prima, supponit id, quod habet materiam posse denominari à materia, vt arca non dicitur lignum, sed lignea; neq; lignum terra, sed terreū, & sic consequēter donec veniatur ad vnam materiam primā, quæ denominari non possit ab alia priori, & materiam assimilat passionibus in prædicatione. — 6. Obiectio.

Resp. id dici deberet etiam de forma, quia denominationes sumptæ à partibus physicis semper sunt denominatiuæ. — Resp.

DVBITATIO VIII.

D

An omnis forma substantialis sit principium actiuum operandi.

GAb. Zerb. 9. met. q. 5. & 6.

ART. I. Opiniones Doctorum.

REsp. communiter affirmatiuè ex 2. de gener. tex. 53. Auer. 2. phy. 7. 3. cæli 76. Herru. de vnit. form. q. 13. Alb. lib. 11. de anima. lib. tract. 2. c. 4. & 4. cæli tract. 2. c. 1. & lib. 3. de veget. tract. 2. c. 4. vbi ait ex operatione virtutem, ex virtute substantiam cognosci. D. Tho.

1 Opinio affirmans. Auer. Heru. Alb. D. Thom. Philop. Eust.

E 3. meteor. lect. 6. digres. de color. vnde Philop. 2. a. 98. & Eust. 6. eth. c. 1. volunt ex diuersitate, & vnitate operationū cognosci vnitatem, & diuersitatem formarum, & ratio est, quia operari conuenit rei ratione eius, quo cōstituitur in esse, & actu, cum operatio sequatur esse, vt bene D. Tho. 2. a. lect. 2. tex. 12. at

res

res materiales per formam conſtituuntur in eſſe, & in actu.

Alenſ.

Confirm. quia Auer. 2. phy. tex. 3. & Alenſ. 9. met. tex. 13. vbi poſtquam Ariſt. oſtendit naturam eſſe potentiam motiuam in alio, quatenus idem, quærit an ſit potentia actiua, vel paſsiua.

Et Reſp. ex Auer. quod quando dat moueri, eſt potentia paſsiua, & conuenit ratione materiæ; ſed quando dat mouere, eſt potentia actiua, & conuenit ratione formæ.

Hinc Auer. 2. phy. tex. 1. alterationẽ mixtorum dicit eſſe naturalem, eo quod vnum contrarium agit in aliud; atqui cõtraria ſunt de eſſentia mixti: ſolum poteſt eſſe difficultas, quod aliquæ formæ non ſunt operatiuæ, vt quantitas, & ſimilia.

Omnes formæ etiam accidẽtales habent aliquam operationem.

Sed Reſp. 1. concluſionem intelligi de formis ſubſtantialibus, non autem de accidentalibus. Secundo etiam accidentales habere aliquam operationem in ordine ad ſui cognitionem, quia imprimunt ſui ſpeciem.

Opinio Scoti diuidentis.

Verum Scotus 1. d. 7. q. vnica ad 2. docet ex formis ſubſtantialibus, aliquas eſſe actiuas, aliquas vero non; neque poſſe facile aſsignari cauſam huius diuerſitatis, cũ omnes dent eſſe actu, & videamus ex qualitatibus aliquas eſſe actiuas, aliquas vero nequaquam, quę tamen magis inter ſe conueniunt, quàm qualitates, & ſubſtantiæ, & ſimiliter ex formis ſubſtãtialibus aliquas imperfectiores eſſe actiuas, vt elementares, & perfectiores nõ eſſe actiuas, vt mixtorum, non enim forma lapidis, & aliorum inanimatorum ſunt communicatiuæ ſui; ſic etiam nec formæ cæleſtes, & inter viuentia ſubſtantia angelica non eſt ſui communicatiua, cum tamen animantia etiam vegetatiua ſint ſui cõmunicatiua; ex quo Scotus ibi negat conſeq. (forma dat actum primum ergo dat actum ſecundũ,) quia poteſt eſſe forma dans actum primum ſine actu ſecundo.

ART. II. Opinio Auctoris.

Opinio Auctoris.

Omnis actio competit formæ, vt principio quo.

Ariſt. Them. Auer. Alb. Alenſ. D. Tho.

PRima Concl. omnis actio, quæ competit compoſito ex duabus partibus .ſ. ex materia, & forma oritur à forma, tanquam à principio, quo ita Ariſt. ex 2. a. tex. 24. 2. phy. c. 1. 9. met. 20. 2. de gener. 53. vbi Auer. & alii omnes Them. 3. phy. tex. 27. Alb. lib. 11. de animal. tract. 2. c. 4. vbi ait formas ſubſtantiales accipi dupliciter. Primo, vt dant eſſe. Secundo, vt ſunt principium operationum naturaliũ Alenſ. 9. met. 11. & 5. met. 25. ait formam eſſe actum primum, quę tenet medium inter potẽtiam actiuam, & paſsiuam, quia perficit potentiam paſsiuam, & fundat actiuam, & D. Tho. 1. d. 11. ar. 2. c. ait, omnis forma refertur ad duo originaliter .ſ. ad agens, & ad principium actionis, ideſt formam, & alii omnes.

2. Prob. quia in compoſito ſubſtantiali nõ eſt niſi forma, & materia, ſed materia non poteſt eſſe principium agendi, quia ipſius eſt pati; ergo principium erit forma.

Confirm. quia agere ſupponit eſſe actuale, at hoc eſſe oritur à forma, cum materia ſit pura potẽtia, operatio enim eſt actus quidam determinans, & perficiens rem ſupponens actum primum, ideſt virtutem operandi, virtus autẽ operandi, vel eſt ſubſtãtia, vel paſsio ſubſtãtię.

Quæ actio tribuatur materiæ.

Dices materia habet ſuas paſsiones, ſed eſſentia eſt principium actiuum ſuarum paſsionum; ergo materia eſt principium actiuum; ergo non omnis actio oritur à forma.

Reſp. 1. non ab omnibus concedi materiam habere aliam paſsionem præter quantitatem, quæ non reſultat ex materia, ſed fuit producta à creante materiam ſimul cum materia.

Reſp. 2. etiam ſi illi tribuatur huiuſmodi actio per reſultantiam, quæ ordinatur ad perficiendam eſſentiam in actu primo, non tamen illi tribuitur actio, quæ oritur à re conſtituta ſecundum perfectionem illi debitam in actu primo, de qua loquimur in concluſione, ſed omnis illa oritur à forma.

Non omnis forma habet virtutem actiuã cõmunicatiuã ſuæ ſpeciei. D. Thom.

2. Concl. non omnis forma habet virtutẽ actiuam communicatiuam ſuæ ſpeciei, ita D. 3
Tho. 2. an. lect. 14. in tex. 70. patet inductione, quã refert Scot. ſupra, nam multa ſũt, quæ non generant ſibi ſimile, vt aurum, argentum, gemmæ, & inter animalia mulus, & ſimilia.

Obiectio.

Dices Alchimiſtæ dicunt omnium rerum præſertim metallorum dari ſemen habens virtutem alterandi materiam, & producẽdi ſimile principali agenti, quod ſemen ipſi vocant aĩam metallorũ, in qua anima extrahẽda, depurãda à qualitatibus impedientibus actionẽ aĩæ deſudat ars. Sed verè hæc mihi videntur ſomnia; nam ſi omnia haberent ſemina non eſſet ratio cur nõ omnia ſe ipſa multiplicarent, neq; enim natura aliquid fruſtra molitur, neq; dicas

Reſp.

impediri actionẽ ſeminis ab alijs qualitatibus, quia nõ rectè fuiſſet natura inſtituta, vt rebus daretur ſemen, & darẽtur qualitates impediẽtes actionem illius, præſertim cũ operatio ſeminis ordinetur ad perfectionem ſpeciei, quę magis intenditur à natura, quam perfectio indiuiduorum: quare ſi natura non ita inſtituit res, vt haberet impedimẽtum ex natura rei ad operationes perficientes indiuidua, multo minus dare debuit qualitates impedientes operationem ordinatam ad conſeruationem ſpeciei.

In metallis nõ datur ſemen productiuũ ſimilis.

Confirm. quia non eſt ratio cur alia habentia ſemina, non impediãtur in ſuis operationibus, & alia impediantur: nihil enim natura caſu facit; neq; curam habet rerum vilium; & q̃ præcioſa ſunt, deſpicere 2. cæli tex. 50. 59. vbi ait figuram talem dediſſe immobilibus, quæ minima eſſet motiua, neq; deficit in neceſſarijs 3. de anima 45.

Quare alij dicunt illa quidem ſemina eſſe operatiua etiam, vt continentur in rebus, ſed non operari ex defectu materiæ aptæ ad recipiendam actionem ſeminis, vnde videmus in mineris, in quibus eſt materia diſpoſita multiplicari metalla, at hoc eſſe non poteſt niſi ex vi ſeminis, quod eſt in illis.

Sed contra, quia ſemen habet virtutem non ſolum producendi formam ſubſtantialem, ſed diſponendi materiam ad illam; tum quia mirũ

eſt

est ex tam multis materijs, quæ metallis applicantur, nullam posse disponi ad formam metallorum ex vi metalli illis materijs applicati. Neq; confugiant ad influxum cælorum, quorũ actio est necessaria simul cum actione seminis ad producendam formam, quia sicut non deest ad productionem aliarum formarum, ita neq; est ratio cur desit his seminibus.

Deniq; inter Angelos constat non esse hanc virtutem se ipsos multiplicandi, quod nobis sufficit ad probandum non omnem substantiã habere hanc virtutem.

4 3. Concl. probabile mihi est nullã dari formam substantialem, quæ non sit principium alicuius operationis: Colligitur ex 3. de cælo tex. vlt. vbi dicitur; *quod vniuscuiusq; eorum quæ natura constant esse opera, & passiones* vbi clare maioragius.

Nulla datur forma substantialis, quæ non sit principium alicuius operationis.

2. Probatur ratione, quia nihil est in rerum vniuersitate à natura productum sine aliquo fine, ad quem res ex natura sua ordinetur 1. cæli tex. 32. *frustra enim inquit est calceamentũ, cuius nulla est calceatio*, & 2. cæli 50. & 59. *oĩa enim quæ natura sunt* 3. de anima 60. *propter aliquid sunt, aut casus sunt eorum, quæ sunt propter aliquid*. Sed cum accidentia ordinantur ad substãtiã cui sunt essentialiter sub ordinata, similiter substantia erit propter aliud, at non potest esse, nisi propter perfectionem sui, nam non potest ex natura sua ordinari ad accidentia; neq; ad aliud, cum non sit aliud ens præter accidens, & substantiam, sed nulla species substantiæ habet completum statum suæ perfectionis sine operatione, ergo omnis species substantiæ ordinatur ad perficiendam se ipsam per operationem. Minor probatur inductione; nam videmus, & res imperfectas, & perfectas consequi finem, ad quem ordinantur per operationes, ita enim animalia per cognitionem, & motũ se ipsa perficiũt; similiter homo, cuius felicitas in operatione partis intellectiuæ consistit; neq; apparet aliquod ens, quod sit expers alicuius operationis; nam, & vegetantia, & gemmæ, & alia inanimata habent suas virtutes, & operationes, hanc autem operationem non possunt habere ratione materiæ, vt rectè Auer. disp. 10. in solutione secundi dubij, vbi ait formam esse, per quam ens est ens, & à qua prouenit operatio in quolibet ente; vnde Alb. 4. de cælo tract. 2 cap. 1. ait vnumquodq; moueri ad perfectionem suam: perfectio autẽ est duplex, nam quædam est perfectio, vt forma, quæ perficit id, quod est in potentia tãquã eius finis, alia perfectio est, vt opera io, quæ est finis formę, & est ab ipsa, vt à causa, & Auer. 9. met. com. 16. operatio est perfectio, & complementum operantis, & D. Tho. 1. de anima lect. 2. tex. 12. quod per se habet operationem & habet per se esse, & subsistentiam, & quod operationem per se non habet, nec esse per se habet, vnde modus operãdi (inquit D. Tho. 3. metheor. digressione de coloribus sect. 6.) sequitur modum essendi.

5 4. Concl. formæ substantiales nõ sunt actiuæ essentialiter immediate, sed per qualitates,

Formæ substantiales agunt per qualitates.

A ita Auer. 7. tex. com. 31. D. Tho. 1. d. 11. loc. cit. Et est communis, quia excedit perfectionẽ substantiæ agere principaliter, & immediate, nam licet agere immediate, vt causa subordinata, vel instrumentalis non indicet maximam perfectionem, cum conueniat accidentibus, quæ sunt subordinata ad substantiam, tamen agere immediate cum principalitatẽ indicat maximã perfectionem excedentem naturam substantiæ creatæ, quia excluderet necessitatem accidentium, quia omnia accidentia, præsertim in substãtiis immaterialibus sunt illis necessariæ propter operationem, quod si per suam essentiam haberet virtutem adæquatam, & immediatam ad operandum ad nihil deseruirent accidentia

D. Tho. Auer.

B hac enim ratione Deus non indiget potentia accidentali, siue physica, siue metaphysica, quia habet per suam essentiam vim operãdi, sed de hac re fusius in lib. de anima cum de distinctione potentiarũ ab anima, vbi nr̃a opi. explĩ.

Difficultas esse potest, an vna forma possit esse principium plurium operationum de qua re Heru. tract. de vnit. formarum q. 13. vbi ait, quod quãto forma est magis vna, tanto est magis actu, quia simplicior, & per consequẽs magis operatiua, & Zimara 3. phy. com. 38. cócedit eidẽ formæ diuersas operationes in diuersis temporibus.

Vna forma potest esse principium plurium operationum. Heru. Zimara.

C

DVBITATIO IX.

An forma materialis sit separabilis à materia.

De hac Doctores in 2. phy. tex. 12. vbi Toletus, Masius q. 4. Scot. 2. d. 12. q. 2. ad vlt. Arist. 4. phy. tex. 17. & 2. phy. tex. 12. & 8. met. cap. 1. tex. 3.

Tolet. Masius, Scotus.

Vbi distinguit materiam, & formam, & cõpositum ex his, materiam appellat, quæ non est hoc aliquid ens actu, potestate autem est hoc aliquid. *Aliter vero ratio, & forma, quia aliquid ens ratione separabile est*. Vbi Alens. ait, dici actum, quia ab ipsa est actus compositi, 1

Forma dicitur ens in actu.

Impugnatur Alensis.

D & materiæ, dici vero rationem, quia ex forma sumitur ratio speciei, & definitio rei, & dicitur quidem ens in actu non, quod existat per se, sed quia est ratio essendi ipsi composito: separabile autem non quidem secundum rem, & secundum esse, cum non reperiatur extra materiam, sed secundum rationem, cum tamẽ compositum sit separabile simpliciter, cũ possit per se subsistere. Sed hæc doctrina non caret difficultate, nam sicut forma non potest separari à materia secundum esse, ita neq; secundum rationem, nam cum sit essentialiter ordinata ad materiam non potest intelligi sine materia, imo magis videtur esse separabilis secundum esse, quam secundum rationem, quia po-

E test per potentiam Dei existere sine materia, non tamen intelligi sine materia.

Et Confirm. quia datur aliqua forma, vt anima rationalis, quæ de facto separatur secundũ esse, & tamen non potest intelligi sine ordine ad materiam.

Resp.

Resp. Alex. per separabile ratione non intelligi, quod sit separabile quoad cognitioné, quoad naturam ex generali ratione formæ, nã datur aliqua forma, cui non repugnat separari à materia, vt anima rationalis, at non datur materia, cui ex ratione materiæ non repugnat separari secundum rem à forma. Sed huic oppositioni obstat modus loquẽdi consuetus Arist. quod nomine rationis intelligere solet definitionem, vel cognitionem vnde

Alii 2. dicunt formam non separari ratione, idest secundum cognitionem à materia absolute sumpta, sed à materia signata, & affecta qualitatibus sensibilibus; sed neq; placet, tum quia nihil Arist. hoc loco de materia signata, tum quia cum hic loquatur de forma naturali, & hæc nõ informet materiã nudã, sed affectã, qualitatibus sensibilibus, sicut docet ab hac esse inseparabilem secundum esse, ita ab eadem esse separabilem ratione.

Alij 3. per ly, separabile intelligunt entitaté distinctam à materia, nam forma secundum rationem, idest naturam suam, licet dicat habitudinem ad materiam, atq; adeo non possit cognosci, & definiri sine materia, tamen cognoscitur, vt distincta ab ea, quod est esse separabile ratione. Verum hæc expositio difficultatem habet, nam ly separabile secundum rationem opponitur inseparabili secundum rem, at secũdum rem forma est distincta à materia, etiam dum existit in materia, ergo per ly separabile, & inseparabile non intelligit esse distinctum, & non distinctum, quare sit.

2 *Forma materialis est inseparabilis à mã secundum esse, & secundum definitionem. Perrerius.*

1 Concl. forma materialis est inseparabilis à materia secundum esse, & secundum definitionem.

Prima pars probatur à Perrerio lib. 6. de principiis rerum naturalium c. 4. quia huiusmodi formę dependent in fieri, & in esse, & per consequens in operari à materia, ergo non possunt naturaliter existere extra materiam, vnde ab ea separatæ corrumpuntur, quia deest illis concursus materiæ necessarius ad conseruationem earum. Confir. nam si essent extra materiam, vel nihil operarentur, & essent otiosę; vel aliquid, & illa actio, vel esset physica, & hæc nõ potest esse sine materia, vel non esset physica, & hęc non potest conuenire formę physicę.

Dices inseparabilitas à materia est proprium formę cælestis, quia ex hac constituitur compositum incorruptibile, incorruptibilitas, huius consistit in perpetua vnione, seu inseparabilitate formæ à materia; ergo non conuenit formis materialibus, quæ constituunt composita corruptibilia.

Differentia inter formã cælestem, & alias formas in ordine ad separabilitatem.

Resp. formæ cęlesti conuenit inseparabilitas simpliciter, quia nullo modo potest separari à materia, nec per se existendo extra materiam, nec patiendo corruptionem, quia in materia cælesti non est priuatio alterius formę: at vero inseparabilitas, quæ conuenit alijs formis materialibus non est in ordine ad sui corruptioné, quia sic sunt separabiles, sed est in ordine ad existentiam per se extra materiam, quia nõ habent separabilitatem cum existentiam extra materiam.

A 2. Pars probatur, quia cum qualibet forma dicat essentialem habitudinem ad materiam, non potest definiri, nisi in ordine ad materiam; atq; adeo quoad definitionem non separatur à materia, vnde patet errare Burlęum dicentem posse cognosci formam sine materia, quia licet posit cognosci, vt principium operationum, vel sub alia ratione abstrahendo à cognitione materiæ, non tamen potest cognosci sub ratione formæ, sicut etiam materia potest quoad aliquid cognosci, non cognita forma, non tamen sub ratione materię. 3 *Forma non potest definiri sine ordine ad materiam.*

Dices Arist. asserit esse separabilem à materia secundum rationem, at secundum Arist. idẽ ratio, ac definitio.

Refellitur Burlaeus.

B Resp. 1. ex Burlęo ibi nomine rationis intelligi definitionem, nomine autem separabilitatis intelligi distinctionem, vt sensus sit forma habet distinctam definitionem à materia, licet nõ possit definiri sine materia, sed non placet, vt diximus, quia eadem ratione esset separabilis, idest distincta secundum esse à materia, quare sicut dicitur esse inseparabilis à materia, quia non potest existere sine connexione cum materia, ita debet intelligi, quod sit separabilis secũdum rationem, quare.

Quomodò forma sit separabilis à materia secundum rationem.

Ego Resp. ibi separabilitatem, & inseparabilitatem accipi eodem modo, & in ordine ad eũdem terminum, & nomen rationes accipi pro cognitione, & definitione, vt sensus sit forma C non potest existere sine coniunctione actuali cũ materia; at potest cognosci, & definiri absque actuali coniunctione cum materia, quia ad cognoscendam essentiam formæ sufficit cognoscere aptitudinem illius ad materiam.

2. Concl. per potentiam Dei forma materialis potest separari à materia, quia concursus materiæ ad conseruationem formæ potest suppleri à Deo, cum sit extrinsecus, nam licet materia in ordine ad compositum concurrat intrinsecè communicando se ipsam, non tamen ita concurrit respectu formæ, quia per suam entitatem non componit entitaté formæ; qualis autem sit ille concursus, quo Deus supplet D concursum materiæ respectu formæ, an scilicet sit in genere causæ materialis, vel efficientis dicetur alibi, videndus D. Thom. 3. p. quæst. 77. ar. 2. & 4. cont. gent. c. 65. 4 *Per potentiã Dei forma materialis potest separari à materia.*

3. Concl. si forma materialis separaretur à materia non fieret immaterialis, quia non mutaret essentiam suam, nam licet existeret extra materiam per conseruationem diuini influxus, tamen cum ille influxus sit supra naturam non destruit illius naturam, vnde semper retinet ordinem naturalem ad materiã, & ex natura sua exigeret ad sui existentiam cõcursum materiæ, vnde recederet à materia, non secundum essẽtiam, sed secundum existentiam; neq; huic doctrinæ repugnat D. Tho. loc. cit. & quodl. 7. E ar. 10. quia loquitur de illis, quæ ex natura sua carent materia de qua re alibi. interim videri potest Scotus loc. cit. 5 *Forma materialis separata à materia non fit immaterialis.* *D. Thomas.*

QVAESTIO VII.

An ex materia, & forma fiat vnum per se.

1 *D. Tho. Heru. Gratiad. Perer. Iauel. Flandr. Aegid. Buccaf.*

DE hac quæst. D. Tho. tract. de formis q. 6. vbi Heru. q. 16. Gratiadeus q. 6. ex disputatis Patauij Perer. lib. 6. c. 4. q. 4. Iauel 2. de anima q. 5. vbi D. Tho. Fland. Aegid. Buccafer. in tex. 7.

Alij in 7. met. vbi Alenf. tex. 24. & 33. Fland. q. 23. & 24. & 8. met. q. 9. & 10. vbi D. Tho. lect. 2. in tex. 6. Alenf. ibidem Ant. And. q. 7. Scotus q. 4. Sonc. q. 28. Iauel. q. 7. Hieronymus Pla. 1. phy. q. 3. de materia, Ruuius tract. 2. q. 6. Suar. disp. 15. sect. 1. Arim. 2. d. 12. q. 2. ar. 3.

ART. I. Quid senserit Arist. de huiusmodi vnitate.

2 *Sensus Arist. de vnitate per se ex materia, & forma.*

PRimo Not. Arist. de hac re quinq; in locis tractare scilicet in 2. de anima tex. 7. 5. met. tex. 7. 6. met. tex. 4. 7. met. tex. 42. 8. met. tex. 15. & quia huius quæstionis veritas licet sit omniũ consensu approbata, non tamen difficultate caret, ideo est à nobis paulo fusius explicanda, & primo quidem afferemus omnia, quæ Arist. de hac re docet locis citatis. Vnde.

Not. 2. ab Arist. in 2. a. tex. 7. post declarationem definitionis animæ concludi. Si aliquid est commune omni animæ id certe est esse actũ primum corporis organici physici, nam vt ait Aegidius omnis anima est actus, & omne corpus animatum est organicum, idest ordinatum ad aliud, & instrumentale. Deinde addit, non oportet autem quærere, si vnum est anima, & corpus, sicut neq; si vnum cera, & figura, & vniuersaliter vniuscuiusq; materia cum eo, cuius est materia, quia sicut fatuum est, inquit ibi Aegidius, quærere, cur vel quomodo ex corpore, & albedine fiat corpus album, quia est de ratione albedinis facere corpus albũ, ita fatuũ est quærere quomodo ex actu, & potentia fiat vnum, nam ipse actus dat esse rei, & vnitatem; nam actui conuenit proprie esse ens, quare non prohibet, vt bene Suessanus notat, Aristot. dari causam, sed non dari aliam causam, quam ipsã formam, quæ est actus corporis, quod est in potentia, vt dixerat in definitione animæ. Sed in hoc loco loquitur non de vnitate simpliciter, sed de vnitate compositi in communi, siue sit per se, siue per accidens, & secundum quid.

Suessanus.

3 *Vnum per accidens quotuplex.*

Secundo, in 5. met. tex. 7. distinguit varias species vnitatis, & inter eas vnitatem per accidens. Primo quando subiectum, & accidens faciunt vnum. Huic est annexum, quando vni subiecto accidit compositum ex subiecto, & accidente, vt Coriscus est Coriscus musicus.

Secundo, quando duo accidẽtia appellantur vnum quid, quia de eodem subiecto dicuntur, vt album, & iustum, quod accidant Corisco, huic annexum illud, quando compositum ex subiecto, & vno accidente dicitur cum composito ex subiecto, & alio accidente vnum, vt Coriscus musicus, & Coriscus iustus dicuntur

A vnum, & eadem fuse tex. 13. vbi distinguit ens in per se, & per accidens. His addit Fons. modum, quo plura subiecta dicuntur vnum, quia habent vnum accidens commune, vel propriũ. Vnde patet Arist. non explicare per propriam definitionem, quid sit ens per accidens, sicut neq; quid sit ens per se, sed variis exemplis, & ideo non parua est difficultas in explicanda ratione entis per se, & entis per accidens.

Tertio, in 6. met. tex 4. vbi diuidit ens in ens, per accidens, & per se. De ente per accidens nulla scientia agit, nam qui facit domum, non facit quæcunq; accidunt domui, nam hæc sunt infinita; neq; Geometra speculatur, quæ accidũt figuris, vt lignum, vel aurum sit trigonum, vel B duos rectos habens, vel vt Auer. considerat trigonum, sed non alteritatem, quæ est à materia, quare concludit ens per accidens, esse ens solo nomine, quia sicut, quod est per se est maxime ens, ita quod est per accidens, ens proxime accedit ad non ens, quia accidens non enti propinquum est, quia entis per accidens non est generatio, nec corruptio, atq; adeo non est in rerum natura.

Quarto in 7. met. 42. quærit quomodo ex partibus definitionis fiat vnum, & Resp. non posse dici fieri vnum sicut ex albedine, & corpore, nam corpus participando albedinem fit vnum, at genus non participat differẽtias, quia contraria participaret, nam totum genus tota- C litate essentiæ non ambitus, vt ait Alenf. est in qualibet specie. Secundo, quia cum in vno sint plures differentiæ adhuc quæritur cur non fiãt plura, sed vnum. Neq. dicas, quod omnes sunt in vno, nam eadem ratione omnia entia efficerent vnum, quia omnia entia sunt in substantia. Resp. igitur, ideo dici definitionem vnam, quia substantia, quæ definitur vna est, nam eandem naturam, quam dicit genus sub communiori conceptu, dicit differentia sub particulariori conceptu. 4

Quinto in 8. met. tex. 15. asserit quæcunque habent partes, & sint vnum totum, non sicut aceruus, sed est aliquod totum præter partes, D est aliqua causa, nam in corporibus habentibus partes causa vnitatis est tactus, & in aliquibus viscositas, vel aliquid simile. Definitio autem est verè vna. s. per se, & non sicut aceruus, neq; per connexionem, vt Ilias, sed quia indicat vnũ esse; quare merito quæritur cur ipsum quid est hominis, cum habeat partes, sit vere vnum, quod soli non põt ex positione Platonis dicẽtis, partes .s. definitionis esse substãtias separatas, nã homo participaret duo in actu. s. animal, & bipes, quare homo esset duo, vnde soluit dicens cessare omnem dubitationem si dicas hoc. s. genus esse, vt materiam, illud. s. differentiam, esse vt formam, hoc .s. materia esse potentiam, illud. s. E formam esse actum sicut v.g. ex ære, & rotunditate fit vestimentum vnum, neq; est alia causa, nisi generans, quia trahit materiam de potẽtia ad actum, vt bene ibi Alenf. qui etiam docet cur ex duobus entibus in actu non fiat vnum, quia .s. vnumquodq; dicit perfectionem; quare erunt duæ perfectiones, at materia, & potentia

non

non dicit, nisi perfectibilitatem, & esse determinabile, quod non ponit in numerum cum determinatiuo.

Deinde in tex.8. reprobat responsionem dicentium causam vnitionis esse coexistentiam animæ cum corpore, vel compositionem, seù coniunctionem ipsorum, nam hæc reperiuntur in formis, quæ non fuerunt vnum, vt sanitas respectu corporis, & trigonum cum ære, & albũ cum superficie, & error horum ortus est, quia quæsierunt causam extrinsecam, cur ex natura, & actu fieret vnum, ac si vtrumq; fuisset actu, cum nulla debeat assignari causa, nisi quia vnũ est potentia, aliud est actu.

6 *Quid sit ens per se ex Arist.* 3. Not. ex Arist. 5.met.tex. 14. ens per se dici, quod significat aliquam prædicationis figuram, seù genus, & tot sunt entia per se, quot sunt genera prædicamentorum, cum igitur eorum, quæ prædicantur decem sint differentię secundum suprema genera, totidem etiam erũt entia per se. Quod si dicas entia habent diuersas prædicandi figuras respectu substantiæ, at respectu substãtiæ sunt prædicata per accidẽs; ergo nõ debet dici ens per se. Resp. Alex. decẽ decem prædicamenta dici per se respectu eorum, de quibus prædicantur genus, vel vt differentia, vel vt definitio; at respectu substantiæ dicuntur prædicata per accidens, ideo cum ea non efficiunt vnum per se, sed per accidens.

7 *Varia species vnitatis per se.* 4. Not. ab Arist. 5. met. tex.8. numerari varias spẽs vnitatis per se. Prima est continuationis, quæ explicatur, tum quoad ea, quæ cõtinua dicuntur, vel quia sunt vinculo constricta, vt fascis; vel visco, & glutine vnita, vt partes ligni: tum quoad ea, quæ habent continuitatem ex termino communi, quæ propriè dicuntur continua, vt linea ẽt si flexa sit, qua ratione vnumquodq; animalis membrum, vt v.g. crus dicitur vnũ per se, quia eius partes copulantur ad vnũ terminũ cõem .i. neruũ, & idem dr̃ de brachio, & similibus: vnde fit vt vnum sit cõtinuum naturale, cuius partes copulantur termino cõi, vt neruo, vel alio tali; aliud artificiale, cuius partes vniuntur aliquo extrinsecus accidente, ex quibus continuum naturale est magis vnum, quia illud est vnum propriè continuatione, hoc vero colligatione, tertius modus continui est, & magis proprie dr̃ illud, cuius motus est per se vnus, & non potest alter esse, dicitur autẽ vnus motus, qui est indiuisibilis secundum tempus .i. quod mota vna parte per se mouetur alia pars, nam impossibile est diuersas partes eiusdem continui moueri per se diuersis motibus. Dicitur (per se) quia per accidens potest idẽ moueri diuerso motu, vt cum homo mouetur in naui per se contra motum nauis, & mouetur per accidens ad motum nauis, hoc autem continuum diuiditur à continuo, quod flectitur, nã in hoc põt vna pars moueri, & altera quiescere. Ex his autem docet ea, quæ sunt continua tactu non esse verè vnum, nam ligna, quæ sunt contigua non dicuntur vnum lignum, aut corpus; at vero, quæ continua sunt ex vi vnius termini communis verè sunt vnum, etiam si flexuram habeant modo copulentur ad vnum connatum terminum, at vero quod flexuram non habet est magis vnum, vt tibia, vel femur est magis vnum, quam crus, quod continet tibiam, & femur, quia fieri potest, vt non sit vnum motus totius cruris, quia flexuram habet, vt si moueatur tibia quiescente femore.

Secunda species vnitatis, quæ ponitur tex. 9. dicitur cum subiectum est indifferens forma, 8 idest secundum Auer. quæ habet partes eiusdẽ rationis, & nominis, vt dicitur vna caro, quia quælibet pars carnis dicitur caro, sic de ossibus, neruis, &c. vel secundum alios subiectum indifferens forma dicitur, quod est vnius speciei secundum sensum, quia scilicet eadem species sensibilis non diuiditur in actu, vnde ea, quæ sunt in hoc subiecto habente hanc formam indiuisibilem dicuntur vnum, vbi per formam Alex. intelligit accidentalem, eo quod subiectum habens vnam partem albam, & aliã nigram non dicitur vnum. Alij vero per formam intelligunt substantialem, quæ est sensibilis per operationem, vnde humidum aeris, & humidum aquæ dicit non esse vnum, quia aqua, & aer non sunt subiectũ indifferens formæ substantialis, sed differens; at vero animal, & substantia dicuntur vnum, quia dicuntur de homine, qui est vnus specie, sic color, & magnitudo sunt vnum, quia insunt homini, qui est vnus sm̃ speciem, quare sm̃ hãc expositionẽ ea dicuntur vnum, quæ sunt in subiecto eiusdem speciei, & differt hic modus à primo secundũ Scotum, quia continuitas potest esse in subiecto habente diuersas partes secundum speciẽ, vt cum ramus siccus est coniunctus ramo virẽti, in quibus tamen non est vnitas secundũ subiectum indifferens forma; Et quia subiectum aliud est proximum, aliud remotum, sic omnes licores dicuntur vnum, quia omnia habent idẽ subiectum vltimũ, in quod resoluuntur .s. aquã & aerem, quæ sunt radix omnium humidorũ.

Tertia species vnitatis est inter ea, quę habẽt vnum, & idem genus, ẽt si inter se differãt oppositis differentijs, quæ vnitas est similis illi, 9 qua aliqua dicuntur vnum ratione vnius materię, nam sicut illa referuntur ad vnum subiectũ ita hæc ad vnum prædicatum, quam vnitatem diuidit ex varietate generum, quod alia sint proxima, alia remota.

Quarta species est vnitatis specificæ, & dicuntur ea, quę habent vnã definitionem, dr̃ autem definitio indiuisibilis, non quia in se non continet partes .s. genus, & differentiam, sed quia est indiuisibilis ad aliam rationem .i. definitionem significantem, quod quid esse rei, vna .n. definitio dr̃ indiuisibilis ab alia, siue illa definitio sit specifica, siue generica.

Quinta species omnium perfectissima dicitur de eo, cuius intellectio est vna, & indiuisibilis, & conuenit rebus indiuisibilibus, & simplicibus, non autem compositis ex aliquibus principiis intrinsecis, quia intellectus intelligens, quidditatem illorũ non componit diffinitionem de eis ex diuersis principijs, sed attingit quidditatem eorum conceptu irresolubili, & hanc vnitatẽ, ait, maxime conuenire substãtiæ, quia accidentia licet in se non sint composita ex his, tamen sunt composita cum his. 10 *Vnitas perfectissima competens rebus indiuisibilibus.*

Ex his patet sufficientia harum specierum vnitatis, nam cum de rõne vnius sit esse indiuisibile 10. met. 2. & indiuisibile potest esse, vel simpliciter, & constituitur vltima species, quæ dr̃ vnitas simplicitatis, vel indiuisibile secundũ quid est, vel attenditur secundum quantitatẽ, & fit vnitas continuationes, vel secundum naturam, & quidditatem rei, & tunc vel attenditur indiuisibilitas secundum subiectum reale, & constituitur vnitas subiectiua, vel secundum subiectum conceptibile, & tunc vel est subiectum commune, & est vnitas generica, vel proprium, & est vnitas specifica.

ART. II. Quid alij senserint de huiusmodi vnitate per se, & per accidens: & de causa cur ex aliquibus fiat vnum per se, & aliquibus vnum per accidens.

6 *Vnde alij sumãt vnitatem per se, vel per accidens.* PRima opinio est dicentium ex illis resultare vnum per se, ex quibus resultat vnum esse, ex illis vero vnũ per accidens, ex quibus resultãt plura esse, sed nõ explicãt qd intelligãt p ly (esse) nam si intelligunt esse simplex, & falsum est, ex materia, & forma resultare esse simplex, quia hoc esse habet compositionem, si vero intelligant esse compositum non reddunt rationem cur ex substantia, & accidente non resultat vnum esse compositum, sicut ex materia, & forma substantiali, cũm vtrobiq; si ratio partium, & totius. Resp. Sonc. 7. met. q. 5. Henr. quodl. 10. q. 8 esse diuersam rationem, quia accidens supponit existentiam in materia, atq; adeo ibi est duplex existentia ex quibus non potest fieri vnum per se, at forma substantialis non supponit existentiam materiæ, sed illi cõicat suam.

Refellitur sensus. Sonc. Henrici de vno esse.

Sed contra, quia hoc supponitur distinctum inter existentiam, & essentiam, tũm quia neq; id est necessarium, nam qualis est essentia, talis est existentia, vnde sicut essentia potest esse vna per simplicitatem, vel compositionem, ita & existẽtia, quod si dicant illi tñ constituere vnum per se, q̃ habent vnam existentiam simplicem. Falsũ est principiũ si de vno esse per cõpositionẽ, tũc remanet quæstio cur hoc compositum non sit per se, & illud sit.

7 2. Opinio est dicẽtiũ, ens per accidens cõsistere in composito ex pluribus entibus in actu ens vero per se in composito ex actu, & potentia, sed hæc sententia habet duplicẽ difficultatẽ primo, quia non explicat quid sit ens in actu, & ens in potentia, nã si per esse in actu intelligant actum existentiæ, & per esse in potẽtia negationẽ existentiæ, quæ dr̃ potentia obiectiua, vel dicũt aliquid impossibile, qa nullũ cõpositũ existens cõstat ex partibus, quarum vna existet, & altera non: vel abutuntur vocabulis, quia ens in potentia obiectiua nõ facit cõpositionẽ cũ ente existente, quia est omnino idẽ esse, q prius non existebat, & potens erat existere, & quod nunc existit, vnde Angelus ante creationẽ erat in potentia obiectiua post creationẽ existit, & tñ ibi nõ est vlla cõpositio ex potẽtia obiectiua .i. re nõ existente, & existente, imò potius hæc duo inter se repugnãt: vnde ad sũmũ in hoc ente nõ pòt esse compositio, nisi essẽtia, & existẽtia: vel

Ens per se fit ex actu, & potentia secundũ alios.

A tertio falsũ asserunt, q .s. cõpositũ ex partibus habẽtibus actualẽ existẽtiã est ens per accidẽs, nam cũ oẽ cõpositũ ex natura sua requirat partes, si existit necessario illas habere debet existẽtes, alioqui si existeret, & aliqua pars eius non existeret, iam nõ cõponeretur, vt existens ex illa quia non entis non potest esse pars entis.

2. Est, quia nõ assert rõnẽ, cur ex duobus entib' in actu fiat vnũ p accidẽs, & nõ p se, & ex actu, & potẽtia nõ fiat vnum per accidẽs, sed p se, cũ vtrobiq; sint duæ entitates realiter distinctæ, & vera vnio per informationẽ, nõ .n. ostendũt cur ex materia informata quantitate nõ fiat ens per se, & ex informata forma lapidis fiat ens

B p se, nã vtrobiq; est rõ formæ, q̃ dicit ordinẽ ad mãm, imò magis accidẽns dicit ordinẽ ad mãm quã ipsa forma substantialis, cum ordo accidẽtis ad substantiam constituat analogiam in ente non sic autem ordo formæ ad materiam.

3. Opinio est dicẽtiũ duplicẽ esse actũ existentialẽ, & formalẽ, quibus respondet potentia obiectiua, & subiectiua, seu formalis, quando igitur aliquid est compositum ex duobus actibus existentialibus, vt sic non constituitur ratio entis per se, vel per accidens, sed abstrahit, nam aliquãdo cõstituitur ens per se, vt ex corpore, & anima existentibus, aliquãdo vero nequaquã, vt cumulus constitutus ex pluribus lapidibus existẽtibus, nã aliũde petẽda est rõ entis per se, & p accidẽs, hoc aũt est cõpositio sũpta ex actibus formalibus, & potẽtia obiectiua, nã cõpositũ ex pluribus actibus formalibus, vel ex cõpositis includẽtibus actus formales est ens p accidens, at vero compositum ex actu formali, & potentia formali est ens per se, &c. 8

Duplex actus existentialis, et formalis.

C

Sed hæc sententia habet plures difficultates. Primo, quia nõ ostẽdit, cur cõpositũ ex duobus entibus in actu cõiunctis p cõtinuationem fiat vnũ ens p se, vt patet in aqua habente duas partes, & non fiat vnũ ens p se ex duabus partibus formæ cõiunctis p informationẽ in eadẽ mã. & Confirmatur, nam aliquando videmus aliquod ens per se includere partes habentes formas diuersæ speciei, patet in corpore humano.

D 2. Difficultas, qa sicut forma substãtialis dicit actũ, & mã potentiã, ita et forma accidẽtalis dicit actũ, cui respõdet potẽtia sibi pportionata, cur igitur ex illis fiat vnũ p se, & nõ ex his.

3. Quod licet ex pluribus cõpositis vnitis p aggregationẽ sine ordine fiat vnũ ens p accidẽs, tñ nõ est rõ cur ex ijsdẽ vnitis cũ aliquo ordine ad vnũ finẽ nõ fiat vnũ ens p se, nam ex mẽbris corporis humani fit vnum p se, quia ordinãtur ad vnũ finẽ; ergo similiter ex pluribus lapidibus fit vnum ens per se ratione vnius finis.

4. Cur ex subsistentia, & nã integra fiat vnũ ens p se, & nõ ex essentia cũ suis dispositionibus, & passionibus, cum vtrumq; exigatur ad perfectum statum naturæ.

E 5. Cur ex verbo, q est ens cõpletũ, & humanitate fit vnũ ens p se, & tñ ex forma adueniẽte materiæ habẽti formã humanã nõ fit vnũ ens p se, cũ vtrobiq; vnũ extremũ sit cõpletũ, & alterũ incõpletũ, nã humanitas incõplete ob defectũ subsistentiæ vnitur Verbo enti cõpleto, & forma incompleta vnitur humanitati completæ in ratione specifica. Ad

Ad hæc omnia argumenta. Resp. ideo in aliquibus esse vnitatem per accidens, & non per se, quia deest vnio inter potentiam, & actum p se, in alijs vero esse vnitatem per se, quia adest ibi vnio inter potentiam, & actum; inter hos tamen est magnum discrimen in assignanda ratione cur ex potentia formali, & actu formali fiat vnum per se.

9 *Vnum per se cum id, in quo recipitur forma est pura potentia. Iauell. Fland.*

Prima est Iauel. causam ait esse, quia id, in quo recipitur forma substantialis est pura potentia, at id, in quo recipitur accidens est ens actu, sed ex duobus actibus, non fit vnum ens, nam ex 7. met. 49. actus separat, quare duæ cõstituentur naturæ, & idem videtur Fland. dixisse, quod admitti potest, in accidentibus existẽtibus in toto, at non in iis, quæ immediate sunt in materia patet, quia materia, & forma efficiũt vnum immediate, nam forma se ipsa dat esse materiæ, ita etiam dat vnitatem, nam vnitas cõsequitur esse; sed habet difficultatem, nam secundum multos elementa manent in mixto. Secundo, quia sumit materiam cum accidente. Tertio, quia subiectum recipit accidens, vt est in potentia ad illud.

Refellitur.

10 *Opinio Scoti. Ant. And. Soncin.*

2. Scotus Ant. And. Sonc. non esse quærendam aliam causam, nisi quia vnum est actus alterum potentia, cur autem ex accidente, & materia non fiat vnum per se.

Resp. non esse aliam causam, nisi quia accidens est talis actus, & forma talis actus, sicut ex quattuor elementis natum est fieri mixtum, nõ tamen ex lapide, & carne, non enim est alia ratio, nisi quia hæ sunt tales partes, & hæ tales, nã forma substantialis est per se actus, accidens vero non est per se actus, sed ratione alterius, vt dispositio, vel instrumentũ formæ, & veri actus: ex his concludunt non quærendam aliam causam, nisi extrinsecam .s. agens, quod vnit illas partes, & addit Scotus sicut non est causa cur materia, & forma sint causæ, & cur causæ intrinsecæ, ita neque est causa cur efficiunt vnum per se.

3. Alii dicunt rationem esse, quia materia recipit formam substantialem per suam essentiam at formas accidentales per potentiam, quæ est accidens superadditum; sed hęc ratio dubia est in fundamento, quia dubitatur an potentia ad accidentia sit accidens. Secundo neq; soluit omnino difficultatem, nam quæritur an materia efficiat vnum per se cum illa potentia, quæ ab ipsis ponitur esse accidens, & idem patet de potentijs animæ, cum anima, & similibus.

11 *Aliorum sensus examinatur, quod sint essentialiter partes.*

4. Alij ex omnibus colligunt hanc rationem, quia materia, & forma sunt essentialiter partes, ita vt separatæ nullam essentiam efficiant, quare neq; ponunt in recta linea alicuius prædicamenti, quæ ratio non videtur sufficiens, quia genus, & differentia non efficiunt vnum per se, cum genus ponatur in recta linea, quod si dicãt requiri, vt vtrumq; ponatur in aliquo prædicamento, tunc obiicitur illis, nam ex materia, & albedine v.g. posset fieri vnum per se, cum vnũ ipsorum non ponatur in prædicamento, &c. quare addendum secundo est, vt materia, quæ est potentia susceptiua ad idem prędicamentũ pertineat, ad quod pertinet actus, & ratio huius esse posset, quia tunc esset vnio ex potentia per se, & actu per se, nam res prius perficitur p ea, quæ sunt sui generis, quam per ea, quæ sunt alterius generis, quia hæc secundario conueniunt, quare naturaliter supponunt naturam iã perfectam essentialiter per actum proprii generis, quare supponunt rẽ in actu. Et licet quãtitas prius intelligatur vniri, quam forma substantialis, id tamen est via generationis, nam via perfectionis, & intensionis prius perficitur, quã actus, quare materia non respicit quantitatem, vt cum illa efficiat vnam essentiam, sed vt disponatur ad actum, cum quo efficit vnam essẽtiam, & hoc est quod D. Tho. 7. met. lect. 12. & Fland. q. 24. dixerunt differentias non aduenire generi, tanquam dicentes diuersam essentiã, sed vt perfectiuæ, non sic accidentia, nam dicũt diuersam essentiam integram.

Tertio, quod dicit Arist. actum, & potentiã non efficere duo, sed vnum, habet locum tàm in vno per se, quam per accidens, & ratio eius est, quia actus non addit multitudinem supra potentiam, sed perfectionem, nam subiectum quod potest perfici, cum aduenit actus perficit, & fit vnum perfectum, quare ratio vnionis per se debet sumi ex tali potentia, & tali actu.

Quarto, addit Aegid. 2. an. tex. 9. sicut agens vnitur passo secundum virtutem, ita forma vnitur materiæ secũdum essentiam, & sicut à virtute est operatio, ita ab essentia prouenit esse; quare sicut ex actiuo, & passiuo fit vnum secũdum operationes, quia agentis, & patientis est vnus actus 3. phy. sic ex materia, & forma fit vnum esse, & sic est modus, causa autem nulla est media, vel ligamentum.

12 *Accidens non facit vnum per se, quia respicit subiectum alterius ordinis.*

Quinto Suarius disp. 15. sect. 1. nu. 12. accidens non constituere vnum per se, quia respicit subiectum alterius ordinis, & prædicamenti, & non ordinatur ad constituendum, & complendum illud esse in illo ordine, & prædicamẽto, & ideo constituit vnum per accidens, & non p se, quia quod est vnum per se debet esse vnius ordinis, & prædicamenti; vnde similiter ex anima, & suis potentiis fit vnum per accidens, quia anima non ordinatur ad faciendum vnum ex proprietatibus, quia sunt inferioris ordinis, sed per se primo ordinatur ad materiam, vt ad potentiam eiusdem ordinis, vnde fit rationem, ob quam ex materia, & forma fit vnum per se, quia habent mutuam proportionem intra idem genus, quam non habent accidentia, & substantia, quia licet substantia sit capax accidẽtium, tamẽ per se non est ordinata ad talem actum, nec accidens est ordinatum ad complẽdum subiectũ in genere substantiæ, sed ad perficiendum in alio genere. Sed hæc ratio etiam habet difficultatem, quia potentia, & actus sunt in eodem genere qualitatis, & potentia ordinatur ad talem actum, & contra; ergo deberet fieri vnum per se. Neq; dicas ordinari ad efficiendum non ad componendum vnum cum actu, quia potentiæ vitales ordinantur per se primo ad actum, non solum efficiendum, sed etiam recipiendum, imò magis ad recipiendum, quia per receptionem

actus magis perficitur. Resp. posset potentias illas esse perfectiores in specie qualitatis, quia A sunt species distinctæ qualitatis potẽtia, & actus.

ART. III. Continens notabilia ad quæstionis intelligentiam.

13 *Vnum sequitur ens. Soncin.*

NOt. 1. ex Sonc. 8. met. q. 28. & ex Scot. loc. cit. cum vnitas sequatur ens sicuti sunt varij gradus entitatis, ita sunt varij gradus vnitatis, neq; est alia ratio cur sit diuersa vnitas, nisi quia diuersa entitas; quare vt ens omnino simplex se toto est ens, & vnum vt ens compositum est ens vnum ex principijs essentialibus eius, quod ex Arist. discursu in 8. met. colligitur claré. Ex quo patet, quod sicut ens diuiditur in per se, & per accidens, ita, & vnitas B naturæ in per se, & per accidens.

14 *Dupliciter sumitur diuisio entis in per se, & per accidẽs.*

Not. 2. diuisionem entis in per se, & per accidens posse sumi ex duplici capite. primo ex modo essendi, & identificatur cum diuisione entis in substantiam, & accidens, quod ens per se idem est, ac ens per se subsistens; ens vero per accidens, ac ens non per se, sed in alio existens, & ita non accipitur in hac diuisione, quia tam in genere substantiæ, quàm accidentis reperiri potest vnitas per se, & per accidens, de qua nos loquimur. Secundo ex ipsa entitate, quia entitas potest considerari, vel secundum se, vel in ordine ad suas causas, ideo oritur alia diuisio entis in ens per se, & per accidens in C ratione effectus, & in ratione entis; videtur ens, per se in ratione effectus, quando effectus fit ex virtute, & intentione agentis ad illũ ordinata; dicitur autem per accidens quando euenit præter intentionem agentis, qui vt sunt ab agentibus liberis dicuntur fortuiti, & vt à naturalibus casuales, de quibus 6. phy. c. vltimo, & nos infra. At ens per se, & per accidens in ratione entis dicitur in ordine ad vnitatem naturæ, nam ens per se dicitur, quod dicit vnã naturam pertinentem ad vnum prædicamentum, & hoc diuiditur in decem prædicamenta, ens vero per accidens, quod cõtinet plures in se naturas, siue pertinentes ad plura prædi- D camenta, vt quæ constant ex subiecto, & accidente, vel ex coniunctione multorum accidẽtium in eodem subiecto 5. met. tex. 13. 14. 7. met. tex. 43. 8. met. 15. 2. a. tex. 7. Siue pertineant ad vnum prædicamentum, vt est cumulus lapidum, vnde duo requiruntur ad vnitatẽ per se. Primo quod illa plura habeant vnionẽ veram. Secundo, quod vnita pertineant ad idẽ prædicamentum.

15 *Diuisio alia entis cadit supra ens compositum.*

3. Not. omne ens, vel esse simplex, vel compositum, & quidem simplex cõstat semper esse ens per se, quare hæc diuisio conuenit naturæ compositæ, idest constante pluribus partibus, de quo duo quæruntur. Primum quid sit E vna per se essentia, & vna per accidens; secundum cur ex aliquibus partibus fit vna essentia per se, & ex alijs non fit vna per se, sed per accidens.

16 *Tripliciter cõtingit aliqua esse vnũ, & indiuisa.*

4. Not. fieri vnum ex multis est fieri aliquid indiuisum, vt patet ex ratione vnius, aliqua tamen esse indiuisa tripliciter contingit. primo A quando vnũ est in alio, ita vt possit fieri separatio ex parte vnius extremi, licet alterum extremum non possit existere sine alio extremo, & hoc modo accidens facit vnum cum subiecto, nam subiectum potest naturaliter esse sine accidente per accidens, licet hoc non possit sine subiecto. Secundo, quando nõ potest fieri separatio ex parte vtriusq; extremi, vt passio cum suo subiecto, & facit vnitatem per se in prædicando. Tertio est aliquorum, quæ vnã naturam efficiunt indiuisam, nam cõstitutum, & constituentia pertinent ad vnum prædicamentum, quia si partes separentur ad nullum prædicamẽtum pertinent, ex quibus patet veritas eorum, quæ docet Scotus de ente per ac- B cidens sine per se logico, & metaphysico dicẽs *Scotus.* illud dici metaphysicum, quod in se includit res diuersorum generum 5. met. 13. ens vero p accidens logicum dicit esse propositionem, cuius subiectum non includit rationem inhærentiæ, & prædicati 1. post. com. q. 34. & 35. vnde infert in creatis non dari ens per accidens logicum, cui non correspondeat ens per accidens metaphysicum; contra vero dari ens per se logicum, cui correspondet ens per accidens metaphysicum: nos vero hic quærimus de ente per accidens, & per se metaphysico.

17 *Diuisio Iauell. de vno per se.*

5. Not. ex Iauello 8. met. q. 7. aliud esse aliquid esse vnum per se, aliud fieri vnum, nam C vnum per se potest esse aliquid indiuisibile ex sua natura quomodo res simplex dicitur vna per se. At fieri vnũ per se est ex pluribus adunatis resultare vnam naturam, quæ ponitur in determinato genere, & specie; quare ad vnum per se non sufficit resultare quid vnum, nam hoc modo aceruus lapidũ, & homo albus essent vnum per se, sed requiritur, vt constitutũ ponatur in determinato genere, vel specie, & hoc vnum per se dicitur ab Aristot. esse indiuisum.

ART. IV. Explicatur opinio Auctoris.

18 *Opinio Auctoris.* *Perfectio entis per se consistit secundum ea, quæ pertinent ad vnum prædicamentum.*

D PRima Concl. ratio entis per se consistit in perfectione rei secundum ea, quæ pertinẽt ad idem prædicamentum. Probatur, quia de ratione entis per se est vnitas, idest indiuisio: hæc autem potest esse duplex: vna secundum actum, & potentiam, & reperitur in rebus simplicibus, quæ v. sic, nec diuisæ sunt, nec diuisibiles, cum careant partibus, atq; adeo quidquid habent in sua natura simplici pertinet ad idẽ prædicamentum, siue positiue, si res illa sunt sub aliquo prædicamento, siue negatiue .i. vt non includãt perfectiones diuersorum prædicamentorum, cuiusmodi est Deus. Altera indiuisio est secundum actum, non tamen secundũ E potentiam, quia scilicet res cõtinet plura vnita inter se, atq; adeo cum indiuisione, sed cum potentia ad diuisionem, & de his etiam patet perfectiones, quæ ipsas constituunt debere pertinere ad idem prædicamẽtum, vt res constans ex pluribus perfectionibus, sit vna per se natura, si enim cõstaret ex pluribus perfectionibus

perti-

pertinentibus ad diuersa prædicamenta iam non esset vna natura, sed plures; nam quę differunt prædicamentis differunt genere, quæ vero differunt genere, differunt specie, atque adeo natura, vnde sunt plures naturæ. Hinc patet cur ex essentia, & existentia fiat vna per se natura, quia s. existentia est perfectio essentiæ, vt pertinet ad vnam speciem prædicamentalem. Secundo patet cur ex essentia existente, & subsistentia fiat vna natura per se, quia subsistentia est complementum essentiæ substantialis, vt pertinet ad vnam speciem substantiæ. Tertio, patet cur ex accidente, & inhærentia fiat vnum ens per se, quia scilicet inhærentia est perfectio essentiæ accidentalis, vt pertinet ad vnam speciem prædicamentalem.

19 *Ens per accidēs in quo cōsistat.* 2. Conc. Ens per accidens consistit in vnione plurium, quæ pertinent ad diuersa prædicamenta, vel ad idem prædicamētum sine reali vnione.

Prima pars patet ex Arist. qui ens per accidens dicit esse, quod constat ex substantia, & accidente, vel ex pluribus speciebus accidētis vnitis in vno subiecto, nam hæc si pertinent ad diuersa prædicamenta habēt diuersas species, atq; adeo naturas determinatas in specie prædicamentali, vel si sunt accidentia, quæ continentur sub eodem genere non habent veram vnionem inter se, sed tantum in tertio; nam omnis vnio duorū inter se, vel est per mutuam informationem, vel per vnionē continuitatis, at diuersæ, & determinatæ species alicuius generis accidentalis talem vnionem habere non possunt, quia v.g. albedo, nec informat dulcedinem, nec cum illa continuatur secundū se.

Dices potest vna virga habere vnam partem albam continuatam cum altera nigra.

Resp. ibi non esse continuationem secundū se, & propriam entitatem, sed tantum secundū quantitatem, vt infra.

Dices 2. si vnitas continuationis est sufficiēs ad vnitatem per se, multo magis erit sufficiens vnitas eiusdē subiecti informati à duplici specie accidentis v.g. albedine, & dulcedine.

Resp. esse diuersam rationem, quia quātitas ex se requirit continuationem, atq; adeo vnio continuationis est perfectio intrinseca quantitatis; at vero, quod illa informent idem subiectum per accidens illis conuenit est fusius in metaph. Ex quibus patet probatio secundæ partis; nam exercitus, etiamsi constet ex pluribus, quæ sunt in eodem prædicamento; tamen non habent vnionem realem, sed moralem. Et idem dicitur de omnibus artefactis, quæ non per veram vnionem, quæ sit modus afficiens vtrumque extremum componuntur, sed per aliquod vinculum substantiale, vt clauo, glutine, calce, & similibus, eius partes vniuntur.

20 *Ex materia, et forma fit vnū per se.* 3. Concl. ex materia, & forma substantiali fit vnum per se, Scot. 8. met. qu. vlt. ibi Ant. And. q. 7. fuse Zerb. q. 7. Fland. quæst. 10. Sōc. q. 28. Ruu. loc. cit. quia materia se habet vt potētia, & forma, vt actus; nāq; cū singulæ sint entia imperfecta in genere substantiæ, & sint inter se ordinatæ, vt patet ex nomine potentiæ, & actus, quæ non habent rationem specificam prædicamentalem, sed ordinantur ad naturam specificam prædicamentalem: neq; enim materia est species, nec forma, sed sunt partes speciei: vnde patet cum Arist. ait non esse quærēdam rationem cur ex potentia, & actu, fiat vnum per se, non intelligit de ratione intrinseca, sed extrinseca, quia non est sumenda ratio ex extrinsecis, sed ex intrīsecis, actu. s. & potētia; quia sunt entia imperfecta secundum se, & vnibilia respectu vnius compositi.

Hinc patet cur ex duabus substantialibus formis etiam si sint entia imperfecta non posse fieri vna natura per se, quia scilicet non sunt vnibiles inter se. *Ex duabus formis nō fit vnū per se.*

Dices, quæ magis distant, sunt ineptiora ad faciendum vnum, &c. Resp. id verum de vnitate per identitatem, at falsum de vnitate per vnionem, maximè essentialem, quia huius partes sēper sunt diuersæ rationis. Neque obstat vnitas continuationis; quia prima diuisio totius est in partes essentiales, quę sunt potentiale, & actuale primo, & per se, vt Zerb. loc. cit. 5. Propter quartum. *Obiectio.*

3. Patet cur ex materia, & quantitate, seu alio accidente, non fiat vnum per se, quia scilicet quantitas, & aliud simile accidens, nec est in genere substantiæ, sicut est materia, neque est ens incompletum, sed est completum in suo genere, quia quodlibet accidens habet suū genus, & differentiam, à quibus constituitur sub determinato genere. Et licet forma accidentalis sit imperfectior substantiali imperfectione simpliciter; tamen potest esse perfectior illa perfectione secundum quid, idest secundū rationem completionis in suo genere; quia totum genus est imperfectius simpliciter substātiali forma.

Tertio, patet cur ex duobus actibus nō fiat vnum per se, etiam si vnum vniatur alteri per informationem, vt patet ex potentia vitali, & actu. Quia scilicet tàm potentia, quam actus habent propria specificatiua sub determinato genere, & specie, nam potentia est species qualitatis directa, sicut etiam, & ipse actus, qui, vt actio pertinet ad prędicamentum actionis; vt vero qualitas pertinet ad primam speciē qualitatis, ex duabus autem speciebus atomis contentis directè, sub genere non potest resultare vna natura.

Dices ex duobus existentibus in actu nō fit vnum per se 7. met. 49. Sed materia est actus entitatiuus, & forma similiter, ergo.

Resp. Resp. ex duobus in actu formali, & perfecto non fit vnum per se, non tamen repugnat ex actu entitatiuo, idest eo, quod est extra nihil quod est in potentia formali, vt ait Ant. And. & actu formali illius fieri vnum per se, cur autem materia cum habeat existentiam sicut, & ipsa forma non dicatur forma, dictum est alibi existentia enim conuenit tam formæ, quam materiæ, sed differunt secundum rationem essentialem, eo quod materia præsupponatur, tāquam subiectum recipiens formam, atque vt præexistens forma, saltem natura, vt alibi. At

instant, nam præter formam requiritur vnio; at hæc est forma quædam; ergo in composito sũt duæ formæ: at ex duabus formis non fit vnum per se.

Resp. vnionem non dici formam, quæ vnitur, sed vt ratio, per quam forma, & materia vniuntur, atq; adeo est necessaria ad vnũ p se.

Obiectio.

Dices 2. quæ magis distant minus possunt facere vnum per se, sed potentia, & actus magis distant, quam duo actus; ergo. Maior probatur exemplo, nam partes homogeneæ continui magis efficiunt vnum, quam partes ætherogeneæ, quia illæ sunt eiusdem rationis, hæ autem diuersæ.

Confirm. quia minus fit vnum ex materia, & forma, quam ex partibus quantitatis, sed ex his fit vnum per se; ergo ex illis minus vnum.

Resp. Scotus.

Resp. Scot. & Ant. Andr. Vnitas duplex quædam vnionis, quædam idẽtitatis, quare cõcedunt magis fieri vnum ex ijs, quæ minus distant vnitate identitatis, nõ tamen vnitate vnionis, nam hæc magis est apta fieri ex ijs, quæ magis distant. Ad probationem de partibus homogeneis.

Resp. 1. diuisionem totius in partes per se esse in essentiales, quæ sunt diuersæ rationis, & primo diuersæ: quare diuisio illa in partes homogeneas, vel ætherogeneas est tantum ipsius materiæ, & con inentur hæ partes sub illo, quod est actus completiuus vnitatis essentiæ, sed non **C** assignant rationem cur fiat magis vnũ ex partibus homogeneis, quam ætherogeneis.

Iauellus.

Resp. Iauellus. vnum quod fit, vel est diuersæ rationis à partibus, & ita fit magis vnum ex ætherogeneis, vel eiusdem rationis; & ita fit magis vnum ex homogeneis. quare resultant composita diuersum vnitatem habentia.

Resp. Auctoris.

Ego Resp. compositum ex partibus ætherogeneis sine forma superaddita esse vnum per accidens, quia sunt plura entia in actu, vt alibi dicemus, quod si spectetur ratione vnius formę, tunc compositum homogeneum dicitur simplicius potius, quam magis vnum, &

Iandunus.

addit Iand. qu. 10. ad 2. in hac vnione attendi magis proportionem partium, quam similitudinem naturæ, vnde fit magis vnum ex potentia, & actu, quam ex duabus partibus homogeneis continuatione vnitis, quia ibi est maior proportiò in ordine ad vnionem, quam hic, vnde potentia recipit actum, & tamen actus non recipit alium actum, etiam si inter hos sit maior similitudo naturæ.

Partes integrãtes an efficiant vnum per se.

Dices 3. quomodo ex partibus integrantibus fit vnum per se cum neutra possit dici potentia, & actus.

Iauellus. Sonc. Scotus.

Resp. Iauellus, & Sonc. & videtur esse Scoti loc. cit. §. ad intelligentiam 3. vnibilia debere esse in potentia, & actu, intelligi de ijs, quæ efficiunt aliud diuersæ rationis à componenti- **E** bus, nam quando componunt rem eiusdem rationis sufficit si vtraq; pars sit potentialis respectu formæ totius; quare, vt fiat vnum per se, partes debent esse, vel potentiales, vel vna, vt actus, altera, vt potentia.

Ego Resp. non omnia, quæ efficiunt vnum per se habere rationem actus, & potentiæ, vt **A** rectè probat argumentum, sed dicimus ex actu & potentia substantiali effici vnum per se, non autem ex potentia, & actu accidentali.

Nõ omnis actus & potentia efficit vnum per se.

Sed instabis partes concurrentes ad faciendum continuum, dum sunt separatę habent actum completum; ergo non possunt vniri ad faciendum vnum per se per continuationem alioqui non esset ratio cur ex aliis entibus in actu non possit fieri vnum per se, si enim ex duabus partibus aquæ fit aqua vna per se, cur ex aqua, & aere non fiat vnum totum per se.

Instatur.

Resp. rationem huius debere peti ex natura quantitatis, quæ essentialiter includit continuationem aliquam partium, vnde ex se non magis petit continuari cum decem, quam vi- **B** ginti partibus, & ideo tota continuatio partiũ semper dicitur pertinere ad integritatem illius, & quia continuatio non potest esse, nisi inter partes eiusdem rationis, ideo vbi sunt partes habentes formas diuersæ speciei, nõ potest esse huiusmodi continuatio, quia inter illas entitates non potest esse terminus communis, cum singulæ formæ habeant suum terminum, vnde

Responsio.

potius dicuntur contignæ, quàm continuæ, accedunt tamen aliquando ad continuationem, vel ratione glutinis, vel ratione alterius partis, vt v.g. est neruus vniens membra animalium iuxtá ca, quę docet Arist. loc. cit. de qua re nos alibi fusius inter m videri potest Suarius **C** disp. 4. met. sect. 3. vbi disputat etiam de variis speciebus vnitatis per se, & per accidens.

QVAESTIO VIII.

An forma sit principium generationis, & qua ratione.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

Opinio negant.

PRima opinio est negantium, eo quod de ratione principii, sit prioritas respectu principiati, vt patet ex dictis de natura principiis sed forma non est prior generatione, sed poste- **D** rior; ergo.

Confirm. quia forma, vt sic non potest habere rationem principii, nisi respectu eorum, respectu quorum potest habere suam causalitatem, seù principiationem, sed hanc non potest habere respectu generationis, tum quia generatio habet formaliter rationem accidẽtis, forma autem aliquando est substantialis, quæ non potest informare accidens, tùm quia generatio est formaliter quid simplex, & vt motus in nullo est prædicamento, & vt actio in prædicamẽto actionis; ergo non potest formaliter principiari à forma, quia forma hæc, vel est in prædicamento quantitatis, qualitatis, vel vbi, principiatum autem formaliter à forma est in eodem **E** prædicamento cum forma, tùm quia, quod est principiatum à forma formaliter est compositum ex duobus intrinsecè .s. ex forma, & recipiẽte formam, sed hanc compositionem intrinsecè non habet generatio, nam ipsa licet sit in subiecto, non tamen componitur ex subiecto,

sed

sed est veluti accidens illius.

Confirm. 2. quia de ratione principiorum est, vt non sint ex alterutris, vt supra, sed forma depēdet à materia, cum omnes præter animam rationalem educantur de potentia materiæ.

2 *2. Affirmans formā esse principium generationis.* 2. Opinio est dicentium formam esse principium generationis, seù motus eo quod generatio sit essentialiter transitus de non esse ad esse; at transitus de non esse ad esse non potest intelligi sine tribus, quæ dicuntur principia, scilicet sine subiecto, quod dicitur transire de non esse, quod dicitur priuatio, & sine esse, quod dicitur forma. ita Arist. 1. phy. à tex. 58. vbi incipit probare numerum principiorum, quæ requiruntur ad generationem, siue simplicem, siue compositam, præsertim tex. 65. & 66. & tandem 67. 68. concludit principia partim esse duo, .s. materiam, priuatam, & formam; partim tria, scilicet priuationem, materiàm, & formam, nam licet materia, & priuatio sint idē subiecto, & materialiter, tamen sunt diuersæ secundum essentiam, nam materia manet, priuatio non manet in re genita, vnde tex. 70. dubitat an forma sit magis essentia, quàm subiectum, seù materia, sed nihil determinat, vel qa pertinet ad metaphysicum, vt putat Them. vel quia lib. 2. præfert formam naturæ, vt D. Tho. & Auer. quia per formā ens naturale actu est, vt patet ex artefactis, ex quibus nihil est artificiosum, nisi quod habet formam artis, & idem 12. met. sum. 1. c. 2. tex. 12. & 26. sequitur Alens. 4. met. tex. 29. & 5. met. tex. 21. vnde idem 9. met. tex. 14. ait moueri, & formam, ad quam est motus non differre, nisi secundum magis, & minus Auer. 5. phy. tex. 9. hinc infert motum & viam esse in genere termini ad quem, & 6. phy. 7. motus dum mouetur non est in eo, ex quo, nec in eo, ad quod, sed inter vtrumq; sequuntur cæteri omnes Peripatetici, sed differunt inter se. nam.

3 Aliqui volunt formam esse principium motus in genere causæ formalis, non quidem intrinsecè constituentis, quia, vt rectè probant argumenta primæ sententiæ id repugnat, sed extrinsecè, qua ratione terminus dicitur causa formalis relationis, & ratio huius, quia motus specificatur à termino 5. phy. 31. & ratio, quia actus sumit speciem ab obiecto, motus autem est quidem actus, cuius obiectum est forma, quæ producitur, ita videtur sentire Alb. 2. phy. tract. 2. c. 4. vbi ait finem particularem esse, quem natura intendit consequi in opere vno, sicut est forma hominis in hoc generato, qui est Plato; hunc autem finem dici tripliciter primo pro eo, in quo est terminus intentionis, vt patet per generationem intendit in filio similitudinem speciei, & dicitur proprie finis. Secundo pro termino operis sicut finis alterationis est generatio. Tertio pro vltimo rei, in quod scilicet res desinit, quibus positis videtur dicere formam respectu generationis habere rationem finis, non vt habet rationem causæ, sed vt habet rationem tantum termini, & hoc modo videntur loqui. Recentiores quidam

A sequentes Auer. 3. phy. tex. 11. vbi distinguit rationem formæ, & finis 4. met. tex. 12. 4. cæli tex. 23.

Alii vero negant formam habere rationem principii in genere causæ formalis, seù causæ formalis intrinsecè, seù termini; sed in genere causæ finalis, eo quod generans per generationem intendit formam immediatè, mediatè vero compositum, vnde definiunt terminum esse finem, ad quem dirigitur motus, & qui per illum producitur, ita videntur sentire Alex. 7. met. tex. 41. Simpl. 4. phy. tex. 112. & 1. de anima tex. 2. Philop. 1. phy. tex. 32. D. Tho. de sensu, & sens. lect. 5. Alb. 7. met. tract. 3. ca. 10. vbi forma dicitur causa totius esse, & finis, & 4. cæli tract. 2. c. 1. dicitur finis materiæ, vt B operatio, vt finis perficit formam. Sed hi loquuntur de forma hoc modo, quia terminat, & finit materiam, vel compositum. idem Philop. 2. phy. 90. formam dicit esse finem actionis Alb. lib. 11. de animal. tract. 2. c. 4. ait finē generationis esse formam, quæ dat esse rei, sicut operatio propria vniuscuiusq; rei est finis rei genitæ. Simpl. 2. phy. formam, & finem semper esse idem in naturalibus, licet ratione differant; quare hi significant formam concurrere ad generationem, vt finem, atq; adeo hac ratione dici principium, vt finalizat illam. 4 *Alij in genere causæ finalis.* *Alex. Simpl. Philop. Alb.*

ART. II. *Continens opinionem Auctoris.*

C PRo solutione notandum finem dupliciter posse sumi, primo pro eo, quod causat finalizando, & dicitur causa finalis. Secundo pro vltimo alicuius rei, qua ratione dicitur terminus rei, & vtroq; modo forma potest habere rationem finis respectu generationis, quia est vltimum, in quo finitur generatio immediate, & quia ex perfectione formæ potest moueri agens ad producendam generationem. 5 *Opinio Auctoris.*

2. Not. terminum dici vltimum, seu extremum rei, & quia res potest habere duo extrema .s. principium, & vltimum, hinc factum est vt duplex sit terminus respectu motus: Vnus D à parte principij, & dicitur terminus à quo, qa inde incipit motus. Alter ex parte finis, seù vltimi, & dicitur ad quem. Ex hac significatione translatum est termini nomen ad significandū illud, ad quod relatio refertur, quia sicut id, ad quod tendit motus, dicitur terminus, ita id, ad quod tendit habitudo, seu respectus dicitur terminus; sed inter has rationes termini hoc est discrimen, quod terminus relationis præsupponitur ad relationem, quia relatio consequitur posito fundamento, & termino, sed terminus ad quem consequitur motum. *Finis dupliciter sumitur.*

3. Not. generationē posse accipi dupliciter primo, vt est actio quædam, idest communicatio esse ab agente. Secundo, vt est motus qui- E dam, idest via ad aliquem terminū primo modo certum est formam habere rationem finis, quia cum omne agens agat propter finem, tam intrinsecum, quàm extrinsecū, idest tam propter formā, quā immediatè attingit sua actione, quam propter id, ad quod ordinatur forma, 6 *Generatio dupliciter sumitur.*

merito

merito forma dicitur causare actionem in genere causæ finalis, at secundo modo, idest, vt (A) via intelligitur esse inter terminum à quo, & ad quem, tanquam inter duo extrema, vnde dubitatur an forma in ordine ad motum habeat rationem termini, vt extremi, an vero rationem termini, vt finalizantis.

7 *Forma est principium generationis ex Arist.*

1. Concl. forma est principium generationis.

Probatur 1. auctoritate Arist. 1. phy. à tex. 40. vbi probat principia generationis non esse vnum, sed plura, eaq; ex omnium sententia esse contraria priuatiuè, vt colligitur ex tex. 44. at (B) contrarietas priuatiua est inter priuationem, & formam.

Confirm. ex tex. 58. & sequentibus, vbi id probat tàm de fieri composito, quàm de simplici, vocat autem fieri compositum quãdo subiectum denominatur fieri alterum, vt corpus v. g. fieri album ex non albo, fieri autem simplex dicit esse quando ly (fit) simpliciter dicitur de subiecto. vt homo fit ex non homine, album fit ex non albo, & similia.

2. Probatur ratione, quia illa sunt princi- (C) pia mutationis, & generationis, sine quibus nõ potest generatio, & mutatio concipi; sed mutatio non potest concipi sine forma, vt patet ex definitione eius, cum dicatur transitus de non esse ad esse, scilicet formam.

Maior probatur, quia vnaquæq; res potest concipi, sine ijs, à quibus per se non pendet; ergo quando res sine aliquo non potest concipi, signum est rem ab illo pendere.

Est terminus ad quem.

2. Concl. forma est principium generationis, vt terminus ad quem, quia terminus ad (D) quem dicitur id, ad quod tendit generatio, cum eo acquisito, quiescat mobile, sed id conuenit formæ, quia hac præsente cessat motus.

8 *Probabile est non esse causã finalem.*

3. Concl. probabile est formam non habere rationem principij terminantis generationem, vt habet causalitatem finalem circa illã, quia, vt infra causalitas finalis non est, nisi respectu causæ efficientis, quæ mouetur ex fine ad agendum, sed motus consideratus, vt mutatio quædam non dicit ordinem ad agens; ergo neque ordinem ad finem.

(A) Minor probatur, quia inter principia motus, vt non est actio, vel passio, sed vt mutatio quædam est, non ponitur efficiens, nam alioqui essent quatuor principia, & non solum tria.

Probabile est cõtrarium etiã

4. Concl. probabile est, formam, vt habet rationem principij, & termini ad quem respectu generationis habere causalitatem finalem respectu generationis, non solum, vt actio est, sed etiam vt mutatio quędam est, quia sicut causa efficiens operatur propter finem, ita, & materialis causa concurrit propter suum finẽ, (B) quia omnis causalitas tendit ad aliquod esse.

Confirm. quia hinc forma dicitur finis, perfectio, & bonum materiæ, & hanc appetere formam, vt turpe pulchrum, & fœmina virum 1. phy. tex. 81.

9 *Forma pricipiũ generationis, vt ratio specificans illam.*

5. Concl. probabile est formam poni principium generationis etiam, vt habet rationem specificantis illam. Patet primo ex Arist. qui 5. phy. expræsse docet motum specificari ex terminis, tùm ad quem, tùm à quo; ergo hi termini habent rationem principiorum, vt habẽt (C) rationem specificantium.

2. Probatur ratione, quia mutatio, vt est via non potest concipi sine vtroq; termino; ergo vterque habet aliquam rationem specificantis, nam alioqui posset concipi sine illis, qa potest res concipi sine illis, à quibus secundum essentialem conceptum non pendet, pendet autem secundum conceptum essentialem, non solum à principijs constituentibus intrinsecè essentiam, sed etiam ab alijs, à quibus specifica- (D) tur, etiam si extrinsecè, essentia; quę ratio videtur probare formam non esse principium sub ratione finis, quia res potest concipi sine fine saltem confusè, vel sine ordine ad finem, sed verè hoc non probat de eo, quod est tendentia ad finem, vt est motus, quia illa tendentia est ordo quidam trãscendentalis ad finem. Et hęc de forma. cætera dicentur in tractatu de causa formali, vbi apparebit quomodo terminus habet vim specificandi, & iuxta ibi dicenda explicanda est hæc doctrina.

BREVI

BREVIS EXPOSITIO Textus.

CAPVT QVINTVM.

82 IN tex. 82. inſiſtit in explicanda natura materiæ, & aſſerit partim generari, & corrumpi, partim non, nam quatenus eſt id, in quo eſt priuatio, quæ per ſe corrumpitur, dicitur corrũpi, at ſecundum ſe, & ſuam potentiam non corrumpitur p ſe, ſed eſt ingenerabilis, & incorruptibilis; nam ſi generari dicitur oportet aliud ſubijciatur primum ex quo inexiſtente fiat, ne detur generatio, ſine ſubiecto, cuius natura hæc eſt, quam diximus, quare erit, antequam fiat; nam materiam voco primum, ſubiectum vniuſcuiuſq; ex quo fit aliquid, cum inſit non ſecundum accidens, & ſi corrumpitur aliquod in hoc abibit vltimum, quare corrupta erit, antequam corrumpatur, nam cum ſit ſubiectum vltimum, poſtquã corrupta eſſet, adhuc eſſet.

83 In tex. 83. cum multa de materia, & priuatione dixiſſet, nunc de forma aliqua proponit .ſ. an principium formale ſit vnum, vel plura, & ſi plura, quot, quorum accurata explicatio ad primum Philoſophum pertinet: quid autem nomine formæ intelligatur, Simplicius vult formam, quæ eſt principium phyſicum, alij formas abſtractas, quod videtur probabilius, & dictum propter Platonem, qui ideas eſſe principia formalia poſuit, & patet; nam ſubdit, de naturalibus vero, & quæ intereunt formis dicemus in ſequentibus libris: quare patet eſſe principia, quot, & quæ ſint, nunc verſus aliunde initium ducamus .ſ. à natura.

Difficultates Textuales.

P*Rima difficultas, qua ratione materia dicatur ingenerabilis, cum per generationem dicatur tranſire ex non eſſe ad eſſe?*

Reſp. Ariſtotelem negare fieri per propriam generationem, terminatam ad eius intrinſecã exiſtentiam; At verò generari ratione formæ, illi adiunctæ, & ratione illius eſſe, quod recipit à forma, dicitur tranſire ad non eſſe, & eſſe: & hinc etiam patet cur dicatur incorruptibilis ſecundum ſe, ſed interire ratione priuationis, quæ dicitur interire ſecundum ſe, non quia propriè intereat, cum ſit non ens; ſed quia interitur illi competit pro ratione propriæ, & non ratione alterius, vt materiæ.

2. *Difficultas: cur materia dicatur oriri, & interiri per priuationem, & eadem non dicantur illi conuenire per formam?*

Reſp. ea dici, quia priuatio eſt eadem numero cum materia, & illi affinior, tanquam eius affectio, quam forma, per quam dicitur interire, & fieri compoſitum. Subiectum verò accidentium denominatur fieri, vt homo dicitur fieri albus, vel interire ſecundum accidens per interitum formæ.

3. *Difficultas, cur materia dicatur interire per accidens, & non per ſe, cum ſit principium mortalium, contra Ariſtot. 3. cæl. 61.*

Reſp. principia mortalium propria eſſe mortalia: At id, quod eſt commune omnium, qualis eſt materia non eſt mortale niſi per accidens.

Dices materia eſt cauſa corruptionis compoſiti; ergo multo magis ipſa eſt corruptibilis?

Reſp. materiam non eſſe cauſam adæquatam corruptionis, neq; corruptio eſt effectus poſitiuus, de quo intelligitur illa maxima, Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis.

Dices 2. ex 10. met. 26. nihil interit ſecundum accidens?

Reſp. interitum ſecundum accidens accipi dupliciter. Primò accidentalitate eſſentiæ, & ita intelligitur Ariſt. quia vnumquodq; quod interit ex natura ſua eſt tale: & quidquid ex natura ſua eſt corruptibile, neceſſariò interit. Secundo accidentalitate conſequutionis, & ita materia dicitur interire, quia non principaliter ipſa interit, ſed conſequutiuè, quatenus eius priuatio interit.

3. *Difficultas incorruptibilia ſunt præſtãtiora corruptibilibus; ergo materia præſtantior compoſito?*

Reſp. aliqui: quæ ſunt æterna actu, ſunt præſtantiora, non autem potentia.

Ego Reſp. præſtantiam ſimpliciter non colligi ex incorruptibilitate, ſed ex virtutibus operatiuis, quæ non ſunt in materia, ſed in forma, & compoſitis. Vnde ratione incorruptibilitatis materia eſt nobilior ſecundum quid.

4. *Difficultas quid intelligat Ariſtot. in tex. 83. per principium ſecundum formam?*

Reſp. aliqui intelligi genus formarum naturalium in communi; ſed contra, quia de his agit Phyſicus, non Metaphyſicus.

Alij intelligũt Deum, ſed de hoc nullibi exquiſitè determinat, an ſit vnus, vel plures.

Alij Reſp. loqui de ſubſtantijs ſeparatis motricibus cælorum, de quibus 12. met. 43. oſtendit eſſe tot, quot ſunt orbes cælorum. Meminit autem huius principij hic Ariſt. nequis putaret, quod ſicut ad Phyſicum pertinet primum principium materiale; Ita etiam primum principium efficiens: Vnde ait hoc pertinere ad Metaphyſicum, vbi decernitur, an inter ſubſtantias abſtractas detur prima.

5. *Difficultas quid intelligat Ariſt. dum ait: rurſus aliud principium ſumentes?*

Reſp. intelligi naturam, quæ eſt principium motus. Ego vero Reſp. intelligi de principio, ex quo incipit ſecundum librum: nam ſicut primum auſpicatus eſt à diuiſione principiorum, vt patet tex. 6. ita ſecundum à diuiſione eorum, quæ ſunt.

TRACTATIO SEPTIMA.

De Priuatione.

QVAESTIO PRIMA.

De conceptu priuationis, & eius natura.

DVBITATIO I.

Quid nomine priuationis intelligatur, & quotuplex sit eius significatio.

1 *Priuatio non dicitur tripliciter.*

PRIMO Not. priuationem apud Arist. sumi multis modis, vt patet ex 5. met. 27. 9. met. sũ. 1. c. 2. t. 2. Auer. epit. met. tr. 3. c. de actu D. Tho. 1. p. q. 33. a. 4. ad 2. & q. 9. de poten. a. 7. ad 11. Scot. in 1. d. 8. q. 2. nam primo dicitur quando non habetur aliquid eorum, quæ apta simpliciter sũt haberi ab aliquo ente, etiam si subiectum secundum suam vltimam differentiam sit aptum habere, vt planta dr̃ priuari oculis. Et vnum C dicitur priuatio, cum tamen diuisio, quam negat, non sit apta conuenire pluribus entibus ratione propriæ speciei, vel generis proximi, sed solum ratione entis; quia sunt aliqua entia, quibus nõ repugnat diuidi; quare fallitur Syl. in conflatu q. 3. a. 1. §. 2. rat. 2. tribuens Scoto inuenisse hoc genus priuationis; nam Arist. eius expresse meminit, & rationem reddit Auer. nam hoc ipso, quod forma conuenit alicui enti, potest eius negatio respectu aliquorum sub re rationem priuationis. Secundo dicitur quãdo aptum est habere saltem secundum genus, vt Talpa dicitur cæca. Tertio, si ipsum subiectum aptum est habere, & quando aptum est haberi, & dicitur priuatio in quo, secundum D quod, & ad quod, vt homo dicitur cęcus, & de hac nos loquimur, quæ proprie dicitur priuatio, nam aliæ improprie dicuntur. Neque autem variæ sunt diuisiones, vt Aphrod. 6. Top. c. 2. diuidit in naturales, & violentas; à primis, inquit, Simplic. in prędic. non datur regressus: Ammon. in prędic. c. de opposit. diuidit, vt alia sint substantiæ, alia facultatis, vel habitus, vel actionis, vel rectitudinis, vel perfectionis, D. Tho. autem 10. met. lect. 6. tex. 17. diuidit, vt alia habeant immediatum ordinem ad subiectum formæ, vt tenebræ ad diaphanum; alia comparantur ad subiectum, mediante forma, cum sit, vt quædam E corruptio eius, vt cœcitas est visus corruptio.

2 *Forma imperfectior dicitur aliquando priuatio.*

2. Not. nomine priuationis aliquando ab Arist. & Auctoribus significari formã imperfectiorẽ respectu perfectioris, qua ratione nigredo dicitur priuatio respectu albedinis, & frigus respectu caloris; vnde cum producitur res imperfectior ex perfectiori dicitur potius A corruptio, quam generatio; quia attenditur id, quod est nobilius, hoc autem est, quod amittit existentiam etiam si imperfectius acquirat illam.

3 *Priuatio alia formæ habitæ, alia formæ habendæ.*

3. Not. priuationem diuidi in eam, quæ est formæ habitæ, quæ dicitur consequens, vel vt Alb. priuatio passiuè; & in eam, quæ est formæ habendæ, & dicitur antecedens, & actiuè, & de hac quæritur, an sit principium priuationis. Sed hæc adhuc diuiditur, nam cum priuatio sit negatio in subiecto apto suscipere formam, hæc autem aptitudo est duplex, propinqua scilicet, & remota: duplex etiam exoritur priuatio, & colligitur ex 1. met. tex. 4. vbi vocat

Aptitudo propinqua, & remota.

priuationem simpliciter, & alicui generi; & B mihi videtur certum, priuationem remotam, idest quando subiectum requirit multas mutationes, adhoc, vt suscipiat formam non esse proprie principium. & videtur colligi ex Arist. 8. met. à tex. 11. ad 15. & ratio, quia priuatio, quæ ponitur principium, est, quæ immediate præcedit generationem, at hæc supponit aptitudinem proximam subiecti; ergo. de hac igitur.

DVBITATIO II.

Quomodo priuatio definiatur, & quid formaliter dicat.

1 *Priuatio est negatio formæ in subiecto apto.*

C PRima Concl. priuatio, c. de opposit. in post præd. & 5. met. tex. 27. definitur esse negatio formæ in subiecto apto. Ex qua definitione colligunt duo requiri. Primum est negatio, vt genus ipsius. Alterum est ordo ad aptitudinem subiecti, tanquam differẽtia, nam per hãc aptitudinem distinguitur priuatio à negatione simpliciter, seu extra genus. Vnde Alex. 5. met. 27. & Aphrod. 3. vel 4. met. comm. suo 61. dixere negationem saluari in re etiam impossibili, non sic priuatio, & hic ordo non potest esse positiuus, quia est de intrinseca ratione priuationis, vt differentia intrinseca eius, sed aptitudo est positiua, & ratione huius non distin-D guitur à subiecto. Difficultas solum est de negatione.

2 *Dicit in recto negationem, & in obliquo aptitudinem.*

2. Concl. priuatio in recto dicit negationẽ & connotat aptitudinẽ in subiecto, ita Trõb. 12. met. q. 6. 6. ex his conclusionibus. Scotus 5. met. tex. 17. Sonc. 10. met. q. 15. Viguer in Instit. c. 2. §. 2. versic. 7.

Prob. 1. quia 1. phy. tex. 75. & 79. dicit priuationem esse per se non ens.

2. Prob. quia in definitione ponitur non ens in recto, seu negatio.

3. Prob. quia priuatio formaliter opponitur habitui, vt patet cap. de opp. at habitui op-E ponitur negatio, non aptitudo, quæ manet simul cum forma.

Confirm. quia 5. met. tex. 27. idem ait esse negationem contradictoriam, & priuationem, sed solum differre subiecto, & 10. met. tex. 15. priuationem esse ipsammet negationem contradictoriam positam in subiecto, & 1. phy. 68. dicit

dicit ad mutationem sufficere duo contraria, quia vnum contrariorum sua præsentia, & absentia potest facere mutationem.

3 Ex hac conc. patet priuationem in cōceptu formali non includere aliquid positiuum, quia negatio esset, etiam si nihil à Deo esset productum.

Priuatio non includit aliquid positiuū in suo conceptu formali.

Prob. 2. quia si negatio, qua visus negatur de oculo, esset quid reale, tunc, vel esset de essentia, & non, tum quia ea carere potest; tum quia negatio esse non potest de essentia positiui; vel non; & tunc essentia in conceptu suo non esset illa negatio, quare illa negatio neganda est per aliam negationem, quæ, secundum aduersarios, est ens positiuū, & tunc de hac etiam peterem, an sit de essentia, & sic in infinitum.

Prob. 3. ex conceptu, quem facimus de priuatione, qua statim intellecta intelligitur absentia formæ.

2. Colligitur priuationem non includere intrinsecè, & formaliter potentiam, seu aptitudinem, sed connotare, quia cum potentia sit ens, non potest includi in conceptu formali non entis. Secundo, quia adueniēte forma cessat priuatio, & non potentia.

Non includit formaliter aptitudinem.

Confirm. quia id solum includit formaliter negatio, quod addit supra materiam, sed materia priuata non dicit materiam habentem aliquid, sed carentem aliquo, vt modus formaliter dicit aliquid.

Confirm. quia priuatio simpliciter opponitur formæ; ergo.

4 3. Colligitur negationem esse quid superius ad priuationem, valet .n. consequentia, est priuatio; ergo est negatio: at non contra, hoc autem sic declaratur. Negatio considerari potest dupliciter. Primo, vt est ratio quædam conueniēs tàm negationi extra genus, quam in genere, seu priuationi, & ratione huius diximus esse quid inferius. Secundo, vt negatio sumitur specialiter pro ea, quæ negat aliquid sine determinatione subiecti, & ab hac differt, vt ait Tromb. ratione connotati.

Negatio secundum se est quid superius ad priuationem.

4. Colligitur opposita cōtradictoriè, & priuatiuè, non distingui, nisi ratione vnius extremi, quod in contradictorijs sit negatio simpliciter; in priuatiuis est negatio connotādo subiectum, & hinc est quod inter contradictoria non sit medium 4. met. 27. sit autem inter priuatiua.

Opposita contradictoria, & priuatiua distinguūtur tantum ratione vnius extremi.

Sed contra hanc conc.

5 Obijc. 1. id, per quod distinguitur ab alijs, est intrinsecum, sed distinguitur per aptitudinē subiecti; ergo erit intrinseca.

Resp. Tromb. negando maiorē, sufficit .n. distingui per connotata, præcipuè in priuatiuis.

Tromb.

Resp. 2. distingui ab alio stat dupliciter. Primo positiuè, & hoc conuenit tantum entibus positiuis, quia est passio entis. Secundo, negatiuè .i. non esse idem, & hoc modo negatio extra genus, & priuatio non sunt idem. Quod si petas, per quid non sunt idem.

Aliud ab alio distingui positiue, & negatiue.

Resp. seipsis, quia hæc negatio est sic, & illa sic. Vel 3. dici potest, quia priuatio dicit intrinsecum ordinem ad aptitudinem subiecti; non sic negatio extra genus, vt mox dicemus.

A Obijc. 2. priuatio dicit intrinsecum ordinem ad aptitudinem subiecti, quia refertur ad subiecti aptitudinem, & non accidentaliter; ergo essentialiter, vt etiam refertur ad formam: sed hic ordo est realis, ergo aliquid reale est de intrinseco conceptu priuationis.

Resp. negando minorem, quia ille ordo non est, nisi ipsamet negatio, quare est negatiuus, vt est ipsa negatio, quæ quatenus dicit esse in subiecto refertur ad illud per se ipsam; quare ille ordo iure non est aliquid positiuum, sed magis se tenet ex parte intellectus, nam negatio visus, in subiecto apto, vel non apto non differt quantum ad intrinseca, sed tantum ratione subiectorum, & ideo intellectus concipit negationem in subiecto apto, vt formam specialiter ipsam B efficientem, & illam vocat priuationem, neque aliud concipit nomine priuationis, nisi carentiā formæ in subiecto apto, vnde ille ordo est solum coarctatio quædam conceptus illius carētiæ, quod etiam in positiuis facit intellectus, nam simitas nihil aliud est, quàm curuitas, formaliter, tamen illam intellectus apprehendit, vt est nasi dispositio, quare simitas, & curuitas non differunt in intrinsecis. 6

Ordo priuationis ad aptitudinem est ipsa negatio.

DVBITATIO III.

An Priuatio sit à parte rei præciso omni opere intellectus.

C DE hac dictum est fusè in Logica tract. de ente rationis, vbi ostendimus, Primo ratione aptitudinis, quam connotat esse à parte rei, sed ens positiuum &c. Secundo ratione negationis, quàm dicit formaliter esse à parte rei præciso opere intellectus, vt Marf. 1. phys. qū. 21. & alii, nam sicut forma positiua dicitur existere, quando exercet actum suum informandi, & actuandi subiectum; ita negatio dicetur existere quando exercet actum sibi proportionatum .s. negandi formam, & formaliter excludendo illam à subiecto. Tertio, non habere à parte rei existentiam positiuam, quia hæc D repugnat illius cōceptui formali. Quarto, hoc esse, quod habet dicitur ens negatiuum, patet quia cum non sit positiuè, erit negatiuè, quia non est aliud illius existentia, quàm non existentia formæ, vnde negando existentiam formæ, ponit se ipsam. Hoc autem esse negatiuū explicatur per hoc, quod sit à parte rei p fundamentum veræ propositionis, vt D. Thom. 5. met. lect. 9. & 1. p. q. 48. ar. 2. ad 3. vbi Caiet. & 3. cont. gent. c. 9. vbi Ferr. nam ibi ex 5. met. tex. 14 explicat ens reale dupliciter accipi. Primo propriè pro essentia, & existentia rei positiua, quod diuiditur in decem prædicamenta. Secundo, impropriè, & abusiuè .s. pro funda- E mento reali veritatis, quæ reperitur in compositione, & diuisione, sub quo comprehenduntur non solum positiua, sed etiam negationes; nam sicut natura hominis est fundamētum veritatis (*qua homo dicitur animal rationale*) ita negatio, hinnibilitatis est fundamentum veritatis, quæ est in propositione, qua dicitur

Probatur priuationem habere aliquod esse à parte rei.

Hoc esse nō est positiuum, sed negatiuum.

Explicatur quid sit esse negatiuum, quod dicit priuatio.

2 Hoc esse à parte rei dicitur esse abusiuum.

(*homo*

(*homo non est hinnibilis*) & ita in cæteris. & ratio est, quia oratio dicitur vera, vel falsa ex eo, quod res est, vel non est; quare omne fundamentum veritatis dicitur ens. Vnde Ferr. loc. cit. diuidit ens reale in positiuum negatiuum, & priuatiuum. Neq; hinc inferas, ens rationis esse ens reale, quia fundat propositiones veras, vt in hac (*animal est genus*) nam nõ dicitur ens reale omne fundamẽtum veritatis, sed quod est à parte rei independenter ab opere intellectus; at ens rationis non fundat veritatem independẽter, sed dependenter ab opere intellectus.

Ferr.

3 Hinc patet falsò negationes, & priuationes constitui sub puro nihilo, quia huic repugnat esse aliqua ratione à parte rei; non sic autem huiusmodi negationibus. Neque obstat quod Arist. 1. phy. 75. priuationem, dicat, esse non ens simpliciter, quia nomine entis simpliciter intelligit ens reale positiuum, quod priuatio negat, Vnde hinc concedit esse ens secundum quid, & abusiuè. Et eodem modo explicandus est Aug. c. 5. de Gen. ad lit. in imperfecto dum ait, Deum, dici, fecisse tenebras quoniam species ipsarum, Deus fecit, non priuationes, quæ ad nihilum pertinent, idest ad nihilum, vt opponitur enti reali positiuo. Neque hinc sequitur absurdum, quod priuationis detur priuatio; tum quia multi, id non putant absurdum: Tum quia negatio excluditur per ens positiuum, vt alibi.

Negationes, & priuationes nõ sunt purum nihil.

4 Quinto, negationes, & priuationes habere rationem entis rationis quatenus concipiuntur vt formæ positiuæ existẽtes in subiectis, vt bene D. Thom. qu. 2. de veritate ar. 1, dum ait, *cæcum addit aliquid supra hominem*, scilicet cæcitatem, quæ non est aliquod ens in natura, scilicet positiue, sed rationis tantum, secundũ quod ens est comprahendens priuationes. De quibus fusè nos loc. cit. vbi omnia satis examinauimus, & ostendimus priuationem, vt habet esse rationis, non concipi per modum formæ absentis, sed potius per modum dispositionis afficientis subiectum, quod denominat, vt fusè explicat Suar. to. 2. met. disp. 41. sect. 9. nu. 29. ex quo colligit, priuationem semper concipi, vt aliquid inhærens subiecto; at negationem semper, vt in conceptione nihili, quod est negatio quædam, sed non concipitur, vt alteri adhærens. Secundo Hieron. Pla. non consequenter negat esse à parte rei, dum negat formaliter esse ens rationis; nam cum non pendeat à ratione, debet ponere esse à parte rei; neque omne ens rei est positiuum; quia datur ens remotiuum.

Quare negationes, & priuationes habeant rationem entis rationis.

Suar. Hier. Pla.

DVBITATIO IV.

Quomodo Priuatio secundum suum esse distinguitur à materia.

1 PRima opinio est dicentium non distingui. Primo, quia distinctio est relatio realis, at hæc est inter extrema realia.

Non distingui priuationem à materia.

Confirm. id, quod competit materię, præcisso omni extrinseco, & non essentialiter est idẽ realiter cum illa, sed præciso à materia omni extrinseco, & non essentiali, adhuc materia manet priuata, quia manet negatio formarum, & aptitudo ad illas recipiendas; ergo.

Confirm. 2. ex 1. phys. t. 79. vbi materia, & forma dicunt vnum numero, at quæ sunt idem numero, sunt idẽ realiter. Hæc tribuitur Plat. in Timæo Plot. in 2. Aenead. lib. 4 c. 3. & 14. Alcin, Apul. & alijs, qui apud Burl. 1. phy. tex. 79. dixerunt priuationem esse substantiam materiæ. Sequi illum videtur Sotus 1. phy. q. vlt. & multi ex latinis.

2. Opinio est dicentium distingui à parte rei, non quidem distinctione positiua, quia hæc non est, nisi inter positiua extrema, sed distinctione reali negatiua, quæ est inter ens, & non ens; nam vt ens reale diuiditur in positiuum, & negatiuum, ita etiam distinctio, quæ est passio entis similiter diuiditur. tribuitur Philop. 1. phy. tex. 67. Simpl. Ferr. q. 11. Iãd. q. 10 Sõc. 10. met. qu. 19. & sequuntur recentiores fere omnes.

Distingui à parte rei distinctione negatiua.

2 Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt hanc esse inter reales maximam ob minorem conuenientiam inter priuationem, & materiam, quàm inter substantiam, & substantiã; vel substantiam, & accidentia: distinguũtur .n. tria genera distinctionis realis, vnam minimã, quæ est inter substantiam, & substantiam, vel inter accidens, & accidens. Alteram mediam, quæ est inter substantiam, & accidens 3. maxima, quæ est inter negationes, & entia positiua, quia vbi est minor conuenientia, ibi est maior distinctio, at distinctæ substantiæ omnes conueniunt in ratione substantiæ, & accidentia in ratione accidentis; & accidens conuenit cum substantia in ratione entis positiui realis, non sic autem conueniunt cum negationibus.

Inter ens reale, & negatione, est maxima distinctio realis.

Alii tamen dicunt esse minimam, quia priuatio non est separabilis à materia, nec habet existentiam veram, sed abusiuam.

3 1. Concl. priuatio, & materia differunt ratione formali. patet quia habent distinctas definitiones, vt fusè ostendit Arist. contra Platonicos 1. phy. tex. 79. vbi Burl. reprahẽdit Platonicos dicentes prædicata, quæ prædicantur de eodem numero, habere eandem definitionem; nam materia per se est ens, & per accidens est non ens; at priuatio per se est nõ ens.

Priuatio, & materia differunt formaliter & à parte rei.

2. Concl. differunt etiam à parte rei. Primo ex 1. phy tex. 79. vbi contra Platonicos ostendit, priuationem distingui à materia, quia materia est per accidens non ens, quia scilicet cõcipitur, vt id, à quo remouetur forma, & per consequens dicitur priuata forma, at priuatio est per se, idest ratione sui, non ens, vnde priuatio denominat, inest, & prædicatur de materia. Secundo, quia materia est prope, & quodammodo substantia (scilicet forma) quatenus est, scilicet est susceptiua formę 1. phys. 79. at priuatio nullo modo est substantia, vbi notat Burl. priuationem inesse materiæ, & non per aliquam causam agentem, sicut negatio existẽtiæ ex se inest cuilibet in causato v. g. Antichristo,

sto, quia non per aliam causam agentem, nam non datur causa efficiens, ex qua Antichristus non est; vnde similiter, neq; datur causa agens, cur talis negatio insit materiæ, sed inest per solum defectum, & absentiam actus.

2. Prob. ex ratione distinctionis realis, quia quæ sunt realia, & separabilia inter se distinguũtur realiter, eo quod si vnum extremum est negatiuum distinguitur realiter negatiuè, sed huiusmodi sunt materia, & priuatio, quia adueniente forma remanet materia, & corrumpitur priuatio. Confirm. quia habent diuersas conditiones. Primo, quia materia est ens essentialiter positiuum, at priuatio essentialiter negatiua. Secundo, materia recipit formam, & est pars compositi; at priuatio non recipit, sed adueniente forma recedit, at materia remanet; Deinde materia ingreditur compositum, vt eius pars; at non sic priuatio. Ex hac ratione patet non posse materiam habere existentiam à forma; quia adueniente forma amitteret existentiam præcedentem, sicut illam amittit priuatio, atque adeo non posset recipere formam, sicut neque potest priuatio. Neque dicas, amittere præcedentem, & acquirere nouam existẽtiam, quia idem dici posset de priuatione, quia amitteret præcedentem, & acquireret nouam existentiam ex vi formæ corruptæ, atq; adeo ratione huius posset recipere, & componere.

4 *Hæc distinctio est maxima quo ad essentiam, & minima quo ad existẽtiam.*

3. Concl. hæc distinctio quoad essentiam potest dici maxima, sed quoad existentiam minima. Vtraquè pars patet ex dictis in 2. opinione. Ex quibus patet ad argumenta primæ opinionis ad primum Resp. negando maiorem de distinctione reali negatiua, quidquid sit de reali positiua.

Ad 1. Confir. negatur minor, quia si à materia secludantur omnia extrinseca, & accidẽtalia, non manet ibi priuatio, quia hæc habet rationem accidentis respectu materię, vt Arist. loc. cit. & ibi Burl. & Venet. Vnde si omnia accidentia secludas, etiam illam tollas.

Vnum numero dicitur dupliciter, vnitate intrinseca, & subiectiua.

Ad 2. Resp. Ferr. dupliciter aliqua posse dici vnum numero. Primo secundum entitatem, & sunt illa, quæ habent vnam hæcceitatem, quomodo omnes gradus, qui sunt in vno indiuiduo dicuntur vnum numero secundum communem ponentem vnam hæcceitatem in vno indiuiduo; & ita materia, priuatio non sunt vnum numero, quia cum distinguantur essentialiter, multo magis numero distinguentur. Secundo secundum subiectum, & hæc dicuntur eadem numero, quæ sunt in eodem subiecto, vt albedo, & dulcedo in lacte, & ita materia, & priuatio dicuntur vnum numero, quia idem, de quo prædicatur materia, dicitur priuatum forma; Ita Burl. loc. cit. & hæc possunt distingui à parte rei.

Resp. alij dici vnum numero negatiuè; quia priuatio licet addat materiæ negationem quãdam, tanquam eius forma; tamen cum non sit ens positiuum, non addit illi entitatem quandam indiuidualem positiuam.

DVBITATIO V.

An in materia sit vna priuatio respectu omniũ formarum, an vero plures iuxta multitudinem formarum.

ART. I. Explicantur termini, & sensus quæst. 1

PRimo Not. in priuatione, sicut in cæteris posse considerari triplicem vnitatem, scilicet genericam, specificam, & indiuidualem.

Duplex priuatio remota, & proxima.

2. Not. priuationem esse duplicem. Vnam remotam, quam aliqui vocant indeterminatã. Alii confusam. Alteram proximam, quam vocant determinatam, & distinctam. Remota dicitur, quæ fundatur in potentia materiæ secũdum se, & vt est sine dispositionibus ad determinatam formam; quæ potentia est ad omnes formas, præter eam, quam actu habet, & dicitur remota, quia materia non habet proximã potentiam ad illas recipiendas, nisi disponatur per qualitates necessarias. Dicitur etiam indeterminata, quia materia secundum se non respicit magis vnam, quam aliam; Vnde ex se est indeterminata. Proxima dicitur, quæ fundatur in materia disposita ad certam formam, nam materia per dispositiones determinata, appropriatur ad certam formam, & cum habet vltimum complementum dispositionum, tunc est omnino proxima. hoc autem est in instãti generationis, vel immediate ante instans iuxta varias de hac re sententias.

2 *Vnitas generica, & specifica priuationis attenditur ex terminis.*

3. Not. priuationes habere vnitatem, & distinctionem genericam, & specificam non a se, sed à formis negatis. Prima pars probatur ab aliquibus, quia tunc vnitas, & distinctio est essentialis, & formalis, quando in rebus materialibus essentia, & formalitas sumitur à formis, priuationes autem nec sunt formæ, nec habent formas, sed potius sunt remotiones formarum, ergo à se non habent vnitatem, & distinctionẽ, & hinc probant secundam partem; quia cum illam non habeant à se, necessario habebunt à forma, quia non est aliud.

Priuationes reducuntur ad prædicamenta formarũ, quas negant.

Ego probo vtramq. partem, quia sicut relationes, & cætera ordinata ad aliud specificantur à termino, vel obiecto, quod respiciunt, ita priuationes, quæ ita se habent respectu formarum, quas negant, ac relatiua respectu terminorum, ex quibus deducũt negationes, & priuationes non pertinere per se ad prædicamenta, quia nõ habent entitatem realẽ positiuã, sed reduci ad prædicamenta formarũ, quas negãt.

Dupliciter intelligi priuationes specificari a terminis

4. Not. cum dicitur, vnitatem, & distinctionem specificam, ac genericam sumi à formis dupliciter posse intelligi. Primo, vt negatio gradus specifici in se ipso, & intrinsecè habeat vnitatem specificam; & negatio gradus generici, habeat vnitatem genericam respectu inferiorum, de quibus prædicatur, quasi sint species, & genera respectu illorum, & in hoc sensu falsum est, quia negatio, quæ negat gradus minus vniuersales de pluribus prædicatur, & est magis vniuersalis, quam quæ negat gradum magis vniuersalem, & contra, vt patet, nam negatio rationalitatis prædicatur non solum de insensibilibus, sed etiam de omnibus sensibilibus præter hominem, at negatio animalis prædi-

Negatio prædicati minus vniuersalis est magis communis, quam, quæ negat gradū magis vniuersalē.

dicatur solum de insensibilibus. Secundo, vt huiusmodi negationes, & priuationes dicantur habere vnitatem specificam, & genericam ex formis quoad conuenientiam, & disconuenientiam, nam negationes formarum cōstituētium animalia magis conueniunt inter se, quā negationes formarum constituentium insensibilia, & sensibilia. His positis.

ART. II. Opiniones Doctorum.

3 *In vna materia est vna priuatio omniū formarum.*

PRima opinio est dicentium in materia esse vnam priuationem respectu omnium formarum, sicut est vna potentia, in qua omnes cōtinentur, & sicut potentia materiæ est vnius speciei, & in hac materia vna numero, ita, & illa priuatio, quæ fundatur in illa potentia; vnde adueniente forma, non corrumpitur priuatio secundum se, sed solum secundum denominationem respectu illius formæ, sicut relatio paternitatis secundum Thomistas manet secundum se, corrupto vno filio, & manentibus aliis: at non manet, vt denominat respectu illius filij mortui. Fundamentum sumi potest ex 5. phy. 66. & 8. phys. t. 79. vbi priuatio dicitur vnū numero cum materia, quare, vt materia respectu omnium formarum, est vna inuariabilis, ita, & priuatio.

4 *Priuatio remota non est vna numero, vel specie, sed genere. Proxima vere non potest esse simul, nisi vna, sed multiplex successiue.*

2. Opinio est dicentium priuationem remotam respectu omnium formarum non habere vnitatem propriè numericam, vel specificam, cum non sit in se quid distinctum, & determinatum, sed esse vnam quasi genericam, eo modo, quo genus abstractum à speciebus, dr habere remote, & indeterminate priuationem specierum, & differentiarum, quibus contrahi potest, nam sicut genus confusè, & indeterminate respicit species, & differentias, & nō magis vnam, quam aliam, ita, & materia respicit formas; atq; adeo dum illis caret, dicitur habere confusam quandam carentiam illarum. Secundo, hanc confusam priuationem, nec esse numero, nec specie vnam, vel distinctam, cum non sit in se determinata, sed posse dici vnam, quasi genere, quatenus omnes formæ, quæ negantur, pertinent ad vnum prædicamentum substantiæ. Vnde negant in materia esse plures priuationes distinctas genere, sed omnes esse eiusdem speciei. Tertio, docent in materia nō esse simul plures priuationes proximas, & distinctas secundum speciem, sed vnam tantum, sed habere plures successiuè, qa nō pōt simul materia esse disposita ad plures formas, at successiue potest, imò id de facto apparet contingere, ex continua generatione rerum. Quarto docent in materia non dari plures priuationes indiuiduas proximas simul, sicut non potest simul esse disposita ad plures numero formas, sed posse successiuè, tum quia sic potest disponi ad plures; tum quia in eadem materia possunt esse plura numero accidentia successiuè; siue propter diuersam agentium successionē. Et similiter in diuersis portionibus materiæ posſūt esse plures priuationes proximæ, quia de vnitate numerica priuationum philosophādum, ac de vnitate numerica accidentium, cū priuationes sint veluti accidentia materiæ, sed accidentia multiplicantur numero, ex diuersis subiectis.

In vnitate numerica priuationum debet attendi idem, ac in vnitate accidentium.

ART. III. Opinio Auctoris.

5 *Non est vna respectu omnium formarum.*

PRima Concl. Non est vna priuatio omniū formarum substantialium, vel accidentalium, quia priuatio excluditur à subiecto, non per quamlibet formam, sed per formam determinatam; ergo priuatio non respicit formas omnes indeterminate, sed determinate vnam. Neq; est simile de relatione, nam hæc non excluditur similiter per terminum, sed solum pendet à termino, quæ dependentia potest esse adæquata, & inadæquata; neq; est eadem ratio de natura materiæ, cum eadem materia maneat sub qualibet forma. Vnde potius sumitur ratio pro opposita sententia, quia priuatio non manet cum forma, quam respicit.

Spectata tota materia non in sunt illi priuationes specie, vel genere distincta, at sunt in singulis portionibus materiæ.

2. Concl. licet in tota materia non sint priuationes genere, & specie distinctæ, tamen in vna portione materiæ possunt esse genere, & specie distinctæ etiam vnitæ. Prima pars patet, quia probabile est in tota materia, etiam formas omnes substantiales, & accidentales, sicut verisimile est reperiri in vniuerso omnes species rerum, quæ sunt de integritate vniuersi.

2. Pars probatur, quia per aduersarios, distinctio, & vnitas specifica, & generica debet sumi ex formis, sed formæ, quæ possunt recipi in vna portione materiæ distinguuntur genere, vt formæ substantiales, & accidentales, & specie, vt forma equina, & leonina, ergo, & in ea sunt priuationes harum formarum.

6 Dices sicut genus est vnum, quod respicit indeterminate hanc, vel illam differētiam, vnde indeterminate dicat negationem huius, vel illius differentiæ, ita materia respicit formas, & dicit indeterminatè negationes formarum, atq; adeo non possunt habere vnitatem, & distinctionem specificam, vel genericam, quia hæ vnitates, & distinctiones supponunt determinationem.

Conuenientia, & discrimen inter materiam, & genus.

Resp. inter genus, & materiam esse aliquam similitudinem. 1. quoad respicientiam differētiarum, quod, sicut genus, vt vnum, respicit differentias indeterminate, ita vna materia; & sicut genus, diuisum actu contrahitur per plures differentias, ita, & materia secundum varias sui partes informatur actu pluribus formis, & sicut genus secūdū se habet negationes vtriusq; differentiæ, ita materia successiue habet negationes omnium formarum, & sicut genus continet confusè differētias, sed distinctè negationes earum, tamen differunt quoad multa, & præcipuè, quod eadem numero materia secūdum se respiciat plures formas sub simultate ex parte materiæ, non tamen ex parte formarū, quia simul formæ non possunt haberi, at genus idem numero existens cum vna differētia, non potest contrahi per oppositam differētiā. Ex quibus patet, hanc simultatem potius nobis fauere, quia confusio, & indeterminatio, quæ

est in

est in genere, non est quoad negationes differentiarum, nam has distinctè, & determinatè continet, sed quoad differentias, per quas potest contrahi, ita solum modo dicendum est de materia, quod contineat distinctè negationes formarum, & confusè ipsas formas.

QVAESTIO II.

An, & quomodo priuatio sit principium mutationis.

DVBITATIO I.

An priuatio sit principium

ART. I. *Explicatur sensus quaestionis.*

1 *Priuatio potest referri ad compositum & ad generationem.*

NOt. priuationem posse considerari esse principium, vel ratione compositi in facto esse, vel ratione compositi in fieri: conueniunt omnes priuationem esse principium per accidens respectu compositi in facto esse, quia principium per accidens dicitur, quod accidit principio per se, sed priuatio accidit materiæ, quæ est principium per se compositi in facto esse, cum compositum per se, componatur ex materia, & forma, quæ ratio licet à recentioribus magni fiat, non tamen habet vllam probabilitatem, quia dum materia componit, non est in materia priuatio, quare nullo modo est causa per accidens; quare melius dixit Aegid. lect. 17. duplici ex causa dici principium per accidens. Primo est principium per accidens compositi, quia priuatio ratione eius, quod dicit formaliter non est ratio essendi, cum sit non ens, at non ens, non potest esse ratio essendi; potest tamen ingredi compositum ratione subiecti, quod connotat, atquè adeo principiat illud ratione alterius.

Priuatio quomodo est causa p accidens compositi ex Aegidio.

Secundo, quia cum priuatio sit principium per se, respectu mutationis, & mutatio terminatur ad compositum, etiam priuatio dicitur principium per accidens compositi, id est per aliud, non tamen accipiendo per accidens, vt distinguitur contra contingens, sed vt distinguitur contra per se primo, quam rationem etiam tetigit Iand. 1. phy. q. 23. conc. 1. quia inquit, non manet in compositione rei; & Alb. tract. 3. c. 4. initio, & optime explicat Gratiadeus lect. 13. q. 1. Canon. q. 10. ar. 3. conc. 21.

Difficultas igitur manet respectu compositi in fieri, in qua est.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

2 *Negant antiqui priuationem esse principium.*

PRima sententia est antiquorum, qui non videntur agnouisse hoc principium, vt indicat Arist. 1. phy. 75. 78. 79. & docet Them. 1. phy. 79. & ibi Simplic. & isti tex. 80. Vnde Foxius in Thimæum Plat. & lib. de cõsensu Plat. & Arist. c. 7. docet Arist. primum omnium posuisse priuationem. Ad hanc accedit Mars. 1. phy. q. 21. §. quantum ad secundum, vbi negat

A esse principium mutationis instantaneæ, quod principium sit simul cum principiato; at priuatio non potest esse simul cum hac mutatione, quia quando est priuatio, non existit mutatio, & è contra quando existit mutatio, cum hæc sit simul cum forma, non est priuatio: concedit tamen esse principium respectu mutationis diuisibilis; nam illi subijcitur materia, quæ partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem.

Priuatio nõ est principium mutationis instãtaneæ ex Mars. sed mutationis successiuæ.

3 *Alij esse principium per accidens.*

Secunda est dicentium esse principium, sed per accidens, quia requiritur tantum, vt dispositio materiæ, necessaria tamen, ideo non debet dici pure per accidens, quia quod est pure per accidens nõ est necessarium 10. met. 26. 8. phy. 36. 1. post. 35. 5. met. c. de eodem, & c. de accidente. ita Iand. 1. phy. q. 18. & 23. & Alb tract. 3. c. 9. quia hac ratione putat Arist. dixisse materiam, & priuationem esse vnum numero in ratione principij, sed duo secundum speciem, nam ideo priuatio numeratur principiũ, quia est ratio materiæ, vt subijciatur motui, & mihi videtur fuisse Och. 1. p. phy. c. 11. licet satis obscure loquatur, tamen videtur velle requiri priuationem, vt dispositionẽ materiæ, & c. 13. ad vltimum videtur Mars. q. 21. §. sed dubitatur, vbi assignat duas causas necessitatis ponendi hanc priuationem. Primam propter antiquos ponentes in materia latentiam formarum & quoddam esse imperfectum illarum; quare ad signandum nihil formæ præexistere in materia, docet ibi esse priuationem formarum. Alteram ex parte materiæ; quia cum quælibet res appetat sui perpetuitatem, vt patet ex inclinatione rerum ad propria loca; & res corruptibiles nequeant perpetuari in indiuiduo, ac possint perpetuari in specie; ideo ponenda est natura aliqua appetens perpetuam generationem; hæc autem est materia: at hæc non appetit transmutationem, nisi habeat priuationem formę, ad quam transmutanda est.

B

Och.

Mars.

C

4 *Alij esse principium per se.*

Tertia est dicentium esse principium per se generationis, licet per accidens rei genitæ. ita Ferr. q. 10. licet 3. cont. gent. c. 14. absolutè D vocet principium per accidens. Venetus 1. phy. 65. & 68 & in sum. c. 6. Them. q. 17. & 18. Aegid. lect. 17. in tex. 77. Sax. q. 12. qui dicit esse principium extrinsecum respectu mutationis acquisitæ Colon. in tex. 56. Gratiad. lect. 16 q. 2. & 3. vbi ait esse per se principium fieri ratione, sui licet dicatur per accidens respectu ipsius rei, etiam in fieri, quia eadem sunt principia rei in essendo, & in fieri. Achil. 1. de elem. d. 28. Georg. q. 5. principia rerum naturalium sint contraria de prima, & 2. Canon. q. 10. ar. 3.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

5 *Est principium per se generationis.*

E PRima Concl. priuatio est per se principium generationis, sed rei, vt est in fieri Prob. ex tex. 44. 47. & 64. Omne quod fit ex contrario fit, & 53. 56. 65. 69. tria constituit principia. Ratio prima ex Can. in omni mutatione necessario requiruntur duo termini oppositi, sed hi non possunt esse, nisi priuatio, & forma, ergo.

Maior patet, quia quod fit non est; ergo, debet in mutatione, non esse, præcedere esse. Probatur minor. quia materia non opponitur formæ, neq; priuationi, cum sit sub vtroq; extremo. Neque apparet quid aliud esse possit, nisi priuatio, nam forma positiua non potest esse ꝑ se principium, cum possit vna forma produci, & si variæ sint formæ, quæ expelluntur, at priuatio semper requiritur.

Et Confirm. quia reperitur productio alterius formæ, cui nihil opponitur formæ positiuæ, vt productio luminis.

Gratiad.

Confirm. 2. ex Gratiadeo, quia de ratione trãsmutationis est actus imperfectus, & de huius ratione est carentia perfectionis; ergo, &c. Vnde dixi: Auer. rem in fieri includere, vt partem sui non ens, nam generatio est illa via, quæ ex non ente, & ente conflatur.

Non habet solā rationem dispositionis,

Ex his colligitur primo non esse principiũ solum, vt dispositio, quia deberent etiam poni aliæ dispositiones, neq; deberet numerari, vt distinctum principium, sed esset cõditio principii naturalis.

Confirm. quia habet distinctam rationem principiandi à materia; ergo.

Secundo æquè esse principium, ac alia, quia ingreditur definitionem mutationis, vt alia, & habet distinctam rationẽ principiandi, vt alia.

Sed contra hanc Conc. Obiic. 1. nam Arist. 1. phy. 65. ait. solum materiam, & formam esse principium per se eorum, quæ fiunt. & 66. ait differre materiam à priuatione, quia ex materia fit aliquid per se, at ex priuatione per accidens. Neque dices loqui respectu rei in facto esse. nam in 1. phy. inuestigat principia rerum in fieri, & dicit esse per se duo, per accidens tria, & tex. 68. concludit, quot sint principia rerum naturalium, & quo nam modo sint tot, satis iam explicauimus.

Et Confirm. quia tex. 81. probat esse necessarium principium, quia est id, quo materia appetit formam.

6 Resp. Auer. & Simpl. Burl. & alii illis textibus, dicunt esse principium per accidens necessarium, quatenus accidit materiæ, quæ est principium per se, Vnde Auer. tex. 74. expresse dicit esse principium per accidens generationis. mihi vero videtur posse exponi. Primo de principiis rei in facto esse, nam tex. 65. videtur considerare materiam, vt partem, in quam resoluitur cõpositum, & hac ratione dicit deinde esse principium per se. Secundo posse exponi de priuatione respectu generationis, nã priuatio duplici ratione concurrit ad generationem. Primo, vt disponit materiam, & hac ratione dicit esse principium per accidens. Secundo, vt terminus à quo, & hac ratione, cum non dum egisset de motu noluit aliquid dicere expresse, sed tantum inuit, præsertim, cũ nõ fuerit cognita priuatio ab antiquis 1. phy. 79. Vel tertio dicitur principium per accidẽs, quia non per se intenditur à generatione, sed per accidens.

Exponitur, cur priuatio dicatur principium per accidens.

Sed contra obiicitur cur dispositiones aliæ non numerantur, vt principia per accidens.

Cur aliæ dispositiones materiæ non dicantur principia.

A Resp. aliqui, quia priuatio magis se tenet ex parte formæ, vnde tex. 68. dixit Arist. formam sufficere quodammodo, nam sui præsentia, & absentia facit mutationem.

Alii Resp. quia aliæ dispositiones non habẽt aliam rationem principii, & ab omnibus conceditur; vt igitur Arist. viam sibi sterneret ad naturam huius principii asserendam, numerauit potius, quàm cæteras dispositiones.

2. Obiicitur, priuatio, vel est nihil, & non potest esse principium transmutationis naturalis, quia non potest influere in illam; vel ens rationis, & cum transmutatio sit ens reale dicitur habere principia à parte rei.

Resp. secundæ obiectioni.

Non ens quomodo sit principium entis.

Resp. esse per se non ens, sed denominatiuè existere, & esse ens remotiuum, non tamen B esse purum nihil. ex quo patet non ens esse posse principium entis, vt terminus à quo, nam ens commensurari potest non enti ratione ipsius fieri, cum debeat transire de nõ esse ad esse. Neque principium est nobilius principiato, nisi de causa efficiente æquiuoca, & principali; nam materia, vel forma non est nobilior composito, licet si consideretur ratio principii in communi, perfectior sit, quàm principiati; tamẽ entitas deinde, super qua fundatur illa ratio, non semper est nobilior, nisi permissiuè. Neq; priuatio dicitur principium ratione influxus, vt benè probat argumentum, neq; ratione solius prioritatis, & ordinis secundum locum, C vel tempus, & similia; quia hæc ratio principij inueniri potest in quolibet genere cõpositionis, vel successionis, sed ratione habitudinis ꝑ se, & necessariæ, quam generatio includit ad priuationem, cum sit essentialiter transitus de non esse ad esse; vnde necessariò supponit priuationem, & ex illa per se, & necessariò fit.

3. Obijc. quod accidit principijs per se, est per accidens 1. phy 74. & 2. phy. 33. sic est priuatio 1. phy 79. ergo. 7

Confirm. 6. phy. 41. 83. & 91. docet dari mutationem inter contradictoria, & contradictorium supponit subiectum.

Resp 3. obiect.

Resp. quod accidit principio per se, & non D habet aliam rationem principiandi, ita est; sed non sic est priuatio, nam est terminus à quo.

Cur mutatio dicatur esse inter terminos cõtradictorios.

Ad Confirm. Resp. ibi Arist. vult assignare differentiam inter mutationem instantaneam, & successiuam, nam in hac supponitur forma positiue opposita, at non sic in illa, ideo vocat terminos oppositos cõtradictoriè, vt ibi Auer. D. Tho. Burl. Aegid. & alij, non tamen intelligit veram contradictionem, sed latè sumptã, nam in priuatione includitur etiam negatio 10. met. 15. vbi vocat contrarietatem esse priuationem, quod debet intelligi non formaliter, sed materialiter, quia vbi est oppositio contrarietatis, est etiam oppositio priuatiua.

E 4. Obijc. sicut materia est priuata forma, ita forma priuatur materia; ergo deberent poni duæ priuationes.

Confirm. quia eadem sunt principia rei in facto esse, & in fieri.

Resp. 4. obiect.

Resp. formam non dici priuari materia, vel quia nõ existit, nisi cum materia, vt formæ materiales,

teriales,& anima rõnalis non prius existit, quã sit in materia, vt alibi dicetur, & licet existat post corruptionem compositi, non tamen dicetur priuari, quia priuatio est rei, vnde perficitur, at forma potius perficit, quàm perficiatur à materia, & preterea etiam si dici possit priuari, non tamen illa priuatio dicetur principium mutationis naturalis, tum quia non potest redire per potentiam naturalem; tùm quia intelligi potest mutatio sine illa priuatione, sufficit enim intelligere priuationem in ea re, quæ transit de vno esse ad aliud. Hoc autem est subiectum, quod recipit vtrumq; oppositũ.

Cur negatio materiæ existẽtis forma nõ sit principium.

Ad Confirm. Resp. negando consequentiã, nam licet illa, quæ sunt in facto esse debeant esse in fieri, non tamen contra.

8 5. Obijc. si Deus produceret ab æterno aerem, & luminosum hoc ab æterno illuminaret aerem, quare esset mutatio sine priuatione, nã non potest dici esse prius natura, quia quando sunt formæ incompossibiles in eodem subiecto, si vna est prius natura, altera in subiecto necessario, debet esse prius duratione, quia in eodem instanti durationis esse non possunt simul; sed sic est priuatio.

Resp. ibi non esse mutationem, sed productionẽ, sine mutatione subiecti; quia mutatio supponit subiectum transire de vno esse ad aliud: at ibi cum subiectum sit simul cum forma, non est hic transitus; nam transitus dicit successionem vnius post aliud.

9 2. Concl. Priuatio, quæ est principium, nõ est remota, sed proxima. Probatur; quia cum in materia sint omnium formarum remote priuationes; neque sit maior ratio, cur per vnam magis, quam per aliam concurrat ad mutationem; cum id, quod est in se indifferens, & indeterminatum, non possit concurrere ad determinatum effectum; nisi sit determinatum; vel à se ipso, vt in agentibus liberis; vel ab alio, vt in necessarijs: hinc fit vt materia cõcurrens ad mutationem debeat determinari: at hæc determinatio fit per dispositiones vni formæ proportionatas; ergo priuatio necessaria ad mutationem est in materia, vt disposita; at hæc est proxima, & vnica; ergo.

Priuatio proxima est principium, non remota.

Neque video, quod contra illam possit obijci, nisi casum miraculosum. f. si Deus produceret in materia formam absque dispositionibus tunc. n. esset transmutatio sine proxima priuatione.

Sed Resp. 1. nos loqui de mutatione, quæ fit secundum concursum naturalem.

Resp. in casu posito, etiamsi ibi non sit priuatio proxima, ex determinatione dispositionum, tamen est proxima ex intentione agentis, quia non producit formam in materia, vt in hac sunt priuationes aliarum formarum, sed huius tantum.

3. Concl. Priuatio est principium etiam respectu mutationis instantaneæ. Est contra Marsilium; quia in omni mutatione est transitus de non esse ad esse: & falsò supponitur, principium omne debere coexistere cũ principiato, vt patet in causa finali, quæ nõ coexistit,

Est principium mutationis instantanea.

A sed subsequitur secundum realem existentiam ad principiatum: neq; omnis habitudo requirit coexistentiam extremorum, vt patet in habitudine prioritatis, & posterioritatis inter res successiuas: quod multo minus est necessarium in habitudine termini à quo,& ad quem; quia propter vtriusque oppositionem non possunt habere simultatem; vnde necessario terminus à quo præcedere debet terminum ad quem. Et idem patet in habitudine trãscendentali, quæ est inter terminos iuxta exigentiã illorũ.

DVBITATIO II.

Qua ratione principium prædicetur de priuatione, & alijs principijs mutationis.

B

1 SVnt ex recentioribus, qui dicunt vniuocè prædicari. Mihi autem nunquam potuit probari; quare existimo analogice dici analogia proportionalitatis, ità, vt ratio principij, quę est in priuatione sit omnino distincta à ratione principij aliorum, nam eius concursus est, tanquam terminus à quo, cuius principij proprietates sunt. Prima, vt quando est principiatum ipsum non sit. Secunda, vt ab eo originem ducat principiatum, atque adeo debet præfuisse terminus à quo, quod non bene explicatur exemplo punctorum respectu lineæ, quia punctum, licet non ingrediatur compositionem puncti, tamen remanet in linea.

Principiũ analogicè dicitur de priuatione, & alijs.

C Tùm quia priuatio non dicitur principium compositi, & ideo non dicitur componere ipsum in suo esse, sed dicitur principium transmutationis, & ideo, vt ait Gratiadeus est de constituentibus transmutationem, nam sunt de essentia trãsmutationis, vnde licet causæ sint quatuor, tamen principia dicuntur tria, quia quæruntur principia intrinseca mutationis.

DVBITATIO III.

Quando Priuatio dicitur principiare mutationem.

D

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 PRima opinio est dicẽtium, principiare, quãdo non est ipsa priuatio, nam non potest intelligi actualis principiatio, nisi sit actuale principiatum, sed quando est principiatum nõ est priuatio, nam accedẽte habitu recedit priuatio.

Priuatio principiat quando nõ est. ex Hur.

Confirm. quia terminus à quo nõ potest esse simul cum termino ad quẽ, sed terminus ad quem est ipsum principiatum; ergo quando est principiatum non est terminus à quo. ita recentiores, Hurtad. disp. 3. phy. sect. 2. & alii.

E 2. Opinio est dicentium, principiare quando est ipsa priuatio. Hi tamen diuisi sunt; nam alij dicunt principiare dum ipsa est, & tunc nõ esse principiatum, nam tunc subiectum est priuatum forma, quam immediatè post habebit, quia hæc propositio (priuatio est principium) æquiualet huic de futuro (principiatum im-

Priuatio principiat quando est.

 mediate

mediate post erit, ex vi priuationis) & hac ratione, putat dici principium per accidens, quia illa propositio non est vera (quādo principiatum est) Neq; est absurdum esse principium non entis. ità Och. 1.p.phy.cap. 13.& eandem videtur sequi Sax. q.13. ad 8.& Ferr.q.10.cōc. 1. & ad 2.

Och. Sax. Ferr.

Priuatio est simul cum forma principiata.

Alij vero dicunt, priuationem principiare dum est ipsa forma, & tūc simul in instanti tēporis esse priuationem, & formam, sed in diuersis signis naturæ. ità Trombetta lib. 1. formalitatum ar.4. de prioritate naturæ c.19. quia generatio est habitudo inter terminum à quo, & ad quem; ergo non potest esse sine suis terminis à quo, & ad quem, quia habitudo non potest esse sine suis terminis.

Confirm. quia si Deus crearet subiectum vltimate dispositum ad ignem, & igni esset applicatū, tunc in instāti ibi produceretur ignis, at non posset produci sine priuatione existente in materia; ergo in eodem instanti esset priuatio, & forma ignis.

ART. II. Opinio Auctoris.

2

Probabile est principiare quādo est.

PRima Concl. probabile est, priuationem tunc actu principiare, quando existit.

Prob. 1. actualis ratio principiandi non potest existere, nisi in subiecto iam existenti, quia est accidens commune, quod non conuenit, neq; potest intelligi conuenire, nisi subiecto existenti, & hoc non solum conuenit enti reali; sed etiam enti abusiuo, nam in quo intelligitur existere ratio principiandi priuationis, si non existit priuatio, quæ est subiectum. Secundo ratio principiandi priuationis est, vt terminus à quo; ergo tunc principiat, quando est terminus à quo, sed est terminus à quo quando existit, vt ex eo incipiat res principiata.

Confirm. 1. quia ratio principiandi termini à quo, est, vt præcedat terminum ad quem; ergo tunc terminus à quo principiat, quando non est terminus ad quem. Antecedens patet, tum ex ratione generali, quia omne principiū debet esse prius principiato, non solum dum est principium in potentia, sed etiam dum est sub actuali ratione principiandi. Tum ex ratione speciali principij, vt est terminus à quo, qui cum non possit esse simul cum termino ad quem, qui habet rationem principiati, necessario debet esse prius, nam constat, non posse esse posterius.

Ex hac conclusione patet; rationem principiandi conuenire priuationi immediatè antequam existat mutatio, quia agens transmutat materiam, in qua non est formā, atq; adeo in ea, existit priuatio formæ, vt illam tollat, & inducat formam; ergo prius natura intelligitur priuatio, vt terminus à quo esse in materia, quā sit mutatio. Dubium esse posset, an dum existit mutatio existat priuatio; & quidē in mutationibus successiuis non est tanta difficultas, nam facilè dici posset, toto tempore, quo existit motus coexistere priuationem, sed cū existit forma, vt terminus motus, tunc recedere

3

An dum existit mutatio existat priuatio.

A priuationem, nam priuatio nō opponitur motui, sed formæ: quare difficultas est de mutatione instantanea, quia hæc est in eodem instanti temporis cum forma, licet præcedat natura; & dico respectu huius priuationem, non esse simul in eodem instanti temporis, quia instans, in quo est mutatio, est etiam intrinsecum formæ, quare debet esse extrinsecum priuationi, idest, vt nō sit priuatio, sed īmediate antefuerit.

Sed contra primo, quia impossibile est intelligere actualem rationem principiandi, nisi intelligatur esse actu principiatum, dependens à principio; ergo tūc priuatio actualiter principiat quando est actu principiatum; sed tunc ipsa non est, vt diximus; ergo actu principiat, quando non est.

B Confirm. nam si toto tempore præcedente mutatio suo modo concurrit; ergo debet esse id, quod recipit illud concursum, sed nihil potest esse; ergo non concurrit.

Confirm. 2. quia ratio principiandi, vt terminus à quo, est, vt derelinquatur, atq; adeo nō sit quando est principiatum; ergo principiat quando non est.

2. Conc. probabilius est, priuationem actu principiare quando non est. Patet ex argumētis paulo ante factis; & modus defendendi est; vt dicant actualem principiationem recipi in re principiata, denominare tamen priuationē, sicut actio recipitur in materia, tamen non denominat materiam, sed agens. Et ratio termini à quo, est, vt præcedat quoad existentiam sui, non tamē quoad existentiam rationis principiandi, nam hæc existit in ipso principiato. Sed quia probabilis est prima conclusio, respondetur ad argumenta.

Probabilius est pricipiare quādo non existit.

C

Respondetur argumentis pro prima cōclusione.

Ad primum, rationem principiandi priuationis, & aliorum esse valde æquiuocam, nam ratio aliorum est, vt sit cum ipso principiato, nam habent realem concursum ad rem principiatam; at priuatio nullum realem concursū ex se ipsa fundit, sed tantum est conditio necessario requisita, adhoc, vt materia mutetur, vel vt aliud producatur sine materia, requiritur negatio, tanquam terminus, à quo agens incipit actionem; quare natura ipsius est, vt immediate ante præcedat; neq; habet aliam rationem principiandi, quàm vt præcedat actionem agentis, & mutationem ex quo patet actualem rationem principiandi ipsius non sit coexistere cum re principiata, sed vt immediate post illam sequatur principiatum.

Cur ad hanc rationem principij nō exigatur existentia.

D

Ad Confirm. Resp. non toto tempore principiare, sed immediate ante mutationē ipsam.

Ad 2. Confirm. Resp. hoc confirmare nostram sententiam, nam cum debeat derelinqui, quando est principiatum; sequitur ipsam non esse, quando est principiatum, sed vt immediate ante præcesserit ipsa, & sui ratio principiādi, nam de ratione principij, vt termini à quo, est, vt præcedat principiatum.

E

Dices per quam rationem principiat.

Resp. principiare per suum esse impediate præcedens mutationem, atq; adeo immediate

præcedens

præcedens sui principiatum. Vnde falluntur, qui putant, principiare per esse formæ, ex eo, A quod principiat quando non est: at inquiunt non esse ipsius, est esse formæ: quia aliud est quærere quando principiat, & cõceditur principiare quando ipsa non est, sed forma illi opposita, est. Aliud est quærere per quid principiet; & hoc dicimus esse non negationem ipsius, sed positionem ipsius, cum de natura priuationis ipsius immediate tamen præcedentis, nõ hoc sit de ratione priuationis termini à quo, vt præcesserit per suam virtutem, & non sit quando ipsa principiat.

3. Concl. Priuatio non principiat coexistẽdo cum mutatione, quæ principiatur; quia B quando est mutatio, est forma, qua terminatur mutatio; sed priuatio non potest esse compossibilis cum forma in eodem instanti durationis; ergo non potest principiare mutationem, coexistendo mutationi. Minor probatur, quia opposita priuatiuè includunt eadem extrema, quæ opposita contradictoriè, & solum differũt per aptitudinem subiecti connotatam, vel non connotatam, vt patet ex dictis; at opposita cõtradictoria non sunt compossibilia ex rationibus formalibus extremorum; ergo habent eã- C dem incompossibilitatem respectu subiectorũ, quibus conueniunt; non .n. inter visum, & non visum est incompossibilitas ex subiecto, vel aptitudine, quam dicit negatio visus inclusa in cęcitate, quæ est priuatio; nam tam subiectum, quam aptitudo stare potest cum visu, & cum negatione visus.

Non principiat coexistendo cũ re principiata.

Confir. 1. quia aliter, periret illud principium, quod impossibile sit idem simul esse, & non esse.

Confir. 2. quia si cõtraria repugnant ex suis D rationibus formalibus, vt patet ex eorum definitione, multò magis priuatiuè opposita, quia hæc habent maiorem repugnantiam.

Resp. hanc repugnantiam esse quidem similem inter extrema opposita contradictorie, & priuatiuè; sed non esse pro eodem instãti temporis. Sed contra, quia mensura contradictoriorum est simultas durationis, quia hæc consequitur existentiam; repugnantia autem illorum est secundum existentiam; vnde si vnius existẽtia est in tempore, repugnat oppositi extremi existentiam esse in eodem tempore; & si vnius est in instanti, & alterius existentia repugnat esse in eodem instanti: neque obstat, quod in eo- A dem instanti temporis sunt plura instantia naturæ: tùm quia ex Mayr. 3. d. 3. per instantia naturæ instans temporis non diuiditur; nam sicut indiuisibile secundum quantitatem, non potest fieri diuisibile secundum eandem; ita indiuisibile secundum durationem non potest fieri diuisibilis secundum eandem; neque .n. punctum diuiditur, quando dicitur esse principium vnius, & finis alterius, sed solũ fundat diuersos respectus compossibiles ad diuersa extrema: at incompossibilitas oppositorum, vt B diximus attẽditur pænes eandem durationem; tũ qa signa naturæ nõ mẽsurãt existẽtiã sm̃ durationẽ, sed sm̃ dependentiam, vel independentiam; vnde dicuntur esse instantia à quo, & non in quo. Et hinc infert Scotus, in vno instanti durationis posse esse plura signa naturæ; quia in eodem instanti durationis, quo causa producens dicitur esse prior natura effectu, procedens dicitur posterior natura.

Contradictoria referuntur ad instans durationis.

Dices: contradictoria referuntur, non tantũ ad instantia durationis, sed etiam ad signa naturæ; vt v.g. in his, Homo est rationalis in primo C modo per se, .i. in primo signo naturæ; & non est rationalis in secundo modo per se, idest in secundo signo; contra vero, est risibilis in secundo, & non primo: ergo in eodem instanti temporis sunt vera contradictoria propter diuersitatem signorum naturæ. Resp. ibi extrema nõ esse contradictoria, quia non enunciatur connexio extremorum simpliciter; nã sic repugnarent esse in eodem instanti durationis etiam secundum diuersa signa naturæ; vt si simpliciter diceretur homo esse, & non esse rationalis in D eodem instanti durationis: sed enunciatur varius modus connexionis, qua ratione non contradicunt. Et addit Scot. quodl. 4. ante §. (aliter Resp.) quando duo comparantur ad aliquid, cui conuenire possunt; nequeunt simul conuenire affirmatio, & negatio; vt v.g. si album conuenit ipsi C. pro A. non potest eadem C. conuenire pro A. non album.

Deniq; probatur; quia plus repugnant contradictoria, quam disparata; sed repugnat idem indiuiduum simul esse essentialiter sub diuersis speciebus; vt v. gr. magis repugnant ignis, & non ignis, quam ignis, & aqua.

IN SECVNDVM LIBRVM DE PHYSICO AVDITV TEXTVS EXPLICATIO, ET DISPVTATIONES

AVCTORE

P. BARTHOLOMAEO AMICO SOCIETATIS IESV.

Diuidit hunc librum Auer. in quatuor partes.

A tex. primo ad 16. ſcribit Ariſt. de natura, & quot modis ea dicatur.

A tex. 16. ad 27. legitur quantùm differat Philoſophus, & Metaphyſicus.

A tex. 27. ad 75. agitur de cauſis, & modis cauſarum.

A tex. 75. vſque ad finem docet omne agens agere propter finem.

BREVIS EXPOSITIO Textus.

CAPVT PRIMVM.

Quid ſit materia.

TEXTV primo, vt inueſtiget definitionem naturæ diuidit ea, quæ ſunt .i. compoſita. vt placet Tolet., in ea, quæ ſunt à natura. & ea, quæ ab alijs cauſis .ſ. mente, electione, caſu, & fortuna, vt Toletus ex ſententia Themiſt j, de qua Vicomercatus hic: naturalia ſunt, animalia, & partes ipſorum, quia etiam ſunt à natura, & plantæ, & ſimplicia corpora, vt aqua, terra, &c. nam hæc, & huiuſmodi à natura eſſe dicimus: nam omnia hęc differunt ab ijs, quæ non ſunt à natura; nam quæ ſunt à natura omnia videntur habere in ſeipſis principium motus, & quietis, alia ſecundum locũ, alia ſecundum augmentum, & decrementum, alia ſecundum alterationem, quorum motuum diſtinctio non ita traditur, vt cui conuenit vnus non poſsit alter conuenire, vt contra Themiſtiũ putauit Simpl. & refert Tolet. nã vni poſſunt plures conuenire. Quare colligitur: quæ non ſunt à natura non habere in ſe principium motus, quod t. 2. probat: nam lectus, & indumentum, vel ſi quod eſt aliud tale genus .ſ. artefactum, quatenus ſortitum eſt prædicationem vnamquamq; .i. vnumquodq; e habent propriam nuncupationem, quod ab arte proficiſcitur, non habent principium innatum, vel intrinſecum mutationis: quia .ſ. ab extrinſeco sũt, nempè ab arte: quod ſi habent aliquem motum v. g. localem, vel alium, is accidit illis quatenus lapidea ſunt, aut terrea, aut mixta, vel quatenus entia naturalia ſunt.

B Ex his tex. 3. colligit definitionem naturæ, naturam eſſe principium aliquod, vel eſſe, & cauſam mouendi, & quieſcendi (ſeu mouere, & quieſcere, ſeu eius, quod mouetur, & quieſcit) eius in quo eſt ſcilicet motus, quia .ſ. principium debet eſſe intrinſecum rei motæ: primum, vt excludatur inſtrumentale, quia debet eſſe principale: Alij dicunt primum, ideſt immediatum, vt Auic. & Lincon. apud Burl. per ſe & non ſecũdum accidens, & hanc particulam explicat: nam licet aliquando

C cõtingat aliquem motum fieri in ſubiecto à principio intrinſeco, non tamen eſt naturalis; quia per accidens coniungitur in eodem ſubiecto: vt medicus eſt ſibi cauſa ſanitatis, ſed non quatenus ſanatur medicinam habet, ſed accidit eundem medicum eſſe, & ſanari. Cuius ſignum, quia aliquando ſeparantur, & idem dicitur de vnoquoq; aliorum, quæ fiunt, ideſt artefactis: nam effectio ad artem

perti-

pertinet: nam nullum eorum habet in se principium effectionis: nam alia habent in alijs, vel extrinsecum, vt domus, quæ numquam potest seipsã efficere, quod idem omnibus, quæ manibus fiunt, & alia, & si habent principium motus in se, sed non secundum seipsa, sed secundum accidens, vt sunt, quæcunq. sunt causæ sibi ipsis secundum accidens. Ex his patet naturam esse id, quod dictum est. Vbi Not. ex Vicom. at Auer. hic non excludi artem saluandi, vel musicam: nam hæc necessariò requiruntur in eodem subiecto, in quo est motus; quare putat Vicom. esse à natura hos motus; sequitur Auer. Burl Not. 5.

In tex. 4 explicat quid sit habens naturam, & ait esse, quæcunque habent hoc principium .s. intrinsecum motus. Hæc autem omnia .s. habentia naturam sunt substantia .i. composita, vt explicat Themist. nam cum natura semper est subiectum quoddam i. materia, & in subiecto .i. forma, ideò habentia naturam sunt composita substantialia, vel vt explicat Vicom. quia habens naturã est subiectum, quia naturæ subijcitur, & natura est in subiecto, natura est in eo, in quo est principium motus, &c.

In tex. 5. explicat, quæ dicantur secundum naturam, hæc .i. composita, & quæ his insunt per se, vt igni ferri sursum: nam hoc vel ferri sursum nõ est natura, neq habens naturam, sed à natura, & secundum naturam: quare tex. 6. colligit, dictum esse quod sit natura, & quid sit id, quod est à natura, & secundum naturam. quod autem sit natura ridiculum tentare demonstrare: nam patet multa reperiri huiusmodi .s. naturalia entia: sed ostendere manifesta per immanifesta est imbecillis intellectus, non potentis quod est notum ex se, & quod ignotum, neq. mirum est posse aliquem hoc pati .s. ostendere manifesta per manifesta: nam cæcus à natiuitate potest syllogizare de coloribus; quare is necessariò de nominibus disputaret, nihil tamen intelligeret. Sic etiam illi tales nomina tantum cognoscerent.

Difficultates Textuales.

Prima difficultas: quomodo principium motus secundum locum dicatur de suis inferioribus.

Resp. Auer. dici æquiuocè, quia elementa, & animata habent in se principium actiuum suorum motuum; At corpus cœleste non habet circumscripto motore; Imo nec propriè habet passiuum, quia cum sit simplex ipsum secundũ se totum est principium passiuum motus; Vnde potius est natura, quam habens naturam: sed hæc ratio supponit falsum, quia cœlum componitur ex materia, & forma, vt alibi.

2. Probat Burl. quia elementis conuenit motus rectus, animalibus progressiuus, & cœlo circularis; qui sicut conueniunt æquiuocè, ita, & eorum principia: sed fallitur, tum quia illi motus conueniunt vniuocè; tum quia etiamsi illi æquiuoce conuenirent, tamen principia eorum possunt conuenire vniuocè; quare ego Resp. nõ conuenire æquiuocè, cum sit aliqua conuenientia in re significata, vt patet: quia licet principium passiuum, & actiuum motus differant secundum genus principiandi; non tamen secũdum genus prædicamentale.

2. Difficultas: quomodo accipiatur alteratio, cuius principium ait esse naturam?

Resp. accipi largè, vt significat quamlibet transmutationem, etiam in substantiam ex Auer. & Burl. Et Piccol. putat accipi propriè; nec tamen est diminutus omittendo generationem: siue quia antiqui negabant illam, neq; adhuc illam probauerat, siue quia nemo habet principium intrinsecum, per quod generetur; quia nihil potest seipsum generare.

3. Difficultas, an omnia entia naturalia debeant habere in se principia omnium motuum?

Resp. 1. necessariò debere habere aliquod principium, siue actiuum, siue passiuum alicuius motus.

Resp. 2. non esse necessarium habere vtrũq; vt patet in cœlo secundum Arist. 3. neq; omnium motuum: nam corpora homogenea, siue simplicia, siue mixta non habent in se principium actiuum alterationis, siue secũdum substantiam, siue secundum qualitatem. licet aliquando habeant per accidens, vt quando aer est condensatus, vltra naturalem suam dispositionem, se reducit ad conuenientem sibi raritatem; sed hoc est per accidens, quatenus .s. se reducit ad locum sibi conuenientem. Ex quo patet optimè ab Auic. Primo suæ sufficientiæ concedi aquam calefactam se reducere ad suã frigiditatem, quia non potest à continente, quod est sæpè minus frigidum, neq; ex eo, quod aqua est subiectum magis aptum recipere frigiditatem, fit vt efficiens possit vltra suas vires, quia ad intensionem, præter subiecti concursum, requiritur etiam cõcursus causæ efficientis; Mixta tamen æterogenea habent in se principium non solum passiuum, sed etiam actiuum alterationis, sicut etiam animata habent in se actu principium augmentationis; quare satis est habere principium illius motus, quo aptum est moueri.

Resp. 4. necessariò omnia habere principiũ passiuum motus localis: quia omnia corpora naturalia sunt mobilia localiter solum difficultas potest esse de cœlo empyreo, de quo infra; Imò omnia habent, vel sunt principium passiuum suorum motuum. Vt Burl. t. 1. & 7.

Dices si passiuum sufficit, vt motus sit naturalis; tunc motus violentus esset naturalis, quia adest principium passiuum.

Resp. Burl. non sufficere passiuum remotum, qualis est materia prima, sed requiri proximum, quod dicit materiam primam cum forma inclinante ad talem motum, cuiusmodi non est in corpore moto violenter.

Neq. grauitas est ita principium actiuum, vt non sit passiuum: quia totum graue mouetur, & descensus est illi naturalis ratione grauitatis, non quatenus est actiuum, sed quatenus passiuum; sicut de ratione naturæ non est vt illud principium, in quo est moueat, sed vt moueatur, vel quiescat, ita de ratione principij à quo sumitur naturalis motus non est in quo est sit actiuum motus, sed sit potius passiuum.

Confirm. quia descensus est naturalis grani

à quo-

à quocunq; sit motore, siue intrinseco, siue extrinseco: quia semper est secundum propriam inclinationem, sed de hac re in quæstionibus dicemus. Nam Piccol. putat hic loqui de principio efficiente cum inclinatione sequente formam.

4. Difficultas: cur Arist. loquens de ijs, quæ sunt à natura explicat, vt animalia, & partes, non sic autem explicans de alijs?

Resp. Piccol. quia loquitur de natura in ordine ad motum; At proprium est partium animalium habere motum distinctum à motu totius; At obstant motus, quem habent epicicli in cœlo; Sed Resp. Arist. hic non loqui formaliter, nisi de corporibus naturalibus, corruptibilibus: quia non dum constat qualis sit natura cœlorum, licet de hac etiam virtualiter loquatur, quatenus definitio naturæ potest etiam illis applicari, vt infra.

5. Difficultas: An motus aliquando dicatur secundum naturam?

Affirmat Piccol. ex 8. phys. tex. 27. neq. dicitur naturalis; quia est à principio, siue cognitione, sed cum cognitione. Hinc fit motum, qui conuenit homini esse naturalem, vt pendet à phantasia, & appetitu: quia hæ potentiæ pertinent ad animam, vt est natura, sed non esse naturalem, vt est à mente, sed dicitur motus supra naturalis; Addit tamen à mente non esse motum secundum substantiam, sed secundũ dispositionem, & ordinem, vt patet ex saltatione, qui diuersa ratione dicitur physicus, artificialis, & rationalis, sed de hac re nos infra.

6. Difficultas, qua ratione tex. 2. artificialia dicantur carere principio mutationis innato, cum figura acuta sit principium mouendi, & lata quiescendi, & horologium non nisi ab arte moueatur.

Resp. tex. 2. artificialia, vt sic, id est, vt sunt ab arte non habere principium intrinsecum motus, sed materialiter, id est, vt sunt lapidea, vel lignea, &c.

Resp. 2. ex Burl. D. Thom. & Iand. q. 2. artificialia, vt sic non habere principium motus, id est secundum substantiam, sed secundam qualitatem, & modificationem motus, vt citius, vel tardius fiat: nam ex figura quacumq; impressa corpori, præcisa virtute motiua grauitatis, &c. non fieret motus, & hinc dicitur artificiale habere per accidens, nõ per se principium motus.

At Simpl. & Tataret. dicunt habere principium motus extrinsecum, non intrinsecum.

7. Difficultas: An artificialia differant à parte rei à naturalibus.

De hac fusè Burl. & Venet. hic t. 2.

Resp. Latini cum Burl. differre à parte rei ex Arist. hic tex. 2. Vbi ait: naturalia, vt sic habere in se principium motus, & quietis; artificialia verò nequaquam: At hoc esset falsũ, si in re artificiali non esset aliquid post operationem artificis, quod non erat in re naturali, ante illius operationem.

Confirm. quia si statuæ v. g. nulla additur forma, quæ non præfuerit in ære, tunc sequeretur, statuam sic habere principium motus, & quietis; atq; adeo esse ens naturale: quia statua, vt sic non habet aliquam formam, distinctam à forma æris, vt sic: nam in vtroq; termino reduplicatur forma; At tam statuæ, quã æris est eadem forma. Quod si vna reduplicatiua est vera, altera falsa, id debet esse ratione formæ diuersæ, quæ reduplicatur in vna, & non in alia.

A

Confirm. 2. quia artifex operando, vel facit aliquid, vel nihil. Non secundum, quia ex 6. Eth. ars est habitus factiuus; ergo habet aliquem terminum, qui fiat, quia non dicitur aliquid esse factiuum respectu nihili, sed hoc aliquid, quod fit, vel est nouum, & habetur intentum, vel est antiquum, & tunc faceret prius factum, quod est nihil facere.

B

Resp. facere antiquum non simpliciter, sed aliquale, id est quod æs fit statua, sed contra, quia hoc esse statuam, vel est idem esse antiquum, vel nouum, tum quia dum fit, quod æs, statua, vel fit aliquid extra animã, quod prius non erat, & habetur intentum; vel fit aliquid existens in anima, & tunc, vel existit subiectiuè in anima, cuiusmodi sunt cognitio, & propositio, & sequitur operationem manuum artificis esse operationem intellectus; atque adeò manum esse potentiam intellectiuam, vel existit obiectiuè in anima, & sequitur artificialia esse entia rationis; atque adeo entia rationis fieri manibus artificis.

C

Resp. 2 fieri nouam denominationem, qua æs denominatur statua, sed contra, tum quia omnis noua denominatio debet habere nouum fundamentum, quod significatur per illam denominationem. Hoc autem, vel est nouum, vel antiquum, vt supra; tum quia denominatio formaliter est actus intellectus; atq; adeò operatio manuum esset operatio intellectus.

Resp. 3. Artificem efficere nouum motum, nam siue aliqua coniungat, siue aliquid remoueat, illa præstat per nouum motum.

Sed contra, nam vel facit solum motum localem, & sequitur ab artifice non intendi, nisi motum localem; quia vbi nihil est actu præter operationem, ibi ex 1. Eth. operatio est finis; vel facit aliud præter motum, & tunc hoc aliud, vel est solum terminus intrinsecus motus localis, & sequitur artificem non intendere nisi vbi; vel facit aliquid præter hunc terminum, & habetur intentum, quia non potest esse, nisi noua forma, quam artificialia addunt supra naturalia.

D

Confirm. quia à parte rei manent res naturales, & non manent res artificiales; ergo à parte rei non sunt idem.

Contrarium docent Nominales: nam omnia artificialia, vel fiunt per substractionem partium à toto sicut fit statua marmorea; vel per additionem: quomodo fit domus, coniungendo vnum lapidem cum altero; & similiter picturas; vel per transfigurationem, mutando v[illegible]am figuram in aliam sine aliqua additione, vel ablatione. Sed in nullo modo harum productionum fit aliqua noua forma, ergo. Minor prob.

E

nam

nam in ablatione vnius partis a toto non reperitur, nisi sola diuisio partis à toto; At per diuisionem non fit aliqua forma noua secundũ se totam, & si fieret illa esset ens secundum naturam. Similiter in additione: nam dum lapis additur lapidi, vt inde fiat domus per nouam formam, hæc forma, vel esset tota in toto, & in qualibet parte totius, & sequitur nõ esse accidens materiale, sed spiritnale; vel esset tota in toto, & pars in parte, vt vna pars in lignis, alia in lapidibus, &c. Et non, quia sequeretur, quod dum fit domus oporteret, quod quilibet lapis, & quodlibet lignũ, &c. haberet in se nouam formam, cum tamen lapis v. g. nullam mutationem patiatur nisi localem. Imò potest cõtingere, vt lapis aliquis, neq; localiter moueatur, & tamen acquireret nouam formã. Non enim apparet cur magis lapides acquirerent nouam formam cum coniunguntur ad construendam domum, quam multi homines, dum congregantur ad constituendum exercitũ. Ex quibus patet multo minus acquiri nouam formam, quando opus fit per transfigurationem, quia potest mutari figura per solum motum localem, cum linea ex recta fit circularis.

Resp. Burleus fieri nouam formam in omnibus his modis: nam si opus fiat per ablationem, fiunt nouæ lineæ, & noua superficies, & quandoq; noua figura, differens specie à priore, quia ibi non potest esse pura ablatio partiũ materialium, nisi adsit generatio partium formalium, scilicet linearum, figuræ, &c. quæ differunt à suis subiectis: Et idem quãdo fit opus per compositionem, seu additionem: nam licet ibi non fiat aliqua forma secundum se totam noua, cuius nulla pars præfuerit; tamen ibi est vna totalis forma noua, resultans ex formis partium: quia dissolutis partibus, manent lapides v. g. & non manet domus, ergo præter partes materiales, oportet ponere formam totalem domus, vt optimè Arist. 7. met. dum vtitur exemplo A. B. Est autem illa forma tota in toto, & pars in parte, & licet partes istius formæ nõ fint de nouo in suis subiectis; tamen tota forma, resultans ex formis partium, non præfuit in partibus, quia forma illa totalis resultat ex vnione partium; ergo sicut vnio est de nouo, ita & forma, quæ illam supponit. Et hinc patet multo magis fieri formam de nouo, quando opus fit per transfigurationem: quia transfiguratio est mutatio vnius figuræ in aliam figuram; atq; adeò ex vi motus localis fit noua figura.

Dices: hæc noua forma totalis est ne accidens absolutum, an respectiuum?

Resp. Venetus esse absolutum, quia est de prædicamento qualitatis in quarta specie ex Auer. 12. met. dicente naturam agere in toto corpore, artem verò tantum in extremitatibus.

Dices 2. aliquæ formæ artificiales determinant sibi certam materiam. vt serra ferrũ; ergo reduplicando opus reduplicatur materia, vt serra, inquantum serra, est ferrea; atque adeo inquantum serra est principium motus, quia in quantum serra est grauis; ergo differentia, quam ponit Arist. inter res naturales, A *& artificiales, non est vera.*

Resp. in huiusmodi operibus potest fieri reduplicatio: & ratione materiæ; & sic est res naturalis, vt probat argumentum; & ratione formæ; & ita non habet principium motus, nec actiuum, nec passiuum, & hoc modo loquitur Arist. cum ponit differentiam inter naturalia, & artificialia.

Dices 3. An forma artificialis sit realiter natura.

Resp. ex Veneto, duplicem formam inductã ab arte; vnam, quæ immediate producitur à virtutibus naturalibus applicatis, tamen per artificem artificioso modo, vt forma panis, vi-
B *ni, vitri, & cæt. & hæc sine dubio est natura, quia est forma substantialis, vt patet. Alteram, quæ immediatè producitur à virtute motiua artificis; & hæc non potest esse natura, quia semper est accidentalis.*

8. Difficultas, an sit manifestum naturam esse.

Resp. Auer. affirmatiue ex tex. 5. contra Auicen quia nunquam probat Aristot. dari motorem, nam id est notum, sicuti est notum dari motum; sed solum quod motor distinguitur à re mota; atque an natura mouens sit idem, an distincta à re mota contra Platonem, dicẽtem esse idem mouens, et motum, vt refert Bur-
C *læus. Hic notat Auer. esse notum per se, quod natura sit principium mouens intrinsecum; neque ex eo, quod probatur syllogismo hyppotetico, desinit esse per se nota; quia, vt Auer. in prior. per syllogismum hyppoteticum non non declaratur omnino ignotum, sed inseruit ad confirmandum id, quod indiget leui indicatione, vt diuisio, & inductio: Vnde tripliciter aliquid dicitur per se notum. Primo per sensum, seu experientia. Secundo per discursum imperceptibilem. Tertio ex terminis; naturam autem esse, non est per se notum tertio modo, sed primo, & secundo.*

9. Difficultas: cur in definitione dicitur pri-
D *mum principium per se, & non secundum accidens; quia satis fuisset dicere primum; nam omne primum est per se, & non secundum accidens.*

Resp. Burl. l. 3. not. 7. illas particulas afficere diuersa; & ideo non committi negationem; nã ly, primum determinat principium, & significat principale distinctum ab Instrumento; nam natura est substantia, non accidens, vt fusè Zerb. 3. metaph. quæst. 4. & nos infra. Secundo ly per accidens, afficit ly, est primo loco positum. & ly, per se, determinat ly, est secundo loco positum, vt sensus sit, natura est non secundum accidens principium proximum
E *motus, in quo est per se; & ly, secundum accidens, ponitur ad differẽtiam artium, quæ agũt in subiecto, in quibus sunt, sed hoc est per accidens; & ly, per se, ad differentiam operis artificiosi, in quo est principium motus, sed non per se, sed secundũ accidens, vt in scamno est principium descensus, non vt scamnũ, sed vt lignũ.*

CAP.

CAPVT SECVNDVM SVMMAE PRIMAE

Quot modis dicatur natura.

DEinde in tex. 7. Cum antiqui conuenirent dandum esse principium motus, dissentirent tamen in assignando, quodnam illud esset, incipit exponere varias acceptiones naturæ. Primo ait videri nonnullis naturam, & substantiam eorum, quæ natura sunt, esse id, quod primum inest vnicuiq. non formatum per se ipsum, idest materiam: Vt lecti natura est lignum, naturæ autem est æs, probant Antiphon, quia si quis plantaret lectum, & putresceret, ita vt germinaret, non produceretur lectum, sed lignum, intereunte eo, quod est secundum dispositionem, & artem, scilicet figura; quare erit secundum accidens: quia est ab arte. Substantia autem erit illa, quæ permanet, & continuè patitur .i. accipit figuras, & accidentia. Quod si ita est in artefactis, etiam in naturalibus idem erit: nam vnumquodq; horum .s. æs, lignum, &c. si cõparentur ad aliquod aliud, idest ad materiam, ex qua constant, idem patietur, vt æs, & aurum ad aquam; ossa, & ligna ad terram, & similiter alia, quare substantia, & natura ipsorum esse illam .s. materiam vniuscuiusq. Vide resp. tex. 9. opiniones aliorum: nam alij, vt Hesiodorus, Them. terram, alij ignem, alij aerem, alij aquam dicunt esse naturam: Alij plura ex his, alij omnia: nam quod quisq. ipsorum existimauit, esse huiusmodi, idest principium, siue fuerit vnum, siue plura, illud, & etiam tot, dixit esse totam substantiam rerum; alia autem omnia, esse passiones habitus, & dispositiones horum: & vnum quodq. illorum principiorum putauerunt tex. 10 esse perpetuum, non enim ipsa inter se ipsa mutantur, alia verò fieri, & corrumpi infinities, quare vno modo dicitur natura, vnicuiq; subiecta materia.

In tex. 11. Alio modo dicitur forma, & species, quæ secundum rationem, idest essentialis, vt benè ex Græco colligit Vicom. Vt enim ars, idest artificiale dicitur, quod secundum artem, idest quando habet formam artis, ita naturale, quod habet naturam. Non .n. dicitur aliquid artefactum, vt lectus sit, potentia tantum sit, & non dum habens formam lecti, non dicitur esse secundum artem. Idem de ijs, quæ natura subsistunt. Vt quod est potentia caro, aut os, priusquam accipiant formam secundum rationem, non habent sui ipsius, idest ossis, & carnis naturam. Vocat autem formam secundum rationem, secundum quam definientes quid est caro, aut os respondemus; hac autem forma non est separabilis, nisi secundum rationem.

In tex. 12. quod est ex his, non dicitur natura, vt homo, sed a natura, vt homo, & magis natura est hæc, idest forma, quam materia, quia tunc vnũquodque magis dicitur esse, cum actu est, quam cum est potentia, & tex. 13 eodem argumento, quo Antiphon ostendebat materiam esse naturam ostendit Arist. formam esse naturam: nam sicut, quia ex lecto non fit lectum, sed lignum, figura non dicitur natura, sed lignum, quod si hoc est in artes ita, & in naturalibus, etiam forma dicetur natura: quia ex homine fit homo; idest forma generat formam, & non materia, materiam.

In tex. 14. 3. probat formam esse naturam: quia nascentia, seu generatio dicitur natura, quia via ad materiam, idest formam. nam denominatio nõ est sumenda à causa, vel termino à quo, vt medicatio, quæ non denominatur à termino ad quẽ, idest à sanitate ad quã est via, sed est à medicina, sed debet sumi à termino ad quem: nam quod nascitur, vt sic à quadã in quędã venit, idest ex materia in formam, vt Simpl. & Tolet. quare ad quod nascitur, idest terminus, ad quem dicitur nascens Vnde ex illo fit denominatio non ex quo, idest materia secũdum eosdem; quare tex. 15. concluditur formam esse naturam, & hanc dici dupliciter. Primo pro ea, quæ verè est forma. Secundo pro priuatione, quæ est quodammodo forma; quare etiam dicitur natura. An autem in ea generatione, quæ omninò est, idest substantiali habeatur priuatio, & contrarium formæ, an non posterius scrutandum .s. libris de generatione dum asserit ad substantiam terminari generationem simpliciter, & secundum quid; vel ex Piccol. in 5. phy. vbi docet ad substantiam non esse motum, quia non habet contrarietatem necessariam.

Difficultates Textuales in Caput secundum.

PRima Difficultas, quomodo concedit Arist. lignum putrescens germinare.

Resp. in aliquid id patere, vt in salicibus, quia adhuc viuunt.

Resp. 2. adhuc posse plantas gigni, ex putri materia, quia in illa conseruantur spiritus quidam, qui respondent virtuti seminali, vt bene Arist.

Contrarium docet Albertus, sed falsò; quia si animalia ex putri generantur, quæ sunt perfectiora multo magis plantæ, quæ sunt imperfectiores.

Resp. 3. vti hac ratione Antiphontis, non quia procedit ex veris principijs, sed quia probant veram conclusionem: neq; obstat, quod antiqui materiam posuerint ingenerabilem; quia dum Antiphon ait, lignum germinare lignum, non denotat ipsum fieri, sed permanere, & mutari secundum accidentia.

2. Difficultas: quid intelligatur per primũ subiectum non formatum secundum se

Resp. quidam, intelligi nõ primam, sed proximam materiam, vt materia lecti est lignũ, æris aqua, & ligni terra. Sed non placet alijs, quia loquitur de subiecto, de quo colligit conclusionem; at conclusio est de materia prima; ergo.

Confirm. Quia antiqui de hac loquebantur esse naturam vniuscuiusque, nam hæc est secundum se, idest ex sui conditione informis; vnde alij vtitur per analogiam ad primum. Dicitur autem lignum esse terreum .s. secundum substantiam; nam secundum aerem inclusum in poris dicitur 4. meteor. com. 42. esse aereum, & ideo supernatare in aquis, quod non conuenit ebano ob carentiam pororum.

Dices in 5. met. c. de natur. materia proxima dicitur natura.

Resp. proximam posse dupliciter considerari.

Primo

Primo absolutè, & secundum se, & ita est habens naturam. Secundo relatiue ad formam sequentem, ad quam est disposita, quæ est natura, & sic dicitur naturæ. Sed Arist. hic nomẽ naturæ simpliciter tribuit materiæ primæ, quia non habet esse naturam secundum quid, sed simpliciter; nam proximè habet tantum rationem habentis naturam, non rationem naturæ. Hinc patet, materiam artificialium nullo modo esse naturam, quia non secundum se, & absolutè, cum constet ex materia, & forma; neque relatiuè, quia recipit formam accidentalem, quæ non est natura; neque generatio, cui subijcitur, est naturalis, sed artificiosa, & violenta.

3. Difficultas: Quomodo accipiatur ars ab Arist. tex. 11.

Resp. quidam, accipi pro habitu mentis, à quo sunt operationes artificiosæ; sicut natura accipitur pro principio operationis naturalis, seu inclinatione ad opera naturalia, tanquam semen eorum, ita Simplicius.

At alij putant accipi pro forma, qua constãt opera artificiosa, sicut natura accipitur pro principio, quo constant opera naturalia; nam duo sunt opera naturæ s. constituere, & operari præsertim opus generationis, quæ duo in forma naturali sunt coniuncta; quod simile generet similes at in arte sunt separata; nam quæ operatur est habitus mentis; quæ vero cõstituit est forma operum artefactorum, & secundum hanc rationem assimilat hic Arist. naturam arti.

4. Difficultas: qua ratione tex. 11. docet formas physicas posse ratione seiungi à materia, cum contrarium doceat tex. 19.

Resp. 1. aliqui, formam physicam posse dupliciter considerari, vt distincta est de materia; primò secundum esse absolutum, & sic ratione seiungitur. Secundo secundum esse relatum, & sic non possunt.

Resp. 2. Alij, dici separabilem ratione à materia; quia licet in definitio e formæ ponatur materia, & è contra, tamen habet distinctam definitionem à materia.

Ego Resp. dici separabilem ratione, quia conceptu inadæquato potest concipi sine ordine ad materiam, vt quantitas consideratur à metaphysico cum inter formas detur aliqua, quæ est subsistens, potest mens separare quæ sunt in re coniuncta, in quo mens superat naturam ex Aur. 12. met. tex. 39. alibi tamen dicitur inseparabilis, idest secundum conceptum adæquatum. Hinc patet, formam, qua res naturales constituuntur in specie, esse naturam, & ampliatur etiamsi forma sit separabilis, vt rationalis, quæ etiã est actus corporis organici.

5. Difficultas, An sicut compositum naturale dicitur habere naturam, ita compositum artificiale habere artem.

Resp. 1. naturale habere duas naturas subordinatas, ex quibus fit vna per se natura; nam vna natura communis, id est materia contrahitur ex propria, idest forma, quæ dicitur totum id, quod est 7. met. tex. 43.

Resp. 2. formam totius, quæ consurgit ex A *vnione potentiæ, & formæ partialis, non esse naturam physicè, sed metaphysicè sumptam, vt s. natura significat principium integrum operationis, quæ dicitur natura naturata, sicut natura partialis dicitur principium radicale operationis, & natura naturans.*

Resp. 3. artificiosa fieri à simili secundum rationem, & repræsentationem c. 2. & tex. 18. at non fieri à simili secundum existentiam, & modum existendi, vt dicitur 2. phy. tex. 13.

Resp. 4. tam artificem, quam opus dici habere artem, non tamen eandem; nam artifex habet artem factiuam, quæ est principium operis artificiosi; at opus habet artem factam, idest formam, qua constituitur opus, nam in arte officium operandi, & constituendi conueniunt distinctis formis, vt supra. B

6. Difficultas: Quomodo Arist. soluit rationem Antiphontis tex. 13. nam Antiphon dicebat, ex ligno fieri lignum; sed ly (ex) significat causam materialem, & Resp. Arist. ex homine fieri hominem, vbi ly (ex) significat causam efficientem.

Resp. licet apud Antiphontem ly (ex) significaret causam materialẽ, quia causa materialis non habet vim producendi simile, ideo conuertit ly (ex) ad significandam causam efficientem, dicens, si lignum germinaret, & pullularet; *hoc autem nõ est, quia materia produceret simile, sed quia id præstaret per virtutẽ seminalem, vel spiritus contentos in materia putri, in quibus est vis effectiua.* C

7. Difficultas: cur generatio dicatur natura, cum ei non conueniat definitio naturę.

Resp. 1. dici naturam, quia est via ad naturam; medium autem sæpè recipit nomen à fine, vt cibus dicitur sanus à sanitate animalis; quare dum finis non est natura, neque motus ad illam dicitur natura, vt patet ex calefactione, dealbatione, &c. nec mirum, quia mutationes magis denominantur ex fine, 5. phy. tex. 48 quam ex termino à quo.

Resp. 2. dici naturam, quia ea, quæ rebus conueniunt per generationem, dicuntur conuenire per naturam. D

Resp. 3. non tamen hinc fit, cõuenire illi definitione naturæ, quia non est natura formaliter, sed participatiue, sicut medicinæ non conuenit definitio sanitatis formalis, quasi sit cõtemperata humorum, sed dicitur effectrix huius contemperationis.

Resp. 4. etiam generationem artificiosam dici artem, quia in ea seruantur leges artis.

8. Difficultas: quomodo hic priuatio dicatur natura.

Resp quidam, priuationem, quæ dicitur natura, non significare negationem formæ, quia hæc opponitur formæ, & maleficium operatur; nec priuationem motus, sed denotari formam imperfectiorem; quia formæ contrariæ, quæ sunt principia generationis, dicuntur per superabundantiam, & defectum; & forma imperfectior dicitur quodãmodo species; & quia constat veram priuationem competere formæ substantiali, & dubium, an illi conueniat priuatio, vt significat formam imperfectiorẽ, ide E

subdit, id posterius perscrutandum. *Neque tamen hinc fit, per formam deteriorem intelligere formam corporeitatis coaeuam materiae; tum quia haec nō datur secundum Arist. tum quia illa permaneret, & nō interiret aduentu aliarum formarum; tum quia magis conduceret generationi accidentium, quam substantiae.*

Resp. 2. Burl. intelligi ipsam negationem formae, quae dicitur natura, siue quia semper coniungitur cum alia forma, sine qua materia non potest connaturaliter existere; siue quia includit formam tanquam terminum, sicut in non facere includitur facere ex 2. Elench. tum quia priuatio secundum modum existendi in materia est, sicut forma; & ideo habet modum existendi quem habet natura; neque obstat, quod sit non ens, & malefica, quia non est simpliciter, sed quodammodo natura.

SVMMA SECVNDA.

Cap. 1. & 2.

De differentia inter Physicam, & Metaphysicam.

Tex. 16. IN secunda parte docet quid pertineat ad hanc scientiam, & primo tex. 16 proponit speculandum, quo differt mathematicus à physico; etenim physica corpora habent planum, idest superficiem, & solida, idest corporis, longitudines, vel lineas, & puncta, quae cōsiderat, physicus & mathematicus, at scientiae, quae considerant idem obiectum sunt idem. Deinde tex. 17. proponit an
Tex. 17. Astrologia sit pars physicae, an non: nam videntur non esse distinctas, cum physici sit cōsiderare quid sit Sol, quid Luna; ergo etiam accidentia eorum: nam inconueniens est non considerare eorum vllum accidens per se.i.passionem, vt 1. post.com. 43. & 2. de an. com. 3.

Confirm. quia Veteres physici, vt Empedocles, Heraclitus, & alij loquentes de natura Solis, Lunae, & caet. videntur dicere de figura Solis, & Lunae, & vtrum terra sit sphaerica, similiter, & Mundus, an non. At Astrologia considerat figuram illorum corporum, quae est pars physici obiecti. Et hinc fit, vt notat Piccolomineus, quod absolutè dubitat de Geometria, an sit idem cum physica, sed de Astrologia, an sit pars physicae; nam Geometria considerat omnem quantitatem continuā; vnde videtur effundi tam latè, quam physica, licet verè non ita diffundatur.

Tex. 18. In tex. 18. soluit, dicens tractare de ijsdem mathematicos, sed non eadem ratione, id est non quatenus sunt termini corporis physici, neq; vt sūt accidentia talium, vt tractat physicus, at mathematicus tractat de lineis &c. vt abstrahunt per intellectum à corpore, & motu, neq; hoc refert .i. quod tollit scientiae, quia abstrahentium non est mendacium. Dupliciter .n. scientiae distinguuntur; primo ex distinctione rerum consideratarū, vt physica distinguitur à metaphysica; Secundo ex modo considerandi diuerso; & hinc distinguitur Physica a mathematicis.

Dices: Geometra non abstrahit à materia; quia in 2. poster. demonstratur angulum semi circuli esse rectum per medietatem duorum rectorum in genere causae materialis.

Resp. mathematicum non abstrahere à materia intelligibili, qualis est quantitas secundum se; sed à sensibili, qualis est substantia subiecta qualitatibus sensibilibus.

In tex. 19. Quod ideas ponunt, & faciunt, hoc Tex. 19.
A latent, idest falluntur: nam physica abstrahunt .i. separant re à materia, cum minus sint abstracta, quam mathematica, quod patet ex ijs, qui tentauerunt definire ipsa vt accidentia vtrorumq. scilicet mathematicae, & physicae, obiectorum, nam impar, & par: rectum, & curuum, similiter numerus, & figura, linea, siue motu .s. definiuntur: sed non sic homo, caro, & os: sed hęc, vt simum, quod .s. dicit nasum, & non sicut curuum.

In tex. 20. hoc ipsum ostendit ex mathematicis Tex. 20.
disciplinis, quae ad physicas magis accedunt, vt perspectiua, quae pertinet ad Geometriam, quae considerat figuras planas, & Harmonica, quae pertinet ad Arithmeticam, quae considerat numerum, & Astronomia, quae pertinet ad stereometriam, q̄ considerat corpora solida: nā contra quodāmo-
B do se habent ad Geometriam: nam Geometria de physica linea considerat, sed non quatenus physica, at perspectiuus considerat lineam, vt naturalem, idest ex Auerr. & Vicomer. proximo modo, quo considerat naturalis, & non omnino.

Difficultates Textuales in Cap. 1. & 2.

SVMMAE SECVNDAE.

PRima Difficul. Cum distinctio scientiarū pertineat ad scientiam communem, qualis est Logica, vel Metaphysica, cur Arist. hic Physicam distinguit à Mathematica. Resp. id
C *non praestari à Physico praecisè, sed vt induit habitum Metaphysici, vel vt ait Piccol. vt induit habitum periti, qui contrahit cōmunes regulas ad materiam particularis scientiae. Addit Burl. quod licet ad Logicam pertineat tradere communes regulas cognoscendi distinctionem scientiarum, & illas distinguere; tamen ex vsu Auctorum illa, quae sunt propria scientijs, traditur in singulis, etiā si pertineant ad Logicā particularem, vt ait Lincon. apud Venetum. Et hinc est, vt tradentes mathematicā, docere debeant eodē modo eandem distinctionem, quod praestiit Ptolomaeus 1. Almagest. c. 1. licet magis id pertineat ad Physicum; tum*
D *quia proximior metaphysico; tum quia plura cognoscit; tum quia est praestantior, quod consideret principia magis intima.*

2. Difficul. Cur non meminit Arithmeticae. Resp. quia Physica tractat de corpore Physico, quod est continuum nō discretum; & ideo dubitatio oritur de illa Mathematica, quae versatur circa quantitatem continuam. Neque Physicus considerat numerum numerantem quoad species, & affectiones, de quo Arithmetica, sed numeratum rerum naturalium, de quo non agit Arithmetica, & numerantem cōsiderat solum quoad eius principia, & modum productionis; nā ratio illū efficit, & eo vtitur.

E *3. Difficul. An scientia considerans subiectum, consideret accidentia illius. Negant quidā, quia accidentia, quę possunt conuenire subiecto, sunt infrascripta. Confir, quia sequeretur, Astrologum, qui considerat cœlū, considerare etiam cęli incorruptibilitatem, mobilitatem, ingenerabilitatē, quia haec sunt illius accidentia, vt sphaereitas &c.*

Sed

Sed contrarium docet Arist. tex. 17. quia hoc est munus scientiæ, inquirere passiones subiecti, vnde.

Ad 1. Resp. considerare accidentia per se, quæ sunt finita; non autē cōtingentia, quæ sunt infinita: at figura est accidens per se cœli, perseitate, non quidem ex parte formæ, quia hæc ex natura sua non determinat sibi tale subiectum, sed ex parte subiecti, quia hoc determinat sibi talem figuram.

Ad Confirm. Resp. rectè inde probari scientiam non considerare omnia accidentia per se subiecti, sed tantum ea, quæ continentur infra latitudinem sui modi considerandi; vt v. g. metaphysicus considerat compositionem ex genere, & differentia, considerat etiam accidentia, quæ consequuntur talem compositionem; sic physica considerat accidentia, quæ conueniunt ratione compositionis ex materia, & forma; & mathematicus accidētia, quæ conueniunt ratione compositionis ex partibus quantitatiuis, vt est figura; non tamen mobilitatem, quæ sequitur compositionem ex materia, & forma; & incorruptibilitatem, quæ sequitur compositionem determinatam ex materia, & forma, idest carentem priuatione.

4. *Difficultas, quomodo Physica & mathematica conueniant, & differant.*

Resp. Aegid. conuenire quia nulla eorum abstrahit quantitatem à materia simpliciter, idest secundum esse; sed differre, quia physicus non considerat quantitatem sine materia sensibili; at mathematicus cōsiderat; vnde abstrahit quantitatem à materia per rationem; nam quando posterius habet essentialem dependentiam ad suum prius, non potest considerari posterius sine priori, sicut potest prius sine posteriori; & quia materia præcedit quantitatem, & quantitas qualitatem sensibilem, cum qualitas sensibilis fundetur in materia mediante quantitate, ideo quantitas non intelligitur sine materia secundum se, sed bene sine materia sensibili. Sed hæc doctrina non placet Veneto tex. 18. not. 4. quia quātitas est per se cognoscibilis, cum sit sensibile commune, substantia autem cognoscibilis per accidens; ergo potest cognosci quantitas sine materia: Neque vniuersaliter est verum, quod posterius non potest cognosci sine priori; nam cœlum cognoscitur, non cognita prima causa, & superficies nō cognita linea; licet .n. posterius non cognoscatur non cognito priori prioritate prædicationis, non tamen sine priori prioritate causalitatis.

Resp. 2 Venetus ex Auer. differre, quod Physicus considerat solem, sydera, vt sunt corpora mobilia, & eorum magnitudinem, ac figuras, vt sunt passiones corporis mobiles exigitæ ab illo: At Astrologus de ijs tractat, vt sunt corpora cælestia, & de eorū magnitudine, & figura, vt sunt accidentia corporis cœlestis; neque considerat motum secundum se, sed quatenus secundum velocitatem, & tarditatem fit maior, vel minor distantia inter sydera: vnde Physicus considerat de motu formaliter, & de quantitate motus materialiter; quia considerat de illis sub ratione motus. At cōtra Astrologus considerat de motu materialiter, & de quantitate eius, idest secundum magnitudinem, & paruitatem formaliter. Hinc fit, vt Astrologus cōsideret figuram corporis cœlestis, non considerando causam, per quam illi conueniat. Geometra vero considerat magnitudinē, & figuram quantitatis, vt huius, sed non vt sunt passiones huius, vel illius corporis: vnde considerat punctum, lineam, & superficiem, corpus trine dimensum secundum se, abstrahēdo à corpore naturali. Addit Lincon. apud Venetum, hoc differre purum mathematicum à physico, quod prædicatum conclusionis physicæ est subiectum conclusionis mathematicæ; nā magnitudo, quæ probatur à Physico de corpore naturali, est subiectum in cōclusione mathematica; vt omne quantum est longum; omne magnum est quantum; ergo omne magnum est longum; sed Physicus, & mathematicus non purus conueniunt tam in subiecto, quam in prædicato conclusionis; sed differunt in medio; nam Physicus demonstrat v. g. de Luna figuram naturæ Lunæ, at Astrologus per effectum, vel aliam causam trāscendentem naturam Lunæ, vt v. g. Physicus syllogizat sic, (Omne corpus naturale habens conuexum vniforme, est circulare; sed Luna est huiusmodi; ergo.) At Astrologus aliter (omne corpus cœleste æqualiter distans à centro est circulare, Luna est huiusmodi; ergo.)

Dices in tex. 20. dicitur, quod Perspectiuus tractat de linea, non est mathematica, sed naturalis.

Resp. intelligi comparatiuè, quia eius consideratio magis accedit ad naturalem, quam ad mathematicam; nā hæc, & aliæ huiusmodi dicuntur scientiæ mediæ, quia eorum subiectum est medium inter pure mathematicas, & physicas, non quidem ob negationem, sed per participationem vtriusq; quia subiectum eorum componitur ex vtriusq; subiecto.

5. *Difficultas: qua ratione abstrahentium non est mendacium.*

Resp. id esse, quia abstractio non dicit rem sic esse, vel non esse, sed solum est cognitio rei secundum vnā rationem, & non secundū aliā.

Dices ex 2. met. sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci; at accidentia, quæ considerant mathematici, non possunt esse sine corporibus naturalibus; ergo neque possunt cognosci sine illis.

Resp. Venetus, dupliciter illam propositionem intelligi, primo quoad naturam; secundo quoad nos: & quidem si primo modo intelligatur, est vera quoad ordinem cognoscendi, quod s. eo ordine cognoscibilis est à natura, quem in se ipsa res se habet, vt priora prius, posteriora posterius cognoscantur; non tamē quoad res cognitas; nam materia non potest esse in re sine quantitate, & tamen à natura potest cognosci sine quantitate. At vero quoad nos, neque est vera quoad ordinem cognoscendi, neque quoad res cognitas; quia intellectus no-

Mm 2 ster

ster prius cognoscit effectus, quam causas, & quæ sunt connexa, cognoscit separatim: Hoc autem est verum, quando cognitio est per primam operationem; non autem quando ea abstractio fieret per secundã, quia sic mentiretur.

CAPVT TERTIVM.

Probat Naturalem considerare formam sine materia.

Tex. 21. IN tex. 21. Probat physicum non considerare formam sine materia; nam cum natura duplex sit .i. forma, & materia, quæ huiusmodi sunt, idest entia naturalia. Neq. cognoscuntur sine materia; neq. secundum materiam, ratio ea cognoscendi
B non est materia, sed forma, quod probat exemplo simitatis, quæ non potest cognosci sine materia .s. naso, non tamen secundum materiam: sed forma ipsius simitatis est ratio cognoscendi, quia essentia ipsorum, vt Auer. & Them. At alij, vt Tolet. Philop. ly *secundum*, exponunt solum, in tex.
Tex. 22. 22 *Etenim*. De hoc dupliciter quis dubitabit, cum duæ sint naturæ: Prima an physicus consideret de forma tantum, vel materia tantum, an de vtrique. Secunda an ad vnam, & eandem partem scientiæ considerare vtramq. naturam, vel ad vnam partem pertineat considerare materiam, & ad aliam cõsiderare formam: & ratio dubitandi est: nam si spectetur antiquorum doctrina, solum materia ad physicum pertinet, cum de forma parum quid attigerint.

C At verò contra apparet primo, quia sicut ars, quæ imitatur naturam cognoscit materiam, & formam: vt medicus coleram, & sanitatem, quæ est in illa, & ædificator lapides, lateres, &c. Et formã domus: ita, & scientia physica cognoscet vtramq. materiam.

Tex. 23. Probat 2. quia ad eandem scientiam pertinet cognoscere finem, & media ad finem, sed forma est finis materiæ, quia formæ finis est vltimus ipsius motus, & id, quod est vltimus motus est finis illius: & quia non omne vltimum dst finis: Vnde docuit Poeta, qui de mortuo dixit: *habet finem suũ, propter quem factus est*; ideo ait. non omne vltimũ est finis, sed optimum id est, illud, quod est nobilius alijs: nam vltimum, quod prouenit ex ne-
D cessitate materiæ, vt est mors non est finis.

Dices 1. Omnia, quæ sunt in vniuerso, vel sunt finis, vt Deus; vel media ad illum: ergo omnia pertineot ad vnam scientiam.

Resp. finem, & media pertinere ad eandem scientiam formaliter, & sub ea ratione, qua sunt finis & media; & ita metaphysica, quæ considerat Deum vt finem cõsiderat etiam vniuersum, vt medium ad hunc finem: at vero sub alia ratione, hæc pertinent ad alias scientias.

Tex. 24. In hoc tex. ait naturalem considerare materiã, sicut ars, faciẽdo opera sua debet cognoscere materiam, ex qua fiunt, siue sit ars operans, seu faciens materiam, siue vtens materia ab alio facta, & quidem faciens vel simpliciter materiam, quæ transmutat materiam de vna specie in aliam, vt la-
E ceritia, siue ars factiua materiæ operosæ, idest, quæ disponit materiam sine mutatione de vna specie in aliã, vt ars dolatiua, quæ remouet aliquas partes, vel ars aliter sit disponens materiam ad opus. At ars vtens, & operans quodammodo, alia dicitur, quæ materia, iam facta, & disposita per inferiorem artem vtitur inducendo formam in illam

A materiam; vt ædificatiua vtitur lignis, & lateribus, vt ex illis construat domum; Alia quæ simpliciter vtitur, sine inductione formæ. vt est nautica, quæ gubernat nauem: Deinde ostendit artem vsualem esse principaliorem ex homine, qui est finis omnium artefactorum.

Dices, quomodo ars efficiat materiam, cum sit ingenerabilis.

Resp. intelligi de materia proxima, non prima, hoc autem præstat ars tanquam ministrans naturæ applicando actiua passiuis: dum fit gypsus esla, & similia: nam aliter ars non posset efficere substantiam.

Ex artibus, factiuas, & vsuales dicit esse principales, quia vtraq. est architectonica, sed differũt, quia factiua formæ est præceptiua, respectu materiæ immediatæ, vt Nauifactiua. præcipit qualia debeant esse ligna, & qualiter disposita, ex quibus nauis debet fieri: sed vsualis est immediatè præceptiua formæ, vt nautica præcipit, qualis debeat esse forma nauis, & temonis: Vnde vsualis est principalior, ex quibus patet, quod omnis ars cognoscit materiam. Tex. 25.

Deinde ponit differentiam inter artem, & naturam, quod ars facit materiam, & formam. At natura supponit materiam, & facit formam.

Hinc probat physicum considerare formã; quia eadem scientia cognoscit relatiua; sed materia, & forma sunt relatiua; ergo scientia, quæ cognoscit materiam, cognoscit etiam formam, minorem probat quia materia est alia, & alia ex alietate formę. Tex. 26.

Deinde dubitat, qua ratione physicus cognoscat formam, cum hæc pertineat ad metaphysicum.

Resp. Quod sicut medicus considerat neruos, & faber æs, non secundum totam naturam ipsorũ, sed vsq; veniant ad formam in sua materia existẽtem, ad quam vnumquodq; eorum ordinatur, & propter quam considerat illam materiam; ita, & scientia naturalis considerat formam vsq; veniatur ad formam vltimam, & abstractam, existentem tamen in materia, vt est anima rationalis, quæ est separata à materia secũdum esse, vel ratione productionis, licet non secundum operationem, & hinc probat considerare animam rationalem, quia est forma hominis, qui fit per generationem.

Deniq; docet ad primam philosophiam pertinere determinationem de formis separabilibus, quomodo sint, & quid sint.

Difficultates Textuales in cap. tertium.

SVMMAE SECVNDAE.

PRima Difficultas cur Arist. tex. 22. referẽs antiquos, qui de forma aliquid dixerunt, omisit Anaxagoram, qui mentem posuit omnibus dominantem, quæ mens est forma quædam.

Resp. quidam, omitti, quia omnia tribuebat necessitati materiæ, vt refert Plato in Phedone ad Arist. tex. 75. Sed contra, quia eadem ratione debet omitti Empedocles, vt patet ex tex. 75.

Resp. Alij, hic loqui de forma, quæ est natura,

turá, qualis nō est mens posita ab Anaxagora.

2. *Difficultas cur Arist. tex.23. reprehendit Euripidem, quod mortem dixerit esse finem hominis, cum constet mortem esse vltimum, ad quod generatio hominis terminatur.*

Resp. rectè reprehendi; quia nullam habet rationem finis, nisi metaphoricam; nam omnis finis, vel est generationis, siue absoluta, & est ipsa forma; vel perfectę, & est forma habens perfectionem generatiuam similis: vel est finis rei genita, & hic est duplex, vnus, qui dicitur scopus, & cuius gratia, & est fælicitas; alter cui, & hic proximus est homo, qui frui debet fælicitate remotus est Deus, cui omnia seruiūt; mors autem non est optabilis, nisi vt medium, & via ad finem.

Resp. 2. Euripidem posse defendi, quia ex Arist. 5. met. tex. 21. mors dicitur metaphoricè finis; poetis autem conueniunt metaphoræ; in eo tamen errauit Euripides, quod mortem dicit esse finem, cuius gratia homo factus est.

3. *Difficultas, qua ratione materia dicatur præparari pro forma, atque ad eam dirigi.*

Resp. intelligē de substantiali; nam accidētalis forma aliquando fit pro materia, vt cum argento imprimitur figura pro constituenda pecunia; & similiter cum facies puellæ decoratur facis.

4. *Difficultas, qua ratione tex. 24. homo dicatur finis omnium.*

Resp. 1. intelligi de ijs, quæ arte fiunt, quorum homo, vt finis sui; nam omnes artes sunt inuenta ob humanam imbecillitatem, quia etiámsi aliquæ artes proximè respiciant alia, vt armenta, & similia, tamen illa vltimo refertur ad hominem.

Resp. 2. probabile esse cunctorum mortaliū, vt elementorum, plantarum, &c. ex doctrina Arist. hominem esse finem, quia ex 12. met. 51. affirmat, omnia, quæ sunt in vniuerso, ita esse subordinata, vt vnum respiciat aliud, tāquam finem; & quia inter mortalia homo dignitate præstat, ideo omnia ad illū ordināntur.

Resp. 3. cælestia, & æterna etiam ad hominem ordinari ex Arist. non primario, sed secūdario. Ita Alex. apud Piccolomin. quia homo ex illis aliquam vtilitatem accipit; quid autē verè sit sentiendū, dicetur alibi; nā ex scriptura cōstat omnia ordinata fuisse propter electos.

5. *Difficultas, qua ratione tex.26. dicatur, ad naturalem pertinere vtramque naturam, s. materiam, & formam, cum harum consideratio pertineat ad metaphysicam.*

Resp. Piccolomin. hac simpliciter pertinere ad metaphysicum, & secundum quid ad physicum; tum quia ad metaphysicum pertinent, vt habent esse absolutum, & rationem substātiæ, & ad physicum, vt sunt relata; at ratio absoluta est prior, quam relata: tum quia ad metaphysicum pertinent etiam, vt relata ad ens cōpositum; sed ad physicum, vt relata ad compositum naturale; at ens compositum est prius, quam ens naturale. Sed hic Auctor fallitur; nam hic Arist. loquitur de materia, & forma, non vt dicunt gradus genericos substantiæ, & similes; sed vt dicunt vltimas differentias, secundum quas referuntur ad inuicem, & costituunt ens naturale; neq; enim audiendi sunt, qui putant materiam constitui per differentiā omnino absolutam, vt alibi ostendimus, sed materia, & forma secundum vltimas rationes nō pertinet ad metaphysicum, sed physicū.

6. *Difficultas, qua ratione tex.25 materia dicatur esse eorum, quæ sunt ad aliquid.*

Resp. aliqui, hoc dictum Arist. esse falsum, nā, vel intelligit de materia prima, & non est per se in aliquo prædicamento, sed tantum reductiuè in prædicamento substantiæ, tanquam eius principium: vel loquitur de materia proxima, vt est os, caro, &c. & hanc constat esse in prædicamento substantiæ. Sed non placet, vt infra.

Resp. 2. Burl. materiam dici ad aliquid, non quod sit per se in prędicamento relationis; sed quia illi conuenit relatio, tanquam passio, quæ est potentia, per quam refertur ad formā. Sed contra, quia hac ratione omnia essent in prædicamento ad aliquid, quia nihil est, cui nō conueniat aliqua relatio per se secundo, quia homo est per se maior sua parte; & cerebrum per se dissimile, & inæquale cordi.

Resp. 3. Burl materiam posse dupliciter cōsiderari. Primo pro illo absoluto, quod est altera pars compositi, cui accidit relatio, & ita per accidens est in prædicamento ad aliquid. Secundo pro esse relato, quod significatur hoc nomen materia, & ita est ad aliquid, quia est aggregatum ex absoluto, & respectiuo. Sed contra, quia tale aggregatum non est materia, cum nec sit prima, nec secunda, nec faciens cum aliquo compositionem.

Ego Resp. materiam, & formam dici ad aliquid non prædicamentaliter, sed trāscendentaliter; & hinc rectè infertur, quod scientia, quæ considerat vnum, considerat etiam alterum, nam secundum prædicata secundū quæ non refertur ad formam, non pertinet ad physicam, sed ad metaphysicam, & idem dicendum proportionaliter de forma.

7. *Difficultas cur Arist. tex. 26. dixit, alterius formæ alteram esse materiam, & non dixit, alterius materiæ alteram esse formam.*

Resp. quia materia ordinatur ad formam tanquam ad finem, non contra.

Dices: vel id intelligitur de materia prima, & cum eadem sit materia omnium mortalium, non potest dici alterius formæ alteram esse materiam, vel de proxima, & non est ad rem, quia hic loquitur de materia, quæ est natura.

Resp. Piccolom. intelligi de vtraque; de prima quidem, quia licet vna materialiter, tamen ratione potentiæ, per quam refertur ad formas, est multiplex ratione; vnde 4 cæl. 37. dixit, materiam primam esse quatruplicem ob quatuor eius potentias ad quatuor formas elementorum: De proxima vero materia id etiam est verum; quia per dispositiones aptatur ad singulas formas, quæ dicitur natura, non ratione dispositionum, sed substantia.

TRACTATIO OCTAVA

De Natura.

In secundum Librum Physicorum.

QVAESTIO I.

Quot sint partes huius Libri.

1 DIVIDITVR hic liber à Burlęo, & Georgio in sex partes. In prima ab initio vsque ad tex. 16. declarat quid sit natura, & de quibus dicitur natura. In secunda vsque ad 27. ostēdit de quibus sit sciētia naturalis, & quo modo differat naturalis à mathematico, & in quo conueniant. In tertia vsque ad tex. 39. agit de causis per se rerum naturalium. In quarta vsq. ad tex. 69. agit de causis per accidens. Et primò refert opiniones antiquorum, deinde tex. 48. incipit explicare quid sentiat. In quinta vsque ad tex. 75. ostendit quo modo naturalis est considerare omnes causas, quæ quatuor ait esse. In sexta vsque ad finem declarat naturam agere propter finem, & à fine sumi necessitatē in naturalibus. Quare in hoc libro duo præcipuè disputāda sunt. Primum de natura. Secundum de causis, quarum occasione nonnulla de arte, & alijs admiscenda sunt. Sed priùs explicandum est quem ordinem habeat hic liber.

Diuisio huius libri.

QVAESTIO II.

An secundus Liber Metaph. interserendus sit inter primum, & secundum Physices.

1 IAcobus Saldoletus, vt refert Franciscus Beatus in expositione secundi libri met. affirmat, & sequitur ipse Franciscus Beatus, vt refert, & confutat Vicomerçat. hic. secundum lib. met. non pertinere ad met. sed esse proemium secundi phy. Franciscus verò Venetus vult quidem debere interponi, sed qui nunc est secundus debere tertio loco numerari.

Contrarium tenet communis, ita Mirand. l. 1. Apol. sect. 17. & 18. lib. 17. de euers. sect. 3. & 18. libro initio, Vicomercatus hic initio Fons. in secundum met. & alij ibi, quod probant primo auctoritate antiquorū, vt Syriani, qui in secundum lib. met. ait ante illum secundum Græcos præcedere, & primum maiorem & primum minorem, Alex. in 1. lib. minorem, vbi quamquam veretur, ne ille liber sit imper-

2 Liber metaph. non est inserēdus inter libros physices Vicomerc. Mirand. Syrian.

A fectus, non tamen vult pertinere ad Physicam & in fine eiusdem libri ait, esse proemiū Phylosophiæ speculatiuæ, & tex. 2. colligitur rectè collocari eo loco ex illis verbis, quibus vult agendas esse gratias antiquis, etiam si rudiùs de principijs disputauerint. quod si illa commentaria non sunt Alex. certè antiquissimi Doctoris sunt, nam citat Sosigenem suisse suum præceptorem, qui floruit tempore Iulij Cæsaris, cui ab Imperatore demādata fuit cura correptionis anni, quare proximus fuisse videtur illis tēporibus, quibus reperti sunt libri Arist. Et Confirm. ex omnibus Græcis, Alex. Them. Simpl. Phil. qui secundum phys. continuant cum primo immediatè secundo ex ijs

B quæ dicuntur; primo de veritate, & falsitate. Secundo de differentia speculatiuæ, & practicæ. Tertio de diuerso modo tractandi in sciētijs, quæ non cohærent cum primo, & 2. phy. sed pertinent ad met. Similiter quarto. Quę dicuntur de statu causarum supponunt aliquā cognitionem causarum, quarum nulla fuit facta mentio in 1. phy.

Et Confirm. quia 1. met. sum. 2. cap. 1. vbi proponitur agere de causis, de quibus dictum est in phys. & ibi quædam repetenda, & tex. 10. & 50. ait rectè statutum de causis in phys. sed de causis actum est in 2. phys. quare 2. liber met. non potest hunc præcedere. Tertio, quia 2. liber phys. est perfectus sine 2. methaphysices: nam principium illud sumptum ex diuer-

C sitatē entium est aptum ad cognoscendum naturam.

Sed contra primò, quia in fine primi phys. ait debere sumi aliud principium, quod non congruit cum initio secundi, vbi statim aggredi ur ipsam tractationem rerum, & congruit cum initio secundi, vbi incipit illo nouo exordio (Speculatio veritatis partim est facilis, partim difficilis) &, tex. 2. addit, agendas gratias veteribus, qui de re aliqua disputarūt, quibusdam quidem, quia eorum opiniones accipimus, alijs verò, quia fuerunt causa, vt hi has opiniones haberent: quibus verbis indicat tractationem primi phy. vbi retulit opiniones antiquorum. 2

D

Confirm. quia, quæ dicuntur in 2 met. maximè congruunt cum ijs, quæ dicuntur in 1. & 2. phy. nam primum caput patet ex dictis. Secundum etiam congruit, quia ostendit non dari in causis progressum in infinitum; nam in primo dixerat non esse principia infinita, & in secundo disputaturus erat de causis. In cap. 3. diuersum etiam modum considerandi phy. & met. vt in phy. non requiri certitudinem mathematicam, vt neq; etiam in moralibus dixerat primo, & hic, cap. 3. Quare sicut illud caput est pars phylosophiæ moralis, ita hoc physicæ; nam docet quanta certitudo requirenda

E sit in phy.

Confirm. 2. ex fine secundi, vbi proponit agere de natura, vt inde cognoscamus, quę cōsiderantur à physico, quod fit in 2. phys. at in 3. met. nihil dicit de natura, nisi in quinto, quod præstat, vt explicet vocabula, vt etiam explicat

multa alia vocabula.

Confirm. 3. quia primus congruit cum 3. met. nam in fine primi dicitur iterum repetẽdas esse dubitationes circa prima principia, de quibus egerat in primo, & illas dubitationes proponit in tertio; quare primus cum tertio, & haeret, & non debet interseri secundus.

3 *Sententia Autoris.* Resp. propter hæc argumẽta, ipsorum sententia est probabilis saltem, quod liber ille eo loco non sit locandus; neque mirum est, quia Arist. metaph. vt notauit Vicomercatus, est valdè mutila; & confusa, vnde eadem sæpè repetuntur, nam illam Arist. non perfecit, & in ordinem redegit. *Metaphysica Arist. est valde mutila.* Resp. tamen ad primum illud esse optimum initium ad rem, de qua acturus erat, & quod dicitur tex. 2. vt placet Alex. ostendo debere illum librum poni post primũ met. in quo retulerat sententias antiquorum.

Ad 1. Confir. patere ex dictis non congruere cum dictis in 1. & 2. phy. statuere autem modum procedendi, vel pertinet ad peritiam, vel ad metaphysicam, & illud præstat Arist. 6. met. cap. 1.

Ad 2. Confirm. proponit quidem agere de natura, *sic n. Et de quo naturalis est scientia manifestum erit, & vtrum vnius scientiæ, an plurium causas, & principia speculari.* Qui textus, nisi omnium obstaret sententia non mihi hanc sententiam persuaderet; tamen dico primò, multa alia in secundo dicuntur, quæ non proponuntur. Secundò, ibi proponit agere de natura, vt sciamus, vtrum vnius, an pluriũ sit speculari causas; hoc non fit in 2. phys. imò nec pertinent ad phys. vnde 3. met. tex. 2. eandem quæstionem exagitat inter alias quæst. metaphysicas. Tertiò in 5. met. tex. 5. explicat quid sit natura, & 6. met. 1. deinde explicat circa quod versetur philosophia, imò in eodem 6. explicat quid sit natura, vnde aliqui colligunt debere hunc secundũ librum immediatè collocari ante tex um. Neq; mirum si in tertio, illam quæstionem non soluit, quia in illo proponit varias quæstiones metaph. quas dissoluit in reliquis libris.

Resp. aliter Alex. secundum esse imperfectum; vnde verisimile est aliquid deesse in fine præcipue explicatio naturæ.

Tertiò Resp. D. Thom. debere cognosci quid sit natura, vt cognoscatur modus procedendi physicæ, & mathematicæ, non autem proponit explicare, quid sit natura.

4 Ad 3. Confirm. Resp. hanc esse connexionem; nam 1. met. 1. proponit inuestigare sapiẽtiam, & docet quomodo generetur sciẽtia. cap. 2. explicat conditiones sapientiæ. in cap. 3. ostendit metaphysicam versari circa cognitionem causarum, propter quod refert quid senserint antiqui, vt vel inuestigemus nouum genus causæ, vel quæ in phys. dicta sunt vera esse certius cognoscamus; vnde in fine cõcludit non dari aliud præter illa, quæ dixerat in phys. nam antiqui, qui agunt de causis nullum aliud videntur quærere; solùm repetenda essent, quæ de ijs causis possent in dubium adduci, vt facilius soluere possimus difficultates proponendas s. in tertio, ideo initio secundi incipit. *Cognitionem veritatis partim esse facilẽ, partim difficilem, ideo agendas esse gratias antiquis, qui aliquid docuerunt de causis.* Hãc autem scientiam, quæ tradit rem per causam debere esse contemplatiuam, & sui gratia, quæ omnia, vel explicauerat in primo, vel indicauerat, ideo in cap. 2. probat non dari processum in infinitum in causis, quia tollerentur scientiæ; deinde cap. 3. monet non esse requirendam tantam certitudinem in hac scientia, quanta est in mathemat. quia hæc certitudo non potest esse nisi de rebus, quæ non sunt in materia; res autem naturales fortè omnes habent materiã; quare considerandum est, quid sit natura, vt sciamus quid consideret naturalis, & quid relinquat sapientiæ, ex quo etiam fiet manifestũ, an vna scientia sit, quæ considerat omnes causas, ideo in lib. 3. proponit multas dubitationes; deinde in libro 4. probat dari scientiam, quæ consideret ens, vt ens; nam reliqua abscindunt sibi partem entis, & hanc debere considerare principia aliarum scientiarum; Deinde in lib. 5. tradit varias naturæ significationes, & aliorum vocabulorum. In sexto docet in hac scientia quæri causas entium, vt entia sunt, quia hoc non præstatur ab vlla alia scientia, cùm quælibet versetur circa aliquod genus entis; vnde distinguit metaphysicam, physicam, & mathematicam inter se.

QVÆSTIO III.

Quid sit Aristot. intentio in hoc libro.

Prima sententia est Francisci Beati, & Saldoleti Card. apud Vicomerc. 2. phy. init. qui cum existimaret 2. lib. met. pertinere ad phys. & esse proemium huius secundi, dixit in 1. lib. dictum esse de principijs modo quodam, non proprio scientiæ; sed reijciendo opiniones antiquorum, quod pertinet ad metaph. hic verò agi de ijsdem modo proprio sciẽtiæ, ideo tam magnificum proemium proponi, & in fine primi ait. *Rursus alio facto principio dicamus.* 1 *Referuntur opiniones aliorũ. Beat. Saldol.*

2. Est Auer. dicentis, in primo esse actum de principijs generationis: hic verò agi de principijs scientiæ, ideo incæpit à natura, quam dari supponit physicus; seq. D. Tho. & Burl. quare videntur velle hic agi de principijs incomplexis cognoscendi res naturales; quæ sententia si velit agi de his principijs sub ea præcisa ratione, qua sunt principia cognoscendi, non placet, cum nullibi actum sit de ijs, vt principia constitutiua. *Auer. D. Thom. Burl.*

3. Est Aegid. per se agi de causis, secundario autem de natura, vt s. ostendat materiam, & formam esse considerationis physicæ, quod probat, tùm quia sunt naturæ, tùm ex distinctione modi considerandi, & definiendi, quem seruat physicus, & mathematicus; tùm tertio, quia materia, & forma sunt relatiua, quare ad eundem spectant artificem; sed non placet; nã modus tractandi indicat per se tractari cum defi- *Aegid.*

definiat, & distinguat à cæteris, & tex. 6. 16. & 17. colligat actum esse de natura; tum quia 3. phys. 1. dicitur natura per se pertinere ad physicum: imò nihil magis videtur pertinere ad physicum, quàm natura. Ex his etiam reijcitur opinio Alber. tract. 1. init. dum dicit in primo actum de principijs corporis mobilis; hic vero de principijs motus, quasi velit naturam, & causas tractari in ordine ad motum, quare natura, & causæ per accidens tractãtur, cum Arist. initio tertij oppositum velit .s. agi de motu propter naturam, vnde etiam reijcitur opinio Toleti, qui dicit in primo actum de principijs antecedentis rerum naturalium existentiam: hic verò de principijs motus consequentis: nam licet ita sit in re, & materialiter; tamen formaliter ratio tractandi non est illa, sed vt sunt constitutiua rei naturalis in facto esse, vel alia ratione, vt dicemus.

Refellitur Mirandulanus. Ex his etiam reijcitur opinio Mirand. lib. 16. de euers. sect. 1. 2. & seq. & in Apol. lib. 1. cap. 18. quia cum dicit libros phys. esse partẽ metaph. consequenter putat in phys. agi de principijs entis, vt sic; nam putat ens propriè, & substantiam dici compositam ex materia, & forma, quare Deum vult dici ens, quia est causa substantiæ compositæ, hic autem agi de natura, vt est principium motus, & quietis, per quem motum inuestigatur primus motor; de quo primum fuisset agendum tãquam de prima, & vniuersali causa, vt propositum erat in proemio physicæ, nisi tractatio materiæ ob sui breuitatem, & facilitatem in 1. phys. præcessisset, quod colligit; nam in fine primi versus inquit (Aliud principium accipientes) quasi tunc inciperet tractationem physicam. Sed non placet, quia primus motor à physico secundariò tractatur .s. quatenus conducit ad cognitionem corporis naturalis, vnde neq; est species obiecti.

3 Quarta est dicentium hic agi de causis rei in facto esse; sed differunt; nam Phylop. ait in primo præcipuè actum esse de materia, hic autem præcipuè de forma, & ratione formæ, de materia; nam in fine primi proponit agendum sibi de naturalibus formis; Simplicius autem addit efficientem, & finem, & horum triũ gratia agi de natura, & casu, & fortuna, in qua sententia duo videntur reprahendenda: primum, quod omittant naturam hic per se tractari. Secundo quod dicant, naturam nõ per se tractari; quare multò minus probabiliter loquitur Sotus, in primo .s. actum esse de principijs intrinsecis .s. de materia, & forma, hic autem de extrinsecis .s. efficiente, & fine, licet putet etiam probabilem opinionẽ Phyloponi; vnde Vicomerc. putat in hoc libro agi de principijs intrinsecis, & extrinsecis, cum in primo tantum actum sit de intrinsecis, quæ in hoc secũdo etiam explicantur, sed perfectiori modo .s. explicando earum vim, atq; proprietates; sed non explicat Vicomerca. an in primo agat de materia, & forma, vt sunt principia rerum in fieri, an in facto esse; idcirco recentiores clarius rem explicarunt dicentes, rem posse considerari in fieri, & in facto esse, in quo statu iam est operatio.

Natura per se tractatur in 2. libro physices.

A In primo actum esse de principijs rerum in fieri tex. 57. & 68. non quidem, vt ex illis cognoscatur ratio motus, quia sic pertinent ad tertium, sed vt ex illis cognoscantur, quæ principia sunt intrinseca, quod colligit Arist. nam materia, & forma manent; priuatio autem non manet, ergo priuatio constituit composita, & hac ratione priuatio ponitur inter principia. In primo libro, quod fuisse necessarium, patet: quia illa principia sunt notiora, & potiora, cum via sit prior termino. In secundo autem agitur de principijs rerum in facto esse, quorum duo sunt intrinseca .s. materia, & forma, quæ sunt natura; & duo extrinseca .s. efficiens, & finis, quare B per se agit de omnibus causis; nam in proemio, & tex. 27. proposuerat agere de causis, ex quarũ cognitione pendet res, & ita tex. 39. & 69. colligit se egisse de illis, & tex. 6. 16. & 27. colligit se egisse de natura, & 3. phy. 1. apertè docet naturam per se spectare ad physicum.

Et Conir. quia corpus naturale habet quatuor causas, quæ alibi non tractantur, quam hic, ergo. & hoc forte voluit Auer. & alij, cum dixerunt hic tractari de fundamentis scientiæ; nam hæc sunt causa obiecti, quam sententiam apertè docuit Lincon. in summa secundi physicorum. Quare, ita connectitur hic liber cum 4
secundo, nam in primo disputauerat de prin-
C cipijs, quibus res fiunt .s. materia, forma, &
priuatione tex. 57. & 68. In secundo aliunde sumens exordium, vt ipse in fine libri primi conatur explicare, quæ sint res naturales, quarum causas, & passiones erat explicaturus; ideo ex differentia artefactorum, & naturalium colligit naturam, qua res naturales constituuntur, quam fusè explicat. Et quia mathematica videbatur versari circa naturalia, vt Phys. explicat quomodo differant ad inuicem. Demum

Connexio primi libri cũ secundo.

explicat causas rerum naturalium. quare totus hic liber in duas præcipuas tractationes diui-
D ditur. In prima agit de natura, quam distinguit ab arte vsq; ad tex. 16. deinde vsque ad 27. distinguit mathematicam à physica. In posteriore agit de causis, & primo vsq. ad 39. agit de generibus causarum, deinde ad 87. de casu, & fortuna. Demum repetit aliqua de materia, & causa finali. Nos quatuor tractationibus omnia complectemur. In prima agemus de arte In secunda de natura. In tertia de causis per se. In quarta de causis per accidens.

QVAESTIO IV.

Ad quem pertineat tractare de natura.

E De hac Fons. lib. 5. c 4. q. 1. vbi Fland. & Perer. l. 7. cap. 1. Tolet. q. 1. Conimb. q. 1. & Boet. lib. de duabus naturis. 1

De natura tractatio, partim ad Metaphys. pertinet, partim ad physicum; nam vt natura significat essentiam, ad metaphys. spectat, vt verò significat principium, quo naturalia à supernaturalibus distinguũtur partim ad physicam

De natura est partim ad phys. partim ad metaphysicam spectat.

cũ partim ad metaphyſ. pertinet,quatenus eius munus eſt naturali philoſopho ſubiectum præſcribere, & idcirco 5.met. tex.5.naturam explicat,vbi Hand. q.4. Fonſ.cap 4. vterq. Alex. & alij.

Obijcitur non ſpectare ad phyſicum. Sed difficultas eſt,quia ſcientia ſupponit, an eſt, & quid eſt ſubiecti, atque adeo phyſicus ſupponere debet, an ſit natura, & quid ſit;non igitur ad illum ſpectat tractare de natura, ſed ad ſuperiorem ſcientiam,ad quam pertinet definire naturam, & probare eius exiſtentiam.

Reſp. Reſp. 1. naturam non eſſe obiectum phyſicæ, ſed ens, quod conſtat ex naturis, atq; adeo naturæ ſunt principia obiecti phyſicæ: ſcientia autem tractare debet principia, partes, & paſſiones ſui obiecti, atque adeo phyſica tractare debet de natura.

Reſp. 2. etiam ſi ſcientia accipiat ab alia definitionem ſui obiecti, adhuc tamen illa debet cognoſcere definitionem obiecti ab alia ſcientia acceptam. Neque enim acceptio definitionis ab alia ſcientia tollit cognitionem, ſed ſolũ probationem illius definitionis.

QVAESTIO V.

De acceptionibus naturæ.

1 *Natura multipliciter ſumitur.* DE naturę ſignificatione tractat Ariſt.5.met. tex.5.vbi vterq; Alex.D.Tho.Scot.Niph. & alij,quos etiam referunt Doctores in 2. phy. tex. 7. vbi Themiſt. & 16. vbi Simpl. & Philop. Auer.in epit.met.cap.1.Vicomerc.2.phy. tex.17. Colon. in tex. 6. Alber. tract. 1.cap.1. Plato in Timæo, Plut. lib.1. de Placitis cap. 1. Boet. lib. de duabus naturis, Seneca lib. 4. de beneficijs Auicen. 1. ſuff. cap. 5. D. Tho.1.p. q.29. a.1.ad 4. & 3.p.q.2. a. 2. Cælius Rodiginius lib. 21. variar.lect. cap.4. Plotin.Aenead. 3.cap.8.Tol.q.1.ſind 2.Soto q. 1. Perer.lib 7. cap.1. Ruuius cap.1.q.1.Hurtad. diſp.7. ſect. 2. Conimb. q.1.ar.1. Suar.1.met.d.15.ſect.11.

1. Not. ab Ariſt. quinq; afferri naturæ acceptiones; nam primo ſignificat internum principiũ,vnde primò eſt generatio. Tum cuiuſq. viuentis generationem, quod etiam 2.phyſ.14. dixit Ariſt. nam naſci dicuntur, quæ accipiunt incrementum, dum copulata ſunt generanti, vt fætus in vteris maternis,quæ vocat congenita,& fructus in extremitatibus arborum, quæ vocat adgenita;oritur hæc diuerſa ſignificatio, vt Fonſeca docet,quod nomine (φύσις)ly υ poteſt produci,& ſignificat generationem,ſeu genituram, & nos vocamus naſcentiam; ſi vero corripiatur ſignificat principium generationis inſitum,ideo ſecũdo accipitur pro primo principio motus in rebus, quæ natura conſtant;de quo controuerſia eſt inter Peripateticos, & Platonicos quodnam ſit inſitum particulare inſitum cuiq; naturæ, an vniuerſale diffuſum per omnes partes, vt hic Conimbr. notant. Tertio accipitur natura pro prima parte, quæ in viuentibus generatur, vt in animalibus Cor. 2. de generat. animal. c. 4. Quarto pro mate-

A ria vniuſcuiuſquè rei, ſiue accipiatur materia iuxta veram opinionem, ſiue iuxta ſententiam antiquorum, qui dicebant eſſe ens actu inordinatum, idest carens formis accidentalibus, ex cuius potentia ſunt,ea quæ natura ſunt.

Quinto accipitur pro ſubſtantia eorum,quę ſunt natura, ideſt forma, quam aliqui primam compoſitionem, ideſt elementorum mixtionẽ vocabant; & ad hanc pertinet acceptio naturæ pro eſſentia, vt diſtinguitur contra ſuppoſitũ, quia habet modum formæ reſpectu ſuppoſiti: ſed ex omnibus acceptionibus Ariſt. dicit eſſe præcipuam, quando accipitur pro forma. His adduntur aliæ acceptiones à Conimbric. Primò diuina mente. Secundo pro eſſentia rerũ. Tertio pro vnitate rerum creatarum. Quarto B pro cauſis naturalibus, vt agunt ſecundum inſitam vim. Quinto pro natiuo calore.

2. Notan. ne in ſingulorum ſententijs de natura acceptione referendis ſæpius immoremur, ſtatui omnes naturæ acceptiones ſparſim à Doctoribus poſitas vno loco colligere.

Prima acceptio eſt vniuerſaliſſima pro natura cuiuſq; entis, & non entis,vt priuationis naturam dicimus connotare aptitudinem, & hác dicimus in Trinitate eſſe vnam, & tres perſonas, incarnationis vnionem factam eſſe in perſona,non in natura. ita definitio dicitur explicare naturam rei,licet ſi propriè loquamur differunt eſſentia,quidditas,& natura; nam eſſen- 2
C tia dicit ordinem ad eſſe rei, quidditas ad definitionem, qua quid eſt res explicatur; natura verò ad operationem. Huic, Boetius apud Alber. addit quatuor acceptiones. Secunda pro omni ente reali, & definit eſſe earum rerum, quæ cum ſint .ſ. entia realia, quoquomodo intellectu conſpiciuntur. Tertio pro ſubſtantia tam corporea, quàm incorporea, & definitur eſſe id,quod facere, aut pati, aut vtrumq; poteſt; Deus .n. tantum eſt agens; natura tantum patiens; anima verò,& huiuſmodi alia,& agũt, & patiuntur. Quarto pro ſola ſubſtantia corporea, & definitur, ab Ariſt. hic. Quartò pro differentia cuiuſq; rei, & definitur eſſe vnamD quamque rem informans ſpecifica differentia. Hæc Boet. 6. ab Hugon. lib. Didaſcolon cap. 11. natura accipitur pro diuina mente omnium opifice, quæ dicitur à philoſ. natura naturans, de qua Ariſt. 1. cæli 20. dixit (Rectè feciſſe naturam cum cęlum exemerit à contrarijs, & de eadem 4.de part.c.4 2.cæl. 34. 2. de Gen. 59.2. de part. cap.14. 8. phyſ. 48. natura facit quod melius eſt, licet hic locus poſſit intelligi de omnibus cauſis naturalibus, & de hac Galen. multa docet lib. 17.de vſu partiũ.

Hinc eſt ſeptima ſignificatio, cum dixit naturam nihil facere fruſtra 1. cæli 32. 2. cæli 50. & 59. 2.de an.45. 1.de gener. animal. cap.4.& E naturam omnia facere propter finem 1. de part. cap. 1.

8. Pro ſolis cauſis ſecundis,quomodo dicimus Deum, & naturam nihil facere fruſtra ex Auer.12.met. tex.18. opus naturæ, opus intelligentiæ.

9. Pro vniuerſis cauſis, quæ ſub cælo ſunt

aggregatione, vt 12. met. 38. ab hoc principio cœlum, & natura dependet.

10. Vt etiam comprehendit cælum; sic dicitur natura refutare vacuum, non admittere aliquid inordinatum, infinitum &c. Miraculũ enim dicitur, quod totius naturæ vim excedit ex D.Tho.1.p.q. 105.a.7.& quodl.4.a.5.

11. Prout distinguitur ab anima, quomodo dicimus naturam esse determinatam ad vnum, & sponte, vt animalia 3. Eth. cap. 1,

12. Pro generatione ipsa viuentium 5. met. 13. & nos possumus appellare nascentiam, & hæc est germana huius vocabuli acceptio tàm apud Græcos, quàm Latinos dicitur enim natura à Latinis, quasi à nascendo, & à Græcis physein, quod est nasci. Sed quia generatio à principio interno oritur, ideo naturæ nomine significatur internum cuiusq. rei principium, ex quo primo quælibet res habet vnde moueatur, siue in viuentibus sit, siue in vita expertibus, quæ acceptio materiam, & forma comprehendit.

3 13. Pro ipsa forma, si ly (y) producatur 2. phy. 14. nam hæc est finis generationis, & hãc principaliter vult appellari naturam, à qua reliqua dicantur 2.phy.15. & 5.met. 5.

14. Pro materia ibidẽ,& 5. met.53. 2.phy. 7. & 10.

15. Pro ipsa priuatione 1 phy.79.quatenus .s. concurrit ad naturalem generationem rerũ.

16. Pro causis naturalibus, vt agunt secundum insitam propensionem, quo sensu dicitur natura nihil facere frustra 1. Poli. cap. 2. & 2. de gener. anim. c.2.vt propensio dici solet natura quomodo dicimus hãc, vel illam esse naturam meam, quam acceptationem antiqui confundebant cum forma: nam putabant cõplexionem qualitatum esse formam substantialem rerum, & in hoc sensu vtitur Hipp. lib. de nat. hominis, Gal. 1.Aphoris.3. Eust. 2.Eth.c.1.Philop.2.phys.7.Auer.destruct.dest. disp.7. & in hoc sensu, *dicitur natura efficere optimum, quod potest*, 2. cœli 34. & de iuuẽtute cap. 4. *dicitur ordine superfluum*, 2. de gen anim. cap. 4. *Non deuegare necessaria*, 3. de animal. cap. 9. *Non pati aliquid torpere, vel feriari, seu ociosum*, 1. E. h. c.7. & 2. cœli 17. *Abhorrere a vacuo*, 4.phy.cap. 6. Esse iustam, & vnicuique suum distribuere, vt Galen. 5. de vsu part. cap. 9. *& tandem opus naturæ esse opus intelligentiæ*, ex Themist. 1. cœli q.2. Auer. 12. met. 18.

17. Ex Conimb.pro natiuo calore, ac temperamento cuiusque animantis, vnde Galen. cap.77.artis paruæ,natura opifex medicus minister, & id quia consuetudo est altera natura.

18. Significat essentiam, quo sensu distinguitur à supposito ex D. Tho. de ente, & essentia cap.1.& 1.p.q.29.a.2. & 3.p.q.2.a.2. & ratio, tum quia est principium passionis alicuius, tũ quia vt ait Sotus est terminus generationis; nam hominem generari non est aliud, quã essentiã hominis generari; hinc nata est distinctio formæ partis, & formæ totius. Contra has acceptiones multa Fons.loc.cit.

QVAESTIO VI.

A *Quid principalius significet nomen naturæ, & qua significatione accipiatur in 2. Phys.*

Resp. naturam apud Philosophos accipi pro principio motus corporei, qui dicitur naturalis, vt distinguitur ab artificiali, & supernaturali, seu spirituali abstrahente à materia, siue formaliter, siue connotatiuè, & hoc modo accipitur in 2. phys. vt patet ex definitione, quam Arist. ibi tradit de natura. 1 *Natura principium motus corporei.*

QVAESTIO VII.

B *An definitio naturæ tradita in 2. Physic. sit bona.*

DVBITATIO I.

Quo modo definiatur natura in 2. Phys.

Aristot. tex. 3. definit naturam esse principium aliquod, & causam mouendi, & quiescendi, in quo est primum, & per se, & nõ secundum accidens, cuius definitionis particulas fuse explicat Pererius lib.7. c.4. Fons. sect. 3. q.2. Bonauẽ. lib.3.phys.c.1.Ruui. q.1.Hur. sect.1. Murcia d.1.q.1.Masius cap.1. q.2. Pro C cuius definitionis explicatione. 1 *Definitur natura ab Arist. Perer Fons. Bonauent.*

Not. 1. vnamquamque rem naturalem determinatas habere operationes, quæ cum semper, & eodem modo rei conueniant, ab intrinseco rei principio profluere existimamus, hoc autem principium, naturam, philosophi nominarunt, ex quo operationes profluentes nominauere naturales, q. à natura procederent, & res etiam, quę ex hoc principio constant, etiam naturales, quasi natura constantes nominauere.

2. Notandum circa principium harũ operationum diuersas philosophorum sententias extitisse; nam Plato voluit esse vim quandam D in omnibus rebus diffusam, quæ esset illis intrinsecum principium operationum, sicut anima rationalis vna est in omnibus membris, quę omnium membrorum operationes gubernat, & dirigit, à quo Auicen. 7.met. cap.4. non dissensit, dum intelligentiam rerum gubernatricem, atque formarum inductricem constituit. *Quale sit principium intrinsecum operationum.*

Contra verò Arist. in vnaquaq; .s. re suum esse intrinsecum proprium principium; à quo propriæ operationes dimanant, orta est hæc dissensio; eo quod in rebus duplices reperiamus esse operationes; nam quædam tendunt in propriam rei perfectionem, vt aquæ ferri deorsum; quædam verò in vniuersale bonum, E & ad perfectam conseruationem diuersi, sicut appetitus generandi, qui respicit bonum alterius, & motus elementorum, ne detur vacuum contra propriam naturam; sunt præterea quædam admirabiles rerum naturalium operationes, quæ ita sunt ordinatæ, vt intellectiuam animam, à qua dirigatur, requirant, vt Galenus di- 2 *Duplex operatio in rebus.*

xit

xit de virtute seminis formatiua, & has operationes respiciens Plato posuit vnum principiũ vniuersale, quod respiciat bonum vniuersi tanquam finem vniuersalem; nam si datur finis vnus per se intentus, debet dari vnum principium, quod intẽdat illum finem; sed hoc principium non potest esse proprium cuique rei, ergo debet dari vniuersale principium, sicut in corpore humano est vna anima, quæ propter bonum totius corporis, imò propter partem perfectiorem, mouet partem imperfectiorem, etiam cum proprio damno, vt seruet perfectiorem partem, vt bracchium ad defendendum caput. Aristot. verò respiciens operationes primi generis, in singulis rebus propria principia constituit; tùm quia iuxta diuersitatem operationum colligimus diuersitatem naturarum, tùm quia experientia constat, operationem, quæ est vni rei naturalis, esse alteri violentam, ergo signum est in illis non esse idẽ principiũ illius operationis, quia si eadem natura esset in igne, & terra v. g. non magis esset naturale igni ferri sursum, quàm terræ, quod confirmatur; nam perfectiores res videmus habere perfectiores operationes, ergo non est idẽ principium, quod in omnibus causat operationes, quia omnes haberent æquè perfectas operationes, quæ certa sententia verissima est; neq; illam negauit Plato, sed tantum voluit ad cõplementum totius naturæ, & boni status vniuersi necessarium esse dari aliam causam, quæ, res omnes particulares dirigat, tum in propriũ finem, tum in finem vniuersalem, & ideo.

3 *Datur natura vniuersalis.*

Dico 1. Admittenda est natura quædam vniuersalis: primò patet ex operationibus repugnantibus singulis naturis, conducentibus tamen perfectioni vniuersi, ergo debet dari aliquod principium, cui huiusmodi operationes sint naturales; nam quælibet natura particularis, non sui corruptionem, sed conseruationem appetit 1. Eth. ca. 1. Antecedẽs patetẽ ex dictis.

Confirm. ex effectis, quæ superare videntur naturam rerum particularium, vt sunt sagacitates animalium, ergo debet dari aliquod nobilius principium dirigens res particulares.

Aristot.

Confirm. 2. auctoritate Arist. 4. de gener. anim. cap. vlt. 8. phys. 15. 2. cæli 69. vbi naturalia dicit esse ordinata, & huius ordinis auctorem dicit esse naturam 2. de part. cap. 14. 2. de gener. anim. c. 2. naturam dicit habere rationem, & nobiliora magis curare, & cap. 3. fœminas, inquit, non intendi à particulari natura, sed ab vniuersali, & 2. cœli 34. 50. & 59. Naturam nihil à casu facere, sed omnia à consilio, & ratione.

4 *Natura vniuersalis per Arist. est Deus.*

2. Dico hanc naturam vniuersalem apud Arist. non esse aliud, quàm Deum, quia facit illam intelligentem 2. de gener. 59. 12. met. tex. 38. primo de part. cap. 5. licet alibi, vt 1. cœl. 32. 2. cœli 50. & 59. & 3. de anima 45. & 60. 3. de part. cap. 1. 5. de gener. anim. cap. 8. & alibi, vbi ait, Naturam nihil frustra facere, sed omnia propter finem, nomine naturæ vniuersalis intelligat seriem, & ordinem causarum, tam vniuersalium, quàm particularium. Vnde 2. de gener. anim. cap. 4. naturam comparat patri familias, & de diuinatione per somn. cap. 2. Naturam dicit esse dæmoniam .i. sapientem, quod suse probabimus in octauo physic.

Hinc patet non esse ponendam animam mũdi, quæ singulas vniuersi partes informet, & gubernet. *Non est ponenda anima mũdi.*

3. Dico Arist. hic nomine naturæ intellexisse naturam particularem, quæ in singulis rebus naturalibus esset principium propriarũ operationum. patet, quia vocat materiam, & formam, & hoc principium dicit esse intrinsecum rebus, cuiusmodi non est natura vniuersalis, in quo Philop. errauit tex. 1.

DVBITATIO II.

Qua ratione explicari debeant singulæ particulæ definitionis.

Dicitur igitur (Principium, & causa) ex Alberto sub nomine principij comprehẽditur priuatio, sub nomine causæ, materia, & forma. Alij nomine principij intelligunt causam efficientem; nomine causæ potentiam passiuam. Contra hos D. Tho. & Auer. sentiunt. Mihi placet, quod dicunt Perer. Fons. Ferrar. & Iandun. pro eodem accipi nomen principij, & causæ, vt etiam sæpius solet confundere Arist. 4. met. 3. & alibi, vt Perer. lib. 3. & ideo 5. met. tex. 5. & 3. phy. tex. 1. ly, causa prætermittitur in definitione naturæ. 1 *Principium, & causa confunduntur.* *Perer. Fonsec. Ferrar. Iand. Arist.*

Dicitur (mouendi, & quiescendi) quibus verbis Fons. sect. 4. vult comprehendi mutationem proprie dictam, quæ non conuenit, nisi in rebus materialibus; nam 3. phys. initio dicit se velle definire motum, cuius principium est natura; sed ibi definit motum propriè dictum: ergo motus, cuius principium est natura, est motus proprie dictus, vnde excluduntur omnes naturæ rerum immaterialium, & excluditur ab hoc motu generatio instantanea.

Nomine verò quietis vult intelligi possessionem formæ acquisitæ, in qua fundatur negatio motus non sequentis, quę est in termino à quo, sed sequentis, qui est in termino. Ad quem: vnde sub quiete compræhenditur generatio instantanea ex tex. 7. Sed Perer. motum vult accipi largè, præcipuè tamen pro locali, qui est communis omnibus rebũs naturalibus 4. phy. 1. 8. phys. 56. 57. & 58. vnde 1. cœli tex. 50. naturæ definitionem accomodat motui locali; vnde infert cœlum habere diuersam naturam à sublunaribus.

Dicitur (Et quiescendi) vbi ly (Et) non debet accipi copulatim contra Albert. 2 phy. tract. 1. cap. 3. neque disiunctim, vt .s. ad rationem naturæ satis sit esse principium quietis; nã ex 3. phys. 1. & 1. cœli 5. Omnis natura est principium motus, neque vbi non est motus potest esse quies: quare Fons. putat sumendã esse hanc particulam partim disiunctim, partim coniunctim, reposito priori membro in posteriori, vt sensus sit accomodus. Natura est principium motus solum, vbi est solus motus, vt in cœlo, & est principium motus, 2 *Fonseca*

&

& quietis, vbi est simul motus, & quies, vt in elementis, sicut etiam explicat definitionem A animæ traditam in 2. de an. tex. 24. anima est id, quo viuimus, sentimus, loco mouemur, & intelligimus primo.

Pererius verò aliter explicat, putat enim debere intelligi successiuè motus, & quietis; nam putant ex 8. phys. 21. naturam posse esse tantum principium quietis.

Dicitur (in quo est) quibus verbis Perer. putat naturam debere esse in eodem subiecto, in quo est motus; vnde causa efficiens, vt agit in extrinsecum subiectum, non natura, sed potentia dicitur, quæ 3. cæli 28 definitur esse principium transmutandi aliud in quantum aliud; Fons. verò vult debere addi (Eius, in B quo est) quasi natura dicatur principium, non motus, sed eius, in quo est motus, quod colligit ex textu Greco. Et ratio est, nam Aristot. colligit hanc definitionem ex differentia rerũ artificialium à naturalibus, quod illæ non habeant principium in se.

Dicitur (Primo) vel vt explicat Philop. Auicen. & Mayronus, idest proximum, vel, vt D. Thom. Them. & Simpl. vt distinguitur contra per aliud; vnde lectus, licet moueatur deorsum, tamen non dicitur habere naturam, quia mouetur ratione ligni, quod est ens naturale, & nõ artificiale, vel, vt placet Aegid. Thienensi, Veneto, Perer. Burl. Iand. Soto, Vicomer. & Toleto (Primo) sumitur pro princi- C pio principali, vt distinguitur contra instrumentale; vnde accidentia non sunt natura, qa sunt instrumenta formarum; & cõfirmat Fons. quia instrumenta sunt propter aliud .i. propter materiam, & formam.

3 *Arist. Fons. Perer. Iand. Venet. Philop.* Dicitur (per se, & nõ secundum accidens) quæ particulæ pro eodem sumuntur, & sensus est, vt motus conueniat subiecto, quatenus habet tale principium: vnde Medicus non dicitur sanari per se, quia non sanatur, vt medicus, sed, vt ægrotus, vt inquit hic Arist. ita Fons. à Perer. Iand. Veneto, & Philop. Alij tamen ly (per se) referunt ad subiectum motus, idest, vt principium illud sit per se in subiecto, qua ra- D tione nauta est principium primum motus nauis, sed non est principium per se nauis, sed extrinsecum, ly autem (non secundum accidens) referunt ad motum, vt .s. nõ per accidens causet motum, vt Musicus ædificat, ita Themist. Alber. & Simpl.

4 *Obijcitur contra definitionem.* Sed contra hanc definitionem primo obijcitur: nam non conuenit omni; nam non conuenit Deo, qui est aliqua natura.

Resp. Confir. quia neque conuenit Angelis. Quòd si dicas concedendo his non conuenire; nam Deus est omnino immobilis, & Angeli licet moueantur, tamen non mouentur motu corporeo, vt est motus physicus.

Contra obijcitur, nam non conuenit omni- E bus entibus naturalibus, terra enim in proprio loco semper quiescit, ergo non mouetur.

Perer. Sotus. Resp. Perer. & Sotus terram secundum se totam non moueri, tùm quia est centrum, circa quod fit motus cœli; illud autẽ circa quod fit motus ex 2. cæli 17. & lib. de motũ anim. debet esse fixum; tùm quia terra est domiciliũ animantium; mouetur tamen secundum partes, & hoc sufficit, vt tota terra habeat principium motus, quia in corporibus simplicibus eadem est natura partium, & totius.

Et Confirm. quia si tota terra dimoueretur à proprio loco, posset ex principio intrinseco ad illum moueri.

Sed contra obiicit Fons. frustra est illa potentia, quæ nunquam debeat reduci ad actum. 5 sed inclinatio hæc ad motum, quæ est in tota terra nunquam reducetur ad actum, ergo.

Resp. ipse non esse frustra inclinationem, qua res inclinatur ad duo, quorum vnum est principale, alterum secundarium si res possideat prinipale semper, vt est in casu nostro; terra enim principaliter inclinatur ad quietem in proprio loco, secundariò autem tanquam ad medium inclinatur ad motum, non igitur frustra tributa fuit hæc propensio terræ, cum per eam semper possideat suum locum, etiam si nunquam exercenda sit circa medium.

Obiic. 2. Contrariorum contrariæ debent esse causæ 4. meteor. 36. 2. de gener. 56. 9. met. 3. sed motus, & quies sunt contraria, ergo non possunt esse ab eodem principio. *Obijcitur 2.*

Resp. quidquid sit de maiori, de qua re alias, distinguitur minor, quietem in termino. A quo opponi motui, in termino vero ad quem perficere motum, tanquam finem illius 5. phys. 54. & 55. neque repugnat contraria, quorum vnũ ordinatur ad aliud effici ab eodem principio, vt est in casu nostro; nam motus in animatis ordinatur ad quietem, licet contrarium sit in animalibus, somnus enim inquit Arist. in lib. de somno, & vig. est propter vigiliam. *Resp. Quies in termino ad quẽ perficit motum.*

Obijc. 3. Frustra additas esse particulas ad explicandas artes, quæ agunt in subiectum, in quo est motus, quia excludũtur per ly (primũ) Artes enim nunquam sunt principale principium motus. *Obiectio de artibus.*

Confirm. nam ars canendi, & saltandi est principium motus in eo subiecto, in quo est motus. 6

Resp. licet artes non sint primum principiũ motus simpliciter; sunt tamen primum in genere artis; vnde licet sanitas propriè fiat à medicamentis; tamen hæc dicuntur instrumenta artis medicinæ; vnde ipsa medicina est principium principale; ita Venetus hic. *Resp.* *Venetus.*

Ad Confirm. dicemus cum de arte; nunc sufficiat dicere artem non esse principium motus, sed modificare motum, vt v. g. fiat bene, vel male, vt Auer. Venet. Aegid. & Niph. *Aegid. Niph.*

Dices, cur Arist. tex. 3. dicit esse principiũ per accidens, cum aliquæ artes per se, & necessariò requirantur in subiecto, in quo est motus.

Resp. communiter Arist. loquutum esse de artibus, quæ agunt in externam materiam, de quibus 6. Eth. cap. 4. & 5. ita Auer. Burl. Venet. Niphus, Aegid. in tex. 3. Portius lib. 2. de princ. cap. 3. de quo plura Bonamic. lib. 3. de motu cap. 1.

4. Obijc.

Obiectio.

7 4. Obijc. Natura dicitur vnde aliquid constituitur in esse entis naturalis, sed hoc non cóstituitur ex partibus, idest materia, & forma, vt hæc sunt principia motus, quia esse principium motus, est proprietas consequens ad naturam, & essentiam materiæ, & formæ; imò ad hæc, vt componunt: at verò hæc componunt ens naturale secundum eorum essentiam.

Confirm. 1. quia entia corruptibilia sunt entia naturalia, vt elementa, &c. & tamen sunt principium corruptionis, quæ nó est motus naturalis, sed potius contra naturam.

Confirm. 2. quia ex hac definitione sequeretur animam, vt sic, non esse naturam, quia licet, vt sic sit principium motus, vt nutritionis, &c. non tamen quietis; nam sicut perfectio inanimatorum consistit in quiete, ita perfectio viuentium consistit in motu, & operatione.

Confirm. 3. nam materia non est principiú operationis, cum sit præcisè passiua, & quia cum sit vna, & eadem in omnibus, daretur vna operatio communis, & naturalis omnibus entibus naturalibus.

Confirm. 4. quia sequeretur formam non esse naturam; nam in vnoquoque sicut natura est essentia, ita principium operationú est essentia: at forma non est essentia, nisi partialiter: ergo.

Resp.

8 Resp. hæc omnia argumenta petere explicationem, cur materia, & forma dicantur natura, an .s. secundum earum essentiam, an vero, vt sunt principium operationum, de qua infra fusius.

Entia corruptibilia quomodo sint principia motus naturalis.

Ad 1. Confirm. Resp. 1. Etiam si corruptio non sit naturalis; tamen principia constitutiua entis corruptibilis possunt dici natura in ordine ad alios motus.

Resp. 2. Auic. Arist. non dixisse naturam esse principium motus naturalis, sed motus, absolutè, cuiusmodi est corruptio; sed nó placet, quia cum sit principium intrinsecum, debet esse principium motus naturalis; nam motus violentus est à principio extrinseco, vt patebit ex dicendis de differentia inter motum naturalem, & violentum.

Resp. 3. Alij corruptionem esse motum naturalem, non ratione formæ, sed materiæ, q̃ cum sit capax omnium formarum, cum illis careret, illas appetit, ratione cuius appetitus dicitur principium corruptionis, vt explicabimus infra; vnde aliqui distinguũt in aqua v. g. & esse naturale, cum quo conuenit cum alijs, quòd sit absolutè mobilis, & esse tale, in quo differt ab alijs; nam quod illi conueniat talis, vel talis motus, habet à tali ratione naturæ, vnde constituitur tale ens naturale, & ideo corruptio est contra naturam illius determinatam, non tamen contra naturam illius, vt ens naturale. Nec mirum, quia multa repugnant ratione gradus inferioris, quæ non repugnant ratione gradus superioris; vt terræ ferri sursum repugnat illi, vt est tale elementum; non tamen, vt est elemẽtum; sed hæc responsio non placet omnibus, quia etiã si ratione gradus superioris ille motus non repugnet, non tamen est connaturalis, quod tamen requirunt, vt motus specificet naturam, quia repugnat aliquod esse connaturale ratione gradus inferioris, & repugnans ratione gradus superiuris, quia hinc colligeretur repugnantia inter gradum superiorem, & inferiorem, atq; adeo non possent coniungi.

A

9 Resp. 4. Sotus, ex motibus alios esse dispositiuos ad formas, vt calefactio, frigefactio, & similia, & hos dici naturales, ratione formarum, ad quas disponunt; alios verò non esse dispositiuos, vt motus locales, & in ordine ad hos nó dici naturam, nisi sit connaturalis, sed non placet alijs, quia vtrobiq; videtur esse eadem ratio; nam sicut calefactio respectu formæ aquæ est simpliciter violenta, ita etiam, & motus sursum; at respectu materiæ, vterque motus est naturalis, quia vnus disponit, alter consequitur formam substantialem, ad quam inclinat natura. Deniq; dicunt etiam respectu formæ vtrũque motum posse dici naturalem, quia vterq; conuenit ratione imperfectionis naturæ, quia nisi talis forma haberet talem imperfectioné, materia informata per illam non esset capax talis motus; nam illum impediret.

Duplex motus dispositiuus, et nõ dispositiuus. Scotus.

B

Ad 2. dicetur infra, cũ de speciebus naturę.

Ad 3. Resp. principium constitutiuum naturæ, aliud esse passiuum, aliud actiuum, vt infra.

Ad 4. naturam dici principium primum, & remotum, cuiusmodi nõ est natura Metaphysicè sumpta, sed physicè.

C

10 Quinto obijc. datur ens naturale, quod non est principium motus, vt cœlum empyreum, quod nec mouetur, nec mouebitur; Nec dicas posse moueri, quia frustra est potentia, quæ nunquam reducetur ad actum.

Obiectio. De cælo empyreo.

Confirm. 1. quia non implicat dari corpus aliquod, cuius pfectio sita sit in immobilitate.

Confirm. 2. nam cæteri cęli semper habent motum, & nũquam quietem, & tamen habent naturam, ergo natura non est principium simul motus, & quietis.

Resp.

Resp. infra constabit, qua ratione cœli dicantur entia naturalia; neq; enim ad naturam requiritur, vt sit principium eius, in quo est simul motus, & quies, sed, vt sit principium motus, in quo est motus; & quietis, in quo est quies.

D

Sexto obijc. frustra adduntur illa verba (Eius in quo est) quia forma est natura etiam, vt est actiua in alienum subiectum; nam sicut igni est naturale accendere, ita & calefacere.

Resp. infra constabit, an natura dicatur in ordine ad huiusmodi motus.

Septimo, nam ex illa particula (Primò) videtur colligi, grauitatem v. g. & alia principia accidentalia esse naturam, quia sunt principia prima. i. immediata, & per se insunt subiecto.

E

Resp. ly (Primo) non accipi pro immediato, sed pro remoto, & radicali. i. vt carens priori, cuiusmodi non sunt principia accidentalia. Ex quo obiter intelligitur, composita accidentalia, vt sic, non esse entia naturalia, idest constantia ex naturis, quia constant formaliter ex accidente, quæ non est natura; vnde etiam fit,

Resp. Primum in definitione naturæ accipitur p radicali.

non posse esse speciem obiecti physici, quod est corpus, seu ens naturale.

DVBITATIO III.

Quot modis dicatur Naturale.

1 *Naturale multipliciter sumitur.* *Sotus.* CVm naturale dicatur à natura, tot modis accipi potest naturale, quot natura: vnde sicut Doctores differunt in acceptione naturæ, ita in acceptione ly *naturale*, & quidem primò Sotus, Naturale accipit pro substantia per se subsistente, cuius principia .s. materia, & forma non sunt entia naturalia, sed naturæ, sicut accidentia dicuntur entia secundum naturas, idest consequentia naturas; nam Aristot. ens naturale, dixit, esse id, quod habet naturã: *Arist.* Verum alij etiamsi Arist. consentiant, definienti naturale per habens naturas, quatenus illud distinguit ab artificiali, tamen ex vsu communi Philosophorum, nouem afferunt Naturalis acceptiones. Primo enim sumitur, vt opponitur voluntario, & definitur esse id, quod sine consilio, & deliberatione fit; vt ait Perer. & ad hoc reuocatur Naturale, vt distinguitur contra liberum, & morale. *Naturale opponitur voluntario.* *Perer.* Secundo, vt opponitur ei, quod fit ab anima, & definitur esse id, quod est determinatum ad vnum, & omnino ab intrinseco: nam anima mouet ipsum viuens secundũ varias positiones, & differentias, & aliquo modo ab extrinseco .s. obiecto. 2 Tertio, vt opponitur illi, quod fit à casu, vel fortuna, & definitur esse id, quod fit vt plurimum, & secundũ intentionem agentis. Quartò, vt opponitur artificiali, & definitur 2. phy. Quinto, vt opponitur supernaturali; nam naturale est, quod fit ab agente naturali, vel supranaturali agente iuxta exigentiam ordinis vniuersi. Sexto, vt opponitur violento, vel coacto, & definitur esse id, ad quod res habet naturalem inclinationem, de quo Eust. 1. Ethic. cap. 1. nam violentum est, quod fit repugnante passo. Septimo accipitur pro eo, quod sequitur necessariò naturam, licet illam non perficiat; vt senescere dicimus esse naturale homini 5. phy. vlt. & esse corruptibile rebus naturalibus, non autem sumitur ens naturale, vt opponitur violento, vnde 2. Cœl. 35. senescere negat Arist. esse naturale homini. Octauo pro eo, quod opponitur acquisito, quomodo potentias esse naturales, non autem habitus dicimus. Nono pro cõsueto, & indiuisibiliter coniuncto, vt habitum in naturam dicimus conuersum, sed cum tot ponantur acceptiones à Doctoribus, eas, vt reducamus ad aliqua capita.

3 Not. 1. Naturale latè, distingui contra supernaturale, prodigiosum, & miraculosum, quo sensu artificialia dici possunt naturalia.

2. Not. in vniuerso esse quemdam ordinem rerum, qui à Deo facta sunt, vt hunc mundum perfectum constituunt, & hic ordo est rerum naturalium, quia res ad hunc ordinem pertinent secundum naturam suam, & operationes, quæ ab illis, vt constituentibus vniuersum oriũtur, dicuntur naturales, & Deus, vt causa dicitur Auctor naturæ. A Huic ordini Deus addit ordinem gratiæ, quo res eleuantur ad perfectiorem formam, & operationes, quam sint, quæ eis conueniunt ex propria natura, & dicuntur opera supernaturalia, quorum principium est gratia, & Deus in hoc ordine dicitur causa supernaturalis, & supra vtrumque ordinem addit Deus ordinem miraculorum, qui ordo reperiri potest tam in ordine naturali, quã supernaturali gratiæ, quando scilicet fiunt aliqua extra legem ordinariam vtriusque ordinis, & status, vt conuersio Diui Pauli, & adhuc ordinem pertinet opera prodigiosa, quæ Deus efficit ministerio Angelorum, vel Dæmonum, qui subita applicatione actiuorum ad passiua, & subito efficiunt, quæ miraculosa videntur, B cum tamen efficiantur vi causarum naturalium applicatarum tamen non naturaliter, & ideo non sunt vera miracula, sed prodigia dicuntur, & hoc modo non sumitur naturale, ita laté ab Arist. quia naturale apud Arist. non complectitur artificialia, sed ab illis distinguitur; imò nec complectitur quidquid est connaturale; nam in Angelis, & in Deo reperitur naturalis operatio, vt intellectio amor, &c. & tamen illius operationis principium non est natura hic definita: quare hic naturale pressius sumitur pro operatione à natura physica, & sensibili; ideo.

C Not. 3. supra naturam sensibilem additum esse ordinem rerum, quæ artificiales dicuntur, dum vi intellectus humani per applicationem, & compositionem rerum naturalium diuersæ formæ, & figuræ inducuntur, quæ opera artificialia dicuntur, quæ quidem res à natura, vel non fierent, vel non ita citò, vel non eo modo, vt infra dicemus. 4

Not. 4. Naturale hoc, aliquando distingui contra animale, aliquando contra liberum, aliquando contra violentum; nam naturale dicitur, quod dimanat ab intrinseca natura, operationes autem animalium, non à natura, sed à cognitione obiecti, & appetitu, & ideo vocãtur speciali nomine animales operationes, & D quia naturale dicitur, quod ab intrinseco oritur, ideo specialiter significat id, quod necessariò fit à natura, & ita distinguitur contra liberum, & hinc operationum liberarum principium non est natura, sed voluntas, & quia quod est ab intrinseco, fit secundum inclinationem naturæ, ideo violentum contra naturale distinguitur, & hoc modo hic natura definitur; nam comprehendit quamcumq; naturam physicã, quam habent animalia, & homines. *Naturale quo modo primum sumitur.*

Not. 5. dupliciter dici naturale. Primò quod est secundum inclinationem naturæ. Secundò quod sequitur necessariò conditionem naturæ, etiam si fit contra inclinationem naturæ, vt E homini esse corruptibile, aquæ posse calefieri, quare 5. phys. senescere dicitur esse naturale homini, sed 2. cæli 37. dicitur esse contra naturam si consideretur appetitus hominis ad viuendum, & quia magis naturale est quod conuenit secundum perfectionem, quàm quod secundum imperfectionem, ideo magis naturale est 5

est homini conseruari in esse, quam corrumpi.

A Not. 6. id, quod est naturale secundum inclinationem potest dupliciter esse, vel secundum gradum inferiorem, vel secundum superiorem, quia ratione diuersorum graduum diuersæ operationes esse possunt naturales, imò sæpè fit, vt quod est naturale ratione vnius nō sit naturale ratione alterius, vt animali est naturale moueri deorsum, vt est corpus mixtū, violentū, vt viuens, quia hoc motu destruitur, & quia natura rei præcipuè secundum gradū specificum spectatur; ideo motus, qui conueniunt secundum gradum specificum, dicuntur simpliciter naturales, cæteræ vero secundum quid.

6 *Naturalitas motus attenditur secundum principiū actiuum, & passiuum.*

B Not. 7. cum in rebus naturalibus sint duo principia, actiuum .s. & passiuum, naturalitas motus attenditur secūdum vtrumque principium; nam sicut est naturale viuentibus nutriri, animalibus sentire, ita rebus inferioribus recipere influentias à cœlo; vnde aliqui dicunt ly (Principium) positum in definitione naturę accipi, vt est commune actiuo, & passiuo, licet Vicomercatus, & Vallesius dicant accipi solú pro actiuo, quod Arist. dicat principium, & causa; sed falluntur, quia vt datur principium passiuum, ita, & causa subiectiua, de qua re infra; vbi etiam disputabimus, An hoc principiū, per quod definitur natura sit respectu operationum immanentium, an etiam transeuntium.

C 8. Notād. quod cum mutationes naturales sint multiplices, vt dictum est, & Arist. non explicet naturam motus, à quo specificatur natura; meritò dubitant DD. qualis debeat esse hic motus, cuius principium est natura. quapropter sit.

DVBITATIO IV.

An hæc explicatio sit essentialis, An descriptiua.

1 *Definitio naturæ, vt descriptiua. Alb. Iand. Georg. Paris. Vicomerc. Col. Zimar.*

PRima opinio est dicentium esse descriptiuam, ita Alb. 2. phys. tract. 1. cap. 2. Iandun. q. 1. Paris. & Vicomer. tex. 3. Colon. tex. 6. Georg. 2. phys. tract. 1. ad 1. post 2. dub. D Philop. 2. phys. com. 2. Zimar. in tab. verbo Natura. Ferrar. hic q. 1. Quare videntur velle materiam, & formam non habere intrinsecum ordinem ad operationes, neque constitui in esse naturæ, per esse principium operatiuum, sed constitutiuum, quia tamen principia constitutiua cognoscimus per operationes illorū, ideo definitur per principium motus, & quietis, imò Philop. putat sic corrigendam definitionem, quod natura sit quædam vita, siue vis, quæ per corpora diffunditur, eorum formatrix, & gubernatrix, principium motus, &c. contra quem D. Tho. hoc loco, & Iaucl. q. 4. E Auicen. 1. suffic. cap. 5. quia illa vis nihil aliud designat, quàm principium motus. Hanc opinionem seq. Venet. cap. 11. suæ summę conc. 3. vbi ait, hanc definitionem non esse formalem, sed materialem, & descriptiuam, vnde formaliter definit, quod natura sit, quo naturalia distinguuntur à non naturalibus, sed hæc definitio est obscurior definito.

A 2. Opinio est dicentium hanc esse essentialem, quia licet possint considerari principia constitutiua essentiæ ratione mutui ordinis inter se ad constituendum vnum compositum, priusquam considerentur in ordine ad operationes; tamen in illo priori non considerantur adæquatè, & explicitè, sed confusè; vnde per illum ordinem non possunt constitui adæquatè, sed inadæquatè; nam in illo ordine includitur etiam ordo ad operationes, quia omnis substātia est propter operationem sibi proportionatam, quia esse est propter operari. Et quoniā vtraque hæc opinio defendi potest, & pendet ex cognitione principij constituentis naturam in esse naturæ, quod peculiarem dubitationem B exigit, ideo, vt hæc dubitatio explicetur, de principio constitutiuo naturæ quærendum est. Quare sit.

2 *Opinio Auctoris.*

DVBITATIO V.

Per quid constituatur natura in ratione naturæ.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1

PRimo Not. ex Bonamico lib. 3. de motu cap. 7. principium constitutiuum naturæ posse tripliciter cōsiderari. Vel ordine ad cōstituendum compositum, quem habent inter C se partes, quæ dicuntur Naturæ. Secundo ordine ad operationem, à quo partes dicuntur operatiuæ, & principium operationum. Tertio vtrumque s. tàm principium constitutiuū, quam operatiuum requiri ad constitutionem naturæ.

Naturam constitui per ordinē ad cōpositū.

1. Opinio est dicentium, naturam constitui per principium constitutiuum cōpositi, quod aliqui dicunt esse distinctum ab ordine, quo partes constitutiuæ compositi, se mutuo respiciunt; Aliqui esse omnino idem re, & ratione, ita Alber. & alij cita. in d. 4. in prima opinione, qui consequenter dicunt principium operatiuum non esse de essentia naturæ, sed conse- D qui naturam, tanquam eius proprietatem, & per hanc, tanquam per notiorem nobis Arist. definisse naturam.

2 *2. Opinio.*

2. Opinio est dicentium nomen naturæ esse cōnotatiuum, & significare aliquid relatiuū secundum dici, significat enim formam, & materiam, vt principia motuum, quare dicunt hanc definitionem esse essentialem materiæ, & formæ, vt significantur nomine naturæ, ita Ferrar. 2. phys. q. 1. ad 1. & notat Gratiad. 2. phy. lect. 1. q. 7. ex D. Tho. Alb. de Sax. q. 1. vbi dicit hanc prædicationem esse accidentalem (Materia est natura) sicut hæc (Petrus est pater) nam nomine naturæ vult importari E respectum ad operationes. videtur etiam Fōs. cap. 4. q. 1. sect. 3. vbi ait differre naturam ab elemento, quod natura addat ordinem ad operationem, sic etiam differt ab essentia, & quidditate. Sotus 2. phy. q. 1. initio, Venetus cap. 11. ad 2. Vnde fit, vt non sit essentialis materiæ, & formæ secundum se, & vt constituunt compo-

Ferr. Gratiad. D. Thom. Sax.

Fons.

situm, quia secundum hanc rationem non dicuntur natura; sed vel actus, & potentia, vel materia, & forma.

3 3. Sententia est dicentium ordinem ad operationes esse de essentia materiæ, & formæ, atque adeo esse naturam est de essentia materiæ, & formæ. Hanc opinionem nullus sequitur ex antiquis expressè, sed illam implicite omnes receperunt, dum dixerunt ordinem rerum ad finem esse de essentia ipsarum rerum, quia res, perfectè cognosci non possunt ignoratis omnibus earum causis, ita omnes ferè DD. in 1. phy. initio, & hoc videtur dixisse Simpl. cum dixit naturam esse materiam, & formam secũdum aptitudinem, quam habent ad motus. Expressè Apoll. 1. de an. q. 3. & 4. Buccafer. lect. 47. & 48. Flandr. 2. de anim. tract. 1. cap. 3. Christophorus Marcel. l. 1. de ani. vbi refert opinionem D. Tho. operationes esse finem animæ, & ipse addit potentias effici ab anima, & Flandr. 7. met. q. 8. ar. 1. dicit secundum D. Tho. accidentia pendere à substantia, etiam in genere causæ effectiuæ. idẽ colligo ex Gratiad. lect. 2. dubio primo, qui primum principium operationum vult non esse accidens, sed essentiã materię, & formæ, & ex Caiet. de ente, & essentia cap. 7. vbi ait accidentia pendere à substantia, etiam in genere causæ efficientis.

Ordinem ad questiones esse de essentia materiæ, & formæ.

4 4. Opinio est dicentium, naturam posse accipi dupliciter. Primò metaphysicè, & ita hanc definitionem non esse illi essentialem, quia natura metaphysicè sumpta significat quidditatem, & essentiam, & abstrahit ab omni materia, & motu: at quidditati, & essentiæ accidit esse principium motus, cum hoc non abstrahat à motu. Secundo physicè, & ita esse illi essentialem, quia traditur per ea, quæ sunt de essentia illius, quia esse principium primum non conuenit illi ratione alicuius accidentis, quia hæc non sunt prima, sed proxima principia.

Natura metaphysice accepta non est essentialis ordo ad operationes.

Et Confirm. quia id, sine quo res non potest concipi, est de essentia illius: sed natura non potest concipi sine ordine, seu principio motus, quia ens naturale, quod dicitur à natura, non potest concipi sine ordine ad motum, quia ens naturale non dicitur, quod habet quidditatem, & essentiam, vt sic, sed quod habet insitum principium motus; ens autem naturale dicitur, quod habet naturam; ergo natura essentialiter est principium motus; non tamen dicitur essentialiter esse principium actuale motus, quia applicatio, & coniunctio actualis ad motum accidit illi: sed accipitur absolutè abstrahendo ab huiusmodi applicatione, & vt dicit vim operatiuã. Neque mirũ,

5 quod eadem res, vt pertinet ad diuersum artificem, essentialiter definiatur diuerso modo, & quod secundum vnam rationem est essentiale, secundum aliam sit accidentale, quia à diuersis artificibus diuerso modo consideratur. Vnde definitio corporis humani tradita per materiam sensibilem (vt quod sit corpus constans quatuor humoribus, & virtutibus elementaribus) est essentialis illi, vt consideratur à physico, non tamen, vt consideratur à metaphysico; nam cum hic consideret res, vt abstrahunt à materia sensibili fit, vt quæ concernunt materiam sensibilem, habeant rationem accidentiũ respectu eiusdem rei, vt consideratur à Metaphysico. Et confirm. ex 2. de ani. cap. 2. vbi definit animam essentialiter esse principium: quo vegetamus, sentimus, mouemur, intelligimus, &c. cum inde probet definitionem, quam tradiderat cap. 1. quod anima sit actus corporis physici organici potentia vitam habentis. ergo. Similiter hæc definitio naturæ est essentialis, quia eadem est habitudo naturæ ad principium motus, quæ animæ ad principium vegetandi, & sentiendi.

5. Opinio est dicentium hanc definitionẽ esse essentialem materiæ, & formæ, non solum, vt significantur nomine naturæ, quod dicunt esse connotatiuum, sed etiam secundum se, & vt significantur nomine materiæ, & formæ, eo quod ordo ad operationes illis proportionatas, sit de illorum essentia; nam de essentia materiæ est potentia receptiua radicalis (vt abstineam ab illa quæstione, An potentia hæc radicalis distinguatur à proxima) & de essentia formæ est radicalis ordo ad operationes, siue in genere causæ efficientis, siue formalis. 6

Ordo ad operationes est de conceptu materiæ, & formæ, vt sic, & non solum, vt significantur nomine natura.

ART. II. Explicatur sensus quæstionis.

NOt. 1. naturam dicere intrinsecum ordinem ad motum posse dupliciter intelligi. Primo, vt dicat præcisè rationem principij motus, & nullo modo rationem constitutiui, & hoc nullus dixit. Secundo, vt dicat vtrumq; ita, vt natura quatenus constituit, sit etiam principium motus, & hoc potest esse dupliciter. Primo, vt essentia naturæ cõsistat in ratione principij constitutiui, ordo verò ad operationes sit quid consequens, & hoc asseritur à multis. Secundo, vt ordo ad operationes sit intrinsecus ipsi rationi principij constitutiui, vt. s. natura eodem conceptu, quo constituit corpus naturale, sit principium motus, sicut relationes secundum dici, & secundum esse eadem ratione, qua efficiunt subiectum, referunt illud, ad terminos, ita, vt si per impossibile esset aliquod constitutiuum, quod non esset principium motus, non esset natura, quia non constitueret ens naturale, sed mathematicum, vel artificiale, vel aliud; neque cum concipitur materia, vt constituens, concipitur distinctè conceptus naturæ, nisi concipiatur etiã tale constitutiuũ, quod sit principiũ operõnũ. 7

Ordo ad operationes quotupliciter alteri conueniat potest.

2. Not. hanc quæstionem partim posse esse de nomine, partim de re, quæstio de nomine est inter eos, qui ostendunt de significato huius nominis (Natura) an. s. significet materiam, vt constitutiuã corporis, vel, vt principium motus; similiter, An significet ipsũ principiũ motus, vel substantiã connotando principiũ. contendunt autem de re illi, qui inquirunt, An esse principium constitutiuum entis, vel principium motus sit de essentia materiæ, & formæ; an accidens. Et circa primam difficultatem sit. 8

Hanc quæstionẽ partim esse de nomine, partim de re.

ART.

ART. III. Opinio Authoris.

9 PRima Concl. Nomen naturæ, vt hic definitur, significat materiam, & formam, vt sunt principia constitutiua ens naturale. Primo ex Arist. tùm hic, qui absolutè materiam, & formam vocat naturam: illa autem sunt constitutiua entis naturalis; tùm tex. 14. & 5. met. 5. vbi finem generationis vocat naturam, forma autem est finis, vt constituit compositum, quod est terminus quod; & compositum non esse naturam, sed constare ex naturis, & tex. 11. id, quod est potentia caro, non habere naturam carnis, idest formam, sed caro constituitur per formam, tanquam principio constitutiuo.

Forma est finis generationis, vt constituit compositum.

2. Prob. quia hic considerantur materia, & forma, vt principia constituentia corpus naturale, sed considerantur, vt sunt naturæ, ergo vt sunt principia constituentia sunt naturæ. Maior prob. quia materia, vt subiectum motus consideratur in 1. & 3. tum quia nullibi agit de materia, & forma, vt sunt principia constituentia corpus naturale, cum præcipuè de illis à physico sit agendum.

10 Dices, cur Arist. definiuit in ordine ad motum, & non ad constitutionem.

Resp. Bonamic. loc. cit. quia constitutio compositi non est causa solum, quod res sit naturalis, sed quod sit absolutè, & præsefert rationem vniuersalem excedentem limites philosophiæ naturalis; at ratio principij motus contrahit principium constitutiuum ad scientiam naturalem, quia per motum natura cognoscitur, & declaratur.

Ego Resp. quia ex operationibus colliguntur principia constitutiua, nam ordo ad operationes secũdum rationem supponit vim cõstitutiuam compositi, sicut operatio supponit principij existentiam.

11 2. Concl. Nomen naturæ præcipuè fuit impositum, ad significandam materiam, & formã, vt sunt principia motuum: patet ex ratione Fonsecæ, quia hoc est discrimen inter nomen elementi, & naturæ. Secundo probo ex definitione naturæ; neque dicas esse descriptionem à posteriori, quod .s. Arist. explicauit naturam per principia operationum, quia nobis notiores sunt, vt principia operationum, quam, vt constitutiua, idq; factum esse, vt colligeremus, quæ essent naturæ, vt constitutiuæ; non inquã id dicas; tum quia per illud debet constitui præcipuè significatum naturæ, per quod distinguũtur naturalia, vt sic ab artificialibus, sed distinctiuum præcipuum est principium operationum, quia .s. naturalia vt sic, habent principium operationum intrinsecum, artefacta autem nequaquam. Tum 2. quia nomen (à quo) vt patet ex 5. met. 5. est ipsa nascentia, quæ est operatio quædam, deinde fuit translatum ad significandum principium illius nascẽtiæ; quare, tam nomen (à quo) quàm nomen (ad quod) continet operationem. Tùm 3. quando possumus explicare definitionem, vt conuenientem essentialiter rei, non debemus dicere esse descriptiuam: sed ita est hic, ergo.

Natura præcipuè significat materiam, & formam, vt sũt principia motuum. Fons.

A Sed contra Obijc. 1. si natura significaret vtrumq; principium, tunc significatum naturæ esset ens connotatiuum; nam significaret substantias, vt dicunt hoc, vel illud principium, ex quibus saltem principium operationũ est accidens, ex quo sequeretur corpus naturale esse ens connotatiuum, atque adeo obiectum physicæ esset ens connotatiuum: cõsequentia probatur, quia effectus formalis sequitur naturam rationis formalis, corpus autem naturale est effectus formalis naturæ. 12

Obijcitur 1. Significatum naturæ esset ens cõnotatiuum.

Resp. aliqui nomen naturæ non fuisse impositum ad significandum materiam, & formã, vt sunt substantiæ, sed ad significandum illud principium; quare non est connotatiuum, & hæc videtur responsio D. Thom. & Gratiad. loc. cit. quæ responsio (si huiusmodi principia non sunt de essentia materiæ, & formæ) non potest consistere; quia Arist. dicit naturas esse substantiam, quare deberent necessariò dicere, duo includi in naturæ conceptu, substantiam .s. materiæ, & formæ in recto, & connotari principium motus, vel contra. Secundo neque probant corpus naturale non esse ens connotatiuum, quia dicit corpus habens illa principia, quæ illi non sunt essentialia.

Resp. ex D. Tho.

B

Gratiad.

13 Quare Resp. alij nomen naturæ esse connotatiuum, quod scilicet significet materiam, & formam constituentes compositum, & connotant principium motuum, ita vt ly (principium motuum) licet sit ratio denominandi, seu nomen (à quo) tñ nomẽ (ad q̃) est ipsa substãtia materiæ, & formę, q̃ nõ esse absurdũ fieri, ostẽdit Alen. 8. met. tex. 8. & Flandr. q. 3. a. 2. Neq; putant absurdum, corpus, vt naturale esse connotatiuum, licet secundum sua essentialia præcisè non sit connotatiuum, illam autem essentiam secundum se non possumus nominare, sed nominamus illã per accidentia, quod non est mirum, cum hominem dicamus esse rationalem, & animal, &c. Et hæc mihi non displicet si ordo ad operationes non est de essentia substantiæ, & ex horum sententia est dicendũ, naturam non esse perfecta definitione definibilem, cum non sit quid perfectè vnum.

C

Resp. Authoris.

D

14 2. Obijc. materia, & forma prius intelligũtur constituere compositum, quam esse principium motus; sed in illo priori intelliguntur esse naturæ, ergo ad constitutionem naturæ non requiritur principium operationum, sed tantum est passio naturæ: Minor probatur, q̃a intelligitur esse corpus naturale, ergo constituitur per naturas; nam 2. phys. id quod constituit corpus naturale est natura.

Obijcitur 2. Materia, & forma prius constituunt compositum, quam sint principia operationum.

Resp. qui tenent principium operatiuum esse de essentia principiorum constituentium, in eo priori, non intelligit distinctè naturã, sed confusè; nam si penetraretur, intelligeretur etiam ordo ad operationes, & illo priori, neque distinctè intelligitur corpus naturale.

Respond.

E

Alij, qui tenent non esse de essentia, negant in illo priori intelligi, vt naturas, neque corpus, vt naturale, sed tantum, vt essentia quædã composita, tunc autem intelligi, vt ens naturale cum concipitur ordo ad motus.

 3. Concl.

15 3.Cócl. ordo ad motum est de essentia materiæ, & formæ. Probant 1. ex Arist. 2. de an. tex. 24. vbi anima definitur esse *principium, quo primo mouemur, &c.* quæ definitio explicat essentiam animæ per ordinem ad suum finem.

Ordo ad motũ est de essentia materiæ, & formæ.

Confirm. quia (*principium*) quod ibi ponitur, prædicatur essentialiter de anima; tum quia prædicatur in abstracto; non enim anima dicitur potentia intellectiua, neque potentia videndi, nam accidens prædicatur in concreto de subiecto, vt homo est risibilis; tũ quia si ly (*principium*) acciperetur pro accidente, non erat necessarium addere (Primo)

Confir. quia illud est principium primum, qui est actus corporis, vt ibi patet, sed esse actũ conuenit essentiæ animæ, ergo. Et ex hac ratione patet hanc definitionem naturæ conuenire essentialiter materiæ, & formæ, quia ideo additur (Primo) vt excluderentur principia accidentalia.

Dices essentiam in se ipsa esse absolutam; sed à nobis concipi non potest, nisi per operationes, atque adeo concipimus essentiam, vt ordinatur ad operationes. Sed contra, quia per se ipsam recipit talem, ac talem potentiam: ergo.

Essentia per se ipsam recipit talem potentiam.

16 2. Prob. potentia ad talem, vel talem operationem habet proportionem cum hac, vel illa essentia, ergo essentia est proportionata huic & non illi operationi, ergo respicit operationes.

Confirm. quia si intueremur essentiam animæ rationalis v.g. ibi intueremur habere proportionem cum intellectione, & non cum calefactione; similiter si intueremur materiam, habere proportionem intueremur cum concursu subiectiuo, & non cum actiuo, & sic de alijs.

Confirm. quia si essentia formæ non haberet maiorem proportionem cum actionibus, quàm habeat materia, non esset ratio cur potentia proximè operatiua, sequeretur magis formam, quàm materiam.

3. Prob. ex Christophoro Marcello lib. 1. de an. cap. 12. quia potentiæ sunt passiones de subiecto demonstrabiles: at medium, & causa est eadem definitio subiecti, ergo essentia subiecti ordinatur ad potentias.

Confirm. quia si forma, & materia non essẽt essentialiter naturæ, neque compositum esset essentialiter ens naturale.

17 Sed contra hanc conclusionem primò obstat, quia tunc substantia definienda esset per additamentum, quia id, quod est de essentia partium est etiam de essentia totius, cum tamen totum non referatur ad motum, nisi per potẽtiam passiuam, vel actiuam, quæ sunt accidentia, & Arist. 7. met. dicit substantiam non definiri per additamentum, idest aliquid essentiæ extrinsecum, sed illud esse propriũ accidentis.

Obiic. contra.

Resp. Apollin. 3. de an. q. 2. art. 1. duplicẽ esse definitionem quidditatiuam, alteram purè, quæ .s. assignatur per genus, & differentiã, quæ immediatè, & essentialiter de definito prædicatur. Alteram non purè, quæ .s. datur per aliquam, vel aliquas ex quatuor causis realiter à definito differentibus, vel datur partim per essentialia, partim per accidentalia, vt homo est animal risibile, linea est figura plana, in cuius medio est punctum, &c. & huiusmodi definitiones sunt, quæ dantur per passionem, vel per instrumentum illi attributum, vel per materiam appropriatam eius operationi, vnde colligit triplicem esse definitionem per additamentum. Primo, quando in definitione vltra genus, & differentiam ponitur aliquid extrinsecum definito, siue sit causa, siue effectus, siue accidens, quæ dicitur per additamentum respectu purè quidditatiuæ. Secundo quando ponitur aliquid aliud, quod attribuitur tamen definito per se. Tertio si ponatur aliud præter dicta, ex quibus dicitur per additamentum respectu alicuius. quare fatetur esse per additamentum definitionem animæ si comparetur ad purè quidditatiuam, sed non satis benè rem explicat; ideo,

Resp. ex Apollin.

Alij 2. Resp. in substantia duo posse considerari. Primum est gradus absolutus. Secundum est ordo ille, qui fundatur in illo gradu; dicunt igitur substantiam completam debere definiri per gradus illos absolutos, quando sũt noti, neque ordines radicales poni in definitione substantiæ; vnde licet materia definiatur p formam, & forma per materiam, non tamen in definitione compositi ponitur ordo materiæ ad formam, & contra: sicut neque ponitur ens, neque ordo creaturæ ad creatorem; quod si essentia tota penetraretur, certè intueremur in re ordinationes radicales, & per illas res omnino explicitè deberet cognosci, & hac ratione dicitur substantiam definiri absolutè .s. per gradus illos absolutos; quæ responsio difficultatem habet, quia gradus illi absoluti secundũ essentiam sunt relatiui trãscendentaliter, ergo nequeunt cognosci sine ordine. 18

In substantia cõs. deratur gradus, & ordo fundatus in illo gradu.

Confirm. quia cum ordinationes trãscendẽtales sint essentiales, & nobis notiores, potius substantia deberet definiri per ordines trãscẽdentales, quam per gradus absolutos, cum definitio fiat gratia innotescendi definitum.

Ideo res altius repetenda est. Primò .n. Arist. 7. & 8. Metaph. cum acturus esset de definitione, sumit alia dici simpliciter entia, alia secũdum quid, idest alterius: prima dicuntur substantia, altera dicuntur accidentia. Similiter, quia vt res, quæ sunt sub genere se habent ad entitatem, ita se habent ad *quodquid*, & dicit duo reperiri *quodquid* alterum simpliciter, quod conuenit substantiæ, alterum secundum quid, quod conuenit accidentibus; nam vt ostendit Flandr. 7. met. q. 8. art. 2. licet in genere accidentis sint gradus generici, & differentiales, (aliqua .n. habent prædicata essentialia) tamẽ sẽper sunt quid alterius. Ex hoc colligit Arist. & D. Tho. 7. met. lect. 4. & Flandr. q. 3. art. 1. accidens definiri per additamentum, quia non habet quidditatem absolutam; sed dependentem à subiecto, siue determinato, vt simum, siue indeterminato, vt curuum; vbi notat Fland. duplicem 19

Resp. ad mentem Aristot.

plicem esse definitionem per additamentum, alteram, quæ datur per rem extrinsecam definito, siue sit eiusdem, siue alterius prædicamē-A ti, vt vnum relatiuum per aliud, alteram propriè, quæ datur per rem alterius prædicamenti, ita est definitio accidentis.

Definitur tunc aliquid per additamentū cū definitur per aliud à quo pēdet in sua perfectione.

Ex his, quæ dicit Aristot. colligo, tunc dici aliquid definiri per additamentum, quando definitur per aliud, à quo pendet in sua perfectione: substantia autem non hoc modo ordinatur ad accidens, quia cum accidens secundum suā essentiam ordinetur ad substantiam, substantia etiam respicit accidens, non propter perfectionem accidentis, sed propter seipsam, vt Deus agit propter creaturas non vltimatè, sed tanquam medium ad propriæ perfectionis, & B gloriæ manifestationem, vide Flandr. 7. met. q. 2. artic. 2. in corpore.

Flandr.

Obijc. 2.

20 2. Obijc. substantia est prior natura, tempore, & cognitione ipso accidente 7. met. 4. ergo non potest substantia ordinari ad accidens, quia penderet in sua cognitione ab accidente.

Resp.

Resp. illum textum variè explicari, vt ex Fland. colligitur q. 2. & Anton. Andrea q. 2. 3. & 4. Petro Nigro in prædicam. q. 14.

Explicatur locus Arist.

Pro illius tamen loci explicatione. Notandum Arist. in 7. met. velle determinare de ente, vt prædicatur de substantia, & alijs prædicamentis, & primò dicit ens dici multipliciter, sed prima significatio est quidditatis substātiæ, C quod probat, quia quidditas substantiæ magis accedit ad naturam entis, & magis indicat ea, quę sunt entia, idest indiuidua; nam si quæratur *qualequid est Petrus*: respondetur, *bonus, vel malus*, cum autem, *quid*, non respondemus, *album, calidum, neque trecubitum*, sed homo, vel Deus, in qua ratione supponit, vt ait Alēs. & Auer. primam substantiam esse ens per se; cætera autem eo magis participare naturam entis, quo magis accedunt ad substantiam primam. Secundo probat, quia accidentia non sunt entia per se, sed entis, quia sunt dispositiones substantię; Hoc idē tex. 3. probat à signo: nā aliqui dubitant, an accidens in abstracto sit ens, cum minus dubitarint circa accidens con-D tractum, & hoc ideo, quia quando substantia non intelligitur in significato accidentis dubiū est de entitate illius. Deinde in tex. 4. concludit substantiam esse priorem, definitione, tempore, & notitia, & probat esse priorem tempore, qa nullum accidens est separabile à substantia, sed substantia potest esse sine accidente. Est prior definitione, quia accipitur in definitione accidentis. Tertio est prior cognitione, quia magis facit cognoscere substantiam primam; nam vnumquodque magis cognoscitur per essentialia, quàm per accidentalia.

Quid sit prioritas temporis. Auer.

21 Not. 2. prioritatem temporis hanc esse secundum Auer. vt compositum sit prius respe-E ctu accidentis separabilis, respectu inseparabilis, quod consequitur formam, ipsa materia est prior. Alij explicant, vt per se substantia sit prior, non tamen in re; nam licet aliquod accidens sit inseparabile; tamen illa inseparabilitas magis est ex indigentia accidentis, quam ex substantia, quia essentia accidentis est dependens.

Alens. Ianel. D. Thom. Ant. And. Scot.

3. Alij, vt Alens. Ianel. Fland. D. Tho. Ant. And. Scotus, & alij dicunt, quod est prior tempore, quia datur aliquod infra ambitum substantiæ, quod nullum habeat accidens, vt Deus &c. quia scilicet quantum est ex natura substātiæ non repugnat esse sine accidente; sed obstat huic expositioni illud, nam Arist. videtur loqui de substantia prædicamentali, ideo Ant. And. ly, Tempus, non accipit pro duratione, sed pro existentia actuali priore alia, quare dicitur id prius tempore, quod potest esse sine alio, & dici solet prius natura: sed impugnat Flandr. ideo aliqui dicunt esse propositionem indefinitam, quod aliqua substantia sit prior tēpore aliquo accidente. &c. Alij vero dicunt esse vniuersalem, ita vt distribuatur accidens pro generibus singulorum, non pro singulis generibus, idest quælibet substantia præcedit accidēs cuiuslibet prædicamenti, vt Sortes præcedit quantitatem, qualitatem, &c. Flandr. non accipit, tempus propriè, idest pro duratione, sed impropriè, idest pro generatione, non quod generatio substantiæ sit prior tempore generatione accidentis, sed quia substantia generatur per se: accidens verò ad generationem alterius; quare cum dicit Philos. substantiam esse separabilem, intelligitur, idest substantia, quantum ad generationem, quæ terminatur ad esse existentiæ, non pendet ab accidente.

Substantia ponitur in definitione accidentis.

3. Not. priùs notitia non accipi per prius cognito passiuè, sed actiuè, quia facit maiorem notitiam rei; nam magis rem cognoscimus per substantiam, quàm per accidentia: de qua re Flandr. multa dicit art. 3. sed non sunt ad rem. 22

4. Not. substantiam esse priorem definitione, quod ponatur in definitione accidētis propter dependentiam. & non sic accidens ponitur in definitione substantiæ, quasi substantia pendeat ab accidentibus, vt ab ijs, ad quæ ordinatur vltimatè.

Obijc. 3.

3. Obijc. quia essentia creata non respicit operationes, nisi per potentias superadditas, vt patet discurrendo in omnibus.

Resp.

Resp. substantiarum concursum alium esse immediatè ab essentia substātiæ, vt est concursus causarum intrinsecarum, alium mediate .f. per accidentia superaddita, at hic est concursus efficientis, & respectu huius dicimus, potētiam proximam non esse de essentia substantiæ, sed remotam, seu radicalem, quam non esse superfluam ponere patet ex dictis. & de hac re bene Ægid. 2. phys. lect. 1.

Obijc. 4.

4. Obijc. quia datur aliquod ens naturale, cui non conuenit moueri, vt est cœlum empyreum. 23

Resp.

Resp. quidam, illud non esse ens naturale, quia non cognoscitur lumine naturali. Alij cōcedunt esse ens naturale, tamen dicunt non omne ens naturale exigere motum ad suam perfectionem, quia illud cœlum non requirit motum localem, quia non congruit fini: Deus autem cum ordinet aliquid ad finem, dat illi naturam, quantum fieri potest illi proportionatam,

natam, aliàs esset semper extra statum suę perfectionis naturalis. Secundò, quia motus ille A esset necessarius, vt influat in inferiora; quia in hac influentia perfectio cœli consistit: vnde bene dicebat Auic. moueri localiter per se, nō esse perfectionem, nisi quatenus ducit ad perfectionem, sed hoc nō valet in empyreo, quia nunc influit sine motu; nam cum sit æquè perfectum in omnibus partibus, per omnes æquè influit. Neque duas habere potentias, quia si deinde dimoueretur posset eo redire, nam cū cœlum sit incorruptibile ex natura sua, non poterit per virtutem naturalem inde dimoueri, quare non est necessaria hæc potentia pro casu, qui non potest contingere per causas naturalis ordinis.

24 *Empyreum caret motu alterationis.* Deinde carere motu alterationis probatur, quia cum non habeat cœlum superius, B non recipit influentiam à superiori cœlo; neq; est, cur recipiat perfectiones à Deo, quia cum Deus creet res perfectas, non perficit deinde nouis mutationibus, & conseruatio sub propriis perfectionibus est quiescere, vt terra dicitur quiescere in cētro, quare dicunt esse ens naturale, tum quia est absolutè mobile, & in tali specie entis naturalis constituitur, quod habeat talem perfectionem essentialem. Tum à posteriori, quia habet tales perfectiones accidentales, vt influat, & videtur consonum rationi; nam vnde est quod repugnat dari corpus, ita perfectum per suas naturales proprie- C tates, & in loco, ita immobiliter existens, vt nulla ratione, neque propter se, neque per influxum in aliud requirat motum.

QVAESTIO VIII.

Quales sint motus, quorum principium dicitur esse natura.

DVBITATIO I.

An natura constituatur in esse naturæ respectu motus, qui transeunt in extrinsecum subiectum. D

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 *Nomen motus varie sumitur.* PRimo Not. nomen motus aliquando accipi strictè, prout significat ens successiuum, & distinguitur à mutatione, vt significat ens instantaneum, seu generationem, de qua plura Arist. in 5. phy. Secūdo accipi large, vt significat quācumq; mutationē. Cum igitur natura dicitur principium motus, ly (motus) non accipitur strictè, sed large, pro quacumq; s. ope- E ratione sensibili, siue per se, siue per aliud, vt s. compræhendatur operatio intellectus, quæ licet per se non sit sensibilis, vt pote incorporea, est tamen per aliud; & cum omnis motus sit operatio agentis in passum, tendens in aliquem terminum, hic fit, vt diuisio motus possit sumi ex quatuor capitibus. Primo ex parte agentis. Secundo ex parte subiecti. Tertio ex parte termini; & quia terminus potest esse ex se intentus, & per accidens oriri ex actione agentis, ideo quarto potest sumi diuisio ex intensionis, seu finis intenti.

2. Not. Ex parte agentis posse diuidi. Primo in immanentem, & transeuntem. Immanens est, qui recipitur in eodem subiecto, in quo est principium elicitiuum; siue principiū passiuum sit ipsa potentia actiua, siue alia potētia illi coniuncta. Transiens est, qui recipitur in subiectum extrinsecum principio actiuo. Secundo in necessarium, qui est à potentia necessaria; & liberum, qui est à potentia libera. Et quidem necessarius diuidi potest in naturalem ex natura determinata ad vnum; & animalem, idest ex principio sensitiuo, quod mouetur ad omnem differentiam positionis. Tertio diuiditur in naturalem, & artificialem; nam, vt diximus, opus artificiale pendet ab agente intellectuali operante per ideas; non sic autem opus naturale, vt infra fusius. Quarto diuiditur in vitalem, & non vitalem iuxta varia genera potentiarum vitalium, & non vitalium, à quibus ipsi motus dicuntur vitales, & non vitales. Quinto in miraculosum, & naturalem, & hic dicitur, qui fit à virtute propria causarum, quę continētur intra ordinem totius naturæ creatæ; miraculosus, qui excedit vires naturæ infra Deum, siue quoad substantiam, siue quoad modum. 2 *Motus immanens, & transiens qui sit.*

3. Not. Ex parte subiecti. Primo diuidi posse in incorporeum, seu spiritualem, & corporeum idest extensum. Secundo diuidi potest ex inclinatione subiecti in naturalem, qui est secundum inclinationem subiecti; & violentū, qui est contra inclinationem; & indifferentem, qui neque est contra, neque secūdum inclinationem, & dicitur quoq; neuter. Tertio diuidi potest ex termino in generationem, alterationem, augumentum, & motum localem, de quibus Arist. 5. phy. & iuxta varios terminos specificos diuidi potest motus. 3 *Corporeus, & spiritualis motus.*

4. Not. Ex parte finis diuidi in motum casualem, & fortuitum, & per se intentum. 4 *Casualis, et fortuitus.*

5. Not. Naturam physicè acceptam debere dici id, per quod res naturales differunt à non naturalibus, cum idem sit principium constitutiuum, & distinctiuum; res autem non naturales possunt intelligi. Primo entia artificialia. Secundo entia mathematica; & multo magis. Tertio ea, quæ sunt omnino separata à materia. Quarto entia fortuita, & casualia, vt colligitur ex 2. phy. initio, cum diuidit res, alias s. esse à natura, alias propter alias causas; & ibi per alias causas exponunt, artem, fortunam, & casum: quare Natura id dicetur, quod est principium motus; nam per hoc res naturales distinguuntur à non naturalibus. Hoc autem principium est vel actiuum, vel passiuum; in immaterialibus secundum Arist. non est principium passiuum motus physici, cum sint immaterialia, quæ moueri non possunt vllo motu, vt ipse putat: in artificialibus est etiam passiuum, sed vt sic non est naturale, quia passiuū naturale est in ordine ad formas, quas ab agēte naturali *Entia non naturalia, quę nam dicantur.*

naturali recipere potest, vt infra: similiter mathematica, licet sint in materia, tamen vt sic abstrahunt à materia, 2. phy. Fortuita vero, & casualia naturalia sunt, licet non intenta à natura particulari, atque adeo hac ratione non dicuntur esse à natura; tamen simpliciter sunt naturalia; tum quia intenduntur à natura vniuersali; tum quia supposito impedimento causæ, necessario sequuntur ex illa causa impediente actionem prioris causæ; quare in principio passiuo non distinguuntur: iam vero ex principio actiuo hac ratione naturalia à non naturalibus distinguuntur; nam mathematica, vt sic, non habent principium actiuum; immaterialia autem habent in se principium actiuum motus physici in alio subiecto: at artificialia non sunt principia motus, sed modificationis motus, vt alibi dicemus. Artem autem, & naturā in hoc, ait Arist. distingui, quod natura est principium motus in se, ars autem in alio, & per accidens in se, vt medicus sanans seipsum; quare videtur loqui de artibus directiuis effectionum. Ex his patet, ex ratione agendi in aliud subiectum non distingui naturalia à non naturalibus: ex ratione vero patiendi etiam distinguuntur; nam aliqua nō naturalia sunt incapacia motus physici, vt immaterialia; alia mouentur quidem, sed ab extrinseco, vt artificialia. Hinc fit, vt naturalia à non naturalibus distinguamus per principium, tam actiuum, quam passiuum intrinsecum rei, in qua est motus; ideo 2. phy. 71. & 72. docet, *quæ mota mouent, spectare ad physicum; quæ vero in mouendo non mouentur, non esse physicæ considerationis*; & 6. met. 1. ait, *versari physicam circa quandam genus entis, quod in se habet principium motus, & status*.

A R T. II. Opiniones Doctorum.

IN dubitatione præcipua difficultas est de principio actiuo, qui potest producere motum in alio subiecto, ab eo, in quo est; nam principium passiuum semper est in eo subiecto, in quo ipsum est.

Principium actiuum motus comprehēdi in definitione naturæ. Simpl. Sirian. Them. Philop. Prima sententia est affirmatiua Simplic. tex. 3. & 16. (licet fateatur non comprehendi in hac definitione) quod sit notissimum, Sirian. apud Simpl. tex. 3. tribuitur Themist. 2. phy. tex. 7. & Philop. 1. phy. & 2. phy. tex. 5. Sed contrarium videtur docere Themistius; nam tex. 1. docet, elementa non moueri alio motu, quam locali, quod falsum esset, si natura diceretur, vt efficit motum in alio, cum elementa se inuicem alterant; & tex. 2. & 3. apertè docet, naturam esse principium eius, in quo est: & Philop. 1. phy. tantum docet, causam efficientem proximam esse naturam, quæ rem constituit; sed vult esse naturam, vt causam motuum, in quo est; eadem ratione 2. phy. docet, causam efficientem, formalem, & finalem esse naturā; & clarius tex. 5. vbi ait, ignem esse naturam, quia habet suos actus naturales, f. ascendere, lucere, & calefacere: expresse Ferrar. q. 1. licet velit definiri per motum in seipsa. Fundamentum huius sententiæ esse possit primò; quia motus, quo cœlum calefacit aerem, & illuminat, est naturalis; & tamen est à principio extrinseco. Antecedens probatur, quia non procedit ab arte, neque fortuitus, vel casualis, imò neque violentus; hic autem definitur natura, vt distinguitur contra artem; ergo.

Confirm. quia motus cœli est ab extrinseco, & tamen est naturalis secundum Peripateticos, vt infra, ergo.

2. Probatur; nam cōmuniter concipimus, calefactionem esse igni cōnaturalem; imò quatuor qualitates dicuntur entia secundum naturam, quia sunt instrumenta naturæ, sed nō possunt esse instrumenta, nisi vt per illas producatur aliquid in alieno subiecto; nam earum actio, supponit esse priuationem formæ producendæ in subiecto; vnde tex. 7. probat ex generatione materiam esse naturam, & tex. 14. formam esse naturam.

Confirm. ex tex. 7. vbi ait lignum esse naturam; *Quia si fodiatur, generat lignum*, & tex. 13. probat formam esse naturam, *quia homo generat hominem*.

3. Probatur. Vt materia sit natura ratione principij passiui, non requiritur, vt in eodem subiecto sit principium actiuum; ergo similiter, vt forma sit natura ratione principij actiui, non requiritur, vt sit in eodem subiecto principium passiuum. Antecedens probatur, quia alioqui præcipuæ actiones non essent naturales, vt generationes, alterationes, motus cœlorum, imò motus locales elementorum secundum dicentes, moueri à generante. Hinc potest optimè intelligi distinctio inter naturalia, & innaturalia, quod illa producunt sui simile, non hæc.

4. Eadem virtute, qua lapis mouet se, mouet etiam aerem; sed respectu motus in se est natura, ergo, &c.

7 *Contraria sententia. Perer. Sot.* 2. Sententia est dicentium, naturam hic definiri in ordine ad motus, quos efficit in eodem subiecto, in quo est, non tamen explicat, an sit natura respectu motuum in alieno subiecto. Videtur Perer. c. 13. & 14. Sot. q. 1. concl. 3. & 4. vbi vult, sola viuentia esse entia naturalia ratione principij actiui, vt calefactionem non esse naturalem, vt procedit ab igne, sed vt recipitur in aqua, & c. Addit tamen calefactionem, vt actionem esse naturalem igni. Ægid. lect. 1. circ. fin. & Philop. 1. de gener. com. 92. vbi inquirit causam, cur in generatione, & alteratione non sit principium effectiuum intrinsecum, & sit in augmentatione, & motu locali; quare potentia generatiua, & alteratiua non est in eo, qui generatur, & alteratur, sicut potentia actiua, & motiua. Citatur Zimara in quadam quæstione post commentaria Iandun. in parua naturalia; Hurtad. disp. 7. phy. sect. 1. ex definitione naturæ; vnde negat, Deum esse naturam, etiam vt mouet res creatas. Probant ex 2. phy. 83. vbi ait, *Natura .n. ea constant, quæ ab interno aliquo principio* (scilicet effectiuo *continenter motu ad finem perueniunt*. & 6. met. init. vbi probat, *naturalem scientiā esse circa talem substantiam, in qua est princi-*

pium

pium motus, & status, qui est in eo; vnde probat, non esse factiuam, quia factiuarum principium non est in ipso obiecto, sed in faciente; similiter actiuarum est in cligete electio 3. coel. 28. 9. met. 13. vbi ait expressè in hoc distingui potentiam à natura; *nam potentia est principium transmutandi aliud in quantum aliud: sed natura in eadem sit*, licet conueniant in genere illis communi, quod est principium motiuum, sed differunt, quia natura non est principium motiuum in alio, sed in ipso, prout ipsum: idem ferè 11. met. c. 1. & sum. 3. cap. 1. & 2. phy. 86. dicitur natura similis medico sibi ipsi medenti, & 1. coel. 5. & 2. phy. 10. naturam dicit esse principium eius, quod mouetur.

Et Confirm. ex tex. 3. hic vbi distinguit naturam ab arte, quod natura sit principium motus eius, in quo est; quod si ars aliquando id habet, est per accidens; quod etiam 5. met. tex. 17. vbi definit, potentiam esse principium transmutandi aliud, vt sic, & ad hanc reducit artem medici, quæ licet aliquando sit in eo, qui sanatur, tamen est in eo per accidens, cuius oppositum dicitur hic de natura: vnde 2. phy. 29. aliam assignat definitionem efficientis.

ART. III. Opinio Auctoris.

8 *Natura principium intrinsecum motus rei in quo est.*

PRima Concl. Natura secundum Arist. constituitur per principium motus, quod sit intrinsecum rei, in qua est motus. Patet, quia natura est id, per quod res naturale distinguũtur à non naturalibus: sed hoc distinctiuum est principium intrinsecum: ergo, & constitutiuum naturæ est principium, quod est intrinsecum. Confirm. ex argumentis secundæ sententiæ.

Forma agens in extraneum subiectum est etiam natura.

2. Concl. Forma, vt agit in extrinsecum subiectum, est etiam natura. Patet ex rationibus primæ sententiæ, nam licet illis infra satisfaciemus, non tamen, ita adæquatè, vt non probent, huiusmodi actiones esse à natura, sed non esse secundum modum proprium naturæ; & argumenta secundæ opinionis, non probant, simpliciter formam, sic actiuam non esse naturam, sed non esse naturam, vt hic definitam .s. ratione modi operandi.

Dices, si forma, vt agit in extrinsecum subiectum videtur natura, omne agens erit ens naturale; quia habet principium, quo agit in extrinsecum.

Resp. Resp. 1. ly (vt) posse sumi, vel reduplicatiuè & est falsa; non enim formæ tribuitur esse naturam præcisè ex actione in extrinsecum; nam tunc bene deduceretur, omne principium in extrinsecum esse naturam; vel specificatiuè .i. vt .s. forma, quæ est principium in extrinsecũ, non ex hac ratione amittat esse naturam; & ita verum, quia adhuc remanet natura: quod si esset aliquod ens, quod nullo modo reciperet motum neq; à se, neq; ab alio, etiam si ageret in extrinsecum subiectum, non esset ex vi illius natura.

Resp. 2. in motu sunt duo: est substantia motus, & est modus secundum quem efficitur, at forma non est natura ex modo agendi, sed ex substantia motus, qui est ens secundum naturam: Sed huic primum obstat, quia Angeli causant naturalem motum secundum substantiam in cœlis, & tamen non sunt entia naturalia, vt infra: licet contrarium velit, Mirád. lib. 19. de euers. sect. 2.

Resp. 3. Ruuius c. 1. q. 1. in fine naturam respicere vtrumq; motum, sed primario motum in se, quia qualibet res primo intendit se perficere, & vbi est in se perfecta intendit se communicare alijs, illaq; perficere: & ideo definita est per motum in se receptum, sed non excludit alium, qui est ad perficiendum extrinsecum subiectum. *Ruuius.*

ART. IV. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

AD primum, actionem, vt procedit ab aliquo principio, dici naturalem dupliciter. Primo, prout est proportionata essentiæ, accipiendo naturam pro essentia; quomodo operationes omnes debitæ cuilibet essentiæ dicũtur naturales, vt Angelis dicitur naturale intelligere. Secundo ratione modi operandi, qui proprius est rebus naturalibus; & ita actiones transeuntes, vt sic non sunt naturales; quare cũ instatur, non esse ab arte. Resp. id quidem esse verum, accipiendo artem secundum propriam rationem, non tamen secundum communem quamdam rationem, in qua conuenit cum natura; & ita sunt à natura, non quidem secundum proprium modum agendi ipsius. Sed secundum communem rationem, in qua conuenit cum arte, & immaterialibus, quare non potest negari, aliquas actiones in extrinsecum subiectum esse à natura: vnde. 9 *Actio naturalis dupliciter dicitur.*

Ad Confir. motum cœli dici naturalem ratione principij passiui.

Ad 2. iam patet, cur qualitates dicãtur entia secundum naturam? quia scilicet recipiuntur in materia, vt dispositiones ad formas: vt autem instrumenta substantiæ, dicuntur secundum naturam, quia conueniunt formis, quæ sunt naturæ, vt per illas qualitates agãt in alienum subiectum: & hinc calefactio dicitur igni naturalis, licet modus hic agendi non sit proprius rerum naturalium. 10 *Qualitates dicũtur entia secundum naturam, quæ recipiuntur in materia, vt dispositiones ad formas.*

Ad Confirm. Resp. generationem dici naturalem, quia est via, & motus ad naturam; non tamen vt actio, est propriè naturalis ratione modi, cum ille modus agendi conueniat etiam non naturalibus.

Ad 2. Confirm. Resp. quidam, Arist. à tex. 7. ad 16. naturę nomen latius aliquanto sumpsisse, quam in definitione, ideo tex. 15. principium appellat naturam; & 14. generationem appellat naturam. Sed non placet, quia Arist. vult inde probare materiam, & formam esse naturam; quia propriè sunt naturæ; ideo. *Arist.*

Resp. alij 2. illud argumentum habere vim ex suppositione probationis, quia antiqui probabant materiam esse naturam, vt refert tex. 7. ipse deinde tex. 13. probat, formam esse naturam; quare tex. 1. loc. cit. probat, materiam esse natu-

naturam, quia *si lectus defodiatur non germinabit lectum, sed lignum*, quod est materia lecti: in secundo vero similiter inquit, *Forma est natura, quia homo generat hominem*, idest quo homo constituitur, & non generatur materia hominis: quare argumentum habet vim ex forma generata, vt in argumento supraposito de materia; Quare dico primo, quod concludit, non absolutè, sed ad hominem, vt Themist. Philop. Simpl. Vicomercat. Ægid. & alij. Dico 2. non probari formam, vt agentem esse naturam, sed vt productam. Dico 3. etiamsi loquatur de forma, vt agente, tamen loquitur de generatione viuentium, in quibus actiuum, & passiuum sunt in eodem.

11 *Differt principium actiuum à motu.*

Ad 3. Resp. esse diuersam rationem, quia motus debet substentari in materia, ideo non potest esse extrinsecus materiæ, sed necessariò vbi est motus, debet esse etiam intrinsecū subiectum, in quo munere suscipiendi non communicant alia non naturalia: nam motum physicum nihil recipit, nisi sit ens naturale vt sic; sed principium actiuum potest esse intrinsecū & extrinsecum subiecto, in quo est motus, sed quia in principio actiuo in aliud non distinguuntur naturalia ab innaturalibus, ideo definit naturam per principium intrinsecum subiecto, in quo est motus.

Producere simile non conuenit rei naturali, vt sic.

Ad 4. Resp. productionem similis non conuenire rei naturali, vt sic, cum non conueniat omni .s. cœlo; & principium motus physici etiam sunt intelligentiæ in extrinsecum subiectum, vt patet in motu cœli.

Ad 5. negatur consequentia, quia non habet eamdem rationem, vt mouet se, & aliquid extrinsecum; nam vt se mouet dicitur natura; vt alia, dicitur efficiens.

DVBITATIO II.

An hic motus debeat esse corporeus, & sensibilis.

1 *In cœlo sunt qualitates occultæ, idest non sensibiles.*

PRima opinio est negatiua. Probant, quia intellectio animæ est à principio naturali, & tamen non est, nec corporea, nec sensibilis.

Confirm. nam secundum communem, in cœlo non sunt quędam qualitates occultæ, quæ ideo dicuntur occultę, quia non sunt sensibiles, & tamen earum principium est natura.

Confirm. 2. quia motus Angelorum secundum Scotum est naturalis .i. à natura; & tamen non est sensibilis, nec corporeus, ita Scotistæ, quos alibi referemus.

Motus naturalis debet esse corporeus, & sensibilis.

2. Opinio est communis omnium dicentiū, motum hunc debere esse corporeum, & sensibilem, ita omnes Græci, vt patet ex ijs, quæ diximus cum de obiecto Physicæ: Hanc autem corporeitatis, & sensibilitatem dicunt non requiri, semper, vt sit in omni operatione orta à natura formaliter, & intrinsecè: sed satis esse, vt sit in illa per coniunctionem necessariam. Et hęc opinio mihi placet. Primò ex dictis de obiecto physicæ, quod non abstrahit à materia; materia autem est corporea, & sensibilis secundum rem: per hoc .n. distinguitur obiectum Physicæ ab obiecto metaphy. & mathematicæ, vt alibi diximus.

Confirm. ex communi conceptione, vt patet apud Arist. in 2. physic. vbi naturam distinguit à mathematicis, & artificialibus; cum enim non possit hic quæstio esse de re; nam patet dari aliquas operationes incorporeas, & insensibiles, & habere suum principium; patet etiam dari corporeas, & sensibiles, & harum principium sequitur, quæstionem esse de solo nomine, an scilicet illud principium respectu motuum spiritualium, & insensibilium sit natura, nec ne, quod est, An hoc nomen naturæ significet principium illud in ordine ad tales motus, quapropter hæc quæstio non potest aliunde probari, quàm ex communi nominis acceptione; sicut dicitur de cæteris omnibus huiusmodi quæstionibus.

Ad fundamentum oppositæ sententiæ respondetur, quod sicut anima rationalis habet duplicem statum, vnum extra corpus, alterum in ordine ad corpus, cum quo coniungitur; ita secundum gradum priorem habet operationē independenter à corpore, subiectiue, & obiectiue, & hoc modo non pertinet ad physicum, nec secundum illum gradum essentiæ, nec vt principium talis intellectionis. At verò secundum gradum posteriorem, idest, vt dicit ordinem ad corpus, & ad operationem coniunctā cum operatione corporea, ita, & pertinet ad Physicum, & habet rationem naturæ, & licet intellectio, cuius est principium non sit in se intrinsecè, & formaliter corporea; est tamen talis per coniunctionem, quia non potest anima in corpore intelligere, nisi phantasmata speculetur, vt infra fusius. 3

Anima rationalis duplex status, ita duplex operationum genus in eadem.

Ad 1. Confirm. illas qualitates dici occultas, non quia non sint in se corporeæ; nam cum sint in cœlo corporeo, necessariò debent esse corporeæ, sed dici occultas, quia in se ipsis nō apparēt sensibus, nisi per effectus, vt distinguerentur à lumine, & motu, quæ non solùm per effectus, sed in seipsis apertè sentiuntur.

Occultæ qualitates in cœlo dicuntur, quia in seipsis non apparent, sed tantum per effectus.

At instabis, hac ratione, etiam virtus, qua Angeli mouent, & producunt effectus in inferioribus, esset natura; quia licet in se nō sit sensibilis, est tamen sensibilis per effectus.

Respondebitur infra.

Ad 2. Confirm. Resp. etiam si motus productus ab Angelis in cœlis pertineat ad physicum, quia habent principium passiuum, quod est natura; tamen, vt sunt à virtute actiua Angelorum, non pertinent ad physicum, sicut nec ipsa virtus, cum non sit corporea, vt patebit infra.

Motus celi ab Angelo pertinet ad physicum.

DVBI.

DVBITATIO III.

An motus, quem respicit natura esse debeat connaturalis, An sufficiat, vt sit violentus, vel indifferens, an neuter.

ART. I. Explicantur termini, & status quæstionis.

1 *Motus naturalis potest esse respectu potentiæ, vel suppositi.*

PRimo Not. hanc quæstionem solere proponi sub varijs terminis, An .f. sufficiat principium passiuum, vt motus dicatur naturalis, eo quod putent semper motum esse connaturalem principio actiuo, quia potentia actiua inclinatur ad omnem suum actum; quod verum quidem esse potest, si loquamur de inclinatione respectu potentiæ; tamen si loquamur de inclinatione respectu suppositi, omnino falsum est, quia motus v.g. deorsum est naturalis homini, vt habet prædominium terræ, sed non ita respectu totius suppositi, quia est contra inclinationem principii progressiui, quod includitur in supposito. Idem dicitur de actibus, qui fiunt à potentijs contra imperium voluntatis, quia sunt contra inclinationẽ suppositi, quod inclinatur ex vi voluntatis.

2. Not. rationem difficultatis consistere; nam si ad naturalitatẽ motus non sufficit principium passiuum; tunc multi motus, qui dicũtur naturales, non essent tales, vt patet in motu cœli, qui non habet principium motus naturalis, nisi passiuum, & similiter motus, qui fiunt in subiecto ab extrinseco, nam non habent in illo nisi principium passiuum; Si verò dicatur sufficere principium passiuum, tunc inanis esset diuisio illa motuum in naturalem, & violentum, & neutrum, quia in subiecto cuiusq; motus est materia, quæ ratione potentiæ illimitatæ ad omnes motus, inclinatur ad omnes. Pro cuius explicatione.

Forma duplex acceptio.

Not. 3. Formam posse considerari dupliciter. Primò, vt est principium actiuum, quod semper dicit perfectionem subiecti. Secundo, vt principium passiuum, & vt sic non semper dicere perfectionem subiecti; nam aliquando oritur ex imperfectione subiecti, vt potentia ad corruptionem, & ad alia huiusmodi, quæ subiecto imperfectionem addunt. Vnde hæc quæstio agitari solet præcipuè de forma, vt est principium passiuum, eo quod materia est cõnaturalis omnis motus, qui est cõnaturalis alicui formæ.

2 *Principium passiuum duplex.*

4. Not. principium passiuum duplex esse, alterum, quod non inclinatur ad aliquid recipiendum, sed recipit tantum, quia illi non repugnat, sicut quantitas habet potentiam, vt diuidatur, & dicitur potentia Logica, seu non repugnantia. Alterum receptiuum cum inclinatione, & propensione, quomodo materia habet potentiam ad formas: inter has autem potentias illud est discrimen, quod potentia primi generis non est necessario reducenda ad actum, secundi verò generis debet aliquo modo reduci, ne sit frustra. Deinde res per potentiam primi generis non acquirit perfectionem: secus accidit ratione potentiæ secundi generis, & de potẽtia Logica rectè Achillin. 3. de elem. dub. 2. Et quidem materiæ primum conuenit, quatenus substantia est, cuius munus est substentare, & recipere accidentia. Secundum præstat, vt potentia est, & indeterminata.

Materia potentia remota, & proxima ad formas.

Not. 5. potentiam secundi generis duplicẽ esse, alteram remotam, qua .f. res inclinatur quidem ad recipiendas formas, sed non magis ad vnam, quàm ad aliam, nisi determinetur, quomodo materia dicitur in potentia ad omnes formas substantiales. Alteram proximam, qua scilicet, res determinatur ad vnum aliquod recipiendum, vt est materia secunda. Dicitur materia in potentia remota in ordine ad formas substantiales; in ordine verò ad accidentia aliqua est in potentia proxima, quia proximè aliqua recipit, vt dispositiones formarum substantialium, vel aliorum accidentium; in ordine verò ad motum localem semper est in potentia remota, quia requirit, vt sit determinata per formas, quæ potius hunc, quàm illum motum requirunt, ideo 8. phys. 57. *Motus localis dicitur esse perfectorum.*

3 *Materia principaliter inclinatur ad formas substantiales, ad reliqua secundario.*

Not. 6. præcipuam materiæ propensionem esse in ordine ad formas substantiales, ad reliqua autem inclinatur secundariò, quatenus .f. formæ, quam debet recipere, conducunt: hæc autem propensio conuenit materiæ, non quatenus substãtia, sed quatenus est potentia quædam indeterminata; vnde habet, vt inclinetur in sui determinatiuum tãquam propriam perfectionem; quæ perfectiones cum principaliter sint formæ substantiales, & ratione formarum omnia accidentia illis formis conducentia, siue, vt conseruantia intrinsecè, vel extrinsecè, vt locus, siue vt producentia, siue vt perfectiones secundariæ formæ, vt est operatio ipsius: quare si daretur accidens, quod nulli formæ conueniret, vel omnibus formis repugnaret, materia non haberet inclinationem ad illud, quia tota ratio inclinationis materiæ ad accidentia sumitur ex formis. Hinc fit, vt materiæ, idem accidens dici possit violentum, & connaturale; nam potest vnum accidens repugnare vni formæ, & alteri conuenire, vt v.g. calor igni conuenit, aquæ repugnat: vnde dum aqua calefit, illa mutatio partim est violenta, partim naturalis; simpliciter tamen est naturalis, quia denominatur à termino, ad quem, idest vel forma ignis, vel aeris. Hinc Sotus q. 1. ad 3. deducit, motum, quo lapis mouetur sursum, nulla ratione esse naturalem, quia non conuenit formæ lapidis; neque est dispositio ad aliã formam substantialem. Secundo deducit materiam non habere inclinationem ad formas artificiales, quia hæ formæ non disponunt ad formas substantiales; neq; has formas propriè educi, quia eductio est respectu agentis naturalis. Dici autem apta, vel inepta entia naturalia in ordine ad formas artificiales, nõ propter inclinationem; sed vel quia melius recipiunt operationem artificis, vel quia sunt longioris durationis. Sed hæc duo aliquam habent difficulta-

4 *Motus lapidis sursũ nullo modo est naturalis.*

ficultatem, quia licet motus non conueniat vnì formæ, neq; sit dispositio ad introductionem alicuius formæ; tamen est operatio conueniēs alteri formæ, vt motus sursum formæ ignis, ad quam materia habet inclinationem, (nisi dicatur, motum, vt est à virtute extrinseca, non cōuenire naturaliter). Secundum, quia formæ artificiales videntur esse accidentia quædam secundum naturam; nam figura est in prædicamento qualitatis, & existit in rerum natura, figura autem videtur esse terminus artis.

Actus triplicis generis naturales repugnātes, & indifferentes.

5 Not. 7. solere à DD. distingui actus triplicis generis: alij .n. dicuntur actus naturales, quibus respondet potentia naturalis, & hi sunt, quibus perficitur subiectum: alij repugnantes, quibus respondet potentia violenta. Et hi sunt, qui licet recipiantur in subiecto, tamen recipiuntur cū resistētia, & destructione perfectionis subiecti, vt lapis cum mouetur sursum, ad quem motum Angelus non habet potentiam. Alij sunt indifferentes, quibus respondet potētia neutra, seu indifferens, & hi sunt, quibus, nec perficitur subiectum, nec deseruitur, vt ignis dum mouetur circulariter in propria sphæra: ita Scot. in 2. dist. 2. q. 6. in fine, & in Prol. q. 1. art. 3. & ibi Tataret. qui distinctionem harum potentiarum sumunt in ordine ad actus non in ordine ad agens. est D. Thom. 3. cœli tex. 10. Auer. tex. 20. Zabar. lib. de motu ignis in orbem cap. 5. 6. & 9. est Auicen. 9. met. cap. 2. & Fons. q. 2. cap. 4. sect. 7. & 8.

Scot. Tataret. D. Tho. Auicen. Auer. Zabar.

Et Confirm. nam quædam potentiæ sunt per se attributæ rebus: quædam per accidens, & concomitanter, quia scilicet consequuntur talem conditionem subiecti, vt potentia ad corruptionem verb. gr. & actus huius potentiæ, per se à natura non intenduntur, & aliquando destruunt subiectum, aliquando verò neque destruunt perfectionem subiecti, neque perficiunt, ergo potentia ad huiusmodi actus debet dici indifferens, seu neutra, quia quando actus destruit, dicitur potentia violenta, ergo quando non destruit non potest dici violenta, & quia non perficit neque potest dici naturalis: ergo indifferens.

Contrarium existimat Caiet. opusc. de pot. neutra, & Sot. 2. phys. q. 1. ad 1. principale, qui tantum naturalem potentiam, & repugnantem agnoscunt: neutram verò reijciunt. Et hanc potentiam neutram duplici ratione explicant. Primò per negationem vtriusq; potentiæ, & dicitur potentia nulla, sicut colorabile non habet potentiam ad sonum. Secundo per negationē inclinationis ad actus inter se oppositos, vt v. g. superficies est receptiua albi, & nigri; tamen ex se ad neutrum inclinatur, & hanc negant posse dari. Probant 1. quia omnis potentia per se primò respicit aliquem actum, cum ex 9. met. 15. & 16. omnis potentia sit propter actum: vnde tex. 13. vult Arist. potentiam definiri per actum, ergo nulla datur potentia neutra, seu indifferens. Consequentia patet, quia omnis res inclinatur ad propriam perfectionem: ergo cū omnis potentia debeat respicere aliquem actū, tanquam propriam perfectionem, nulla reperiri poterit potentia, quæ sit neutra.

6 *Opinio Caietani de potentia neutra.*

Et Confirm. 1. nam illa potentia, vel comparatur ad actum, quem per se primo primitate adæquationis respicit, vel ad species contentas sub illo actu, quas per se secundariò, & inadæquatè respicit, vt potentia materiæ ad hanc, vel illam formam: & clarè patet hanc potentiam esse naturalem; vel comparatur ad actus cōtrarios suæ naturæ, & dicitur violenta, ergo nulla datur potentia neutra, quia quartū genus actuū esset disparatum ab his, quos respicit per se: sed ad actus disparatos nulla est potentia, vt visus non habet potentiam ad sonum.

Confirm. 2. Ex Soto, quia non datur potentia neutra actiua: ergo neque passiua.

Confirm. 3. quia hæc potentia neutra est aliquid positiuum, ergo vel inclinat ad actum, vel resistit.

Resp. potentiam neutram non attendi per inclinationem ad vtrumq; actum, excludendo maiorem inclinationem ad vnum, quàm alium actum, quia huiusmodi potentiæ, vt benè Scot. in 1. d. 1. q. 1. in fine, est naturalis, sed attendi ex aptitudine ad vtrumq; actum sine inclinatione, vel repugnantia, quia s. subiectum, neque perficitur, neque destruitur eius perfectio adueniente illo actu. Vnde hæc potentia neutra habet quidem actum, quia per se primò respicit, sed respectu illius est potentia naturalis: sed dicitur neutra per concomitantiam, quia s. quatenus respicit actus connaturales, illi non repugnant alii actus: vnde fit, vt hæc distinctio potentiarum sit penes extrinsecos actus. 7

Vnde attendatur potentia neutra.

Ad 1. Confirm. Resp. omitti vnum membrū vt s. comparetur potentia ad conditiones accidentales proprii actus, quod s. sunt aliquæ conditiones, quæ neque repugnant, neque perficiunt proprium actum, vt ignis ex motu circulari in propria sphæra, neque perdit suam perfectionem, neque nouam acquirit, quia moueri, vel quiescere in propria sphæra sunt conditiones compossibiles cum proprio actu.

Ad 2. Confirm. esse diuersam rationem, quia actiua cum oriatur ex pfectione subiecti, semper est cum inclinatione ad actus sibi proportionatos. Receptiua verò sæpe oritur ex imperfectione subiecti, quare violentari potest ab extrinseco.

Datur neutra potentia passiua, & nō actiua.

Ad 3. subiectum per illam potentiam, neque resistere, neque inclinare, sed habere se indifferenter, vt patet ex dictis.

2. Obiicit Zimara theor. 19. nam violentū definitur esse id, cuius principium est extra, nō conferente vim passo: sed passum ad actum, qui dicitur neuter non confert vim: ergo est violentus. 8

Obijcitur ex Zimara contra potentiam neutram.

Confirm. 1. ex Arist. 7. phys. 10. vbi omnem motum dicit esse, vel ab intrinseco, vel ab extrinseco, & hunc dicit esse violentum, quem diuidit in pulsionem, tractionem, vectionem, & versiginem.

Confirm. 2. Ex 1. cœli 76. & 77. vbi probās mundum esse tantum vnum, sumit hoc fundamentum, quia omnia, quæ mouentur, vel à natura, vel à violentia mouentur, quod etiam do-

Oo cet

cet 4. phy. 67. & 3. cœli 20.

Confirm. 3. quia violentus actus attenditur in ordine ad agens, non in ordine ad formam, quam recipit.

Resp. ex Zabarella.

Resp. Zabarel. cap. 5. Violentum sumi dupliciter. Primo large, & significat omne id, quod non est secundum inclinationem naturæ. Secũdo strictè, & significat id, quod rei tribuitur, repugnante natura: quare Arist. ibi definit violentum largè: vnde etiam responderi potest ad primam confirmationem. Ad 2. ipse Resp. ibi Arist. distinguere motum simplicem, qui non potest esse, nisi, vel naturalis cum inclinatione, vel violentus cum repugnantia, & ita optimè Aristot. ex motibus simplicibus colligit vnum mundum.

Alij tamen Resp. aliter accipi naturam dum motus illos distinguit, & aliter accipi hic, dum definitur; nam ibi sumitur natura ratione inclinationis, hic verò, vt distinguitur contra artificialia, mathematica, & supernaturalia.

Ad 3. Confir. negatur, quia si per impossibile posset poni calor in aqua sine agente, adhuc esset illi violentus: vnde agens per accidens se habet ad violentiam; nam vt bene Scot. in 4 dist. 43. q. 4. causa per se dicitur, qua posita, circumscripto oĩ alio, ponitur effectus, & qua ablata, posita omni alia, non ponitur effectus, quod principium sumptum est ab Arist. in post.

ART. II. Opinio Auctoris.

9 *Natura primariò constituitur in ordine ad motus naturales.*

PRima Concl. Natura primariò constituitur in ordine ad motus connaturales. Patet ex tex. 2. vbi lectus, inquit, non mouetur naturaliter, quia non habet impetum innatum, quod significat vehementem inclinationem, vt Them. Philop. & Simpl. adnotarunt. Et ratio est, tũ ex communi modo loquendi; nam omnes simpliciter motum naturalem appellant, ad quem, res inclinatur; tum quia vix posset alioqui assignari ratio, cur motus artificiosi non sint naturales respectu principij passiui; nam si motus violenti dicantur naturales, ad quos natura habet minorem aptitudinem: ergo multò magis motus artificiosi dicentur naturales, cum saltẽ non repugnant subiectis. Tùm demum, quia omnis potentia in ordine ad eos actus constitui debet, respectu quorum natura, illam rem instituit; patet autem rem esse præcipuè, & primariò institutam propter propriam perfectionem, ad quam inclinatur.

10 *Natura recipit etiam concomitanter motus violentes, ac indifferentes.*

2. Conc. Natura, vt hic definitur ab Arist. recipit etiam concomitanter motus violentos, & multò magis indifferentes. Probatur primò, quia idem est ens naturale, ac ens mobile: sed ens mobile dicit capacitatem, seu potẽtiam cuiuslibet motus, siue violenti, siue naturalis; ergo.

Confirm. nam statim, ac res intelligitur cõposita ex materia, & forma, intelligitur etiam esse capax motus, abstrahẽndo ab hoc, vel illo motu determinato: sed tunc intelligitur esse ens naturale: ergo. Maior probatur; nam sicut ens naturale in communi abstrahit à ratione particularium entium naturalium; ita motus conueniens enti naturali in communi abstrahere debet à rationibus particularibus motuum. Secundo prob. quia motus v.g. lapidis sursum, est aliqua ratione sensibilis, cum sit extensus, & corporeus: ergo pertinet ad ens naturale: sed non potest pertinere, nisi quia est actus potentiæ, quæ pertinet ad ens naturale: ergo.

Confirm. nam lapis, vt est mobilis sursum, differt à mathematicis, artefactis, & supra naturalibus: ergo potentia receptiua motus violenti est natura; nam id, per quod distinguitur ens naturale à non naturali est natura. Et hanc conclusionem docuit Simplicius 2. phy. 16. D. Thom. lect. 1. & 5. Scot. Auicen. & Fons. locis cit.

Simpl. D. Tho. Scot. Auic. Fõs.

Objic. 1.

Sed contra objic. 1. Sotus q. 2. qui vult naturam, hic definitam opponi violentiæ. Primò, quia tolleretur distinctio motus violenti, & naturalis.

Resp.

Resp. aliter sumi naturam in illa distinctione motuum, aliter hic; nam ibi sumitur ratione inclinationis, hic verò, vt distinguitur contra artificialia, &c.

Calefactio aqua potest esse naturalis, vt est corpus naturale in communi.

Dices ergo, cum aqua calefit, calefactio illa esset naturalis.

Resp. aquam posse dupliciter considerari. Primò, vt est corpus naturale in communi, qua ratione, calefactio est illi naturalis, sicut esset naturalis cuilibet corpori, quod potest suscipere calorem. Secundò, vt est tale corpus naturale, qua ratione, illi cõuenit determinatus motus, vnde ei repugnat calefactio; Et quia debet simpliciter attendi gradus specificus, ideo calefactio est simpliciter aquæ violenta.

15 *Quid requiritur, vt motus dicatur simpliciter naturalis.*

2. Dices, quid requiritur, adhoc, vt motus dicatur simpliciter naturalis. Sotus Resp. distinguendo motus, qui sunt dispositiui ad formas substantiales à non dispositiuis, vt est motus v. g. localis; & quidem ratione motuum primi generis dicit sufficere materiam, etiam si motus repugnet formæ, quam habet, quia cum materiæ sit connaturalis forma, ad quam hæ qualitates disponunt, etiam materiæ erit cõnaturalis motus ad huiusmodi qualitates, vt calefactio aquæ; Motus verò, qui non disponunt ad formam dicit, non dici simpliciter naturales, nisi in materia sit forma, cui ille motus sit connaturalis: vt lapidi motus sursum non dicitur simpliciter naturalis, quia repugnat formæ, cuius rei ratio esse potest; nam motus localis, & alii huiusmodi consequuntur formas existentes in materia; motus verò ad alias qualitates, non supponunt formam, cui sunt connaturales in materia, sed præcedunt; vnde non possunt esse, alia ratione naturales, nisi ratione principii passiui. Hæc doctrina non placet Fons. tex. 8. quia si motus localis, v. g. comparetur cum forma lapidis, ita illi repugnat, sicuti calefactio aquæ. Quare vtrobique eadem est ratio; si autem cõparetur cum materia, etiam est eadem ratio; nã sicut calefactio est naturalis, quia disponit ad formam; ita motus localis materiæ, quia consequitur formam aliquam. Verum doctrina Soti defendi potest ex illo fundamento, quod posuimus, quod .s. motus localis, vt dicatur simpliciter

Defenditur Sotus.

pliciter

pliciter naturalis, supponat in subiecto formā, cui est connaturalis.

A

12 2. Obiic. Natura est principium intrinsecū rei naturalis: ergo non potest esse nisi respectu motuum, qui conueniunt ab intrinseco: sed motus violenti, & indifferentes nō sunt huiusmodi; nam ad hos motus res non habent inclinationem: habēt verò inclinationem ad omnes motus, quorum habent in se principium, cum principium inclinet ad id, cuius est principium.

Obijcitur 2. Natura non potest esse principium motuū ab intrinseco.

Resp. Resp. negando primam consequentiam, quia ens naturale per principium intrinsecum recipit motus violentos, & indifferentes; neque principium inclinat ad omne id, cuius est principium, nisi perficiatur ab illo, quia sæpè principium ordinatur ad aliquid per se primo, à quo perficitur. Ex quo sequitur, vt per quandam concomitantiā, recipere etiam possit alia, ex quibus non perficitur.

B

Dices motus violentus abstrahit à materiali, & immateriali; similiter indifferens, cū vterq; possit Angelis conuenire.

Resp. etiam si violentia abstrahat à materiali, & immateriali, tamen motus violentus, cuius principium est natura, debet esse contractus, vt .i. sit extensus.

Obijcitur 3. Obiic. 3. nam sequitur tolli distinctionem motus naturalis, violenti, & indifferentis.

Resp. Resp. ex dictis patere non tolli, quia aliter sumitur naturale hic in hac diuisione; ac naturale, quod dicitur à natura hic definita.

C

Obiic. nam sequeretur materiam esse naturam respectu formarum artificialium, quia etiā si non inclinetur ad illas, tamen est saltem indifferens, vt possit recipere.

Propter hoc argumentum sit.

QVAESTIO IX.

An natura distinguatur ab arte, & quo modo.

ART. I. Explicantur termini, & sensus quæstionis.

D

1 *Ars dupliciter sumpta.* IN hac dubitatione primò constat, artem posse sumi dupliciter. Primò pro ea, quæ est in artifice, siue accipiatur pro Idea, siue pro habitu. Secundò pro ea forma, à qua constituitur opus artificiosum; atque de vtraq; pauca dicemus. Secundò constat formas substantiales, non posse produci elicitiuè ab arte. Primò, Ars non elicit actionem, qua attingitur intrinsecè forma substantialis, sed tantummodo, ars concurrit ad productionem formarum substātialium dirigendo applicationem actiuorum, & passiuorum, ex quibus resultat forma substantialis, & hac ratione ars dici solet Magistra atque Ministra naturæ, vt bene Francisc. Piccolom. gradu 5. c. 53. Tertiò constat, nullam formam, etiam accidentalem, immediatè fieri elicitiuè ab arte: sed tantum imperatiuè, & directiuè, quatenus .i. potentia naturalis productiua formarum sequitur directionem, & imperium artis præcipientis opus esse hoc, vel illo modo efformandum, & hæc non solum intelliguntur respectu artium, quæ dicuntur instrumenta naturæ, vt est Medicina, Agricultura, &c. Sed etiam respectu earū, q̄ videntur ex se inducere formas, vt ars cælandi, pingendi, &c. nam virtus cælandi est simpliciter naturalis, cum vis motiua mouens instrumentum, quo demitur pars materiæ, in qua formatur figura, sit simpliciter naturalis: vnde singulæ delineationes, sunt simpliciter à natura; ars verò tantum imperat, & dirigit virtutem naturalem, vt hanc, & non illam partem materiæ abscindat: vnde fit, vt tota figura, seu connexio linearum tribuatur tanquam principali agenti ipsi arti, & hac ratione diximus in Log. artem dici effectiuam, non quia .i. efficiat, sed quia dirigit effectiones.

Francisc. Piccolom.

E

2 1. Concl. ars, vt sumitur pro ea, quæ est in artifice, non est natura. Pro huius explicatione.

Ars prout est in artifice non est natura.

Notandum, quatuor esse in Artifice, quibus nomen artis potest attribui. Primum est cognitio operis artificiosi. Secundum obiectum huius cognitionis, quod est ipsum opus faciendum in esse obiectiuo, vt ad instar illius aliud effici debeat in esse reali. Tertium est habitus acquisitus ex illis cognitionibus, quem habitū Arist. 6. Et hic. vocat propriè artem. Quartū in artibus, quæ habent peculiarem difficultatem in exequutione ponitur alius habitus disponens potentiam exequutiuam, vt patet in arte cantandi, saltandi, &c. quia habitus fortasse non distinguitur à qualitatibus primis, & secundis, vt alibi, & hæc omnia negamus esse naturam, quia nihil horum est principium primum motus, neq; actiuum, neque passiuum, licet habitus intellectus, & potentiæ exequutiuæ dici possint entia secundum naturam, quia sunt accidentia perficientia hominem, & necessaria ad conseruationem naturæ; nam sicut natura tribuit aliis animalibus ea, quæ sunt necessaria ad ipsorum conseruationem, vt vestimenta, &c. ita efficit homo propria industria, & arte illa sibi acquirat, vt patet in medicamētis, habitatione, &c. & hæc non solum sunt secundum naturam particularem, sed etiam vniuersalem; nam sicut res omnes inferiores sunt propter hominis vtilitatem; ita res naturales, vt consequantur hunc finem indigent hominis industria, nisi enim accederet industria humana, frumentum cibum non praberet, & si nauigatio non esset inuenta, maria non essent adeo vtilia. Et ratio huius est, quia applicatio actiuorum, & passiuorum est necessaria, vt effectus naturales fiant; hanc autem applicationem, humana industria sæpe fieri necesse est; tamen, vt tollantur impedimenta agentium naturalium, tum vt agentia ipsa coniungantur, & sæpè est necessaria ars, vt res naturales disponantur ad recipiendos influxus cœlestium orbium; & hinc manat diuersarum artium necessitas; quarum aliæ perficiunt operationes humanas, vt Dialectica, aliæ perficiunt extrinseca, vt ars statuaria, &c. aliæ adiuuāt naturam, vt medicina, &c.

Habitus intellectus, & potētia exequutiua dici possunt entia secundum naturam.

Obijc. 1.

3 Sed contra primò, habitus intellectus est principium cognitionis, siue quia concurrit cũ potentia eliciendo illam cognitionem, siue quia determinat potentiam, quæ determinatio videtur operatio quædam.

Confirm. nam Idea dici solet ars, idea autem determinat agens.

Resp. Habitus non concurrit ad actum, vt ad opus artificiosum.

Resp. etiam si habitus eliciat actum, non tamen concurrit ad illum, tanquam ad opus artificiosum, quia concurrit sicut aliæ qualitates ad proprias fũctiones, quæ qualitates sunt entia secundum naturam: vnde motus, seu operationes procedentes ab illis, dicuntur naturales: concursus enim artis ad opus artificiosum, non est quod eliciatur operatio ab intellectu, vt sic, sed quod eliciatur ab alia exteriori potentia, vt sequitur intellectus directionem, cuiusmodi non est concursus habitus ad actũ à se elicitum, vt sic.

Habitus concurrit ad actum, vt instrumentum nõ vt principium primũ.

2. Resp. neque ex hoc concursu effici, vt habitus sit natura, quia non concurrit vt principium primum, sed vt instrumentum, sicut alia accidentia.

Ad Confirm. negamus, determinationem illam esse motum physicum, sed metaphoricũ, vt dicemus cum de Idea.

4 Dices 2. etiam si habitus intellectus, vt est principium cognitionis non sit natura; tamen erit natura quatenus est principium motus externi .s. motus, qui elicitur à potentia exequutiua, qui motus cum sit localis, erit physicus. Quod si dicas non esse naturam, quia est tantũ principium directiuum, & non actiuum, vel passiuum, contra obijcitur, ergo saltem illa ars, quia est in membris externis, erit natura, cum illa eliciat motus physicos, vt patet in fabris. Neque dicas non esse naturam, quia faber v. g. est principium motus in alieno subiecto, tum quia non potest esse principium motus in alieno supposito, nisi sit principiũ motus in se ipso: tum quia reperiuntur artes producentes motum physicum tantum in proprio subiecto, vt ars cantandi, saltandi, &c. Quod si respondeas hæc non esse naturas, quia non sunt principium primum; contra obijcitur, quia licet non sint principium principale respectu motus secundum substãtiam, cum illi motus possint esse à potẽtijs naturalibus præciso omni habitu; tamen respectu modificationis motuum, vt .s. motus ita aptè, & temperatè fiant, ars videtur esse principium principale.

Resp. communiter ex Auer. 2. phys. 3. naturam debere esse principium primum motus secundum substantiam, cuiusmodi non est ars, quæ est principium modificationis motus, ita Burl. Tolet. Perer. &c.

Sed hoc non placet alijs; nam putant artem neque esse principium modificationis motus: sed modificatio illa motus est proximum fundamentum formæ artificiosæ; vnde aliud inquiunt est loqui de artifice, aliud de arte; nam cum artifex, cum comprehendat in se naturã, dici potest simpliciter principium motus; Ars verò, cum sit tantum idea in mente artificis, quam formaliter putant non esse aliud, quam relationem similitudinis, non poterit esse, neq; A principium receptiuum, neque principium actiuum motus. Ex quo reprehendunt eos, qui dicunt artificem non producere totam statuam, v.g. sed tantum modificationem statuæ; sicut .n. agens naturale non producit solum formam, sed totum compositũ; ita artifex, &c.

Habitus membrorum externorum non est propriè ars, neq; natura.

Ego verò facilius Resp. Vndę dico primò habitum existentem in membris externis non esse propriè artem; nam ars est illa, quæ dirigit effectionem, ille autem habitus elicit effectionem; neque est natura cum sit accidens, sed potius est ens in secundum naturam. 5

2. Dico, neque huic habitui conuenit definitio naturæ, cum non conueniat potentiæ, B quæ magis concurrit ad opus, multo minus conueniet habitui: vnde proprium munus huiusmodi habituum est disponere potentiam exequutiuã, vt sine vlla deuiatione, difficultate, timore obsequatur imperio, & directioni artis, vel intellectus.

3. Dico, artem, quæ est in intellectu artificis, non esse per se principium motus eius, in quo est motus, quod in artibus dirigentibus effectionem facile patet; nam ars v. g. fabrilis est in artifice .s. in fabro, cum tamen forma producta sit in materia externa; in alijs verò facile probatur; nam licet ars saltandi, & canendi sint in eodem subiecto, in quo est saltatio, & C cantus; tamen id non est per se, sed per accidens, quia huiusmodi motus essent, ita artificiosi, etiam si dirigerentur ab intellectu extrinseco, vt patet in equis, canibus, & alijs animalibus, quæ disciplinam suscipiunt: vnde si per impossibile homo non haberet intellectum, & haberet imaginatiuam, ita perfectam, vt nunc habet, adhuc posset discere saltare, canere, &c. quia haberet vnde produceret in se motus artificiosos, quare nunc est per accidens, vt intellectus sit in eodem subiecto, in quo est motus, & hæc quoad artem, quæ est in mente artificis. Iam verò de arte, quæ est in ipso opere artificioso agendum est, qua .s. ratione à forma naturali distinguatur de qua re est.

D

ART. II. Opiniones Doctorum.

Ars sita in opere artificioso quomodo à forma naturali distinguatur. Alij putant distingui realiter Burl. Venet. Thiennensis.

6 PRima sententia dicentium opus naturæ, & artis distingui realiter, putant .n. opus naturæ esse subiectum artis, opus verò artis esse formam, seu figuram illam inductam ab arte, ita Burl. & Venet. 2. phys. tex. 2. Thiennensis q. 2. Et primò probant, nam alioqui non esset verum, quod dicit Arist. In rebus artificialibus non esse principium motus, quia nihil induceretur ab arte, quod prius per naturam non fuerit productum. Secundo, quia artifex dum E operatur, vel producit aliquid, vel nihil; non secundum, quia frustra operaretur; tum quia repugnat Arist. dicenti, artem esse habitum factiuum, igitur aliquid producit; hoc igitur, vel erit aliquod nouum, vel antiquum; non antiquum, quia produceret id, quod iam inuenit productum, quod implicat; ergo producit aliquid nouum: ergo res artificialis includit aliquam

quam entitatem, quam non includit ens naturale.

Artifex fabricando statuam solam denominationem addit.

Dices dum artifex efficit, vt v. g. æs sit statua, efficit tantum nouam aliquam denominationem in ære. Sed contra, quia vel illa denominatio est extra animam, vel non; si secundũ, ergo artifex facit ens rationis per suam operationem; si primum, ergo vel est aliquid nouũ, vel antiquum.

2. Dices efficere nouum motum; nam dum ex lapidibus fit domus, lapides non mutantur, nisi secundum locum, & similiter in sculptura nõ efficitur aliquid de nouo, sed potius remouetur id, quod erat, quod etiam patet in pictura, in qua colores præexistentes simul coniunguntur. Sed contra; nam quæro, vel artifex facit solum motum localem, vel aliquid aliud; non primum, quia sequeretur solum motum localem esse finem intentum ab artifice; nam ex 1. Ethic. ibi est operatio finis, vbi nihil aliud, præter operationem, existit; si secundum, quæro illud aliud, vel est nouum, vel antiquũ, vt prius. Neq; dicas effici nouos terminos motus localis, quia tunc artifex non intenderet, nisi noua loca, & noua vbi. Tertio prob. quia videmus manere extrema naturalia, corruptis rebus artificialibus, vt patet dum destruitur domus; nam illa distinguuntur realiter, quorum vnum manet, corrupto altero.

7

Alij distinguũt secundum nomina.

2. Sententia est dicentium res artificiales extra animam existentes, non distingui à re naturali, vel rebus naturalibus, nisi sm nomina (& dicunt à re nãli, vel naturalibus) nam domus v. g. distinguitur à lapide, sicut totum à parte, non tamen distinguitur ab omnibus rebus naturalibus concurrentibus ad rem artefactam, ita Sax. q. 4. Georg. q. 1. dub. 1. qui definit rem artificialem esse, quæ facta est ab intellectu practico cum voluntate libera, & hanc sequũtur omnes Nominales, qui supponunt quãtitatem non distingui à substantia, & contendunt figuram non distingui à quantitate. Quod primo probant, quia ex lapide fieri potest Mercurius per solam remotionem partium à lapide: ergo. Secundò probant; nam id, quod de nouo producitur, vel est forma substantialis, vel accidentalis; non primum, cum omnes concedant non produci, nisi figuram; non secundum, quia figura non distinguitur à re figurata; nam alioqui posset Deus annihilare figurã, manente subiecto figuræ, cum possit Deus cõseruare vnam rem sine alia, quando res distinguuntur, & vna non est pars alterius, vt probat Sax. q. 3. & Georg. q. 2.

Sax. Georg. Nominales.

Alij distinguũt formaliter. Sot. Perer. Burid.

3. Sententia est dicentium distingui formaliter, ita Sot. q. 2. Perer. lib. 7. cap. 3. Burid. q. 2. & est communis Recentiorum.

ART. III. Opinio Auctoris.

8

Varia differentia inter naturalia, & artificialia.

PRima Concl. artificialia, in multis differũt à naturalibus.

Notandum varias à DD. assignari differentias inter artificialia, & naturalia; nam Perer. octo affert lib. septimo c. 2.

A

Prima est, quia res denominatur artificialis ab extrinseco .s. ab arte in mente artificis, naturalis verò à forma intrinseca 6. met. 1.

2. Nam effectus artificialis conuenit cum agente in forma secundum esse obiectiuum; naturalis verò secundum esse reale.

3. Nam singulæ partes rerum naturalium sunt à natura, artificialium verò vna pars, idest materia, est à natura; altera verò ab arte, ita Alex. apud Simplic. 2. phy. 1.

4. Materia artificialium est ens completũ, naturalium verò incompletum.

5. Artificialia sunt denominata secundum speciem, quia .s. determinantur ex fine, sed sunt incerta secundum productionem, quia .s. pendent à voluntate hominum; naturalia verò vtroque modo sunt determinata.

B

6. Artificiales formæ sunt in superficie, naturales verò sunt intimæ.

7. Nam materia prima inclinatur ad formas naturales, ad artificiales verò nequaquam.

8. Naturalia habent principium actiuum, vel passiuum motus; artificialia verò vtroque carent 2. phy. 2. quod inde patet; nam formæ inductæ ab arte non tribuunt subiecto aliquẽ motum, qui prius non conueniret illi subiecto, sed tantum modificant virtutem motiuam mobilis, vt certa aliqua ratione moueatur, vnde dici solet formas artificiales ferre secum vim modificandi, seu modificationem motus,

C

& hoc ipsum non habet forma artificialis, vt sic, sed quatenus est modus quidam naturalis quantitatis, cui accidit, quod fuerit ab arte productus.

His, aliqui addunt aliquas differẽtias. Et est.

9. Naturalia possunt producere sibi simile, artificialia verò, vt sic, non possunt, & hæc oritur ex.

10. Nam naturalia habent originem ab intellectu diuino, qui potuit virtutem agẽdi tribuere rebus à se effectis: artificialia verò ab intellectu humano, qui solum figuram, & compositionem quandam partium dirigere potest.

D

11. Artificialia, quo antiquiora, eo imperfectiora; contra verò naturalia, quia illa habẽt originem ab intellectu hominis, qui cum non omnia simul inueniat, totam perfectionem effectus non simul, sed successiuè inueniet: vnde effectus ab humano intellectu dependentes, quotidie incrementa acquirunt, quod 2. met. non obscure indicauit Arist. Sed naturalia cum à Deo originem ducant, qui perfectè totam naturam penetrat, ideo in earum productione totam perfectionem res acceperunt; dum verò propagantur ex actiuitate contrariorum vis agentium quotidie imminuitur: vnde effectus debiliores existunt, quod egregiè ostendit Cõciliator different. 9.

E

Vltima, nam naturalia tendunt ad finem illis à Deo præscriptum: artificialia verò ad finẽ ab homine constitutum.

Sententia Auctoris circa differentias inter artificiales, & naturales formas.

Ego verò paucioribus existimo posse rem explicari, atque suppono me non loqui de formis, quæ producuntur ex actione actiuorum ad passiua, vt v. g. de formis, quæ inducuntur

per artem Chimicam; nam certum est, earum plerasq; distingui realiter à materia, vt patet, A sed loquor de formis, vt sunt modi quantitatis, quæ .s. elicitiuè, pendent à potentia artificis: vnde fit.

9 2. Concl. Huiusmodi formæ artificiales, non distinguũtur realiter à rebus naturalibus. Hanc conclusionem mihi euidenter probant argumenta, secundæ sententiæ; nam figura illa quantitatis, intelligi non potest distingui realiter à quantitate.

Artificiales formæ non distinguuntur realiter à naturalibus.

Confirm. quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate 1. phy. t. sed hic multiplicarentur etiam cum difficultate, quis .n. concipere potest produci in cera nouas entitates, cum variis modis manibus contrectatur? Et B probatur non esse necessitatem ex solutione argumentorum contrariæ sententiæ.

Primum est; nam quantitas, & figura ipsius sunt in distinctis prædicamentis, figura .n. pertinet ad prædicamentum qualitatis.

Confirm. quia quantitas est subiectum figuræ 2. phys. 7. & 28.

Secundum argumentum est; nam quando aliqua sunt ita affecta, vt vnum possit remanere, alio corrupto, illa distinguuntur realiter: sed remanet quantitas corrupta figura, & res naturales manent corrupta re artificiali, vt patet in destructione domus. ergo.

Confirm. nam agens supponit quantitatem, & producit figuram, ergo figura illa habet no- C uam existentiam, nouam igitur entitatem.

Tertium est; nam quæ fundant propositiones contradictorias, realiter distinguuntur, sed quantitas, & figura sunt huiusmodi; nam figura est qualitas, quantitas non est qualitas.

Quartum quæ variant operationes realiter distinctas, realiter distinguuntur: sed figuræ variant operationes; nam lata figura impedit motum, circularis adiuuat: ergo hæ figuræ inter se realiter distinguuntur; ergo non poterunt identificari realiter cum quantitate.

Confirm. quia alioqui eadem entitas identificaretur cum duobus oppositis, vt si ex argilla fiat vas nunc quadrum, nunc rotundum. D

5. Obijc. nam patet sculpturã fieri ex ablatione partium.

Confirm. quia quando aliquid fit per transfigurationem, nihil de nouo fit; nam fieri potest per solum motum localem, quo pacto inter se, partes, vel distent, vel approximentur, vt patet in cera, cum ei imprimitur sigillum.

Resp. per hæc argumenta fit.

10 3. Concl. figura distinguitur formaliter à parte rei à subiecto imediato, patet ex prædictis argumentis; Dixi à subiecto immediato, nã à mediato, potest distingui realiter, sicut quan- E titas, quæ est subiectum immediatum figuræ distinguitur realiter à substãtia, quæ est subiectum mediatũ respectu figuræ afficientis quãtitatem, vt infra dicemus; quare quatenus probant distinctionem realem, respondeo. &c.

Figura distinguitur formaliter à subiecto.

Ad primum patet ex dictis alibi, sufficere distinctionem formalem ad distinctionem prædicamentorum, vt patet in actione, & passione, similitudine, & fundamento, & hæc etiam A distinctio sufficit, vt vnum habeat rationem subiecti respectu alterius, vt patet in motu respectu actionis, & passionis: vnde patet ad confirmationem.

Ad 2. propositionem illam Scotistarum falsam esse ostendit materia, & priuatio, quæ ex 1. phys. 60. & 66. realiter non distinguuntur, & idem patet in motu, & termino motus: vnde vt propositio illa sit vera, debet intelligi, vt ea, quę sunt in eodem subiecto possint, ita separari, vt vtrumq; maneat forma domus, & integratur ex partiali forma lecti.

Ad 3. sufficere distinctionem formalem ad fundandam contradictionem.

Ad 4. quando variant intrinsecè constituen- B do, & inducendo distinctionem realem in alio, tunc distinguuntur realiter, secus si extrinsecè, & vt conditio sine qua non.

Ad Confirm. non repugnat eandem entitatẽ identificari successiuè cum oppositis.

Ad 5. ex Burleo, etiam si auferantur partes materiales, tamen fit aliquid de nouo; nam fiũt nouæ superficies, & termini, quibus figuratur quantitas, vt patet in figura quadrangulari.

Ad Confirm. Resp. vel ex ipsorum voce cõfutari, dicunt .n. rem transfigurari; ergo res ex vna figura in aliam mutatur, quare motu locali fieri potest figura de nouo, imò solo motu locali aliquod totum potest de nouo incipe- C re, vt patet cum duæ partes coniunguntur.

4. Concl. Forma constituens opus artificiosum vt sic, præciso omni opere intellectus, non distinguitur per aliquid intrinsecum à forma constituente opus naturale, vt naturale, sed tantum extrinsecè .s. per connotationem causæ. Est Ægid. 2. phy. tex. 6. dub. 12. Franc. Piccolominei gradu 5. cap. 53. Est Nominaliũ, & mihi videtur omnium, si rectè Doctores intelligantur. Quocirca antequam probetur, explicatur. Quatuor igitur in opere artificioso considerari possunt. Primum subiectum, seu materia. Secundum forma illa, qua ab artifice inducitur in subiectum. Tertium dependen- D tia formæ à potentia naturalis artificis. Quartum directio potentiæ naturalis, quæ fit per intellectum. Forma igitur artificialis, & naturalis non distinguuntur per materiam, cum in ea conueniant, neque in forma, cum vtraque possit constituere corpus naturale, vt v.g. si antrũ fiat à natura, & ab arte, illud antrum habere posset eandem numero figuram; non igitur corpus naturale ab artificiali distinguetur ratione figuræ; neque ratione tertij, quia forma naturalis potest habere eandem dependentiam, ac forma artificialis, cum potentia immediatè E elicitiua formæ artificialis sit potentia naturalis: igitur nihil intrinsecum est in forma artificiali, quod non sit à forma naturali; quare tota distinctio ratione quarti, quod .s. opus artificiale pendet à potentia naturali operante ex directione intellectus. 11

Franc. Piccolom.

12 Vnde patet conclusio, distingui .s. & constitui formam artificialẽ per aliquid extrinsecè connotatum; nam idem est principium constitutiuum,

Distinguitur penes extrinsecum connotatum.

tatiuum, quod est distinctiuum.

Quod Confirm. 1. nam eadem numero sanitas consequetur si applicetur medicamentũ ex directione medici, ac si casu. Vnde si stultus efficeret domum, ita ordinatam, vt efficitur ab Architecto, ea non diceretur opus artificiosum, cum tamen omnia intrinseca haberet, quæ habet alia domus. A

2. Nam si Deus produceret animal irrationale, quod componeret sibi domum, illa domus esset opus naturale, quod certè non implicat, cum videamus Apes efficere fauos, quos non potest homo assequi imitando.

3. Ex Arist. qui hanc cõclusionem expresſè docet 7. met. 23.

4. Nam hac ratione Arist. vbiq; clamat artefactorum principium esse extrinsecum, & esse mentem, & intelligentiam. B

5. Nam hac ratione omnia entia naturalia, si considerentur respectu intellectus diuini, sunt opera artificiosa. Quod si sunt aliqua opera, quæ nõ nisi ex directione intellectus effici possunt, vt pictura, ædificia, &c. hoc non efficitur, vt in opere artificioso sit aliquid intrinsecum, quod non est in naturali, sed tantum arguit non esse vim in natura, quæ applicationẽ illam agentium naturalium concurrentium ad imaginem effingendam, & domum excitãdam, efficere possit; cum tamen si considerentur omnes delineationes imaginis, imò, & ipsa symmetria delineationum, eam inueniemus immediatè fieri à potentia naturali, quæ si casu applicaretur, eodem modo effingeret imaginẽ, nihilq; intrinsecum magis communicaret. C

13 Dices, An opus artificiosum distinguatur à naturali per aliquam relationem rationis intrinsecam operi artificioso.

Distinguitur etiam artificiosum à naturali per aliquam relationem rationis.

Resp. ideo me dixisse, præciso omni opere intellectus; nam si consideretur opus artificiosum, vt relatum ad artificem, inueniemus habere aliquam relationem rationis ad illam: Vnde dupliciter opus artificiosum referri potest ad artificem. Primò tanquam effectus ad causam, & hæc relatio realis esse potest, & reperitur etiam in opere naturali, cuius relationis terminus est potentia naturalis. Secundo, tanquam Ideatum ad Ideam artificis, seu ad id, quo dirigitur potentia naturalis, dum operatur, & hæc relatio est ens rationis, quæ ita tribui potest operi artificioso, vt non possit operi naturali; quare dixi in conclusione (præciso omni opere intellectus) nam distinctio inter opus naturale, & artificiosum est formaliter à fundamento huius relationis, quod fundamẽtum non est aliud, quàm connotatio causæ directæ ab intellectu. D

Ex quo patet primò opus artificiosum non esse ens vnum per se, & simpliciter, sed esse ens connotatiuum, quod primariò dicit formam, seu figuram, & connotat directionem causæ, à qua pendet. E

Opus artificiosum est ens cõnotatiuum nõ per se vnũ simpliciter.

Secundò patet, ex hac differentia manare omnes alias, vt .s. forma artificiosa sit extra ordinem naturæ, quia .s. non fit à potentia naturali per modum naturæ; sed per applicationem agentis superioris, & similiter, quod ars non sit principium motus naturalis, natura verò sit principium, siue id intelligatur de arte, quæ est in mente artificis, de qua videtur loquutus Arist. siue intelligatur de arte, quæ est in ipso opere artificioso; nam ars non producit, nisi formam accidentalem, & si quando producit substantialem, id non habet, quatenus est Ars, sed quatenus est coniuncta cum natura.

ART. IV. Afferuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

SEd contra hanc conclusionem obiic. 1. Nã aliqua entia artificialia actiuè videntur concurrere ad motum, vt patet in horologiis, & experimur res, accedente aliqua figura artificiosa, moueri, quæ, ablata figura artificiosa, non mouerentur, vt patet in curribus, & in aqua si ponatur lignum figuræ latæ non descendit, sed si ponatur lignum minoris ponderis figuræ circularis descendit.

Confirm. nam formæ artificiales sunt figuræ quædam: figura etiam est ens secundum naturam, vt cetera accidentia.

Resp. ex Perer. lib.7.cap 3. Horologij motum per se esse à ponderibus, respectu quorum alii motus sunt naturales, alii violenti; sed prout motus horologij est ordinatus, & determinatus ad certam quandam mensuram temporis oritur etiam ex ponderibus, inter se tali proportione constitutis, quæ constitutio, & determinatio ponderum oritur à potentia naturali artificis directa ab Arte: vnde etiam patet figuram non concurrere elicitiuè ad motum, sed esse dispositionem quandam virtutis motiuæ, vt facilius exeat in actum secundum, siue quia minuitur resistentia medij, siue alia rõne.

Horologij motus est à ponderibus respectu quorũ alij naturales, alij sunt violenti.

Ad Confirm. Resp. iam patere ex dictis nõ distingui nisi per connotata extrinseca.

Dices, statim, ac videmus figuram hominis in lapide, statim concipimus illam, vt formam artificiosam.

Resp. in hac re maximè valere communem conceptionem hominum, vt .s. aliquæ res simpliciter iudicentur artificiosæ, aliquæ naturales. Vnde.

Dico primo, figuram cum sit quãtitatis modus fieri posse, & ab arte, & à Natura, multæ tamen figuræ sunt, quę nunc de facto non fiũt a natura, sed ab arte, vt figura domus: aliæ vero sunt, quæ licet fiant à natura, tamen in tali subiecto non fiunt, nisi ab arte, vt figura hominis in lapide. 15

Figura alia ab arte, alia à natura, directa per artem.

Dico 2. huiusmodi figuras simpliciter concipi esse artificiales, quia nos scimus non induci ab agente naturali, nisi applicato, & directo per artem; quod si esset aliqua forma inducta ab arte, cum plerumq; induci soleat à Natura, illa conciperetur, vt forma naturalis, vt v. g. si in deserto aliquo inueniretur speluca, illa certè conciperetur, vt ens naturale, etiam si esset facta humana industria, quia .s. nulla est variatio intrinseca rei, sed tantum est variatio in causa, à qua res fit, quod est fundamentum nostræ conceptionis.

2. Obiic.

2. Obijc. Ens artificiatum habet principiũ passiuum motus, ergo est simpliciter ens naturale. Consequentia patet, quia adhoc, vt aliquid sit ens naturale, sufficit si habeat principium passiuum motus.

2. Obijcies.

Respondebis non sufficere huiusmodi principium passiuum, quia non habet inclinationẽ ad huiusmodi motum. Sed contra; tum quia sufficit si sit indifferens, vt diximus: tum quia natura perficitur per artem: ergo habet inclinationem ad illam, quia vnumquodq; inclinatur ad suam perfectionem.

Respond.

Resp. vt tandem aperiam quid in hac re sentiam, &c,

16 Dico 1. materiam habere non repugnantiã ad quaslibet formas, siue inducantur à natura, siue ab arte, vt patet; nam si haberet repugnãtiam, nunquam posset illas recipere.

Materia habet non repugnantiam ad quaslibet formas.

2. Dico materiam non habere inclinationẽ ad formas, vt inductas ab arte. Probari solet ex 3. de An. 18. & ratio est, quia ars est extra latitudinem causarum naturalium: ergo potẽtia inclinans ad formas ab arte inductas, est extra latitudinem potentiarum naturalium; nam potentia actiua, & passiua, debent proportionari, & esse in eodem ordine.

Materia non habet inclinationem ad artificiosas formas.

Confirm. quia si materia haberet naturalem inclinationem ad huiusmodi formas, nunquam posset ex viribus naturæ expleri huiusmodi inclinatio.

Confirm. 2. nam potentia naturalis, vel non naturalis sumitur in ordine, vel ad actum, vel ad agens naturale; cum igitur forma artificialis à naturali non distinguatur, nisi ratione agẽtis connotati, & hoc agens sit extra latitudinẽ naturæ, etiam potentia inclinans ad formam, vt artificialem, erit extra latitudinem naturæ: vnde huiusmodi potentia dici solet obedientialis.

Dixi (vt artificialis) nam si cõsideretur forma ratione entitatis materialis, vt .s. non connotat ordinem ad artem, certum est materiam habere potentiam naturalem ad illam, sicut ad cætera accidentia: de qua re aliqua D. Tho. 7. met. lect. 8. Flandr. q. 17. art. 2. Ægid. 2. phys. tex. 6. dub. 12. Perer. cap. 2.

D. Tho. Fland. Ægid. Peren.

3. Dico ens artificiale non dici naturale ratione principij passiui; tum quia est extra latitudinem rerum naturalium; tum quia ens artificiale, vt sic, abstrahit à materia; nam omnes creaturę etiam immateriales respectu Dei sunt opus artificiosum, & in mẽte nostra sunt opera artificiosa, vt poemata, &c.

4. Dico, eadem est potentia materiæ, quæ recipit formas artificiales, & naturales: sed respectu naturalium dicitur naturalis; respectu verò artificialium dicitur obedientialis; sicut eadem est potentia animæ, quæ recipit habitũ scientiæ, & fidei, cum tamen respectu scientiarũ sit naturalis, respectu fidei sit obedientialis.

17 Vnde in forma Resp. ad argumentum; Etiã si natura perficiatur ab arte cum adiuueretur in suis actionibus, non tamen habet inclinationem ad illam, quia hæc perfectio est extra latitudinem rerum naturalium, sicut etiam si perficiatur à gratia, non tamen inclinatur ad illam, quia .s. gratia est supra ordinem naturæ, & hæc ratio tanti est, vt etiam si materia sit indifferens respectu illarum formarum, non tamen dicatur natura; nam indifferentia constituens naturam debet esse in ordine ad formas, quæ continentur infra latitudinem naturæ.

3. Obiic. Artificialia non sunt superioris ordinis, quàm natura; nam ars imitatur naturam; Neque sunt inferioris, quia Ars perficit naturam, res autem inferioris ordinis non perficit rem superioris ordinis, ergo sunt eiusdem ordinis.

3. Obijc.

Resp. qua ratione Ars imitetur, & perficiat naturam optimè Colon. q. 6. Burl. tex. 29. D. Tho. 1. Polit. lect. 1.

Ego breuiter Resp. artem præcisè esse inferioris ordinis; neque est absurdum esse inferioris ordinis perficere rem superioris ordinis, sicut accidens perficit substantiam.

Ars inferioris ordinis quam natura.

QVAESTIO X.

Quibus conueniat hæc definitio naturæ.

DVBITATIO I.

An principium passiuum sit Natura.

ART. I. Continens opiniones.

Prima opinio est negãtium principium passiuum esse propriè naturam, sed tantum metaphoricè. ita Bellomõtanus 1. 2. to. 1. disp. 25. num. 20. eandem docuit Valles. hic & cõtro. 11. Vnde rationem naturæ tribuit solum formæ, vt etiam Nolanus cont. Auer. & Vicomercatus hic eandem videtur sequutus Zabar. in phys. lib. de Nat. cap. 7. vbi admittit quidẽ materiam esse naturam, sed id habere à forma, quæ est per se, & primò est natura, sicut dicũt Theologi de bonitate, & malitia morali, quæ eadem est in actu interno, & externo: sed primariò in interno, & secundario in externo: ita dicunt, cum materia sit in potentia ad formã, est etiam potestate Natura: at quod est tale potestate, non habet distinctam rationem ab ea, quæ est tale actu; nam idem, quod in potẽtia, deinde est in actu. Fundamentum sumitur tũ ex eo, quod natura debet esse principium, & causa motus ex Arist. 2. phy. cap. 1. Sed materia non est causa; nam non est actiua, vt patet; non passiua, quia motus recipitur in toto cõposito: quare potius totum compositum esset natura: tum secundo, quia nomen naturæ dicit perfectionem, & dignitatem, cum in rebus, ipsa essentia, quæ est omnium, quæ sunt in illa re perfectissimum ens, significetur nomine naturæ. 1

Opinio negans. Bellomontanus Valles., Nolanus, Vicomer. Zabar.

Confirm. quia res distinguuntur per naturam inter se: at si materia esset natura, non distinguerentur, sed potius conuenirent, cũ omnium rerum sit vna materia.

Confirm. 2. ex 5. met. tex. 5. vbi forma dicitur

tur propriè natura, cætera verò per attributionem ad formam, & ratio sumitur ex 8. metaph. tex. 3. & vltimo, nam materia est idem potestate, quod forma, quæ est rei natura, sicut cum lignum rude, quod est potestate arca, fit arca, non dicimus esse duas arcas: ergo idem in naturalibus ex 2. phy. tex. 11.

Alij dicũt materiam esse naturam in rebus generabilibus.

2. Opinio est dicentium, tantum materiam esse naturam in rebus generabilibus; ita Plutar. 1. de Placi. phys. cap. 1. ex 8. met. tex. 9. dum Arist. inuestigat, an in rebus corruptibilibus dentur formę separatę, & dicit, in aliquibus constat non esse separatas, quia sunt accidentia, quæ non possunt separari à substantia: vnde solum manet in naturis materia, quæ sit substantia: at natura est substantia.

Confirm. nam eam materiam dicit hic esse naturam, quam in 1. phys. definiuerat tex. 82. sed ea definitio conuenit materiæ rerum generabilium: ergo.

3. Opinio. *Porcius, Zabar.*

3. Opinio est dicentium naturam non esse quamlibet materiam generabilium, sed tantũ materiam secundam, quia illa est determinata, vt simul cum forma constituat compositum, ita Porcius lib. 2. de Princip. cap. 2. & videtur illam sequi Zabar. cap. 6. de Nat.

4. Opinio.

4. Opinio est dicentium quamlibet materiam, siue corruptibilium, siue incorruptibiliũ esse naturam: sed non habere rationem naturæ ex eo, quod est affecta accidentibus, sed ex eo, quod est substantia, atque adeo quæ est materia prima, ita Græci, vt Simpl. tex. 7. D. Tho. 2. phys. tex. 2. 10. & 20. Scot. in 2. d. 18. q. vn. vbi ait, saltem principium passiuum esse naturam Iand. q. 3. Venet. tex. 10. dub. 2. Fons. sect. 2. qui dicunt, apud Arist. materiam primam esse naturam, etiam rerum incorruptibilium, Conimb. 2. phy. cap. 1. q. 1. art. 2. & q. 3. art. 1. & 2. Suar. 1. met. disp. 15. sect. 11. nu. 8.

Simpl. D. Tho. Iand. Scot. Fons. Venet. Conimb. Suar.

Hi tamen diuisi sunt; nam aliqui volunt materiam habere rationem naturæ, quatenus est principium motus; non autem, vt constituit compositum: alij verò contra, quod sit natura, vt constituit compositum, non autem, vt principium motus, nisi arguitiuè. Alij verò dicunt vtraq; ratione habere rationem naturæ.

ART. II. Opinio Auctoris.

Materia prima est natura.

PRima Concl. Materia prima est natura. Patet ex tex. 7. vbi natura dicitur esse materia, quæ inest primo, & tex. 10. dicitur primũ subiectum, & 5. met. 5. dicitur inordinatum existens, & immobile, ex cuius potentia fit aliquid.

Confirm. nam materia secunda non potest esse principium, nisi ratione materiæ primæ; nam ratione accidentium non potest habere rationem principij passiui.

Explicatur Arist.

Dices, Arist. tex. 7. & 10. & 5. met. 5. *Eam materiam dicit esse naturam, quæ inest vnicuiq;* idest vnicuiq; propria.

Resp. ibi referre opiniones dicentium materiam esse aliquod corpus, quod remaneret sub varijs formis; & ideo in explicatione materiæ affert exempla corporum; tamen Arist. nõ

A recipit illas opiniones, nisi quatenus dicunt materiam esse receptiuam formarum, quæ materia inest vnicuiq; nam quilibet habet suã materiam primam.

2. Dices. Natura debet esse principium inclinans ad motum: sed materia prima cum sit indifferens non inclinat ad motum, sed inclinatio determinata est ratione dispositionũ.

Confirm. ex Zabar. nam omnis motus, etsi violentus diceretur naturalis; nam conueniret secundum naturam materiæ primæ, imò etiam motus artificiales essent naturales.

Resp. Esse indifferens ad duo stare dupliciter. Primò secundum præcisionem, seu negationé inclinationis ad vtrumq; vt ignis dicitur *Respond.*

B indifferens ad motum circularem, vel ad quietem in propria sphæra, & ita non est materia. Secundo per virtutem illimitatã ad plura, quia s. eius virtus non limitatur ad vnum, sed extenditur ad plura, & hac ratione non solum non tollitur inclinatio, sed potius extenditur; & per hanc indifferentiam est indifferens materia prima.

Ad Confirm. Resp. Fons. omnem motum, qui est connaturalis alicui formæ naturali, esse etiam connaturalem materiæ primæ, quod alibi fusius explicabitur.

2. Concl. Non solum materia rerum corruptibilium est natura, sed etiam incorruptibilium: patet ex materia cœli. Primò quia Arist. definitionem naturæ colligit ex discrimine inter res naturales, & artificiales, sed in hoc discrimine conueniunt corruptibilia, & incorruptibilia ergo.

4 Materia rerum incorruptibiliũ est etiam natura.

C

Confirm. ex 1. cœli tex. 5. vbi, vt probet motum cœli esse naturalem, sumit omnia entiã naturalia esse loco mobilia, quia habent in se naturam: vnde ad argumenta secundæ opinionis Resp. 1. ex Auer. in 8. phy. materiam rerum corruptibilium dici magis naturam secundum opinionem vulgi: at verò secundum opinionem sapientum, materia rerum incorruptibilium est magis natura.

D Ego Resp. in eo textu inquirere, an formæ rerum corruptibilium sint separatæ, sicut dicebat Plato, & ostendit in quibusdam non esse separatas, vt formæ artificialium, & alię quæ non sunt constitutæ per naturam, sed per artem, quia non sunt substantiæ, sed accidentia; atq; adeo non possũt esse separatæ, quia omne tale est substantia: at in artificialibus materia tantum est substantia, forma est accidens; sed in naturalibus vtrumq; .i. tam materia, quam forma est substantia, atq; adeo sola materia est de numero eorum, quæ est substantia in corruptibilibus, idest naturalibus, vt exponit Alen. quare Arist. ibi non negat in incorru- *Resp. auctoritati Aristot.*

E ptibilibus non esse naturam, sed asserit inter corruptibilia, aliqua habere tam materiam, quàm formam, quæ sunt naturæ, idest quæ fiũt per naturam; in alijs verò solum materia est natura, forma verò est accidens, vt sunt artificialia.

Corruptibilium aliqua habent duas, aliquam vnam naturã.

Ad Confirm. Resp. Si respiciatur definitio

princi-

principiorum tradita 1. phys. iam dictum est, eam conuenire principijs rerum, etiam incorruptibilium: si autem inspiciatur peculiaris explicatio materiæ ibi tradita, conuenit tantũ rebus corruptibilibus, vnde negatur eam materiam tantum dici naturam, quæ ibi explicatur.

Materia non habet rationem naturæ à forma.

5 3. Concl. Materia habet rationem naturæ ex se, & non à forma. Est communis contra Zabar. Primò patet; nam si natura accipitur, vt est principium constitutiuum compositi, sicut materia habet ex se vim constituendi cõpositum, ita habet ex se rationẽ naturæ; si verò accipiatur, vt est principium passiuum motus, sicut habet ex se vim passiuam principiãdi motum, & non habet à forma, ita, & rationem naturæ.

Confirm. quia forma, & materia sunt diuersa principia, non solùm in ratione principiandi, sed etiam in virtute principiandi, ergo etiam & diuersæ naturæ: ergo vna non habet rationem naturæ ab altera, quia rationem principiandi, vna non habet ab altera; nam cum materia cõstituatur per rationem subiecti, & potentiæ receptiuæ, & hanc rationem nõ habeat à forma, nisi terminatiuè, fit, vt rationem naturæ non habeat à forma, nisi terminatiuè: sicut, & forma cum constituatur per rationem actus in ordine ad potentiam materiæ, habet etiam rationem naturæ ex se, licet terminatiuè à materia; & licet materia sit potestate forma, quia est in potentia ad formam, non tamen est potestate natura, quæ conuenit materiæ, quia hoc habet actu: sed est in potentia illa natura, quæ conuenit formæ. Ex quibus patet ad argumenta primæ opinionis.

ART. III. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

Materia causa materialis compositi ex qua, motus vero in qua.

6 AD primum Resp. ex supradictis in explicatione definitionis naturæ, quo modo dicatur esse principium, & causa; nam qui volũt esse distincta, iam materiæ sufficit esse principium; qui verò volunt idem illis nominibus significari, iam dicunt materiam esse causam materialem, compositi quidem, ex qua, motus verò, In qua; siue mediatè, vt dicunt ponentes motum recipi in toto composito, siue immediatè, vt dicunt ponentes accidentia immediatè subiectari in materia.

Ad 2. primò negant nomen naturæ significare dignitatem ex eo, quia principium significat motus, quia licet fortè sit impositum à dignitate, tamen nunc significat principium, quia aliud est nomen à quo, aliud nomen ad quod.

6 *Respond.*

Ego Resp. cum nomen naturæ sit impositũ à nascentia, quæ potius dicit imperfectionem, quam perfectionem, nõ est impositum à dignitate.

Resp. 2. licet id, quod nunc significatur nomine naturæ sit præcipua pars rei, quæ est essentia, vt distinguitur ab existentia, & subsistẽtia, atque adeo videtur significare perfectionẽ tamen illam significat, quatenus est principium alicuius operationis, quia operationes conueniunt rebus, non ratione existentiæ, vel subsistentiæ, sed essentiæ; tamen secundum hanc proportionem recte accomodatur hoc nomen materiæ, quia etiam ipsa est principium suo modo, operationis, seu motus.

Ad Confirm. Resp. res distingui per naturam metaphysicè sumptam, idest essentiam; nõ autem per quamlibet naturam physicè sumptam, nisi partialiter, idest per formam, quæ etiam est natura.

Ad 2. Confirm. Resp. ex eo loco fieri maximè probabilem opinionem Zabar. nam verè ibi enumerat quinque significationes naturæ, 7

Quinque significationes naturæ.

nam primò significat generationem viuentiũ. Secundo materiam, ex qua fit hæc generatio, quam distinguit in materiam (ex toto primã) idest respectu omnium primam, idest simpliciter, & extra genus, & in materiam primam ad id, idest respectu huius, vel alterius, quod dicitur prima secundum quid, & in genere. Tertiò principium motus, & quietis in quodlibet entium, modo sit in eo per se, non per accidens; vbi nomen motus accipit pro qualibet mutatione, vnde distinguitur à prima, & secũda acceptione. Quarto, ex quo primò aliquid fit materialiter, idest pro materia informi, & immutabili à sua propria potestate, vt lignum dicitur natura statuæ, & æs natura vasorum æreorum, eo quod formæ variantur semper, materia verò maneat; natura autem rerum dicitur, quæ semper saluatur in re. Quinto pro ipsa substantia, seu forma substantiali rerum, quam Empedocles dicebat esse compositionẽ, quia quæcunq; natura sunt, aut fiunt, etiam si habeant principium materiale, ex quo apta sunt fieri, aut esse, non dicimus habere naturam, si non habent speciem, aut formam; vnde forma dicitur natura rei. Et ratio est, quia esse in potentia non est propriè esse, sed esse secundum quid, atq; adeo cum de essentia materiæ sit esse in potentia, fit, vt esse materiæ, sit esse secundum quid; esse autem, est esse simpliciter & actu, quod est per formam, vbi ex Alensi natura accipitur pro qualibet forma prædicamentali.

Esse materiæ est esse secundũ quid, quia est esse in potẽtia.

Hinc deducit speciem, & formã substantialem, quæ est finis generationis esse naturam, & inde per translationem omnis substantia potest dici natura; nam sicut forma dicitur natura, quia largitur actualitatem, & entitatẽ essentialem; ita generatio, & quælibet natura substantialis, quæ largitur actum substantialem dicitur natura, ita vt illa formalitas substantialis dicatur natura, habens autem illam formalitatem dicatur habere nãm; & inde habet hæc verba. *Ex dictis igitur prima natura, & propriè dicta est substantia, quæ principium motum habeat in se in quantum ea; materia namq; quia huius est susceptibilis esse dicitur natura; similiter generationes, & motus; quia sunt ab ea* .s. forma, & ad formam, *& principium motũ natura existẽtium, hæc est inexistens potestate, aut actu*; idest ipsa forma est principium motus in rebus, vel in potentia, vel

Species, & forma substantialis est natura.

Substantia habens motum in se propria natura.

vel

vel actu, quia non semper mouens actu mouet. Vnde respondetur ibi potius explicari analogiam huius nominis; nam cum variæ sint significationes huius nominis, propriam significationem, idest principalem, vt explicat Scotus, dicit esse significationem formæ, à qua res constituitur, & à qua incipit primò motus rerum naturalium: vnde alia significantur hoc nomine naturæ: quare non negat maeriam esse naturam, sed solum non esse ita perfectam sicut est forma: sicut ex eo, quod accidens dicitur ens in ordine ad substantiam, non negatur habere suam entitatem distinctam à substantia. Neque obstat, quod dicitur de arca, quæ est in potentia materiæ, quod eadem sit cum ea, quæ est actu, quia nos non dicimus esse duas naturas formales, sed esse vnam; nam eadem forma, quę est in potentia materiæ, deinde fit actu; sed dicimus esse duas naturas, vnam materialem, quę continet in potentia formam, sed non est ipsa forma, siue in actu, siue in potentia obiectiua; alteram esse ipsam formam, quæ aliquando est actu, aliquando in potentia obiectiua. Ad argumenta vero aliarum opinionum non est necessarium Respondere, quia probant nostras conclusiones.

DVBITATIO II.

An forma sit natura, & qua ratione.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 PRimo constat formam esse naturam. Est contra antiquos, qui solum materiam dicebant esse naturam. Prob. 1. ex locis, quibus Arist. dicit tàm materiam, quàm formam esse naturam, vt 2. phy. tex. 4 8. 12. 21. & 81. Vnde tex. 21. & 91. *Natura* est inquit, *aut principium actiuum motus, vt forma, aut passiuum, vt materia.*

[Fo]rma est natura contra an[ti]quos.

Confirm. nam id, quo essentialiter constituũtur res naturales, est natura: sed constituuntur per materiam, & formam, ergo. De qua re fusè Iand. q. 3. Auer. com. 7. 11. 12. & 21. Alb. c. 7. Venet. tex. 7. vbi fusè probat ex eo, quod si materia dicitur natura ex eo, quod inde dicantur res naturales in potentia, multò magis forma, ex qua dicuntur res naturales in actu; nam sicut forma artificialis facit actu artificiatum, v. g. lectum; ita naturalis forma ens naturale actu. Gratiad. lect. 2. Sax. q. 6. Portius lib. 2. de princ. c. 2. Alen. 5. met. 5. 2. Prob. ex locis, quibus forma dicitur magis natura, quam materia, vt 2. phy. tex. 8. 11. 12. & 13. vbi materia dicitur minus perfecta natura, & etiam tex. 7. & 10.

[Ia]nd. Auer. [A]lb. Venet.

[G]ratiad. Sax. [P]ortius Alens.

2 Confirm. ex 5. met. tex. 5. vbi enumeratis oĩbus significationibus naturæ, dicitur principaliter significari forma, cætera verò per attributionem ad formam. Ex quo loco, aliqui falsò deduxerunt solam formam esse naturam, quando enim duo cõparantur in aliquo, vtrũq. illud participat: at forma dicitur magis natura, quàm materia; ergo etiam materia est natura, quia comparatiuum supponit positiuum. Neque obstat, quod inde videtur sequi compositum habere duas naturas, & non vnam, quia non sunt duæ naturæ metaphysicè, sed physicè, quas necesse est dari in vno composito, cũ sint entia incompleta simpliciter in genere entis, licet singulæ sint completæ in suo genere; nam materia est integrum principium passiuũ, vt forma est principium formale.

A

Difficultas solum est, qua ratione forma dicatur natura; nam cum formæ conueniat tàm esse principium passiuum, quam actiuum motus, & finale, dubitatur, qua ratione, formæ cõueniat esse naturam.

ART. II. Opiniones Doctorum.

B

PRima sententia est dicentium esse naturam tãtum, vt est principium passiuum motus; ita Simpl. tex. 6. & in proe. lib. de ani. sequitur Scotus in 2. dist. 2. q. 10. vbi docet motum grauium habere suam naturalitatem à principio passiuo, non actiuo, & ibi Tatar. & Lychet. Ant. Andr. apud Bart. Spinam 5. met. defin. 4. Andr. Cisalp. lib. 3. quæst. peripat. q. 1. Philip. Faber. in philos. naturali theor. 33. vbi fusè pro opinione Scoti decertat, eamque tribuit Scoto in 2. dist. 18. q. vnica cont. opin. Alberti, & in 4. d. 43. q. 4. & 5. met. cap. de Mat. in tex.

Forma, vt principium passiuũ motus dicitur natura.

C Probatur 1. ex Simpl. Si natura esset actiuũ, non distingueretur ab anima; nam esse principium motus actiuum in se ipso est proprium animæ 8. phy. 29. 2. cœli tex. 9.

Et Confirm. quia 8. phys. 32. vbi ait grauia, & leuia, & omnia inanimata habere in se principium motus passiuum tantum: natura autem debet esse illud principium, quod reperitur in omnibus rebus naturalibus: at principium ..., quod reperitur in omnibus rebus naturalibus est passiuum, non actiuum: ergo illud est natura, non hoc.

Confirm. 2. à Scoto; nam illud principium formaliter est natura, à qua motus habet, vt sit naturalis: sed hoc habet motus à principio passiuo, non ab actiuo; tum quia secundum Arist. naturalis mutatio est, in qua passum mutatur, sicut aptum est mutari, à quocunq; agente illa mutatio fiat: sed hoc habet à principio passiuo, vt patet ex 2. phy. tex. 5. vbi declarans, quæ sint illa, quæ insunt secundum naturam, respõdet esse illa, quæ insunt rebus naturalibus per se, vt ignem ferri sursum, vbi naturalitatem sumit ex principio passiuo, non ex actiuo, & 8. phy. tex. 27. distinguens mota, secundum naturam, secundum violentiam, & extranaturam ait. *Illa quæ mouentur contra principium passiuum, non naturaliter, sed violenter mouers, vt terram sursum, ignem deorsum ferri, & similiter partes animalium, vt cum homo extollit manum, &c.*

D

E

Confirm. 3. quia Arist. in definitione vtitur verbo passiuo τὸ κινεῖσθαι .i. vt moueatur, non autem τὸ κινεῖν .i. mouere.

2. Probat Scotus. Omnes particulæ definitionis conueniunt tantum principio passiuo: ergo

ergo: Antecedens probatur, tum quia esse principium motus per se in eo subiecto, in quo est motus, idest intrinsecum, conuenit tātum principio passiuo, quia actiuum, vt sic, potest agere in extrinsecum ex 9. met. cap. 1. vbi potētiam actiuam definit esse principium trāsmutandi aliud, in quātum aliud; tum quia probans Arist. illam particulā (per se) affert exēplum Medici, qui seipsum sanat: sed illud exēplum non probat de actiuo; sed de passiuo, quia medicus per se sanat quodcumq; subiectū sed per se non sanatur.

A

Confirm. 1. Si principium actiuum diceretur natura, maximè, quia causa efficiens, vt dicatur agere propter finem, vt 2. phy. tex. 78. & 80. 1. cœli 31. Sed hoc intelligitur subiectiuè, vt patet ex Arist. loc. cit. quia vnumquodq; fit, prout aptum est fieri: vnde Natura dicitur aptitudo illa, vt res fiat.

B

Confirm. 2. quia 2. phy. tex. 71. dicit primum motorem, qui mouet, & non mouetur, vt est Deus non spectare ad considerationem Physicæ, quia non habet in se principium motus, & primus motor habet in se principium actiuum, & caret passiuo; ergo natura consistit in passiuo principio.

Confirm. 3. quia in quacumq; re inest principium passiuum, ergo non inest actiuum, quia vt agere, & pati sunt opposita; ita, & principia illorum: sed in omnibus naturalibus inest principium passiuum, ergo non inest actiuum.

C

5 *Contraria sententia. Auic. Vicomer. Vallesius.*

2. Sententia est dicentium formam esse Naturam tantum, vt principium actiuum, ita Auicen. apud Zabar. lib. de nat. cap. 2. quam docet primo suæ sufficien. cap. 5. tribuitur Vicomer. & Vallesio apud Masium, qui dicūt solam formam esse naturam, quia .s. ipsa solum est principium actiuum. Nolanus in Auer. tribuitur à Fons. sect. 2. Platoni, & alijs, qui volunt esse formam vniuersalem omnia informantem. Primò quia post definitionem Arist. distinguit naturalia ab artefactis, quæ non habent principiū motus: at hoc principium factionis, quo carēt artefacta, est actiuum.

D

Confirm. non potest esse passiuum, quia nō est principium motus, ergo actiuum; nam si vtrumq; erunt, vel duæ scientiæ naturales; vel si hæc duo principia haberent aliquod commune, daretur principium principij: quare volunt esse actiuum, quod distinguitur ab efficiente, quod natura sit principium intrinsecū.

6 *3. Concludens omnes prædictas etiam vt finis forma est natura.*

3. Est dicentium formam esse naturam triplici ratione. Primò, vt passiuum. Secundo, vt est actiuū. Tertio, vt finis, quia tex. 14. ait Arist. *generationem esse naturam, quia via ad naturam*: at non est via nisi ad formam, vt finis est, & tex 23. naturam esse finē, & id, cuius gratia & tex. 81. dici *materiam esse naturam, & similiter formam, & hanc esse finem*. Et 1. de part. 1 *formam vult esse naturam, vt mouentem, & vt finem*. Videtur etiam esse Simpl. tex. 16. com. suo 12. & Philop. initio tertij. Sequitū Fōs. 5. met. c. 4. q. 2. refert Perer. l. 7. c. 4.

E

Confirm. quia fini conuenit definitio naturæ, nam est principium motus, cum principiū prædicetur de omnibus causis seq. Mas. 2. phy. c. 2. q. 6.

Quarta est dicentium, naturam propriè tātum dici principium passiuum, & actiuum. Porcius lib. 2. cap. 1. Zabar. lib. de nat. cap. 7. D. Tho. Ægid. Linconien. Mas. Sot. Iauel. Venet. Tolet. Veracruc. q. 1. Perer. lib. 7. c. 17. Fons. lib. 5. cap. 4. q. 1. sect. 2.

ART. III. Opinio Auctoris.

PRima Concl. Forma est natura, vt principium passiuum. Primo ex dictis, quia sicut materia dicitur natura ex eo, quod recipit motus, ita etiam, & forma, cum etiam ipsa recipiat in se motus accidentales. 7 *Forma est natura vt principium passiuū.*

Et Confirm. nam multi motus dicuntur naturales composito ratione formæ, & nō, vt hęc habet principium actiuū: ergo, vt habet principium passiuum. Minor patet ex 8. phys. 32. vbi in elementis ponit principium passiuum motus naturalis: quod si materiam intelligeret formam elementi, non posset dici natura, cum nullius motus, vt ibi Arist. sit actiuum principium.

Confirm. 2. Quia ratione materiæ omnium elementorum, esset idem motus naturalis: vnde dixit Auer. 3. cœli 28. & 4. cœli 22. Forma mouet, quatenus est forma, mouetur quatenus est in materia. Et benè Sco. in 2. d. 18.

Confirm. 3. nam constat formam recipere accidentia; ergo est principium passiuum motus, qui terminatur ad illa accidentia: ergo, vt sic est natura, quia conuenit illi definitio naturæ. Denique hæc conclusio probatur ex ijs, quæ attulimus pro opinione Scoti; nam rectè probant hanc conclusionem.

Contrarium docent aliqui apud Bonamic. lib. 3. cap. 7. Primo quia ad patiendum sufficit vnum 1. phy. 56. at hoc est ipsa materia: ergo forma non est principium patiendi, quia tunc essent duo principia passiua. 8 *Impugnatur opinio apud Bonamicum.*

Confirm. 1. quia omnis potentia habet actū sibi proportionatum: at actus proportionatus potentiæ passiuæ est pati, sicut potentiæ actiuæ est actio: sed pati non conuenit actui, qualis est forma; nam illi potius conuenit agere 1. de Gener. & 9. met. 13.

Confirm. 2. nam ex 2. phy 86. dicitur finis, forma, & efficiens posse coincidere; non tamen forma coincidere cum materia; at si forma esset principium passiuum, iam coincideret cum materia, quæ constituitur per principium passiuum.

Confirm. 3. quia ex principio actiuo colligimus dari principium passiuum tanquam distinctum ab actiuo, & contra: ergo cum detur materia, quæ est passiua, & non actiua, debet etiam dari forma, quę sit actiua, & non passiua.

Resp. ad hæc omnia Bonamic. ex differentia, quam affert Arist. inter animalia, & inanimata; constat formam habere principium actiuum, & passiuum; nam docet animalia moueri à se ipsis, non sic inanimata, quia hæc mouētur ab alio, vt grauia, & leuia; quare, cum Arist. dicit 9 *Respond.*

dicit ad patiendum sufficere vnum, loquitur de principio passiuo formarum substantialium, quod est primum subiectum omnium formarum, quia hoc vnum sufficit ad saluandas omnes generationes: contra verò ait de formis, quia hæ semper variantur circa subiectum primum: at verò nos ponimus in forma principiũ passiuum respectu accidentium, quia respectu horum non sufficit vnum, quia singula requirũt suum subiectum proximũ proportionatũ.

Ad 1. Confirm. quod sicut actui substantiali conuenit habere accidentia, ita etiam conuenit illa recipere, atque adeo pati accidentaliter, quod non repugnat cum actiuitate.

Ad 2. Confir. Resp. ibi Arist. negare formã coincidere cum materia prima, quod dicitur primũ subiectũ, & potentia passiua, at non negare coincidere cũ principio passiuo accidẽtiũ.

Ad 3. Confir. etiam si colligatur in natura dari illa principia, non tamen semper est necessarium, vt illa duo principia sint distincta realiter; nam vt patet ex actionibus immanentibus, satis est distinctio formalis, vel rationis, vt alibi. Neq; eadem ratio est de materia, ac de forma, quia cum materia habeat summam perfectionẽ & solũ principiũ passiuũ, & non actiuum, nisi fortè respectu suæ subsistentiæ, & suarum passionum; cũ hæc efficientia omnibus rebus tribuatur: At verò formæ ob suam perfectionẽ conuenit agere, & quia non habet infinitam perfectionẽ, sed finitã ex vi suæ essentiæ, indiget accidentibus, quibus constituatur in statu perfecto, atq; adeo ob suam finitatem, & imperfectionem est principium passiuum accidentiũ.

10 2. Concl. forma, etiã vt principiũ actiuum motus est natura. Prob. 1. quia distinguitur natura ab arte ex Arist. quod sit principiũ motus eius, in quo, ars autem in alio; quod si agit in eodẽ subiecto, id nõ est per se, sed per accidens; ergo si agit in eodem subiecto per se, esset natura.

Forma est natura, vt principium actiuum motus.

Confir. nam natura cõuenit cũ arte in principio actiuo, cũ ars ex 6. Ethic. cap. 4. sit habitus recta cũ ratione factiuus: sed distinguũtur, quod ars, vt sic, est principium motus in alio, natura verò in eo, quod mouetur 6. met. cap. 1. nam si natura non esset principium actiuum, satis fuisset Aristot. ad distinguendã illã ab arte, quod ars esset principiũ actiuũ, & natura passiuũ, cũ tamen non distinguat illas per ly *principium*, sed per ly *per se, & non secundum accidens*, cum medicina dum curat medicum ægrotũ, est quidẽ principiũ curationis medici, in quo est, sed id est p accidens, qa accidit medico esse ægrotum, atq; adeo curare seipsum.

Confirm. 2. quia 2. phy. à tex. 7. ad 15. probat formam esse magis naturam, quam sit materia: at ratione receptionis potior est materia, ergo debet intelligi ratione actionis.

Confir. 3. quia Arist distinguit artificialia à naturalibus tex. 2. quod artificialia non habent principiũ mutationis innatum, quod fortè intelligitur de actiuo, & tex. 13. probat formam esse naturã, quia homo generat hominem, & 5. met. 5. formam esse naturã, quia est principiũ motus. s. actiuũ, & 3. cœli 28. non distinguit potentiã à natura, quia hæc patiatur, illa agat, sed quia illa agit in aliud, natura verò non agit in aliud. Deniq; Confir. quia nutritio, generatio, accretio, motus localis viuẽtium sunt actiones naturales, cum non sint, nec supranaturales, nec violentæ, nec artificiales: ergo fluunt ab aliqua natura: sed non fluunt à principio passiuo, sed actiuo 5. met. cap. 2. cũ præsertim viuẽtibus non minus naturale sit mouere, quã moueri à se, imò illud videtur magis naturale, quia moueri conuenit tam viuentibus, quam nõ viuentibus: at se mouere solum viuentibus. Vnde patet ad argumenta primæ opinionis.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

AD 1. Resp. infra cõstabit, qua ratione anima sit natura, qua verò non. 11

Ad 1. Confir. an grauia, & leuia habeant in se principium actiuum, dicetur alibi; nam Arist. dum negat grauia à seipsis moueri, non negat simpliciter in ipsis esse principium actiuũ, sed non habere dominium sui motus, quod consistit, vt possint incipere à se ipsis, & sistere motũ: sed etiam si cõcedatur, ibi nõ esse principiũ actiuũ: negamus, in omni ente naturali debere esse omnia principia, quia satis est esse aliquod principium, quod sit natura, siue sit actiuũ, siue passiuũ: at instant, si satis est vnũ principium ad constituendũ ens naturale, tunc artefacta essent entia naturalia, quia in ipsis est principium passiuum. Sed contra, quia potius hinc probatur oppositũ; nam si solũ principiũ passiuum esset natura, & actiuũ non esset natura, tũc non appareret cur entia artificialia, quorũ principiũ passiuũ est corpus naturale, non sint entia naturalia, & tamen negantur esse entia naturalia, quia principium actiuum, cum non sit natura, nec passiuum, illi correspondens est natura, de qua re alibi.

Grauia nõ habent dominium sui motus, vt possint à seipsis incipere, & sistere motum.

Ad 2. Confirm. Resp. motũ naturalem dici, & à principio actiuo, & passiuo; nam sicut motus dicitur naturalis quando passiuũ per illum mouetur, sicut aptum est moueri, ita quando actiuũ per illũ agit sicut aptũ est agere: hoc autem Arist. non explicauit respectu principij actiui, quia actiuũ semper agit secũdũ quod aptũ est agere, licet aliquando deficiat in actionibus casualibus, & fortuitis, vt alibi: at non ita principium passiuum, quia sæpe patitur præter, vel contra propriã aptitudinem, ob quam rationem, tunc motus non dicitur naturalis naturalitate inclinationis: vnde orta est illa distinctio motus naturalis, violenti, & indifferentis; licet hi motus sint naturales naturalitate corporeitatis, & sensibilitatis, vt patet ex dictis cum de essentia naturæ.

Ad 3. Confirm. Resp. etiam actiuũ est causa, vt res moueatur; nam passiuum recipit motum, & actiuum efficit.

Ad 2. Argum. Scoti Resp. etiam actiuo cõuenire omnes particulas definitionis; nam licet principium actiuum possit agere in aliud, tamen potest agere in eodem supposito, in quo est, & ipsum, & motus. Neque obstat exem- 12

Principiũ actiuum agere potest in eodem supposito vbi est.

plum medici, quia licet hæc (*Medicus sanat sit per se*) quia ad medicum pertinet sanare, samen quod seipsum sanet, est per accidens, quia ars medicinæ nõ exigit, vt operetur in se.

Ad 1. Confirm. Resp. Zabarel. cap. 5. falsò locum illum explicari a Simplicio; nam hirundo v.g. (quo exemplo vtitur Arist.) vere effectiuè concurrit ad nidum, & finis mouet effectricem causam ad agendum, non autem materia: quare putat ex eo loco, nõ probari principium effectiuum esse naturam, quia illa actio est transiens; natura autem putat constitui in ordine ad actionem immanentem in eodem supposito.

Ego Resp. ex dictis naturam agere propter finem, tam actione transeunte, quam immanēte: agit tamen in subiectum, aliquando contra inclinationem subiecti, tum quia ille motus est naturalis secundum inclinationem respectu agentis, sed non respectu subiecti: aliquando verò secundum inclinationem etiam subiecti, & tunc motus est naturalis, tàm respectu principij actiui, quàm passiui, cum moueatur, vt aptum est moueri.

53 *Ad phys. pertinēt omnes quatuor causæ.*

Ad 2. Confirm. ibi Arist. asserere, quod ad physicum pertinent omnes quatuor causæ, & per illas demonstrare, *Propter quid effectus*. Deinde addit, ex his causis concurrentibus ad substantiæ generationem, tres in vnum cõcurrere *f. efficiens, formam, & finem*: sed finis, & forma rei genitæ sunt idem numero: at cum forma generantis nõ idem numero, sed specie, vt patet in generatione hominis, & aliorum similium, quæ cum mouent, mouentur, licet in generationibus æquiuocis forma generantis, & geniti specie differant; sum docet tria esse mouentium genera: vnum mouens immotum, vt Deus, & intelligentiæ; alterum mouens motū, sed incorruptibile, vt cœli, tertium mouens motum, sed corruptibile, vt cœtera naturalia. Ex quibus, primum pertinet ad metaphysicū, cætera ad physicum, quod licet moueat naturaliter, idest vi, ac facultate propriæ naturæ; tamen, quia in se non habēt principium motus, idest passiuum, non est naturale. Ex quo ego colligo principium passiuum esse necessarium ad constitutionem rei naturalis, & illud solum sufficere in re, vt dicatur naturalis: sed nego in definitione naturæ ly principium accipi solū pro passiuo, quia etiam actiuum est naturale; licet, vbi est solum actiuum sine passiuo, non sit sufficiens ad constituendam naturam.

Dices, ergo per solum passiuum distinguūtur naturalia à non naturalibus; nam vbi ponitur passiuum, etiam si absit actiuum, ponitur ens naturale: contra verò, vbi ponitur actiuum sine passiuo, nõ ponitur ens naturale: ergo ens naturale constituitur ex vi passiui: ergo natura est principium solius passiui.

Resp. sufficere quidem passiuū, sed quia cū hoc aliquando est coniunctum actiuum in eadem forma, ideo etiam actiuū est naturale, non quia omne actiuū, sit naturale, sed q̃a tale actiuum; & ideo in definitione naturæ ly, *principium* accipitur, tā pro actiuo, quā pro passiuo.

Ad 3. Confirm. licet agere, & pati respectu eiusdem sint opposita, tñ respectu diuersorum, vel eiusdem secundū diuersam rationē, nõ sūt opposita, vt patet in actionibus immanētibus.

Resp. 2. etiam si agere, & pati sint opposita, tamen principia eorum nõ sunt opposita, licet sint diuersa; nam idem principium respectu vnius potest esse actiuum, & respectu alterius passiuum; sicut idem intellectus potest esse principium erroris, & scientiæ, licet error, & scientia inter se opponantur.

3. Concl. Natura est principiū motus actiuum, non solum in rebus animatis, sed ēt inanimatis. Est cont. Mas. q. 6. & Veracr. hic specul. 1. quia sicut in animatis, actiuum est natura, q̃a est coniunctum cum passiuo, ita etiam, & in inanimatis, quia etiam ibi est coniunctū actiuū cum passiuo, vt patet in aqua se reducente ad pristinam frigiditatem, & in motu grauium, & leuium secundū eos, qui dicunt oriri à virtute actiua intrinseca. Neq; obstat, quod natura dicatur à nascentia, quæ propria est vtuētiū, quia hoc est nomen *A quo*, tamen nomē *Ad quod*, extenditur etiā ad alia. Neq; in his solu principiū actiuū est cõiunctum cū passiuo, vt dictū est. Quomodo autē viuentia dicantur moueri à propria forma 2. de an. 13. dicetur alibi. 14

Natura est principium motus actiuum in rebus etiam inanimatis.

4. Concl. Forma, ēt vt principium formale constitutiuū cõpositi est natura: patet ex dictis de constitutione naturæ, quia licet natura dicatur ex eo, quod sit principium motus, quia deducitur à nascentia, quæ est operatio quædam, tamen nomen, Ad quod, seu res significata, non est tantum res, vt principium operationis actiuè, vel passiuè sumptæ, sed etiam formaliter sūptæ. i. vt causalitas formalis; atq; adeo forma, vt principium huius causalitatis dicitur natura.

Forma, vt componens compositum est natura.

Confir. quia Arist. 2. phys. in cap. 1. ens nāle dicit esse, quod constat ex naturis: at nõ cõstat ex naturis, nisi illis causantibus materialiter, & formaliter: ergo materia, & forma secundum has causalitates dicuntur natura.

5. Concl. Probabile est formā, vt habet rationē finis nõ esse nām, quia principiū, q̃ conuenit naturæ est vis operatiua, quia Arist. vocat impulsum, seu impetum, quem impetum non habent artefacta, vt patet ex tex. 2. 55

Probabile est formā, vt habet rationē finis non esse naturam.

Confirm. ex tex. 29. vbi distinguit principiū motus à principio cuius gratia.

Confir. 2. quia debet esse in eo, in quo est motus: at finis, vt sic non est dum est motus, q̃a habito fine cessat motus 1. de gener. 55.

Cõfir. 3. quia natura est principiū: at forma, vt finis non est principiū, sed terminus; natura .n. debet esse potentia quædā 1. de part. cap. 1. 5. met. 5. 9. met. 13. licet hæc ratio possit solui si dicatur, quod forma, vt finis est principiū in intentione, licet in exequutione, & vt effectus sit posterior. Deniq; quia ex Arist. 2. phys. tex. 73. & 74. postquam dixit, mouens immotū nõ pertinere ad physicū, obijcit sibi finē, qui mouet immotus, & soluit dicens pertinere ad physicum, quia omne agens agit propter finem, atque adeo nemo potest cognoscere naturam agentem, nisi cognoscat finem.

Vnde

Vnde patet finem non esse naturam, quia non est principium mouens motum, atque adeo nō pertinere ad Physicum per se, sed per accidēs, quatenus .s. mouet naturam, quæ agit propter finem.

Soluuntur argumenta tertiæ sententiæ.

EX his patet ad argumenta tertiæ sententiæ.
16 Ad argumenta Resp. 1. id debere intelligi materialiter, quia formæ, cui conuenit esse naturam, conuenit etiam esse finem; non tamen explicat Arist. an sit natura, vt finis, vel vt actiua: quare ex antecedentibus soluenda est difficultas. Neque 1. de Part. dicit esse naturam, vt finem, sed dicit in rebus naturalibus finem esse quærendum. & subdit, *Ratio, quæ est forma & finis est principium rerum naturalium.*

Ad Confirm. patet non esse principiū, quomodo hic sumpsit Arist. Dices, forma respectu generationis est natura, sed non est natura, nisi vt finis.

Resp. duplici sensu posse dici naturam. Primò formaliter, quia generatio tendit ad formā, quæ est natura. Secundò quatenus forma, quæ acquiritur per generationem est similis formæ, quam habet generans, quod non reperitur in artefactis.

17 *Quam contraria nam essentiam probabilis de natura, vt fine.*

Fateor tamen ex his argumentis oppositam opinionem non esse improbabilem; nam posset dici ly *principium*, sumi adæquatè pro omni genere causarum: vnde sicut ad ens naturale concurrunt omnes quatuor causæ, ita etiā, omnes quatuor causæ, vt sic dicantur naturæ; non enim est ratio, cur concursus causæ efficientis, materialis, & formalis sint à principio, quod est natura, & non concursus causæ finalis. Neque rationes oppositæ sententiæ difficile est soluere, quia ly *principium innatum*, sumitur non pro actiuo solum, sed pro intrinseco, & licet tex. 29. ly *principium* distinguatur à fine, qui ibi accipitur pro actiuo, non tamen sic accipitur in definitione naturæ; neque cessat motus habito fine, vt causa, sed vt effectu, & licet finis vt sic dicatur immobilis; tamen materialiter sumptus, cum sit idem cum forma est mobilis; nam etiam actiuum, vt sic est immobile, & tamen est natura, quia est coniunctum cum passiuo principio, & mobili.

Ex quibus patet errasse Vicomerc. Valles; & alios dicentes formam tantum, vel principiū tantum actiuum esse naturam; nam supra fusè probauimus materiam esse naturam, quæ tamē non est actiua 9. met. 2. 1. de gener. 54. & 55. & 2. de gener. 53.

Confirm. quia naturalia distinguūtur à non naturalibus, quia hæc carent principio passiuo motus, & cœlum dicitur ens naturale, ex eo solum, quod habet principium passiuū 1. celi 5.

Confirmat Zabarel. ex 8. phy. 32. vbi elementa dicuntur habere principium passiuum, non actiuum motus.

Soluuntur argumenta secundæ sententiæ.

A EX quibus patet ad fundamenta secundæ sententiæ. Primò sufficere si per passiuum distinguatur ab immaterialibus. Secundò etiam ab artefactis distingui, quia hæc, licet constent ex materia; tamen respectu formæ artificialis, illa materia non est natura, quia non habet potentiam naturalem, sed obedientialem, quod tamen impugnat Zabarel. cap. 8. ex eo, quod si careret potentia naturali; nullo modo posset recipere, sed fallitur fallacia consequentis, quia ex negatione vnius speciei infert negationem generis. 18

Materia respectu formæ artificialis habet potentiam obedientialem.

B Resp. Tertiò ipse dari potentiam naturalem respectu formarum artificialium: sed diuerso modo, ac respectu formarum naturalium; nam materia primariò respicit formas substantiales, per quam perficitur, & cōstituitur in determinata specie prædicamentali: sed quia accidentia sunt necessaria, vel ad conseruationem, vel ad perfectionem formarum substantialium, ideo secundariò respicit omnes formas accidētales. Ex quibus aliquæ inducuntur à causis naturalibus: aliæ verò ab agente; seu ab agentibus, vel causis per artem operantibus. Quare potētia materiæ primariò instituta fuit propter formas substantiales, secundariò, & per se, ratione accidentalium, quæ sunt necessariæ, ad formas substantiales; per accidens verò, idest

C præter intentionem naturæ respectu formarū artificialium; nam cum hæ non distinguantur à naturalibus accidentibus secundum entitatem, sed solum per relationem ad agens, necessariò potentia recipiens accidētia naturalia, recipiet etiam artificialia; quare hæc potentia conuenit entibus naturalibus concomitanter. Ex quo deducit omnem motum, seu artificiosum, seu violentum posse dici naturalem respectu principii passiui, quæ est materia; non autem respectu passiui, quæ est in forma.

Resp. 4. Fons. distingui naturalia ab artefactis, quod in illis principium passiuum est materia, vt pura potentia: at in artificiosis est totū

D compositum, quod non est natura. De hoc argumento legitc Heru. in 2. d. 18. qu. vnica ad 1.

Ad Confirm. Resp. duas esse naturas distinctas secundum proprium genus, quæ tamē cōstituunt vnam totalem naturam. Quomodo autem Natura conuenit materiæ, & formæ, dicetur infra.

QVAESTIO XI.

Quæ nam formæ sint Naturæ.

DVBITATIO I.

E *An forma accidentalis sit natura, An vero debeat esse substantia.*

REsp. accidens non esse naturam. Primò patet ex tex. 4. vbi ait, esse substantiā, tex. 7. Omnia principia esse substantiam, tex. 12. ens naturale componi ex his, substantia autem

Accidens nō est natura.

ex substantijs componitur, non autem ex accidentibus, tex. 21. concludit naturam esse materiam, & formam.

Confirmatur, quia Natura ex definitione est principium primum motus: at accidentia non sunt primum, sed proximum.

Denique Confirm. quia Arist. 2. phy. initio diuidit entia in ea, quæ sunt à natura, vt composita; & ea quæ sunt Naturæ, vt materia, & forma, & in ea, quæ sunt secundum naturam, vt tex. 5. dicit esse accidentia.

Obiic. ex Arist. Contrarium videtur docere Philop. tex. 7. & alij, qui explicant dicentes naturam esse principium proximum. Primò ex tex. 7. vbi generationem vocat naturam; nam est principium motus, tum quia vna pars est prior altera; tum quia est id, quo efficiens producit effectum.

Confirm. 1. ex Simpl. quod natura nihil aliud sit, quàm aptitudo materiæ recipiendi formas: at hæc aptitudo est accidens.

Confirm. 2. quia natura dicitur à nascentia, seu genitura viuentium: at nascentia est accidens quoddam.

Confirm. 3. quia accidentia sunt principiũ actiuũ, & principale respectu aliquarũ actionum, cum non sint supra illorum vires.

Cõfir. 4. qa tex. 4. natura dr̃ esse in subiecto.

2 *Respond.* Resp. generationem non esse principium, quo modo hic accipit Arist. principium; nam illa ratio principiandi, quod vna pars præcedat alteram, non est vniuersalis, vt patet in instantaneis, neque propria; neque dicitur principium formæ, quatenus est actio agentis: tum quia Arist. hic naturam vult esse principium motus; tum quia potius est via ad formam.

Ad 1. Confir. aptitudo naturæ ad formã est substantia secundum veriorem sententiam.

Ad 2. optimè aduertit Sotus hic, & Alen. 5. m. tex. 5. naturæ nomen ductum à nascentia viuentium, in quibus vis actiua est coniuncta cũ materia; tamen nomẽ Ad quod significat principium substantiale, sicut patet etiam ex hoc nomine, lapis, ductum à læsione pedum.

Ad 3. Resp. ly Primum, sumi pro primitate, non solum principalitatis, vt distinguitur contra instrumentum: sed etiam primitate independentiæ; nam hoc solum est principium radicale constitutiuum entis naturalis.

Ad 4. Resp. ly, in subiecto, non intelligi informatiuè, sed inhæsiuè.

3 *Priuatio non est natura.* Ex his patet priuationem non esse naturam contra Albertum hic tract. 1. cap. 3. & Syrianũ apud Simplic. quia si excluditur accidẽs, quod habet magis rationem entis, multo magis priuatio. Neque obstat, quod 2. phys. tex. 15. vocet naturam, quia est quodammodo forma; nã vt rectè Gratiad. ibi lect. 2. q. 4. sicut non est verè forma, sed impropriè, ita nec verè natura.

At inquies, est principium generationis, atq; adeo motus.

Resp. esse principium A quo, sed non principium, vt causa.

DVBITATIO II.
An hæc definitio conueniat animæ Mundi.
ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Anima mundi est natura secundum Platonicos.* PRima opinio est Platonicorum apud Ficinum lib. 17. Theol. Platon. & meminit Plato 1. p. Timæi, & Pithagoricorum apud Albert. hic tract. 1. cap. 5. affirmantium hanc definitionem conuenire animæ mundi, quam dicunt esse aliquam Naturam, & formam vniuersalem, ad quam pertinet regere vniuersum, & producere operationes necessarias ad conseruationem, & perfectionem vniuersi, sicut formæ particulari cõuenit regere, & operari operationes conuenientes corpori particulari. Quare sicut forma particularis est natura, quia est principium motus cõuenientis naturæ particulari, multò magis forma vniuersalis, quæ est principium motus conuenientis toti vniuerso, vt aduertit Philop. hic tex. 1. In hac autem natura explicanda Platonici non conueniunt;

Platonicorum sententia de natura vbi sit. nam Foxius in Thim Platonis, & apud ipsum Porphyr. Iambl. sequitur Proclus in comment. in Thimæ: dicunt substantiam quãdam mediam inter corporeas, & spirituales, & ita intelligunt Platonem cum dixit esse in medio vniuersi. Et idem videtur sentire Plotinus libro de Motu Cœli: alij tamen dicunt esse in orbe Solis, tanquam in corde vniuersi, dici verò in medio, non situ, sed virtute, quia inde melius, & facilius potest res omnes viuificare, ita Calcidius Carpent. in Alcin. de doct. Plato. cap. 12. Alij ponunt in orbe Lunæ, vt Ioannes Picus; alij, vt Plotin. lib. 1. de dubijs animæ cap. 12. & 17. videntur sentire hunc locum esse ipsum bonum, & lumen, hoc est Deum: animam verò mundi esse lumen inde emicans, vt interpetratur Ficinus, & legendus in cap. 2. 9. & 10. & Ænea. 6. l. 4. per totum. Alij esse Deum. vt Plut. opusc. de quæst. Plat. q. 2. & Varro apud August. 4. de Ciuit. cap. 31.

Alij Spiritum sanctum, quem Platonici non faciunt æqualem patri, ita Bessar. lib. 3. cap. 12. & lib. 2. cap. 4. lib. 3. cap. 14. Et hoc voluit Trismeg. in Pimandro cum huiusmodi animam vocat Deum secundum.

Alij nihil esse aliud, quam proprias virtutes singulis rebus cõmunicatas, vt Foxius in Tim. & legendus Christophorus Marcellus lib. 6. de anim. cap. 25. & 26. vel legem, seu necessitatẽ, quam seruare debent agentia naturalia in operando, vt fusè explicat Senec. lib. 4. de benef. cap. 7 & Lactan. lect. 2. de orig. error. cap. 9. vel de ira Dei cap 10. lib 3. de falsa sapien. cap. 28. & lib. 7 de diuino præmio cap. 3. Plotin. lib. de Nat. contẽplat. & vno, legend. Alber. tract. 1. cap. 5. Rodiginus lib. 22. cap. 6. & lib. 1. cap. 2. & Philop. qui ait esse vim diffusam per omnia corpora, eorumq; formatricem, & gubernatricem, principium motus, & quietis eius, in quo est, & non secundum accidens.

Alij, vt Plotinus de motu cęli dicit esse substantiam ingenerabilẽ, ex se mobilẽ vtentẽ armonia quadã partium: pro cuius explicatione.

Not. apud Platonem esse duo genera entiũ, aliud omnino immobile, sub quo Deus, mens, & anima: aliud omnino mobile, sub quo formæ corporeæ: primum est omnino ingenerabile, est enim substantia, quæ mente tantum percipitur.

pitur. Alterum est omnino sensibile, & materiale: Anima verò mundi, quia est in medio, A neque purè generabilis, neque purè ingenerabilis est: sed medium quid, ideo in definitione Dicitur esse ingenerabilis, vt participat primũ ens. Dicitur ex se mobilis, &c. vt participat secundum genus entis.

Deinde præter hanc animam vniuersalem, Platonici ponunt duas animas particulares singularum partium, vt alia sit anima Solis, alia Lunæ, ita Plato in Thimæo, vbi ponit Deum tenentem craterem, ex quo eduxit animas particulares, quem craterem Theod. dicit esse craterem secundum, in quo contemperantur omnes aliæ animæ; nam ex cratere, qui est fons vitæ, educitur anima vniuersalis. Plot. lib. de dubijs animę, interpetratur esse essentiam Dei, B tanquam exemplar omnium: Dubitatur tamẽ, an anima vniuersalis distinguatur à particularibus: Plotin. dicit esse disunctam realiter, qa Plato posuit generationes diuersas. Foxius in Thimæo distinguit, non secundum essentiam, sed secundum esse, vt anima rationalis hominis est vna secundum essentiam, tamen habet varios modos essendi in diuersis partibus.

Denique asserunt animã mundi esse Rectricem vniuersi, principium motus, & quietis, idẽ Trismeg. in Pimandr. & hãc dicit esse naturã.

3 *Natura, vt mixtio elementorũ per alios Empedocles Anaxagoras.*

2. Opinio est aliorum, qui dicunt cum Empedocle, & Anaxag. apud Plut. 1. de Placitis cap. vlt. naturam esse mixtionem, & segregationem elementorum, vt Emped. lib. partium C similarium, & Anaxagoras. Sed stoici in vita Zenonis, apud Laertium, dixerunt esse vel id, quod cõtinet vniuersum; Vel vim, quæ terram facit germinare, quam vim deinde dixerunt esse ignem quendam artificialem .i. generantem quasi ex arte, quos Lact. lib. 1. de falsa relig. cap. 5. contendit intellexisse Deum, quem interdum, diuinã legem, aliquando necessitatẽ, aliquando fatum appellabant.

4 *Datur natura vniuersalis, q̃ non sit forma mundi per Aristotelem.*

3. Sententia est Arist. ponẽtis quidem naturam quandam vniuersalem, sed negantis eã esse formam mundi, atque adeo, non fuisse ab illo hic definitam hanc naturam, sed principiũ D intrinsecum in rebus naturalibus, quod dicit esse materiam, & formam; nam vt notat Fons. cap. 4. q. 1 sect. 3. Principium, causam, & naturam inter se differre, quod principium, & causa possunt esse extrinseca iis, respectu quorum sunt principia, & causa: at natura semper est intrinseca; sicut etiam, & elementum, quod differt à natura, quod elementum dicat solum ordinẽ ad compositionem illius, respectu cuius est elementum, vt literæ dicuntur elemẽta syllabarum: at natura non solum dicit ordinem ad compositionem; sed etiam ad operationem; Vnde patet etiam distinctio inter naturam, essentiam, & quidditatem, quod essentia, vt sic dicit ordinem solum ad esse rei; quidditas verò ad definitum, de quo quæritur, Quid est? E & respondetur per definitionem; Natura verò dicit ordinem ad operationem: Vnde dici solet, naturam non esse otiosam. & esse proprium essentiæ, quidditatis non esse quid impossibile, & vel fictitium. Et quia natura complectitur quidditatem, & essentiam, ideo quidditas, & essentia rei, dicitur etiam natura rei. Ex quo fit, vt naturæ nomen secundum Arist. conueniat, materiæ, formæ, & toti essentiæ, & hæc opinio mihi placet. Vndę fit.

ART. II. Opinio Auctoris.

Prima Concl. admittenda est à peripateticis natura quædam vniuersalis regitiua mundi. Primò ex Arist. 4. de Gener. anim. cap. vlt. vbi docet, *Naturam dari, quæ virtute cælorum omnia gubernat*, & 8. phy. 15. 2. cœli 69. docet *omnia naturalia esse ordinata*, & huius ordinis, auctorem dicit esse Naturam. Et 2. de part. 14. & 2. de Gener. anim. c. 2. docet *Naturam habere rationem, & nobiliora magis curare, atque res particulares magis vniuersi conseruationem, quàm propriam appetere*. & 2. de Gener. anim. cap. 3. ait, *Fœminas non intendi à natura particulari, sed vniuersali natura*, & 2. cœli 34. docet naturam facere semper id, quod melius, & tex. 50. & 59. *Nihil à casu facere, sed omnia consilio, & ratione*, quod etiam indicat 2. phy. 46. & 2. cœli 56. naturæ videtur tribuere futurorũ præuidentiã. 5 *Datur natura vniuersalis regitina mundi.*

Confirm. ex effectis, quæ videntur superare naturam rerum particularium: quare debet dari nobilius principium operationis. Antecedens patet in sagacitatibus animalium, vt cocrodilli, qui oua deferũt eò, vbi altior Nili erit inundatio. Similiter aues quædã, Fibræ dictæ, quæ nidum ita componunt, vt dimidium eius intra, dimidium extra futurum sit superueniẽtibus pluuijs.

Deniq; confirmatur ex dictis initio.

2. Concl. Hæc Natura vniuersalis non est motus cœli, tum quia ipse motus cęli ordinatus est à Natura 2. physf. 46. 2. cœli 69. tum quia natura vniuersalis intelligit 2. cœli 50. 56. 59. Tum quia ordo, & vniuersi distributio, qui ab Arist. dicitur esse à Natura non potest referri in motum cœli. Demum multa sunt in rebus, quæ non possunt esse à motu cęli, vt quod cor sit in medio, vt inde melius suam virtutem diffundat: quod stomachus sit rotũdus, vt facilius expurgetur. Quòd manus diuisa sit in tot partes, vt magnitudines, omnis figuræ, quas homo mouere potest, optimè apprehenderet, atq. cæteris digitis pollicem opposuit, vt vndiq; circulo, aut omnino ex duobus locis contrariis integra fieret comprehensio. Cur inæquales, vt .s. magnas, & paruas moles melius apprehenderet, vt benè Galen. lib. 1. de vsu part. 6 *Natura vniuersalis est motus cœli.*

3. Concl. Natura hæc vniuersalis non est aliud, quàm Deus. Primò, quia 2. de Gener. 59. & 12. met. 38. ita loquitur de hac natura, vt faciat intelligentem, & vocat 2. de Gener. Deum, & 2. Met. Auctorem vniuersi, & clarius 1. de part. cap. 5. Secundo, quia Deus omnia gubernat, & dirigit in suos fines, saltem mediatè, & hac ratione Physicus agit de Deo 8. phy. 2. de Gener. 59. & 2. cœli natura secundum substantiam pertinet ad metaphysicum. 7 *Deus est natura vniuersalis mundi.*

4. Concl. Aliquando Arist. nomine naturæ vniuersalis intelligit seriem, & ordinem causarũ tàm vniuersaliũ, quã particulariũ 1. cœli 32. 2. cæli 50. 53. & 59. 3. met. 45. 60. 3. de Part. cap. 1. 5. de gener. anim. cap. 8. nihil naturam frustra facere, & 1. de part. cap. 1. & 5. 2. phys. 74. 77. 80. 84. 2. de an. 32. naturam omnia agere propter finem 2. de gener. animal. cap. 4. naturam comparat patri familias, qui vniuersam domum maximo ordinè gubernat, & de diuin. per somn. cap. 2. naturam dicit esse dęmoniam .i. sapientem, & 8. phys. 56. in natura semper est id, quod melius est, si fieri potest.

Datur natura particularis præter vniuersalẽ.

5. Concl. Præter naturam hanc vniuersalẽ, dari debet natura particularis in singulis rebus, quia videmus in singulis esse proprias operationes: ex operationibus autem inuestigamus naturas rerum.

6. Concl. Præter hæc, non est ponenda alia natura, quæ informet vniuersum, illud gubernans, & viuificans singulas partes vniuersi. Primò, quia non est necessaria talis forma; nam omnes operationes optime saluantur per naturas in particulari, & Deum dirigentem. Secundo, quia nõ possunt species vniuersi informari vna forma, quia sunt entia integra, quare incapacia alterius formæ.

Confirm. quia vnitas vniuersi est vnitas per accidens, non per se.

Obijc.

Sed contra. Vnius artificis est vnum opus, & simile operanti: sed mundus est opus Dei: ergo debet esse vnus, & similis operanti: hic autem est viuens, ergo mundus debet esse viuens; vita autem non potest esse, nisi ab anima.

Et Confirmatur 1. quia partes disiunctæ non possunt efficere vnum, nisi per aliquod principium commune.

Confirm. 2. quia exemplum est æternum animal: ergo, & opus; quare debet dari anima æterna constituens vniuersum.

Confirm. 3. quia videmus elementa habere principium viuificans; vnde terra germinat sine semine, quare debet dari principium internum viuificans.

Confirm. 4. nam si non esset animatum posset fieri perfectior, quod derogat auctori, & rei factæ.

Respond.

Resp. debere esse simile, & vnum in esse cognito.

Ad 1. Confirm. efficere vnum per aggregationem ratione vnius finis.

Ad 2. non esse exemplar quoad tempus, vel durationẽ, sed quoad entitatem in tali, vel tali duratione, imo necessario semper exemplar præcedit rem factam.

Ad 3. Confirm. Resp. dari complexionem proportionatam cuilibet rei productæ.

Ad 4. non derogatur sapientiæ Dei, quia ita decuit mundum fieri.

7. Concl. Hic non definitur natura illa vniuersalis, sed particularis, quæ est vnicuiq; propria; tum quia illam Arist. diuidit in materiam, & formam: tum quia natura hic definita est in eodem subiecto, in quo est motus: at non ita natura illa vniuersalis, quia est extrinseca.

DVBITATIO III.

An hęc definitio conueniat formis rerum inanimatarum.

Resp. affirmatiuè, quia Arist. definitionem explicat per res inanimatas, cuiusmodi sunt elementa, & mixta inanimata. 1

Definitio non tota competit etiam inanimatis.

Et Confir. quia illis præcipuè conuenit definitio; nam tam elementa, quàm mixta habent in se principium passiuum motus localis, & alterationis, quia mouentur ab elemẽto prædominante.

Dices, artificialia non dicuntur naturalia, etiam si moueantur ratione materiæ, quia id conuenit illis per accidens .i. ratione alterius, cum natura debeat esse principium motus: ergo, etiam mixta non erunt naturalia, etiam si moueantur à prædominante.

Resp. ly, primum in definitione naturæ accipi pro principali, vt excludantur accidentia: at forma mixti virtualiter continens elementa est principale principium: at in artefactis, vt sic principium non est intrinsecum, sed extrinsecum, cum sit ars.

Difficultas prima est, An habeant principiũ actiuum suæ generationis.

Resp. negatiuè, quia agens debet præexistere effectui. dicuntur autem viuentia habere principium actiuum suæ generationis, quia virtus seminalis est intrinseca materiæ, in quam inducitur forma. Neque Auer. 7. m. 29. loquitur de generatione substantiali, cum dixit quędam à seipsis, quædam ab alio generari: sed de accidentali; nam quædam fiunt extrinsecus ab arte, quædam à natura, quædam ab vtraq;

2. Difficultas est, An elemẽta habeant principium actiuum suæ corruptionis.

Elementa non habent actiuũ principium suæ corruptionis.

Resp. negatiuè, quia vbi nulla est distinctio partium, quarum vna agat in aliam, ibi nõ potest esse mutua actio; nam ibi materia non est actiua, & partes formæ licet sint actiuæ, cum sint eiusdem rationis, & similes non possunt inter se mutuò agere, quia omnis actio est inter aliquo modo dissimilia, & inter se pugnantia. Neque potest seipsam corrumpere, quia id implicat, cum sit contra inclinationem naturę, atque adeo natura ad id non dedit aliquod principium. Denique ad formam pertinet dare esse 2. de an. 2. non autem corrumpere.

Idem dicendũ de mixtis homogeneis.

Ex quibus patet mixta homogenea non habere principium actiuum suæ corruptionis, quia qualitas non destruit qualitatem, cum qua est compossibilis, etiam si sit prædominans: at qualitates mixti homogenei, in toto subiecto sunt in æquali gradu: ergo actio mutua nõ potest prouenire ex illis qualitatibus.

Confirm. quia vel vna pars ageret in aliam, & non, quia sunt similes; vel ageret in seipsam, & id magis repugnat.

2 Obijc. contra Perer.

Contrarium de mixtis docet Perer. lib. 7. cap. 13. quia hæc dicuntur corruptibilia ab intrinseco: at corruptibile exigit principium actiuum, & passiuum: ergo vtrumq; principium est intrinsecum.

Resp.

Resp. dici corruptibilia ab intrinseco ob materiam contradictionis, eo quod potest recipere plures formas incompossibiles; non autem dicuntur corruptibilia ab intrinseco ob principium actiuum: At instabis; Angeli dicuntur ab intrinseco incorruptibiles, & tamen ab intrinseco habent essentiam distinctam ab existentia cum defectibilitate: ergo, vt aliqua dicatur corruptibilia ab intrinseco, non sufficit principium passiuum, sed requiritur etiam actiuum.

Resp. Angelus.

Resp. Angelos dici incorruptibiles ab intrinseco ob defectum materiæ cōtradictionis; nam licet ex natura sua habeant, vt possint deficere ex defectu conseruantis; tamen non habent aliquod principium, quod requirat, & appetat aliquid incompossibile cum conseruatione: sed potius appetunt conseruationem: quare tota ratio differentiæ inter corporalia, & incorporalia quoad corruptionem oritur ex materia.

Etherogenea mixta habent principiū actiuum sua corruptionis.

2. Patet, mixta etherogenea haberet principium actiuum suæ corruptionis, quia constant ex partibus habentibus dissimiles, & pugnantes qualitates, vt benè Perer. loc. cit. Vnde Zimar. propos. 91. putauit non posse aliquod animal perpetuari.

3. Patet, hæc corpora habere principium actiuum alterationis sui ipsorum corruptiuæ: contra verò homogenea. De qua re Philop. 1. de gener. 91. Zimar. contrad. vltima super Them.

4. Patet, solutio difficultatis, An hæc corpora habeant principium actiuum alterationis sui perfectiuæ. De hac re alibi. Interim videantur Perer. lib. 7. cap. 14. Tolet. q. 2. Sotus q. 1. ad vltimum. Themist. 2. phys. q. 1. Simpl. tex. 1. ibidem Burl. Forl. de intens. formar. p. 2. §. Sed contra. qui probant posse se perficere ex aqua calefacta, quæ se reducit ad pristinā frigiditatem, & ex terra si continuo colatur vires amittit, quas recuperat, si ociosa permaneat, & ratio, quia natura non deficit in necessarijs.

5. Patet, An elementa, & mixta habeant principium actiuum sui motus. De hac alibi. Interim videatur Sot. q. 1. hic conc. 3. & ad 3. & 4. Nicolectus Theatin. q. de grauibus post Themist. Tolet q. 2. Perer. cap. 15. & 16. & nos alibi, Iauel. 8. phys. Zabar. de motu grauium duobus libris, Scot. in 2.

3 *Concordantur textus Arist.*

Solum hic adnotandum ex 4. cœli 86. colligi habere principium actiuum, ex 8. autē phys. aliter, sed moueri à generante, quod intellige per attributionem, quia .s. illi tribuitur, cum perfectio eius sit esse in loco. Quod si 8. phy. 30. dicit, omne quod mouetur ab alio mouetur, & distingui partem motam à mouente, id verum in eo, quod ita se mouet, vt possit, & motum inchoare, & terminare, & idem esse in actu virtuali, & potentia formali nihil prohibet: id autem, quod 8. phys. 32. dicitur omne quod fit fieri ab actu, intelligitur de agente vniuoco. de quo alibi.

Not. 2. in mixtis etiam forma est principiū actiuum motus, quatenus tamen continet virtualiter formas elementorum, vnde intelligitur quod primo cœli 7. ab Arist. mixta moueri ab elemento prædominante, quia .s. illi formæ dantur dispositiones, quæ magis sunt conuenientes vni elemento, & illud primum in definitione naturæ intelligitur principaliter, vt excludat accidentia, quæ sunt instrumenta.

Forma est principium actiuū motus.

A

DVBITATIO IV.

An forma cœli sit natura, & qua ratione.

DE hac re Tol. q. 3.

B

ART. I. *Explicatur sensus quæstionis.*

1 *Cælum non est animatum.*

PRimo suppono cœlum non esse animatum, quia ibi non adsunt organa necessaria ad actiones, & operationes animæ, vt alibi.

2 Suppono non esse corruptibile, sed incorruptibile; atque adeo non esse capax nisi motus localis, & alterationis perfectiuæ.

3. Cœlo conuenire motum circularem, quem aliqui dicunt produci à forma cœli, alij verò produci ab intelligentia, vt D. Tho. 1. p. q. 70. a. 3. vbi Bagn. & alij, Sot. hic qu. 1. ad 2. Tole. q. 3. Conimbr. 1. cœli cap. 2. q. 3. quæ opinio, hic supponenda est.

C

Explicatur sensus quæstionis.

4. Suppono in hac dubitatione duplicem difficultatem inuolui. Prima est, An cœlum sit corpus naturale; nam qui negāt cœlum esse compositum ex materia, & forma, consequenter videntur negare esse corpus naturale, quia hoc non est, nisi compositum ex naturis, quæ sunt materia, & forma: At verò, qui dicūt cœlum esse compositum ex materia, & forma, adhuc dubitāt, qua ratione forma cœli habeat rationem naturæ respectu motus localis; nam cum non sit illius principium actiuum, sed solum passiuum, quem recipit ab intelligentia operante per intellectum, videtur respectu illius non habere rationem naturæ, quod motus ille, quem recipit, non sit naturalis: vnde est.

D

2. Difficultas, An motus cœli circularis, sit illi naturalis. Et difficultas oritur, tum ex cœlo empyreo, quod non mouetur, tum ex quiete, quam habebunt post diem iudicij; nam si quies illa est cœlis naturalis, cum sit futura æterno tempore, motus illi oppositus non potest esse cœlo naturalis; nam non potest naturaliter conuenire eidem quiescere, & moueri in eodem loco.

ART. II. *Quid Doctores senserint de naturalitate cælorum, & motus cælestis.*

E

2 *Cælo violenta esset quies per aliquos.*

PRima sententia est dicentium cœlos esse ita determinatos ad vnum motum, vt non nisi violenter illi conuenire possit quies, vel motus oppositus; ex Arist. 1. cœli 14. & 15. vbi motū circularem ait competere Cœlo secundū naturam, quia omnis motus innaturalis vni, est alteri

teri naturalis:at motus circularis est innaturalis elementis; ergo naturalis cœlo, quia non est aliud corpus, cui sit naturalis.

A

Confirm. tex. 6. vbi, naturam inquit, mouere cœlum, vt aptum est moueri, & à tex. 9. ad 16. ostendit ex motu circulari, cælum habere diuersam naturam ab elementis, quod supponit motum illum esse naturalem. Hanc sententiam docet Zim. 2. phy. cont. 3. & propos. 70. sequitur Mercenar. dilucid. de hac re sol. mihi 127. Sotus q. 1. ad 1. Zabarel. opus. de natura cæli cap. 11. & citat Alex. 12. met. 14. vbi clarè loquitur, & Zabarel. explicat exemplo nauis, quę habet inclinationem ad nauigandum, tamen requirit externum principium, quod in cœlo est agens supernaturale secundum substantiã, sed secundum potentiam, naturale, quod significat Arist. 1. cœli 73. dicens cœlestes motores non esse res physicas, mouere tamen physice. Hanc sine dubio sequuti videtur Philop. Simpl. Auer. hic, & 1. cœli 13. quare ex horum sententia non dubium, quin cœlum habeat naturam, cum habeat principium passiuum inclinatum ad motum. Fundamentum, quia omne corpus naturale vendicat sibi aliquam lationem naturalem 1. cœli cap. 2. tex 5. & patet ex elementis, quæ cum sint imperfectiora cœlis, tamen habent aliquem motum sibi connaturalẽ, & si est corpus simplex, vendicat sibi motum simplicem 1. cœli tex. 7. quia sic seruatur proportio inter motum, & mobile: sed cœlum est corpus naturale, vt patet tum ex 1. cœl. 5. 3. cęli 1. 8. met. t. 12. met. 5. 1. de part anim. cap. 5. tum quia eius tractatio pertinet ad physicam, ergo illi, motus erit naturalis, alioqui esset mixtus, sed motus mixtus non potest illi esse naturalis, quia hic non est proportionatus corpori simplici, quale est cœlum 1. cœli tex. 17 & seq. ergo motus naturalis cœlo erit simplex: sed omnis motus simplex, vel est rectus, vel circularis 1. cœli tex. 15. ex duplici magnitudine simplici: sed cœlo non potest esse naturalis motus rectus, cum hic sit proprius inferiorum elementorum: ergo erit naturalis motus circularis.

Zimar. Mercen. Sotus, Zabarel.

B

Philop. Simplic. Auer.

Probatur circularem motum esse naturalem Cœlo.

C

Confirm. ex figura cœli, cui conueniens est motus circularis; ex accidentibus enim colligimus substantiam, & ex medijs finem; ex co .n. quod naturale est homini habere oculos, est illi naturalis visio.

D

Confirm. 2. quia actio, in qua consistit propria perfectio rei, est illi naturalis, quia vnumquodque inclinatur in proprium perfectiuum, sic est motus respectu cœli, qui debet habere aliquam inclinationem; sed nulla apparet nisi adhunc motum, & mirum, inquit Sotus, formicam naturaliter moueri, non cœlum.

Confirm. 3. ex fine; nam primò est perpetuus; perpetuitas autem indicat connaturalitatem, & de facto hic motus conuenit cœlo, non solum secundum se, sed etiam, vt est causa inferiorum. Secundò, ablato motu esset otiosus, cum tamen omnis substantia sit propter aliquã operationem. Tertiò, quia per motum assimilantur primæ causæ, quæ semper est in actu secundo, cũ actus secũdus sit perfectior primo.

E

Hi tamen diuisi sunt; nam aliqui dicunt illum motum conuenire cœlis ratione materiæ cælestis, quæ inclinatur ad omnem motum circularem; nam ratione formę, non potest esse naturalis, cum hæc sit determinata ad vnum, nec possit inclinari ad motus oppositos, quales sunt in cœlo. 3

Circularis motus, cuius ratione competat Cœlo.

Alij verò; dicunt esse naturalem ratione formæ cęlestis, nõ quidem, vt principium est actiuum, sed vt principium est passiuum respectu motus: hanc autem inclinationem non dicunt esse primariam, sed secundariam; nam ex primaria inclinatione, cœlum quiesceret in proprio loco, verum, quia habet aliam primariam inclinationem ad influendum, qui influxus esse non potest sine applicatione actiui ad passiuũ, ideo secundariò inclinatur ad hanc applicationem, quæ fit per motum.

Tertiò, alij dicunt hanc inclinationem non sumi præcise à materia, vel forma cœli, sed imprimi illi ab intelligẽtia, à qua imprimitur motus; nam determinatio potentię passiuæ sumitur ex determinatione potentię actiuæ: sed potentia actiua intelligentiæ est determinata ad motum tali motu, cum moueat ex necessitate naturæ: ergo etiam potentia passiua est determinata ad illum, ita Fons. lo. cit. infr. sect. 5. ex sententia Arist.

2. Opinio est dicentium cęlum esse quidẽ corpus naturale, atque illi motum esse naturalem; non tamen hic ab Arist. comprehendi, quia eius institutum non est omnem naturam explicare, sed tantum rerum corruptibilium. Primò, quia in primo egit de priucipijs rerum corruptibilium, 1. phy. 68. 4

Alij dicunt non cõprehendi cœlum in hac definitione.

Et Confirm. ex Themist. qui definitionem naturæ explicans dicit, cœlum non contineri, cum in co non sit quies. Et patet, quia Aristot. requirit, vt moueatur, & quiescat: cœlum autẽ non quiescit.

Confirm. 2. ex 2. met. 9. vbi naturã inquit, solam profecto quis ponet eam, quæ in corruptibilibus est, substantiam.

3. Sententia est Auicen. 9. met. cap. 2. qui dixit cœlo motum non esse neque naturalem, neque violentum, sed esse præter naturam, seu indifferentem, seu neutralem, sequitur Albert. 2. phy. tex. 13. Scot. in 2. d. 2. q. 2. in fi. vbi Tatar. Dur. dist. 14. q. 2. & Scaliger exercit. 18. & mihi videtur sententia Fonsecæ q. 1. sect. 6. & 7. & dicit esse D. Tho. q. 5. de pot. art. 5. in corp. & ad 7. vbi dicit cœlum non habere inclinationem ad circularem motum, vt elementum ad motum rectum, sed habere aptitudinem quandam, & principium passiuum, vnde potest dici naturalis, vbi tria dicit esse vitanda: Primum ne dicatur motum esse finem cœli, quia est actus imperfectus. Secundum, ne finis ponatur aliquid vilius cœlo, quia finis oportet præstet ijs, quę sunt ad finem, licet possit contingere, vt vilior sit terminus operationis agẽtis nobilioris, vt securitas rustici est terminus operationis Regis gubernantis, finis tamen est bonum commune. Tertium finem non debere poni aliquod infinitum, quia id impossibile,

Motus Cœlo est præter naturã. Albert. Scot. Tatar. Dur. Scalig. Fonf.

qua ro

quare duplex finis potest poni, primus in ipso cęlo, & est assimilatio ad primum motorem in causando, & secundum hanc rationem non cõuenit illi desinire. Alter extra cœlum, & hic est impletio numeri electorum. Et iuxta hanc sententiam oportet dicere, cœlum non esse corpus naturale, vt causat hunc motum, vel naturam non constitui per ordinem ad actus neutrales.

5 Fundamenta autem varia sunt. Primò, ex Alberto Duran. Scaliger. qui dicunt non esse naturalem, quia est voluntarius, sicut motus molis in pristino non est naturalis, quia non fluit à lapide, sed ab homine, qui operatur propter certum finem: sed hoc fundamentum nõ est solidum, quia hic non distinguitur motus naturalis à voluntario, vt patet in motu progressiuo animalis, qui naturalis est, & voluntarius.

Secundò, Ex Auicen. apud Sotum. Nullus motus est naturalis rei, nisi sit in statu innaturali, & per illum tendat ad naturalem statum: sed cœlis, qui mouentur, hoc non conuenit, quia nunquam sunt extra suam naturalem dispositionem. Maior patet, tum inductione grauium, & leuium; tùm ratione, quia per naturalem motum res tendit ad id, quod est rei connaturale.

Confirm. quia si est naturalis, sequeretur, quod cum Sol mouetur ab Oriente in Occidens, naturaliter recedit ab Oriente, & cum mouetur ab Occidente naturaliter accedit ad Oriens: quare naturaliter accedit, & recedit, respectu eiusdem puncti: quare duo motus oppositi sunt naturales eidem.

Tertiò, ex eodem, & Fonf. quia si est determinatus ad motum versus Orientem, non posset moueri in oppositum, nisi contra naturam, imò neque posset quiescere, nisi contra naturam: quare si intelligentia vellet sistere cœlum, ipsum resisteret, vt vter plenus aere cum comprimitur, quo circa cum cœlum in fine mundi quiescet perpetuò, erit violentum cœlo. Neq; dicas cum Scoto q. 2. loquens de motu lapidis sursum, qui licet sit supra naturam, tamen non est violentus; tum quia omnia Deo obediunt sine resistentia: tum quia ad cessationem motus sufficit suspensio virtutis mouentis; tum quia, licet omnis creatura obediat Deo, tamen id potest esse, vel cum inclinatione naturæ, vel cum resistentia naturæ: quare ita repugnat lapidi ferri sursum, si à Deo immediatè moueatur, ac si mediatè per aliam causam.

6 4. Apud Perer. & Tolet. Motui naturali supponitur quies; at nunquam cœlum quiescet.

Confirm. quia motus celi est infinitus: at infinitum natura horret, 1. de gener. anim. cap. 1.

Cõfirmat Dur. vnius corporis naturalis simplicis, vnus est motus connaturalis: sed orbi Lunæ v. g. duo conueniunt motus oppositi, qui sunt perpetui, quare non violenti: nihil .n. violentum durabile 1. cœli 15.

4. Opinio est dicentium, cœlum esse quidẽ corpus naturale, sed motum circularem non conuenire illi cum ipsius inclinatione, vt est natura particularis, licet sit illi naturalis, vt pars
A vniuersi, & ratione naturæ vniuersalis, sicut aquæ naturaliter dicitur conuenire ascensum ad replendum vacuum.

ART. III. *Quod Cœlum sit corpus naturale.*

Auctoris Opinio.

Prima Concl. Cœlum est corpus naturale: 7
est certa, tum Aristot. 1. cœli 5. 3. cœl. 1. 8. & 12. met. cit. in prima opinione: tum secũdum veritatem, quia est compositũ quoddam sensibile, quare eius materia, & forma sunt naturæ saltem, vt natura est constitutiua cõpositi.

Sententia Auctoris.

Cœlum est corpus naturale.

B Et Confirm. quia forma cœli est principium lucis in seipso; ex qua ratione etiam patet cœlum empyreum esse corpus naturale.

Dices 1. Natura debet esse principium motus: at empyreum non mouetur.

Resp. Fonf. sect. 7. primò, naturam esse indifferentem ad motum, & quietem, quare posse esse principium tam motus, quam quietis, ita vt ad neutrum magis inclinet, & ita in Cęlo est natura, quæ non magis inclinat ad motum, quã ap quietem. Neq; requiritur, vt sit quies, quæ actu terminet motum, sed sufficit si sit in corpore, quod potest recipere motum, sed in materia, & forma rerum corruptibilium.

Natura est indifferẽs ad motum, vel quietem.

C Alia Resp. est; nam etsi materia corruptibilium æquè propensa sit ad motum, ac ad quietem, in formis verò aliter est, quia in inanimatis maior est propensio ad quietem, quam ad motum; nam ideo mouentur, vt quiescant, vnde sine vi diuelli à loco proprio nequeunt; in viuentibus verò contra, maior propensio est ad motum, quàm ad quietem; nam proprium est viuentium, vt seipsa moueant, actusq; vitales in huiusmodi motu consistant.

Alij Resp. & si deest motus localis, non tamẽ desunt alii, vt influxus in hæc inferiora ex D. Tho. 1. p. q. 66. a. 3. ad 2. & quodl. 6. q. 11. Dur. in 2. dist. 3. q. 3. quare cum in 2. d. 2. q. 2. art. 2. ad 4. dicit non esse corpus naturale, quod con-
D stet materia, & forma, quæ non sunt principia motus, sed esse ens ordinatum ad gloriã Beatorum, atque adeo esse ens quoddam extra ordinem naturalem, loquitur secundum sententiam Arist. expræssam in suis libris, qui negat ibi esse naturam, vbi nõ est motus, vel denominauit à fine quodam superiore.

Empyreum habet alios motus licet careat motu locali.

2. Cõcl. 1. Ex principiis philosophię Arist. 8
cœlum empyreum non est corpus naturale, qa ipse non agnouit corpus naturale expers motus localis; putauit .n. non posse dari corpus immobile, idest non propensum ad aliquem motum localem, vt benè Fonf. 5. met. cap. 4. q. 2. sect. 5. 6. & 7.

Empyreum non esse corpus naturale ex Arist probatur.

E 3. Concl. Si Arist. cognouisset dari corpus immobile, sine dubio posuisset illud corpus naturale, quia est compositum ex materia, & forma, habet accidentia sensibilia, quantitatem, & effectiuè alterat actione physica res inferiores, & non per applicationem alienæ virtutis, vt alterant intelligentiæ.

Confirm.

Confirm. quia est capax motus extensi, qua ratione differt ab immaterialibus; ex quo Durand. in 2. dist. 2. q. 2. dixit potius debere dici esse motum, quam immobile; nam si Deus illud moueret, ita naturaliter moueretur, vt alij cęli, in quam sententiam inclinat D. Tho. 1. p. q. 66. art. 3. ad 2. & quodl. 6. q. 11.

Confir. 2. quia hoc corpus pertinet ad aliquam scientiam, & non nisi ad physicam, vt patet discurrendo, cum non abstrahat re, & ratione à materia cęlis nam vniuocè conueniũt in ratione corporis: vnde obiectum physicę debet poni corpus naturale, vt naturale indifferens est ad motum, & quietem, vel si naturalis nomen hoc non permittit, quærendum est obiectum magis patens.

Dices ad illam scientiam pertinet, ad quod pertinet medium, quo possit cognosci, sed cognitum fuit medio theologico.

Resp. pertinere ad Theologiam quoad existentiam, sed non quoad essentiam: sicut intelligentiæ ad physicam ratione existentiæ, & ad metaphysicam quoad essentiam; nam licet cognitum ex supernaturali ratione, tamen statim ac ponitur ens corporeum debet dici esse ens sensibile, & naturale.

9 4. Concl. hoc cęlum potest dici non esse ens naturale, duplici ex causa. Primò, quia est ordinatum ad finem supernaturalem; nam est sedes Beatorum, qua ratione D. Tho. in 2. q. 2. a. 2. ad 4. dixit hoc corpus esse extra ordinem naturalem, loquutus enim fuit iuxta principia Arist. de natura. Secundò, quia nõ fuit cognitum medio physico, sed theologico, scilicet ex principiis reuelatis, qua ratione hoc corpus pertinet ad theologum secundum existentiam, secundum essentiam verò omnino pertinet ad physicum, sicut intelligentiæ, quatenus cognoscuntur per motum pertinent quoad existentiam ad physicum, licet quoad essentiam ad metaphysicum pertineant.

Duplici ex causa potest dici non esse corpus naturale.

Et Confirm. 1. nam hoc cœlum non abstrahit re, & ratione à materia, sicut neque alij cęli: vnde conuenit cum alijs in ratione corporis: omne autem corpus ad physicum pertinet.

10 5. Concl. Cum Fons. dico sect. 7. loc. cit. hinc maximè confirmari nostram sententiam, qua diximus naturam in communi constitui in ordine ad motum localem abstrahentem à cõnaturali, & cæteris; nam corpus naturale esse potest, quod indifferens sit ad motum localẽ, vel quietem, & ad hunc, vel illum motum, quod benè explicat Fons.

Contra hanc conclusionem tenent illi, qui dicunt cęlum esse corpus naturale, tamen non comprehendi sub definitione naturæ, quam hic tradit Arist. tum quia hic agit de principiis rerum corruptibilium: sed patet ex dictis esse falsum; tum 2. quia 8. met. 9. naturam, inquit, solum profectò quis ponet, quæ in incorruptibilibus est substantiam.

Sed Resp. Perer. cap. 10. ibi loqui de natura secũdum vulgarem vsum hominis, vt 12. met. 5. nam cum naturæ nomen ducatur à generatione viuentium, quæ solum conuenit rebus corruptibilibus, hinc factum est, vt hoc nomen frequentius rebus corruptibilibus accomodetur, præsertim, quia adhuc non demonstrauerat, quarum rerum dentur ideæ.

A

Ego Resp. ibi per naturam intelligi Ideam, & ait, Nemo posuit naturam, idest ideam rerum artefactarum, sed rerum naturalium corruptibilium, & quia essentia rerum artefactarum non distinguitur à natura rerum corruptibilium, ideo negat artefactorum esse naturam, idest ideam, distinctam .f. à rebus naturalibus, quod fortasse, inquit, accidit in rebus omnibus non naturalibus, quoniam harum rerum natura non est nisi substantia corruptibilis, ex qua artificiata componuntur.

B

Tertiò res naturales non mouentur in proprio loco, nisi sint animata.

Confirm. quia naturalia non possunt moueri æterno tempore, quia natura refugit infinitũ 1. de gener. anim. cap. 1. 4. phys. à cap. 4. at cœli mouentur æterno tempore: ergo non habent naturam.

11 Resp. Animata moueri in proprio loco à se, & ab intrinseco, inanimata verò ab alio, & ab extrinseco, vnde Auer. putauit cœlos esse animatos, eo quod ait, componuntur ex orbe, & intelligentia de qua re alibi.

Res naturales animatæ mouẽtur in proprio loco à se, inanimata ab alio.

Ad Confirm. motu recto, naturalia non mouentur æterno tempore: at circulariter põsũt 8. phy. à tex. 73. neque hanc infinitatem refugit natura, sed eam, quæ impedit motum, & operationes, vt alibi. Et licet res naturales omnes sint terminatæ quoad speciem, non tamen quoad durationem ex Arist. sententia; nam secundum veritatem patet cęlos quieturos, & generationem rerum habituram finem. Quarto, principio passiuo naturali, debet correspõdere actiuum naturale: sed in cœlo non est tale actiuum; ergo nec passiuum.

C

Resp. illi respondere actiuum naturale non secundum substantiam, sed secundum modum agendi, vt patet in potentia materiæ ad animã rationalem, quod præcipuè in Arist. verum est, qui 9. met. 17. 12. met. 30. posuit perfectionẽ intelligentiarum esse, vt moueant naturaliter, de qua re Zimara 2. physicorum contradict. 3. Quintò, in die iudicij cœli quiescent.

D

Resp. 1. id ab aliquibus negari. Secũdo alij, quod tunc fortè erunt cœli alterius naturæ ex 2. Pet. 3. Psal. 101. ad Hæb. 1. Iob. 14. Apocal. 6. Isai. 65.

Resp. 3. alii, id futurum miraculosè, sicut etiam, quod elementa inter se non agant.

Ego propter hoc argumentum examinabo, qua ratione motus sit naturalis cœlo.

E

ART. IV. Qua ratione motus circularis sit naturalis cœlo ratione principij passiui.

Opinio Auctoris.

12 De hac Conim. 1. cęli c. 2. q. 3.

1. Concl. motus cęli non est illi naturalis, vt necessarius ad propriam perfectionem.

Motus cœli non est necessarius ad propriã perfectionem.

robPat

Probat D. Tho. lo. cit. quia motui, vt sic repugnat appeti, vt finis; nam motus est actus imperfectus ordinatus ad perfectionem acquirendam; ergo necessariò appeti debet propter aliud, ad quod motus ordinatur hoc autem aliud esse non potest, nisi aliquid extra cęlum, nam vbi quod intrinsecè terminat motum cęli, non potest esse perfectio intenta per motũ, cum non sit maior perfectio cęli habere hoc vbi, quàm illud: quod confirmatur; nam si esset connaturale huic parti cęli esse in hoc vbi, sequeretur, dum remouetur ab illo innaturaliter moueri, nam continuò accedit, & recedit ad illud vbi: erit igitur alius finis quærendus in motu cęli: hunc autẽ probat D. Tho. non esse alium, nisi impletionem numeri electorum.

Dices cœlo esse connaturalem illum motũ, quia est conditio necessaria requisita ad influxum, qui influxus cum sit actio cęli est perfectio cęli.

Est naturalis motus cœlo, vt pars est vniuersi.

Resp. hinc probari motum esse naturalem cęlo, vt est pars vniuersi, non tamen quod addat perfectionem aliquam ipsi cęlo; tum quia, vt cęlum simpliciter operetur, non indiget motu, nisi per accidens, quatenus .s. per motum applicatur virtus cœli ad diuersas partes terræ; nam motus illæ se habet, vt applicatio agẽtis ad passum, huiusmodi autem motus non pertinent ad naturalem perfectionem agentis, vt patet ex alijs; nam ita naturale est igni calefacere, sicut cęlo influere: sed ignis non inclinatur ad motum, quo eius virtus applicatur; nam sæpè est illi violentus: ergo similiter neq; erit perfectio naturalis cęli motus, quo eius virtus applicatur; nam sæpè est illi violentus; ergo similiter, neque erit perfectio naturalis cęli motus, quo eius virtus applicatur.

Cõfirm. 1. quia potest fieri huiusmodi actio sine mutatione agentis, sed tantum per applicationem passi: igitur hic motus non est per se necessarius ad agendum.

Confirm. 2. quia communicare se aliis non est propria perfectio agentis, sed est perfectio rei, cui agens se communicat, licet supponat perfectionem agentis, ergo inclinatio ad se cõmunicandum, non est ad perficiendum se, sed ad perficiendum aliud: vnde hæc inclinatio est quasi amor amicitiæ, quo res amatur non propter bonum amantis, sed propter bonum rei amatæ: ergo conditio requisita ad se communicandum non est intrinseca perfectio rei.

Confirm. 3. quia est per accidens ad perfectionem cęli, quod in his inferioribus sint perpetuæ generationes, & corruptiones; nam his cessantibus manebunt cęli cum tota ipsorum perfectione intrinseca; imò multi dicunt totũ vniuersum fore magis perfectum; nam vt ait D. Paul. (Omnis creatura est nunc quasi subiecta corruptioni, tunc autem liberabitur à seruitute corruptionis) quod egregie D. Tho. ostendit esse magis, & fidei, & rationi consentaneum.

Obijc.

13 Sed contra multa obiicit Fons. 1. nam potẽtia passiua naturalis sumitur ex necessitate, & determinatione actiua: sed potentia actiua motus cœli est determinata ad talem motum, cũ intelligentiæ moueant ex necessitate naturæ ergo.

A

Confirm. nam vnicuique corpori simplici debetur motus simplex: ergo cœlum habet vnum motum simplicem sibi connaturalem: sed hic motus non potest esse rectus, cum conueniat tantum elementis: ergo erit circularis.

Confirm. 2. nam motus circularis debet esse alicui corpori connaturalis.

Confirm. 3. nam materia cęli est determinata ad vnam solam formam, ergo etiam ad vnum solum motum.

Resp. Fons. hinc manasse errorem Aristot. quod putauerit intelligentias mouere ex necessitate naturæ, cum tamen liberè moueant:

B

vnde Albert. & Duran. hinc potius ducunt argumentum ad oppositum, quod .s. cum non sit potentia actiua determinata, neque erit potentia passiua naturalis: quare dicunt motum cęli esse sicut motum molæ in pristino, quod certè falsum est; perpetuitas verò, & constantia motus referri debet in constantiam intelligentiarum mouentium.

Ad 1. Confir. negat Fons. antecedens vniuersaliter, sed tantum dicit esse verum negatiuè in ijs, quæ non sunt composita ex elementis, quibus non conuenit nisi vnus motus simplex, idest non mixtus motibus contrarijs elementorum, quo pacto lignum mouetur sursum in

C

aqua propter aerem, quem includit, & in aere mouetur deorsum propter terram: vnde Duran. potius retorquet argumentum; nam cum videamus eidem corpori cęlesti conuenire motus contrarios, atque eos Peripat. ponunt perpetuos, necessariò fatendum est, ad neutrum determinatè esse inclinationem, quia si haberẽt inclinationem, alter motus violenter conueniret, atque adeo aliquod violentum perpetuò duraret, contra id, quod dicitur 1. cęli 15.

Vnde patet ad 2. Confirm. nullum .s. corpus habere inclinationẽ ad motum circularẽ.

Ad 3. Resp. esse diuersam rationem; nam determinatio materiæ ad vnã formam oritur,

D

quia non potest disponi ad abijciendam eam, quam habet, & aliam recipiendam: sed vnumquodq; cęlum ita dispositum est ad vnum motum, sicut ad alium, quod ex figura cęli patet, vt dicemus infra.

2. Obiic. nam hic motus maximè congruit corpori cęlesti, & maximè iuuat inferiora. 14

Confirm. quia ablato motu à cęlis essent otiosi.

Resp. congruere quidem hunc motum cœlo, sed id dicimus non requiri propter perfectionem cœli.

Ad Confirm. Resp. & dico primo ex Fons. non dici otiosum aliquod, quod proprio munere functum est suo tempore, vt patet in stomacho Beatorum, quod non erit otiosum, etiam si non fungatur munere concoquendi.

E

Cœli sine motu nõ essent otiosi.

Secundo, dico non dici otiosum, nisi quod suo fine frustratur; motus autem non est finis cęli, vt diximus.

Tertio, dico non sunt res dicendæ otiosæ, si certum

certum aliquod munus non obeant, sed si nullum obirent, quare cum cœli nó amplius mouebuntur, alijs autem hominum vsibus inseruient, vt ad excitandum Dei amorem, &c.

Dices, si cœlo potest conuenire motus ex quacunque parte: ergo cœlum non est natura simplex.

Resp. hanc consequentiam, tunc valere, cũ res habet propensionem actiuam ad motum, hoc est, quod ex propria forma propter sui perfectionem requirat illum motum; non autem valere quando est potentia passiua indifferens, cuiusmodi est in cœlo ad motum circularem.

15 *Circularis motus dicitur naturalis cœlo ratione principij passiui.*

2. Concl. Motus circularis debet dici simpliciter cœlo naturalis ratione principij passiui: patet, quia nullam habet rationem violentiæ, & multas rationes naturalitatis; nam primo habet aptitudinem ad hunc motum propter bonum vniuersi à natura maximè intentum; nam ordinatus cœlorum influxus non solum est necessarius ad ordinem vniuersi seruandum, sed etiam ad ipsum vniuersum absolute conseruandum: ad ordinatum autem influxum requiritur motus.

2. Prob. quia in cœlo non est neq; leuitas, neq; grauitas, & est aptitudo aliqua ad motum circularem, vt patet ex eius figura: quam figurá Deus orbibus dedit propter perfectionem vniuersi, vt bene Scot. Gabr. & Argent. loc. infra cit. neq; aliud figura cœli ostendit; nam eandé videmus esse in elementis, quæ indifferentiam habent ad circularem motum.

Confirm. quia quod est bonum vniuersi, etiá est bonum singularum partium.

3. Prob. quia vt motus dicatur naturalis sufficit principium passiuum indifferens, vt supradiximus. Quarto, quia est conformis inclinationi cęli, quæ est, vt se communicet; neque motus ille cœli est eius passio, cum illi per accidens conueniat, scilicet ex libera voluntate mouentis.

Dices, Arist. ex motuum diuersitate indagauit naturam cœli diuersam esse ab elementorú natura: ergo motus fluit à forma cœli, tanquam propria passio, alioqui non potuisset ex motu colligi natura.

Resp. 1. certum esse hunc motum in Arist. non fieri effectiue à forma cœli, quare non potest fluere, vt passio ab illa.

2. Resp. Arist. auctoritaté in hac re nó magnifacimus, nam ipse existimauit cœlum, ita inclinari ad motum, vt illi repugnet quies.

3. Resp. vt ex motu colligatur natura, non requiritur, vt fluat ab essentia, sed sufficit, si ei tribuatur ab Auctore naturæ, qui vt ait Auer. naturis tribuit, quæ eis maximè congruunt.

2. Dices: ergo similiter erit cónaturale animalibus, cum ad vsum hominum corrumpuntur, quia ita conseruatur vniuersum.

Resp. non dici illis hoc naturale, quia licet conseruetur vniuersum, tamen non seruatur propria perfectio eorum, quæ corrumpuntur.

Motus ignis nó est naturalis sicut motus cœli.

3. Dices: ergo non magis erit naturalis motus cęlo, quam sit igni circumferri in propria sphæra.

Resp. Fons. esse diuersam rationem, quia ignis habet motum, ad quem est determinatè propensus, vnde quando mouetur contrario motu, violenter mouetur, quando verò nec renitente, nec impellente natura, tunc dicitur motus præter naturam, seu indifferens.

Et ego addo hunc motum ignis non necessariò requiri propter perfectionem vniuersi, quia ignis non ordinatur ad sic influendum.

Difficultas est, An motus cœli ordinetur ex natura sua ad quietem, An verò sit indifferens ad motum, & quietem.

Et 1. Auer. 12. met. 41. & de substantia orbis cap. 2. affirmat ex natura sua ordinari ad quietem, quod D. Tho. & Fons. lo. cit. videntur eum sequi; nam putant natura sua cœlum non magis inclinari ad motum, quàm ad quietem. Alter tamen Sot. Tol. Ferrer. Mercur. & alij, qui putant cœlum natura sua, ita esse determinatum ad motum, vt non inclinetur ad quietem.

16 *Motus cœli non ordinatur ad quietem ex Aristot.*

3. Concl. secundum principia philosophiæ Aristot. cœlum non inclinatur ad quietem, quia secundum Arist. motus est æternus; quare potentia illa ad quietem, nunquam reducenda esset ad actum: frustra igitur esset tributa inclinata. Antecedens probatur; nam primo cœli ait motum esse perpetuum propter perpetuitatem inferiorum, quorũ quietem 2. cœli 2. dici à cœlo respici, idest respicit virtutes, & generationes horum inferiorum: & hac ratione 9. met. 17. inquit non esse timendum, vt cœlum quiescat.

Cœlum est indifferẽs ad motum, & quietem.

D. Tho. Scot. Gabr. Duran.

4. Concl. secundum principia veræ philosophiæ cęlum non magis inclinatur ad motũ, quam ad quietem, sed est æquè indifferens ad vtrumque. Conclusio est omnium Theolog. D. Tho. loc. cit. & in 4 d. 48. q. 2. a. 2. Scoti q. 2. Duran. q. 2. Gabr. q. 2. conc. 6. qui dicunt esse communem Theologorum cótra Arist. Argẽt. q. 1. a. 4. qui dicit esse sententiam Patrum, & in 2. d. 14. q. 1. ar. 1. ad 3. art. 2. ad 2. & 3. Martinez 2. cœli cap. 2. Fons. loc. cit. & citatur Auer. 15. met. 45. & de subst. orbis cap. 2. Niph. 2. phy. 2.

Probant 1. quia, vt benè D. Tho loc. cit. in rebus tales potentiæ ponendæ sunt, quales requirunt fines: sed finis cœlorum requirit poté- tiam ad quietem: ergo. Maior patet, quia media à natura tribuuntur rebus iuxta exigentiá finis. Minor probatur, quia finis motus cœli non potest esse ipse motus, cum sit quid imperfectum, & natura sua tendat ad aliud: quare dicitur esse aliquid nobilius cœlo. Hic autẽ ponitur, vel assimilatio cum primo motore, vel productio animarum rationalium; non primũ quia assimilatio hæc consistit in causando inferiora: at causatio non potest esse finis, cum sit operatio tendens in aliud melius 1. Eth. Vnde factiones, non perfectiones facientium, sed factorum, vnde ipsa facta sunt magis fines 9. met. sed ipsa operata non sunt fines, cum sint viliora cœlo.

Confirm. cum cœlum moueatur ab extrinseco monet, vt instrumentum, quia quod mouet motum mouet, vt instrumentum: sed in

actione

actione instrumẽti non potest esse finis aliquid in ipso instrumento, nisi per accidens, quatenus A .s. ipsum est artificiatum: quare finis motus cœli nõ est aliqua pfectio ipsi⁹, sed aliqd extra ipsũ

Confir. 2. quia si attenditur similitudo cum Deo in causando, præcipuè attendi debet in eo, quod immediate causatur à Deo, vt sunt animæ rationales: quare finis motus cœli erit productio animarum, quæ cum sit finita, aliquando cœlum cessabit à motu.

Confirm. quia intellectio non necessitatur ad mouendum: ergo cœlum non habet inclinationem determinatã ad motũ, quia aliter defecisset natura negando illi principium, quod necessariò ageret ad expletionem eius appetitus. Verum hæc ratio habet aliquam vim, sed multa continet, quæ indigent examine, quod hic præstari non potest. B

2. Probant alij ex principijs fidei, cui conformari debent principia veræ philosophiæ; nam constat in die iudicij motũ cœli cessaturũ: ergo quies non conuenit illi violenter, alioqui cessante motu, illi deficeret aliqua perfectio necessaria. Antecedens patet tũ ex 1. Corinth. 15. Apocalyp. 10. Isai. 60. Zaccha. 14. tũ ratione; cœlorum .n. motus est ordinatus ad generationẽ inferiorum, vt patet 2. de Gener. sed omnia inferiora ordinantur ad hominem, vt patet Deut. 4. ergo cessante fine .s. generatione hominum, cessare debet motus.

Et Confirm. quia si quies violenter conueniret, cum perpetuò futura sit, aliquod violentum erit perpetuum. C

Resp. Sotus q. 2. & Perer. non dici violentã, quia conueniet cœlo ex imperio diuino: Deo autẽ omnia ex intrinseca inclinatione obediũt.

Sed contra obijcit Fons. tũ quia ad cessationem motus sufficit suspensio virtutis motiuæ: tum quia, licet omnia obediant Deo, tamẽ potest fieri, vel cum resistentia, vel cum inclinatione propriæ naturæ particularis.

Et Confirm. quia forma quando est innaturalis subiecto, semper est innaturalis à quocũq. agente inducatur: vnde nõ potest facere Deus, vt formę aq̃ sit cõnãlis calor: ergo similiter, &c. D

3. Prob. quia cõnaturalitas motus respectu mobilis sumitur ex connaturalitate mobilis ad terminum: sed cœlo non est magis connaturale, vt habeat suas partes magis in hoc, quàm in illo loco, alioqui moueretur simul motu naturali, & violento.

Confirm. quia ita naturale est cœlo esse in proprio loco, sicut elementis: sed elementis, ita est connaturale moueri in proprio loco, sicut, & acquiescere: ergo neque absurdum vni rei secundum diuersos status, & diuersam rationẽ esse naturalem motũ, & quietẽ in eodẽ loco, quia hæc naturalitas nõ est propter perfectionem ipsius rei, sed propter pfectionẽ alterius rei sibi extrinsecæ: quæ variari potest, quia .s. E est propter perficiendum vniuersum: quare cessante necessitate huius perfectionis, cessare debet motus.

18 Ex quo optimè D. Tho. deducit hanc indifferentiam magis esse ad quietẽ, quam ad motũ; nam vt res quiescat sufficit illa indifferẽtia rei ablato quocumq; extrinseco cõcursu: vt aũt moueatur requiritur agens extrinsecũ: vnde quies dicitur nãlis cœlo, non propter perfectionẽ cœli; sed quia habet fundamentũ innaturale cœli; nam quãtum est ex peculiari sua natura, semper illũ haberet, nisi propter alium finem aliunde moueretur.

Contrarium huius conclusionis docent Tol. Perer. Mercen. & Sot. loc. cit. Et primo id probant auctoritate Arist. qui vbiq; prædicat motum cœli esse perpetuum: vnde 9. met. 17. non est inquit timendum, vt cœlum quiescat. *Contraria opinio.*

Resp. Scotus, non mirum si Arist. in ea sentẽtia fuerit; nã existimauit intelligentias mouere ex necessitate naturæ, & cum sint incorporeæ, sine defatigatione 2. cęli 37. vnde nulla erit ratio, vt cessarent à motu: sed errat, quia liberè mouent; vnde non alia ratio quærenda est, quã voluntas mouentis, & ex hoc fundamento penè omnia soluenda, vt videre poteritis apud Scotum. *Intelligentia non mouet cœlos ex necessitate naturæ.*

A R T. V. Explicatur, an locus, in quo est cœlum sit illi naturalis.

19 NEgant aliqui, quia de ratione loci naturalis est, vt cõseruet rem locatã, ita vt extra illu non possit esse sine detrimento: at cœlũ cũ sit incorruptibile, non indiget conseruatione à loco, sed vbiq; incorruptibiliter se habet. *Cœlum non indiget conseruatione à loco.*

Confir. quia si locus, in quo est cœlum esset illi naturalis, nõ posset in eo motũ subire, quia cognatio loci cũ locatione nãliter parit quietẽ, vt bonũ propriũ absens parit desideriũ, quod assimilatur motui, vt habitum parit delectationem, quæ est veluti quies.

Confirm. 2. quia si pars cœli à toto diuelleretur, & sub orbe Lunæ constitueretur, æqua propensione quoquò versũ ferretur: quare, vel omnes erunt naturales, & non, quia natura est determinata ad vnum, ergo nullus est naturalis, & quia eadem ratio est de toto, & partibus, idem dicendum est de toto cœlo.

Sed alii Resp. naturalem locum cęli esse, vt omnibus emineat, sicut ignis locus, est esse supra aerem. Neq; est de ratione loci nãlis, vt cõseruet rem, quę extra illum deterius se habeat, sed id cõuenit locis elementorum: quare situs est ad locum naturalem, vt corpora ibi posita etiam situm obtineant, quem requirit in mundi vniuersitate rei dignitas, vnde patet ad primum oppositæ sententiæ. *Locus naturalis cœlo est, vt emineat omnibus.*

20 Ad 1. Confirm. conuenientiam loci cũ locato sistere motũ rectũ, qui dirigitur ad quietem; nam illa corpora ex aliena sede in propriam patriam redeunt, & hic motus est desiderio similis: at hoc non conuenit motui circulari quatenus corpus merito suarum partiũ aliud, & aliud vbi occupat.

Ad 2. fore vt moueretur præter nãm, quia nõ est in loco sibi à natura præscripto, atque adeo non secundum inclinationẽ nãlem rei, nõ tamen vi, quia non fieret repugnãte natura cœli, quia vt forma cœli ad nullũ motum efficienter inclinat, ita nulli reluctatur: vnde etiam

neq; illa quies violenta illi esset, & licet motus cęli sit ab intelligentia liberè operante, tamen dicitur illi quoddammodo naturalis spectato ordine vniuersi, sicut productio animæ rõnalis est naturalis, etiam si liberè à Deo producatur.

DVBITATIO V.
An anima sit natura.

De hac Conimb. q. 4.

ART. I. Opiniones Doctorum.

PRima sententia est Simpl. hic tex. 16. & sæpè alibi, vt refert Zabar. c. 3. q putauit naturam hic distingui ab anima: & hinc deducit nãm esse tantũ principium passiuum. Auic. 1. suff. cap. 5. Alb. tract. 1. cap. 2. vbi ait, quædam habere motum, sed non a principio, quod sit natura. & ille motus, vel est vniformis, vel nõ: si secundum, vel est ab anima sensitiua, vel à voluntate rationali; si primũ, vel vnitus, & continuus est motus cœli, qui non dicitur naturæ, sed intelligentiæ motus, quia nullum ens naturale mouetur in loco suo; vel non vnitus, & perpetuus, vt motus animaliũ ad generationẽ.

2. Sententia est dicentium omnem animam esse naturam, imò & intelligentias, quæ mouẽt cœlos, ita Mirand. lib. 18. Lucrf. singul. certa. sect. 4. & lib. 19. sect. 1. & 23. Et probat, quia ex hoc principio, quod natura sit principium motus eius, in quo est 8. phys. tex. 22. probat deinde substantias abstractas esse, quæ sunt principia motus æterni. Secundo, quia si non sunt naturæ, ergo corpora cœlestia non pertinent ad naturalem, quia non essent corpora naturalia, cum eorum forma non sit natura.

3. Media est dicentium naturam non ita latè sumi, vt includat intelligentias; neque ita strictè, vt excludat animam informantem materiam. Alex. apud Simpl. com. 3. Themist. & Auer. tex. 1. & 3. Perer. cap. 11. & 12. D. Tho. Burl. Venet. Vicomerc. tex. 3. Sotus, & Ferrar. q. 1. Zabar. cap. 4. Apol. 1. à q. 2. Christophorus lib. 1. de anima cap. 3. 4. 5. & 6.

ART. II. Opinio Auctoris.

1 *Intelligentiæ non sunt naturæ.* PRima Concl. intelligentiæ non includuntur in definitione naturæ: patet ex dictis, vbi diximus hic naturã definiri, vt excluditur ab immaterialibus, & falsò supponitur in argumẽtis aduersariorum intelligentias esse formas cœlestium corporũ, vt alibi, & Zabarel. ostendit lib. de natura cœli cap. 10. vnde tex. 31. excluditur à consideratione physica, & optimè Mercen. in dilucid. An motus cœli sit naturalis probat ex tex. 12. & 14. & 1. de part. cap. 1.

2. Concl. Anima nõ excluditur à definitione naturæ: patet ex 2. phys. init. vbi animata, & eorum partes dicit entia naturalia. & fine fundamento asseritur ibi hæc dici naturalia, quatenus grauia, & leuia, quia aliter, ac artificialia, dicuntur naturalia, sed vt grauia, & leuia, etiam artificialia dicuntur naturalia.

Anima est natura. Confirm. quia vnumquodq; est tale per suã formam, vt 2 phy. tex. 11. cum igitur dicat animata esse naturalia, consequenter etiam animã dixit esse naturam, præcipuè cum distinguat ab elementis.

Confirm. 2. quia ibi numerat motus, quia non sunt nisi ab anima vt sic.

Confirm. 3. ex tex 7. & 13. vbi ait si effodiatur lectus, ita vt germinet, producet lignũ, eáq. esse operationẽ naturæ: sed est operatio animę.

2. Prob. quia 2. phys. tex. 80 82. & 83. ostendit naturã agere propter finem ex experientijs ductis ab animalibus.

Confir. ex 1. de part. cap. 1. vbi expresſè asserit, & probat animam sensitiuam, & vegetatiuã esse naturam, licet dubitet de mente, idem 8. phys. 27. & 29. probans animalia in se habere principium motus, eumq; fieri à natura.

3. Quia animæ conuenit definitio naturæ. Primò .n. constituit ens nãle; nam Arist. probat formã esse nãm, quia per ipsã est id, quod est: at anima est id, per quod est animal. Secundo est principiũ motus physici, qualis est localis, & augmenti. Tertio, quia corpora constituta per animam in mouendo mouentur: quæ autẽ sunt huiusmodi physica sunt 2. phy. 71. & 73. vnde Arist. distinguit motũ animalis in eum qui est totius, & qui est partium, & qui est totius dicit esse nãlem, qui verò partiũ, non esse naturalem; nam partes, ita inter se nexæ sunt, vt talis motus emanet, qui conueniat illi substantiæ, etiã si partiũ aliquæ præter naturã agitentur, cum in eo motu graues attolli, & leues deprimi contingat.

Resp. potest esse naturalem ratione naturæ, vt dicitur de motu cœli: sed contra, quia natura distinguitur à cæteris principijs ex ratione efficiendi certum motum; hoc autem conuenit animæ, & ita, ac formæ elementorum.

Ex his patet animã vegetatiuã esse nãm, & sensitiuam, vt est principium motus localis ꝓgressiui: nam motus progressiuus est perfectio aĩalis, cum sit operatio quædã in loco proprio ordinata ad cognitionẽ, & possessionẽ absẽtiũ. 3 *Anima sensitiua est natura, vt est principium motus localis progressiui.*

Dices, in motu progressiuo includitur eleuatio pedũ, quæ illis nõ põt esse nãlis, cũ includat grauitatem, cui rẽpugnat eleuatio.

Et Confirm. quia defatigatur animal: at quæ mouentur naturaliter, non defatigãtur, vt patet in motu grauium, de hoc argumento optimè Tatar. 8. phy. q. de grau. & leu. dub. 2. Scot. 4. d. q. 49. q. 14.

Confir. 2 ex Bonam. lib. 3. cap. 5. Naturæ vis est, vt æquè ad partes, ac ad totũ pertineat; efficiat motũ vniformẽ, & in toto similẽ habet radices cui actus, & animus, qui est forma totius, efficit motum difformem, & non eundẽ in oĩbus aĩaliũ partibus, cũ ex ijs aliqua secundum nãm, aliqua præter nãm moueantur, & motus animi ab alio, quod est, per cõsignationẽ obeatur, & ab vna parte per instrumenta communicetur alijs, & ob id dicitur organicus.

4 *Resp.* Resp. licet materiæ, vt habet prædominiũ grauitatis, rẽpugnet ille motus, non tamen, vt est instrumentũ animæ; nam cum ille motus sit connaturalis animæ, erit etiam connaturalis materiæ, cum accidens connaturale formæ sit naturale materiæ, imò hic motus progressiuus

illi materiæ est simpliciter naturalis, sicut connaturaliter respicit hanc formam, vnde ille est motus: motus autem prædominantis elementi, est secundum quid naturalis, & simpliciter innaturalis: sicut forma, cui est conformis ille motus, non est simpliciter forma huius materiæ, sed secundum quid .f. quatenus est dispositio ad animam: & ex hac innaturalitate secũdum quid, nascitur lassitudo in animali. Quod confirm. quia refugimus casum, ergo ille motus nõ est simpliciter nālis animali, & quies nõ est propria animali, vt benè Fons. sect. 7. circa finẽ: sed motus proprie debetur animali, quies autem propter motum: vnde videmus immota putrescere, & corporis cõstitutionem exercitatione adiuuari. Ex his patet ad Confir. quæ mouentur motu simplici non defatigari, non sic animalia, & præterea, quod mouetur sine vlla resistentia non defatigatur: at motus progressiuus, licet sit naturalis 8. phys. 28. est tamen cum aliqua resistentia. Ad 2. Resp. per hanc difformitatem non destrui rationem naturæ, sed poni diuersitatem inter naturas, quæ sunt diuersæ formæ, siue totales, siue partiales.

5 Sed instant primo diuersa est definitio animæ à definitione naturæ: nam 1. de an. tex. 6. Anima est actus corporis organici, idest dissimilaris: natura aũt potius simplicis, & similaris.

Confirm. 1. quia anima definitur actus corporis naturalis: ergo est superadditum corpori naturali: ergo supponit naturam: & tex. 37. corpus naturale dicitur instrumentum animæ.

Confirm. 2. quia habent diuersas proprietates primo, quia anima est causa oppositorum, & motuum ad diuina tendentium: sed natura est determinata ad vnũ 1. cœli 9. Secundo motus nālis est sine definitione, & velocius in fine; non sic animalis. Confir. 3. ex Simpl. Natura conuenit omnibus rebus nālibus, vt nāles sunt: sed anima, vt sic non conuenit omnibus, ergo vt sic non est natura. Confirm. 4. ex Auicen. Natura est primũ principiũ motus; sed anima non mouet primo, scilicet immediatè, cum moueat per neruos, & musculos.

Anima non est natura, sed species natura. Ad 1. Resp. Zabar. cap. vlt. rectè inde probari, non esse idem animã, & naturam; sicut homo non est idẽ, quod animal; non tamen negari, quin sit species illius, vt falsum sumit Simpl. dicens naturam in vniuersali, esse actũ corporis homogenei.

Ad Confir. 1. Resp. 1. Non esse absurdum vnam nām perfectiorẽ supponere imperfectiorẽ, sicut forma supponit mām, ita vna forma aliã.

Resp. 2. ibi per corpus naturale, non intelligi corpus substantialiter, sed accidentaliter, .i. organizatum per accidentia, quomodo corpus dicitur instrumentum animæ. Vel tertiò, si accipitur corpus naturale substantialiter, nõ accipitur exclusa anima, vt benè Zabar. sed inclusa, vt cum dicimus animam rationalem esse formam hominis, non intelligitur supponi existentiam hominis, & deinde aduenire animam rationalem, sed animam esse eam partem in homine, quæ est forma: sed de hoc alibi.

A Ad 2. Resp. Zabar. ibi naturam sumi strictè, vt opponitur animæ, quæ est indifferens ad opposita, ex quo 9. met. t. 3. distinguitur potentia rationalis ab irrationali; vnde ex illo loco potius colligitur cõtrarium, nam tex. 4. putat animam esse principium motus, & deinde distinguit alia esse principia vnius motus tantum, & vocat potẽtias irrationales; alia vtriusq; & vocat potentias rationales. Solum obstat, quia potentias rationales dicit esse scientias, & artes, & communiter exponunt, per potentias irrationales intelligi, naturales, vt ibi Alens.

Alij 2. Resp. Arist. in libris de cœlo non sumi naturã in vniuersali, sed pro principio motus simplicis, de quo ibi agit, & ait vni corpori simplici vnum tantum motum naturaliter cõ- 6

B uenire, de quo etiam intelligitur esse velociorẽ in fine, & sine defatigatione, quæ conditiones non cõueniunt omnibus motibus naturalibus, vt benè Mercen. dilucid. de motu cœli, An sit naturalis.

Ad 3. Confir. naturam in communi debere esse in omnibus naturalibus, non tamen speciẽ naturæ, sicut homo est animal, licet esse hominem non conueniat omnibus animalibus.

Ad 4. patet ex dictis, ibi principium non pro immediato, sed principali, sumi.

Difficultas est, An sit natura, vt est principiũ sensationum. *Anima est natura, vt principium est sensationum.*

C Et Resp. communiter affirmantes; tũ quia sensatio, & appetitio includunt aliquam alterationem. in organis, & alijs partibus; tum quia hæ actiones naturaliter eliciuntur, & sunt perfectiones rerũ, quare ẽt naturaliter recipiuntur.

Sed contra, quia sensatio, & appetitio non videtur motus physicus, quia non conuenit illis definitio motus tradita in 3. phys. vbi definitur motus, cuius natura est principium.

Resp. hoc argumentum inuoluere difficultatẽ de anima rõnali, de qua sequenti articulo.

ART. III. An anima rationalis sit natura.

D DE hac magna controuersia est inter DD. nam Simplic. com. 3. omnino negat; nam tex. 4. natura dicitur esse in subiecto. Secundo, quia tex. 12. ait formã, q̃ est natura non separari, nisi ratione, & esse terminũ generationis: at non sic anima rationalis 2. de gen. anim. cap. 3. & 12. met. tex. 17. Tertiò ex 1. de part. cap. 1. vbi tribus rationibus probat non pertinere ad physicum, & præcipuè, quia non est natura .f. principiũ motus nālis, propter quã rõnẽ Mer. cen. in dilucidatione cit. in explicat. 2. rõnis cõsentit cũ Simplicio. Quartò, naturale distinguitur à voluntario, sed volũtarium est ab anima, vt rõnali, ergo vt sic nõ est natura. Maior prob. quia electio non cõuenit rebus, vt naturalibus. 7 *Opinio negans animam rationalem esse naturam.*

E Contrarium tenet Mirand. lib. 18. & 19. de euers. sing. cert. Alex. apud Mercen. & Perer. cap. 12. & alij, & nos in 3. de anima. Nunc breuiter respondemus sequenti conclusione. *Opinio affirmans Mirand, Alex. Perer.*

3. Concl. Anima rationalis non solum est natura, vt continet gradum vegetatiui, & sensitiui, sed etiam, & rationalis. Prima pars patet 8 *Opinio Auctoris affirmatiua.*

Qq 2 ex

ex dictis; nam alioqui nulla forma esset natura,
quia certum est non esse naturas ratione om- A
nium graduum, sed sufficit, vt sint naturæ ra-
tione alicuius gradus, quem continent. Vt v.g.
forma ignis non est natura ratione entis, vel
substantiæ: sed ratione talis substantiæ, vnde
habet, vt sit principium motus: sic etiam anima
rationalis, etiam si non esset natura, vt rationa-
lis, sufficeret, vt sit natura ratione gradus vege-
tatiui, & sensitiui, quos continet, ratione quorũ
est principium motus physici.

2. Pars prob. 1. quia est pars constitutiua
entis naturalis distincti à cœteris omnibus: er-
go anima est natura ea ratione, qua à cæteris
oĩbus formis distinguitur: vnde in 3. de anima
dicunt DD. animas rationales, vt sic pertinere B
ad physicum, quia includit ordinem ad mate-
riam, cuius est informatiua.

2. Probatur ex operationibus primò. Ani-
9 ma rationalis, vt continet vegetatiuam, & sen-
sitiuam, perfectiores operationes facit, quàm
aliæ: illam autem perfectionem non habent,
nisi ex gradu rationali. Maior probatur, quia
vegetatiua habet vim generatiuam, & augmẽ-
tatiuam viuentis: sed rationalis similiter sensiti-
ua habet perfectiores operationes, præsertim,
cum à multis cogitatiuę hominis tribuatur vis
discurrendi circa singularia: similiter habet vim
appetendi bonum conforme rationi: vnda po-
nuntur habitus, qui appetitum sensitiuum
moderentur, & hoc voluit Perer. cum dixit C
animam rationalem moderari motus physicos
quoad ipsorum vsum, & exercitium. Secun-
Intellectio phantastica est motus naturalis. do, quia licet intellectio secundum communẽ
conceptum non sit motus naturalis; tamen ta-
lis intellectio .s. phantastica est motus natura-
lis, quia non potest esse sine naturali mutatione
phantasmatum 3. de an. 30. & 39. & licet non
expresse meminerit 2.phy.1.3.phy.6. tamen
tacitè comprehendit sub alteratione, licet omi-
sit, sicut etiam omisit sensationes, quia numera-
uit tantum motus, qui manifestè erant natura-
les. Ex quibus deinde volebat colligere natu-
rã, & 3. phys. meminit, quia ibi fortasse loque-
batur de motu propriè dicto, & licet sensatio- D
nes in homine sint secundum aliquos inexten-
sæ, quia tamen exercentur in organo corporeo
sunt physicæ considerationis, tum quia ad illos
motus anima concurrit modo explicato ratio-
ne coniunctionis cum corpore.

10 Ex his patet ad argumenta. Ad primum es-
se in subiecto informatiuè, nõ tamen inhæsiuè.

Ad 2. Resp. Arist. ibi loqui indeterminatè;
nam vt plurimum sunt inseparabiles; nam tex.
26. ait, *Physicum, qui versatur circa formas,
quæ sunt natura, considerare quidem formas
separabiles, sed vt in materia*; vel secundo, tã-
tum ibi velle, formas, quæ sunt naturæ non esse
separabiles, vt formæ assistẽtes, quia debent es- E
se informatiuæ; quæ ratio non potest separari à
formis physicis, nisi ratione; nam cum dixisset
alio modo esse naturam ipsam materiam, quam
formam; ne aliquis suspicaretur formas assistẽ-
tes esse naturas, vt putarunt Platonici, subdit,
*esse naturas non separabiles à materia, nisi ra-
tione*, idest non sunt tanquam assistentes, sed
informantes materiam, licet hæc conditio pos- A
sit aliquando per rationem separari ab illis.

2. Alij Resp. animam rationalem, vt naturã
non esse separabilem; nam qua ratione est sepa-
rabilis non est natura, sed conuenit cum intel-
ligẽtijs; neq. requiritur ad hoc, vt forma sit nã,
vt terminet intrinsecè actionem agentis natu-
ralis, sed sufficit si extrinsecè terminet; nam
agẽs naturale disponit mãm, ad quã dispositio-
nem cõsequitur, ex actione Dei, anima rõnalis.

Ad 3. Resp. Alex. loqui de substantijs abstra-
ctis, sed repugnat contex. vt benè Mercen. nã 11
eam formã negat esse naturam, de qua propo-
nit quæstionem: sed proponit quæstionem de
anima hominis; ideo Miran. l. 18. sect. 4. & Bue B
caser. lib. 1. de anima, illas rationes non afferri,
vt veras, sed vt sophysticas, ad exercenda inge-
nia: contra quem Merce. plura, & nos alibi.

Nunc Resp. loqui quidem de anima, quæ est
forma partis, sed non vt forma, sed quatenus est
abstracta, qua ratione non est uatura, neq; for-
tè pertinet ad physicum.

Ad 4. Sot. q. 2. multa dicit, & contendit di-
stingui hic naturale à voluntario, seu ab eo, q *Anima, vt principium electionis non est natura.*
est per electionem, licet ẽt voluntariũ sit ab in-
trinseco 9. Eth. cap. 1. & veriq; opponi violẽtũ,
quod cum verè dicatur, oportet dicere, animã,
vt principium electionis non esse naturam, vel
electionem ipsam non esse naturam, licet prin- C
cipium eius sit natura.

QVAESTIO XII.
An compositum sit natura.

PRima opinio est affirmantiũ; nã tota essentia 1
rei dr̃ natura rei, vnde diuidi solet forma in *Opinio affirmans.*
formã totius, quæ est essentia, & quidditas, &
in formã partis: quare eodẽ modo diuidi põt
in nãm totius, & naturam partis. Confir. 1. quia
5. met. tex. 5. ait elementa esse naturam, & in- *Prob. ex Arist.*
fra. Alio modo natura dr̃ substantia eorũ, quæ
natura sunt; & infra. Natura igitur, quę ex am-
bobus his (.i. materia, & forma) est, vt animalia,
& partes eorũ. Confirm. 2. quia 2. phys. 12. cõ- D
positum dicit esse à nã, & infra esse magis nãm,
quã materia. Et rationẽ subdit Simpl. quia cõ-
tinet formã. Confir. 3. nam argum. Antifontis
tex. 7. probat mãm esse nãm, & vtitur Arist. tex.
13. ad probandũ formã esse nãm: probat ẽt cõ-
positũ esse naturã, homo. n. generat hominẽ. Et
Cõfir. 4. à tex. 21. vbi substãtia diuiditur in mãm
formã, & cõpositũ. Confirm. vlt. quia illi cõ-
uenit definitio naturæ, cũ sit principium primũ
motus. Hanc sequitur Simpl. tex. 16. licet di-
cat non esse Arist. & sequitur Porphyr. apud
Simpl. & Boet.

2. Opinio est negantium esse naturam. Est 2 *Opinio negans.*
communis, & patet ex 2. phy. tex. 4. & 5. vbi E
composita dicuntur habere naturam, & esse a
natura. idem clarius tex. 12. & tex. 1. plantas,
& animalia non dicit esse naturas, sed à natura.
Confirm. quia compositum non est principiũ
primum, nec dependet ex partibus, quibus pri
mò conuenit esse principium, vt optimè Gra-
tiad. lect. 293.

Et

Et Cõfirm. auctoritate Themist. & Philop. tex.7. qui id expresse dicunt, & aliorum, qui hic inquiri dicunt principia compositi.

Explicatur mens Arist. Resp. Arist. his argumentis probare essentiam existenté, seu contractam ad indiuidua non esse naturam; non tamen probare essentiã abstractam ab hæcceitate, & supposito non esse naturam. Sed contra, tum quia Arist. nõ loquitur de compositis existentibus; nam tex.21. dicit composita physica esse ex vtrisque, idest materia, & forma: at essentia compositi etiam non existens est ex vtrisq; tum quia essentia, vt sic non est principium Quo, operationis, & motus, sed proximum, & totum operans; tum quia argumenta Arist. probant, tam de cõpositis sm essentiam, quam de indiuiduis. Et hæc opinio mihi placet; vnde patet ad argumenta oppositæ sententiæ.

3 *Essentia est natura, vt distincta à supposito, vt participat principium motus.* Ad primum fateri nos essentiam dici nãm vt distinguitur à supposito, quatenus denominatur esse principium motus; nam eadem entitas dicitur essentia ab essendo, & dicitur natura, vt participat aliquo modo principiũ motus.

Ad 1. Confir. Resp. ibi Arist. afferre omnes significationes naturæ, tam secundũ antiquos, quam secundum propriam sententiam; vnde quia aliqui ponebant vnũ, vel plura ex elementis esse principium rerũ omniũ, ideo dixerunt elementa esse naturã .i. materiã. Et eodẽ modo natura dr̃ substantia, quia, vel est forma, vel materia rerũ: & infra non dicit compositũ esse naturã, sed esse à natura. ly .n. Natura est ablatiuum; nã Arist. id probat ex eo, quod si natura dicitur de materia, & forma, sequitur, quod id, quod est ex his vtrisq; est quidem natura .i. ens naturale, & habens naturã, vt animalia, &c. Sed deinde hic inquirimus non omnem significationẽ naturæ, sed tantũ, vt definitur in 2. phy.

Ad 2. ibi non dicere compositum esse magis naturã, vt omnes exponunt, & est necessarium ne sibi repugnet in eodem contex. & patet ex fine contex. nam ibi intendit ostendere formã esse magis naturam, quam materiam.

Ad 3. bene Arist. probat formã esse naturã ex generatione, dũ ex lecto lignum generatur, nã forma ligni, non lecti generatur, & forma ligni est principium, quo lignum generat lignũ, ideo est natura: cõpositũ aũt est prĩcipiũ quod.

2. Resp. illud argumentum esse ad hominem; nã cum antiqui concederent materiã esse naturam: Arist. eodẽ argumẽto, quo Antiphon vtebatur ad probandum materiã esse naturam, vtitur ad probandum formam esse naturam.

Ad 4. aliũ esse modũ significandi substantię, & naturæ; nam substantia non significat principiũ, quo res est, sed id, quod est, ideo significat materiam formam, & compositum, quæ sunt per se: sed nã significat id, quo res est, seu quo res mouet, aut mouetur, ideo nã physicè sũpta nõ significat compositũ, sed partes compositi.

Ad 5. Resp. naturam dici principiũ primũ motus, cuiusmodi nõ est essentia, quia cum essentia cõponatur ex materia, & forma, non ipsa, sed hæc erunt prima principia motus; nam primum dicitur, ante quod non est aliud.

QVAESTIO XIII.

An natura vniuocè prædicetur de materia, & forma.

1 *Opinio affirmãs* Prima opinio est dicentium vniuocè prædicari de materia, & forma, quia vtraq; conuenit in ratione principij, & independenter à se mutuò illam rationem participant; nam materia habet rationem principij passiui, non à forma, sed à se, & forma independenter à materia habet rationem principij actiui; neq; obstat, quod forma dicatur magis natura, quia inter species eiusdem generis, semper vna est pfectior altera: ita Sot.2.phy.q.1. Tol.q.1.ad 5. *Sotus, Tolet.*

Opinio negans. Simpl. Auer. Alber. Zimar. Perer. Masius. Valles. Conimb. 2. Opinio est dicentium analogicè conuenire; ita Simpl. hic ca.1. Auer.com.2. Alber.tract. 1.c.3. Zimar. in Tab.ver. Natura Perer. lib. 7. cap.17. Masius cap.1.q.vlt. Valles.controu.11. Conimb.cap.1.q.1.a.2.

Hi tamen diuisi sunt; nam aliqui volunt naturam primariò significare essentiã, quia principium operationum, quod ponitur in definitione naturæ primariò conuenit essentiæ, & secundariò materiæ, & formæ; nam spiritualia, quæ sunt magis operatiua carent materia, & forma, & tamen habent essentiam.

Diuisi sunt inter se hi Auctores. Confirm. quia etiam in compositis ex materia, & forma magis propriè essentia dicitur natura illius, quàm forma, & materia. Deniq; quia natura formaliter dicitur ex ordine ad operationem: sed hic ordo magis conuenit essentiæ, quàm materiæ, & formæ, quia essentiæ magis proximè se habent ad suppositum, cui tribuũtur operationes, quam materia, & forma.

Confirm. nam nomen commune perfectis, & imperfectis, primò dicitur de perfectis, tum de imperfectis, vt patet ex analogia entis: sed essentia perfectior est materia, & forma: ergo.

Alij verò respicientes per naturam distingui naturalia ab artificialibus dicunt naturam primariò dici de forma substãtiali, tum de materia, & generatione viuentium: demũ de essentia, quæ metaphorice dicitur natura ex 5. met. tex. 5. & 2. phys. tex.12. vbi, & magis natura hæc (.s. forma) quàm materia, vnumquodq; .n. tunc dicitur, cum actu sit magis, quam cũ potentia; & ratio huius duplex est; vna, quia per formam magis, quam per materiam naturalia distinguũtur ab artificialibus. Altera quia forma habet perfectiorem rationem principij operationum, quàm materia. Vnde licet sit imperfectior essentia, est tamẽ perfectior materia. Et demum formam habere magis rationẽ naturæ, quam essentia, probat Fons. sect.4. tum quia per formam fit distinctio naturalium ab artificialibus, & mathematicis: tum quia essentia, vt est propriè natura reperitur etiam in rebus, quæ non sunt naturalia; ita qui dicunt naturam dici tantum de principio actiuo. 2

Alij 3. dicunt primo dici de materia, tũ de forma, tum de essentia, quia cum natura dicatur à generatione viuentiũ, & via generationis, primum locum obtineat materia, ideo nomen naturæ primò descẽdit à materia, tum ad formam, & essentiam. 3

Confirm. quia natura non dicitur solum in ordine ad operationem, qua ratione materia minus participat de ratione naturæ, quàm essentia, & forma, sed etiam dicitur in ordine ad compositionem: sed respectu compositionis, primum locum obtinet materia, tum forma, & denique essentia, quæ impropriè dicitur componere suppositum, cum non sit pars subsistentiæ, seu suppositalitatis.

Confirm. 2. quia id primò sibi vendicat nomen naturæ, à quo omnes mutationes habent, vt dicantur naturales: sed hoc est materia; nam ex hac omnes mutationes dicuntur naturales, non sic à qualibet forma, cum sæpè, vna mutatio sit contraria alteri, & contra inclinationem formæ, & sæpius etiam sunt sine aliqua inclinatione formarum: at respectu materiæ omnes mutationes sunt naturales ex inclinatione, etiã ipsa corruptio. Et licet Fons. dicat aliquos esse motus locales, qui non sunt naturales etiam respectu materiæ; tamen id, vel est falsum, vel ad illos, neque forma aliqua inclinat; nam omnis motus, ad quem inclinat forma, inclinat etiã materia, ita videtur sentire Scot. Burl. Simpl. & alij, qui nomen naturæ tantum tribuũt principio passiuo.

Alij 4. Dicunt hanc naturam analogicè conuenire superiorum, & inferiorum materijs, & formis, quod Arist. 10. met. cap. vlt. dicat corruptibile, & incorruptibile differre genere. Et quia omne prædicatum, quod conuenit causæ æquiuocè, & effectui, non est vniuocum, vt lumen de luce Solis, & aeris; superiora autem corpora sunt causa æquiuoca inferiorum: at verò respectu materiæ, & formæ corporum inferiorum dicunt esse prædicatum vniuocum.

Alij 5. dicunt esse prædicatum analogum, non solum respectu materiæ, & formæ superiorum, & inferiorum corporum, sed etiã præcisè considerata natura respectu materiæ, & formæ inferiorũ: ita Masius cap. 1. q. 9. eo quod Arist. formam dicat esse magis naturam locis supra ci. & 1. de part. anim. cap. 1.

Confirm. quia ratio principij motus est analoga, eo quod prædicatur de actiuo, & passiuo, & prius de actiuo, quam de passiuo 9. met. c. 1.

4
Nomen analogum, & vniuocum respectu diuersorum.

1. Not. sæpè aliquod nomen ob diuersam rationem, & respectu diuersorum habere analogiam, & vniuocationem, vt v. g. homo respectu picti, & veri est quid analogum: at respectu Petri, & Pauli est vniuocum.

2. Not. in definitione vniuoci sæpè poni aliquas particulas analogas, quæ tamen contractè dicunt rationem vniuocam; ita .n. ens aliquãdo ponitur in definitione, quod secundum se est analogum, tamen contractum, & determinatum ad aliquam rationem, est vniuocum: vnde licet ratio principij, quæ ponitur in definitione materiæ, vel naturæ sit analoga, tamen materia est vniuoca respectu suorum indiuiduorum: imò est vnius speciei: quare nihil obstat, quin etiam natura sit vniuoca, quia illi non conuenit ratio principij præcisè sumpta, sed determinata.

3. Not. naturam ob diuersam rationem nunc primariò significare essentiam, nunc materiam, nunc formam, vt patet ex dictis in secunda opinione, vbi ostendimus varios modos dicendi de significatis naturæ: vnde omissis significatis naturæ, tum etiam ex alijs respectibus, solum hic consideratur natura, vt est principium motus, & quietis.

Natura mod primario significat essentiã, modo materiã, & formam.

4. Not. prædicatũ superius dupliciter posse conuenire inferiori perfectiori modo. Primo secundum se, & ita conuenit analogicè. Secundo ratione differentiæ contrahentis, & ita non tollit vniuocationem, vt patet; nam ens v. g. est analogum ad substantiam, & accidentia, quia secundum se perfectiori modo est in substantia, quàm in accidentibus: at verò animal respectu hominis, & aliorum animalium est vniuocum, quia licet animal in homine sit perfectius, quia est coniunctum cum perfectiori differentia, tamen ex ratione animalitatis .i. ex eo, quod sit sensitiuum æquè participatur ab omnibus, & hinc fieri potest, vt vna natura sit perfectior alia.

5
Natura, vt principium motus, & quietis vniuocè prædicatur de materia, & forma.

1. Concl. Natura, vt principium motus, & quietis vniuocè prædicatur de materia, & forma, non solum, vt est passiua, sed etiam, vt est actiua, ita Hieron. Pla. hic qu. 4. patet prima pars, quia prædicatur sub eadem ratione, & licet esse passiuum primariò conueniat materiæ, secundariò formæ, tamen hoc non impedit vniuocationem, sicut esse principium intellectuale, licet primariò conueniat Angelo, & secundariò homini; tamen vtriq; conuenit vniuocè, quia hæc primitas in vno non ponit dependentiam in altero, cui secundario conuenit illud prædicatum, sed tantum ponit maiorem perfectionem, quod .s. hoc principium perfectius sit in vno, quam in alio.

Passiuũ principium non habet rationẽ principij ab actiuo, sed habet ex se

2. pars patet ex eadem ratione, quia licet principium actiuum participet perfectius rationem principij, quàm passiuum; tamen passiuum nõ habet illam perfectionem ab actiuo, sed ex se, quia verè in se habet principium, per quod potest pati, neq; hoc illi communicatur à principio actiuo. Neq; obstat, quod passiuũ dicatur in ordine ad actiuum, quia etiam actiuum dicitur in ordine ad passiuum: vnde inter se mutuò referuntur, sicut ex eo, quod pater dicatur ad filium, & filius ad patrem, non sequitur, quin relatio de vtroque prædicetur. Neque obstat, quod Arist. dicat ens prius prædicari de actu, quàm de potentia; tum quia ea prioritas potest intelligi de prioritate perfectionis, non attributionis; tum quia alia ratio est entis, quod est prædicatum trãscendens, ac de natura, quæ est prædicatum determinatũ. Neque obstat, quod Arist. 9. met. dicat potentiam prius prædicari de actiua, quam de passiua, quia loquitur tantum de prioritate perfectionis, eo quod potentia actiua est perfectior passiua, vt homo est perfectior Leone: sed de huius loci expositione alibi.

Confir. quia ratio causæ est vniuoca respectu materiæ, & formæ: ergo, & ratio naturæ, quia, vt se habent illæ respectu compositi, illud intrinsecè causando, ita hæ respectu illius intrinsecè mouendo.

Di-

Dices, motus, per quem definitur natura est quid analogum: ergo, & natura, quæ per motum specificatur.

Resp. negando consequentiam; nam ens, quod est obiectum specificatiuum intellectus, est analogum, & tamē intellectus vniuocè cōuenit inferioribus suis; imò in hominibus est vnius speciei: quare non necessario tanta vnitas debet esse in specificatiuo extrinseco, quanta est in re specificata, quia cum hæc specificatio non sit intrinseca, sed extrinseca est per comparationem vnius ad alia: vnum autem potest pluribus proportionari, vt inductione patet.

7 *Natura est vniuoca etiam cū prædicatur de materia, & forma rerum incorruptibiliū.*

2. Concl. Natura, non solum, vt prædicatur de materia, & forma rerum corruptibiliū, sed etiā vt prædicatur de materia, & forma rerum incorruptibilium est vniuoca. Patet, quia conueniunt nomine, & definitione; nam & dicuntur naturæ, & conuenit illis definitio naturæ, vt patet ex dictis. Neque obstat, quod Arist. dicat corruptibile, & incorruptibile differre genere; nam vt alibi explicabimus, hoc non intelligitur de genere metaphysico, aut logico, cum cœli cōtineantur sub prædicamento substantiæ, sed de genere physico, vel ibi genus sumitur pro specie, sicut solemus dicere esse diuersa genera animalium: de quo loco alibi. Neq; obstat, quod cœli dicantur causæ æquiuoca inferiorum; nam hinc solum sequitur esse diuersæ speciei, non tamen illis non posse conuenire aliquod prædicatum vniuocum, vt patet ex actu, habitu, & potentia, inter quæ est causalitas æquiuoca, & tamen sunt sub eodem genere qualitatis.

3. Concl. inter ea, quibus conuenit ratio naturæ, vnum dicitur magis primariò significari, quàm aliud secundum variam rationem: patet ex dictis in secunda opinione; nam ibi ponuntur varij modi dicendi, in quibus aliqui probant primariò significari essentiam; alij formam, alij materiam sub diuersa ratione, & significatione, quam habet natura, vnde fit.

8 *Natura vt habens diuersas significationes analogicè dicitur de inferioribus.*

4. Concl. Natura, vt habens diuersas significationes non prædicatur vniuocè de omnibus, quibus conuenit, sed analogicè. Prima pars probatur, qa de ratione prædicati vniuoci est, vt sit idem nomen, & eadem ratio significata: at natura sub eodem nomine non habet idem omnino significatum, vt patet ex dictis initio de nomine naturæ. Secunda pars prob. quia, vt ibi diximus, ratio vna significata primariò conuenit vni, & deinde est translata ad alia, in qua translatione admittitur aliqua analogia, & ex his patet ad argumēta opposita, cum ex dictis omnes opiniones conciliari possint: quare non est, cur distinctè ad argumenta respondeamus; nam vbi asserit formam esse magis naturā, idest, quia est magis perfecta, eo quod prædicatum naturæ vniuocum est coniunctum in forma cum differentia perfectiori.

Dices, forma est finis materiæ: ergo inter ea est analogia.

Resp. negando consequentiam; nam homo est finis aliorum animalium, & tamen vniuocè conueniunt in aliquo prædicato. Deinde, hic non inquirimus de causalitate materiæ, & formæ inter se inuicem, vel respectu compositi: sed vt sunt principia mutationis, & motus naturalis.

9 *Obijcitur nullum motum esse naturalem, vel violentum materiæ nisi ratione formæ.*

Dices 2. nullus motus est naturalis, vel violentus materiæ, nisi ratione formæ: ergo materia non participat intrinsecè rationem principij naturalis, sed in ordine ad formam. Antecedens patet, quia motus lapidis sursum ideo non dicitur naturalis materiæ, quia nec est naturalis formæ lapidis, nec materiam disponit ad aliam formam substantialem; contra verò calefactio aquæ dicitur naturalis, quia etiam si fit contra naturam aquæ, tamen disponit materiam ad formam ignis.

Respond.

Resp. 1. negando antecedens, quia licet motus lapidis non sit naturalis materiæ, tanquam dispositio ad formam; tamen est naturalis illi, vt consequitur formam, v.g. ignis, ad quam inclinat materia.

Resp. 2.

Resp. 2. Etiam concesso antecedente negatur consequentia, quia etiam si sit natura in ordine ad formam; tamen habet intrinsecè inclinationem illam naturalem ad formam, & per consequens ad alia, quæ conueniunt formæ, sicut ex eo, quod forma dicatur natura in ordine ad motum, cuius est principium, nō tamen sequitur non esse intrinsecè naturam.

Sed instabis, materia distinguitur à forma ex eo, quod cum materia sit principium passiuū, non potest dici natura in ordine ad formam substantialem, quam producit, sed quam mediante potentia naturali recipit: vnde etiam respicit formas accidentales disponentes ad recipiendam formam substantialem: ergo materia est simpliciter natura respectu generationis substantialis, & secundum quid respectu mutationis accidentalis, cum tamen forma, cum sit principium actiuum dicatur natura respectu cuiuscumq; mutationis, quæ reperitur in composito, in quo est talis forma: ergo materia respectu saltem mutationum accidentalium, non erit intrinsecè natura.

Materia dicitur Natura secundum quid, idest æqualiter propriè; non tamen primariò, sed secundariò.

Resp. negando consequentiam, quia ly simpliciter non dicit proprietatem, sed principalitatem, & ly secundum quid non dicit improprietatem metaphoricam, sed secundarietatē, eo quod materia primariò respicit formas substantiales, & secundariò accidentales, & proinde primariò generationem, & secundariò alterationem.

Dices 3. si materia, & forma cōueniunt vniuocè, sequitur in composito esse duplices rationes superiores, & inferiores, alias, quæ ponuntur in recta linea, & alias, quæ ponuntur in linea transuersali. 10

Resp. negando conseq. quia prædicata vniuoca lateralia non prædicantur de substantijs naturalibus positis in recta linea, sed de partibus illarum, quia de substantijs illis, sicut nec prædicatur natura in communi, nec materia, nec forma in recto, ita nec prædicata materiæ, & formæ.

QVAE-

QVAESTIO XIV.

An naturam esse, possit cognosci per demonstrationem.

1 *Prostra demõstratur esse naturam.*

RESP. Arist. tex. 6. tentare demonstrare naturam est ridiculum, quia .s. ita notum est dari naturam, vt dari motum, quem negare nullus potest, nisi cum Zenone velit insanire. Ex quo loco sumunt DD. non posse demonstrari naturam; nam qui id conantur, demonstrationem destruunt; nam aperiretur aditus ad demonstrationis principia neganda, quæ sũt euidentia; uam D. Tho. Auer. Simpl. & Themist. ibi, Alb. tract. 1. cap. 6. & Philop. addit carere iudicio, cum nesciant obscura à manifestis secernere: qua in re.

Potest à metaphysico probari dari naturam, non à physico.

1. Opinio est Auic. 1. suffic. cap. 5. qui asserit posse à Metaphysico probari, non autem à physico, cum nulla scientia, sui obiecti existẽtiam, & principia cognoscendi probet, quem excusat Alber. cap. 5. quod intellexerit Auic. posse à metaphysico per demonstrationem ad impossibile.

2. Est posse à physico probari, sed non debere, ita Ægid. Burl. Venet. tex. 6. & in summa c. 11. conc. 2. quia .s. discursu imperceptibili concipiatur; quod explicant dicentes, aliquid tripliciter posse esse per se notum, primo quia immediate cognoscitur sensu, vt ignem esse calidum. Secundo quod est notum ex sola terminorum cognitione, vt quodlibet est, vel non est, & his duobus modis, natura non est per se nota. Tertio, quod imperceptibili discursu cognoscitur, vt dicunt, omne totum est maius sua parte, ex quo subito repsentatur intellectui, quod cõtinens est maius contento. Vel melius, cum aerem videmus illuminari, statim colligimus solem præsentem esse; absentem verò, cũ tenebrosus est aer.

Opinio absolute negans Themist. Simpl. Auer. D. Tho. Sot. Alber.

Tertia est dicentium absolutè non posse demonstrari, ita Themist. tex. 6. Simpl. com. 5. Auer. tex. 3. & 1. ex professo: ibi D. Tho. Alb. tex. 5. cap. 6. circa fin. Sot. tex. 6. & q. 1. ad 5.

2 *Si potest demõstrari dari naturam demonstrabitur à physico.*

1. Concl. si naturam esse, potest demõstrari, id pertinet ad physicum, est cont. Auicen. quia cum natura non habeat principiũ à priori, debet demonstrari à posteriori per motum: sed motus ad physicum pertinet: ergo.

Confirm. quia non apparet, quo medio metaphysicus, id posset probare: tum quia metaphysicus non cõsiderat naturas rerum in particulari, tum quia medium deberet esse causa aliqua ipsius naturæ, & non est materialis, vel formalis, vt patet; neque effectus, vel finis, quia vt efficientia motus pertinent, vt sic ad physicum, ita etiam efficientia naturæ; nam finem certum est pertinere ad physicum, cum multa demonstret per finem. Neque ex his negatur posse à metaphysico, vel perito solui rationes, quæ fierent contra naturam, vt colligitur ex 8. phys. 8. nam sæpè illa media excedunt limites physicos; neq; etiam repugnat posse probari à metaphysico syllogismo ad impossibile.

3 *Naturam sumptam pro principio intrinseco motus non est indemonstrabile.*

2. Concl. si per naturam intelligatur principium motus cum inclinatione, vel intrinsecum, non est omnino indemonstrabile naturã esse. Prob. 1. quia non apparet ex cognitione naturæ, & existentiæ connexæ inter naturam, & existentiam; imò hac ratione probatur, nullam propositionem, in qua subiectum est res creata, esse per se notam.

2. Prob. quia datur mediũ .s. motus, quod est notius; ergo potest per illud probari naturam esse.

Dices nõ potest intelligi motus, nisi cognoscatur natura, quia debet cognosci esse ab aliquo principio effectiuè, vel subiectiuè. Sed cõtra 1. etiamsi motus cognoscatur principium, habere tamen non potest cognosci statim, An ille motus sit connaturalis, vel violentus: similiter, An à principio naturali, vel artificiali, nã statuas videmus moueri sine aliquo extrinseco. Secũdò posset dubitari, An sit aliquod accidens, vel substantia, quare non est principiũ primum; nam lapides videmus ex se moueri p vim impulsiuam.

Et Confirm. quia 7. & 8. phys. quærit Arist. An idem posit esse motor, & mobile, & 3. & 4. cœli, An elementa moueantur à seipsis quare dubitari potest, An motus rei proueniat ab intrinseco, vel extrinseco.

Obijcitur. Natura est res nota, atqi adeo non demonstratur.

Sed contra 1. Ex Iandun. Id, quod demonstratur debet esse ignotum, sed naturam esse, est notum, quia statim, ac cognoscitur motus, cognoscitur natura.

Confirm. quia cognitio conclusionis demõstratiuæ debet fieri ex præexistente cognitione præmisarum: sed statim, ac cognoscuntur premissæ cognoscitur conclusio .i. naturam esse: ergo.

4 *Respond.*

Resp. non statim, ac cognoscitur motus, cognoscitur, naturam esse, vt hic definitur, quia posset dubitari, An principium illius motus sit extrinsecum, tum an sit cum inclinatione, & ex his patet ad confirmationem: & præterea non requiritur prioritas temporis, sed sufficit prioritas naturæ, vt cognitio .s. conclusionis causetur ex cognitione principiorum: & cum de aliquo subiecto quæritur existentia, non debet supponi existentia, sed sufficit supponi probabilitatem eius, & quid nominis.

2. Obijc. si posset demonstrari, hoc maximè fieret à physico: sed non potest à physico. Primo, quia à physico supponitur, vt eius principium cognoscendi. Secundò, quia est obiectum formale physicæ, scientiæ autem supponunt suum obiectum torale, saltem quoad rationem formalem. Tertiò, quia 8. phys. 22. 26. & 4. met. tex. 9. expresè dicitur supponi à physico naturam ese. Propter hoc argumentũ sit.

5 *Natura, vt principium motus est supponitur in physica.*

3. Concl. Si natura accipiatur pro principio motus, siue naturalis, siue repugnantis, siue indifferentis non potest demonstrari naturam ese, quia statim, ac cognoscitur motus, cognoscitur etiam ese principium illius, & hoc est, q supponit in physica .s. dari aliquod principiũ motus physici, & in hoc sẽsu fortase sumpsit Arist. cũ tex. 6. dixit, naturam ese ridiculũ demonstrare.

4. Concl.

Demonstrationem de natura aggredi ridiculum est.

4. Concl. Tentare demonstrare naturam ridiculum est. Prob. ex 2.phys.tex.6. sed ratio huius non est manifesta; Arist. ait, quia manifestum est esse multa entia huiusmodi: at demonstrare manifesta per immanifesta, est non potentis iudicare quid sit per se, quid verò nō sit notum: quæ verba variè explicantur à DD. Mihi placet, quod ait Burl. Arist. non negare posse naturam demonstrari, sed conari .s. tanquā aliquid difficile demōstrare; nam facili negotio potest per motum demonstrare, & cōuenit textui, quod prius naturam definierit, quam probauerit esse: quod fecit, quia clarum erat naturam esse; qui igitur putaret esse difficile, is oportet assumat aliud medium, quam motum; quare probaret manifestum per immanifestum. Et præterea id dicit Arist. quia iam ab omnibus concedebatur naturam esse, neque quisq; erat, qui dubitaret.

Obijcitur ex Arist.

6 Sed contra 1. quia Arist. in 1. ostendit dari naturam, & maximè laboramus ad probandas formas substantiales: natura autem 2.phy.4. & 21. non sunt aliud, quàm materia, & forma.

Respond.

Resp. aliud esse probare naturam in communi esse .s. aliquod principiū motus, aliud, an esse principium conueniat huic, vel illi rei; nā primum probari non potest, secundū fieri debet: nam præcipuum munus scientiarū est inquirere principia operationum. Præterea non probat materiam, & formam esse naturas sub confuso quodam conceptu, sed probat illa secundum peculiarem rationem entitatis, vt v.g. esse ens substantiale, partiale, corruptibile, an verò incorruptibile, &c. Ex his patet etiam si notum sit naturam esse, posse etiam quæri, An quod se mouet etiam, vt sic moueatur, quod soluitur 7. & 8. phys. dum quæritur, An mouens, & mobile sint idem; & similiter, An motus sit effectiuè ab eo subiecto, in quo recipitur, in elementis autem est dubium.

Obijcitur ex Iandun.

7 Secundò, Ex Iandun. eiusdem scientiæ est ostendere Quid est, & si est 6.met.5. sed physica docet, quid sit natura: ergo etiam An sit.

Resp.

Resp. mentem Arist. in eo tex. alibi explicabimus, nunc sufficiat ibi tantum velle nullam scientiam in particulari considerare quidditatē in communi, sicut nulla agit de existentia in cōmuni; vel si loquitur de definitione, & existentia obiecti particularis, intelligēdus est de obiecto totali quoad totam definitionem obiecti;

A nam cum constare deberet ex genere obiecti, quod cū latius pateat obiecto, latiùs ēt patet scientia: ideo non potest scientia probare definitionem sui obiecti, sed illam, vel supponere ex scientia superiori, vt in subalternatis, vel inductione sensibili manifestare; non tamen posse via compositiua, & diuisiua, vt ait Alēs. quare neq; omnino negat scientias posse definire sua obiecta, sed via diuisiua negat posse colligi: ex quo etiam patet, neque posse probare existentiam sui obiecti, nisi à posteriori, & etiam

B potest definire: ratio autem, cur non probet à priori existentiam, est, quia considerare, An aliquid sit actu, est considerare esse aliquod, quod habet conceptum entis, & nō est quid fictum, quod nihil aliud est considerare Quid est in confuso: de qua re videndus Alens. Aphrod. ibi, Ægid.q.2. Fland.q.1.art.2.Zim.ibi cōtrad. 3. qui limitat propositionem quandam Scoti, & Niph. sumptam ex 2.post.com.39. quæstionem Quid est, supponere quæstionem, An est. Ex his igitur Resp.1. neq; natura est obiectum, sed principium, & probatio existentiæ, tunc fit

Alensis, Aphro. Aegid. Fland. Zimar.

C à scientia, quæ inuestigat Quid est quando est ignota, & habet medium notius, non sic autem existentia naturæ.

3. Quando effectus est notior causa; tunc potest probari existentia causæ: sed motus est huiusmodi respectu naturę, ergo. 8

Et Confirm. quia quod potest negari, potest demonstrari: sed natura fuit negata: vt patet 1. phys.8.6.phys.75.8.phys.22.ab ijs .s. qui negarunt motum.

Motus non est notior natura accepta pro principio motus tā passiuo, quam actiuo.

Resp. non esse notiorem motum ipsa natura, si natura sumatur pro quolibet principio

D motus, siue passiuo, siue actiuo; & præterea id fit sine difficultate: ideo ridiculum est tentare demonstrare.

Ad Confirm. 1. fortasse non negarunt naturā quia poterat esse principium quietis, quam concedebant.

Resp. 2. ibi Arist. non probare aliquid, sed tantum soluere eorum rationes importunas, vt induit habitum periti.

Resp.3. contra illos disputare, est contra insensatos disputare.

BREVIS

BREVIS EXPOSITIO Textus in 2. phy.

SVMMA TERTIA

In qua agitur de caufis, & earum in plura membra diuifione.

CAPVT PRIMVM.

Quot, & quæ fint caufæ.

tex. 27. OSTENDIT fe trattare de caufis, quia non poteft dari fcientia rerum, nifi earum cognofcantur caufæ, vfq. ad primam; at cognitio rerum phyficarum eft fcientia; ergo debent earũ caufæ inquiri: quod præftat inquirendo principia generationis, & omnis phyficæ mutationis, vt ad illa omne quæfitum phyficum reuocetur.

Caufa dicitur primo, ex quo fit aliquid, cum infit .i. materialis, vt æs ftatuæ, argentum phialæ, & tex. 28. horum genera. Secundo formalis, quæ eft ratio ipfius quodquid erat effe, ideft effentiæ, & huius genera, vt forma Diapafon, eft proportio duorum ad vnum, & ipfe numerus; & ad hanc reuocatur exemplum.

3. Dicitur efficiens. quod eft id, vnde principiũ tex. 29. primum mutationis, & quietis, vt eft confultor, pater, & faciens facti, & mutans mutati. Quarto eft finalis, & dicitur id, cuius gratia aliquid fit. vt fanitas eft finis ambulationis; & fimiliter omnia, quæ mouente alio, intermedia funt ipfius finis, id eft propter finem; nam quodlibet illorum eft finis illius, quod eft ante ipfum, & omnia funt propter vltimum, vt v.g. propter fanitatem eft macies, feu attenuatio, purgatio, medicamentorum fumptio, & phæbotomia; licet ex his vnum fe habeat vt finis refpectu alterius, vt potio propter purgationem, purgatio propter maciem, & hæc propter fanitatem; inter quos fines, alij dicuntur opera .i. actiones, vt potio, & fecundum Piccolom. emiffio fanguinis, alia organa, ideft inftrumenta, vt ventofæ flebotomum, & fimilia.

D Hinc tria afferit de caufis. Primo eiufdem effe- tex. 30. ctus poffunt effe multæ caufæ, nõ folũ p accidẽs, fed etiam per fe: & hoc verum eft, tam de caufis diuerfis generis, quam eiufdem, fed vna fit fuperior, alia inferior; vt v. g. caufa ftatuæ, vt fic, eft æs, vt materia, & ftatuarius, vt efficiens vniuerfale, & hic ftatuarius, vt efficiens particulare. Secũdo quædam caufæ funt ad inuicem caufæ, vt fanitas eft finis deambulationis, & deambulatio efficiens fanitatis. Tertio eadem poteft effe caufa cõtrariorum, fed non eodem modo; nam quando effectus eft à caufa præfente, contrarius eft à caufa abfente, vt nauta per præfentiam eft caufa falutis, & per abfentiam, fubmerfionis Nauis.

E Hic addit 4. quod omnes caufæ cadunt in qua- tex. 31. tuor modos manifeftiffimos .i. reuocãtur ad quatuor genera .f. materiam, ad quam reuocantur literæ refpectu fyllabarum, compofita phyfica refpectu artefactorum, elementa refpectu mixtorum, partes refpectu totius, præmiffæ refpectu conclufionis ratione terminorum, nam fecundum fe funt efficiens, ad quam reuocat totum .i. quod conftat

A ex partibus habentibus folum ordinem, vt exercitus, compofitionem .i. quod habet partes, non folum ordinatas, fed coalefcentes in vnum, vt domus formam, quæ dat effe per informationem. Tertio eft efficiens, vt femẽ. Quarto eft finis, quod eft optimum, & bonum aliorum, fiue verum, fiue apparens bonum; & quidem in naturalibus finis femper eft verum bonum, quia dirigitur ab intelligentia non errante, fed in voluntatis aliquando bonum apparens, quia voluntas poteft errare.

Pofita diftinctione caufarum in quatuor genera ex quatuor modis caufandi per fe, & effẽtialibus; nunc affignat varios modos fingularum caufarum ex varijs habitudinibus ad effectum. vt D. Tho. & Marf. 5. met. c. 2. tex. 32.

1. Diuifio: In omni genere caufæ datur alia tex. 33.
B prior .i. communis; alia pofterior .i. minus communis, feu propria, vt caufa ftatuæ prior eft lapis, marmor vero pofterior .i. magis proxima effectui.

2. Diuifio: Alia per fe; Alia per accidens: per fe dicitur, à qua vt talis, ideft ex principio, quod formaliter nomine exprimitur, pendet effectus, vt ftatuarius refpectu ftatuæ. Per accidens vero dicitur, à qua non per fe pendet effectus, eft tamen coniuncta cum caufa per fe; vt Policletus dicitur caufa ftatuæ, quia accidit ftatuario effe Policletũ. Hinc fubdiuiditur primo caufa per accidẽs in magis, & minus communem: quod Arift. explicat illis verbis (*& continentes etiam accidens*) vt homo dicitur minus communis, & animal magis communis caufa ftatuæ. Secundo fubdiuiditur caufa per accidens in propinquam, & remotam: Caufa
C propinqua eft accidẽs, quod à caufa per fe minus diftat. Remota, quæ magis diftat, vt albũ eft caufa remotior ftatuæ, quam muficus; quia mufica minus diftat ab arte ftatuaria, quam albedo, cum hęc non fit ars.

3. Caufa fiue per fe, fiue per accidens diuiditur in caufam in potentia, vt ędificator, & in actu, vt ędificans. tex. 34.

Deinde docet has diuifiones caufarum poffe accommodari effectibus: quod alii fiut per fe, alii per accidens, alii communes, alii minus communes, alii in potentia, alii in actu. tex. 35.

4. Diuiduntur caufæ in caufas coniunctas, quæ complectuntur caufas per fe. & per accidens, vt tex. 36. Policletus ftatuarius refpectu ftatuæ, & Simplices quę fimplici nomine fignificantur, vt Policletus
D per accidens, vel ftatuarius per fe.

Hinc docet, dictos modos caufarum effe fex, vt communis, & propria, per fe, & per accidens, cõplexa, & incomplexa: qui fex modi, fi finguli diuiduntur per tertiam diuifionem .f. per actum, & potentiam, efficiunt duodecim membra; nam cõmunis poteft diuidi in actum, & potentiam, fimiliter propria, & fic de alijs; nam fex multiplicata per duo efficiunt duodecim.

Docet proprietatem diuifionis caufæ per actũ, tex. 37. & potentiam; quod caufa, & effectus in actu, & fingularis dicuntur ad cõuertentiam; non fic caufa, & effectus in potentia; quia non corrumpuntur fimul domus, & ædificator.

Denique in quolibet genere debet quæri caufa tex. 38.
E fumma vniufcuiufque, tam in artificialibus, quam in alijs .f. naturalibus, vt .f. non quæratur caufa per accidens, fed per fe: non communis, fed propria, & prima: vt fi quæratur, per quem ædificatur domus, non debet refponderi, per animal, vel hominem, fed per ædificatorem: & fi quæratur, cur homo eft ædificator, non debet refpondere, quia habet artem factiuam, fed quia artem ædificatiuã;

&

& idem patet in naturalibus, Denique statuit, vniuersalium effectuum causas esse vniuersales, particularium particulares, vt statuarius statuæ, & hic huius statuæ; & possibilium, causæ in potentia; & effectuum in actu, causæ in actu.

Difficultates Textuales in Cap. 1.

SVMMAE TERTIAE.

Prima Difficultas, Cur Arist. non seruat ordinem in tradenda doctrina de causis, vt prius communia explicando.

Resp. non definiri causam in communi; vel quia notio nominis est nota; vel quia melius cognoscitur, cognita definitione inferiorum.

Resp. 2. Non prius agi de causis, quam de natura, cum conceptus causæ sit communior; siue quia ex Piccolom. communiora sunt prius explicanda, quando sunt vniuoca, & eorum cognitio necessaria ad sequentia; secus quando sunt analoga, nec eorum cognitio necessaria sequentibus. Vel quia ex eodem, communiora tunc sunt prius declaranda, quando seruatur eadem relatio; non autem quando variatur relatio includens potiorem rationem ordinis. Siue quia, vt ego opinor, tractatione de causis hic inserit propter perfectiorem cognitionem naturæ; ideo tanquam principalius debuit prius explicari natura.

Hinc à Piccolom. refelluntur opinantes, primum librum non per se præcedere secundũ, sed per accidens, vt opinionibus antiquorum confutatis, animis purgatior accederet ad sciẽtiam physicam; nam per se præcedere debuit, vt patet ex proemio phy. & quia res primò fiunt, non sunt, deniq; cognoscuntur; tum quia supra dictum est, principium latius patere quam causam.

2. Difficultas: qua ratione hic agit de causis vniuersalibus, cum hæc tractatio pertineat ad metaphysicam.

Resp. Piccolom. hanc tractationem non esse physicam, sed Pædiam; quia per hanc rectè instituitur animus ad Physicam: vnde Arist. in fine declarato casu, & fortuna cõtrahitur hãc tractationem ad physicam, docens, quousque cognosci debeat causa efficiens.

Ego Resp. necessariam fuisse hanc tractationem; quia licet secundum rationem communẽ sit metaphysica, tamen contracta est physica, in qua solum reperiuntur quatuor causæ; nam in alijs solum reperiuntur efficiens, & finis; materia autem, & forma, solum per proportionem ad materiam, & formam physicam: Tractari autem contractè patet, quia efficiens definitur per ordinem ad motum, & sic etiam finis, & materia, & forma propriè solum pertinent ad physicum. Neque obstat, quod de causis tractet etiam metaphysicus; nam eadem res potest secundum diuersas rationes pertinere ad diuersos artifices, vt Geometra considerat

A *de figura absolutè, Astrologus, vt passio corporis cœlestis, & physicus, vt est passio corporis mobilis.*

3. Difficultas: quid intelligit Arist. tex. 27. per causam primam.

Resp. Piccolom. in tex. 38. hic non dici primam secundum prædicationem, sed secundum ordinem productionis; neque de prima absoluta, quæ est remota, quia hæc non parit scientiam, sed de prima in genere rei effectæ, quæ est proxima, & propria, quæq; ab Arist. dicitur medium demonstrationis, & reciprocatur cum effectu, vt patet exemplo ædificationis, cuius causam primam dicit esse artem ædificandi, quia hæc sola parit scientiam.

B *Ego Resp. 1. intelligi eamdem per primam, & summam causam, de qua tex. 38. quod sæpè Arist. expressit, vt 8. met. init. & 1. de gener. animal. & 1. post. dum ait, demonstrationem debere constare ex primis indemõstrabilibus.*

Resp. 2. tripliciter dici causam primam; primo prioritate prædicationis; & sic communior est prior. Secundo prioritate causalitatis; & sic causa independentior est prior. Tertio propinquitatis; & sic causa magis proxima est prior.

Resp. 3. nomine causæ non intelligitur prima prioritate proximitatis, sed prioritate originis, & independentiæ. Prima pars patet, quia effectus non resoluitur in causam proximam, quando hæc pendet ab alia in eodem ordine, & genere. C *Secunda Pars probatur; quia nunquam cognitio habet rationem scientiæ, nisi resoluat principia proxima cõclusionis in principia prima primitate independentiæ demonstrationis.*

Contrarium docet Venetus in tex. 38. ex Auer. ibi vltimam intelligi, non quæ est vltima in esse; quia hæc est communis, atque adeo remota; sed quæ est vltima in quæstione, ad quam terminatur quæstio; vt si quæratur ars medicatiua respectu sanitatis, non autem est ars factiua; nam illa posita, & ablata, ponitur & aufertur effectus; at ablata arte, aufertur effectus; sed ea posita, non ponitur.

D *Resp. optime cum ipso dici huiusmodi prædicata communia non esse causam primam, sed nostra conclusio intelligitur de pluribus causis subordinatis, quarum vna pendet ab alia cum reciprocatione.*

4. Difficultas: Qua ratione materia dicatur causa.

Resp. Piccolom. non constitui per receptionem, quia sic esset causa animæ rationalis, quæ in materia recipitur; sed constitui in ordine ad formam ab ea educibilem per transmutationem naturalem, vel violentam.

E *Ego Resp. materiam habere rationẽ causæ tam respectu formæ, quam compositi, licet primario in ordine ad compositum. Prima pars patet, quia refertur tam ad formam, quam ad compositum; at non refertur ad illa, nisi vt causa eo modo, quo sunt causabilia: vnde quia anima rationalis nõ est causabilis à materia secundum illius existentiam, sed secundum*

illius

illius causalitatem, seu informationem (alioqui ad informationem non concurreret materia) forma vero corruptibilis est causabilis secundum existentiam, & causalitatem: ideo est causa respectu utriusque iuxta exigentiam illarum. Secunda Pars patet; tum quia compositum primario intenditur à natura; tum quia respectu compositi est principium intrinsecum, respectu formæ extrinsecum, siue recipiendo, siue substentando: unde materia dicitur subiectum primum, ex quo fit aliquid, cum insit; & dicitur per ly (primum) ex Iand. 5. met. q. 2. materiam esse causam formæ, tam in recipiendo, quam substentando, iuxta exigentiam formæ.

Dicitur (cum insit) ut denotetur causalitas respectu compositi ex Albert. tr. 2. c 2. & Ocham. Et addit Lyncomen. materiam, ut indifferentem ad omnes formas, non esse causam effectus particularis, sed ut determinatam. Hinc patet ex tex. 21. triplicem esse materiam; compositionis tantum, siue sint partes essentiales, siue integrales, ut literæ respectu syllabarum, & partes quantitatis. Secunda alterationis tantum, ut cibus respectu sanguinis. Tertia utraque ratione, ut elementa respectu mixtorum secundum Auer. & acetum, & mel respectu oximellis. Addit Venetus tex. 31. primo materiam, in qua s. est forma. Secundo, ex qua siue compositionis, siue alterationis, ut supra. Tertio, per quam, & vel est contrahens, ut indiuiduum; vel contracta, ut genus, vel neutrũ, ut species imperfectior respectu perfectioris.

5. Difficultas: qua ratione forma est causa distincta ab aliis.

Resp. formam posse tripliciter considerari. Primo secundum se; & sic non est causa, quia causa dicit relationem ad aliud, sed est essentia simplex: hinc ab Arist. omnis essentia aliquãdo dicitur ratio, & forma, etiam si sit materiæ, & priuationis 1. phy. tex. 60 65. licet huiusmodi denominatio potius conueniat formis separatis, ut sunt intelligentiæ, quam materialibus; quia in illis idem est. Quid est, & cuius est 3 de an. tex. 9. Secundo, ut refertur ad materiam; & sic dicitur aliqua ratione eius causa ex Auer. 1. phy. 70 quia est complementum eius, quatenus dat illi esse in determinata specie, cum sine illa non subsistat, & hac ratione dicitur prior, quam materia, cum tamen secundum existentiam, & absolutè sit posterior materia. Tertio. In ordine ad compositum, & sic habet rationem causæ, & respectu illius habet prioritatem originis, nam forma dicitur id, quod dat quodquid erat esse, idest essentiale: quæ ut dat esse composito, dicitur forma; at secundum quod generat sibi simile est exemplus & secundum quod est obiectum intellectus, est quidditas ex Veneto.

Dices: Cur formam vocat exemplum.

Resp. secundum opinionem Platonis, qui ponebat ideas, tanquam dantes essentiam rebus. Ex his patet, cur forma dicatur ratio; nam primo secundum se, quia est actus, qui per definitionem explicatur. Secundo respectu compositi; quia est ratio, cur compositum sit talis speciei. A *Tertio respectu proprietatum; quia est ratio, cur illi proprietates conueniant. Hinc Iauel. 5. met. q. 3. probat esse causam; quia dat esse rei per se ipsam intrinsece, constituendo illam in determinata specie; non autem extrinsecè, sicut efficiens.*

6. Difficultas. Qua ratione partes definitionis sint formæ. Primò, quia partes definitionis sunt duæ, s. genus, & differentia; at nulla res habet duas formas.

Confirm. quia differentia non prædicatur B *in quid, sed in quale; ergo non est forma.*

Confirm. 2. Quia definitionem ingreditur materia, quæ non est forma.

Confirm. 3. Quia Diapason est in prædicamento relationis, cum sit proportio; at numerus in prædicamento quantitatis; ergo numerus non est forma illius.

Resp. ut eiusdem rei dãtur duæ causæ effectiuæ; una uniuersalis; altera particularis ita duæ causæ formales; una uniuersalis, ut est genus; & altera propria, ut est differentia, quæ C *sunt formæ metaphysicæ, quæ non actuãt materiam, sed solum ei repugnat in re esse duas formas physicas, quæ actuant materiam.*

Ad 1. Confirm. Resp. differentiam, ut non est forma, nisi ut contrahit genus; ita non prædicari in quid, nisi simul cum genere, & non per se solitariè, ut quid est homo?

Resp. est animal rationale.

Ego Resp. non esse de ratione formæ prædicari in quid.

Ad 2. Confirm. tam formam, quam materiam ingredi definitionem, licet principaliùs D *formam, à qua compositum habet principalius esse; neque materia habet rationem formæ, ut pars compositi, sed ut pars definitionis; quia ut sic, dat* quodquid erat esse*, & prædicatur in quid.*

Ad 3. Confirm. Diapason dicere proportionem, & numerum binarium, in quo fundatur, & quia numerus, tanquam genus est forma binary, ideo est forma Diapason, non ex eo, quod est proportio, sed ex eo, quod fundetur in numero.

Ego Resp. proportionem dupliciter sumi; formaliter, & sic significat respectum: & materialiter, & sic significat rem absolutam, ut Diapason significat numerum binarium duarum ad unam; & sic numerus est forma illius. Hinc patet, tres esse species formarum. Prima est forma partis, quæ dicitur species. Secunda totius 7. met. ult. & hæc vel respectu partium essentialium, & dicitur compositio; vel partiũ integralium, & dicitur totalitas: quibus respõdent materia partis, & totius. Venetus tex. 31. diuidit in extrinsecam, quæ est idealis, unde Deus dicitur forma creaturarum, & in intrinsecam: quæ subdiuiditur in totum, speciem, & compositionem, ut supra.

Dices: in tex. 31. partes dicuntur materia totius, cum partes definitionis dicantur formæ.

Resp. 1. partes definitionis posse comparari

vel

vel ad suppositum, & habent rationem formæ: vel ad essentiam, quam componunt, & pertinent ad materiam.

Resp. 2. Venetus intelligi propositionem de partibus potentialibus, quæ scilicet non possunt separatim existere seorsim ab alijs; non autem de actualibus, quæ possunt separatim existere.

Alij vero Resp. 3. partes totius habere materiæ rationem respectu compositionis, quæ supponit in partibus ordinem determinatum prioris, & posterioris, positionem determinatam propinquitatis, & distantiæ, & qualitatem, idest distinctionis specificæ, vel figuræ; nam hæc habent rationem formæ, respectu partium secundum se. Hinc patet, qua ratione præmissæ dicantur causa materialis cõclusionis, cum sint efficientes, at efficiens non coincidit cum materia.

Respond. 4. illa habere diuersa rationes; nam sunt materia conclusionis, ratione maioris, & minoris extremi, quę continentur in præmissis; sed sunt causæ effectiuæ ratione medij termini.

7. Difficul. Cur efficiens in tex. 29. dicitur principium mutationis primum.

Resp. 1. ibi definiri efficiens physicum, nam metaphysicum, & supernaturale est, & sine transmutatione, vt est creatio; artificiale est cum violentia quadam: quare manet, vt naturale sit principium mutationis, & quietis naturalis.

Dices: hinc consultor ponitur inter efficientes; at consultor est efficiens moraliter.

Resp. physicum posse esse duplex, vel dirigens, seu applicans; vel attingens effectum sine sui interitu, vt medicus sanitatem; vel cum sui interitu, vt semen, vt dicitur tex. 30. & quia consultor habet aliquam proportionẽ cum applicante physico, ideo eius meminit; licet alij velint esse efficiens physicum respectu causæ directæ, licet moralis respectu effectus. At Venetus ait, ibi poni exemplum illud, vt significat causam secundariam, quæ erat exclusa per ly (primum).

Resp. 2. ly (primum) non accipi pro proximo, sed pro principali, non quidem absolutè, sed in eo genere, & ordine; vnde excluduntur instrumenta.

Verum Pindas. lib. 2. p. 22. ait, hinc non excludi secundo mouentia, & coadiuuantia, sed significari subordinationem ipsorum ad principale; quodquod enim potentiæ ad eandem speciem dicuntur, eas omnes esse principia quædam, & dici ad vnum primum, est principium mutationis, *vt sensus sit*, aliud causæ genus est, vnde primum principium mutationis, *idest, cui debetur esse primum principium, à quo pendent alia, quæ sunt principia mutationis.*

Dices 2. ly (primum) an referatur ad motum, an vero ad principium, an vero ad id, in quo est principium.

Resp. non referri ad primum motum, quia motus non habet primum; sed referri, vel ad principium, vel ad suppositum, seu essentiam, in qua est principium, vt infra.

A *Resp. 3. Dici* mutationis, *quia physicus per motum efficit opera; in quo secundum aliquos distinguitur ab agente supernaturali, vt Deus qui immediatè attingit opus; vnde putant, dici principium non vnde motus, sed vnde opus. Sed de hoc Theologi.*

Dices: cum ad motum concurrant omnes quatuor causæ, cur solũ efficiens dicatur principium vnde motus.

Resp. quod licet omnes quatuor causæ quoad effectum æquali necessitate concurrant ex Veneto, tamen finis non mouet, nisi metaphoricè, inclinando agens; at materia, vt sic, cum

B *non sit actiua, non mouet, sed mouetur; forma autem cum sit ratio agendi, non dicitur propriè agere; nam suppositum est id, quod agit.*

Dices 2. Cur non definit causam esse principium, vnde motus, sicut definiuit 9. met. tex. 2. potentiam; sed dixit esse id, vnde principium motus.

Confirm. Cur potius definit per inchoare motum, quam per conseruare, perficere, & tandem inducere formam; cum sæpè vna causa inchoet motum, & alia perficiat.

C *Resp. communiter ly (vnde) non referri ad motum, sed ad principium, vt sensus sit, causa efficiens est principium primum, vnde motus. At vero Pindasius putãs hic definiri causam subsistentem putat ly (vnde) referri ad essentiam subsistentem, quæ est, vnde principium, idest ex qua fluit, & prodit potestas motus causandi: quare hæc definitio differt ab illa, quæ traditur in 9. met. quia ibi definit potentiam in abstracto; hic autem efficiens in concreto.*

Ad Confirm. Resp. apud Arist. absolutè dicitur esse principium motus, siue sit inchoans, siue perficiens; non meminit autem formæ;

D *quia forma non aliter fit ab efficiente, nisi per actionem.*

8. Difficultas: Quot sunt genera causarũ efficientium.

Resp. Burl. esse quatuor. Primũ consultãs, quod est causa dans alteri agenti formam, per quam agit. Secundum adiuuans, quod agit ad finem alterius, nõ ad finem proprium, vt Sortes trahens cum Platone nauem Platonis. Tertium disponens, quod præparat materiam, vt dolator lignorum. Quartum perficiẽs, quod inducit formã, vt nauifactor: quæ explicãtur ab Arist. per quatuor exẽpla ibi posita, vt Cõsiliẽs Pater Filij, faciens facti, cõmutans cõmutati.

At Venet. aliter explicat mẽbra illa; nam

E *per Cõsiliens, explicat agens cum ratione, quia consilium est actus rationis, per ly, Pater, explicat agens sine ratione, sed inducens formã substantialem. Per ly, faciens facti, explicat inducens formam accidentalem naturalem, quia nõ facit simpliciter, sed secundum quid. Per ly commutans, explicat agens artificiale; quia vt hoc agit per artem, non inducit formam, nisi per motum localem, & per mutationem diuersarum rerum, vel partium ad inuicem.*

Dices: Quomodo Pater est causa Filij, cum non sit, quando est Filius; & licet dicatur esse causam mediante semine, tamen neque semen est, quando est Filius, quia in instanti, in quo est Filius, iam forma seminis est corrupta.

Resp. aliqui, esse causam per accidens, tanquam applicantem. Sed contra, quia hic Arist. loquitur de causis per se rerum naturalium.

Confirm. quia Pater est per se causa seminis, per quod fit generatio, & non tantum illud applicat materię.

Resp. 2. Alij, etiamsi Pater, & Filius non sint simul, non tamen debet concedi, Sortem v.g. qui est Pater, esse causam, dum non est, neque Platonem, qui est Filius, esse effectum, nisi quando est: At dum est Sortes, non est necessarium, vt sit Plato, quia satis est, quod sit vel erit: & similiter, vt Plato dicatur effectus Sortis, non est necessarium, vt tunc sit Sortes, sed satis est, quod sit, vel fuerit; nam hi termini, causa, & effectus, ampliant in dictis propositionibus à parte prædicati, vel subiecti.

Ego Resp. Sortem per virtutem communicatam semini, quæ existit in instanti generationis Platonis, dici generare Platonem; quia ad hanc denominationem non est necessaria existentia remota, & mediata agentis, sed satis est existentia immediata agentis. Alij tamen ex tex. 21. colligunt tres species efficientium. Prima, quæ dirigit, & non attingit effectum, vt Consultor. Secunda, quæ attingit sine suo interitu, vt medicus. Tertia, quę attingit cum suo interitu, vt semen, quod per partes aliquas est efficiens, & per aliquas est materia. Alias diuisiones efficientis vide in quæstionibus.

9. Difficultas, Cur Aristot. probat potius de fine, quod sit causa, quam de alijs.

Resp. Burl. quia de hac poterat esse maior dubitatio, cum sit vltima. At Venetus ait, id factum esse causa breuitatis; nam facile probatio de fine poterat applicari ad alia; imò tex. 30. Dicitur potissima causa, quia per se necessitat alias causas, & à nulla necessitatur vt ait Auer. apud Ven. tex. 31. not. 1. & licet finis non sit nobilior quoad entitatem alijs causis; est tamen nobilior quoad modum causandi; & idem, vt finis, est nobilius se ipso, vt efficiens. Sed de hoc suo loco.

10 Difficultas: qua ratione finis sit causa, vt sanitas causa operationum, quæ fiunt per illam.

Respond. Burl. duplicem esse finem, vnum primarium, qui dicitur gratia cuius: alterum secundarium, & dicitur quo, vnde primò docet finem, quo non esse causam; nam alioqui inferiora essent causa Dei, intelligentiarum, & cælorum; nam sicut medicus per suas operationes intendit sanitatem; ita Deus per motus causat hęc inferiora: sed dicitur causa metaphorica; nam vt vrina dicitur sana, quia signum sanitatis; ita sanitas est causa operationum præcedentium, quia est signum intentionis agentis causantis illas operationes. Ex quo falsò dicitur medicus parat medicinam propter sanitatem, sed quia vult sanare; nam

A volitio est, quæ existit, dum paratur medicina. Secundo docet, finem gratia cuius esse propriā causam, cum præcedat effectum, qualis finis est Deus, propter quem omnia primariò agunt, & principaliter appetunt magis, & minus, secundum perfectionem, quam habent assimilandi se Deo.

Sed communiter hęc Doctrina reijcitur, cum Arist. sic asserat, sanitatem esse finem gratia cuius ambulationis &c. nam cum interrogatur propter quid ambulat?

Resp. propter sanitatem, & non Resp. quia vult sanari; nam rectè non dicit causam finalem, sed effectiuam.

Confirm. quia in omni genere causæ datur

B vniuersalis, & particularis, vt patet inductione; ergo etiam in genere causæ finalis: quare non solum Deus est finis primaria intentione, sed etiam alij particulares.

Resp. 2. Alij, finem primum, alium esse præuenientem, alium terminantem. Præueniens actionem, alius est vniuersalis, vt Deus, alius particularis, vt ipsum agens; nam infirmus appetit motum propter sanitatem, & hanc propter se: At terminans actionem; Alius quo, qui terminat actionem secundum partem, vt deambulatio, potio, &c. Alius gratia cuius, qui terminat totam actionem, vt sanitas; & hic vt terminat actionem, est finis primarius;

C at vt terminat intentionem agentis, est secundarius; quia ipsum agens est finis primarius intentionis. At Aristot. loquitur de fine actionis, non autem de fine intentionis: & ideo ponit sanitatem, vt finem propinquum; & sicut sanitas est finis medici non præueniens, sed terminans; ita hæc inferiora, Dei, non tamen sunt causa Dei, sed operationum Dei, vt sanitas est causa operationum medici, non ipsius substantiæ medici. Ita Venet. hic: vnde Resp. ad argumentum finem esse vltimum in exequutione, sed primum in intentione, & ideo est causa, ad cuius esse sequitur aliud, non quidem in essendo, sed in inferendo; nam sicut ex pręmissis sequitur conclusio, ita ex fine operatio-

D nes; & cum Arist. ait. causam, & effectum in actu esse simul, loquitur de causa efficiente, non finali: vnde ly, causa, supponens pro effectiua, ampliat à parte pręedicati, non subiecti; at supponens pro finali ampliat à parte subiecti, non pręedicati; quia dum dicitur sanitas est causa ambulationis, non sequitur, ergo sanitas est, sed benè ambulatio est. Sed de hac re infra in quęstionibus.

Dices: quotuplex est finis generationis.

Resp. Niph. 5. met. dil. c. 2. c. 4. esse triplicē.

Primus, Dicitur effectus, qui est forma in materia, siue compositum productum ex vi generationis, & causat tantum esse existentiæ.

E Secundus Dicitur efficiens, qui est pręceptio naturalis sine cognitione effectus. Dicitur naturalis, quia nō pręconcipit finem cognoscitiuè, sed solum inclinatiuè, & causat secundum esse intentionale.

3. Dicitur mouēs, qui est essentia rei agēdę

qu

& causat secundum esse essentiæ: sed ex his omnibus fit vnus finis, quod habet integram rationem mouendi.

Dicitur autem finis esse causa, non quia aliquid realiter causat, sed quia mouet causam efficientem ad aliquid realiter causandum ex Tatar. Alb. D. Tho. Occh. c. 4. Iand. q. 10. qui ait, esse principium, via perfectionis, nō generationis, quia est causa respectu omniū ordinatorū in finē.

11 *Difficultas circa causam formalem: cur illam tex. 31. explicet per totam compositionem, & speciem.*

Resp. per hæc explicari diuersos modos causarum formalium: sed quæ sit hæc diuersitas, nō conueniunt. Primo Auer. nomine speciei, quam ipse vocat formā, intelligit formā, quæ est secūdū alterationem, vt forma sanguinis, quæ generatur ex pane; quæ dicitur materia alterationis tātum; vel qua est ex materia alterationis, & compositionis, vt forma mixti ex elementis: sed per totum, quod vocat vniuersū, itelligi cōpositū cōstans tantū ex partibus, vt aceruus lapidum: Denique per compositū ex partibus cum figura, ordine, & positione, vt Domus.

2. *Resp. Aegid. formam dici* quodquid erat essē *respectu intellectus, cuius obiectum est* quod quid: *at illis nominibus explicatur diuersus respectus formarum ad materiam; nam materiæ compositionis tantum, vt sunt lapides, & ligna, respondet conpositio, quæ est forma domus; at respectu materiæ alterationis tantum dicitur species, vt forma sanguinis in materia panis: Denique respectu materiæ alterationis, & compositionis, dicitur totum, vt forma oximellis.*

3. *Burl. Paulo aliter; nam respectu materiæ compositionis tantum vocat totum; respectu materiæ alterationis tantum vocat speciem; at respectu materiæ alterationis, & compositionis vocat compositum.*

4. *Venetus, quod sicut est triplex compositio ex Auer. in prologo phy. Prima generis, & speciebus; Altera specierum ex genere, & differentias; Tertia indiuidui ex materia, & forma: ita his respondet triplex forma; Prima compositioni respōdet forma, quæ dicitur totum, nam omne superius est veluti forma suorum inferiorum; vnde à Porphy genus dicitur totum speciei; & hinc in Topicis argumentum à specie ad genus dicitur à parte ad totum. Secundæ compositioni respondet forma, quæ dicitur species; qua ratione hic definitio. & quælibet pars definitionis dicitur forma definiti; & ratio nominis, quia talis forma immediatè componit speciem, nam differentia adueniens generi constituit speciem; large tamē quælibet forma dicitur species, vt quodlibet compositum dicitur totum. Tertiæ compositioni respondet forma, quæ dicitur compositio, idest simul positio, quia simul ponuntur partes in cōposito naturali, vel artificiali, hinc quælibet forma partis dicitur compositio. Hinc fit, eandem formam posse dici totum, speciem, & compositum, sed diuersa ratione; nam eadem anima, vt est genus ad vegetatiuam, & cæteras, est totum; vt componens cum materia, dicitur compositionis forma; sed vt componit cum differentiis, dicitur species; quia quælibet pars speciei, vt sic, dicitur forma speciei. Hinc primo sequitur punctum esse formam lineæ, & centrum circuli, vt ingrediuntur definitionem. Secundo, sequitur, idem posse habere rationem materiæ respectu compositionis, & formæ respectu definitionis; vt littera, quæ est materia syllabæ, dicitur forma, vt est de illius definitione.*

12 *Difficultas: Cur tex. 32. dicitur in omni genere causæ dari priorem, quæ est communis, cū in genere causæ efficientis non detur causa communis secundum prædicationem; nam commune, nec generat, nec generatur.*

Resp. vniuersalia posse considerari dupliciter. Primo formaliter, vt s. sunt abstracta, & sic non generant, nec generantur, vel patiuntur. Secundo fundamentaliter, vt sunt in suis inferioribus, & sic agunt, & patiuntur, tanquam formæ communes coniunctæ cum particularibus; vnde ex Arist. Sol, & homo generant hominem; & vniuersale respicit effectum vniuersalem, vt particulare particularem; vnde ly homo supponit non simpliciter, sed personaliter: dicuntur autem actiones esse suppositorum, vt principalium agentium, & sunt etiam formarum, vt principiorum principalium.

13. *Difficultas: cur tex. 33. Homo, vel Policletus dicuntur causa per accidens statuæ cum sic statuarius necessario debeat esse homo, & animal.*

Resp. aliqui primo, quod sicut in causis per se inueniuntur causa propinqua, & remota; & vna altera remotior; ita in causis per accidens, vt patet in hac (Statuarius facit statuam) *quæ est per per se, & in his, quæ sunt per accidens* (Homo Policletus, musicus, albus facit statuam) *Ex quibus, Prima est minus per accidens; nam omnis statuarius necessario est homo. Secunda est magis per accidens, nam non omnis statuarius est Policletus, quia licet necessario debeat esse aliquod indiuiduum, tamen contingenter est hoc, vel illud. Aly 2. considerantes communitatem prædicati, dicunt, magis per accidens esse hanc* (Homo facit statuam) *quam hanc* (Policletus facit statuā) *Tertia est magis per accidens, quia omnino accidit statuario esse musicum; sed quia musica est ars quædam, per quem gradum conuenit cum statuifica; & quia est prædicatum minus commune, quam* Album, *illa est minus per accidens, quam hæc* (Album facit statuam) *quia est omnino per accidens.*

Dices: qua ratione inter causas per accidens possit esse ordo propinquitatis, & remotionis, cum sint infinita, & ea, inter quæ est ordo sint finita.

Resp. quod causarum per accidens, aliæ non sunt coniunctæ cum causa per se, vt ambulante coruscat, *& hæ sunt infinitæ, & non est inter ipsas ordo; aliæ sunt coniunctæ cum causa per se, & hæc sunt finitæ, & inter has est ordo non ratione ipsarum causarum per accidens, sed ratione ipsius causæ per se, cui causæ per accidens sunt magis, vel minus remotæ.*

Resp. 2. Ex Burl has propositiones (Statuificus facit per se statuā, & Policletus per accidēs) *posse dupliciter accipi. Primo in sensu composito; & sic illa prima est per se, secunda per accidens. Secundo in sensu diuiso; & sic nō loquitur Arist. quia significat, quod* illud quod est statuificus, fa-

cit per se statuam; & *similiter* illud, quod est Policletus facit per accidens statuam; *quia secunda* A *esset falsa; nam ex prima per syllogismum expositorium sequitur, etiam secundam esse per se; & contra: & secunda per accidens sumpta in sensu diuiso, sequeretur primam esse per accidens: quare hæ propositiones debent intelligi in sensu composito, non in diuiso, contra quam doctrinam multa Venetus: sed alibi est examinandum.*

Resp. 3. Venetus dissimili modo simitatem connotare nasum, ac statuificus connotat hominem; nam simitas connotat nasum, ut necessarium ad definitionem; at statuificus non sic; quia definitur sufficienter statuificus, quod sit faciens statuam, & medicus quod sanet, absque eo, quod ibi explicetur ly homo; nam quicunque facit statuam, est statuificus, siue sit homo, siue non: Neque ex eo, quod B *statuaria sit propria hominis; idcirco ly homo ponitur in eius definitione; sicut esse bipedem est proprium hominis; & tamen non definitur per hominem, sed dicitur proprium, quia conuenit soli, sed non omni. Neque ex eo, quod impossibile sit, artificem non esse hominem, sequitur esse per se hominē; sicut impossibile est esse calidum, qui non sit substantia, & tamen calidum per se non est substantia; nam, ut calido accidit esse substantiam; ita artifici esse hominem: licet tale per accidens sit necessarium, ut priuatio dicitur principium per accidens, licet necessarium.*

Ego Respond. per se *hic accipi, quando subiectum exprimit formaliter causam effectiuam* C *effectus: at vero* per accidens *hic accipitur dupliciter. Primò, ut distinguitur contra necessarium, & dicitur id, quod est contingens. Secundo, ut distinguitur contra expressum, & immediatum, & dicitur per accidens, quod non immediatè, & expressè cōtinet principium formale operandi, unde secundum quod ipsum dicitur operari: et hoc (*per accidens*) potest esse necessarium, quia potest esse prædicatum necessario contentum in causa per se. Et hinc patet solutio difficultatis; nam cum Arist. hic usurpat ly,* per accidens, *in communi, siue sit contingens, siue necessarium, iure optimo asserit, hanc esse per se* Policletus facit statuā, *quia ly* Policletus *coniungitur cum statuifico, qui* D *per se facit statuam, & magis esse per se, quam illa* (Homo facit statuam) *& magis mediata; nam utitur statuifica arte mediante Policleto, ut animal mediante homine: quia hæc accidentia non conueniunt secundis substantijs, nisi per primas; neque inter se prædicantur, nisi ut coniunguntur in subiecto.*

Dices, si statuificus per se facit statuam; ergo, & artifex, quia ab inferiori ad superius licet argumentari.

Confirm. hæc (Ignis per se calefacit) quia est subiectum caloris: ergo etiam Policletus per se facit statuam, quia est subiectum artis.

Resp. 1. aliqui, non valere consequentiam ab E *inferiori ad superius in suppositione simplici, sed non apparet, quomodo sit suppositio simplex, & non personalis.*

Resp. 2. aliqui, concedendo artificem per se facere statuam, non tamen primò, sed secundò; sicut Arist. docet habere tres angulos, per se primo conuenire triangulo, at figuræ per se non primò: qua- A *re cum Arist. hic neget, accipit genus, ut totum uniuersale; qua ratione non est causa, & pars speciei; & sic artifex dicitur causa per accidens statuæ; at ut pars, est causa per se.*

Ego Resp. esse per se perseitate necessitatis, non autem immediationis.

Ad Confirm. Resp. Venetus, ideo illa dici per se, quia ignis est per se subiectum caloris; & sic Policletus artis statuariæ; sicut nec lignum est per se materia lecti.

Ego Resp. dici per se, quatenus est causa caloris sibi intrinseci; at per accidens accidentalitate mediationis respectu extrinseci.

14 *Difficultas, qua ratione ex Arist. tex. 34. diuisiones causarum debent aptari effectis.*

B *Resp. ex communi, quod effectuum alij sunt per se, ut domus respectu domificatoris: Quidam per accidens, ut hospitium, taberna respectu domificatoris. Secundo quidam remotus, ut domus; quidam propinquus, ut hæc domus. Tertio quidam actu, ut domus iam facta; quidam in potentia, ut domus facienda: & sicut datur effectus remotus, & propinquus respectu efficientis; ita respectu causæ formalis; nam anima rationalis est causa hominis, ut effectus propinquis animalis vero, ut effectus remoti; & materia, ut effectus remotioris: & propinquum, & remotum, non solum datur in effectis per se, sed etiam in effectis per accidens.*

C 15. *Difficultas: An causa complexa sit per se, vel per accidens, ut Policletus statuarius.*

Resp. Venetus in tex. 36. esse per accidens: quia sicut copulatiua habent infinitas partes necessarias, & unam contingentem, tota est contingens; ita si habeat infinitas per se, & unam per accidens, tota est per accidens: ergo si complexa componeretur ex infinitis per se, & una per accidens, tota erit per accidens.

Ego existimo esse per se, quia ex parte subiecti explicatur principium formale effectus: quia licet ibi ponatur subiectum, tamen illud coarctatur ad rationē causæ per formam explicatam in subiecto; quare diuersa ratio est copulatiuæ propositio- D *nis, ac causæ complexæ, quia illa ex una contingenti perdit totam necessitatem; at hæc à forma explicata per subiectum, acquirit perseitatem. Et quando dicitur causa per accidens, non dicitur in ratione causæ, sed in ratione entis.*

16. *Difficultas: qua ratione tex. 37. Causa, & effectus in actu dicantur esse simul.*

Resp. non intelligi de simultate existentiæ simpliciter, cum sæpè existat domus ędificata, non existente ędificante, & è contra: sed intelligi de causa existēte, & applicata ad effectum per actionem, & de effectu coniuncto cum causa per passionē: atque adeo de causa in actu quoad causalitatem actiuam, & passiuam. Unde sequitur, ut sit E *inter illa mutua subsistendi consequentia; nam actio, & passio se necessariò concomitantur, unde Niph. 5. met. diluc. 4. putat intelligi de singulari singularitate non entitatis, sed actionis, & passionis: quod si hęc causa est actu operans partialiter, debet contrahi per partialem actionem, & effectus per partialem passionem.*

Di-

Dices: cur causa, & effectus in potentia non dicantur ad conuertentia cum sint correlatiua.

Resp. quia hîc accipit conuertentiam quoad quemcunque modum illationis, sed tantum quoad existentiam; nam causa, quæ est in potentia ad causalitatem, potest actu existere absque eo quod effectus, qui est in potentia ad causari existat.

TRACTATIO NONA

De Causis in communi.

De causis tractat Aristot. 2. phys. à tex. 27. vbi Burl. Paulus Venet. Ægid. Sax. Can. Ferr. Conimb. Sotus, Toletus, Ruuius, Murcia, Hieronymus Plà, & alij. idem Arist. 5. met. c. 2. vbi Scot. Io. Andr. Flandr. Tromb. Burid. Zerb. Ægid. Niphus, Fons. Suar. à disp. 12. ad 27. Hurtad. disp. 8 phys.

QVAESTIO I.

Quid nomen causæ significet.

1 PRIMO Not. causæ nomen aliquãdo sumi latissimè more populari, qua ratione cõpræhendit omne id, quod requiritur etiam, vt cõditio, vel occasio ad existentiam alterius, & hoc modo reciprocatur cum principio 4. met. 3. vbi dicitur hæc conuertibiliter dici, & in hoc sensu 12. met. Priuatio dicitur causa, & secundum Grecos Pater in diuinis dicitur causa Filij, & Filius, ac Pater causa Spiritus sancti.

Causa strictè, & largè sumitur.

Secundo sumitur strictissimè, vt dicit ordinem ad effectum, vt hic denominatur ab efficiendo, & ita compræhendit tantum efficiens 3. de anima 17. & Aug. lib. 83. quæst. q. 28. omnem causam, ait, esse efficientem, ita etiam aliquando sumitur pro finali 1. phy. initio, vt aliqui exponunt. Aliquando pro causis internis .i. materia, & forma 2. phy. 3.

Tertio accipitur propriè more philosophorũ pro eo, quod aliqua ratione influit in aliud; & ita comprẹhendit quatuor genera causarum 12. met. 23. & secundum hanc significationem continetur sub principio tanquam species sub genere, vt alibi diximus, & colligitur ex 5. met. à tex. 1. ad 5. sed latius patet, quam nomen elementi, quod elementum compræhendat tantũ causas intrinsecas. Et secundum hanc significationem accipitur hic causa.

Causa propriè, pro aliqua ratione influit in aliud.

2 2. Not. ex Occham in 1. d. 41. q. 1. causam accipi dupliciter. Primo pro re habente aliam rem, tanquam effectum, & dicitur id, quo posito ponitur aliud, & quo præciso, non ponitur. Secundo pro eo, quod est prius alia prioritate consequentiæ, & ita non significat aliquã rem respectu alterius rei, sed magis denotat prioritatem vnius propositionis ad aliam secũdum consequentiam; & ita dicimus antecedẽs est causa consequentiæ, cum non sit causa efficiens, nec materialis, nec formalis; & hoc genus causæ assignamus, quando ad quæstionem (cur ignis non calefacit) respondemus, quia non habet calorẽ, vel qa non est approximatus passo.

Hinc Occham in 1. d. 1. q. 3. N. ponit has regulas ad cognoscendum aliquid esse causam alterius. Primo quando posito aliquo, destructo alio sequitur effectus; vel illo destructo, quocunq; alio posito non sequitur effectus: ex quo fit, vt quæcunq; res absolutè requiritur in esse reali ad esse alicuius est causa illius in aliquo genere causæ: deniq; putat alias regulas non esse conuincentes, sed solum persuasiuas; vt quod perfectio conueniens naturæ inferiori, non debet sine necessitate negari superiori; atq; adeo causa prima concurrit ad effectum causæ particularis, quia ad illam cõcurrit immediatè causa secunda vniuersalis; & similiter, quod corpus non potest esse causa totalis rei spiritualis. Sed fallitur, vt alibi.

QVAESTIO II.

Quid sit causa propriè dicta.

FOns. lib. 1. met. c. 7. q. 1. sect. 3. Suar. disp. 12. met. sect. 2. Ægid. 1. de gen. q. 13. Perrer. lib. 8. c. 1. Vega lib. 2. artis medendi initio Iauel. Epitome lib. 2. tract. de causis c. 1. Ruuius 2. phys. c. 7. tr. 1. nu. 53. Murcia disp. 2. q. 1. Hieronymus Plà tr. de caus. q. 1. Conimb. c. 7. q. 1.

DVBITATIO I.

Continens definitiones, quæ afferuntur à Doctoribus.

PRima definitio Vales. controuersia 13. ex tex. 68. esse id, quod reddimus, cum quæritur propter quid res, ita se habeat, vbi ly (propter quid) non propriè, vt ad finem refertur, sed latè sumitur, vt extenditur ad omnes causas. Sed verè hæc definitio est satis obscura; nam si ly (propter) propriè sumatur, non extenditur ad omnes causas, sed tantum ad finalem; si latè, extenditur ad ea etiam, quæ non habent rationem causẹ propriè dictæ; nam extenditur ad id, quo significatur his vocibus (ex quo, per quod, & à quo aliquid est) vnde Ioan. 6. *Ego viuo propter Patrem*, vbi ly (propter) non significatur habitudo causæ; neque Arist. id affert ad definiendam naturam causæ, sed ad explicanda varia genera causarum. 1

Referuntur definitiones variæ causæ.

2. Auic. tract. 2. suę met. c. 1. esse id, quod tribuit esse rei huic similis, qua definitur esse id, quod communicat esse alteri, quæ reijcitur ex eo, quod Pater in diuinis communicat essentiam filio, & tamen non est causa.

3. Boet. & alij ex lib. de causis esse id, ad quod aliud sequitur, non quidem sequela illationis, sed secundum esse, ita vt esse ab illo accipiat, de qua infra.

4. Fons. & Conimb. esse id, à quo aliquid per se pendet, sed neq; hæc definitio est omnino distincta, nam relatio pendet à termino, & tamen non causatur ab illo. Neque explicatur qualis sit hic conceptus dependentiæ; an per influxum, an vero per præexigentiam.

5. Piccolom. 2. phy. digress. de causis docet esse principium, ex quo effecta per se pendent pro esse, & distincta cognitione. Dicitur (principium) tanquam genus. Dicitur (effecta per se pendere pro esse) non quia omnis causa sit esse rei; hoc .n. soli competit formæ, sed quia esse rei effectæ distincto modo ex distincta causa pendet. Sed vitium, quod hæc definitio habet, patebit ex dicendis.

6. Suar. loc. cit. nu. 3. quod sit principium per se influens esse in aliud, vbi ly (principiũ) ponit loco generis, nam melius explicat, & propinquius prædicatũ commune, quàm ly (ens) vel ly (id quod) posita in definitione Fons. & aliorum, cum per illa explicentur prædicata remotissima; per alias vero particulas putat distingui ab alijs principijs, quæ non sunt causæ; nam per ly (influens) distinguitur à priuatione, quæ nõ influit in mutatione; per ly (per se) distingui à causis per accidens. Verum hæc

2 *Impugnatur definitio Suar.* definitio, non placet omnino alijs; nam per ly (influit) vel intelligit efficere, & non conuenit omnibus causis, sed solum efficienti, vnde reijcitur definitio allata à Cic. in lib. de Fato, quod causa sit, quæ efficit id, cuius est causa. Vel intelligit omnem communicationem alicuius esse, & conuenit alijs, quæ non sunt causæ, vt Pater in diuinis communicat esse Filio, non tamen est causa, & licet dici possit huiusmodi influxum excludi à ratione causæ per illam particulam (aliud) eo quod, Filius cui cõmunicatur esse, non sit aliud à Patre, tamen quia communicat essentiam Filio, qui est suppositum distinctum à Patre, non est, cur illi nõ conueniat definitio, cum per ly (aliud) significari possit distinctio suppositalis, etiam si non habeat distinctionem, & alietatem secundum essentiam, quæ significatur per ly (aliud) substantiuè sumptum.

Confirm. quia maior est communicatio, seu influxus, quam habet Pater respectu Filij in diuinis, quàm influxus, quem habet causa finis, vel exemplar respectu suorum effectuum, & tamen hic influxus est sufficiens ad constitutionem causæ; ergo etiam in diuinis.

2. Alij contra eandem definitionem obijciunt, eo quod hæc definitio non conueniat

3 causæ exemplari, & finali, quia hæ non habent verum influxum, & tamen sunt veræ causæ. vnde Hurtad. disp. 8 phy. sect. 1. 6. 9. negat has causas esse verè, & propriè causas, quia non per se influunt, sed per alias potentias, sed illis conuenit ratio causæ per analogiam impropriam, vt risus homini, & prato; quia influxus, qui dicitur ab agente, dicitur causalitas exemplaris, & finalis, quia est ex intentione finis, & ex direA ctione exemplaris.

Verum licet singulæ hæ definitiones contineant aliquid veritatis, & contineant aliquid difficultatis, eo quod difficile reperiri potest definitio, explicans distincte, & adæquate conceptum causæ in communi ob varias rationes causandi, quas sub se continet; tamen existimo non esse recedendum à definitione communi ab antiquis recepta, & explicata, quia etiam si habeat aliquam difficultatem superanda tamen est ex vsu, & explicatione antiquorum. Quare sit.

B DVBITATIO II.

An causa rectè definiatur, quod sit id, ad cuius esse aliud sequitur.

ART. I. *Continens opiniones Doctorum negantium esse bonam definitionem.*

Negant hanc esse bonam definitionem Fõs. Conimb. Suar. & alij loc. cit. 1. nam hæc 1 *Causa est id, ad cuius esse aliud sequitur.*
definitio conuenire potest effectis, quia siue per ly (sequitur) intelligatur necessario conseC quutio, siue necessario connexio rerum, cõuenit effectis, nam effectus habent necessariò cõnexionem cum causis, & ex effectis inferimus causas; ergo ad esse effectus sequuntur causæ.

Confirm. quia magis ex quolibet effectu sequitur causa, quam contra; nam sine adiectione alterius, ex effectus positione, sequitur positio causæ; at verò ex positione cuiuslibet causæ non sequitur effectus, nisi additis, & applicatis cæteris causis, & remotis impedimentis causandi. 2

Confirm. 2. quia non conuenit omni causæ, nam effectus causæ finalis, qui est actio, vel medium ad finem ordinatum, non sequitur ad esse reale finis, sed ad esse intentionale, quod est esse secundum quid, non autem esse simpliciter, D at in definitione ponitur esse simpliciter.

Verum hæ rationes facile soluuntur, nam *Explicatur definitio tradita.* per ly (sequitur) intelligitur naturalis depẽdentia, quam dependentiã non habet causa ab effectis, sed potius contra, vt patebit ex explicatione definitionis, & per ly (esse) intelligitur, quod est commune ad esse reale, & intentionale. Vnde patet ad primum, quia ex effectis sequitur causa quoad illationem, & cognitionẽ, non autem quoad dependentiam secundum propriam existentiam.

Ad Confirm. etiam si ex effectis magis necessario inferatur causa, quam contra, vt dicitur E in argumento, tamen ea illatio non sufficit ad causalitatem, quia non est dependentia, vt dixi; ex causa autem per dependentiam sequitur effectus, non præcisè sumpta, sed positis alijs concausis, & circumstantijs.

Ad 2. Confirm. ly (esse) etiam si simpliciter prolatum stet pro reali, tamen ex adiunctis sumitur secundum subiectam materiam, quia 3
sæpè subiectum restringit, vel ampliat significationem prædicati. Vnde hic sumitur, vt abstra-

strahit à reali, & intentionali.

2 2. Contra illam obijcit Vallesius cōtrouers. 13. ad Tyrones, vbi, ait, illam sibi videre ægrā, & aliquo morbo laborantem, nam quod competat correlatiuis, cum ad esse vnius relati, sequatur alterum; at correlatiua non sunt sibi inuicem causæ.

Obijcitur contra definitionē traditam.

Confirm. quia conuenit priuationi, ad cuius esse sequitur generatio, & forma rei genitæ; imò conuenit cuicunq; principio, vt puncto respectu lineæ.

Sed neq; hæc argumenta definitionem conuellunt, nam relatiua non se inuicem consequuntur consequutione physica per realem dependentiam, sed consequutione Logica, quæ se inuicem inferant.

Ad Confirm. Resp. quidam ibi esse consequutionem Logicam, non physicam, sicut etiā ad esse puncti sequitur linea, eo quod principium præcisè dicit prioritatem abstrahendo ab influxu; quæ responsio vera est quoad rem, licet non placeat quoad modum loquendi, eo quod consequutio Logica dicatur solū quoad vim illatiuam, de qua logicus agit. Quare.

Resp.

Ego Resp. ibi esse consequutionem physicam, cum ex natura rei generatio, vt est mutatio consequatur priuationem, sed non sufficere ad denominationem causæ, quia est sine reali influxu, vt patebit ex explicatione definitionis.

3. Obijc. Zim. in tab. verbo causa circa finem, quod non conueniat causæ materiali, nam materia prima est causa, & ad eius esse non sequitur aliud, quod .s. sit causa essendi alterius, nam vel est respectu formæ, vel respectu compositi. Non primum, nam vt rectè Auic. 5. suæ met. materia est materia formæ, sed non causa, quia cum forma sit natura simplex non habet materiam, ex qua componatur, tunc enim esset processus in infinitum, vt benè Arist. 7. met. 26. & infra, & tex. 91. sed potius contra, forma est causa materiæ: non secundum, quia sicut cōpositū habet vnitatem à forma, ita ab illa habet esse cum vnitas sequatur esse; vnde 2. de an. tex. 7. quod propriè est, actus est, vbi Them. & Alex. à forma res habent esse, & vnum esse; & idem Them. 2. de an. init. à materia, inquit, res habent, vt fiant, à forma, vt sint.

Obijcitur non conuenire materiæ a Zimar.

Resp. materiā esse causa formæ, & compositi.

Resp. materiam esse causam formæ, & compositi, sed diuerso modo, nam forma causat omnem quoad informationem, & corruptibilem, etiam quoad esse, non quidem per causalitatē ex qua, sed in qua, idest recipiendo, & sustentando, vt rectè probat argumentum propositum à Zimara; at cōpositum causat causalitatē ex qua, quia componit illud: neque obstat, quod compositum habeat à forma esse; quia non intelligitur quoad totale, sed quoad determinationem specificam; quia posita materia nō ponitur species compositi, sed adueniente forma, vt significat Auer. 7. met. tex. 37. materia, inquiens cum fuerit, non erit res composita ex materia, sed forma existente. s. in materia, res erit; & hinc vnitas dicitur esse à forma. s. quoad specificam.

A

ART. II. In quo continetur sententia approbantium hanc definitionem causæ.

D. Thom. 2. phy. lect. 10. ex testimonio Procli in lib. de causis. dicit causam esse id, ad cuius esse aliud sequitur, quæ mihi probatur, tum ex auctoritate Procli in lib. de causis, vel Auctoris lib. de causis, qui ab Ægidio ibi propos. 2. litt. H. dicitur esse diuersus à Proclo, nam licet Fons. neget reperiri in eo libro, tamen colligitur ex propos. 1. ibi. *Cum ergo agit causa secunda in causatum, quod sequitur ipsam.* Vnde colligitur, quod causa dicitur id, ad cuius esse sequitur aliud, sequitur D. Tho. loc. cit. Alens. 5. met. in princ. Bonau. 1. d. 12. ar. 2. q. 2. Simpl. 2. phy. tex. 51. vbi causa alicuius id est, quo posito necessario illud sequitur, Alb. 7. phy. tract. 1. c. 1. Causa est, qua posita ponitur effectus, & qua destructa destruitur effectus, & fusius 2. met. tract. 1. c. 3. Causa, inquit, est, quam sequitur esse, & quæ facit aliud habeat esse. Et lib. de causis lib. 2. tract. 1. c. 4. sequuntur recentiores Thomistæ, & Sot. 2. phy. q. 3. Tol. q. 1. Zim. in tab. verbo causa in fine colligit ex 5. met. 1. dum ibi dicitur omnis causa est principium, non tamen contra.

3 *Doctores approbantes traditā definitionem.*

D. Tho. Procl. Alens. Bonau. Simplic. Alber.

B

Confirm. ex explicatione illius, nam inde patebit veritas illius definitionis; at licet verba huius definitionis indigeant explicatione, ne falsitatem cōtinere videātur, vel obscuritatem, tamen cum verba significent non solum id, quæ ex primeua institutione habent, sed etiam ex accomodatione vsus; Verba hic posita debent habere illud significatum, quod intelligitur ex explicatione posita, nam in eo sensu à DD. cōmuniter ponuntur, & intelliguntur in prædicta definitione. Neq; nouum est, verba definitionis indigere explicatione, nam cum definitio debeat cōtinere pauca verba, necessariò hęc obscuritatem aliquam præseferre debent, vt patet ex omnibus definitionibus aliarum rerū.

C

Confirm. 2. quia quæcunq; definitio afferatur habet suam difficultatem, & indigentiam explicationis, vt patet inductione, præsertim cum conceptus causę omnibus communis difficilem habeat explicationē, imò aliqui, vt infra constabit negant illum posse definiri ob æquiuocationem, quam in se includit. Denique non est recedendum ab antiqua definitione, nā alioqui non potest disputatio de re consistere, & firmitatem habere. Vnde nullo modo permittenda est licentia confiendi nouas definitiones, & conceptus rerum.

D

ART. III. Continens explicationem definitionis, qua causa dicitur esse id, ad cuius esse, sequitur aliud.

E

Primo Not. in hac definitione supponi in causa omnes cōditiones requisitas ad productionem effectus, quæ sunt sequentes. 4

Conditiones requisita ad productionem effectus, quæ sint.

Prima, vt sit causa totalis, quia ex causa incompleta non sequitur effectus.

2. Per

2. Per se, quia posita fassione, non sequitur inuentio thesauri.

3. Debitè applicata, quia cum omnis causa sit finitæ virtutis, nulla agit vltra sphæram actiuitatis.

4. Non impedita, quia aliter non sequitur effectus, vt patet in igne fornacis Babilonicæ.

5. Vt adsint cæteræ concausæ cum proprijs conditionibus, nam alias non sequitur effectus.

Sexta, id in causa naturali, quia in agente libero, nunquam necessario sequitur effectus, & potest sequi post multum temporis, vt patet in Deo, quia ab æterno voluit producere mundum, sed pro tali tempore. Sed mihi non videntur hæc necessario debere poni in hac definitione, quia hic definitur causa qualibet integra in suo genere, & præterea dum est sub actuali causatione, & vt sic necessario ponitur effectus 2. phy. 37. quare omnia supponuntur adesse, alias non esset sub actuali causalitate, quare explicandæ sunt particulæ definitionis.

Prima dicitur (id) idest Principium, nam ly (id) infert genus, vel quasi genus causæ, hoc autem est principium, vt diximus.

2. Est (ad cuius esse) idest, vel existentiæ realis formaliter, vel virtualiter, vel in esse intentionali, quod dicitur propter finem. Secúdo, vt sit esse causæ formaliter, non quidem, vt dicit relationem secundum se, quia ita est posterior natura ipso effectu, cum ab illo pendeat vt termino, vel saltem sunt simul natura, sed vt dicit relationem secundum dici, & prioritatē quandam naturæ, quatenus ab ea pendet effectus; relatio autem trāscendentalis prius existere potest suo termino, vt infra. Demum dicitur esse absolutum in suo genere causæ. Vnde excluduntur instrumenta, quæ agunt vi alterius.

5 3. (sequitur) per dependentiam realem, & per se. Vnde intelligitur primo effectum esse posteriorem, saltem natura, quam sua causa. Secundo excludi à ratione causæ, dependētiam Logicam, quam habet antecedens respectu consequentis, quia propriè vnum non sequitur ex alio, sed cognoscitur vnum ex alio, vel cognoscitur sequi ex alio, non tamen consequens, vt sic habet realem dependentiam ab antecedente, vt sic. Tertio excluditur priuatio, quæ cum non concurrat positiuè ad effectum, neq; effectus potest habere realem dependentiam ab ipsa. Vnde quarto excluduntur omnia extrinseca, & conditiones, sine quibus non est effectus, vt sunt rerum occasiones, vt locus, tēpus, &c. Quinto excluditur terminus relationis, quia ille non influit in effectum, sed est potius complemētum essentiæ relatiui, causa autem habet influxum quoad existentiā effectus. Sexto ad hanc dependentiam necessaria est in causa prioritas quædam naturæ, non temporis, seu durationis, neq; sufficit ordo originis, vel ordinis, vt primogenitus, &c. de quibus ordinibus videndus est Scotus 2.d.1.q.1.6. quantū adhoc, vbi optimè Tat. & Ioan. de Basso l. Frāc. de Maironis 1.d.53. q.1. Est autem duplex ordo naturæ. Alter positiuus, qui est inter duas naturas positiuas, quarum vna est prior altera. Alter priuatiuus, qui est inter ea, quorum vnū dicit priuationem alterius, quare non possunt in vno instanti temporis simul esse; & de his hæ regulæ traduntur. Prima non ideo inter aliqua est ordo naturæ priuatiuè, quia eidem simul insint oppositia, sed quia quantum est ex se, priuatio inesset, nisi impediretur ab extrinseco, & hinc est, vt non necessario negatio esse, præcedat duratione ipsum esse creaturæ, de qua re Scot. 2.d.2.q.2. initio, & ibi Tatar. & nos in q. An possit fieri creatura ab æterno.

Ordo naturæ positiuus, & priuatiuus.

6 4. Particula dicitur (aliud) idest vt communiter exponitur. Primò, vt sit distinctum, quia nihil potest se ipsum producere. Secundo, vt sit distinctum essentialiter, hanc enim distinctionem requirunt communiter inter causam, & effectum, quia omnis causa per se primo intendit communicare essentiam effectui, cætera vero secundario, & quasi materialiter, vt est suppositalitas, & similia. Hinc excluditur inter diuinas personas ratio causæ, quia ibi communicatur eadem numero essentia suppositis, quæ producuntur, & licet suppositalitates distinguantur realiter, tamen hæ non producuntur, vt termini formales per se primi intenti, sed tātum consequenter ad ponendam distinctionē inter producens, & productum, hanc tamen distinctionem inter causam, & effectum, dicūt non debere necessario esse realem, quia sufficit formalis, vt patet ex motu, qui producitur à potentia motiua, & inter finem, & effectum, nā eadem forma vt bona, & appetibilis habet rationem finis, vt vero recipit existentiam recipit rationem effectus.

Distinctio inter causam, & effectum.

Ex qua explicatione patet explicatio alterius definitionis, quod causa sit id, à quo aliqd per se pendet, idest dependentia reali per verū influxum, qui clarius explicatur per definitionem positam à Suario, quod causa sit principiū per se influens in aliud.

7 2. Colliguntur variæ proprietates causarū.

Proprietates causarum variæ.

Prima est, vt causa sit independens à suo effectu, quia si penderet, esset causatum.

Secunda, vt sit nobilior effectu, patet ob dependentiam effectus à causa, ratione cuius effectus dicit aliquam imperfectionem.

Tertia, vt cognoscatur per effectum, & contra.

Quarta, vt saltem sit prior natura, non quidem, vt correlatiua, quia sic sunt simul, sed vt dicit actum causandi, de qua infra.

Quinta, perfecta causa dicitur esse, non solum per se, sed etiam adæquata, & totalis.

Sexta, à causa perfectiori, vt sic, est perfectior effectus, quia vt sic communicat maiorem perfectionem.

Septima, eadem causa potest causare effectus contrarios, modo æquiualeat illis, de qua re infra.

ART.

ART. IV. Continens argumenta contra definitionem.

8 SEd contra hanc conclusionem multa obijciuntur. Primo quia hæc definitio conuenit termino respectu relationis, nam hęc per se ab illo pendet, & tamen terminus non est causa relationis, cum correlatiua simul sint.

Obijc. 1. Contra definitionē causa.

Confirm. quia homo per se pendet ab anima rationali, cum hæc sit de illius essentia, & tamen hæc non est causa hominis, cum hæc nō sit ab illa essentialiter distincta.

Confirm. partes sunt causæ totius, & tamen existunt post existentiam totius, quia existentia primariò conuenit toti, & per ipsum partibus.

2. Non conuenit omnibus causis, nam primum in vno quoq; genere est causa reliquorū, vt Arist. 2. met. sed illi non conuenit esse id, à quo alia pendent, albedo .n. quæ est primus color, non est id, à quo alij colores pendent.

3. Humanitas Christi pendet à Verbo, & tamen non causatur à Verbo, nec in genere causæ formalis, quia hæc causalitas repugnat diuinæ personæ, nec in genere causæ efficientis, qa hæc est communis omnibus personis; at terminare illam dependentiam est proprium Verbi. Neq; dicas pendere à Verbo, non vt à causa, sed vt à termino. Tum quia hinc sequitur differentiam adæquatam constitutiuam causæ, vt sic non esse terminare dependentiam alterius. Tum quia non apparet quomodo distinguantur pendere, vt à causa, & vt à termino, nam etiam relatio pendet à termino, vt sic, & tamen terminus dicitur causa formalis extrinseca relationis, quare non repugnat esse terminum, vt sic, & esse causam.

9 4. Obijc. Misterium Trinitatis, in quo apparet Filium verè produci à Patre, & Spiritum Sanctum à Patre, & Filio, & tamē ibi nulla est causalitas, & dependentia, quia hæc includunt imperfectionem; at non apparet cur potius in causalitate includatur hæc imperfectio, & non in productione, quæ n. maior imperfectio includitur in re causata, quàm in re producta, siue generata, siue spirata.

In Trinitate est productio sine causalitate.

Resp. communiter ibi esse productionem sine dependentia, & imperfectione, quia essentia diuina, quę est terminus formalis in illa productione non est distincta in producente, & producta, sed eadem numero, & idem non potest pendere, & causari à seipso. Vnde essentia diuina non dicitur producta, sed communicata. Quod si illis obijcias, terminum formalem non esse productionem, sed personalitatem, eo quod persona ratione illius producitur, & non ratione essentiæ; Tunc contra instat, nam in omni productione semper terminus formalis est essentia, vt patet inductione; nam generatio Christi, vt hominis dicitur humana propter humanitatem, quæ per se primo communicatur, & non dicitur diuina ex personalitate diuina, & similiter in alijs causis; & ratio est, quia productio debet attendi ex termino per se primo intento, at id, quod per se primo intenditur,

Terminus formalis productionis, est essentia.

A est communicatio essentiæ, non personalitatis, quia hæc solum intenditur secundario. s. vt cōditio necessaria ad existentiam essentiæ.

Sed contra hanc responsionē obijciunt alij. 10 Quia etiam si terminus formalis primarius sit de essentia, & hinc debeat denominari simpliciter illa generatio, & processio, tamen verè ibi præter terminum formalem est entitas quędā, idest personalitas, quæ verè producitur, & existit ex vi potentiæ alterius distincti ab ipsa personalitate; ergo nō est ratio, cur illa productio, vt est circa personalitatem non sit causalitas, & effectio, ac cum dependentia, nam illa ratio, propter quam negatur de essentia, quod efficiatur, & causetur, & pendeat non militat in personalitate, quia hæc non est eadem numero

Obijc. dandam esse causalitatem respectu personalitatis.

B in principio, & principiato.

Confirm. nam sicut propter vnitatem numericam diuinitatis in Patre, & Filio, nec dicitur produci, nec producens, nec generari, nec generans, sed communicari, ita propter distinctionem relationis dicitur produci, & producere, generari, & generare, ergo similiter licet propter vnitatē diuinitatis non possit dici causari, sicut non potest dici produci, tamen propter distinctionem relationis poterit dici causari, sicut dicitur produci, quia non supponitur existere in principio. Nec idem diceretur causari, & pendere à se ipso. Vnde sicut ex eo, ꝙ terminus formalis nō generat, nec generaſ; nō

C licet inferre, ꝙ Pater non generat, nec Filius generatur; ita nec ex eo, quod terminus formalis, idest diuinitas, nec causat, nec causatur, licebit inferre, nec Pater causat, nec Filius causatur.

Confirm. 2. quod licet terminus formalis 11 primarius, vt quo, sit diuinitas, tamen terminus primarius, vt quod, est suppositum constans ex diuinitate, & personalitate; sed vt totum dicatur produci satis est, quod aliquid illius attingatur per productionem, & causalitatem, vt patet ex resurrectione hominis, in qua supponitur materiam, & formam præexistere, quia tamen earum vnio per actionem attingitur di-

D citur homo causari; ergo licet terminus formalis propter identitatem non dicatur causari, & pendere, tamen totum potest dici, & causare, & pendere propter distinctionem personalitatis necessariam ad constitutionem totius suppositi.

Confirm. 3. quia licet terminus formalis cōmunicatus, vt quo, sit diuinitas, tamen terminus formalis genitus, vt quo, est personalitas, quia is terminus est relatio producta, vnde dicitur filius genitus, cur etiam non posset dici causatus, & pendens; Confirmatur, nam sicut identitas naturæ, quæ communicatur, vt quo, non impedit distinctionem inter producentem, &

E productum, nec veram rationem productionis, & generationis, ita neq; debet impedire veram rationem influxus, & causalitatis.

ART.

ART. V. Continens responsionem Argumentorum.

12 Resp. 1. falsum esse vnum correlatiuum pẽdere ab alio, cum vnum correlatiuum nõ terminetur ad aliud, sed solum sunt necessariò connexa concomitanter. Vnde si multas correlatiuorum non impedit, quin relatio depẽdeat à termino, & sit eo posterior, nam verè, siuè terminus sit causa, siue conditio sine qua non relatio existit semper est prior natura, quam relatio, quæ ex eo pendet. (an autem relatio prius resultet in effectu, quàm in causa, non est huius loci determinare.)

Correlatiuum non terminatur ad aliud, sed est solum cõnexum cum illo.

Resp. 2. à multis concedi terminũ esse causam formalem extrinsecam relationis ob depẽdentiam huius à termino, sed quia id à multis negatur, ideo.

Resp. 3. dependentiam esse duplicem, vnam per coexigentiam, & hæc non constituit rationem causæ, quia est communis etiam ad conditionem, sine qua non aliud potest existere, quia hoc exigit existentiam illius. Alteram per influxum, & hæc constituit causam; at in relatione non est dependentia à termino per influxum, sed tantum per coexigentiam. Sicut dicitur de dependentia generationis à priuatione.

Dependentia p exigentiam, & per influxum, & hæc constituit rõnẽ causæ.

Ad Confirm. Resp. ibi esse veram dependẽtiam, quia verè homo distinguitur ab anima rationali, tãquam totum à parte, vt patebit ex dicendis cum de causalitate formę.

Ad 2. Confirm. Resp. Veracrucius 2. phy. speculat. 3. de causa formali definitionem causæ intelligi de esse non existentiæ, sed esse causatiuo, ad quod sequitur aliud, idest effectus, vt forma v.g. prius natura componit, & finis prius mouet, quam fit. At vero compositum prius natura existit, quam forma, nec mirum, nam albedo non dealbat, quia est alba, licet lignum fit album, quia illud albedo dealbat. Vnde patet prius natura lignum esse album, quam sit albedo, licet hoc esse album habeat ab albedine, sed hæc doctrina ex dicendis de necessitate existentiæ ad causandum apparebit esse falsa. Vnde definitio debet intelligi de esse necessario ad causam.

13 Ad 2. arg. Resp. eam propositionem circũferri, quæ multa indiget explicatione, vt sit vera. Primo enim intelligi potest, quod sit causa non verè, sed impropriè, quatenus est quædam mensura perfectionis rerum sibi inferiorum, quomodo albedo dicitur causa pfectionis aliorum colorum, quatenus alij colores sunt magis, vel minus perfecti, vt magis, vel minus accedunt ad albedinem. Secundo intelligi potest de causalitate vera, & veritatem continet quoad ea, quæ habent subordinationem quoad esse quomodo primum efficiens dicitur causa aliorum, quæ mediate, vel immediate pendent ab ipso, & veritas alicuius principij mediati est causa veritatis conclusionum subordinatarum ab illo dependentium, quo sensu videtur colligi propositio illa ex Arist. 2. met. tex. 4. de cuius causalitate, quãta sit, & qualis, dictum est à nobis in Prior. & Poster. Vnde Dur. 2. d. 15. ait itelligi de primo in aliquo genere causalitatis, vt primum efficiens respectu omnium efficiẽtium, & primus finis respectu omnium finium, non autem de primo primitate perfectionis in genere prædicamentali, nisi forte de causa exẽplari quatenus est mensura perfectionis aliorũ, vide Cap. 2. d. 15. q. vlt. Ferr. 1. contra gent. c. 13.

Ad 3. Resp. Suar. 3. disp. 8. sect. 3. aliud esse vnum non posse existere sine alio, aliud vnum pendere ab alio. quia ad primum sufficit necessaria connexio vnius cum alio, sicut quantitas cum figura, & corpus cum vbi. Ad secundũ vero requiritur, vt vnum sit effectus alterius, vel quod vnum per suum esse formale respiciat aliud, vt relatio terminum, & vnio Verbum. Humanitas igitur non dependet à Verbo secundo modo, sed primo, quia Humanitas pendet à sua subsistentia, tanquam à cõditione sine qua non consequenti, seu concomitante; Verbum autem supplet officium subsistentiæ propriæ. Vnde non potest pendere à Verbo tanquam à causa, sed tanquam à puro termino, & conditione sine qua non. 14

Pendere vnum ab alio requirit esse effectũ alterius.

Natura pendet à subsistentia, vt conditione sine qua non.

Dices, ideo materia dicitur causa formæ, quia forma pendet à materia, tãquam à substẽtante, substẽtatur autem, quia non potest existere sine vnione cum materia. Sed similiter humanitas Christi pendet à Verbo, vt sustentante, nam si in existẽtia non pendet, cur substentatur. Neq; dicas non pendere in existẽtia, sed in vnione, quia pendere solum in vnione, non sufficit, vt res per se non existat, vt patet in anima rationali, cuius vnio pendet à corpore, & tamen ab eo non pendet existentia animæ; quare oportet dicere, vt media vnione humanitas secundum suam existentiam pendeat à Verbo.

Instatur à parit ate formæ materialis.

Resp. Suar. negando humanitatem pendere à Verbo media vnione, quia non potest intelligi talis dependentia sine aliquo proprio influxu in naturalem entitatem animæ; neq; dici potest esse proprium influxum terminatiuũ, qui non est causalitas, nam licet id dici possit respectu vnionis, quæ dicit intrinsecam habitudinem ad Verbum, tamen non potest intelligi respectu specialis influxus in entitatem humanitatis, quia humanitas, vt sic, non dicit illã transcendentalem habitudinem, quam dicit vnio, neq; terminari potest à Verbo, nisi media vnione, & ratione illius tãtum; vnde non influit in existentiam media vnione, sed vt supplente vicem subsistentiæ propriæ, sine qua esse non potest, non ex ratione influxus, sed ex necessaria connexione, tanquam conditione sine qua non.

Ego Resp. esse diuersam rationem, quia in humanitate Christi est tantum vnio, quam terminat Verbum, & non est alius influxus distinctus ab vnione; at in formis, præter vnionem, est concursus substentatiuus prærequisitus ad vnionem, ratione cuius influit; vnde si materia non alio modo concurreret ad formam, quam terminando vnionem, tunc non posset esse causa. 15

Respond.

Dices,

Dices etiam si humanitas nō pendeat à Verbo per causalitatem, tamen Christus, vt est persona composita ex Verbo, & humanitate necessario pendet à componentibus, vt à causis intrinsecis, atq; adeo per aliquem influxum, quia influxus non est aliud, quam communicatio alicuius esse, at singula componentia communicant suum esse composito.

Non omnia cōposita componunt per causalitatem, sed secundum modū quo sunt causæ. Suar.

Resp. Suar. disp. met. loc. cit. nu. 11. Primo hoc argumento procedere in omnibus intrinsecè componentibus, vt in puncto respectu lineæ terminatæ, & subsistentiæ respectu suppositi.

Resp. 2. non omnia componentia componere per causalitatem, sed componere secundum modum, quo ipsa concurrunt siue, vt cōditio, siue vt causa; hic autem cum non sit concursus Verbi per aliquam causalitatem circa compartem, cum probatum sit, nec concurrere in genere causæ formalis, nec efficientis, sed in genere puri termini, & vt conditio sine qua non, fit, vt non concurrat ad compositum per causalitatem, sed vt conditio.

Resp. 3. principia componentia reductiuè posse pertinere ad causam formalem, vel materialem, quia sunt intrinseca in composito. Sed non propriè, vt dictum est.

Cur in diuinis nō sit ratio causæ.

Ad 4. vario modo Resp. Doctores, vt videre licet apud 1. p. q. 33. ar. 1. & 41. ar. 2. & 42. ar. 3. quibus locis Zum. Bagnes, & alij Thomistæ, qui communiter dicunt tria deesse in diuinis ad rationem causæ. Primo distinctionē essentiæ. Secundo dependentiam. Tertio inæqualitatem perfectionis. Sed hæc responsio patitur difficultatem, vt patet ex dictis, nam inæqualitas perfectionis non est necessaria, vt patet ex causis vniuocis: A vnitas esśētiæ, licet impediat, quo minus secundum illam sit causatio, & dependentia, sicut impedit, quo minus sit producens, & productum, attamen non potest impedire, quin secundum relationem, & personalitatem, sit causalitas, & dependentia, sicut non impedit, quo minus sit productio, quare vt difficultas huius argumenti explicetur. sit.

ART. VI. In quo explicatur qua ratione inter diuinas personas non sit causalitas.

Filius non est effectus Patris, quia non est dependens in diuinis.

16 Conueniunt omnes rationem esse, quia causa refertur ad effectum; at effectus, vt sic dicit dependentiam, atq; adeo imperfectionem at filius non est dependens, nec imperfectior Patre, & ideo non est effectus, atq; adeo, nec Pater est causa, & idem dicitur de Patre, & Filio respectu Spiritus sancti, sed quia in ratione principiati non includitur hæc dependentia, ideo tribuitur Patri esse principium Filij. Sed hæc ratio licet veritatem contineat, tamen non explicat sufficienter, cur Filius non sit effectus, & dependens, cum accipiat totum suum esse à Patre, sicut in humanis Filius à suo patre. Neq; explicat, quam imperfectionem includit effectus, & non includat principiatum.

Resp.

Resp. 1. Aliqui id esse, quia in diuinis huiusmodi influxus est necessarius, at in creatis non est necessarius, sed non placet, quia inter creaturas dantur causæ necessario agētes, atq; adeo ex parte effectus est necessitas existendi; quare ibi non debet esse dependentia.

Confirm. quia non apparet, cur maior imperfectio includitur in dependentia, quàm in productione, cum dependentia videatur includi, tanquam superius in productione, nam omnis productio est dependentia, non tamen omnis dependentia productio, vt patet in dependētia formæ à materia, & relationis à termino.

2. Alij dicunt ibi non esse dependentiam, & causatum, quia ibi nō est actio distincta à principio producente, & producto, quia actiua formaliter est pater, & passiua filius; at vbi non est actio distincta, non est influxus, idest datio esse cum dependentia. Sed non placet alijs, quia sicut in diuinis est vera productio actiua, & passiua, cur non erit vera causatio, & influxus, quo denominatur Pater causans, & influxus, & Filius causatus, & influmes, sicut denominatur productus, quia productio non potest concipi sine aliquo fluxu rei productæ à producente.

Confir. quia actiones creatæ verè sunt causationes, & fluentes à suis principijs, & non per distinctas actiones, sed per se ipsas; ergo ratio causationis, & fluxus non exigit distinctionem actionis.

Confirm. quia secundum multos creaturæ sunt à suis causis per actionem indistinctam, & tamen est ibi vera causalitas, qua principium denominatur causans, & terminus causatus; ergo similiter in diuinis.

3. Alij in diuinis non esse dependentiam, 17
quia dependentia supponit necessitatem, & indigentiam in re, quæ pendet; at in diuinis non est talis necessitas, & indigentia, quia in diuinis qualibet persona habet ex sua essentia existentiam inclusam; vnde etiam si illam essentiam habeat Filius à Patre, non est cum dependētia, quia ex necessitate Pater illam communicat Filio: quare solum differunt, quod Pater ex vi suæ essentiæ existit à se, at Filius ex vi suæ essentiæ communicatæ à Patre.

Sed hæc ratio impugnatur ab alijs, quia etiā si vtrobiq; existentia illis conueniat ex essentia, tamen cum sit diuerso modo in vtroq. In Patre est incommunicata, & in Filio communicata, assignanda est ratio, cur illa communicatio, etiam si sit necessaria, non sit dependentia, quandoquidem necessitas non repugnat cum dependentia. Neq; obstat, quod habeant existentiam Filius in sua essentia; nam hanc essentiam, ex vi cuius habet existentiam, non habet à se, sed ab alio, quid enim aliud est pendere ab alio quoad aliquod esse, quam illud non habere à se, sed ab alio, siue productum, siue communicatum.

4. Hurtad. disp. 8. phy. sect. 1. §. 6. ait, ibi nec esse causationem, nec influxum propriè, vt dicit dependentiam, quia de ratione causæ, est prioritas naturæ, & secundum subsistendi consequentiam, nam ex Arist. & communi omniū sensu, causalitas supponit essentiam causæ integræ constitutam, in qua suppositione fun-

datur

datur prioritas naturæ, vnde quæ carent hac prioritate, non habent rationem causæ, ob quā rationem Arist. relatiua totaliter excludit à ratione causæ; sed inter diuinas personas non est hæc prioritas; ergo nō pōt esse causalitas. Minor probatur. Primo ex opinione dicentium, Patrem non constitui per aliquid præuium, sed per ipsam actiuam generationem, sicut filius per passiuam, vt Molina 1. p. q. 40. art. 2. dicens actus notionales non distingui à relationibus, nec ex natura rei, nec ratione ratiocinata, quia nullum est fundamentum in re, cur cōcipiatur diuersis conceptibus, cum ibi productio actiua non sit aliud, quam relatio substantialis, vt à qua alius, & passiua sit relatio substātialis, quæ ab alio. Vnde si distingui solum ratione ratiocināte, quia intellectus noster concipit ibi relationē, & actus notionales ad modum, quo concipit illa in humanis: quare fundamentum concipiendi illa sub diuersa ratione formali non est in Deo intrinsecum, sed extrinsecum. Et hinc patet, Patrē nullo modo posse concipi sine connotatione existentiæ Filij, & contra; atq; adeo ibi non potest esse prioritas naturæ, nam virtus generatiua nullo modo distiguitur ab actuali generatione, vt actus primus à secundo, & ibi eadem est in Patre, & Filio mutua necessitas subsistendi consequētiæ. Sed de huiusmodi identitate alibi. Nunc vero abstrahendo ab ea quæst. an generatio, sit idē cum generatione.

2. Prob. potest minor ex opinione dicentiū in diuinis non distingui posse producere, & produci ab actuali productione actiua, & passiua, atq; adeo non potest concipi principium producens, vt prior natura, vel secundum subsistendi consequentiam, quam terminus productus, & contra, nec terminus productus prius est sub possibilitate, quàm sub actuali productione, atq; adeo non potest concipi sine producente.

18 *In diuinis nulla est prioritas naturæ.* Sed hæc opinio habet difficultatem. Primo, quia etiam si ibi non sit prioritas naturæ, vt dicunt aduersarij, adhuc ibi ponitur productio vera, & realis, tam actiua, quàm passiua, sed nō minus requiritur prioritas huiusmodi ad productionem, quàm ad causalitatem; ergo.

Secundo, quia etiam si ibi non possint concipi prius potentes producere, & produci, quā concipiatur actu producere, & produci, adhuc ibi debet dari actus primus, à quo est per generationem terminus, & in termino actus primus, qui est per generationem, at vbi est actus primus, & secūdus necessario est prioritas naturæ, etiam si non sit prioritas, & posterioritas secundum cognitionem, nam huiusmodi prioritates inter se distinguntur, vt patet, generatio n. est simul cognitione cū termino, & tamē non est simul natura cum generatione, cum tanquam via sit prior natura termino.

Confirm. 2. quia ibi ponitur prioritas, & posterioritas secundum originem; at prioritas, & posterioritas naturæ non videtur esse aliud, quam secundum originem, quia est prioritas à quo alius, & qui ab alio, vel debent assignare discrimen inter illas prioritates.

Sed Resp. significata nominum sumenda ex communi vsu vocum, at ex communi vsu, ly causa, dependentia, & effectus significant res cum tali prioritate, & posterioritate; at non sic ly productio, generatio, processio, & similia. Vnde cum in diuinis deficiat illa cōditio prioritatis, & posterioritatis, non potest poni ratio significata, per ly causa, & similia, & ponitur productio, &c. quæ non includunt talem conditionem.

Ad Confirm. Resp. ibi actum primum, & potentiam non distingui à secundo, nec ex natura rei, nec ratione formali, seu ratione ratiocinata, & ideo non potest esse vlla prioritas naturæ, quæ ponitur in humanis inter generationem, & terminum. Sed adhuc instari potest, quia etiam si non possit poni prioritas naturæ inter potentiam, seu actum primum, & secundum, vt inter producens, & productum, propter omnimodam identitatem eorum, tamen non potest negari prioritas naturæ inter ipsum producens, vt includit productionem, & terminū productum. Sed responderi potest, neque respectu termini dari prioritatem naturæ, quia secundum naturam in principio producente includitur connotatiuē terminus productus.

Ad 2. Confirm. Resp. prioritatem originis distingui à prioritate naturæ, vt alibi diximus, 19 quod originis prioritas, tantum significat aliqd esse principium actuale, & originem alicuius, & non contra; at prioritas naturæ exigit potētiam esse principium, à qua est terminus per originem.

Resp. Auctoris cur causalitas implicet in diuinis non productio. Ego vero in tanta opinionum varietate, & Doctorum grauitate nihil audeo asserere, sed solum in diuinis non poni nomen causæ influxus cum dependentia, & similia, quæ intrinsecè dicunt imperfectionem in termino, cuius modi imperfectionem non includunt, productio, generatio, & processio in termino; cur autem illa imperfectionem includant, & non hæc pendet ex vsu communi, quod nomine causalitatis, & dependentiæ significatur talis ratio productionis imperfecta, quæ imperfectio nō includitur in significato nominis productio, &c. quæ autem imperfectio includatur in significatis illarum vocum, patebit ex singularū causarum causalitatibus, nunc vero vniuersaliter dico, imperfectionem consistere primo ex parte causalitatis, quod sit distincta ab ipsa causa, vnde etiam dicitur prior natura effectu, at ibi non est talis imperfectio causalitatis, sed est solum ipsa actualis productio, atq; adeo ibi est simultas naturæ. Secundo ex parte effectus, quod in causatis existentia non cōuenit rebus productis ex vi essentiæ, sed est extra essentiā, seu conceptum rei, vnde Scot. 1. d. 8. q. 4. ad vlt. 2. ait omne causabile esse simpliciter contingens, sine causetur à causa prima, siue à 2. & quidem id patet respectu Dei, quia omnis effectus, & creatura est contingenter, quod liberè producatur à Deo. Neq; obstat, quod Arist. asserat, cœlum, & naturam à principio pendere, & tamen necessariò pendet non solum necessi-

cessitate ex parte cœlorum, sed etiam ex parte principij primi. Tum quia ea necessitas à multis negatur ex Arist. sententia. Tum quia Arist. doctrina in hac re non est satis constans, cum Deum liberum esse fateatur, quod à nobis est alibi explicandum. At in diuinis, nihil est, quod ex suo conceptu non includat existentiam. Neq; enim existentia includitur solum in conceptu diuinitatis, sed etiam in conceptu relationum, non solum, vt hæ includunt essentiam, sed etiam, vt ab essentia concipiuntur distinctæ, quia nihil est in Deo, quod ex suo conceptu non includat necessitatem existẽdi, & propter hanc inclusionem existentiæ personæ dici possunt productæ, & nõ causatæ, nec depẽdentes. Tertio, negari potest ibi esse causalitatem, quia non adest ibi prioritas naturæ, nam cum principium producens includat essentiam, & relationem, non potest ibi esse prioritas naturæ ratione essentiæ; tùm quia hæc est eadem numero in producente, & producto; tum quia, nec est producens, nec productus. Neq; potest esse prioritas ratione relationis, quia ibi terminatur ad correlatiuum; at correlatiua sunt simul natura.

DVBITATIO III.

De conceptu causæ in communi, quo constituitur in ratione causæ formaliter.

ART. I. *Continens opiniones Doctorum.*

Ratio difficultatis ea est, nam vel hic definitur causa materialiter, vt abstrahit ab actu causandi, & non potest esse id, vnde aliquid sequitur, quia non potest esse sequela sine causalitate. Vel definitur causa formaliter, vt est sub actu causandi, & tunc idem definiretur per se ipsum, præsertim cum causa sumpta sub actu causandi sit simul cum effectu, cum non possit cognosci sine effectu.

Confirm. quia cum res definiuntur, non debent accipi secundum actum secundum, sed secundum aptitudinem, seu actum primum; at non apparet, per quid constituatur causa in actu primo.

1 *Causa constituitur in esse causæ per propriam entitatẽ connotata in obliquo causalitate.* 1. Opinio est dicentium constitui per entitatem propriam cuiusq; causæ, connotata, tamen in obliquo causalitatem siue sit actio, siue passio, per quam tẽdit in terminum causandũ, nam entitas causæ potest dupliciter considerari. Primo secundum se, vt calor v. g. tanquam perficiens subiectum, & ita nõ concipitur formaliter sub ratione causæ. Secundo, vt principium alterius, & ita habet rationem causæ, sed sic conceptus caloris, connotat actionem possibilem, quæ est ordo transcendentalis, per quem calor refertur ad calorem producibilem, at entitas causæ in recto significata, habet relationẽ realẽ, quia pænes rata entitate caloris, vel intellectus, inde colligitur plus calor, vel intellectio posibilis, atque adeo cognoscitur cum aliquo ordine ad effectum, sed huiusmodi relatio non est secundum esse, vt infra, ergo est secundum dici ad eundem effectum. Hi enim Auctores distinguunt relationem transcendentalem à relatione secundum dici, quod relatio transcendentalis distinguatur, contra relationem prædicamentalem, quarum vtraq; continetur sub relatione secundum esse; at relatio secundum dici, distinguitur à relatione secũdũ esse, quia relatio secundum esse, idem est cum entitate rei. Vnde non potest concipi, quin præsupponatur terminus cognitus, at relatio secundum dici, nõ sic, sed distinguitur ab entitate rei, vt respectus caloris ad alium ab entitate caloris, tum quia entitas caloris non est ad aliud, sed ad se, tum quia relata secundum dici possunt cognosci, quin præsupponantur cogniti illorum termini, at calor potest cognosci, non præsupposita cognitione caloris à se producibilis, sed potius ex penetratione caloris cognoscũtur termini, idest calores producibiles, vnde colligunt relationẽ secundum dici non esse relationem simpliciter, sed secundum quid, idest, quod petat cognosci cum cognitione sui termini.

2. Opinio est negantium causam formaliter constitui per relationẽ, siue prædicamentalem, siue transcendentalem, siue sit esse, siue sit dici; quia in Deo est perfectissima ratio causæ, & tamen nullam dicit relationem ad creaturas, vnde putant Deum esse futurum, etiamsi creaturæ essent impossibiles: Vnde Suar. disp. 47. met. licet num. 11. ponat relationem transcendentalem secundum esse inter materiã, & formam, potentiam, & actum, tamen num. 9. negat Deum habere relationem transcendentalem ad creaturas. 2 *Causa non constituitur in esse causæ per relationem secundum aliquos.*

ART. II. *Continens notabilia.*

Not. in causa octo posse considerari. Primũ res illa, quæ causat, & dr. vel materialiter, vel vt Arist. loquitur causa per accidens. Secũdũ est virtus, qua causat, v. in statuario est potentia motiua, qua mouentur instrumenta ad operandũ. Tertiũ est instrumentum, quo vtitur causa, vt faber vtif malleo. Quartũ est habitus, vel propensio ad operandum, qui in agentibus creatis per cognitionem, est qualitas superaddita potentiæ, qua facilis, & prompta redditur ad operandum, ad quam reducũtur omnes dispositiones membrorũ, & cætera, quæ intrinsecè adiuuant cãm. Quintũ est applicatio causæ ad operandũ, quæ cõsistit in cõiunctione debita cum cæteris causis ad effectũ producendũ, & adhoc reducuntur oẽs circũstãtiæ extrinsecæ, siue negatiuæ, vt ablatio impedimentorum, siue positiuæ, vt locus, tẽpus, cõcursus aliarũ causarũ, & cæteræ conditiones, sine quibus non. Sextũ est ratio causandi, per quã causa dr formaliter esse in actu, vel potentia. Septimũ est ipsa causatio, quæ est realis dependentia effectus à causa, de qua infra constabit, an differat à rõne causandi. Demũ est ipse effectus productus, vel inchoatus, vel absolutè perfectus. Ex quibus, licet nõ omnia reperiãtur in singulis, saltem distincta, tamẽ aliqua reperiũtur propriè in omnibus causis naturalibus; aliqua vero solũ pos- 3 *Octo considerantur in causa.*

sunt accomodari sm proportionem quandam.

Causa importat relationem aliquam.

2. Not. cũ causa importet relationẽ quãdã, causa .n. dr̃ respectu effectus, siue consideretur (A) in actu, siue in potentia; relatio aũt, cũ diuidatur in transcendentalẽ, & prædicamentalẽ, & in relationem sm esse, & sm dici merito dubitatur, per quam relationem constituatur causa formaliter; nam Sonc. 5. met. q. 1. significat consistere in relatione predicamentali, eo quod totũ esse causæ, vt sic, sit in ordinẽ ad effectum.

Referuntur opiniones variæ in quo sita sit ratio causæ.

Alij vero dicunt consistere in aliquo absoluto præscindẽdo ab vlla relatione reali, siue trãscendentali, siue prædicamentali, sed solum cõnotare relationem rõnis ex nostro modo concipiendi, nam in Deo est propria, & vera ratio causæ respectu creaturarũ, & tamen Deus nullam habet relationem realem, siue transcendẽtalem, siue prædicamentalem ad creaturas. (B)

Alij verò dicunt causam in potẽtia solũ cõsistere in relatione rationis, at vero causam in actu consistere in causalitate, quæ relatio quædam transcendentalis, eo quod causa in actu dr̃ ab actuali causatione, sicut causa in potẽtia dicitur à virtute causatiua, quæ est ens absolutũ, & relatiuum secundum dici, idest conceptum ad modum relatiui, vt explicant hi auctores.

Alij deniq; dicunt causam, siue in potentia, (C)
4 siue in actu formaliter constitui per relationem transcendentalem ad effectũ, causam autem in potentia dupliciter dicũt accipi posse. Primo, quoad existentiam sui, quando .s. causa nõ existit, sed potest existere, & hac ratione hic non accipi. Secundo in ordine ad causationem, qñ .s. non actu causat, sed habet potentiam, & virtutem causatiuam ad effectus per causationẽ: hanc vero causam in potẽtia adhuc distinguũt in remotam, quando .s. non habet omnia requisita ad causationem. Secundo proximè, qñ .s. habet omnia requisita ad causationem. Vnde causa dicitur proximè constituta in actu primo: ex qua, qñ est naturalis, non potest non sequi effectus, eo quod causa naturalis positis (D) omnibus requisitis necessariò operatur, quando verò libera potest non sequi effectus, eo quod causa libera sit, quæ positis omnibus requisitis ad operandum pro eodem instanti potest operari, & potest nõ operari, non quidem ex parte effectus in sensu composito, sed diuiso; at ex parte causæ, etiam in sensu composito, quia simul habet potentiam ad ponendum alterutrũ.

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

Causa in actu secundo formaliter est talis per causalitatem.

5 PRima Concl. causa in actu secundo constituitur, & denominatur formaliter talis ex causalitate, nam inductione patet, tum ex causis (E) vitalibus, vt potentia visiua denominatur vidẽs ex visione; Tùm non vitalibus, vt calor dicitur calefaciens ex calefactione. Et qualibet causa dicitur agens per actionem. Vnde patet, hanc denominationem esse extrinsecam, vt patet in iis, quæ agunt per actionem transeuntem; quæ vero per immanentem, denominantur quidem intrinsecè, verum non vt actiuè, sed vt passiuè.

In actu primo causa non constituitur p causalitatem.

2. Concl. causa in actu primo non cõstituitur formaliter per causalitatem, seù actum secundum, quia actus primus necessariò intelligitur cõstitutus quoad omnia requisita ad causandum ante actum secundum, siue exercitum, (A) siue possibilem, cũ omnis actus secundus oriatur à primo. Neq; dicas causalitatem exercitam esse actum secundum, & potentialem esse actum primum, nam actus secundus, siue exercitus, siue existens habet eundem conceptũ cũ actu sub esse possibili, nã idem, quod erat possibile, fit actu existens, & solum differunt secũdum diuersum statum.

Confirm. quia actus secundus respicit actum primum, tanquam sui principium, à quo est p influxum, ergo actus secundus, seù causalitas non potest ingredi constitutionem actus primi, (B) quia res existeret ex vi influxus, qui oritur à se ipsa, vt est in potentia Logica, nam existeret ex vi principij, quod ipsa sub statu possibilitatis constituit.

Confirm. 2. nam in causa agente sicut sunt duæ actualitates, vna virtutis actiuæ, quæ est actus primus. Altera ipsius actionis, quæ est actus secundns, ita illis respondent duæ potentiæ Logicæ. Vna ipsi virtuti actiuæ, quæ dum non existit potest existere. Altera ipsi actioni, q̃ existit ex vi virtutis actiuæ. (C)

Confirm. 3. Nam id, quod constituit formaliter actum primum debet existere, dum existit actus primus, quia nihil potest existere sine suis constitutiuis, at causalitas dum est in potentia Logica non existit; ergo non potest constituere actum primum.

Confirm. 4 Ex Dei omnipotentia, quæ idẽtificatur cum eius essentia; at omnipotentia est actus primus rerum omniũ; ergo actus primus identificatur cum essentia; sed actio productiua creaturarum distinguitur ab entitate Dei, & est illi extrinseca; ergo.

Causa in actu primo dicitur actiua per suã entitatem, agẽs vero dicitur p actionem.

Ex quo patet, causã dici actiuam in actu primo per suam entitatẽ, agentẽ in actu per actua- 6 (D) lem actionem. Vnde D. Tho. q. 1. de potentia ar. 1. in corpore, ait, Actum primum esse formã, quæ est finis, & principium operationis, & illũ vocat potentiam, operationem autem ipsam esse actum secundum, quem in ar. 2. ait distingui à potentia Dei, quod hæc constituatur per actũ suum infinitũ, quæ est principiũ actionis.

Dices, causa in actu primo dicit causam, vt potentem agere; ergo constituitur, & denominatur potens per actionem possibilem, sicut denominatur agens per actionẽ exercitam, & existentem.

Confirm. quia illa actio sub statu possibilitatis potest denominare suum principium, at nõ (E) est aliud principium, quàm actus primus; ergo denominat, & constituit illud. Maior patet, nã repugnat concipi actionem, vt pendentem ab agente, quin concipiatur denominare agens, & similiter de qualibet forma, dũ concipitur vnita subiecto, quin denominet subiectum eo modo, quo est illi vnita; sed actio, siue exercita, siue possibilis, siue abstracta ab actualitate, & possibilitate semper concipitur, vt habens connexionem cum suo principio; ergo sem-

per

per denominat suum principium, sed dum concipiatur sub statu possibilitatis, denominans suum principium, est prior, quàm actio exercita, seù existens; ergo potest sub illo statu, & in illo priori constituere actum primum.

7 *Causa constituitur productiua physicè per virtutem; logicè per nō repugnantiam ad actionem.*

Resp. causam dupliciter posse dici productiuam in potentia. Primo in actu primo physico, & constituitur per virtutem sibi intrinsecam elicitiuam actionis in suo genere, quæ respicit actionem, vt quo, & terminum ipsum, vt quod. Secundo Logicè, quando scilicet denominatur actiua per non repugnantiam ad agẽdum, & hanc denominationem non habet formaliter, seù per suam intrinsecam entitatem, sed per ipsam actionem possibilem, quæ semper intelligitur, vt actus secundus causæ, nam sicut hæc actio quando existit, denominat extrinsecè Deum v.g. causantem, ita quando nõ existit, sed est in potentia, denominat illum extrinsecè potentem in actu secundo potentiali, & Logico; qua ratione color dicitur visus ab actione exercita, visibilis vero a visione potentiali: nunquam tamẽ causa in actu primo physico constituitur per actionem.

At instabis sicut datur actio in potentia Logica, ita etiam in potentia physica, ergo sicut actio in potentia Logica constituit causam in potentia Logica; ita actio in potentia physica constituens agens in potentia physica.

Actio possibilis idem est cū potentia physica.

Resp. actionem in potẽtia physica, seu possibilis per potentiam physicam non est aliquid intrinsecũ actioni, sed est idẽ cũ ipsa potentia C physica in actu primo, quæ vt denominat agẽs potentem agere, ita terminum possibilem fieri, atq; adeo actio sic sumpta constituit agens in actu primo. Verum hæc Resp. nõ omnino placet, quia præter potentiam actiuam, quę existit verè ex parte termini debet dari aliquid reale, licet non existens, quod denominatur possibilis, tum extrinsecè ex potentia actiua, tùm intrinsecè ex propria perfectione, qua distinguitur à chymera.

8 *Causa connotat effectum possibilem, vt terminum extrinsecum.*

Dices, causa quoad sui constitutionem connotat effectum possibilem, ergo etiam actionẽ, sine qua non potest intelligi effectus causari.

Confirm. quia causa, vt sit in actu primo sufficienter constituta debet connotare cõcursum Dei generalem, at hic concursus nõ distinguitur ab actione, quæ procedit à causa creata.

Resp. dupliciter aliquid ab alio posse cõnotari. Primo, tanquam partem constituẽtem intrinsecè, quomodo album primario significat albedinem, & connotat subiectum. Secundo, tanquam terminum extrinsecum quomodo albedo dicitur connotare subiectum, & hac ratione causa connotat effectũ, & actionẽ, quia .s. eius relatio; qua intrinsecè constituitur terminatiuè dependeat ab effectu, & actione possibili, vt infra.

Ad Confir. virtutem actiuam non compleri per concursum Dei generalem in actu exercito exhibitum, sed per concursum in actu primo illi præparatum ex vi diuini decreti, vt fusè explicabimus cum de causa efficiente.

3. Concl. causa in actu primo nõ constituitur formaliter per relationem prædicamentalem ad effectum, quia hæc non solum A supponit virtutem actiuam, sed etiam ipsam causalitatem.

9 *Constituitur per relationē transcendentalem ad effectum causa à natura instituta ad operandum.*

4. Concl. causa à natura instituta ad operãdum constituitur in actu primo formaliter per relationem transcendentalem ad effectum.

Dixi à natura instituta, vt excludam eas causas, quæ concomitanter habent vim operandi, de quibus infra.

Prob. 1. conclusio huiusmodi causa habet necessariam connexionem cũ effectu possibili, & huiusmodi cõnexio non potest intelligi sine aliqua relatione, sed non est prædicamentalis, vt dixi in 3. concl. ergo transcendentalis. maior probatur, quia si non esset possibilis effectus, & B actio, non esset possibilis causa, tum quia non potest intelligi, quod causa sit potens causare aliud, nisi hoc possit causari, nam non põt causare chymeram, & aliud ens impossibile; tũ qa sicut non potest intelligi causa actu agens sine actuali actione, & efficientia, ita neq; causa põtens causare sine possibili actione, & effectu. Minor prob. tum quia omnis necessaria cõnexio non potest intelligi sine aliqua coexigẽtia, at causa non apparet, cur coexigat terminum possibilem, nisi tãquam terminum suæ relationis. Tum quia causa non dicitur ad se ipsam, neq; est denominatio absolutè, sed relatiua, cũ dicatur alterius causa, sed non est relatio prædicamentalis, ergo trãscendentalis. At inquiũt, esse relationem secũdum dici, nàm causa actiua dicitur, quatenus concipitur cum relatione rõnis, siue quia terminat relationẽ effectus possibilis ad se, cuiusmodi sunt relationes tertii generis, siue quia cõcipitur cum relatione ad terminum non existentem, sicut scientia dicitur habere relationem rationis ad obiectũ nõ existens. Sed contra. Tum quia ex probabili sententia, vt diximus in Logica, relatio secundum dici non distinguitur à relatione transcendentali secundum rõnem significatam, sed solum secundum rationem significandi. Tum quia sm̃ eos, qui ponũt illam esse distinctã à trãscẽdẽ- D tali, dicitur quod relatio sm̃ dici non est realis, sed rationis, eo quod sit in intellectu cognoscẽte rem absolutam more relatiuorum .s. in ordine ad aliquid ab ipso dependens: Tũm quia, vt sic est relatio realis, vel dicitur; quod.

Prob. 2. quia huiusmodi causa in actu primo formaliter constituitur per virtutem causatiuam, at omnis virtus causatiua dicit ordinem trãscendentalem ad effectũ, cũ per suam essentiam ordinetur ad effectum, seù ad dandum esse effectui, quia ad hoc ordinata est à natura, vt v.g. intellectus ordinatus est à natura non ad perficiendum subiectum secundum se, & in se, sed in ordine ad intellectionem, & similiter de alijs E potentijs, siue vitalibus, siue non vitalibus. 10

Confirm. ex potentia passiua materiæ, quæ cum sit essentialiter ens incompletum exigit compleri per formã, quod si hæc esset impossibilis, erit etiam impossibile ens reale complebile per illud, quia non est incompletum, nisi quia complebile, at nõ est complebile per for-

mam chymericam, sed per realem.

Confirm. nam posita impossibilitate formarum, non apparet quid esset materia; non enim esset receptiua formæ, sicut neq; chymeræ, neq; pars hominis, cum homo non possit esse sine anima; neq; est potentiale, quia actus eius esset impossibilis, & sic de alijs potentijs, nam quod dicunt, tunc potentias deseruire ad perficienda subiecta omnino fictum est, quia non perficit illud, nisi ordine ad actum, quod si actus nō esset possibilis, nec posset subiectum perfici per illum.

ART. IV. Continens argumenta aduersariorum.

1 Dices sicut potentia prius est natura, quam eius effectus, ita possibilitas causæ est prior, quàm possibilitas effectus, ergo ille non pendet ex hac, atq; adeo ablata possibilitate effectus, non sequitur debere auferri causæ possibilitatem, cum non pendeat ex illa.

Resp. aliqui etiam si causa non pendeat ab effectu, tanquam à priori, tamen potest pendere, tanquam à conditione concomitante ob necessariam connexionem, & talis est dependentia possibilitatis causæ à possibilitate effectus. Neque huiusmodi dependentia dicit imperfectionem in esse, sed potius perfectionem, quia non oritur ex indigentia, sed ex abundātia perfectionis, vnde oritur virtus communicatiua perfectionis respectu aliorum, ex quo fundamento aliqui ponunt, etiam in Deo potentias respicientes transcendentaliter creaturas, de qua nos in 1. p.

Causa prior exequutione posterior in intentione effectus.

Resp. 2. ex D. Tho. 1. p. q. 77. ar. 3. ad 1. causam esse priorem effectu secundum ordinē exequutionis, at secundum ordinem intentionis, quæ spectatur secundum possibilitatem effectus est posterior, & ideo potentias specificari per actus.

Dices 2. si causa diceret transcendentalem, & essentialem ordinem ad effectum illum etiā diceret ad causalitatem, cum per hanc respiciat effectum, sed hoc implicat, quia cum causalitas sit essentialis ordo ad causam, sequeretur idem respicere se ipsum, nam quod respicit essentialiter aliquam realationem non respicit illam sistendo in illa, sed progreditur ad eius terminū, cuiusmodi est causa respectu causalitatis; atq; adeo causa respiceret se ipsam; at hoc esse falsum patet, quia committeretur circulus inter relationes causæ, & causalitatis.

Resp. 1. aliqui hinc patere potentiam constitui per sui entitatem absolutè sumptam, vt patet ex potentia Dei, quæ nullam dicit relationem secundum esse, & solū in conclusione afferi necessitatem relationis transcendentalis, vt significetur nullam posse esse causam, si nullus possibilis esset effectus.

Causa respicit causalitatē, vt viam, causalitas respicit causam, vt principium.

Ego Resp. non esse absurdum aliqua se ipsa respicere, sumpta sub diuersa ratione, vt necessariò concedēdum inter diuinas personas, quarum vna respicit aliam, sed in hoc respectu singulæ relationes habent diuersum munus, quia vt relatio est, habet munus referendi subiectū; at vt terminus habet munus termināndi, & quasi finiendi relationem, & simile quid asserit Arist. 3. phy. vbi Viam Thebis Athenas, & Athenis Thebas esse inter eosdem terminos, sed qui in vna via habet rationem termini, in altera habet rationem principij, & contra. Vnde causa terminatur ad effectum, vt quod, & ad causalitatem, vt quo, & vt viam; at causalitas non terminatur ad causam, vt viam, sed vt ad principium.

Dices 3. virtus operatiua non magis respicit operationem, vt effectum, quàm vt accidēs respiciat subiectum, quia vt respectus ad operationem conuenit ratione suæ speciei, ita respectus ad subiectum conuenit ratione generis, sed respectu accidentis substantia non est de essentia, quia potest concipi distinctè accidens, absq; eo, quod concipiatur hic respectus, vt patet ex cognitione intuitiua albedinis, per quam cognoscitur essentia illius, & tamen nō cognoscitur inhærentia, nam eodem modo cognoscitur albedo, & quantitas hostiæ ante, & post cōsecrationem; at si respectus hic esset de essentia, non posset cognosci essentia sine tali respectu. 12

Confirm. quia calor potest cognosci secundum essentiam absq; eo, quod cognoscatur habere ordinem ad calefactionem, & inhærentiā; ergo.

Inhærentia aptitudinalis est de essentia subiecti.

Resp. negando minorem, quia licet actualis inhærentia non sit de essentia accidentis, tamen aptitudinalis, siue proxima, siue radicalis est de essentia. Vnde sicut si implicaret dari substantiam, etiam implicaret accidens, quia nulli accidere posset, ita non potest cognosci distinctè essentia accidentis, quin cognoscatur hæc relatio, & connexio, quam habet ab substantiam, quare similiter, neq; potest concipi potentia intellectiua distinctè, & adæquatè, quin concipiatur ordo ad intellectionem: neq; obstat, quod talis ordo in accidente non cognoscatur per cognitionem intuitiuam sensitiuam, quia hæc non fertur distinctè, sed confusè in essentias rerum existentes, nec discernit modos existendi, sed cognitio distincta acquiritur per discursū, vt dicitur in lib. de anima.

Ad Confirm. Resp. 1. aliqui calorem per tactum non cognosci distinctè, sed confusè. 13

Resp. 2. calorem non esse essentialiter potentiam calefactiuam, sed concomitanter, quia de primariò eius conceptu non est potentia calefactiua, sicut neq; potentia sensibilis, sed vis disponendi substantiam secundum se conseruando formas in materia, & idem dici posset de omnibus primis, & secundis substantijs, quę constituuntur sub pluribus speciebus qualitatum. At quæ sunt solum sub specie naturalis potentiæ, & impotentiæ, cum à natura sint institutæ ad operandum, includunt in suo conceptu ordinem transcendētalem ad operationem, cuiusmodi est potentia intellectiua volitiua, & similia, quæ non possunt concipi quidditatiuè sine actiuitate, sed de hac re diximus alibi.

Dices

Dices 4. dantur causæ etiam creatæ, quæ sũt simpliciter absolutæ, nec vllam habent relationem transcendentalem ad aliquem effectum; ergo ratio causæ non constituitur per ordinem transcendentalem ad effectum. Antecedens ꝓbatur primo ex quantitate, quæ recipit accidẽtia, quæ à natura est primario instituta ad extẽdendum subiectum, & inde habet consequenter, ac concomitanter, vt substẽtet, ac recipiat accidentia; & idem patet in omnibus entibus, quæ habent per concomitantiam perfectionẽ operatiuam, vt dicitur de potentia obedientiali, quæ inest omnibus rebus, & aliqui idem dicunt de perfectione diuina, quæ secundum se est simpliciter absoluta, & ex ea infinita ꝑfectione habet concomitanter, vt possit omnia producere. Neq; dici potest in huiusmodi rebus essentiam distingui à suis potentijs, vt v.g. in quantitate, quod eius essentia constituatur in ordine ad effectum formalem, quem tribuit subiectum, sed eius potentiam receptiuam esse passionem quantitatis, & sic etiam de potentia obedientiali respectu cuiusq; entis, & omnipotentia Dei respectu essentiæ diuinæ, quod hæc sit attributum ratione ratiocinata distincta ab essentia.

14 Resp. me loquutum fuisse in conc. de causa, quæ constituitur per virtutem à natura primario institutam ad causalitatem, & effectum, de qua dicimus constitui per ordinem transcendentalem, nam de alijs, quæ habent virtutẽ operandi concomitanter alibi à nobis dictum est, & dicetur fusius 1. p Neq; enim impossibile est huiusmodi virtutes dicere relationem secũdum dici sed (hæc distinguitur à relatione transcendentali) eo quod huiusmodi entitates, quæ denominantur potentiæ, sic denominantur ex eo, quod terminant possibilitates suorum effectuum.

Causa, quæ concomitanter habent virtutem causandi nõ dicunt relationẽ, licet id etiam sit possibile.

Ex his patet ad rationem difficultatis initio positæ. Primò non esse absurdum aliquid in abstracto definiri per effectum illius in cõcreto, sicut qualitas definitur per quale, quia est paulo notius ipsa qualitate, sic causa definitur per causare præcipue, cum vnum relatiuum non definiatur per reliquum, vt quid notius. effectus autem formalis est terminus causæ, Secũdo, licet illud esse, per quod definitur causa sit causare, tamen non sumitur sub eodem conceptu confuso, sed sub alio, quatenus scilicet est tale esse, vt sequatur aliud, quod est causare, quod esse res habent, cum tales, & tales cõditiones habẽt; quare definitur per notius, quia definitur per effectus, qui nobis sunt notiores suis causis 2.phy.48. 1.phy.3.

DVBITATIO IV.

An ad constitutionem causæ creatæ requiratur connotatio concursus generalis causæ primæ.

1 PRima opinio est dicentium omnem causam creatam in actu primo constitutam cõnotare ex natura sua concursum Dei generalẽ, sine quo non potest intelligi completa causa in actu primo; hunc autem vniuersum, qui connotatur non esse actualem, & exercitum, sed præparatum ex decreto Dei volentis concurrere cum causa creata, quod si accipiatur virtus intrinseca causæ, præscindendo ab hoc cõcursu, illa est incompleta, atq; adeo non potest complete constituere causam in actu primo.

Omnis causa creata in actu primo constituta cõnotat cõcursum Dei generalem.

Fundamentum est, quia nulla virtus creata est sufficiens in suo ordine, nisi compleatur per concursum generalem Dei, non solum in ordine ad effectum, sed etiam ad causalitatem, sed tunc dicitur causa constituta in actu primo, cũ est completa quoad effectus, & causalitates; ergo ad illius constitutionem connotari debet concursus generalis, quia constat per hunc non cõpleri virtutẽ causæ intrinsecè, sed extrinsecè atq; adeo cõnotatiue. Maior prob. q̃a Deus naturaliter influit cum niue ad frigiditatem, & cũ igne ad calorem, quia vtraq; causa ex natura sua exigit concursum generalem sibi proportionatum, tum quia causalitas cõtinetur in virtute suæ causæ, at non continetur in virtute creata sine concursu diuino. Minor probatur, nam virtus causæ adæquatè expletur per suas causalitates, & effectus; ergo tunc erit constituta in actu primo, cum est completa in ordine ad effectus, & causalitates.

2 2. Opinio est dicentium dupliciter causam posse dici in actu primo constitutam. Primo adæquatè. Secũdo inadæquatè, & adæquationẽ posse intelligi, vel in omni genere, & ordine causandi, & ita non solum connotare concursũ diuersum, & separatum, sed cœteras cõcausas, & conditiones requisitas, vel adæquatè non in quolibet determinato genere, & ordine, & ita connotat generalem Dei cõcursum, quia quęlibet causa adæquata in suo genere exigit ex natura sua concursum diuersum sui ordinis, nã vt virtus est naturalis, ita & concursus illi debitus, sed non connotat concursum aliarum causarum, quia singula genera causarum sufficiunt & adæquatè constituuntur in suo genere per virtutem sui generis, vt efficiens per virtutem actiuam, materialis per virtutem passiuam sui receptiuam, & sic de alijs.

2. Inadæquatè, & hoc, vel in omni genere causãdi, & ordine, & ita sẽsus est quod habeat suam virtutem adæquatã secũdum suũ genus, neq; cõnotat cœteras concausas, vel concursũ Dei, quia est inadæquata in suo ordine naturali; vel est inadæquata in omni genere causandi, sed non ordine, & ita connotat generalem Dei concursum tantum non cœterarum causarum diuersi generis, vel est inadæquata in suo genere, & ita potest causa esse constituta per virtutem insufficientem ad effectum, vt patet ex cõstitutione causæ partialis, siue connotet concursum sui ordinis, siue non, & hæc opinio mihi placet, neq; alia probatione indiget, quam explicatione terminorum cum sit quæstio potius de nomine, quam de re, nam in re constat concursum generalem requiri ad productionem effectus. Vnde Not. dupliciter posse aliquid ab alio connotari. Primò, tanquam par-

3 *Connotatio duplex per modũ partis, & per modum termini.*

tem intrinsecè constituentem, & hoc est quando sunt duo conceptus, quorum vterq; cócurrit ad constitutionem rei, sed vnus in recto, seu formaliter, alter in obliquo, seù connotatiuè, vt album dicitur formaliter constitui per albedinem, & connotatiuè per subiectum. Secundo, tanquam aliquid extrinsecum, sine quo res nó potest intelligi, quomodo visio constituitur intrinsecè per genus, & differentiam pertinenté ad qualitates, & actiones generis, & cónotat albedinem, tanquam terminum extrinsecú, quia non ingreditur entitatem rei, sed non potest cognosci talis visio sine albedine, & ratio cur dicatur connotari est, quia connotare est simul cum alio notari, idest cognosci, quod discrimé clare patet ex ly albo, & albedine, nam ly, albú connotat subiectum constitutiuè, & albedo terminatiuè.

Completió dupliciter dicitur.

2. Not. dupliciter causam posse dici completam. Primò cópletione virtutis in actu primo, idest quoad virtutem necessariam, & sufficientem ad causandú effectum. Secundo cópletione status, seu in actu secundo, idest quoad perfectionem connaturaliter debitam causæ quoad statum. Hic autem non quæritur de completione status, quia constat omnia, tunc sic esse completa, quando possident finem, atq; adeo cum causa sit instituta propter operationes, & effectus, tunc dicetur completa quando operatur, sed quæritur, qua ratione dicatur completa prius tempore, vel natura, quam operatur.

Completa causa propriè dicitur, quæ habet virtuté sufficienté ad causandum.

3. Not. causam propriè dici completam ex virtute, quæ est necessaria, & sufficiens ad causandú in suo genere, quo causa dicitur causare, vt v. g. causa efficiens dicitur completa cum habetur sufficiens virtus ad causandum elicitiuè effectum, etiam si non adsit illi virtus materiæ, sed quia in genere causæ efficientis ad effectum eundem multa solent concurrere, ideo dicitur, an omnia illi sint necessaria ad complendam virtutem v. g. efficientis.

4
Ad productioné effectus à causa efficiente multa concurrunt.

4. Not. ad productionem in genere causæ efficientis ad eundem effectum multa concurrere in eodem ordine, nam præter virtutem intrinsecam causæ principalis, semper concurrit Deus concursu generali, quo non pót se Deus priuare, vt ostendemus suo loco, & aliquando concurrit instrumentum aliquod, & cœtera, quæ se habent, vt conditiones, de quibus omnibus potest dubitari, an sint necessaria ad cóplendam virtutem efficientis, & quidem si distinctè significentur, quæ sunt necessaria, facile dici potest causam esse completam quoad virtutem intrinsecam principalem, sine concursu generali, & conditionibus, & instrumentis, sicut dici potest aliquod completum quoad virtuté instrumentalem, etiam si careat virtute principali, & sic de alijs, sed difficultas est quid requiratur ad hoc, vt causa dicatur simpliciter completa, & in hoc dico requiri non solum concursum generalem Dei, sed etiam códitiones, sine quibus non, vt patet ex communi modo loquendi, nam tunc dicitur completa, cum est proxima ad effectum, sed tunc dicitur proxima, quando habet omnia huiusmodi necessaria; ergo. Vnde causa completa connotat concursum Dei generalem, & conditiones necessarias

5
Cócursus diuinus duplex in actu primo, & in actu secundo.

5. Not. hunc concursum Dei posse dupliciter considerari. Primo in actu secundo, & exercitè, quo modo est idem cum actu secundo causæ creatæ, quia eadé omnino entitas indiuisibiliter dicitur actus secundus causæ creatæ, vt est ab illa, & Dei, vt est ab illo per concursum generalem.

Secundo potest considerari in actu primo, & signate, quatenus est præparatus ex decreto Dei ad concursum, cú qualibet causa, & actione qualibet eiusdem causæ, quando igitur dicimus hunc concursum connotari à causa, intelligitur de concursu in actu primo, & signate. Quia hic concursus adiuuat causam ad eliciédam actionem, nam sicut virtus intrinseca causæ debet præsupponi ad effectum saltem secundum prioritatem naturæ, ita cócursus Dei adiuuans, & complens hanc virtutem debet similiter præsupponi ad actionem.

Et Confirm. quia sicut actus secundus non complet, vt suprà ostendimus virtutem causæ elicitiuam actionis, vel effectus, ita neq; actus secundus diuinæ potentiæ, quia hic non ponitur, nisi simul cum actu secundo creaturæ, & licet causa prima dicatur prius concurrere ad effectum, quam causa secunda, tamen ea prioritas non est prioritas dependentiæ, quasi effectus prius recipiat existentiam à causa prima, & deinde à causa secunda, sed est prioritas secundum subsistendi consequentiam, quia concursus generalis Dei causæ primæ ad plura se extendit, quam concursus causę secundæ, vt fusius cum de causa efficienti explicabimus.

DVBITATIO V.

An termini, qui respiciuntur ab ordine transcendentali, quem includit causa, sint plures, vt sic, an vero, vt conueniunt sub aliqua vna ratione.

1
Termini relationis transcédentalis in causa sunt plures inter se distincti.

Hurtad. Molin. Vasq. Gregor. D. Thom.

PRima opinio est dicétium terminos, seù effectus, qui respiciuntur ab ordine trãscendentali constitutiuo causæ, non esse vnum, vel plures sub vna ratione, sed plures, vt plures, & inter se distincti. Hãc sequitur Hurtad. eamq; tribuit Molin. 1. p. q. 1. ar. 3. disp. 2. §. illud hoc loco, vbi loquens de obiecto habitus, & potentiæ negat in illo esse aliquam vná nám cóem, vt patet in lumine, & colore, quia sunt obiecta potétię visiuę, licet detur illi vna ratio, sub qua & idé videtur sequi Vasq. 1. p. q. 1. ar. 3. disp. 7. num. 12. vbi negat in obiecto esse vnam rationem vniuocam in genere rei, sed vnam potentiam ab alia specie distingui, quod versetur circa distinctum obiectum sibi adæquatum, hoc autem non dicit vnam naturam, sed omnia, quę possunt per actionem potentiæ attingi; sequitur Greg. q. 3. prolog. ex Auer. 4. met. com. 2. & Nominales, qui negant in illis esse aliquam vnitatem intrinsecam, sed solum vnitatem extrinsecam

secam sumptam ab vnitate cognitionis: tribuitur D. Tho. q. 1. de potentia ar. 1. & 1. 2. q. 56. ar. 2. Idq; probant inductione. Primo in potētijs intentionalibus irrationalibus, quarū obiectum formale idem est cum obiecto omnium actuum eiusdem potentiæ; sed obiectum omnium actuum potentiæ v. g. visiuæ sunt omnes luces, & colores, vt sunt inter se distincta, quia vt sic repræsentantur per varios actus.

A

Confirm. nam color, & lux non magis conueniunt inter se, quàm cum sapore, & sono, quia lux est virtualiter qualitas prima: color vero, & sapor sunt secundæ qualitates. Neq; oculus discernit conuenientiam, vel discrimen eorum.

Confirm. 2. nam color, & sonus inter se adęquatè distinguūtur, vt obiecta diuersarum potentiarum ex D. Tho. 1. 2. q. 8. ar. 2. ad 2. & tamen vtrumquē secundum proprias rationes cognoscitur à sensu communi, atque adeo hic respicit obiecta plura, vt plura. Neq; dicas illa conuenire in ratione sensibilis per sensum cōmunem, quia idem est esse sensibile hoc modo, ac esse obiectum sensus communis; sed quæ conueniunt sub ratione sensibilis sunt plura absolutè in diuersis generibus physicis; ergo plura, vt plura sunt obiectum vnius potentiæ. Deniq; probāt à priori, quia obiecta vnius potentiæ non habent vnitatem à parte rei, nisi per extrinsecam rationem ab actu intellectus; sed potentiæ irrationales non respiciunt obiecta, vt denominata per actum intellectus, quia non habent depēdentiam à cognitione intellectuali, vt patet in brutis.

B

C

2. Prob. de potentijs irrationalibus, nam intellectus non solum intelligit conceptū entis in communi, sed etiam singula entia, vt inter se differunt, imò aliqua obiecta cognoscit, quæ nullo modo inter se conueniunt in aliquo intrinseco, vt chymerā, negationes, priuationes, relationes rationis, & similia. Nec dicas conuenire in ratione veri, quia verum idem est realiter cum ente. Vnde si concipiuntur distinctè in ratione entis, similiter in ratione veri. Neq; dicas conuenire in ratione cognoscibilis, nam cognoscibilitas, vel est denominatio extrinseca à potentia cognoscitiua, vel si est aliquid intrinsecum obiecto, erunt tot cognoscibilitates primo diuersæ, quot sunt entia, & licet ens reale sit primarium obiectum, & ens rationis secundarium, tamen vtrumq; est obiectum secūdum propriam rationem, atq; adeo, vt inter se distinguuntur.

2

D

3. Idem probant in potentia causatiua physicè, siue actiua, siue passiua, quia huiusmodi virtus respicit terminum producibilem à parte rei, quia ordinatur ad dandam existentiam effectui, sed terminus, vt producibilis à parte rei non est communis, sed singularis, quia omne existens, vt sic est indiuisibile in alia sibi adæquatè non indētificata. Vnde 1. met. c. 1. actiones, & generationes omnes dicuntur esse circa singulare, *non enim hominem nisi per accidens sanat qui medetur.* Vnde falsò ab aliquibus dicitur potentias respicere singularia materialiter, formaliter vero rationem communē, quia potius huiusmodi potentię formaliter respiciunt singularia, & materialiter rationes cōmunes.

E

Confirm. quia si vnus terminus singularis, qui nunc attingitur à potentia esset impossibilis, iam destrueretur conceptus illius potentiæ, quia mutaretur eius obiectum adæquatū, cum singula sint partes termini adæquati. Cōsequentia probatur, nam mutato vno singulari, iam potentia non haberet ordinem ad illud, ergo nec maneret ordo ad cœtera obiecta, cū sit idem indiuisibiliter ad omnia, quia implicat idem corrumpi, & existere.

2. Opinio est dicentium, potentiam vnam non respicere plura, vt plura, sed vt habent vnam rationem, alioquin non esset ratio, cur nō omnes potentiæ essent vna, vel cur non essent tot potentiæ specie, quot sunt actus specie distincti, & licet vere potentia respiciat omnes actus, & obiecta actuum secundum distinctionem, quam habent, tamen ea omnia respicit, vt conueniunt sub aliqua ratione vna, siue vniuocè, siue proportionali. Neq; enim, vt rectè probant aduersarij, requiritur in obiecto vnitas vniuocationis, quia sufficit vnitas proportionalis, ita communis sententia, qui potentias distinguunt ex distinctis obiectis formalibus, & dicunt habere vnitatem ex vnitate obiectorū formalium, nam visus v. g. licet respiciat albedinem, vt albedinem, quia illam non respicit adæquatè, ideo respicit etiam lucem. Vnde in luce, & albedine debet esse aliqua conuenientia, ratione cuius possint attingi ab eadem potentia, quæ conuenientia non est inter hæc, & saporem, cum hic non possit attingi à potentia visiua. Vnde D. Tho. 1. p. q. 77. ar. 3. ad 2. asserit, duo contraria per se non pertinere ad vnā potentiam, nisi secundum rationem vtriq; cōmunem. Vnde obiectum adæquatum, nec est albedo, nec nigredo, sed aliquid commune vtriq; Neq; dicas, quod sit omnis color secundum proprias singularitates, quia aggregatum ex omnibus coloribus, nisi haberent aliquam virtutem communē, qua possent attingi à potentia visiua, non esset magis adæquatum obiectum huius potentiæ, quàm sit aggregatum ex omnibus coloribus, & saporibus. Et hæc opinio mihi videtur probabilior, quam examinare non est huius loci, sed pertinet ad specificationem potentiarum, de qua in lib. de anima vbi soluemus argumenta opposita sententiæ.

3 *Potentia respicit plura, vt habent vnam rationem vniuocè proportionalē non vniuocè.*

QVAESTIO III.

Quibus causis conueniat hæc definitio.

PRimo constat conuenire causæ efficienti, formali, materiali, & finali, vt patebit ex explicatione singulorum causarum, vt omnes fateantur, licet differant in modo prædicādi causæ de suis inferioribus, an scilicet vniuocè, an vero analogicè. 1

2. Constat non conuenire causæ sine qua non, quia vt rectè Scot. 1. d. 3. q. 7. contra primā

opi-

Non conuenit conditioni sine qua non.

opinionem A, hæc non habet causalitatem, hæc .n. vel nihil operatur ad inducendum effectum disponendo, vel meliorando, & habet rationem causæ omnino per accidens, vt albū dicitur causa domus ex D.Tho.4.d.1.q.1. ar.4 quæstiunt. Vel aliquid facit, eo quod effectus principalis agētis sine ea esse nō pōt, vt v.g. vita, quæ pendet, vt à causa ab anima dicitur pēdere etiam à respiratione, tanquam à casu sine qua non. Vnde vocat illam quodammodo cōcausam, quia cooperatur ad temperamentum caloris naturalis, sine quo nō est vita ex D.Tho. 5. met.lect.6. cum tamen verè nihil causet circa vitam.

2 Dices, causa consulens, minus influit in effectum, quam conditio sine qua non, quia effectus non potest esse sine conditione sine qua non; at potest esse sine consilio, vt occisio facta ex consilio alicuius, fieri potest sine tali consilio, & tamen consulens est propriè causa moralis.

Confirm. quia effectus non potest existere sine conditione, sine qua non. Hoc autem dicit dependentiam in effectu, at vbi est dependentia ibi est influxus.

Causa consulēs dicitur moralis potius quam physica.

Resp. nos hic loqui de causis physicis propriè dictis, quæ dicunt ordinem ad causalitatē, & influxum physicum. Vnde negamus conditionem sine qua esse causam, quia caret hac causalitate respectu effectus, nā alioqui nomē causę impropriè sumptum conuenire potest non solum conditioni sine qua non, sed etiam occasioni, & non impedienti effectum, & similibus, & secundum hanc rationem causa consulēs dicitur causa, moralis, quia ly moralis distrahit significatum causæ, quod propriè est causa physica. Vnde causa moralis est impropriè causa, licet consulens dicatur propriè causa moralis, non ratione causalitatis, sed moralitatis, quomodo dici solet aliquis homo esse propriè bonus latro ratione perfectionis latrocinij.

Causa moralis reducitur ad finalem.

Secundo Resp. causam moralem reduci aliquo modo ad finalem, eo quod moueat efficiēs ad operandum ex apprehensione boni propositi à consulente sicut moueri solet ex bonitate finis, quæ tamen motio nō habet locum in omni causa morali; nam Nauta dicitur causa moralis naufragij Nauis ex eo, quod non operetur ad salutem Nauis, vt debet, & tamē nullo modo physicè influit in naufragiū, sed illi tribuitur naufragium interpretatiuè, quia secundum moralem existimationem cēsetur velle naufragium. Hæc de causa morali, vt distinguitur à physica, nam datur alia, quæ etiam physicè influit, vt voluntas in actum suum, sed de hac re alibi.

3 Ad Confirm. Resp. negādo omnem exigētiam alterius, quæ est in effectu esse dependentiam per influxum, quia effectus, non solum requirunt in causis influētibus virtutem, à qua elicitur causalitas, sed etiam requirunt causas cum aliquibus conditionibus, sine quibus non elicitur causalitas, ex his autem aliquæ omnino impertinenter se habent ad effectum, licet sint necessariò coniunctæ cum causa, & hæ dicuntur omnino per accidens respectu effectuum, vt nigredo se habet respectu volatus corui. Aliquæ vero pertinenter se habent, siue ex parte causæ efficientis, vt approximatio respectu causæ finitæ virtutis, quæ cum non possit agere ad omnem distantiam necessariò debet esse in distantia finita respectu passi, & hæc dicitur approximatio. Vel requiritur ex parte subiecti, quod nō potest recipere vnam formam, nisi prius recipiat alteram, vt subiectum non potest recipere lumen, nisi prius habeat diaphaneitatem, quæ tamen non influit in receptionem, vel substentationem luminis. Vel ex parte effectus, qua ratione forma superior non potest recipi in subiecto carente forma inferiori, ita enim forma substantialis non potest recipi in materia carente dispositionibus accidētalibus.

3. Constat hanc definitionem cōuenire causæ proximè, à qua immediatè elicitur effectus, quod omnes concedunt de causa completa in suo genere, & ordine solum posset esse difficultas de causa incompleta, siue in suo genere, siue in suo ordine, eo quod posita causa incompleta non sequitur effectus. At Resp. potest nō sequi, non ex defectu illius partialis, seù incompletæ virtutis, sed ex defectu complentis virtuti, sicut etiam posita causa efficiente sine materiali non sequitur effectus, & tamen nemo dixit hanc definitionem non conuenire causæ efficienti, etiam completæ in suo genere. Similiter ex causa libera cum omnibus requisitis non semper sequitur effectus, & tamen nemo dixit illi non conuenire hanc definitionem. 4

Definitur causa proxima.

Vel 2. Resp. potest effectum semper sequi ex vi suæ causæ, & ex partiali partialiter, ex totali totaliter.

Difficultas igitur solum est de causa remota, an illi conueniat hæc definitio.

Prima opinio est affirmantium. Primo ex communi modo loquendi, nam ignis v. g. dicitur calefacere licet principium elicitiuum calefactionis, non sit substantia ignis, sed calor. Similiter homo dicitur tangere hominem, licet non se tangat secundum carnem, sed per vestes. 5

Causa remota etiam definitur hac definitione secundum aliquos.

Confirm. quia causa remota est conditio, seù principium necessarium, vt existat id, à quo actio immediatè elicitur, vt substantia ignis est necessaria, tanquā subiectū ad existentiā caloris; ergo est īmediata causa calefactionis elicitæ à calore, quia formaliter immediatè calefacit per calorem, tanquam per suam potentiam.

Confir.2 quia alioqui nullum daret prīcipiū mediatum vt quod, nam hoc non est ipse calor, cum hic sit, vt quo. Neque per aduersarios est ignis; ergo nullum datur in mediatum principium, vt quod. Hoc autem est contra Arist. qui in 1. met. c.1. docet actiones esse suppositorū, & non formarum.

2. Sententia est dicentium hanc definitionem, verè, & propriè conuenire solum principio immediato elicitiuo actionis, non autem remoto

Contraria sententia Suarij.

remoto, siue separato ab hoc immediato principio, siue coniuncto per vnionem, siue naturalem, siue violentam, siue supernaturalem; tribuitur Suar. disp. 18. met. sect. 2. num. 22. vbi efficientiam tributam formis substãtialibus negat saluari per efficientiam, quæ est per qualitates sibi inhærentes, quia hæc non est efficientia propria, & per se, sed remota, & radicalis, quia actio immediatè existens à forma accidẽtali ab illa sola per se, & essentialiter pendet, nam si Deus conseruaret calorem v. g. extra ignem, vel in alio subiecto conseruaretur eadẽ actio, quæ ab illo solo proximè procedit; ergo signum est formam substantialem nullam habere efficientiam circa illam actionem, quod ẽt docet Vasquius tom. 1. 3. p. disp. 21. c. 3. nu. 17. vbi calefactionem à calore existente in aqua, ita illi tribuit, tanquam principio vt quod, vt ipsum subiectum nihil conferat ad actionem.

Confirm. ex communi modo loquendi, sentiendi Philosophorum, nam dicunt panem videri medio colore, & tangi media quantitate, cum tamen sola accidentia materialia propriè sentiantur, non vero subiecta substantialia, nisi impropriè, & remotè, nam substãtia panis corrupta, maneret eadem numero visio cum omnibus suis qualitatibus; ergo substantia propriè nullo modo concurrit ad visionem.

6 *Causa remota, vt causa p accidens. Auer.*

Confirm. 2. Nam hic definitur causa per se, & propriè dicta, sed causa remota non est propriè per se, sed per accidens ex Auer. 3. meteor. c. 1. ergo causa remota non definitur. Minor probatur, nã dupliciter potest dici causa per accidens. Primo, quia non agit per se ipsam, sed per aliud, & ita constat causam remotam esse per accidens, quia agit per proximã. Secundo, quia per accidens, & non necessariò requiritur ad actionẽ, & ita similiter causa remota est per accidens, nam deficiente quauis causa remota, imò deficiẽte omni subiecto adhuc existit causalitas causæ proximæ, si hæc naturaliter, vel supernaturaliter conseruetur.

Resp. pereunte subiecto naturaliter periret omnis actio accidẽtium illius subiecti; at quod naturaliter contingit est per se, & non per accidens. Neq; obstat id esse, quia periret principium actionis, & non conseruaretur in alio subiecto, vel extra omne subiectum; nam ex eadẽ ratione posset dici, quod calefactio v.g. per se non penderet à calore, nam ablato calore producẽte, naturaliter periret calor productus ab eo, cum tamen possit produci ab alio calore, vel causa calefaciente. Sed contra, nam ex diuersitate harum desitionum apparet vsus opinionis, nam deficiente subiecto caloris deficit calefactio per accidens, quia .s. deficit calor, qui est principium calefaciens. Vnde eo conseruato omnino maneret eadem numero calefactio, vt patet ex actionibus accidentium, quæ sunt in Hostia ante, & post consecrationem. Vnde tota deficientia calefactionis est ex defectu existentiæ caloris, & non ex defectu existentiæ subiecti. At vero quando deficit calor per se deficit calefactio, quia deficit virtus, à qua immediatè egreditur, hæc numero calefactio, cum

hæc nec de potentia absoluta conseruari possit sine hoc calore, vnde etiam ex natura sua

A deficit calor existens ex vi huius calefactionis.

Confirm. nam alioqui aliquid posset causare se ipsum secundum eos, qui ponunt inter causas mutuas causalitates; nam si id, quod est necessarium ad ponendum principium proximum est vera causa principiati à tali principio sequitur id, quod requiritur ad materiam primam esse veram causam cuiusq; effectus à materia pendentis, cuiusmodi est forma respectu materiæ, atq; adeo forma est causa sui ipsius.

Pro solutione Not. causam remotam esse duplicem. Vnam coniunctam cum proximo. 7 *Causa remota, vel vt coniuncta, vel separata à proxima.*
Alteram separatam, & inter separatas. Aliam tribuere existentiam causæ proximæ, vt Auus

B dicitur causa Nepotis, quatenus est causa Patris, qui produxit Nepotem, quo sensu causa causæ dicitur causa causati, quod non intelligitur quoad specialem ordinem mediatum, vel immediatum. Vnde non sequitur A, est pater B, B est pater C, ergo A, est pater C, quia ly (pater) dicit ordinem immediatum ad suum terminum, vt Scotus 1. d. 19. q. 2. ad 4. litt. I, & dist. 17. q. 2. ad 3. contra 5. opin. & 4. d. 49. q. 2. Aliam vero non tribuere existẽtiam per aliquã efficientiam, sed tantum habere subordinationem, quomodo substantia secundum Thomistas dicitur causa substantiæ mediante accidẽtibus, vt ignis ignem mediante calore etiam si

C calor sit separatus ab igne, nec receperit existẽtiam ab eo, quia adhuc dicitur agere in virtute ignis propter subordinationem illius ad naturam ignis.

At verò inter coniunctas, aliam coniungi, vt subiectum virtutis immediatè, & proximè actiuæ, sicut aqua dicitur calefacere per calorem sibi inhærentem. Aliam vero coniungi, vt suppositum cũ causa immediatè actiua, sicut Verbum dicitur esse causa actionum, quæ fiunt ab humanitate Christi, & hac ratione actiones omnes dicuntur suppositorum. Aliam vero coniungi, vt causam cum instrumento, quo modo artifex dicitur secare per serram. Aliam vero

D coniungi sicut genus, vel prædicatum aliud necessariò requisitum ad constitutionem causæ, quomodo animal dicitur causa remota respirationis.

Not. 2. ex his causis remotis alias concurrere ad effectum simul cum causa proxima: alias 8
vero nullum concursum præbere immediatè circa effectum, sed ad summum circa existentiam causæ proximæ, ex illis autem, quæ simul concurrunt, aliæ concurrunt concursu vniuersali, quomodo sol, & homo generãt hominem. Aliæ cõcurrunt concursu particulari, sed partiali, vt habitus, & potentia. Aliæ concurrunt cõcursu totali, non diuerso, sed eodem, qui tamen actu communicatur à causa remota pro-

E ximè, vt v. g. artifex dum per instrumentum motum efficit artificiatum.

Not. 3. Ex his causis nõ dici remotam propriè, quæ concurrit cõcursu vniuersali, vel particulari partiali, quia huiusmodi causæ proximè attingunt effectum in suo ordine, & gene-

re,

re, quare manet difficultas de alijs causis, quæ non immediatè concurrunt.

Not. 4. causam remotam posse dici dupliciter. Primo in ordine ad effectum, quia .s. non immediatè attingit effectum per suam causalitatem licet immediatè attingat causalitatem. Secundo, in ordine ad causalitatē, quia .s. causalitas, per quam existit effectus non attingitur ab ipsa immediatè, sed tantum mediatè, idest per virtutē, vel causam, quæ ab illa aliquo modo pendet secundum suam existentiam, nō tamen secundum causalitatem; quare fit.

Causa remota duplex, vel in ordine ad effectu, vel in ordine ad causalitatem.

9 1. Concl. definitio causæ conuenit causæ remotæ respectu eff. ctus, sed proximę respectu causalitatis. Primo, quia hæc definitio conuenit causæ principali, cum ipsa sit præcipua causa, à qua actu pendet effectus, sed causa principalis non attingit effectum nisi mediante instrumento, quo vtitur, vt per illud communicet suum concursum effectui; at quæ sic concurrit est remota respectu effectus, licet sit ꝓxima respectu causalitatis, vt patet ex concursu, quem adhibet faber lignarius ad tabulā sectam, medianté serra, motus .n. ille serræ, quo fit sectio est immediatè à potentia motiua fabri, sed mediatè attingit tabulā, qa mouet partes tabulæ mediante motu cōmunicato serræ.

Definitio causæ conuenit remotæ respectu effectus proxima respectu causalitatis.

Dices, non videtur quo modo possit esse causa remota respectu effectus, & proxima respectu causalitatis, nam causalitas intermedia non tollit immediationem, & proximitatē causæ, & effectus, alioqui nulla causa esset proxima, & immediata.

Resp. Nō dici remotam ex mediatione causalitatis, sed ex mediatione instrumenti recipiētis motum ab agente principali, quem defert ad effectum.

Dices 2. Ex instrumento, & causa principali integratur vna causa, ergo si instrumentum attingit immediatè effectum, etiam causa principalis.

Resp. posse hac ratione illud aggregatum, vt est quoddam totum cathegorematicè sumptū dici attingere immediatè effectum, quomodo homo, vt est totum quoddam dicitur attingere immediatè tabulam, cui manus tantum est proxima, at vero illud aggregatum, vt est totū quoddam syncathegorematicè sumptum, idest vt distribuit in omnes partes non attingit immediatè, sicut homo non dicitur immediatè attingere tabulam prædictam, vt est totum syncathegorematicè sumptum, idest secundū omnes partes, & ita accipitur hic aggregatum ex causa principali, & instrumento, nam dū quæritur an causa principalis attingat immediatè effectum iam sumitur causa principalis, vt distinguitur ab instrumento, an .s. concursus, vt est à causa principali coniungat illam immediatè eff. ctui, an vero mediante instrumento.

10 Dices 3. hic motus, vt est à causa principali, & communicatus instrumento non est causalitas, qua secatur tabula, sed potius est virtus cōmunicata serræ, quæ deindè effectiuè per propriam causalitatem attingit sectionem mouendo partes tabulæ.

Resp. de hoc fusè dicemus, cum de causa A instrumentali, nam qui volunt serræ non communicari motum, sed impetum, & ab hoc immediatè eligi motum tabulæ, posse id asserere, quia ille impetus est actiuus, vt patet in impetu impresso lapidi, qui vero volunt communicari motum id asserere non posse, quia motus non est actiuus, & in hoc sensu conclusio nostra procedit.

Dices 4. inter causas principales sunt, quæ nec immediatè attingunt effectum, nec causalitatem, vt dicitur substantia attingere substantiam mediis accidentibus, vt Thomistæ, etiam si hæc sint separata à substantia, quæ est causa principalis.

Resp. duplex esse agens principale. Primum B quoad solam denominationem, & de hoc non intelligitur conclusio, de quo tamen intelligitur argumentum. Secundum quoad influxum, eo quod influxus, quo attingitur effectus fit principaliter, non solum quoad attributionē, sed etiam secundum exercitium virtutis fit à causa principali primario, & de hac intelligitur conclusio.

2. Concl. hæc definitio non conuenit causæ, quæ non est immediata, nec respectu effectus, nec respectu causalitatis, quia non est id, à quo est influxus, seù dependentia effectus, nā etiam si ipsa non esset, posita tamen causa immediata eodē modo procederet effectus nul- 11
C la facta variatione, nec quoad substantiam, nec quoad alia accidentia physica, vt rectè probāt argumenta allata in secunda opinione.

Non definitur causa nullo modo immediata.

Confir. quia tota virtus, à qua pendet actio, seù causalitas est in causa immediata, cum supponatur causam remotam actu non concurrere; ergo si illa virtus sit separata à causa remota eodem modo produceret effectum, ac existens in illa, nam coniunctio cum illa non dat virtutem actiuam causæ, sed tantum dat illi existentiam, quare si concursus ad existentiam aliunde suppletur, iam actio tota, & totaliter potest esse ab illa virtute, & licet sit miraculum, quod illa causa immediatè conseruetur sine causa re-
D mota, eo quod illi non debeatur concursus cōseruatiuus, vt sic separatè, tamen illo miraculo posito, non est miraculum, quod illa operetur.

Confirm. 2. Ex causa materiali remota, nam de ratione huius est, vt mutetur per suam causalitatem, seú vnionē cum forma; at causa materialis remota non mutatur ex forma recepta in causa proxima, tum quia receptio seù vnio non potest esse sine sua causa materiali, at huiusmodi vnio potest esse sine causa remota, vt v. g. si accidentia recipiuntur solum, & immediatè in quantitate, & nullo modo in mā, mā esset causa remota illorum accidētium, sed destructa materia cōseruata quantitate, vt in Eu-
E charistia vnio cum accidentibus afficiens quātitatem nullo modo mutaretur; at si illa afficeret materiam mutaret illam, atq; adeo nō posset existere sine materia, quia vnio non potest esse sine extremis, quæ afficit. Tum quia eadem ratione dici posset Verbum mutari per accidentia recepta in humanitate, nam Verbum, vt substen-

substentat humanitatem, est causa remota accidentium, quæ recipiuntur in illa, & cum non possit esse causa in genere efficientis formalis, & finalis, reducetur ad causam materialem.

Confirm. ex communi Theologorum sententiam, qui contra Durandum negantem Deũ immediatè influere in omnes effectus, sed tantũ mediatè per virtutes communicatas causis secundis, arguunt. Quia ex illa sequeretur. Deũ non esse verè, & propriè causam omnium creaturarum, & effectuum; ergo secundum Theologos ad rationem veræ, & propriæ causæ requirit influxus immeditus Dei in effectũ. (Neq; dicas aliam rationem esse causæ remotæ materialiter substentantis virtutem, ac efficientis remotæ producentis eandem virtutem, quod illa cũ intrinsecè informetur virtute, dicetur propriè agere per illam; at non sic efficiens dicitur efficere per effectum à se productum, non, inquam, id dicas) quia licet hoc faciat aliquã variationem quoad denominationem. Vnde aqua dicitur calida ex receptione caloris, non autem Deus dicitur calidus ex receptione caloris. Vnde fit vt aqua calida dicatur calefacere per suum calorem, non sic autem Deus dicatur calefacere per calorem existentem in aqua, tamẽ quoad rem nullum est discrimen, nam eodem modo calefactio est independens à substantia aquæ, ac esset independens à causa productiua caloris aquei, cum neutra concurrat ad calefactionem, & vtraq; cõcurrat in existẽtiam principij proximi.

Confirm. quia causa propriè, vel est ordo, vel fundamentum talis ordinis, nam causalitas, est actualis ordo causæ ad effectum, sed causa remota nõ est huiusmodi, quia totus ordo potentiæ v.g. calefactiuæ, & fundamentum calefaciendi adæquatè intelligitur esse in calore, non autem in subiecto caloris, nam calor separatus à subiecto retinet totum fundamentum calefaciendi, subiectum vero, vt v.g. aqua, secundum seipsam non habet talem ordinem, cum possit intelligi adæquatè sine tali ordine. Neq; dicas, id esse verũ in subiecto cui est extraneum accidens non autem in illo, cui est cõnaturale, quia licet hæc diuersitas inducat diuersitatem quoad connaturalitatẽ, vel innaturalitatem inter formam, & subiectum, non tamen tamen inducit varietatem, quod rationem causæ, si principium influxus sit eiusdem rationis. Vnde calefactio est eiusdẽ omnino perfectionis, & eodem modo procedit à calore, siue hic existat in igne, siue in aqua, siue ab vtroq; separetur.

Confirm. vltimo, quia ex effectu, & causalitate deuenimus in cognitionem suæ causæ; at ex calefactione v.g. non deuenimus in cognitionem subiecti, vt patet ex calefactione caloris existentis in Eucharistia, ergo.

12 *Potentiæ vitales concurrunt ad actus supernaturales immediate per se ipsas.*

Ex hac sequitur animam immediatè cõcurrere ad actus vitales, & non solum per potentiam accidentalem, alioqui ipsa non esset causa. Secundo, sequitur potentias vitales, simul cum gratia, & auxiliis supernalibus concurrere ad actus vitales supernaturales, non solum per habitus superadditos, sed etiam immediatè per se A ipsas, quia alioqui non haberent illi actus vitalitatem, quia non essent à causa vitali, vt fusius in in 1. p. Tertio, sequitur materiam disponi per accidentia ad recipiendas formas, recipiendo illa in seipsa, & non in quantitate, quia materia disponitur per informationem accidentium, vt alibi diximus; si enim accidentia essent in quãtitate non appareret quomodo materia esset dispposita, cum accidentia non essent vnita illi. Ex his patet ad argumenta. Ad 1. Resp. denominari quidem causam, etiam si sit remota, & non concurrat per se ipsam ad effectum, tamẽ tunc accipitur totum aggregatum, vt v.g. calidum, quod agit per partem sui .s. per calorem sicut homo dicitur tangere corpus per partem B sui, sed non dicitur causa, vt præcisè sumitur à virtute immediatè actiua, quia vera ipsa non agit, nec secundum se totam, nec per aliquid sui, vt v. g. ignis præciso calore non dicitur calefacere, sed ignis, vt habet calorem.

Ad Confirm. Resp. negando consequentiã, quia licet subiectum, vel causa efficiens principij proximi sint necessaria, vt illud principium proximum existat, atq; adeo vt existat actio pẽdens ab illo principio proximo, tamen hinc nõ sequitur, esse causam illius actionis, & effectus, ad quem nullo modo per se ipsam concurrunt immediatè, nã actio immediatè est ab ipsa potentia, non autem à subiecto potentiæ, & impli- C cat dicere subiectum concurrere immediatè per potentiam, quia ly (per) ponit mediationem in ratione causæ inter subiectum, & causalitatem, & effectum.

Ad 2. Confirm. Resp. 1. principiũ, vt quod dici id, quod existit separatim ab alio, atq; adeo id quod concipitur per modum totius, hoc autem aliquando est principium immediatum, quando illud principium se toto agit, vt v. g. calor separatus, vel anima separata; aliquando vero principium, vt quod non est immediatũ, quando scilicet non agit secũdum omnes suas partes, sed per aliquid à se distinctum, vt aqua dicitur calefacere, vt quod, quia agit per ca- D lorem à se distinctum, aliquando vero principiũ, vt quod dicitur immediatum, non adæquatè, sed inadæquatè, quatenus concipitur totũ agere per aliquam sui partem, quæ immediatè influit sicut homo dicitur intelligere per animã, quia cum anima includatur in essentia hominis, & illa immediatè agat, etiã homo, vt quod agit per animam immediatè, vt quo, non tamẽ materia, quæ informatur anima dicetur agere immediatè per animam, quia anima non est pars materiæ.

13 *Principium quod immediatum, & immediatum.*

Et hinc patet ad propositionem illam, quæ Arist. tribuitur, quod actiones sunt suppositorum, ibi enim suppositum non accipitur, vt di- E cit præcisè subsistentiam, sed vt dicit compositum ex subsistentia, essentia, & potentiis, licet alii negent, vt Scot. quodl. 4. id dici ab Arist. sed tantum actionem esse circa singulare, quia tamen communiter asseritur; à Vasq. explicatur esse suppositorum, idest subsistentium 1. p. disp. 162. c. 3. & sumpsit à Scoto loc. cit.

qui

qui probat non posse intelligi de supposito, vt dicit esse subsistentiæ, quia agere in diuinis cōstituit suppositum. A

QVAESTIO IV.

De causalitate causæ in communi.

Tria considerantur in causa.

NOt. 1. in causa tria considerari posse. Primo virtutem causatiuam, de qua dicetur cum de singulis causis. Secundo causalitatem. Tertio effectū; nunc quærimus de causalitate.

Not. 2. nomine causalitatis intelligi id, quo formaliter causa communicat in actu secundo esse effectui, quod explicari solet nomine influxus, quo causa influit esse effectui.

1 *Causalitas nihil addit supra entitatem causæ nominalium.*

1. Opinio est negantium causalitatem addere aliquid supra entitatem causæ, & effectus, sed formaliter dicere virtutē causatiuam causæ, & connotare effectus existentiam. Videtur sententia Nominalium. Fundamentum, quia conceptis virtute causæ, & existentia effectus, ex vi causæ, præciso omni alio, intelligitur effectum causari, & causam causare. Sed non placet, quia de facto dari potest entitas alicuius causæ, & effectus sine vlla causalitate, vt patet tum in efficiente, quod producto effectu, desinit influere, & communicare esse effectui, quia præsente termino cessat motus, & tamen manet efficiens, & effectus, secundum totam entitatem ipsorum; ergo influxus, seu causalitas distinguitur ab entitate causæ, & effectus; & idem patet in materia, nam omnis causalitas materiæ, & formæ consistit in substentatione formæ, & compositione compositi; sed tam substentare, quam componere est separabile à materia, quia licet non possit separari ab omni forma, potest separari à qualibet determinata; ergo poterit ab influxu, & vnione qualibet determinata, atq; adeo à constitutione cuiuslibet compositi determinati; & idem probari potest de forma, vt patet ex anima rationali, quæ existit separata à materia, & forma corruptibilis licet separata naturaliter non posit existere, tamen de potētia absoluta, potest.

Confir. quia causalitas aduenit virtuti causæ perfectè constitutæ, vt actus secundus aduenit primo; ergo inter se distinguuntur. Consequentia patet, quia nihil sibi ipsi aduenit.

Non sufficit aduentus connotati in causando.

Resp. posset aduenire ratione connotati. Sed contra, quia denominatio, vel sumitur ab effectu secundum se, & non, quia hic manet postquam cessauit influxus, & tamen inde causa nō denominat, &c. actu causare, vel effectus actu causari, Vel ab effectu, vt ex vi agentis, & per ly (ex vi) denotatur, &c. causalitatem esse aliquid additum causæ, & effectui. Ex quibus destruitur fundamentum aduersariorum, nam nō sufficit entitas causæ, & effectus, præciso omni alio ad denominationem causæ actualis. E

Dices, quia si esset aliquid superadditum, vel esset absolutum, & non, quia causalitas non

2 potest concipi sine ordine ad causatum. Vel est relatiuum, & neq; quia omnis relatio cōsequitur, posita causalitate, & effectu, at causalitas præcedit. Neq; dicas esse relatiuum trāscendentale, quia hoc potest esse sine existentia sui termini, at causalitas non potest intelligi esse sine existentia causati.

Confirm. 1. quia si causalitas esset necessaria, vt quid medium inter causam, & effectum, maxime id esset, quia effectus non potest per se ipsum dependere à causa; at sicut ipsamet causalitas per se ipsam pendet, cur non etiam ipse effectus? præcipuè cum effectus in sua ratione includat esse à causa.

Confirm. 2. quia non apparet in quo subiecto sit huiusmodi causalitas, nam non est in ipso principio causante, quia recipiendo illam causaretur, quia sicut actio infert passionem subiecto in quo est, ita, & cæteræ causalitates. Neq; in termino causato. Tum quia est prius natura, quam terminus. Tum quia denominaret illum causantem, quia omnis forma denominat subiectum secundum rationem, quam includit.

Resp. ad 1. causalitatem non esse omnino absolutum, sed relatiuum transcendens, neque 3 omne tale potest existere sine termino. Patet in omnibus relatiuis actualibus, vt actio, passio, vnio, & similia.

Causalitas est relatiuum trascendentale non omnino absolutum.

Ad 1. Confirm. Resp. requiri causalitatem propter dependentiam actualem effectus, quia non potest intelligi effectum actu pendere ab hac causa sine aliquo influxu illius causæ. Neq; est eadem ratio de ipsa causalitate, & dependētia; quia rationes formales non sunt tales per rationem superadditam, sed seipsis, vt vnio non vnitur per aliam vnionem, sed ipsa; neq; quantitas extēditur per aliam, sed per se ipsam; quare similiter causalitas pendet, & causatur per se ipsam, & non per aliam.

Ad 2. Confirm. infra constabit in quo subiecto sit, cum de singulis causis dicemus, communiter dicitur esse in effectu, tanquam in termino, & in materia, vt subiecto.

Dices 2. datur aliqua forma, quæ non potest 4 esse sine vnione cum suo subiecto, vt est forma modalis.

Confirm. licet causa in potentia possit esse sine effectu, non tamen causa in actu; ergo causalitas non distinguitur à causa in actu.

Resp. in hoc non distingui causam à causalitate, nisi secundum rationem, quia modus, sicut se ipso vnitur subiecto, ita se ipso, tanquam, & principio, & causalitate causat effectū, quia eius natura essentialiter includit actualem cōmunicationem effectus.

Ad Confirm. causam in actu dici dupliciter. Primo in actu primo, & ita ab ea distinguitur causalitas, sicut actus secundus à primo, & hæc solet etiam dici causa in potentia, idest habens virtutem, & potentiam operandi. Secundo in actu secundo, & ita includit causalitatem, sicut includit actum secundum, atq; adeo ab ea non distinguitur, nisi sicut includens ab incluso. Vnde difficultas manet, quid sit, & vbi sit hæc causalitas.

2. Opinio est dicentium causalitatem non 5 esse aliud, quam ipsum effectum, vt est via, seu

vt

Causalitas est effectus, vt pēdens actu à causa secundum alios.

vt pendens actu à causa; Vnde distinguitur ab effectu, vt via à termino, quia causare non est aliud, quàm esse id, à quo aliud pēdet. Sed hęc opinio licet possit esse vera quoad effectū, qui est vnio, vel generatio, tamen non potest vniuersaliter esse vera, quia verè dari debet, aliquid medium inter causam, & effectum ab his distinctum ex natura rei, & non tantum per intellectum, cum possit manere tota entitas effectus sine causalitate, vt patet in quantitate Eucharistiæ, quæ non causatur à materia, & idem dici potest de forma substantiali corruptibili, & similibus, quod si velint causalitatem distingui ab effectu, vt viam à termino distinctō à parte rei non repugno, nam vt infra constabit vera est quoad effectum intrinsecum, & immediatum causalitatis, vt dicit influxum immediatum à causa.

Impugnatur.

Alij distinguūt à parte rei ab entitate causæ, & effectus causalitatem.

3. Opinio est dicentium causalitatem distingui à parte rei, non solum ab entitate causæ, sed etiam effectus, vt probant argumenta allata cōtra primam opinionem. Sed inter hos est discrimen; nam alij volunt consistere in relatione prædicamentali, quæ est inter causam, & effectus, sed non placet, constat enim esse falsum, vt rectè aduersarij primæ opinionis probant, quod hæc relatio non solum sit posterior causalitate, sed etiam termino, à quo relatio pēdet.

Differunt hij inter se.

Confirm. quia relatio prædicamentalis exigit fundamentum, at hoc non potest esse entitas causæ secundum se, cum posset esse sine relatione; ergo debet determinari per aliquid ad fundandam hic, & nunc relationem hanc, vel illā; at hæc determinatio non pōt esse nisi causalitas actiua in causa, & passiua in effectu. Vnde.

Alij 2. dicunt consistere in aliqua relatione transcendentali, non quidem potentiali, sed actuali, quam alij in omni causa præter efficiētem, dicunt non esse entitatem quādam distinctam à causa, & effectu, quæ mediet inter illas, quia esset superflua, sed esse modum quendam realiter cum causa identificatum, sed modaliter distinctum, quem modum dicunt esse ipsū concursum causæ ad effectum, vnde est entitas causæ non absolutè, sed vt concurrens ad effectum. ita Conimb. 2. phy. c. 7. q. 6. ar. 2. quem modum q. 8. ar. 2. dicunt contineri in virtute causæ, vt data occasione, potentia illa exeat in actum, & variari, variatis effectis, vt v.g. cum agens dat formam materiæ, hæc illam recipit, & fouet sua potentia, & non aliam formam, abiecta prima, recipit nouum modum, abiecto primo modo, & sic in infinitum pro variatione formarum, & ita proportionaliter docent de formis, in quibus ponunt huiusmodi modos, vt suo loco. Deinde docent his causalitatibus quasi actiuis respondere in effectis causalitates totidem, quasi passiuas, siue dependentias, quæ variantur pro varietate causarum, ex quibus simul pendent effectus, quas dependentias dicūt non distingui realiter ab effectibus, sed modaliter. Deniq; docent non esse necessarium, vt hæc eadem seruentur proportionaliter quoad distinctionem inter causam efficientem, & effectum, quia actionem, quam dicunt esse causalitatem efficientis patet distingui realiter à causa, & ratio discriminis est, quia materia, & forma sunt causæ intrinsecæ, & ideo habent causalitates modales sibi intrinsecas, at vero efficiens est causa extrinseca.

7 Alij dicunt causalitatem non esse modum aliquem in causa, sed in effectis, & consistere formaliter, non in re ipsa causata, sed in depēdentia, seù fieri rei, quæ causatur; quæ dependentia ex parte causæ dicitur influxus, vel secundum alios dependentia actiua, idest ipsum facere, nam idem est fieri, ac facere; sed distinguuntur ratione rerum, quæ ab illis denominātur; nam sicut ipsum fieri, seù dependentia denominat terminum esse causarū, & depēdentē, ita denominat ipsā causam causantem, facientē, & principium, alterius dependentiæ, & mihi placet, vt patebit ex singularum causarum causalitatibus. Vnde patet causalitatem non recipi in causa, sed in effectu, quia si reciperetur in causa, iam illam recipiendo causaretur. Vnde esset causans, & causatum.

Causalitas consistit in fieri rei qua causatur per alios.

Confirm. nam constat Deum ex tempore aliquid de nouo causare, & tamen nihil de nouo recipit; hac enim ratione Deus non potest ex tempore aliquid de nouo velle, quia volitio recipitur in Deo. Vnde si ex tempore vellet, mutaretur; ergo cum ex tempore causet, causalitas non in eo recipitur, quia mutaretur, vt fusius dicemus cum de actione.

Sed contra, quia causalitas, vel est ipsa entitas effectus, & non, quia hæc existit post causalitatem, non solum in posteriori naturæ, sed etiā durationis, idest in tempore cōsequenti, in quo non est causatio, seù causalitas. Vel est dependentia illa effectus à sua causa, & non, Tum quia est relatio quædam, qua formaliter effectus dicitur dependere, & intelligitur aduenire entitati effectus; causalitas autem non supponit entitatem, sed facit, vt existat entitas effectus; tum quia dependentia est potius causari, seù causatio passiua, non actiua; iam causare non est dependere ab alio, sed est facere, vt aliud pendeat ab ipso.

8 Resp. causare propriè esse actum quendam, seú influxum, & exercitium virtutis causæ, quo effectus nunc primum existit, vt fusius dicemus in singulis causis.

Causare est exercitium virtutis causæ.

Resp. 2. hunc influxum esse distinctum à relatione prædicamentali causæ ad effectū, Quia manet relatio causæ ad effectum, non manente hoc influxu. Vnde patet illum influxum, seù causalitatem esse aliquid medium inter entitatem, & relationem causæ.

Resp. 3. illum influxum distingui ex natura rei ab entitate causæ, siue sit modus, siue aliqd aliud, vt probat argumentum, est tamen idem realiter, non tamen adæquatè, sed inadæquatè, quia non existit necessariò semper, dum existit entitas causæ, sed solum pro illa mensura, qua primum existit res, tunc .n. necessariò existit causalitas, de qua re fusius cum de singulis causis, vbi explicabitur an sit modus, & in quo sit, vel tantum denominatio sumpta ex vtroq; scilicet causa, & effectu.

bus animalium initio vocat particularem logicam, cuius est tradere pręcepta propria cuiusq; scientiæ, & quia hæc præcepta traduntur in singulis scientijs, vt in physica, qualis debeat esse demonstratio naturalis, & in metaphysica, qualis demõstratio metaphysica, ideo in 2.phy. tractatur de causis, quare tractatio de causis in 2. phy. est Logica particularis; cognitis .n. generibus causarum, præcipit physicã debere demõstrare per omnes causas, maximè per finem, cui annexa est tractatio de fortuna, & casu, vt cognitis causis per accidens ostendat ad quod genus causæ reducantur, scilicet ad efficiens, & demonstrationem naturalem non constare ex his causis, vt patet ex 2.phy. vbi à tex. 70. ad finem Arist. cum prius docuisset, quot sint causarum genera, docet physicam vti omni causarum genere, & præcipue finali, nã necessitatem in rebus naturalibus tribuendam esse, non fini propter materiam, vt antiqui falso opinabãtur, dicentes omnia euenire ex necessitate materiæ, sed materiæ propter finem, ita videtur sentire loc. cit.

3 Ad varios artifices pertinet agere de causis.

6. Opinio est dicentium tractationẽ de causis ad varios artifices pertinere. Primo pertinere agere de causis in communi ad metaphysicum. Primo patet ex 5.met. sum.2. c. 1. & 5. met.2. ratio prima ex Alb. tract.2.c.1.& Auer. 2. met. tex. 6. est, quia metaphysici est agere de vniuersalissimis diuisionibus entis, inter quas hęc vna est diuisio entis in causam, & causatũ. Secunda, quia causa, vt sic, non includit motum, vel materiam sensibilem, vel intelligibilem.

Numerum causarum inuestigare est metaphysici.

Ex hac colligitur inuestigare, & probare numerum causarum in communi nõ pertinere ad physicum, sed metaphysicum, vt bene Alb. 2. phy. tract.2. c. 7. Secundo considerare finem, & efficiens in communi non pertinere ad physicum. Vnde etiam patet considerare aliquid, vt pendens ab efficiente, vel fine in communi non spectare ad physicum, vt v. g. intellectionem, vt efficitur ab intellectu, quia non includitur motus, vt sic, ita etiam actus volendi, &c.

Sed contra, quia nulla causa est expers motus, neque materiæ. Vnde semper Arist. definit per motum, & materiam.

Resp. definiri plerumq; ab Arist. per motũ, & materiam, vel quia notiores nobis sunt, vel loquitur de causis rerum naturalium, & ob has rationes 5. met. 2. & 3. dum agit de causis sumit initium ex physica, & 1. met. se remittit ad physicam, tamen inde transit ad causas metaphysicè sumptas, nam cognouisse causas sine motu patet ex 8. phy. & 12. m. de qua re nos alibi, & etiam si non cognouit Arist. sufficit dari in vniuerso causas sine motu.

Causæ coniunctæ cum motu spectare ad physicum.

Secundo docent agere de causis coniunctis cum motu pertinere ad physicum, patet ex 1. phy. 27. 68. & 70. vbi ait physicum agere de causis, & quid sint, & quot numero sint inuestigare. Neq; dicas id pręstare, vt inducit habitum metaphysicæ, quia rationem eius tractationis assignat, vt perfectè cognoscat res physicas, quæ pendent ex causis: ex qua ratione patet, vt bene etiam dixit Fons. omnem artificem agere de causis proprij obiecti, non tamen de causis in communi.

Et Confirm. nam 1. met. proponit velle agere de causis, de quibus dictum est in physicis, sed vt videat, an antiqui posuerint aliud genus causæ præter illa, & 5. met. ferè reperit eadem, quæ dixerat in physicis. Quare Arist. nullibi exactius egit de causis, quam in physicis, & ratio est, quia obiectũ physicæ habet omnes quatuor causas, sed obiectum debet cognosci per causas 1. phy. initio 2. phy. 70. ergo debet cognoscere omnes illas, etiam secundum aliquam rationem communem illis.

Et Confirm. quia habet medium inueniendi illas, scilicet motum; ergo potest probare, quot sint causæ physicæ. Antecedens patet, nam materiam transmutatione inuestigauit 1. phy. 72. formam similiter ex transmutatione, nam dum probat dari materiam, probat etiam dari formam, & præterea probat in 2. dum probat esse naturam. Finis similiter à tex. 75. cũ sit id, propter quod efficiens operatur. Efficiens similiter, quia est id, vnde motus; cum igitur probet causas physicas esse quatuor, probat etiam cõsequenter causas in cõmuni esse quatuor, sicut qui dicit esse quatuor homines, dicit etiam cõsequenter esse quatuor animalia, non tamen potest probare non esse plures causas.

Tertio docent de causis agere logicum 2. post. à tex. 11. ratio, vt tradat pręcepta cõstruẽdæ demonstrationis, in qua medium est causa. Addit tamen Fons. non considerari causas, vt sunt principia essendi, sed vt principia cognoscendi, non tamen debere considerare, cui conueniat ratio causæ, nam hoc relinquit alijs sciẽtijs. 4

Logicus considerat causas tradendo præcepta demonstrationis.

Quarto de morali dubitãt, an cõsideret causas, nã Simpl. 2. phy. initio cap.3. Auer. & Alex. 2. phy. 1. videntur negare, cum dicant propriè tractationem causarum pertinere ad speculatiuas, & 2.met.3. nam practicæ non respiciũt cognitionem, sed opus, hoc vero pertinet ad moralem determinare.

Moralis scientia, non considerat causas.

QVAESTIO VII.

Quot sunt genera causarum.

PRimo constat, dari in rerum natura causas, vt probatur ex rerum vicissitudine, generatione, corruptione, alteratione, & alijs mutationibus.

2. Constat, quatuor poni genera causarum .s. efficientis, finalis, materialis, & formalis ex Arist. 2 phy. à tex. 27. vbi Tolet. q. 7. Ruuius tract. 1. de causis num. 54. Conimbricen. c.7.q. 2. Alber. tract. 2. c. 7. Simplic. tex. 68. Masius cap.3. sect.1.q.3.& idem Arist. 1.met. tex.50. & 5.met. tex. 2. vbi Fons. q. 5. sect.4. Suar. disp. 12. sect. 2. Perrer. lib. 8. c. 5. & alij qui omnes probant cum Arist. non esse plura genera, nec pauciora. Circa quam doctrinam est.

DVBITATIO I.

An hæc diuisio causarum in quatuor genera sit adæquata.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

Platonici addunt causam idealem, & instrumentalem; Alij terminatiuam.

1 PRima opinio est negantium, quorum aliqui dicunt esse diminutam; addentes his genus causæ ideale, seu exemplare, & instrumentale, vt Platonici: Alij addunt genus causæ terminatiuum, quam causalitatem habet suppositũ respectu naturæ, obiectum respectu actus, & terminus respectu relationis, quæ causalitas non est aliqua ex prædictis.

Stoicorum alij ponebant tantũ causam materialem, & efficientem. Alij tantum efficientem.

At aliqui dicunt esse superfluam, vt Stoici apud Senecam Epist. 65. quos ipse sequitur, ex quibus alij dixerunt esse tantum duo genera .s. materialis, & efficientis; Alij, esse vnum .s. efficientis, vt refert ipsemet Seneca loc. cit. & Laertius in vita Zenonis, Zitici quod nec finis, nec forma possunt habere rationem causæ, sed solum effectus, cum fiant per actionem agentis.

Causa intrinseca per vnionẽ duplex, vel vt subiectum, vel vt actus.

2 2. Opinio est dicentium esse adæquatam; est Aristot. loc. citat. & ibi omnes Peripatetici: Fundamentum; quia non est aliud genus causæ, nam omnis causa, vel est intrinseca effectui, vel extrinseca: si primum; vel per inclusionem essẽtialem in illo, vel per vnionem, & coniunctionẽ cum illo: si per inclusionem, vel vt subiectum, & est materia, vel vt actus, & est forma; quare non datur alia causa intrinseca essentialiter inclusa. Neque obijcias, partes quãtitatis, & partes integrantes, nam aliqui dicunt in his vnam habere rationem actus respectu alterius, & cõtra, sed non placet, quia non potest id intelligi, qua ratione vna modificet, & informet aliam, & omnino videtur impossibile, idẽ respectu eiusdem esse potentiam, & actum.

Confirm. quia partes sunt veræ causæ respectu compositi, sed non sunt vere materia, vel forma inter se; ergo erunt alia ratione causæ propriæ.

Quare Resp. has causare totum, vt materia respectu vnionis, qua vniũtur inter se, & vt causant totum, sunt vere subiectum, nam recipiunt vnionem, qua modificantur, & informantur, & ideo dicuntur causæ materiales.

Causa intrinseca per coniũctionem cum suo effectu, vel sunt cum illo vnibiles substãtialiter, vel accidentaliter, &c.

Confirm. 2. quia vnio reducitur ad formam, cum sit terminus vnitionis, at in omni actione naturali debet dari materia, forma, & priuatio. Si vero sunt causæ intrinsecè per coniunctionem cum suo effectu, vel sunt vnibiles per informationem substantialem, vel accidentalẽ, & ita se habent, vt materia, & forma; vel per cõtinuationem, & ita non sunt causæ ad inuicem, licet sint causæ materiales respectu vnionis, vt patet in partibus quantitatis, vel per vnionem naturæ, & suppositi, quæ dicitur vnio hypostatica, & sic subsistentia dicitur causa formalis à qua vtraquè natura denominatur subsistens, quod est primarius effectus subsistentiæ, nam existentia naturæ est secundarius effectus illius, quatenus .s. natura est realiter dependens in sua existentia ab ipsa subsistentia, quomodo secundum aliquos existentia materiæ est effectus secundarius formæ. Hinc patet totum compositum, cui est naturalis subsistentia non habere speciale genus causalitatis respectu naturæ alienæ, quam suppositat, nam non suppositat, nisi formaliter per subsistentiam, qua ipsiusmet natura formaliter suppositatur, & subsistit; vnde suppositare non est speciale genus causæ.

Hypostatica terminatio quomodo non est causalitas.

3 Hinc patet quomodo terminatio hypostatica non sit causalitas, etiamsi in natura sit dependentia, nam subsistentia Verbi non est propria causa formalis respectu humanitatis, vt est subsistentia creata, à qua humanitas fit formaliter subsistens; nam esse propriè causam formalem, imperfectionem includit; quod si auferatur imperfectio, tunc potest conuenire subsistẽtiæ diuinæ esse causam formalem, qua humanitas fit formaliter subsistens, quod est effectus primarius illius, nam secundarius effectus est existere natura humana, & hac ratione natura humana speciali modo pendet à Verbo, & non à Patre &c. vt speciali modo pẽdet à materia, & forma, quo speciali modo non pendet à Deo effectiue, sed à materia, & forma in alio genere. Ex his patet, non esse possibilem aliam causam intrinsecam, præter materiam, & formam, vel quæ non sit ad has reducibilis. Iam vero omnis causa extrinseca effectus, vel est efficiens, vel finalis, vel ad has reducibilis: nam vel est, à qua effectus accipit suam entitatem per verã, & realem actionem, & dicitur efficiens, vel instrumẽtum efficientis, vel complementum efficientis, vel est id, cuius gratia effectus habet suam entitatem ab agẽte, & sic est causa finalis; ergo nulla alia potest esse causa principalis extrinseca præter has.

ART. II. Refertur opinio Auctoris.

4 PRimo Not. hic quæri, causas rerum physicarum, quæ componuntur ex materia, & forma; nam spiritualia, vt carent materia, & forma, ita non indigent causa materiali, & formali, sed solum efficienti, & finali.

2. Not. ex D. Tho. 5. met. lect. 2. distinctionem specificam causarum debere sumi poenes diuersas rationes causandi; modalẽ vero distinctionem sumi per eundem modum, sed poenes diuersas habitudines causæ ad causatũ ex Alens. 5. met. tex. 3.

Quatuor tantum sunt genera causarũ.

1. Concl. In rebus naturalibus nõ sunt pauciora genera causarum, quam quatuor supradicta: Patet ex dictis in secunda opinione.

Confirm. 1. Quia pleraq; effecta indigent his omnibus, & non pluribus; ergo non sunt plura, quam quatuor: antecedens probatur quoad primam partem: nam quod omnis effectus indigeat efficiente patet, quia nihil potest seipsum efficere; ex hac deinde probatur indigere fine; nam efficiens agit, nisi temere agat, gratia alicuius finis: Iam vero omnis effectus, vel fit ex nihilo, & nullam habet causam internam, sed solum externas .s. efficientem, & finalem; potest .n. esse res simplex, vt substantiæ separatæ: sed hæc

actio

Quomodo intelligitur: principiũ aliud (ex nihilo nihil fit).

actio non conuenit omni agenti, nam agens naturale non agit, nisi ex præsuppofito subiecto, **A** ex quo Philosophi dixerunt, ex nihilo nihil fieri, respicientes .s. ad actiones agentium naturalium; vel fit ex aliquo, cum hoc non sit tota res (alioqui cum præexisteret actioni agentis, nihil de nouo fieret) necessariò debet dari aliud, quo compleatur esse effectus, & illud dicetur materia, hoc vero forma; vnde in huiusmodi effectibus quatuor causæ, duæ scilicet internæ, externæ duæ requiruntur.

Fundamentũ Stoicorũ, quod causæ non sint quatuor.

5 Sed contra primo ex Stoicis, nam vel causam appellant id, quo remoto effectus fieri non potest, & tũc pauca dixerunt: nam ommittunt tẽpus, locum, motum; sine quibus nulla res esse, & fieri potest; si vero causam appellant, à quo **B** primo res pendent; tunc pauciora sunt; nam forma non dicitur causa, sed pars, quam artifex operi imponit: exemplar potius est instrumentum causæ necessarium, quam causa; sicut est scalptrum, lima, & similia: Deniq; propositum, idest finis, non est causa effectus, sed est superueniens efficienti; vt hæc sit causa.

Confirm. 1. quia materia non potest dare esse effectui, cum sit potentia, & effectus sit actu: similiter forma, nam non dat esse materiæ, quia hæc præexistit formæ; nec potest esse causa cõpositi, quia cũ hoc primò fiat, forma potius accipiet esse à composito, quam contra: Neq; finis est causa, quia hic non est, cum sit effectus, & omnis causa est principium; principium autem **C** opponitur fini, vt prius posteriori: Neq; efficiens, quia per ipsum possent demonstrari proprietates effectorum, quod tamen non fit.

6 Confirm. 2. quia causa dicitur in ordine ad effectum eius: sed effectus dicitur à solo efficiente; ergo solum efficiens est causa.

Confirm. 3. quia omnia reducuntur ad efficiens; nam finis est, qui mouet efficiens; forma est id, quo efficiens agit, materia est id, in quo efficiens operatur.

Omnem causã esse efficiẽtem, dixit Aug. ex Platone.

Confirm. 4. ex D. Aug. lib. 83. qq. quæst. 28. vbi asserit omnem causam esse efficientem, & videtur sumpsisse à Platone, qui in Dialog. de Pulcro ait, causam, & efficientem esse idem; **D** vnde negat, finem esse causam, quia nec est causa efficientis, nec sui ipsius.

Confirm. 5. nam forma, cum non præcedat effectum, non videtur esse causa, sed potius ipsa est effectus, nam nihil de nouo fit, nisi forma, cum materia præcedat: vnde Arist. putauit, formam esse totam quidditatẽ rei. Denique solus finis videtur esse causa, quia, vt Socrates ait, ad quæstionem (propter quid) satisfit solum respondendo finem.

Id tantum est causa, quod p se influit in effectum.

Resp. rectè à Seneca notari, non quodlibet necessariò concomitans effectum, habere rationem causæ; non enim conditiones, sine quibus esse non potest effectus, numerantur in causis; **E** sed ea tantum, quæ per se influunt in effectum, quod non conuenit loco, quia est quid extrinsecum, & ipsum (Vbi) consequitur effectum: & idem dicendum de tempore, siue accipiatur pro extrinseco, quod est communis mensura, siue pro duratione intrinseca, quæ est eius accidens: neq; motus potest esse causa, quia potius est influxus ipsius materiæ, vel efficientis in **A** effectum: materia vero, licet prærequiratur ad actum agentis, tamen in instanti, quo est actio, per se influit in illam, & forma, licet sit effectus agentis, & materiæ, est tamen causa totius compositi, complens essentiam eius, & totalis causa in suo genere, nam totalitas causæ non sumitur ex partialitate entitatis respectu compositi, sed ex totalitate influxus in suo genere; quod si quis velit illam appellare partem causæ respectu totius causalitatis requisitæ ad esse compositi, ita omnes causæ dici possent partiales, sed est impropria locutio, quia non componũt vnũ genus causæ, sed quoddam aggregatum ex pluribus generibus causarum; & finis, licet requi- **B** ratur ex parte agentis, ne eius actio sit temerè, sed procedat ex determinato proposito, tamen habet influxum proprium, & per se diuersum ab influxu agentis.

Ad 1. Confirm. patet ex dictis, sed tamen adhuc respondeo ex Fons. sect. 6. & de mate- **7** ria quidem dicimus, inde habere, vt sit causa intrinseca, tanquam pars materialis, formam vero dare esse essentiæ ipsi composito, quod esse nõ accipit à composito, immò nec esse quidem existentiæ accipit à composito, sed vel à solo efficiente, vel ab efficiente, & materia; finem vero etiam non existentem habere veram rationẽ causæ, patet ex dictis, quia quæ concurrunt ad **C** effectum, vt desiderata ex ipso causandi genere, non requirunt existentiam realem; neq; Aristot. ait, finem opponi principio absoluto, sed principio, vnde motus, quod est efficiens. Quod vero attinet ad efficientem Resp. ipsum sæpius non adhiberi ad demonstrandas proprietates, quia hæ habent causam in ipsis subiectis, quando tamen perfecta fieret demonstratio per omnia .s. genera causarum, tunc adhibendi essent effectus.

Ad 2. Confirm. Resp. effectum posse dupliciter considerari. Primo, vt id, à quo fuit nomẽ impositum, & hac ratione dicitur ab efficiente, eiq; est correlatiuum: secundo vt id, ad quod **D** est nomen impositum, & ita dicitur quodlibet dependens à qualibet causa, & ita est correlatiuum ad omnem causam.

Distinctio, & numerus causarũ sumitur ex diuerso modo concurrendi ad effectum.

Ad 3. Confirm. Resp. eadem ratione arguẽdi, omnia posse reuocari ad formã; quare Resp. esse distinctas causas, quia habẽt diuersum modum concurrendi ad effectum, licet inter se sint connexæ, vt probat argumentum.

Causa efficiens non habet locũ in Dei voluntate.

Ad 4. Confirm. Resp. quidam, loqui de causa, vt dicit relationem ad effectum, idest, vt denominatur à verbo efficiẽdi: sed nõ placet, quia dicunt non esse quærendam causam, cur Deus voluerit creare mundum, quia est quærere causam voluntatis diuinæ; omnis autem causa effi- **E** ciens est, quæ non habet locum in Dei voluntate.

Resp. ibi loqui per concomitantiam nõ formaliter, quod omnis causa .s. quæ est finalis, sit formaliter efficiens, sed quia non potest causalitas finis habere locum, nisi vbi est causalitas efficientis; neque Plato dixit, omnem causam esse

efficientem, sed omne efficiens esse causam, neque inde infert, non dari finem, sed effectum distingui ab efficiente, quia nihil potest seipsú efficere, neq; alij Philosophi re ab Arist. sed tantum nomine dissident, quia fatentur necessitaté materiæ, formæ, & finis, sed nolunt vocare causas, sed materiam vocant prærequisitum, formá effectum terminatiuum causalitatis, vel partem causæ, vt loquitur Seneca, finem vero vocant concausam, quia non concurrit ad effectum, nisi mediante concursu efficientis. At alij vocāt per antonomasiā, causam, quia prior omnibus, cum moueat efficiens.

Ad 5. Confirm. Resp. Platonem in Timæo ob hoc argumentum solum tria genera causarū numerasse, quod ea sola digna censeret nomine causæ, quæ tempore, vel præcedunt, vel præcedere possunt effectum. Nos vero respondemus satis esse, si natura præcedat, neque forma est causa respectu efficientis, virtute cuius de nouo incipit esse in materia, sed respectu compositi; quia à forma, tanquam à causa interna pendet; Neque Arist. cum videtur docere, formam esse totam quidditatem rei, aliud voluit, quam definitione formam explicari, vel esse id, vnde sumuntur omnia prædicata, quæ in definitione explicantur.

Forma quomodo est tota quidditas rei.

Ad 6. Confirm. Resp. loquutum moraliter potius, quam physicè, nam finis in moralibus est quasi tota causa, nō quod aliæ excludātur, quatenus physicè necessariæ sunt, sed quod omnes sumant primam rationem quasi ex fine; quare finis non habet priorem causam, vel rationem causandi, sicut aliæ habent causam vt creaturæ, vel saltem rationem qua mouentur ad operandum, vt Deus, & ly (propter quid) strictè accomodatur fini, large vero omnibus causis.

9 Dices, in quo genere causæ intellectio dicitur causa actus voluntatis?

Resp. intellectionem comparari posse, vel cum actu voluntatis, vel cum obiecto voluntatis: si secundum; se habet, vt conditio, vel complementum illius, vt causet, vt infra: si primum; aliqui volunt, effectiuè concurrere ad actū voluntatis; alij tamen, tantum esse conditioné, qua applicatur volūtati obiectum, applicatur auté, non effectiuè, sed formaliter; quia intellectio ipsa est formalis applicatio obiecti; & sicut in alijs agentibus causa applicans materiam, in quá debet induci forma, dicitur efficiens respectu effectus, licet per accidens, & ipsa applicatio dicitur conditio, ita hic, ipsamet intellectio, cū non applicet effectiuè obiectum, circa quod versatur voluntas, sed potius in genere causæ formalis, dicetur potius conditio sine qua non, respectu voluntatis, quam causa, vt infra; sed ipsa præsentia, seu coniunctio voluntatis cum intellectu, seu radicatio in eadem anima, sicut est conditio, sine qua non, vt voluntas amet, quod intellectus intelligit, ita potest dici cōditio sine qua non, finis (idest bonum intellectus) volūtatem mouet, nam finis tantum mouet voluntatem coniunctam intellectui; Hinc patet, cur

Intellectio est formalis applicatio obiecti.

hæc coniunctio dicatur conditio sine qua non, A respectu finis, imò, & ipsa intellectio, vt se tenet ex parte agentis; quia illa mediante, agens est formaliter præsens fini obiectiuè existenti in ipso; hic etiam ablationes impedimentorum possunt dici conditiones, sine quibus non, vt ablatio columnæ respectu ruinæ domus.

Dices 2. ad quod genus causæ reducitū obiectum respectu cognitionis?

Resp. obiectum respectu potentiæ, & actus posse comparari dupliciter, vel in ratione motiui, & quando potentia est cognoscitiua pertinet ad efficiens; quando appetitiua pertinet ad finem propriè formaliter, vt in appetitu rationali, vel materialiter, & imperfectò, vt in sensitiuo. Secundo in ratione terminantis, & aliqui B reducunt ad finem; neque obstat, quod sit habitudo essentialis, quia hæc potest esse respectu finis, vt alibi: Alij ad formam extrinsecam, quia specificat: Alij, non esse causam, sed purum terminum specificantem sine vllo influxu, sed per habitudinem alterius ad ipsum, vt dicitur de termino relationis, & de supposito respectu naturæ. 10

Obiectum respectu cognitionis diuersimode reducibile est ad diuersa causarum genera.

Dices 3. Ad quod genus causæ principia reducantur, quatenus causant conclusionem?

Resp. Arist. 2. phy. tex. 21. reduci ad materiale, sed intelligi debet ratione maioris, & minoris extremi, quæ sunt in præmissis, nō autem de ipsis præmissis secundum se, quia constat esse C iudicia distincta, & appræhensiones diuersas, quare Resp. esse causam instrumentalem respectu conclusionis, non quidem effectiuam elicitiuè, sed expositiuè, quatenus adiuuat intellectum, vt eliciat assensum conclusionis virtualiter inclusum in assensu præmissarum; vel est cōplementum virtutis effectiuæ, & determinantis illam, vt idea complet actiuitatem efficientis, & ita etiam Arist. reducit ad efficientem, vt etiá reducit causam consulentem.

2. Concl. causarum genera non sunt plura, quam quatuor: patet ex dictis in secunda senté tia; nam ostendimus, omnia alia, quæ sunt necessaria ad aliquem effectum, vel non esse causam, D vel reuocari ad aliquam ex prædictis. 11

Confirm. 1. quia cum res naturales, omnibus aliis, sint magis compositæ, non plura erunt genera causarum, quam in his reperiuntur; & ideo Arist. 5. met. vt colligeret numerum causarum, non ad alios, quam ad naturales respexit effectus: Atq; non esse plura, quam quatuor genera causarum in physicis, hac ratione collegit Arist. 2. phy. tex. 68. quia causæ dicuntur illa, per quæ respondemus quæstioni (Propter quid); hac autem quæstione, vt quærūtur quatuor, ita quatuor respondemus; cum .n. dicitur (Propter quid) aut quæritur materia; (vt propter quid mixta dissoluuntur? Resp. quia E componuntur ex elementis) aut quæritur forma; (vt propter quid homo est propensus ad scientias? Rerspōdetur, quia est compositus ex nima rationali) aut efficiens (vt propter quid ex aquosis locis eleuantur vapores? Respondetur ex vi solis) aut finis (vt propter quid Sol modo ad austrum, modo ad boream vergit?

Quomodo Aristot. colligit esse tantū quatuor genera causarum.

Ro-

Reſpondetur, vt temperetur annus ex hyeme, & eſtate, veru, & autunno) vnde. 1. met. tex. 50. dicit Ariſt. nullum antiquorum, vel recentiorum cum ſummo ſtudio cauſarum numerum quęſiſſent, aliud inueniſſent.

12 *Quæſtio (ꝑpter quid) quatrupliciter accipitur.*

In his Notãdũ 1. ex Sot q. 3. (quæſtio propter quid) dupliciter ſumi: vno modo specialiter, & eſt quæſtio finis: altero modo generaliter, & quęruntur quatuor cauſæ; ſed propriè quæſtio efficientis eſt à quo; quæſtio materiæ eſt ex quo; quæſtio formæ eſt per quid conſtituitur;& hoc recepit Socrates apud Platonem in Phedone, cum dixit, ſolum finem eſſe cauſam, quod ſolus finis ſatisfaciat interrogationi (propter quid).

Qua ratione forma dicatur dare eſſe rei.

2. Notand. quamlibet ex his eſſe veram cauſam facilè patere; nam de materiali, formali, & efficienti dubitari non poteſt, cum influant in effectum; nam materia, quæ illorum perfectiſſima eſt, dicitur eſſe id, ex quo fit aliquid, vbi per ly (ex quo) declaratur proprius influxus materiæ, qui eſt, vt ſe exhibeat, recipiendo, vt inde conſurgat eſſe totius: & forma definitur, quæ dat eſſe rei, quia complet quidditatem, de efficiente conſtat, cũ ſua actione efficiat, vt res exiſtat, ad quod ſua actione directè tendit; vnde efficiens eſt quaſi fons, & principium per ſe influens in effectum, & ideo diſtinguitur ab effectu: De fine vero poſſet eſſe ratio dubitandi, cum in eo non ſit neceſſarium aliquod eſſe reale exiſtens, vt poſſit cauſare; ſed tamen hoc non obſtat, quia cum ipſe cauſet, & habeat rationem principij, vt eſt in intentione agentis, non neceſſario requirit exiſtentiam realem, ſed obiectiuam, quia eius cauſalitas conſiſtit in motione agentis, neq; propterea finis dicitur eſſe principium fictum, quia verè, & realiter mouet ratione bonitatis, quę apprehenditur vt futura: vnde vt habet ſufficientem realitatem, qua poſſit exiſtere, ita poteſt habere rationem cauſæ; neque obſtat, quod habeat eſſe obiectiuũ, quia per illud eſſe non fit extra latitudinẽ entis realis, nam non habet ſolum eſſe obiectiuum, & ideo illud eſſe poteſt eſſe ſufficiens ad rationem cauſæ realis, cum ſit principium per ſe, cum agens ab eo habeat, vt per ſe tendat in effectum.

Finis vt cauſet neceſſario requirit exiſtentiam ſaltem obiectiuam.

ART. III. referuntur, & ſoluuntur argumenta aduerſariorum.

13 SED contra poteſt primo obijci: Nam Ariſt. 5. metaph. tex. 1. dicit tot modis dici cauſam, quot principium, ſed inter principia numeratur priuatio, quam. 12. met. 12. vocat cauſam. Confirmatur, quia 4. met. tex. 3. ait, cauſam, & principium reciprocari inter ſe, ſicut ens, & vnum.

Reſpondeo, ibi (tot modis dici) ſumi negatiue, ideſt nõ pluribus modis, nam illud probat, quia omnis cauſa eſt principium, quæ ratio non ſatis apta eſſet, niſi hac ratione explicetur; De qua re fuſè Fonſec. l. 5. c. 1. q. 7. Ad Confirmationem reſpondetur, ibi nomen cauſę nõ ſumi philoſophicè, ſed populariter, quo modo occaſio, & conditiones, ſine quibus non dicuntur cauſæ, & hac ratione. 12. met. priuationem vocat cauſam, imò apud Grecos Prima Perſona in Diuinis dicitur cauſa ſecundæ perſonæ, cum tamen non propriè cauſa, ſed principium dici debeat, vt optimè explicat Concilium Florentinũ in literis Sanctæ Vnionis ſeſſ. vltima, & D. Thom. p. p. q. 33. a. 1.

Dices, principium, & principiatum ſunt correlatiua, at principiatũ æquè latè patet, ac cauſatum vnde D. Tho. loc. cit. negat, Diuinam perſonam eſſe principiatam, ne videatur dicere eſſe cauſatam; ergo æquè latè patet cauſa, & principium. 14

Principium, & principiatum ſub qua ratione ſunt correlatiua.

Reſpondeo ſi nomine principiati intelligatur ſolum, quod habet principium, rectè eſſe correlatiuum principij, ſed magis patet quam cauſa; ſi autem id, quod in eo participio includitur, intelligatur aliquod dependens, tunc nõ eſſe correlatiuum adæquatum principij.

2. Obijcitur multa concurrunt ad effectum, quæ ad nullum horum reuocari poſſunt: ergo, & c. antecedens patet primo cum quæritur (Propter quid Ætiops eſt niger?) Reſp. quia natus in Ætiopia, locus. n. ad nullam cauſam reuocatur: ſimiliter tempus (vt propter quid, arbores floreſcunt?) quia eſt ver.

Qua ratione in Aethiopia homines naſcuntur nigri.

Reſp. per hoc non reſponderi diuerſa genera cauſarum à ſupradictis, ſed tantum eadem diuerſo modo applicata, non. n. Ætiopia, vt locus eſt, concurrit ad nigredinẽ, niſi quia in ea regione eſt calor vehemens, qui eſt cauſa efficiens nigredinis; & ſimiliter tempus, eſt. n. ſignum applicationis, & approximationis elongationis ſolis à quo omnia generantur.

3. Obijcitur, quia ab inſtrumento dependet effectus: ergo habet rationem cauſæ diſtinctam. 15

Reſp. cauſã dici id, à quo, tamquam à principali, dependet effectus, quæ digna eſt, vt effectus ei tribuatur, quare conditiones cauſarum, instrumenta, diſpoſitiones, potius concauſæ, quam cauſæ dici debent, quia efficiunt vnum cum ſuis principalibus: vnde inſtrumentum reducitur ad cauſam efficientem.

Sed Difficultas eſt, An reduci poſſit ad materialem? Affirmat Philopon. 2. phy. 27. negat Suar. diſput. 12. ſect. vltima, nam diſpoſitiones materiæ non ſunt eius inſtrumenta, quia vel concurrunt effectiuè, & pertinent ad efficientem, quam adiuuant, vel eius vicem gerunt; vel diſpoſitiuè, & non pertinent niſi ad formalem, quia veram cauſalitatem non exercent niſi formalem reſpectu materiæ, cum non diſponant niſi informãdo ſubiectum ſi loquamur de diſpoſitione phyſica; nam ſi diſpoſitio appelletur omnis remotio impedimenti, vel conditio neceſſaria, vt fiat effectus, iam non ponitur aliqua cauſalitas vera, ſed tantum per accidens.

Dices, Diſpoſitio preparat materiam ad formam; ergo reducitur ad materiam, vt eius conditio, in cauſando formam.

Reſp. non preparare per veram cauſalitatem, niſi informando, ex qua tamen ſumitur, vt ſit conditio materię, ſed hoc ſine noua cauſalitate.

DVBITATIO SECVNDA.

Qualis distinctio sit inter hæc quatuor membra

NOtandũ 1. hic posse quæri de distinctione causarum formaliter, & præcise in ratione causæ, & de distinctione quasi materiali, scilicet in rõne entis, hic difficultas non intelligitur in primo sensu, nam necessariò requiritur distinctio sub ea ratione, tum quia alias esset vitiosa diuisio; tum quia causa in actu, constituitur per causalitatem, & actualem influxũ in effectũ; sed in illis quatuor mẽbris sunt influxus diuersi, nam materialis, & formalis concurrunt ꝑ cõpositionẽ intrinsecã; materia quidem per modum potentię, & forma per modũ actus: efficiens, & finalis extrinsecè, nam efficiens influit per mutationem, & actionem realem, finalis vero per metaphoricam, & intentionalẽ: exquibus patet virtutes harum causarum esse diuersas, nam materia per potentiam passiuam, forma per actum; efficiens, per actione, finis, per bonitatem: sed difficultas est, de distinctione quasi materiali; An scilicet hæ diuersæ rationes causandi possunt conuenire eidem respectu eiusdẽ, vel diuersi effectus; vnde.

2. Not. In ordine ad diuersos effectus potest eadem entitas exercere diuersas causalitates, vt forma, est finis generationis, & forma, respectu materiæ, & cõpositi, & efficiẽs respectu actionis, & materialis causa suarum proprietatum, & actionum immanentium; nam hæ causalitates, licet sint diuersæ, non tamen repugnat, vt eidem conuenire nequeant; nam eadem res, potest esse capax diuersorũ respectuum, vt principij, & finis, similitudinis, & dissimilitudinis in ordine ad diuersa. Hoc autem est ex natura entis creati, quod habet actum potentiæ ad mixtum, & ideo potest comparari ad vnum, in ratione actus formalis, & ad alterum in ratione potentiæ.

Dices, ergo conueniret omni enti creato; quia non repugnant, inter se hæ causalitates, & in omnibus est actus ad mixtus potentiæ.

Resp. negando consequentiam, quia licet neque ex ratione entis creati, neque ex ratione talium causalitatum repugnet, tamen esse potest repugnantia ex ratione talis entis, & aliquãdo ob perfectionem, aliquando ob imperfectionem, vt Angeli non possunt exercere causalitatem formalem, quia sunt actus, non quicunque, sed completi, & ideo etiam non possunt exercere materialem, respectu formæ substantialis, sed quia habent ad mixtam potentiã, ideo possunt subiectare accidentia, & quia non sunt pura potentia possunt efficere, & finalizare aliud. Contra vero materia prima ob imperfectionem, non potest exercere causalitatẽ effectiuam, vel formalem; quia est pura potentia, ratione cuius est causa materialis, sed quia in ratione puræ potentiæ, includit aliquam actualitatem potest finalizare; vnde forma appetit materiam: substantialis vero forma omnes causalitates exercere potest, præter materialem respectu substantiæ, quia ad hanc requiritur potentia passiua pura: sed difficultas est de causis in ordine ad eundem effectum: vnde A

3. Not. aliquas causalitates esse ab eodem, in eundem effectum, omnino repugnat, vt materialis, & formalis: quia habent repugnantes cõditiones, scilicet potentiam, & actum respectu eiusdem, & semper requirunt distinctionem realem, saltem ex natura rei: similiter efficientis, & formalis respectu eiusdem; quia forma exercet causalitatem in eo, in quo est; efficiẽs vero respectu alterius, formæ, vel compositi, vnde forma vt informans, vel supponitur actioni, vt principium agendi; vel consequitur vt effectus, & terminus eius; vnde ob habitudines repugnantes, quas includunt, non possunt conuenire eidem. Aliquas vero, constat, B posse eidem cõuenire respectu eiusdem subiecti, vt forma est finis, & forma materiæ; & visio beatifica forma, & finis intellectus, nam informatio eius est bonum subiecti, At respectu compositi non possunt, quia forma non est finis cõpositi, sed potius contra. Hinc patet, quid dicendum sit de efficientia, & finalizatione, nam finis cuius gratia non potest esse idem cum efficiente; quia est effectus, at finis cui, potest esse idem vt quando quis operatur propter seipsum, vt Deus. Hinc patet sensus dicti Arist. 2. phy. 70. finis, & forma coincidunt in idem numero, at finis, & efficiens in idem specie, nam loquitur de fine cuius gratia, & in generatione C vniuoca.

Dices, An materialis potest coniungi cum effectiua causalitate. Resp. si loquamur respectu substantiarũ materialium; negatur; quia materia non potest esse principium efficiens, formæ à se inducendæ: si, respectu accidentium, constat, posse esse, quãdo est effectiua per resultantiam, vnde anima dicitur causa materialis, efficiens, & finalis suarum potentiarum; & fortè etiam conuenit materiæ primæ, si de propria efficientia per se, & per propriam actionem; sed hoc pendet, ex quęstione an agens, & patiens distinguãtur saltem secundum proxima principia agẽdi.

D DVBITATIO TERTIA.

An hæc diuisio sit immediata, & in species athomas?

NOtandum Primo constare, posse reduci ad pauciora membra secundum alias conuenientias ipsarum causarum; nam possent diuidi in internas, & externas; ac internæ in materiam, & formam, quæ conueniunt in peculiari modo causandi, vt patet; externæ vero in efficientem, & formalem, quæ habent peculiarem modum concurrendi; deinde possent diuidi in causas influentes realiter, idest conferentes ad esse effectus, vt materia, forma, & E efficiens; & intentionaliter vt finis.

2. Notandum patere, hæc membra non esse species athomas; nam materia diuidi potest ratione potentiæ simpliciter, & secundum quid; & illa in materiam corruptibilem, & incorruptibilem; similiter forma in substãtialem, & acci-

& accidentalem ex vtraq; in varias formas, similiter causa efficiens in varias causas, vt suo loco patebit.

3. Not. Arist. diuisisse in quatuor membra, non in pauciora, vel plura, tum quia est diuisio media inter illas, vnde magis coueniens doctrinæ tradendæ, tum quia continent modos causandi magis notos, & distinctos.

DVBITATIO QVARTA.

Quomodo causa prædicetur de omnibus his generibus causarum.

1 PRima opinio est dicentium, causam vniuocè dici de quatuor causis, quia eadem ratione, qua vna dicitur causa, dicitur, & altera; consistit autem identitas rationis in ratione influxus in communi: per quam distinguitur à causa, à conditione sine qua non; ita Sot. hic q. 3. ad 2.

Secunda opinio est dicentium, dici analogicè. Ita Simplicius hic tex. 81. & 83. Quod efficiens, & finis sint causæ principales; materia, & forma sint adiuuantes; vnde Arist. 2. phy. tex. 12. 80. formam semper præfert materiæ. Indicat analogiam Alexander apud Simplic. Auer. disp. 4. contra Algazel. Albert. trac. 2. cap. 5. Perrer. lib. 8. c. 1. Tol. hic quæst. 7. Murcia disp. 2. q. 2. in fin. qui probat, ex eo quod ratio causæ metaphoricè reperitur in causa finali, & quasi per attributionem ad veras causas: Confirmat ex eo quod ratio causæ sit communis Deo, & creaturis, substantiæ, & accidenti, sed his nihil est commune vniuocum.

2 Pro explicatione Not. causam sumi dupliciter: primò pro virtute causandi præcise, siue materialiter idest pro subiecto virtutis, siue formaliter, idest pro ipsa virtute. 2. modo pro virtute causandi, vt stat sub actu causandi.

Prima Conclusio. Certa causa sumpta pro virtute causandi præcise, & materialiter non dicitur vniuocè; quia inter causas aliæ sunt substantiæ, aliæ accidentia, quædam sunt ens integrum, quædam diminutum, quædam creatum, quædam increatum.

2. Conclusio. Causa sumpta pro virtute formaliter non dicitur de omnibus vniuocè; quia virtus causandi formaliter sumpta in aliquibus est idem cum virtute causādi materialiter sūpta, vt patet in materia, & forma, in quibus virtus causandi est de essentia ipsorum; quare virtus causandi erit substantia, cui nihil est vniuocum essentialiter cum accidente: similiter virtus finis, cum sit maximè transcendens, non potest habere vniuocum aliquod. Ex his

3 Colligitur 1. causam pro virtute causandi sumptam dici analogicè, vel per attributionē, vt si comparetur causa creata cum increata, & substantia cum accidente: vel proportionaliter, si non sit dependentia sufficiens ad analogiam, vt est inter materiam, & formam, inter quæ est mutua dependentia, & variantur tantū secundum perfectum, & imperfectum.

2. Colligitur, eadem ratione principium nō esse vniuocum: Confirmatur, quia aliquod principium est priuatiuum, & non ens; enti autem, & non enti nihil esse potest vniuocum; nam quod contraheretur ad ens, esset aliquod abstrahens ab ente, & non ente.

3. Colligitur, naturam de materia, & forma proportionaliter dici; quia ratio causæ, & naturæ eadem videtur, scilicet in ordine ad cōpositum, quod componunt; si autem sumatur natura, vt principium motus, tunc si materia sumatur pro principio passiuo, & forma pro actiuo, etiam proportionaliter conuenient; quod si forma accipiatur etiam pro principio passiuo, vniuocè forte conuenient, cum vtrumq; subiectiuè concurrant; licet dici possit, receptionē, quæ est à materia esse omnino distinctam à receptione, quæ fit à forma, sicut à receptione, quæ fit à quantitate, nam receptio in materia est vt in subiecto vltimo, quod alteri nō inhæret, sed inter formas est anima rationalis, quæ est subiectum vltimum suorum accidentium.

3. Conclusio, si causa accipiatur pro ipsa causalitate, neq; potest dici vniuocè; tum quia cum causalitas sit idem, ac effectus, & effectuū alius sit substantia, alius accidens, non poterit dici vniuocè: tum etiam, quia si causa accipiatur pro ipsa virtute, vt connotat causalitatem, tunc neutra ratione dici potest vniuocè; nam variatur ratio virtutis causantis, & variatur etiā ratio dependentiæ. Quod siquis vellet, causalitatem vniuocè prædicari de singulis causalitatibus hac via debet procedere; sicut enim dependentia, tamquam à causa efficiente, constituit prædicamentum actionis, ita etiam ad idem prædicamentum reuocari debet omnis dependentia à qualibet causa. 4

Ex his patet ad quod prædicamentum reuocetur causa; cum enim non sit vniuoca in vno prædicamento constitui nequit; quare erit in diuersis prædicamentis, quod melius in singulis causis explicabitur: & quidem in causa finali; si consideremus virtutem causandi, cum sit ratio boni honesti, vel delectabilis, quæ in varijs prædicamentis reperiuntur in vno prædicamento non sunt: At si causalitatem spectemus, non est alia, quam ratio boni vtilis, nam desiderium vltimi finis, quæ est causalitas finis, est bonum vtile; nam illud desiderium censetur bonum propter bonitatem finis, circa quem versatur; quia appetitus ille cēsetur conueniēs appetenti, quia est vtilis ad consequutionem finis, qui est conueniens appetenti, ratio autem boni vtilis etiam transcendens est, vnde siue consideretur virtus causandi præcisè, siue vt stat sub actu causandi, semper est bonum trāscendens. 5

De causa vero efficiēti, cum est principium primum, si consideretur virtus, ponitur in prædicamento substantiæ: si secundarium, in prædicamento qualitatis, vt alibi dicetur: si autem eius causalitas consideretur, ponitur in prædicamento actionis, vt alibi; si autem virtus vt stat sub actuali causalitate, cum causalitas non recipiatur in causa, vt sic, sed sit extrinseca ipsi causæ, dicetur poni in eo prædicamēto, in quo poni-

ponitur virtus causatiua; nam causalitas connotatur; vnde in eodem prædicaméto ponitur A calor, vt calefactiuus, & vt calefaciens; vel dicetur, non poni in vno, sed in pluribus prædicamentis, si vtrumque æquè primò accipiatur.

6 De formali autem causa, ratione virtutis, dicimus esse in prædicamento substantiæ, vel accidentis, sicuti & ipsa forma potest esse, & substantialis, & accidentalis. Ratione vero causalitatis reduci debet ad prædicamentum, in quo ponitur compositum, tamquam conditio, quæ requiritur ad constitutionem compositi; partes enim vt constituant compositũ, debent habere mutuam causalitatem, vt diximus supra, cum de causalitatibus singularum, & ideo non habent rationem integri entis, quò circa neque efficere possunt prædicamentum integrum, B neque poni vt species sub aliquo genere; quare cum compositum ponitur in prædicaméto, ad illud reuocantur ea, quæ includuntur in ipso composito, vt constituentia, hæc autem sunt materia, & forma, vt stant sub causalitatibus proprijs; quod idem penè dicitur de causa materiali; in vtraque enim eadem est ratio.

Dices, cur dependentia ab efficiente efficit distinctum prædicamentum; non vero dependentia à materia, vel à forma.

Respondent quidam, quia dependentia ab efficiente habet rationem entis integri, non sic dependentia à materia, vel à forma; sed huius rei rationem non afferunt, & difficilè est illam C afferri; sicut enim compositum non potest esse sine efficiente, cum sua causalitate, ita neque sine materia, vel forma: sed ratio assignari potest; quia cum materia, & forma sint entia diminuta, intrinsecè ordinantur ad composita; ordinantur autem per causalitates proprias, & ideo causalitates, & ipsæ causæ sunt in prædicamento reductiuè, sed causa efficiens, cum sit ens integrum, ponitur in prædicamento proprio; quare etiam eius causalitas, vt aliquod ens integrum in prædicamento ponetur.

7 Sed difficultas est, in quo prædicamento sit effectus.

Respondeo, si effectus propriè sumatur, cũ D dicatur in ordine ad efficiens ponitur in prædicamento actionis, non enim effectus distinguitur ab actione; nam non est aliud, quam aliquid dependens ab agente, qui est proprius cóceptus actionis.

Confirmatur, quia sicut ab actione res dicitur agens, ita alia dicitur actio, neque vlla est differentia, nisi in modo significandi; sicut enim idem est conceptus, quem facimus dum dicimus res datur à me, & ego do rem. rem recipis, & res recipitur, ita dum dicitur res fit, & ego facio rem; neque enim est distinctio terminorum, nisi secundum transpositionem, sicut si diceremus motũ ad Thebas Athenis, & Athenis ad Thebas, E neque est sicut dare, & recipere, sed sicut dare, & dari; & hinc patet idem dicendum de effectibus aliarum causarum, vt scilicet habeant eundem conceptum, quem causalitas illius causæ.

Dices actio est prior, quam sit effectus, ergo non est idem conceptus actionis, & effectus.

Respondeo, hoc solum distingui in modo .f. significandi, quia actio significat dependentiá, etiam existentem; sed effectus significat dependentiam illam, .f. præcedentem.

TRACTATIO DECIMA

De Causa materiali.

Constat ex dictis materiam dari, eiusque essentiã consistere in potentia receptiua formarum, nunc videndum est, an habeat rationem causæ, & respectu cuius; vnde sit

QVAESTIO I.

An materia habeat rationem causæ.

PRIMA opinio est negantium, quia de ratione causæ est influere in aliquem effectum; at materia, vt sic, non influit, sed potiùs recipit influxum; nam actus non excedit potentiam, potentia autem materiæ, cum sit receptiua respicit adæquatè receptionem, non autem dationem, & influxum. 1 *Opinio negans.*

Confirm. quia vel est causa respectu formæ, vel respectu compositi; non primum, quia in forma non est, nisi existentia, & informatio, at non causat existentiam, vt patet in anima rationali; neque informationem, quia hæc est actus potentiæ informatiuæ. Neque secundum, quia in composito non est aliud, quam materia, & forma; sed non causat compositum ratione formæ, vt diximus; neque ratione materiæ, quia causaret seipsá. Et videtur fuisse veterum philosophorum, qui apud Piccolom. lib. 2. phys. digres. de causis dixerunt materiam esse principium rerum, non autem causam, & Platonis in Phylebo dicentis causam nó esse partẽ eius, quod ex ea generatur, nam solum agnouit efficiens vt causam, ideas vt principia, & materiã vt locum generationis, & sedem mutationis idearum. sequuntur Stoici. *Opinio affirmans.*

2. Opinio est affirmantium, vt probat Iand. 2. phys. q. 8. Perer. lib. 8. c. 2. Murcia 2. phys. disp. 3. q. 1. Rubius tract. 2. Conimb. cap. 7. q. 2. ar. 1. Alb. Mag. hoc loco tract. 2. c. 7. & 5. met. c. 3. D. Thom. in opusc. 31. Auic. in sua met. tract. 6. c. 1. Simpl. hoc in lib. ad tex. 63. Zabar. lib. 1. de materia c. 5. Masius in cap. 3. 2. phys. q. 1. conc. 1. & mihi placet 1. ex 2. physic. 22. 1. metaph. vlt. & omnes antiqui posuerunt esse causam, & aliqui solam, vt refert Arist. 1. met. sum. 2. c. 1. cum causam efficientem multi negarint.

garint, vt Democritus, qui cum tolleret cauſā efficientem, omnia caſu fieri putabat, vt refert Cic. in qq. Acad & Ariſt. 2. phyſ. 45. cælum caſu factum putaſſe aliquos, & ratio eſt, tum quia effectus pendet à materia in eſſe, & cognitione magis, quàm ab efficiente, cum ſit intrinſeca; tum quia conuenit definitio cauſæ, nam per illam reſpondetur ad quæſtionem (propter quid) vt propter quid homo eſt corruptibilis? Reſpondetur, quia conſtat ex materia contradictionis, vnde 2. phyſ. 28. materia definitur eſſe id, ex quo fit aliquid, cum inſit, vt æs ſtatuæ.

3 Contra primo, de ratione cauſæ eſt, vt ſit actus; ergo. Reſpondet Iauel. 5. met. q. 2. non eſſe de ratione cauſæ, vt ſit actus, ſed tantum formæ, & efficientis, non tamen materiæ, & finis; nam materia cauſat, vt receptiua; quare vt ens in potentia; quæ reſponſio placet, ſi intelligat de potentia formali, ſeu ſubiectiua, non tamen ſi de obiectiua, quia quod non eſt actu exiſtens, non poteſt aliud recipere realiter, .ſ. per mutationem realem.

De ratione cauſæ non eſt, eſſe actum.

At inſtabis, ſi eſt cauſa, vt receptiua, ſequitur dici ſolum cauſam, reſpectu eius, quod recipitur, ſed compoſitum non recipitur, ergo reſpectu huius non eſt cauſa; hoc autem conſtat eſſe falſum. Reſp. cauſam receptiuam, non ſolum dici reſpectu formarum, quas recipit, ſed etiam omnium, quæ includunt illam receptionem, & eſſentialiter identificantur.

Omnis cauſa nō eſt nobilior cauſato.

Secundo, cauſa eſt nobilior cauſato. Reſp. id propriè eſſe verum de cauſa efficiente, & fine, inquit Iand. non tamen in cauſis, quæ cauſant integrando effectum. vel 2. Reſp. verum eſſe antecedens formaliter ſumptum, & cæteris paribus, & ita materia eſt nobilior compoſito, vt ſic, ſed difficultas eſt, quia materia ex eo, quod cauſat cōpoſitum maximè perficitur, nam aſſequitur ſuum finem. Reſp. non inde effici, effectum, vt ſic eſſe perfectiorem cauſa vt ſic, nam vt materia perficitur à ſuo effectu, tunc effectus habet rationem cauſæ finalis.

Materia perficitur ab effectu tāquam a fine.

4 Tertio, materia non eſt actiua; ergo nō cauſat. Reſp. aliqui ex Soto, ex hoc non eſſe propriè cauſā, ſed falluntur, quia cauſare, eſt quid ſuperius ad efficere, quare non cauſat, niſi ſubiectiuè, & ideo dat eſſe ſubiectiuè, vt infra; cauſare enim vniuerſaliter eſt influere, at ad hoc non requiritur virtus actiua, vt patet ex influxu, quem habet forma formaliter ſumpta.

Ad cauſandum non requiritur virtus actiua.

Quarto, materia non eſt prior, quia potentia eſt poſterior actu, 9. metaph. 3. Reſp. actus dicitur prior dignitate, non genere, vel à toto genere, non in ſingulis, nam potentia receptiua ſemper eſt prior illo actu, qui recipitur.

Quinto, Ariſt. 3. met. tex. 11. principium, & cauſam oportere eſſe præter res, quarum ſunt principia, & poſſe ab eis ſeparata eſſe; quare nec materia, nec forma ſunt principia, vel cauſæ.

Reſp. Ariſt. eo loco dubitatiuè loqui, eiſque vocibus in ea ſignificatione vti, in qua vtebatur Plato, qui putabat vniuerſalia eſſe principia ſingulariū, & quo magis vniuerſalia magis eſſe principia, vt genera magis, quàm ſpecies; quæ tamen Ariſt. reijcit, tum eo lib. tum in 7. & 8.

A Ex quibus patet ad fundamētum primę opinionis, qua probabatur non eſſe cauſam, neq; reſpectu formæ, neq; reſpectu compoſiti; nam in ſequenti quæſt. conſtabit eſſe cauſam reſpectu vtriuſq; & vtrique dari eſſe, licet recipiat eſſe formale, vt infra.

QVÆSTIO II.

Quid ſit cauſa materialis.

Reſpondeo eſſe principium, ex quo fit aliquid, cum inſit, vt dicitur 2. phyſ. c. 2. ſeu in exiſtente, vt dicitur 5. met. c. 2. 1

Cauſa materialis eſt principium ex quo fit aliquid, cum inſit.

B Primo dicitur (principiū) loco generis, quia in eo conueniunt omnes cauſæ.

Secundo dicitur (ex quo) vt ſignificetur proprius modus cauſandi materiæ, per quem diſtinguitur ab omni alia cauſa, nam efficiens dicitur à quo, finis dicitur propter quod; forma dicitur per quam; quare ſolum cauſalitas materiæ explicatur per ly (ex quo).

Tertio dicitur (in exiſtente) vt diſtinguatur à priuatione, quæ eſt principium, ex quo tamquam termino à quo, ſed non exiſtit in compoſito.

C Quarto dicitur (fit aliquid) ideſt compoſitum, vt communiter exponitur, & conſtat, per ly (cum inſit) quia materia non ineſt formæ, ſed compoſito. Neq; tamen hinc excluditur cauſalitas materiæ reſpectu formæ, quia in cauſalitate, quam habet materia reſpectu compoſiti continetur cauſalitas reſpectu formæ, ſiue præſuppoſitiuè, nam ſicut forma præſupponitur, vt fiat compoſitum, ita præſupponitur cauſalitas neceſſaria reſpectu formæ; ſiue incluſiuè, cum ſecūdum aliquos eadem ſit cauſalitas reſpectu formæ, ac reſpectu compoſiti, quod cauſando vnionem, ſeu informationem.

D Dices compoſitum dicitur conſtitui ex materia, & forma; ergo per ly (ex) explicatur tam cauſalitas materiæ, quam formæ, & cum vtraq; ſit intrinſeca compoſito, nihil eſt in hac definitione, per quod materia, vt cauſa diſtinguatur à forma. 2

Reſp. compoſitum dicitur quidem componi ex forma, ſed non fieri ex forma, quia fieri ex alio connotat præſupponi actioni, quæ explicatur per fieri, nam cauſat rem recipiendo ipſam actionē, qua res fit, ſiue illa actio ſit eductio, ſiue generatio, nam per eundem concurſum, quo res fit ab agente, fit etiam ex materia, ſed ille cōcurſus, vt eſt ab agente dicitur actio, ſed vt eſt ex materia dicitur concurſus materialis, hic autem conſiſtit in recipiendo actionē

Cōpoſitum componitur, non fit ex forma.

E illam agentis. Vnde potius compoſitum dicitur vltimo fieri, & compleri per formam; quod ſi aliqua forma præexiſtit, & inde fit compoſitū per additionem materiæ, vt patet in augmentatione, & nutritione, id primo non eſt quoad productionem totius compoſiti, de quo intelligitur definitio, ſed partialis compoſiti; ſecundo etiam in ea actione præſupponitur materia, qa non additur materia per mutationem, & augmentationem, niſi quæ præſupponitur actioni,

qua

qua producitur informatio recipiendo illam.

3 Dices secundo, si ly (ex) explicaret receptionem actionis agentis, sequeretur hanc definitionem esse imperfectam, quia non explicaret omnem causalitatem materiæ, eam scilicet, quæ est respectu formæ, & compositi in facto esse, quia tunc, cum cesset omnis actio agẽtis, cessat etiam omnis receptio illius, atq; adeo causalitas materiæ hic explicatur.

Materia causat rem in fieri recipiendo actionem agentis, et in facto esse recipiendo actionem conseruatiuam.

Resp. sicut res potest considerari in fieri, & in facto esse, ita materia potest rem causare secundum vtramq; rationem, in fieri quidem, vt recipit actionem agentis, quam infra explicabimus, at in facto esse, cũ cessauerit actio agentis non recipit illam, sed potest dici, vel recipere actionem conseruatiuam, cum Deus conseruet illam dependenter à materia, quando forma est materialis quoad esse, & quando est immaterialis, saltem quoad informationem. Vel potest dici tunc habere rationem causæ quatenus recipit formam, quia hæc receptio semper manet, dum manet compositũ recipiendo vnionem formæ cum materia, quæ vnio dicitur cõpositio quædam totius, & quia materia concurrit quoad hanc compositionẽ inchoando illã, sicut forma complendo, cum materia ratione suæ indeterminationis non possit complere, vt alibi diximus, rectè explicatur ille concursus per ly (ex quo) At instabis huiusmodi inchoatio non potest conuenire materiæ cælesti, quia hæc non est indifferens ad plures formas. Vnde complet sicut ipsa forma. Resp. adhuc inchoare, quia recipit actionem agentis, & conseruantis formam, & vnionem illius.

4 Hinc primo, sequitur causam materialẽ esse quid cõmunius, quã materia prima, quia causa materialis conuenit omni subiecto recipienti aliquam formalem, siue sit compositum, siue aliud subsistens, siue forma, siue materia prima; omnia enim hęc possunt habere rationem causæ materialis, at ratio materiæ primæ non conuenit, nisi subiecto receptiuo formæ substantialis. Vnde definitur esse primum subiectum, vt per ly (primum) distinguatur ab alijs causis materialibus, vbi ly (primum) non solum accipitur negatiuè, quia scilicet non habet aliquid prius, quia sic etiam conueniret substantiæ Angelicæ, vt recipit formas accidentales, sed accipitur etiã positiuè, quatenus primo recipit formam substantialem, respectu cuius dicitur subiectum, & quia hæc recipit alia accidentia, sicut etiam & compositum recipit sua, ita etiam dicitur primum subiectum negatiue, respectu receptionis formæ substantialis, quia non habet aliud subiectum ante se, & dicitur etiam primũ positiue, quatenus habet alia subiecta per se, quia forma, & cõpositum, vt recipiunt sua accidentia sunt etiam subiecta respectu illorum, & ideo dici possunt secunda subiecta.

Causa materialis, quid communius est quã materia.

Secundo, patet ad genus causæ materialis pertinere aliqua, quibus propriè non conuenit definitio Arist. sed impropriè, atq; adeo ad hãc causam pertinẽt reductiuè, cuiusmodi sunt primo partes integrantes, ex quibus inexistentibus fit totum integrale, quia ipsæ inchoant compositionem integralem; nam cum illæ partes sint indifferentes ad existendum per se separatim terminatas proprio termino, & ad componendum aliquod vnum per vnionem sibi proportionatam, fit, vt in ordine ad hanc compositionem habeant rationem partium imperfectarum, & integrantium cõpositionem totius integralis, in quo conueniunt cum materia propriè dicta, & respectu harum partium vnio se habet, vt forma, quia tamen illa non recipitur in partibus tamquam in subiecto, sed per modum termini adhærentis, & cõtinuantis partes, ideo deficiunt à ratione veræ causæ materialis.

Quid reducatur ad genus causæ materialis.

Tertio patet syllabas reduci ad hanc causã, vt componunt syllabam.

Quarto, similiter elementa respectu mixti, licet valde impropriè, quia hæc non manent secundum substantiam, sed secundum qualitates.

Quinto, præmissas respectu conclusionis, quia conclusio componitur, nõ quidẽ ex principijs, sed ex eiusdem terminis obiectiuis, vel formalibus, ex quibus constant præmissæ, vt D. Thom. 5. met. lect. 3. & nos alibi.

QVAESTIO III.

Quis, & quotuplex sit effectus materiæ.

De hac Fons. 5. met. c. 2. q. 1. Suar. disp. 13. sect. 7. & 9. Conimb. 1. phys. c. 7. q. 8. artic. 1.

ART. Continens opiniones Doctorum.

Prima opinio est dicentium, materiam dici causam respectu compositi, & nullo modo respectu formæ. tribuitur Auic. 6. suæ met. trac. 2. c. 4. Alb. hic trac. 2. c. 1. Maiori 2. d. 12. & ibi Och. 1

Materia dic causa respectu compositi, non formæ.

Primum probant, quia materia est id, ex quo aliquid fit, cum insit, at non inest formæ, sed composito.

Secũdum probant, quia alioqui materia haberet causalitatem respectu formæ rationalis.

2. Opinio est dicentium materiam non habere rationem causæ, nisi respectu formæ, quia est potentia passiua, & receptiua; at non recipit compositum, sed formam.

Alij dicunt esse causam respectu formæ.

Confirm. quia sicut materia est pura potentia, ita omnis eius causalitas debet respicere actum, idest formam, quia potentia, vt sic respicit actum; ergo habens puritatem potentiæ respicit solum actum.

3. Opinio est dicentium, materiam esse causam non solum respectu formæ, sed etiam cõpositi. Est communis, quia constat ex definitione eius esse causam compositi, at compositũ causare non potest, nisi causat formã, est Fons. Conimb. & Masij. 2

Alij respectu vtriusque.

Hi tamen diuisi sunt. Primo, quod aliqui volunt esse causam solum respectu formarũ corruptibilium, quod eas tantum substentet, non autem respectu animæ rationalis. secundo, non secundum esse, cum hoc per se habeat; neque secundum informationem, tum quia recipere infor-

formationem terminatam ad formam informantem, est informari, informari autem esset potius A causari à forma, quam causare formam: tũ quia recipere causalitatẽ agentis est causari ab agente; ergo recipere causalitatem formæ esset potius causari à forma: à forma autem per informationem nõ causatur materia secundum proprium esse.

Anima rationalis pendet à materia quoad vnionẽ. Alij vero esse causam respectu omnium formarum, ẽt respectu animæ rationalis, non quidem quoad esse ipsius animæ, sed quoad eius informationem, seu vt alij dicunt, quoad vnionẽ, quia vt sic forma exercet munus formæ, vnde huiusmodi forma dicitur pẽdere à materia tanquam à termino, ad quem habet essentialẽ habitudinem, vt loquitur D. Thom. q. 1. de anima ad 12. Hinc etiam dicitur habere depẽ- B dentiam à materia, quoad initium sui esse, quia animæ rationali naturaliter non debetur productio, & esse, nisi in tali materia, à qua pendet in vnione, ita Suar. & Conimb. hic tribuit Sõc. 5. met. q. 5. concl. 2. Iauel. q. 2. Soto hic q. 3. Astudillo cap. 3. q. 1. Veracr. Specul. 3. Fons. 5. met. c. 2. q. 1. sect. 3.

3 Alij vero dicunt non solũ esse causã respectu formæ quoad esse ipsius, vel informationem, & respectu compositi, sed etiam ipsius generationis, quæ ex natura rei distinguitur, & à forma, & à composito; nam materia est per se principium generationis, cum essentialiter generatio à materia pendeat, & non pendet, vt à cõditione C sine qua non; ergo vt à causa. *Effectus materiæ sunt quattuor.* Vnde quatuor effectus tribuũtur materiæ ex natura rei distincti. scilicet compositum, existentia formæ materialis; Vnio, seu informatio, & generatio totius, quæ patet, esse inter se distincta, quia constat formam distingui à composito, vt partem à toto, & vnionem distingui à forma, vt modum à re, patet, quia est separabilis in anima rationali, & idem dici potest de qualibet forma secundum potentiam absolutam, vt patet in quãtitate, quæ separatur ab vnione cum subiecto. Denique ab his omnibus distingui generationẽ sicut fieri à re facta, patet, quia separatur à forma, & à composito; nam cessante generatione, D & actione agentis, manet forma vnita materiæ, & constituens compositum. Neq; obstat, quod post generationem remaneat conseruatio primi agentis, nam id est per accidens ad distinctionem generationis, quia etiam si non succederet conseruatio, adhuc esset illa distinctio, quia maneret vnio post generationẽ, & similiter vnitum. Deinde licet post generationem, quæ est causa proxima succedat conseruatio à causa prima, tamen vnio manet eadem numero, vt eadam numero forma, & compositũ, quod sufficit, vt generatio intelligatur ex natura rei distincta ab illis, quia non manet eadem actio numero, vt est generatio, & conseruatio. Verũ hæc opinio videtur insufficiẽs, quia hac ratio- E ne possemus distinguere causationem respectu generationis, vt est motus, vt est actio, & vt est passio. Secundo, generatio, vel non est distincta ab ipsa forma in fieri, vel ab vnione in fieri, quę deinde in facto esse conseruãtur à materia, quare videtur eadem causalitas, & effectus cõtinuatus, sed de hac re infra.

Alij quarto addunt alium effectum respectu formæ .s. limitare, & exercere vagam, & indefinitam communicationem, & perfectionẽ formæ, quod forma ex natura sua potest esse communis omnibus materijs recte dispositis, & si est capax intensionis, & remissionis illam informare iuxta hunc, vel illum gradum, hæc autem communitas, ità restringitur ab hac materia, in qua recipitur, vt amplius non possit esse communis, ita tribuitur D. Thom. Caiet. & Cap. contra quos multa Aureol. apud Cap. 1. d. 43. q. 1. in arg. aduersus 3. conc. vbi negans hanc illimitationem formæ dicit potius esse finitam, nam hoc distinguitur forma à materia, ꝙ materia secundum quamlibet portionem respiciat plures formas, at non quælibet forma respiciat plures partes materię, sed quælibet in suo proportionato susceptiuo, sed de hac re, cum de indiuiduatione formæ.

ART. II. Continens notabilia.

PRO cuius explicatione Not. materiam posse considerari. Primo, respectu formarum 4 accidentalium, quæ sunt dispositiones ad substantiales. Secundo, respectu formarum substantialium, quarum aliæ sunt subsistentes, aliæ dependentes à materia. Tertio, respectu compositi, siue substantialis, siue accidentalis.

2. Not. à materia respectu formarum posse oriri plures actus, & quidem respectu formarum, quæ existere nequeunt extra subiectum. *Plures actus materiæ respectu formarũ.* primus actus est substẽtatio illarum quoad existentiam, siue cum primum existũt, siue in tempore consequenti, dum materia conseruat formas. Secundus est receptio, qua materia recipit formas, illisque vnitur. Tertius, est substentatio illarum quoad informationem, hanc secundam substẽtationem habet materia respectu omniũ formarum, etiam per se subsistentium, sed alijs non videtur ratione receptionis materia esse causa, quia alioqui effectus esset causa actionis, quia illam recipit, sed respondetur esse disparem rationem, quia materia præexistit quando concurrit substẽtando informationem, non sic autẽ effectus, sed consequitur ad actionẽ. & actio eatenus dicitur esse in effectu, quatenus est idem realiter cum effectu, vnde cum entitas effectus pendeat à materia, etiam actio, qua producitur, pendebit à materia.

3. Not. materiam respicere etiam compositum, siuè substantiale, siuè accidentale, quia *Materia respicit intrinsecè tam compositum essentiale, quam accidentale.* respectu vtriusq; est pars intrinseca, & essentialis, quæ omnia ita inter se sunt connexa, vt ordine exequutionis prius sit receptio, & substentatio formarum accidentalium, tum formarum substantialium, respectu quarum, substentatio existentiæ, potest separari à receptione, & substentatione informationis, vt patet in anima rationali, quæ recipitur, & informat materiam, non tamen substẽtatur quoad esse. Demum est concursus respectu compositi, qui vel supponit necessario priores concursus, vel nõ est nouus concursus, de quo infra.

Materia ex qua, in qua, & circa quã.

4. Not. ex Soto q. 3. & Tol. q. 1. Thiennensi q. 28. materiam aliam esse ex qua, in qua, & circa quam; hic non agimus de causalitate circa quam, cuiusmodi est obiectum respectu potentiarum, & actuum, sed de materia in qua, & ex qua, & harum effectus inquirimus: distinguitur autem illæ materiæ non secundum se, sed respectu diuersorum terminorum, quia eadem materia, quæ dicitur in qua respectu formæ, cuius est subiectum; dicitur ex qua respectu cõpositi.

ART. III. Continens opinionem auctoris.

Materia habet rõnem causæ respectu existentiæ formæ informationis, generationis, & cõpositi.

5 PRima Conclusio, materia habet rationem causæ respectu omnium supradictorum, scilicet existentiæ formæ, informationis, generationis, & compositi; nam ratione omnium dicitur aliquid causari, accidentia enim, & formæ substantiales habent dependentiam à materia, siue quoad existentiam, vt formæ corruptibiles, siue saltem quoad informationem, vt formę per se subsistentes; ergo materia habet causalitatẽ respectu illarum, quod mihi videtur certum, vt bene Fons. sect. 2. vbi notauit, non ita præcise sumendam esse causalitatem materiæ, vt intelligatur tantum esse respectu formarum corruptibilium, quatenus eas substentet quoad esse, sed etiã respectu alicuius, quod conueniat respectu omnium formarũ, cuiusmodi est informatio, seu vnio. Vnde patet esse causam respectu generationis, & compositi, quia hæc à materia pendent.

Dices causalitatem materiæ consistere tantũ in receptione formæ, ita vt causalitas respectu formæ corruptibilis, & per se subsistentis non distinguatur, nisi ratione termini connotati, nam si agens producit formam corruptibilem, materia recipit illam, & ex illa receptione, quãdo forma pendet in suo primo esse à materia, dicitur educi de potẽtia materiæ, sin minus dicitur simpliciter recipi, & hoc non propter diuersum cõcursum materiæ, sed propter diuersos terminos, quorum vnus pendet à materia, alter non. propter hoc argumentum sit.

6 2. Concl. materia non est causa formæ solũ ratione receptionis, sed quia causat formam aliquam ratione receptionis, seu informationis, & aliquam etiam ratione existentiæ. nam primo forma corruptibilis habet aliam exigentiã materiæ, quam habeat forma per se subsistens; ergo materia habet alium concursum respectu vnius, ac respectu alterius formæ, quia concursus causæ præbetur iuxta exigentiam effectus. Et Confir. nõ alia ratione creatio distinguitur à mutatione, nisi quia materia ad terminũ mutationis, habet alium cõcursum, quam ad terminum creationis, nam ex formis præcisè nõ potest sumi distinctio, cum possit Deus producere formam corruptibilem in materia, non tamen concurrente materia substẽtando, quæ productio diceretur creatio, & hæc ratio explicatur, nam tripliciter possumus concipere, produci à Deo formam corruptibilem. Primo substẽtante materia, & hæc productio dicitur eductio; neque hoc ponit imperfectionem in Deo, cum libere id præstet, tunc vero esset imperfectio, cum non posset alio modo producere. Secundo, vt producatur forma sine concursu substẽtatiuo materiæ, neq; Deo supplente illum, & hoc non potest fieri, quia ex natura sua forma requirit maiorem cõcursum ad sui productionem, & existentiam, qui concursus non requiritur à forma per se subsistente. Tertio, vt Deus suppleat concursum illum materiæ, & tunc dicetur creatio; quare ad formas corruptibiles requiritur aliud exercitium virtutis materiæ, quod exercitium non habet respectu formarũ incorruptibilium, vnde alio modo materia est causa animæ rationalis, alio modo formæ ignis, nam non est causa entitatis animæ rationalis, vt est causa entitatis formæ ignis. Confirm. 2. quia alias non esset ratio, cur agens naturale nõ possit producere formam sine subiecto, quia non requireretur maioris virtutis exercitium, cum producitur subiecto substẽtante, ac non substẽtante. Confir. 3. quia concursus causæ materialis receptiuus non potest suppleri à Deo, potest tamen substentatiuus, vt infra.

Corruptibiles formæ tripliciter producuntur.

Sed contra, quia materiam causare formam, non est aliud, quã causare primum esse formæ; sed hoc vel causat effectiue, & non, quia materiæ est pati: vel subiectiue, & hoc nihil est aliud, quam recipiendo concurrere; nam materiæ nõ potest cõuenire causalitas formalis, vel effectiua, sed tantum passiua, ratione cuius, res, quæ producitur, materiæ inhæret. Confir. quia tota vis efficiendi est agentis; ergo materiæ tantũ conuenit vis patiendi. 7

Duplex concursus materiæ receptiuus & substentatiuus, & hic suppleri potest à Deo.

Resp. à materia prouenire duplicem concursum, & vtrumq; ratione potentiæ passiuæ. Alter vniuersalis respectu omnium formarum, & hic actus est receptiuus, & substẽtatiuus informationis. Neq; suppleri potest à Deo, quia ipse non est aptus informari. Alter substentatiuus existentiæ formæ, qui est à potentia substentatiua materiæ, & hic est extrinsecus, & suppleri potest, vt bene Fons. 5. met. c. 2. q. 3. sect. 2. Dur. 4. d. 45. q. 1. Cap. 3. d. 5. q. 2. Vnde posset forte facere Deus, vt materia substẽtet aliquam formam, qua non informetur, & vterq; concursus est in genere causæ materialis, licet prior sit magis præcipuus.

Secundo, eo modo concurrit materia ad generationẽ, quomodo facit vt distinguatur creatio à generatione naturali, sed hæc distinctio solum oritur ex eo, quod concurrit recipiendo formam dependentem à subiecto.

Resp. non sufficere receptionem formæ dependentis, vt distinguatur generatio à creatione, vt diximus, cum possit produci forma ex natura sua dependens, non tamen dependenter à materia, quare requiritur, vt forma dependeat à subiecto in sui productione, adhoc autem requiritur maior concursus, quam si reciperet tãtum. Vnde anima rationalis, etiam si producatur in materia, adhuc tamen dicitur creari, & non educi.

Tertio, si haberet alium concursum præter receptionem, vel esset quia agens reciperet no-

nam

uam vim agẽdi à materia, vel quia ad eius præsentiam corroboratur actio, vel quia eius actio est partialiter à materia; sed nullum horũ potest dici, nam materia non est actiua. Neq; dices, quod agens in sua actione pendeat à materia, quia cum actio nihil sit aliud, quam ipsa forma, vt est ab agente, non alia ratione agens pendebit à subiecto, nisi quia terminus eius actionis pendet à subiecto.

Agens pendet à materia tanquam à concausa. Toletus.

Resp. cur agens pendeat à subiecto in sua actione alterius est speculationis inquirere; experientia tamen docet pendere, vt non attingat formas independenter à materia, quare vis actiua naturalis non est sufficiens producere effectum, nisi sit alia cõcausa, quæ in genere suo ad eundem effectum cõcurrat, quod prouenit ex connexione causarum naturalium inter se, de qua re Tol. 1. phy. q. 19. circa finem.

Ex his patet ad argumenta primæ opinionis, nam definitio materiæ datur in ordine ad compositum, quia in eo continentur omnes causalitates, quas materia habet, vt infra, & ideo materia dicitur causa intrinseca per potentiam constitutiuã, sicut dicitur extrinseca respectu formæ per potentiam passiuam, siue receptiuam:

Ad 2. negatur sequela, quia respectu animæ rationalis non habet causalitatẽ quoad existentiã illius, sed solum quoad informationem, quia sine consortio materiæ anima rationalis, nec potest habere munus informandi, nec complere speciem, vt D. Thom. q. vnica de anima ar. 1. ad 12. & Henr. quodl. 6. q. 14.

9

Materia est cã generationis, dum cõcurrit ad primũ esse formæ passiue.

3. Concl. materia dicitur causa generationis, quia concurrit ad primum esse formæ. Vnde sicut agens dicitur effectiue concurrere ad generationem, quia concurrit ad primũ esse formæ, ita materia dicetur cõcurrere passiuè. Neque de hac re potest esse difficultas, nisi solum quoad distinctionem huius concursus ab alijs, quos materia habet respectu formarum, quod maxime pendet ex distinctione, quam generatio habet ab alijs effectis formæ.

Dubitari hic posset per quid materia substẽtet formaliter formas corruptibiles, sed de hac re infra.

Est causa respectu compositi.

4. Concl. habet etiam causalitatem respectu compositi, patet ex 1. phy. 69. vbi materia definitur, ex quo fit aliquid (.i. compositum) cum insit, inest autem composito. Confirm. quia dicitur causa intrinseca, at non est intrinseca, nisi respectu compositi.

Hinc patet ad argumenta secundę opinionis, nam materia in ordine ad diuersa habet diuersam denominationem, omnia tamen habet cũ subordinatione ad compositum tanquam primarium effectum, vt infra. Dicitur .n. passiua respectu formæ, sed vt recipiendo formam cõstituat compositum. Dicitur causa intrinseca, non respectu formæ, sed compositi, sed nõ sine connotatione receptionis formæ, sine qua non posset esse causa intrinseca compositi.

Dices respectu cõpositi nullã hẽt causalitatẽ, nisi eam, quam habet respectu formæ, quia pręcisè ex vi substentationis, & receptionis formæ causat compositum præscindẽdo ab omni alio

A concursu: ergo non potest dici causa compositi, sed solum formæ, respectu cuius habet causalitatem.

Omnis causalitas materiæ respectu formæ subordinatur composito.

Resp. de distinctione causalitatis respectu formæ, & compositi dicetur infra, illud autem hic est certum, omnem causalitatem, quam habet materia respectu formæ subordinari composito tanquam effectui primario intento.

Cõpositum dicitur adæquatus effectus materiæ. Suarius.

5. Concl. adæquatus effectus materiæ dicitur compositum, quia quidquid causat continetur in composito, vt recte Suar. sect. 7. nam 10 duplici modo causatur à materia, scilicet, in fieri, & in facto esse; in fieri quidem, quatenus materia est causa generationis, quam causat, vt via ad compositum, quare generatio, non tam causatur vt effectus, quam vt via ad effectum, &
B ideo licet ex natura rei distinguatur à suo termino, non tamen censetur augere numerum effectuum, ex illo axiomate, vbi vnum propter aliud, ibi est vnum tantum, vt actio est quid distinctum à termino, & tamen non manat ab efficiente proprie, vt effectus, sed vt via, sed in facto esse materia causat compositum componẽdo illud, quod præstat per vnionẽ cum forma, & si forma indiget substentatione, ẽt illud præstat; ergo in composito includitur omnis effectus, & causalitas materiæ, tam respectu formæ, vt informantis, quam vt existentis.

Sed contra, quia substentatio formæ non est necessaria ad hoc, vt fiat compositum, quia si
C substẽtatur forma ab alio, & fieret vnio, adhuc resultat compositum; ergo. Confirmatur, quia non includitur causalitas respectu accidentium

Substentatio formæ præsuppositiuè est in causalitate compositi inclusa.

Resp. substẽtationẽ illam non includi in causalitate compositi intrinsecè, sed præsuppositiuè, quia de facto præstatur à materia, vnde etiã si substẽtatio præstaretur ab alio, quàm à materia constituente compositum, adhuc præsupponeretur a composito, tanquam id, quod est necessarium, adhoc vt forma informet.

Ad Confir. Resp. etiam includi præsuppositiuè, eo quod forma non informet materiã, nisi præparatam, & præterea causalitas illa includitur in composito accidentali.

11

Materia est vna causa licet respiciat tot effectus p plures causalitates.

D 6. Concl. etiam si materia respiciat tot effectus per diuersas causalitates, nõ tamẽ est multiplex causa, sed vna. ita Conimb. lib. 2. c. 7. q. 8. Hieron. Pla 2. phys. disp. de caus. p. 2. q. 1. de causalitate materiæ in fine, & alij communiter. Probatur primo, quia duplex illa causalitas materiæ, scilicet substentationis, & receptionis est ordinata, quia causalitas respectu formæ ordinatur ad causalitatem respectu compositi. Vnde duplex illa causalitas dici potest vna, scilicet ordine. Secundo, quia causarum multiplicitas nõ est sumenda ex pluribus actibus, sed ex pluribus generibus concurrendi ad effectus; accedit quod 1. p. q. 42. dici solet quoad multiplicitatem substantiarum requiri multiplicationẽ
E subiectorum, & formarum.

Dices materia potest habere causalitatem respectu compositi sine substentatione, vt patet in homine; ergo causalitates hæ sunt separabiles; ergo debent constituere duas causas. Et Confir. quia posset Deus supplere concursum

substétationis formæ corruptibilis, relicto actu informandi; ergo tunc esset vna causalitas sine alia. Confir. 2. quia materia substinet accidentia, quibus non informatur: ergo. Respondetur propter hæc non variari rationem causæ, quia semper retinent subordinationem, quando reperiuntur hæ causalitates à materia, etiam si aliquando separentur, vel naturaliter, vel supernaturaliter; nam causarum genera distinguuntur secũdum variam rationem causandi formalem, sicut materia est principium generationis, & rei genitæ, & tñ secundum diuersam illam rationem non constituit duo principia, quia illa distinctio formalis naturæ non est in rõne principiandi, quia tam respectu generationis, quam rei genitę est principium vt subiectum, quod autem dicitur de accidentibus falsum est, non informare, cum efficiant vnũ per accidens, alio modo, quam duo lapides vniti.

Ex his patet, quid sentiendum sit de aliorum opinionibus, nam Alb. considerauit adæquatè effectum per se primo intentum, non tamẽ negauit duplicem statum ipsius compositi, scilicet in fieri, & in facto esse, & secundum vtramquo rationem causatur à materia. Neq; negauit, ꝙ componendo cõpositum non influat suo modo in formam quoad existentiam, vel informationem.

QVAESTIO IV.

In quo consistat causalitas materiæ, & quotuplex sit.

Causalitas materiæ in exercitio potentiæ tum receptiuæ, tum sustentatiuæ.

NOT. cum ex dictis constet causalitatem consistere in influxu, seu exercitio virtutis causatiuæ, necessario sit, causalitatem materiæ consistere, tum in exercitio potentiæ substẽtatiuæ, tum in exercitio potentiæ receptiuæ: & quia in materia ponitur etiam potẽtia compositiua, addi debet tertia causalitas, quæ consistit in exercitio huius potentiæ, & dici potest cõpositio, seu influxus in compositum, de quibus sit.

DVBITATIO PRIMA.

Sub quo genere entis contineatur causalitas materiæ, & an distinguatur ab ipsa materia.

OMissa opinione dicentium causalitatem non distingui ex natura rei à causarum entitate, de quibus supra cum de causis in communi q. 5.

1 *Alij dicunt distingui realiter a materia causalitatem illius.*

Prima opinio est dicentium causalitatẽ materiæ distingui realiter à materia, quia sicut causa non causatur, ita in se non recipit causalitatem, nec terminatiuè, nec subiectiuè, sed illam recipit in effectu, à quo, cum realiter distinguatur, etiam realiter à causalitate distinguitur, cum causalitas identificetur realiter cum effectu.

Alij modaliter.

2. Opinio est dicentium causalitatem materiæ respectu formæ, & cõpositi nõ esse entitatẽ absolutam simpliciter, sed modalem, atq; adeo
A relatam transcendentaliter, sed inter hos est discrimen; nam

Diuisio horum authorum.

Aliqui primo volunt hunc modum respectu formarum substantialium pertinere reductiuè ad prædicamentum substantiæ, quoad formas vero accidentales pertinere ad prædicamentũ illius formæ, quæ causatur, directe tamen ad nullum prædicamẽtum pertinere ob suam imperfectionem, & transcẽdentiam, sed de horum opinione nõ potest esse hic difficultas, sed potius est quæstio pertinens ad prædicamentum actionis, vbi quæritur, an sicut ad illud prædicamentum pertinet directe actio, quæ est causalitas efficientis, ità pertineant aliæ causalitates
B actiuæ aliorum causarum; & sicut ad prædicamentũ passionis pertinet passio subiecti, ita &c.

2 *Triplex causalitas in materia.*

Aliqui secundo distinguentes triplicem causalitatem in materia. Vnam respectu formarũ quoad existentiam formarum corruptibilium. Alteram respectu informationis, seu vnionis cũ forma, & has dicunt pertinere ad prædicamẽtum passionis, quia causalitas materiæ est eadẽ realiter cum actione, quæ est causalitas agentis, quia nulla entitas potest poni, siue in materia, siue in forma sine concursu causæ efficientis, nã si producitur forma ex materia, ad illã productionem concurrere debet, & potentia actiua, & materia, cum non sit creatio, sed eductio; at vbi est actio ex parte agentis, ibi est passio ex
C parte materiæ, actio autem, & passio sunt idem realiter, vt ostendit Arist. 3. phys. tex. 18. vbi ait actum mobilis, & mouentis esse vnum, & eundem. Confir. quia idem est terminus actionis, & passionis; ergo sicut actio est causalitas, seu via ab agente in illum, cum per actionem recipiat esse, ita passio erit via à subiecto in eũdem terminum, quia media illa passione terminus recipit esse à materia. Confir. 2. quia sicut actio pẽdet ab agente, ita passio à principio passiuo: sed actio non pendet ab agẽte, vt vltimus effectus; sed vt via; ergo similiter & passio. Tertiam causalitatem habet materia, respectu compositi, & hanc dicunt consistere in modo vnionis,
D quo materia in se recipit formam, quia non apparet, per quod medium materia possit constituere compositum, nisi vel per passionem, vel per modum vnionis, & receptionis actiuæ, sed causalitas materiæ respectu compositi non potest esse passio; ergo erit modus vnionis. Minor probatur, quia sicut causalitas dicitur id, quo medio causa seipsam communicat effectui, ità causalitas materiæ erit id, quo medio materia se ipsam communicat composito, sed hæc cõmunicatio nõ potest fieri media passione, quia causalitas materiæ includitur in composito, nam magis immediata, & intrinseca est cuicunque effectui causalitas, quæ accipit esse à sua causa,
E sed passio nõ potest includi in essentia compositi substantialis, quia passio est accidens; ergo erit modus vnionis. Confir. quia compositum non potest intelligi sine materia, & forma vnitis, atq; adeo non potest intelligi sine vnione; ergo vnio est causalitas materiæ respectu compositi: quia materia non se communicat cõposi-

to,

to, nisi mediâ vnione, causalitas autem est id, quo se communicat composito, ita Murcia 2. phys. disp.3. q.2.

3 Alij 3. distinguẽtes causalitatem materiæ respectu formæ, & compositi in fieri, & in facto esse dicunt causalitatem materiæ respectu formæ,& compositi in fieri esse passionem, quod actio substantialis,per quam forma educitur de potentia materiæ,& compositum generatur,vt recipitur in materia dicitur passio, sed hæc est causalitas materiæ respectu vtriusque, nam illa dicitur causalitas cuiuscunq; causæ, per quam actualiter cõcurrit ad effectũ, sed materia sustinendo actionem agentis, vel recipiendo illã, concurrit ad eductionem formæ, & generationem compositi; ergo passio est propria causalitas illius. Minor patet;nam proprius concursus causæ passiuæ est pati ab agente, at pati nõ est aliud, quã eius actionem recipere,sicut passio est ipsa receptio. Vnde materia per passionẽ constituitur ratione actualis causæ effectus in fieri;at vero causalitatem materiæ respectu formæ,& compositi in facto esse, dicunt consistere in vnione inter materiã, & formam, quæ essentialiter est substantialis, & passiua receptio formæ,vt dictum est in præcedenti modo explicãdi,ita Ruuius 2.phys.c.7.tract.2. de causa materiali.

4 *Causalitas materiæ est vnio secundum alios. Suarez.* Alij deniq; dicunt causalitatem materiæ tam respectu formę quoad eius substẽtationem,quã respectu informationis, seu respectu compositi consistere in vnione siuè in fieri, siuè in facto esse, quæ specie variatur iuxta qualitatem formarum, videtur Suar.disp.15.sect.4.num.3. & sect.6. num.9. & disp. 13. sect. 9. primo asserit quatuor esse effectus materiæ generationem, secundo,vnionem formæ, tertio,entitatem formæ, quarto, compositum ipsum.

Secundo, docet causalitatem respectu generationis esse ipsam generationem,sicut causalitas, qua fit actio est ipsa actio, & hanc eandem generationem, vt essentialiter pẽdentem à materia esse causalitatem materiæ, vt est causa in fieri formæ,vel compositi, sicut actio est causalitas agentis respectu sui termini in fieri, vt docet num. 8. quia posita hac causalitate, præciso quocunq;alio modo, sufficienter ponitur ratio, qua materia denominatur causare rẽ genitã,ex quo Hurtad. disp. 5. phys. sect. 3 §.27.arguit Suarium contradictionis,dum respectu formæ in facto esse, dicit causalitatem esse vnionem, respectu vero formæ in fieri esse generationem, nam respectu formæ secundum vtrumq; statũ putat generationem esse causalitatem, quia licet pereat generatio,vt terminatur ad primum esse rei, tamen succedit alia,qua ponitur depẽdens à materia toto tempore, quo existit, quia conseruatur per actionem dependentem à materia.

Tertio, docet esse discrimen in hac causalitate respectu formæ, & respectu compositi, nã respectu compositi est causa intrinseca, cũ ipsa entitas materiæ includatur in composito, vt nos effectus causatus; at vero respectu formæ est quasi extrinseca, quia non componit illam, sed substẽtat illam in se veluti informantem; quare causalitas hæc non est aliud, quã ipsa eductio, seu vnitio,prout est à materia, quæ tamen in re non distinguitur à generatione, quia idem est formam generari, educi,& vniri materiæ.

Quarto, docet ipsam vnionem non causari per causalitatem distinctam à se,quia sicut per se ipsam est coniuncta materiæ,cum sit actualis nexus secundum essentiam, ita per se ipsam pendet, & causatur ab illa;at eadem causalitas, quæ denominat effectum causatum,denominat effectum causantem. 5

Quinto, causalitatem materiæ respectu formæ corruptibilis esse ipsam vnionem talis formæ, cum materia, nam quatenus materia causat illam vnionem, causat etiam formam, cum hæc non pendeat à materia,nisi mediante vnione talis rationis, vnde est diuersæ rationis ab vnione inter animam rationalem, & materiam, quia propria dependentia à causa materiali intrinsecè, & essentialiter includit vnionem, & contrahitur ad talem speciem, quæ est inhæsiua, per quam distinguitur ab vnione non inhæsiua.

Vltimo docet causalitatem materiæ respectu compositi esse ipsammet vnionem, per quam materia vnitur formæ, vnde eadem est causalitas respectu formæ,ac compositi, & solum distinguuntur, quod per illam vnionem materia ingreditur intrinsece compositum, at non sic respectu formæ,& vnionis.Ex quo nu.16.concludit in materia nõ distingui ex natura rei, nisi duas tantum causalitates. Vnam respectu rei in fieri, quæ est generatio. Alteram respectu rei in facto esse, & quia res in fieri distinguitur ex natura rei à se ipsa in facto esse, ideo duæ illæ causalitates ex natura rei distinguuntur. *Eadem causalitas respectu formæ, & compositi.*

6 *Causalitas materiæ consistit in ipso fieri immediati effectus secundum alios* 3. Opinio est dicentium causalitatem consistere in ipso fieri immediati effectus, quare sẽper identificatur cum effectu,vt via cum termino; vnde si effectus identificatur cum materia, similiter cum illa identificabitur causalitas, & quia effectus immediatus materiæ est duplex. Vnus est existentia formæ, & alter est vnio sui cum forma, hinc fit in materia poni duplicem causalitatem. Vnam respectu existentiæ formæ, qua forma primo existit,& hæc distinguitur realiter à materia, sicut & forma. Alteram respectu vnionis,& hæc dicitur vnitio,quæ est idem realiter cum vnione, sed distincta ex natura rei ab illa. Vnde est in subiecto,in quo est vnio, respectu vero compositi non habet distinctam causalitatem ab ea,quæ est respectu vnionis,nã causando vnionem, idest communicationẽ sui, causat compositum,dicitur autẽ vnio esse causalitas respectu compositi,non quia vnio sit ipse influxus materiæ, sed quia ex vnione resultar compositum. Quare vnio, quæ est effectus materiæ,& terminus causalitatis dicitur causalitas respectu compositi, quod habet rationem vltimi effectus intenti à materia, & hæc mihi placet.

ART. II. Continens notabilia pro ſolutione quæſtionis.

7 PRO ſolutione Not. materiam debere habere cauſalitaté reſpectu omnium, quæ cauſantur ab ipſa, quia nihil poteſt eſſe cauſatum, ſine paſſiua cauſalitate nominaliter ſumpta, paſſiua autem hæc cauſalitas non poteſt intelligi ſine actiua nominaliter ſumpta, nam cauſatum dicit ordinem ad ſuam cauſam, hic autem ordo eſt ipſa cauſalitas, per quam ipſum cauſatum reſpicit cauſam, vt terminus cauſalitatis, & cauſa reſpicit cauſatum, vt principium cauſalitatis. Vnde fit cauſalitatem eſſentialiter reſpicere duo, ſcilicet virtutem cauſæ, vt principium, & cauſatum, vt terminum.

Materia debet habere cauſalitatem reſpectu omnium, quæ cauſantur ab ipſa.

Not. 2. hunc terminum aliquando diſtingui à ſua cauſalitate, vt patet in termino cauſalitatis effectiuæ, nam manere poteſt terminus ſecundum ſuam totam perfectionem corrupta cauſalitate, vt manet calor non manente calefactione; aliquando vero non diſtingui ex natura rei, niſi ratione, & tunc cauſatum ſe ipſo cauſatur à cauſa, & non per cauſalitatem, & influxum diſtinctum, hoc autem non poteſt intelligi, niſi in ijs effectibus, qui non habent rationem termini, ſed habent rationem puri influxus, nã ſi haberent rationem termini neceſſario diſtingui deberet ipſa natura termini exiſtentis ab influxu, ſeù dependentia, quam habet à cauſa, quia influxus ſemper concipitur vt via ad terminum: at de ratione viæ eſt, vt diſtinguatur à termino, etiam ſi ſint inſeparabiles vt alibi oſtendemus.

Terminus diſtinguitur à ſua cauſalitate.

8 Not. 3 rem poſſe conſiderari vel in fieri, vel in facto eſſe; & quidem in fieri dupliciter. primo quatenus terminus, qui nunc primum habet eſſe. Secundo, vt influxus ſeù via, quod dicitur ipſum fieri termini, quod etiam applicari poteſt Rei in facto eſſe, nam hæc conſiderari poteſt Primo ſecundum ſe, quatenus nunc exiſtit ex actione præcedenti iam corrupta. ſecundo vt terminus conſeruationis, ſiue ea conſeruatio ſit à cauſa vniuerſali, ſiue particulari, vt calor, qui fuit productus ab igne, vt nunc conſeruatur à Deo, & lumen, quod eſt productũ in inſtanti A, à candela, vt cõſeruatur ab eadem in tempore conſequenti. Tertio poteſt conſiderari influxus conſeruatiuus, ſiue hic influxus ſit in genere cauſæ efficientis, ſiue materialis.

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

9 PRima Conc. materia hẽt cauſalitaté reſpectu exiſtentiæ formæ corruptibilis, quia ſupra oſtendimus eſſe cauſam illius, at non põt eſſe cauſa ſine cauſalitate.

Materia habet cauſalitatem reſpectu formæ corruptibilis.

2. Conc. hæc cauſalitas non conſiſtit in vnione, ſeù informatione ità Fonſ. Murcia Conimb. & fuſè Hurtad. diſp. 5. Phyſ. ſect. 3.

Primo quia cauſalitas materiæ circa formæ exiſtentiam eſt prior natura, quam forma, cum ſit via ad illam, per quã à materia cauſatur tanquam effectus adæquate diſiunctus à materia, ſed vnio, ſeu informatio non eſt prior natura, quam forma, tum quia dependet ab illa vt à cauſa formali, tum quia non poteſt intelligi actus informationis ſine præuia exiſtẽtia potentia informatiuæ, tali em ſecundum naturam. Conſ. quia vnio ex natura ſua præſupponit vnibilia; ergo non poteſt eſſe cauſalitas reſpectu illorum, quia cauſalitas non eſt reſpectu præexiſtentium, ſed conſequẽtium, ſicut cauſa non eſt reſpectu rei præexiſtentis, ſed ſubſequentis ſaltem natura. Conſ. 2. quia inde ſequeretur formam eſſe cauſam ſui ipſius, nam illud dicitur cauſa alterius, quod eſt principium cauſalitatis, qua res cauſatur, ſed hæc vnio ſeù informatio pendet à materia, & à forma vt à cauſis; ergo ſi forma pendet ab informatione, vt cauſalitate pendebit à ſe ipſa, vt à cauſa.

10 Reſponderi poſſet informationem non eſſe cauſalitaté reſpectu exiſtentiæ forma, vt depẽdet à forma, ſed vt depẽdet à materia, atq; adeo nõ vt eſt informatio actiua, ſed paſſiua, quæ dicitur receptio. ſed contra tum quia forma dependet à cauſalitate ſuæ cauſæ, vt exiſtente prius natura; at informatio non poteſt exiſtere ex vi ſolius cauſæ receptiuæ, quia dicit eſſentialem ordinem ad vtrumq; principium; ergo non poteſt dependere ab informatione, vt eſt ſolum ex vi materiæ: tum quia eadem eſt entitas, quæ dicitur informatio actiua, & paſſiua, & ſolum differt ſecundum denominationem ſumptam rõne diuerſorum principiorum, quæ connotãtur, ſed tam forma, quam materia concurrunt ad illam entitatem Phyſicam; ergo ad omne id, quod pendet ex illa entitate; ſed forma penderet ex illa entitate Phyſicè accepta, ſi illa haberet rationem cauſalitatis reſpectu formæ, ſicut terminus dicitur pendere ex cauſalitate, quæ ſecundum entitatem Phyſicam vna eſt, licet habeat diuerſam rationem, vt reſpicit diuerſa principia, quod vt reſpicit agens dicitur actio, vt paſſum paſſio, vt finẽ finalizatio. Vnde fit vt calor v.g. dependeat ab omnibus, à qbus pẽdet calefactio, licet hæc dicatur actio reſpectu potentiæ calefactiuæ, & paſſio reſpectu materiæ, & medium reſpectu finis. tum quia concurrẽs ad fundamentum rationum formalium alicuius rei, concurrit etiam ad illas actiones formales ſicut concurrens ad ſpatium, interiectum inter Neapolim, & Salernum concurrit ad viam, quæ eſt Salerno, & Neapolim, & Neapoli Salernum; ergo forma concurrens ad entitatem phyſicam informationis, concurrit etiam ſuo modo ad rationes formales ibi fundatas, atq; adeo concurreret ad ſui ipſius exiſtentiam.

Informatio nõ eſt cauſalitas reſpectu exiſtentiæ formæ vt dependet à materia.

2. Probant alij ex informatione animæ rationalis; nam materia per informationem paſſiuã perfectiſſime vnitur animæ, & tamen illa vnio non habet rationem cauſalitatis reſpectu exiſtẽtiæ animæ rationalis; ergo neq; reſpectu formarum corruptibilium, quia informatio debet eſſe eiuſdem rationis in omnibus formis, ſicut etiam & receptio in materia reſpectu formarũ, quia actus etiam ſi ſint diuerſæ ſpeciei, qui ſpecificant potentiam vnius rationis debent conuenire in aliqua vna ratione, ſecundum quam 11

eodem

eodem modo respiciantur à potentia, sed materia constituitur per potentiam receptiuam, sicut forma per potentiam informatiuam; ergo debet respicere actus, & formas sub eodé modo vnionis, sed modus informationis, licet distinguatur specie secundum distinctioné specificá formarum, tamen non potest diuersificari per se, nisi per differentias intra latitudinem informationis sed substentatio non est intra latitudinem informationis actiuæ, & passiuæ quia non diuersificat per se potentiam informatiuam, ná si per impossibile potentia informatiua, quæ est in forma equina poneretur in anima rationali subsistenti haberet informationem eiusdem rationis ac habet forma equina, & tamen illa informatio, seù vnio non haberet rationem substentationis. Neq; obstat, quod esse substentabile, & non substentabile diuersificat formam secundum speciem, quia non diuersificat per se formas vt sic, idest secundum potétiam in formatiuam, sed per accidens, quia diuersificat entitatem in ordine ad suas causas, quod vna exigat concursum solius efficiétis, altera vero cócursum efficientis, & materialis, hoc autem non facit differentia per se in ratione in formádi. Deniq; Conf. ex dictis in 1. Phy. de actibus potentiç receptiuæ, & substentatiuæ, vbi ostendimus esse diuersos actus.

12 Contrarium docet Suar. loc. cit. dicens causalitatem materiæ circa formam consistere in vnione materiæ cum tali forma, quç est diuersæ rationis ab vnione, seù informatione animæ rationalis, & vocat illam substantialem inhæsionem. Primo quia in accidente non ponuntur duo modi. Vnus informationis; & alius inhærentiæ, quæ est dependentia à subiecto, sed per vnum modum informat, & pendet. Conf. quia propria dependentia à causa materiali essentialiter includit vnionem, cum sine hac intelligi non possit; ergo dependentia formæ ex materia non est modus à natura rei distinctus ab vnione informationis, sed est species quædam vnionis informatiua, quæ dicitur inhæsiua, & licet vnio sehabeat, vt genus respectu inhæsionis, seu dependentiæ inhæsiuæ; non tamen hinc fit esse distinctam vnionem ab inhæsione, sicut animal v. g. in communi non est distinctum animal ab homine. Confi. 2. quia causalitas dicitur, quæ mediat inter causam, & effectum, sed inter formam, & materiam non mediat, nisi vnio informationis inhæsiuæ; ergo hæc est causalitas. Cófirm. 3. quia posita hac vnione præciso omni alio, satis intelligitur dependentia, & informatio; ergo non requiritur alius modus.

Causalitatem materiæ circa formam consistere in vnione probatur à Suario.

Resp. 1. aliqui esse diuersam rationem, quia dependentia formæ substantialis à materia, est quoad existentiam priorem natura subsistentia propria substantiarum; at vero accidens, cum non sit subsistens, sed solum inhærens, eo ipso, quo habet existentiam sibi connaturalem habet illam informantem subiectum. Vnde dicitur inhærere subiecto. quare sicut habet ab efficiente existentiam, ita & informationem, qua mediante dependet à subiecto. Verum aliqui ex rationibus, quæ probát id esse non posse in forma substantiali, probant in forma accidentali. Quare.

A

Resp. 2. esse eandem rationem vtriusq; formæ, quia sicut substantialis nó potest informare, nisi prius natura existat, ita neq; accidétalis.

Ad 1. Confir. requiri quidem vnionem, sed aliam ab informatione, quam aliqui dicunt requiri localem, ita qui putant posse à Deo hanc causalitatem suppleri, etiam in genere causæ subiectiuæ, vn Fonf. & alij.

Aliqui vero dicunt præter hanc localem requiri vnionem adhæsiuam, seu adiacentiæ, similem illi, quam dicunt habere punctum terminatiuum, vel continuatiuum respectu partium lineæ, & instantia respectu partium temporis, ac superficies respectu corporis, vbi est dependétia cum vnione sine informatione.

B

Alij vero dicunt esse vnionem quandam, quæ dicitur passio, per quam substentatur, & recipitur actio agentis in productione formæ, quæ deinde informat, ita videtur sentire Murcia, & mihi placet, vt infra.

Ad 2. Confirm. ante vnionem informationis mediare inter causam, & effectum, actionem, & passionem, seu dependentiam quoad existentiam.

Ad 3. Confir. ex dictis patere non sufficere modum informationis, quia sicut prius intelligitur existere forma, quàm eius informatio, ita prius intelligitur dependere à suis causis.

C

3. Concl. causalitas, qua forma secundum existentiam pendet à materia, consistit in receptione actionis agentis, qua producitur effectiue forma, & pertinet ad prædicamentum passionis. Patet ex dictis in secunda sententia in 4. modo; nam in hoc distinguitur productio animæ rationalis à productione formæ corruptibilis, quod actio circa animam rationalem tota est ex virtute agentis, at vero circa formam corruptibilem pendet, & ab agente, & à subiecto, sed à subiecto non potest pendere in genere causæ efficientis; ergo in genere causæ subiectiuæ; at dependentia ab alio in genere causæ subiectiuæ, seu receptiuæ est passio. 13

Causalitas, qua forma pédet à materia consistit in receptione actionis agentis, qua effectiue producitur forma.

D

Ex quo patet formam dependere à materia tanquam à substétante, vel recipiéte, non intelligitur ratione receptionis, quæ est informatio, quasi dependentia, qua forma dependet à materia sit ipsa informatio, quia ante huiusmodi receptionem iam intelligitur formam dependere, sicut intelligitur existere, sed debet intelligi de receptione ratione actionis, qua materia fit, & conseruatur, quia productio, & conseruatio formæ substentatur, idest recipitur in ipsa materia.

E

Secundo, patet modú vnionis, seu informationem etiam dependere, & substentari à materia, quia sicut ipsa informatio, vt infra dicemus, non existit à se, sed per causalitatem efficientis, ita illi actioni, seu causalitati debet responderе passio, seu receptio in materia, quia illa actio non est creatiua, sed eductiua informationis de potentia materiæ.

Modus vnionis etiam substentatur à materia.

Contrarium docent alij, eo quod passio sit accidens; ergo non potest esse causalitas mate- 14

riæ

riæ respectu formæ substãtialis, quia huiusmodi causalitas, cum sit à causa intrinseca debet includi in composito substantiali, sed in huius essentia non potest includi accidens, quia non esset ens per se vnum.

Confirm. quia causalitas est communicatio esse seu influxus; at passio est receptio, quæ distinguitur à communicatione.

Respondent aliqui hanc passionem non esse accidentalem, sed substantialem, sicut est terminus. Sed contra, quia sicut actio ad substantiã habet rationem accidentis, etiã si dicatur substantialis ratione termini, ita & passio. Quare

Resp. 2. negando hanc passionem includi in essentia compositi, sicut neq; includitur actio, qua fit forma, licet vtraq; præsupponatur tanquam necessaria ad existentiam formæ, sicut & præsupponitur causalitas finis.

Causalitas proportionatur potentiæ. Ad Confir. causalitatem proportionari potentiæ, cum igitur potentia constitutiua causæ materialis sit potẽtia receptiua, non solum formæ quoad informationem, sed etiam actionis productiuæ formæ, per quã dicitur illam sustentare, merito causalitas illius consistet in receptione, quia recipiẽdo, & sustẽtando actionem communicat suo modo existentiam formæ. Vnde patet diuersa ratione dici receptionem, & communicationem; nam dicitur receptio, quatenus illis communicatur aliquid ab agente; dicitur autem communicatio, quatenus hoc, quod illi communicatur, non posset existere ex vi solius agentis, nisi etiam ipsa materia per suam potentiam concurrat ad illius existẽtiam.

15 *Causalitas materiæ respectu generationis est ipsa generatio.* 4. Concl. causalitas materiæ respectu generationis non distingui ab ipsa generatione, quia sicut actio licet pendeat à potentia actiua, non tamen per aliam actionem, sed per se ipsam, ita generatio, vt pendet à materia non pendet per aliud, quam per se ipsam.

Causalitas materiæ respectu vnionis potest distingui ab ipsa vnione. 5. Concl. causalitatem materiæ circa vnionẽ formæ, seu informationem probabile est distingui ab ipsa vnione. Patet, quia ipsa vnio est modus substantialis intrinsecè inclusus in essentia compositi, sed causalitas materiæ etiam circa vnionem non potest includi in essentia compositi, quia sicut actio, qua producitur informatio, quæ dicitur vnitio, nõ includitur in cõposito, ita neq; passio illi correspondens; nam illa actio etiam est eductiua vnionis, atq; adeo pẽdens ex materia.

Impugnatur opinio Suarij. Contrarium videtur docere Suar. disp. 13. met. sect. 9. in fine dicens, quod licet causalitas efficientis vnionis sit distincta ab ipsa vnione, nõ tamen causalitas materiæ circa illam, quia cessãte omni actione, imo si per impossibile posset dari vnio independens ab aliquo agẽte in fieri, vel conseruari, adhuc tamen materia haberet materialitatem circa vnionem, sicut circa compositũ; ergo in materia datur peculiaris causalitas, quæ non versatur circa actionem, vel mutationem, sed immediate circa vnionem ipsius materiæ cum forma. Confir. quia aliquando materia est causa ipsius informationis sicut, & compositi, & non productionis ipsius, vt patet in productione cæli, cuius forma concreatur, A atq; adeo nõ educitur de potẽtia materiæ, & tñ vnio, seu informatio educitur de potentia materiæ, vt ipse Suar. ibidem sect. 10. ostendit.

Resp. ob id me dixisse in conclusione illam esse probabilem, quia scilicet non est certum ex natura rei distingui cãlitatẽ materiæ ab vnione, tñ propter illius cõclusionis ,pbabilitatẽ, dico, si præscindatur actio ,pductiua, seu cõseruatiua ibi non esse futuram passionem correspõdẽtem actioni, atq; adeo vnio tunc non penderet à materia per causalitatem huius generis, sed per causalitatem, qua ipsa vnio vniretur formaliter materiæ, & quia nõ vniretur per aliam vnionẽ, sed seipsa, non distingueretur causalitas à causato, quia tunc vnio non haberet rationem passionis, sed præcisè vnionis. 16

B Ad Confir. ex dictis in 1. lib. patere formas cæli esse eductas, idest productas dependenter à materia, dici tamen concreatas, quia fuit producta simul cũ toto, quod dicitur fuisse creatum. Deinde etiam si forma cæli non esset educta de potentia materiæ, negari tamen non potest, quin modus informationis sit eductus.

6. Concl. probabile mihi est causalitatẽ materiæ circa compositũ consistere in modo vnionis, seu informationis passiuæ. 17 *Probabile est causalitatem materiæ circa compositũ consistere in modo vnionis.*

Probatur, nam forma non potest concurrere ad compositum, nisi vel recipiendo actionẽ agentis, quam substentat, vel recipiendo ipsam C vnionem, qua vnitur formæ, & constituitur cõpositum, sed causalitas non potest esse passio, quia habet rationem accidentis, quod includi non potest in essentia compositi; ergo consistet in vnione. Maior probatur, quia in productione compositi. Primo est eductio formæ, de qua diximus esse extra essentiam compositi. Secundo, productionem informationis, & de hac est eadem ratio, ac de eductione formæ, nã vtrũq; habet rõnem accidentis, & cõpetit cõposito vt est in fieri, non vt est in facto esse, & inde patet, neq; generationem posse esse hanc causalitatẽ; nam eadem actio, quæ dicitur vnitio respectu formæ, dicitur generatio respectu compositi. D Tertio, est ipsa receptio vnitionis, & de hac est eadem ratio, ac de adductione formæ, quia vnitio ipsa est eductio quædam, non quidem formæ, sed vnionis. Quarto, est ipsa vnio, quæ per se ipsam est receptio, cum de eius essentia sit recipi in aliquo ex illis, ex quibus constat compositum; ergo causalitas materiæ respectu compositi non potest esse, nisi hæc vnio seu informatio, vt est à materia. Confir. quia materia causat compositum per veram aliquam causalitatẽ, at vera causalitas est medium, quo causa se communicat composito, sed materia non se communicat composito, nisi per vnionem cum forma. Confirm. 2. quia materia exercet E causalitatem circa compositum, vt eius pars essentialis, sed non est pars nisi vt vnitur cõparti, & cum illa constituit compositum.

Contrariũ docet Hurtad. disp. 5. met. sect. 3. nã causalitas se ipsa pendet à causa, & nõ media aliqua causalitate, sed vnio non se ipsa pendet à materia, sed mediante passione; nam causatur 18 *Contraria opinio Hurtadi.*

per

per generationem, quæ est actio eductiua. Confir. 1. quia si passio excluderetur à ratione causalitatis respectu compositi, maximè esset, quia causalitas includi deberet in essentia effectus; at hoc esse falsum, patet inductione, quia in omni genere causæ causalitas est extra essentiam causæ, & effectus, cum causalitas terminetur ad existentiam, quæ est extra essentiam. Confir. 2. quia sicut compositum, transacta actione, habet suam essentiam, ità illam habet, dum coexistit actioni terminando illam; ergo passio nunquã posset esse causalitas respectu compositi, neq; in fieri, neq; in facto esse, at constat ex aduersarijs vnitionem, siue vt actionem, siue vt passionem esse causalitatem respectu formæ, & compositi in fieri; ergo erit etiam in facto esse, vel si non est in facto esse, neq; in fieri. Confirm. 3. quia materia non causat compositum, nisi prius natura causando aliquid in forma, quia eadem est causalitas materiæ circa formam, & circa compositum, vt infra; sed causalitas materiæ circa formam non potest esse vnio; ergo neque circa compositum. Minor probatur, quia supra ostensum est, materiam non causare existẽtiam formæ per vnionem, sed per receptionem actionis eductiuæ formam. Neque potest esse causalitas respectu vnionis, quia causalitas est via ad terminum, at vnio non via ad se ipsam, vnio autem est terminus vnitionis, quæ vt est ab agente est actio, & vt à subiecto est passio.

Respondent primo aliqui maiorem non esse veram vniuersaliter, sed tantum de illa causalitate, quæ est via ad effectum distinctum à causa, nam est extrinseca effectui, cum consistat in ipso fieri effectus; sed in causalitate, per quam causa se ipsam tribuit effectui non minus est intrinseca effectui, quam ipsa causa, & hinc fit, vt non consistat in ipso fieri effectus, sed in facto esse.

Sed contra, nam ipsa vnio, etiam vt consideratur in facto esse habet rationem effectus, tam respectu causæ efficientis, quam respectu materiæ illam conseruantis, quare

19 *Vnio consideratur vel vt terminans vnitionem, vel vt habet rõnem vniendi.*

Ego resp. vnionem posse dupliciter considerari, vel vt terminat vnitionem initiatiuam, vel conseruatiuam, & ita habet rationem effectus. Secundo, vt habet rationem vniendi materiam cum forma, siuè dum primo producitur, siuè dum conseruatur, ità habet rationem causalitatis respectu compositi. Neq; est absurdum terminum vnius causalitatis habere rationem causalitatis respectu alterius termini, sicut non est absurdum causam productam ab vno causare aliud, sicut forma, quæ est terminus generationis causat compositum.

Ad primam Confirmationem Resp. esse diuersam rationem causalitatis, qua causa se intrinsecè communicat effectui, & illius, qua se extrinsecè, idest extra essentiam se cõmunicat effectui, nam illa non includitur in essentia effectus sicut neq; causa; at hæc extrinsecè includitur in effectu, sicut, & ipsa causa, quia ipsa trahit causam intra effectum, nam magis immediata, & intrinseca est cuiq; effectui causalitas, per quam accipit esse à causa, quam ipsa causa; Neq; obstat, quod causalitas terminetur ad existentiam, quia sicut compositum potest considerari, vt existens, & vt abstrahit ab existẽtià ità, & vnio quæ dum existit includitur in composito existenti, dum non existit in composito non existenti, sed tantum concepto per modum vnius.

Ad 2. Conf. formam vel compositum in fieri posse considerari dupliciter. primo, vt est ipsum fieri, seu via ad compositum, vt terminum Secundo, vt habet rationem termini primo existentis ex vi ipsius fieri cum quo habet coniunctionem. Vnde similiter res in facto esse, dupliciter consideratur Primo, vt præcise habet rationem termini respectu ipsius fieri, seù viæ, etiam si sint simul in eadem duratione. Secundo, vt habet rationem existentis ex vi fieri, seù viæ iam præcedentis, & desinentis, cum igitur generatio, & fieri dicitur causalitas respectu compositi in fieri accipitur compositum secũdo modo, quia sic generatio habet rõnem viæ respectu vnionis, & cõpositi, vt habent rõnem termini. nã vt sic causantur per generationẽ, vt per causalitatẽ, & nõ causantur per ipsam vnionem, quia potius ipsa, vt sic habet rõnem effectus. Vnde etiam fit, vt neq; vnio habeat rationem causalitatis respectu compositi in fieri primo modo, quia generatio, & fieri idẽ omnino sunt. quare manet, vt vnio habeat rationem causalitatis respectu compositi in facto esse; non quidem, vt habet rationem termini, quia sub hac ratione respicit, vt causalitatem ipsam generationem, quam terminum; sed vniò causat compositum in facto esse secundo modo, quatenus scilicet dicit essentiam compositam, secundum se abstrahendo à respectu ad efficiens, quia, vt sic causatur à materia, vt componente, atq; adeo per compositionem, quæ est vnio, & non causatur à materia, vt substendano, seu recipiendo vnitionem, cum compositum consideretur, vt abstrahens ab actione agentis, & passione materiæ.

Ad 3. Conf. materiam respectu formæ corruptibilis habere triplicem causalitatem, vnam respectu existentiæ recipiendo, & substentando actionem. alteram respectu informationis, vt est vnitio, qua significatur productio vnionis. & compositi, & secundum has causalitates nõ dicitur includi in composito quia hæ sunt accidentales, & habent rationem actionis, & passionis Tertiam respectu vnionis, vt est vinculum vniens, & hæc causalitas non distinguitur ab ipsa vnione, quia sicut vnio se ipsa vnitur extremis, ità se ipsa afficit suo modo illam, & secundum hanc causalitatem dicitur includi in composito, sicut includitur ipsa vnio cum forma, nam vnio licet non faciat materiam componere formam, facit tamẽ componere, & constituere compositum, quia compositum non est aliud, quam id, quod dicit duas partes vnitas. 20 *Materiam respectu formæ corruptibilis habet triplicẽ causalitatem*

Dices cõpositum resultat ex partibus vnitis ergo nõ includit vnionẽ, sed cõsequitur illam. Resp. qui ponũt cõpositũ dicere tertiã entitatem realiter distinctam à partibus vnitis difficile ostendunt quomodo illud includat mate-

riam

riam, & formam, de qua re nos infra. Qui uero affirmant non distingui negant propriè resultare ab illis partibus, vt à se distinctis, sed resultare, vt ab illis intrinsecè constituentibus illud, quia positis partibus vnitis ponitur compositũ, vt quid vnum; modus autẽ inde loquendi oritur ex nostra conceptione, quia partes, vt constituentes concipiuntur, vt plures inter se coniunctæ, totum autem concipitur, vt vnum, & ideo dicitur resultare ex illis.

21 Dices secundo, si vnio est causalitas materię circa compositum, sequitur materiam esse causam sui ipsius, quia in composito non est aliud, quam materia, forma, & vnio, sed non causat formam mediante vnione, vt dictum est, neque ipsam vnionẽ, cum hæc sit causalitas; ergo causat se ipsam.

Resp. de hoc dicemus infra, cum de distinctione causæ ab effectu, nunc satis sit causare se ipsam causando communicationem sui, quæ est vnio; vnde hæc habet rationem effectus, & rationem causalitatis, diuersa tamen ratione, quia causatur, vt pendet à materia tanquã modus, & est causalitas, vt est via, qua materia se ipsam communicat composito.

DVBITATIO II.

An causalitas respectu formæ corruptibilis distinguatur à causalitate respectu informationis eiusdem, an vero sit eadẽ & similiter an causalitas respectu informationis sit distincta secundum rem à causalitate respectu compositi.

1 *Opinio negãs distinctionem causalitatum*

PRima opinio est dicentium neutram distingui, sed esse vnam, quæ tamen denominatur substentatio, informatio, & compositio ob diuersos respectus ratione distinctos. Vnde dicunt materiam per vnionem, qua formaliter vnitur formæ corruptibili, per eandem substẽtare, & componere compositum. Neq; obstat, quod materia respectu animæ rationalis vniatur, & tamen illa vnio non sit substentatio, quia vnio respectu formæ corruptibilis est diuersæ rationis ab ea, quæ est respectu animæ rationalis, non solum secundum rationem specificam sumptam à termino, quomodo omnes vniones respectu omnium formarum distinctæ rationis distinguũtur specie, sed etiam quoad efficaciã, quia est maioris efficaciæ vnio respectu formæ corruptibilis, ac respectu animæ rationalis, ità videtur sumi à Suario disp. 13. met. sect. 9.

Et fundamentum est, quia frustra multiplicantur tot causalitates, cum possint omnia saluari per vnam scilicet vnionem talis perfectionis. Confirm. nam alioqui non posset distingui substentatio in genere causæ efficientis à substentatione in genere materialis, quia substentatio in genere causæ materialis, si non includit essentialiter vnionem, non diceret maiorem imperfectionem, quam substentatio in genere causæ efficientis, atque adeo Deus posset substentare in genere causę materialis, sicut potest in genere causæ efficientis. At constat huiusmodi substentationes esse diuersæ rationis; nam quantitas ante consecrationem alio modo substentabatur, ac post consecrationem. Cõf. 2. quia non apparet ratio, cur materia substentãdo non sit causa effectiua; nam vt dicunt huiusmodi causalitatẽ cõnaturaliter requirere vnionem, atq; adeo distingui à causalitate efficientis facilè reijcitur ex actibus potentiarum vitalium, & quæ agunt per actiones immanentes; nam illarum influxus ex natura sua requirunt vnionem cum suis actibus. Confir. 3. nam inhærentia accidentis, quæ includit substentationem, & informationem formaliter consistit in vnione; ergo similiter in existentia formæ corruptibilis in materia, quia est eadem ratio.

2. Opinio est dicentium, materiam habere quatuor causalitates. Vnam circa formam, vt substentabilem, alteram circa informationem formæ; tertiam circa limitationẽ formæ; quartam circa compositum, illasq; esse inter se distinctas ex natura rei, nam de distinctione substentationis, & informationis patebit infra. Quod autem hæ distinguantur à limitatione formæ. Probatur, quia limitatio hæc consequitur ad informationem; quod autem omnes huiusmodi causalitates distinguantur ab ea, quæ est circa compositum, patet ex diuerso modo causãdi, quia huiusmodi causalitates sunt quasi extrinsecæ, & per cõnexionẽ; at quæ circa compositum est intrinseca, & per inclusionem, videtur esse Thomistarum. 2 *Materia hẽ quattuor causalitates secundum aliquos.*

3. Opinio est dicentium, duas tantum esse causalitates ex natura rei distinctas. Vnam circa formam, vt substentabilem. Alteram circa formam, vt informantem, à qua non distinguitur causalitas circa compositum, neq; causalitas circa actionem agentis. Hæc videtur communis recentiorum. 3

1. Concl. materia non substentat formã formaliter per vnionem. Probatur, nam dupliciter id intelligi potest. Primo, vt actus vnionis sit formaliter actus substentationis, & hoc impugnatum est alibi, vbi ostendimus esse distinctos ob distinctos terminos. 4 *Materia non substentat formã, & vnionem formalẽ.*

Secundo, vt vnio sit virtus, qua materia substentat, & tunc sequeretur materiam in aliquo priori formæ non existenti, quia nõ potest existere sine concursu substentatiuo, qui præbetur per vnionem, tanquam per virtutem, quæ præbet concursum; ergo antequam vnio intelligatur concurrere non existit forma, & tamẽ esset vnio in materia cum forma.

Conf. concursus substentatiuus est posterior natura, quã vnio, quia ille ordinatur ad existentiã formæ, quæ psupponitur vnioni, nam vnio pendet ab existentia extremorũ, q̃ vniri debẽt. Et hinc ẽt patet vnionẽ non posse esse conditionem præerequisitam, vt materia substentet. Neq; simile est de vnione humanitatis cũ verbo q̃a vnio illa supponebat existẽtiã humanitatis.

Dices, hanc vnionem non esse nisi dependẽtiam quandam ipsius formæ quoad existentiam ab ipsa materia, sicut dicitur de vnione humanitatis cum Verbo, quæ consistit in dependẽtia

tia humanitatis à Verbo. Sed contra, quia ex hoc sequeretur formam non informare materiam, vt neq; humanitas informat Verbum, vel contra; ergo præter hanc vnionem dependentiæ debet cōstitui alia vnio informationis, quæ supponat priorem vnionem. Deinde falsò dicitur vnionem humanitatis cum Verbo consistere in dependentia, vt fuse Suar. tom. 1. in 3. par. disp. 8. sect. 3. ostendit.

5 2. Concl. non alia causalitate causatur compositum, quam recipiendo formam, neq; posse vnam causalitatem existere sine alia. Primo, per eandem potentiam respicit ordine quodā vtrumq; nam ex eo, quod materia est ens quoddam indeterminatum, est apta recipere formā, & constituere compositum; nam nō potest materia vniri formæ per informationem, & non constitui compositum. Neque contra, & falso assumunt Thomistæ, dum recipiuntur accidētia, non effici compositum, fit enim compositū accidentale.

Cōpositū causatur recipiēdo formam.

Dices, potest fieri, vt constituatur compositum; non tamen vt materia, & forma habeant inter se causalitatē, vt patet in duobus efficiētibus, qui vniuntur ad vnum effectum, non tamen sunt sibi inuicem causæ. Vnde poterit vna causalitas separari ab alia.

Forma independens à materia recipit aliquem modum ab illa necessariō ad compositum.

Resp. in formis dependentibus facili negotio, nā materia necessario aliquid illis communicat, scilicet subsistentiam, vnde deinde simul cum materia constituat compositum; sed in formis independentibus non apparet quid recipiant à materia; quare dicendum est recipere aliquem modum à materia, qui necessarius est, vt constituat compositum, & similiter materia recipit modum aliquem à forma, quem nō haberet, nisi informaretur à forma. & his modis formaliter vniuntur tanquam vinculis, & sunt conditiones, sine quibus non posset resultare compositum, & hoc est quod forte Sonc. & Fons. vocant dependere quoad informationē.

6 Difficultas tamen est, à quo producatur in anima spirituali ille modus, nam à materia non videtur, tū quia est corporale, q non pōt agere in spiritū, tū quia non est actiua, neq; produci potest ab anima supposita materia tanquā conditione, quia tunc materia nullam haberet causalitatem, nisi vt conditio sine qua non. Vnde non esset vere causa.

Propter hoc argumentum negant aliqui in forma spirituali huiusmodi modum consistere in substentatione, quia illius non est capax a materia, non tamen tollitur vnio per se, sicut ex Verbo, & natura humana fit vnum ens per se, licet vnio non sit, nisi in natura, quia Verbum non est capax.

Quod si quæras, in quo consistat causalitas materiæ respectu huiusmodi formarum.

Respondent, in receptione, & substentatione actus informandi, qui actus est formaliter à forma, & in materia subiectiuè, quare est quoddam corporale, & mihi placet, licet possit dici esse in anima rationali modum quendam à materia, sicut ponit phantasma agere in intellectū possibilem, & determinare intellectum agentē; sed de hac re alibi, & debere poni aliquā causalitatem respectu formæ. Probat Fons. ex 5. met. c. 2. & 2. phys. 30. vbi dicitur causas esse sibi inuicem causas. Ergo probo, quia aliter non apparet, quomodo compositum depēdeat à materia, nam nihil est aliud compositum, quā materia, & forma; cum igitur materia non pendeat à seipsa, neque formæ pendent ab illa, neq; compositum dependebit, quia nulla entitas assignari potest, quæ habeat dependentiam à materia.

A

Ad exemplum de vnione efficientium. Resp. esse diuersam rationē, quia ibi est vnio extrinseca; hic autem intrinseca per informationem. 7

Causalitas respectu cōpositi distinguitur formaliter à causalitate respectu formæ.

3. Concl. probabile est has duas causalitates distingui formaliter, ita vt vna supponat aliam, non contra; nam causalitas respectu compositi dependet à causalitate respectu formæ, quia prius natura intelligitur forma esse in materia, quam constitui compositū, & licet quoad existentiam causalitas materiæ respectu formæ nō possit existere, nisi etiam sit compositum, tamē potest intelligi sine compositi causalitate respectu formæ.

B

Dices, nō implicat duas partes integrare totum, & tamen vnam non informare aliam, vt patet in partibus continui.

Resp. ita esse in ijs partibus, cuius non ea natura est, vt constituant totum; vt actus, & potentia, sed non potest intelligi constitui totum ex partibus, quæ sunt actus, & potentia, nisi intelligatur actum informare potentiam, & potentiam substinere actum informationis.

C

Contrarium docet Suar. disp. 13. sect. 1. dicens, effectus materiæ adeo esse coniunctos, & subordinatos compositioni compositi, vt effectum adæquatum, vt causalitas materiæ circa illos non videatur ex natura rei distincta, sed solum habitudine, seu præcisione, & inadæquata conceptione nostri intellectus, ratione cuius explicamus hāc causalitatem diuersis formulis loquendi, nam dicimus formam pendere à materia vt recipiente, vel vt à comparte; at compositum vt à parte componente. Vnde patet aliam esse habitudinem materiæ ad formam, aliam ad compositum; sed causalitatis modus, in quo hæc habitudo fundatur idem est.

D

Sed objicitur huic rōni, nā videtur sufficiens ratio ex eo, quod est adæquatum fundamentū duplicis relationis, quod sit distinctio formalis, cum ipse Suarius in fine sectionis ordine naturæ, & originis causalitatē respectu formæ esse priorem ea, quæ est respectu compositi. Secundo, quia agens non alia actione educit formam, & illam vnit materiæ, & alia compositum; ergo neq; materia.

Resp. esse diuersam rationem, quia agens nō intrinsecè cōstituit compositum vt materia, sed solum per actionē, qua producitur forma concurrit extrinsecè ad formam. 8

E

Probabilius causalitatē materiæ circa cōpositū non distingui à parte rei à causalitate materiæ circa formam.

4. Concl. probabilius mihi est causalitatem materiæ circa compositum non distingui à parte rei à causalitate materiæ circa formam, vt informantem, sed solum ratione, eo quod intellectus prius concipit materiam informari forma,

quam

quam concipiat compositum. Vnde est tantum prioritas secundum rationem, tamen in re eo A ipso, quo intelligitur informatio, ponitur in re compositum, etiam si nõ intelligatur distinctè, sicut eo ipso, quod intelligitur esse homo, etiã si non intelligatur rationalitas, & ratio est, quia informatio secundum suam præcisam rationẽ, quam habet in re, includit compositionem, quia informatio est compositio quædam, quia est vnio duorum, neque est cur ad argumenta secundæ sententiæ aliquid dicamus.

Vnde ad arg. primæ sententiæ Ad 1. Resp. substentationem naturaliter exigere vnionem, & ideo dici imperfectam, quam imperfectionẽ non dicit substentatio in genere causæ efficiẽtis. Vnde Fons. putat posse Deum supplere B substentationẽ in genere causæ materialis, quia imperfectionem vnionis non includit intrinsecè, & essentialiter, sed tantum per naturalem coniunctionem.

Ad Confir. Resp. materiæ substentationem non dici effectiuè, quia est cũ receptione, quam effectiuè, vt sic non exigit. Vnde in actibus immanentibus est effectio, substentatio, & vnio inter potentiam, & actus.

Ad 2. Resp. alibi à nobis explicandum esse, quid sit inhærentia, nunc satis sit illam includere, & substentationem, & vnionem: quomodo autem illa includit non est hic locus.

QVAESTIO V. C

Quis sit primarius effectus materiæ, forma ne, an compositum.

1 *Compositũ est primarius effectus materiæ.*

PRima opinio est Alber. tract. 2. cap. 1. & 5. qui dicit totam causalitatem esse respectu compositi, respectu formæ vero nõ esse causalitatem per se, sed per accidens. idem videtur dicere Tol. 1. phys. q. 19. cap. 5. & D. Tho. p. p. q. 90. ar. 2. & videtur etiam Auer. 1. phys. 70. & 2. phys. com. 30. videtur Och. 2. q. 3. ar. 2. qui dicit causalitatem materiæ esse, dare esse materialiter, seu esse materiam compositi.

Secunda est Perer. lib. 8. c. 5. qui dicit habere duas causalitates, & nihil asserit, an sint subordinatæ, vel non, quod si intelligit non esse subordinatas non est ferendus, cum materia deberet esse duplex causa, vt dicitur forma, quę etiã habet rationem finis,

2 *Forma est primarius effectus.*

Tertia est dicentium præcipuam esse respectu receptionis formę. est Thomistarũ Cap. 5. d. 43. q. 5. ar. 1. ad arg. contra 3. concl. Sonc. 5. met. q. 5. concl. 2. Iauel. 5. met. q. 2. & videtur Soti 2. phys. q. 3. 5. ad gratia in fine. In explicãda tamen hac receptione non conueniunt. nam

Receptio formæ sita est in substentatione informationis, quæ est à forma.

Primo Sonc. & Iauel. dicunt hanc receptionem cõsistere in substentatione informationis, quæ est à forma, nam omnis forma quoad actũ informandi dependet à materia. Quod etiam Fons. secundo explicat esse limitationem quandam formæ; existimant enim formam ex se habere quidem infinitatem, cum sit communicabilis, terminatur autem hæc amplitudo ex receptione in materia, quia semel recepta in vna, A non est amplius receptibilis in alia. Vnde deducunt, formas, quæ non sunt receptibiles, in materia habere in se quandam infinitatem, nam habent omnem perfectionem debitã indiuiduis talis speciei. Vnde consequenter deducunt nõ reperiri, nisi vnicum indiuiduum in vna specie, de qua re alibi. Tertio, alij ex hac receptione dicunt in forma prouenire modum quendam substantialem; qui requiritur ad hoc, vt forma constituat compositum, quem modum non habet si non sit coniuncta cum materia.

Quarta, est communis recentiorum, qui distinguunt viam intentionis, & exequutionis, & via exequutionis materia priorem causalitatem habet respectu formarum, & per se, via autem B intentionis priorem respectu compositi, hęc videtur esse Fons. vt colligitur ex sect. 3. & sect. 4. ad 2. & mihi placet Suar. disp. 13. sect. 7. in fine.

3 *Materia hãt per se causalitatem respectu formæ.*

Prima Concl. materia habet per se causalitatem respectu formæ. Probatur, quia materia prius natura recipit formam, quam constituatur cõpositum, sed in illo priori est causa, quia est aliquis effectus eius; ergo. Secũdo, ex Fons. quia materia, vt sic est causa, sed vt materia respicit formã, quia sic est correlatiua ad formam 2. phys. 26. Vnde definitur 5. phys. esse subiectum formæ, & præterea, quia potentia respicit actum.

C Sed contra, quia causalitas formæ non sistit in forma, sed ordinatur ad compositum; ergo causalitas formæ ordinatur ad cõpositum; ergo forma per accidens causatur, scilicet ratione compositi.

Resp. si per accidens intelligant per aliud, tanquam finem conceditur, si autem intelligãt, vt distinguitur contra per se, tunc falsum.

Materia est causa per se compositi.

2. Concl. materia est causa per se compositi. patet primo, ex definitione materiæ; nam definitur esse id, ex quo aliquid fit, & 5. phy. 69. comparat materiam ad hoc aliquid, idest compositum, vt æs ad statuam. Secundo, quia materia, & forma dicuntur causæ intrinsecæ, non D tamen dicuntur intrinsecæ sibi inuicem; ergo respectu compositi.

Et Confir. quia compositum magis pendet ex materia, & forma, quam ex efficiente, & fine, cum hæc sint extrinseca.

4 *Causalitas respectu formæ est prior in exequutione.*

3. Concl. Via exequutionis causalitas respectu formæ est prior; via autem intentionis causalitas respectu compositi. Prima pars patet ex dictis. Secũda pars probatur, quia natura produxit has partes, non propter se, sed propter aliquid completum, quod est compositum ex materia, & forma, & licet 1. phy. tex. 85. materiam appetere formam dicat Aristot. vt turpe pulchrum, non tamen is appetitus sistit in forma, sed vt fiat compositum, quare immediate E fertur ad formam, & vltimate ad compositum.

Et Confir. quia ideo materia est causa, quia essentialiter imperfecta, quare ordinatur ad perfectionem, quod est compositum. Vnde patet non esse perfectè causalitatem materiæ, nisi intelligatur compositum constitui.

4. Concl.

Præcipua causalitas materiæ est respectu compositi.

5 4. Conc. præcipua causalitas est respectu cōpositi. Patet primo, quia semper præcipuus effectus, qui intēditur est finis, q vltimo attingitur, ad quē ordinantur oēs alij effectus, ergo præcipua causalitas est respectu cōpositi, quia id est pcipuus effectus. Antecedēs patet in omnibus, nā ideo causalitas respectu dispositionū non dicitur præcipua, quia ordinatur ad formam. Conf. ex analogia ad efficiens, nam hic licet solam formam producat, tñ tantū compositum dicitur producere. Conf. quia materia informatur per hanc causalitatem in ordine ad compositum, non in ordine ad formam, cum dicatur esse id, ex quo fit aliquid, cum insit. Vnde materia, & forma dicūtur causæ intrinsecæ; at sunt intrinsecæ respectu compositi.

2. Probatur, quia causa respectu eius habet causalitatē præcipuā, quod est actu post exercitium causæ, sed hoc est totum compositum; ergo. Maior probatur, quia causalitas est respectu eius, quod continetur in potentia causæ, sed hoc est in actu exercitium, quia idē, quod est potentia, est deinde actu. Conf. ex 4. met. tex. 84. vbi ait materiam esse causam eius, quod actu fit, fit autem compositum ex 7. met. à tex. 32. & 8. met. 8. & 12 met. 12.

6 Ex his patet materiā esse vnam causā, quia omnes illæ causalitates integrant vnā perfectā rationem causæ, nā omnes sunt subordinatæ, & in eodem genere .s. materialiter ad vnum effectum, nam recipit formam, vt inde fiat compositum. Conf. quia eadem est causalitas efficientis respectu formæ, & compositi.

Dices primo, forma est vna entitas, & tamen habet diuersam rationem causæ, scilicet finis, formæ, & materiæ propter diuersam causalitatem, ergo.

Resp. esse diuersam rationem, quia hę causalitates sunt subordinatæ, & in eodē genere. Vnde causalitas formæ, vt sic requirit existentiam, finis sufficit si concipiatur, præterea potest esse, vt sit forma sine causalitate finis, vt quando fit casu.

7 Sed contra obijcitur primo, nam ea est pręcipua causalitas, quæ distinguitur ab alijs causis, sed hæc est ea, qua materia causat formam, & non compositum, nam forma etiam intrinsecè causat compositum. Conf. quia forma etiam habet causalitatem receptiuā respectu accidētiū, cum multa accidentia recipiantur in forma, & tamē, vt sic habet rationem materiæ, ergo causalitas materiæ consistit in receptione.

Præcipuus effectus dat præcipuam causalitatem.

Resp. præcipuam causalitatem debere sumi ex præcipuo effectu, qui causatur, is autem est totum compositum respectu cuius, licet materia, & forma concurrant intrinsecè, tamen diuerso modo, quia materia concurrit, vt pars potentialis, & indeterminata; forma vero, vt pars actualis, & determinans; quare in causalitate in ordine ad compositū etiā distinguuntur.

Ad Conf. Resp. inde tantum probari causalitatem materiæ esse recipere, non tamen eam esse præcipuam, & præterea etiam forma quatenus cum accidente facit vnum, habet respectu illius rationem partis componentis, non tamen ex hac causalitate denominatur simpliciter, quia non est ipsarum præcipua, imo concursus substentatiuus, cum non sit præcipuus materiæ, neq; illa simpliciter ex illo concursu debet denominari materia, sed debet addi respectu cuius sit materia.

2. causalitas respectu formæ, prius natura conuenit materiæ, quam respectu compositi; ergo illa est præcipua, quia per illam constituitur in esse causæ. 8

Resp. ex hoc argumento probaretur causalitatem respectu dispositionum esse præcipuā, nam prius illa conuenit materiæ, quare suspicienda est causalitas, non qua primo constituitur, sed qua perfectissimè constituitur in esse causæ.

3. materia, vt sic est causa, sed, vt materia refertur ad formam 2. Phy. 26. ergo: Conf. quia causalitas materiæ sumitur à virtute, qua causat, virtus autem est potentia, quæ respicit actū.

Materia immediatius respicere formā vltimate autem compositum.

Resp. materiam respicere formam immediatius; tamen respicere compositum vltimo, nam respectus ad formam est ratione compositi. Ad Conf. Resp. materiam non respicere formam, vt potentiam præcisè, sed, vt talis potentia, scilicet constitutiua compositi.

4. Causæ sunt sibi inuicem causæ; ergo à materia non causatur compositum, quia materia non causatur à composito. 9

Resp. ea, quæ habent rationem causæ, debere habere inter se causalitatem, ea autem quatuor sunt, vt infra dicemus, non tamen omnis effectus debet habere rationem causæ respectu suæ causæ.

Ex his patet quid sentiendum sit de aliorum opinionibus, nam Alb. considerauit adæquatum effectum per se primo intentum, non tamen negauit duplicem statum ipsius compositi, scilicet in fieri, & in facto esse; & secundum vtramq; rationem causari à materia. Neq; negauit, quod componendo compositum non influat suo modo in formam quoad existentiam, vel, vt informantem.

QVAESTIO VI.

De Natura vnionis, & eius subiecto.

De hac post disputationem de causalitate formæ, quia vnio est cōmunis materiæ, & formæ.

QVESTIO VII.

Quotuplex sit causa materialis.

Diuisio causæ materialis vnde sumatur.

1 Diuisio huius causæ sumi potest, vel ex entitate causarum, vel ex diuerso modo causandi. ex primo capite diuidi potest in tot, quot modis dicitur materia, nam sicut datur materia prima, & materia secunda, ità causa materialis prima, & secunda, & sicut datur materia cōtradictionis, qualis est capax diuersarum formarū, & materia incapax contradictionis, qualis dicitur materia cælestis, ità dici potest, &

causa materialis, atque hac ratione applicari possunt diuisiones materiæ ipsi causæ. Secundo capite, diuidi potest causa materialis, in qua, ex qua, & circa quam, cuius diuisionis terminos supra explicauimus.

Et materialis in qua diuidi potest in substẽtantem, & vnitam

Difficultas esse potest, an hæc diuersitas ponat diuersitatem specificam in rõne causandi.

2 *Causa materialis circa quã habet diuersam causalitatem ab alijs.*

1. Conc. Causa materialis circa quam, habet causalitatem diuersæ rationis in ratione causæ ab alijs causis materialibus, quia illa causa solum habet similitudinem causæ cum materia, quia sicut materia est id, circa quod operatur agens introducendo formam, ità materia circa quam dicitur quatenus circa illam, vt obiectũ operatur potẽtia vitalis, cũ eius causalitas circa actum, & potentiã potius sit in genere formalis.

2. Conc. materia, in qua, ratione substẽtationis, & ratione vnionis non habet causalitatem diuersæ rationis in ratione causæ, quia vtraque causalitas ex communi dicit aliquam receptionem, nam vno modo recipit actionem, altero vero formam, vt patet ex dictis, vnde non constituunt diuersum genus causæ, sed vnum, habens causalitates diuersæ speciei.

3 Dices qui dicunt causalitatem, qua materia substentat formas corruptibiles posse suppleri à Deo in eodem genere, negare debent consistere in receptione, vt Fons. & alij; ergo sm̃ illos substentatio est causalitas diuersæ rationis ab vnione.

Resp. ex dictis patere etiam in illa opinione nõ pertinere ad diuersũ genus causæ, quia illa causalitas est secundaria, nam est subordinata informationi, ideo. n. materia substẽtat formas, vt illis vniatur.

4 *Causa materialis ex qua non distinguitur à materiali in qua.*

3. Conc. Causa materialis, ex qua, non distinguitur à materiali, in qua, nisi secundũ conceptionem, nã eadem cã, quæ respectu formæ, quã recipit dicitur (in qua) respectu compositi dicitur (ex qua) vt patet ex dictis; & propter hanc diuersitatem rationis dicitur causa intrinseca respectu compositi, non autem respectu formæ.

TRACTATIO VNDECIMA

De Causa Formali

QVAESTIO I.

An Forma sit causa

1 *Causa formalis definitio.*

PRima Conc. causa formalis est perfectio, quæ tribuit esse rei intrinsecè completiua, quoad speciem.

Dicitur (perfectio) quia est aliquod ens. Dicitur (Tribuit esse) per quod materiæ non alijs causis. Dicitur (intrinsecè) vt differat ab efficiente, & fine, sed conuenit tantum materiæ. Dicitur (completiua) vt differat à materia, quæ est inchoata esse, & conuenit cum subsistentia. dicitur (quoad esse specificum) vt differat a subsistentia.

Quidquid intrinsece constituit aliud pertinet ad causam formalem.

Ex qua definitione patet ad causam formalem pertinere omnia, quæ aliquid intrinsecè constituunt, vt complementa ex quibus aliqua directè, vt forma substantialis, & accidentalis. Aliqua reductiuè, qualis est primo vnio partium integrantium. Secundo ordinata coniunctio elementorum, ad syllabam. Tertio coniunctio lapidum, & aliorum ad domum. Quarto copula in propositionibus. Quinto Nota illationis in consequentia. Sexto differentia respectu generis. Septimo vtraq; pars definitionis, vel tota definitio respectu definiti confuse sumpti ex 2. Phy. 28. licet tex. 31. reducat ad materiam, pro cuius diuersitatis explicatione. Notandum ibi Aristot. loqui de definitione, quæ datur per genus, & differentiam, vt notãt Simpl. & Auer. tex. 28. & D. Tho. & Alens. 5. met. 2. Aegyd. tex. 28. & dub. 1. in tex. 31. Definitio igitur tota, & eius partes dicunt formæ respectu definiti, tum quia habẽt rationem prædicati respectu definiti. Tũ quia sunt quidditates, quæ præcipuè sumuntur à forma. Tum quia definitio abstrahit à materia signata, vt formæ abstractæ. 7. met. 28. 34. 35. Vnde se habent vt forma respectu principiorum indiuiduantium, q̃ cõstituunt indiuiduũ. Tum quia definitum est quid confusum, definitio autem quid distinctum, quod autem est distinctum se habet, vt forma respectu confusi, quod si partes definitionis comparentur inter se, tũc superior habet rationem materiæ, inferior rationem formæ. vnde est illa distinctio Auer. 7. met. 43. 1. met. 17. 2. Phy. vlt. forma alia vniuersalis, alia particularis. Denique si considerentur partes respectu totius definitionis; tunc habent rationem materiæ, vt intelligitur tex. 31. nam partes respectu formæ totius habent rationem materiæ, quia totum dicit pulchritudinem respectu partium. Neque ibi loquitur tantum de partibus integrantibus totum quantitatiuum, sed de omnibus. Octauo, naturam habere rationem formæ respectu suppositi, species respectu indiuiduorum, & similiter alia huiusmodi. Nono, exemplar de quo cum de causa efficiente.

2. Conclus. datur causa formalis, patet ex 2. Physic. 28. 5. met. 2. & 3. & alibi, ratio quia ab ea dependet, aliquid scilicet compositum. nam an causet materiam infra. 2 *Datur causa formalis.*

Sed contra, quia causa est prior natura saltem suo effectu, sed forma est posterior natura composito, ergo. Minorẽ probat Sotus 2. Phy. q. 3. 5. forma, quia totum est prius suis partibus, cum partes pendeãt in suo esse à toto, cui proprie cõuenit esse. Hinc infert Veracruc. 2. Phy. speculat. 3. formam existere posterius natura, quã compositum, licet sit prior in componendo, nam existere prius effectu, tantum conuenit

effi-

efficienti, & materiali.

Pars prius natura existit, quam totum. Resp. certum esse debet partes prius habere suum esse, quam illud communicent toto, nam in primo instanti naturæ intelligitur esse materiæ, in secundo formam vniri materiæ, in tertio resultare compositum: quare esse, quod conuenit toti, est esse perfectum, non esse imperfectum, & partiale, & hac ratione potest dici totum esse causam, cur partes perfectè existant, Vnde manauit illud, vt partes dicantur esse in toto, & totum in partibus, vt 4. met. 43. dicitur

QVAESTIO II.

Quotuplex sit diuisio causæ formalis.

1 *diuisiones causæ formalis physica, & metaphysica.* PRima diuisio in Physicã, & metaphysicam, q̃ diuersum habent modũ causandi, nã Physica causat per vnionem distinctã, at metaphysica per vnionem indistinctam, vt infra.

2. diuiditur in formam partis, quæ actuat materiam, & formam totius, quæ est tota quidditas respectu suppositi, vt humanitas respectu hominis, de qua Ant. And. lib. 5. q 5. & lib. 7. q. 7. art. 2. & q 18.

3. In substantialem, & accidentalem, & hæc in naturalem, & artificialem. & naturalis in naturalem ex inclinatione intrinseca, & naturalem ex efficiente naturali, etiam si sit contra inclinationem, illud opponitur violẽto; hoc autem opponitur artificiali, vel supranaturali.

4. diuiditur in corpoream, & spiritualem, & vtraque in substantialem, & accidentalem. Corporea dici solet, quæ habet partes extensionis, spiritualis vero, quæ illis caret; sed hæc explicatio difficultatem habet, nam in sententia Thomistarum anima animalium perfectorum partibus caret, & tamen non est spiritualis; & contra vbi Angelicum, quo collocatur in spatio diuisibili partes habet, & tamen spirituale videtur. Alij spirituale dicunt, quod est independens à materia, corporale, quod est dependens, sed hæc explicatio habet instantiam in accidentibus spiritualibus, quæ dependent à subiecto, nisi dicant non dependere à subiecto extenso, & id circo esse spirituale, sed de hac re alibi.

5. diuiditur forma in modalem, & entitatiuam, modalis dicitur siue sit accidentalis, siue sit substantialis, quæ includit essentialem vnionem cum subiecto, quia per se ipsam, & non per aliquid superadditum vnitur subiecto, vt subsistẽtia, figura, & similia; entitatiua vero dicitur, quæ non seipsa vnitur subiecto, nam est separabilis ab illo saltem supernaturaliter, at si includeret vnionem non esset separabilis, sicut neq; est separabilis à sua essentia.

QVAESTIO III.

An Virtus, per quam causa formalis causat illi sit accidentalis, an essentialis.

1 DE hac Comment. 2. de anima c. 8. t. 8. & 8. met. c. 8. tex. 15. D. Th. 2. cont. gent. c. 8. & 1. p. q. 76. ar. 7. Scot. 2. d. 12. q. 1. Duran. q. 2. & cæteri scholastici ibidẽ Ruuius 2. Phy. tract. 3. Fons. 5. met. c. 2. q. 3 sect. 2.

Virtus p quã causat forma est accidens metaphysicũ secundum aliquos. 1. Opinio est dicentium illam esse accidentalem, saltem accidẽtalitate metaphysica, quia est potentia quędam, at potentia omnis est accidentalis respectu subiecti, q̃ denominatur potens, quia omne denominatiuum est tale per formam sibi accidentalem, nam solum differt à forma denominante in desinẽtia, vt album differt ab albedine, quia nomina aliter terminantur. Conf. quia materia fit apta, vt informetur per dispositiones, vt patet ex definitione animæ, quæ dicitur esse actus corporis Physici organici, idest dispositi per organa, idest per accidentia. 2. de anima 6. ergo forma erit apta ad informandum, vt disposita per accidentia.

2 *Opinio auctoris.* 2. opinio est dicentium hanc virtutem esse illi essentialem, quod qualibet forma se ipsa informat suum subiectum, est communis omnium illorum, qui idem tenent de potẽtia materiæ, & est communis DD. supracitatorum, & hæc mihi placet

Probatur virtutem formæ esse essentialem. 1. quia frustra additur hæc virtus superaddita, nam potius impediret munus informandi, nam illa virtus informaret formam & simul etiam infomaret materiam, atq; adeo duo subiecta realiter distincta, nam licet illa virtus dicatur esse potentia, per quam forma informat, tamen necessarium est, vt actus informandi sit immediate ab illa virtute, vt principio, at hoc est informare. Conf 1. quia ita nulla forma immediate informaret materiam, sed tantum mediate, & remote, quia totum principium adæquatũ informationis esset illa virtus, à qua immediate procedit informatio, sicut tota, & adæquata virtus, à qua pcedit calefactio, nõ est subiectum, sed calor. Conf. 2. ex 8. met. cap. 6. & 2. c. 1. tex. 7. vbi ait ex materia, & forma fieri materia per se, quia immediate per se ipsas vniuntur, vt D. Tho. & alij apud Suar. disp. 15. sect. 6. notant, quæ virtus, vt causet requirit existentiam, quæ sit præuia saltem ordine naturæ ad causalitatem, quidquid dicat Suar. loc. cit. quia intelligi necessario debet prius existẽs quam causet, nam distinctio illa ordinis naturæ (in quo) & (à quo) licet benè sit in vero sensu accepta, tamen non rectè applicatur hic, vt alibi dicetur. Secundo quærit intimam propinquitatem, & ità est necessaria, vt etiam de potentia absoluta sit necessaria, nam nõ potest intelligi formam informare materiam loco distãtem, quæ vnio non solum est localis, sed aliquid distinctum, licet illa etiam requiratur, sed nõ video quid sit, si non est informatio, & vnio localis. 3. requiritur dispositio accomodata ex parte materiæ, de qua disputatur, an requiratur per potentiam absolutam, vt affirmat Henr. quodl 7. q. 17. vel tantum per potentiam Physicam, vt Suarius probat ex naturali corruptione formarum deficientibus dispositionibus.

3 *Denominatio duplex quoad rem, & quoad modum.* Ex his patet ad primũ duplicem esse denominationem, vnam quoad rem, & modum, & denominatiua, quæ sunt ab hac denominatione sunt accidentalia iuxta communem expositionem

tionem definitionis denominatiuorum. tradite ab Arist. in prædicam. c. 1. *Denominatiua dicuntur quæcunq; ab aliquo differentia casu secundum nomen habent appellationem, vt a Gramatica Gramaticus.* Alia vero esse denominatiua quoad modum, & non quoad rem, & huiusmodi sunt substantialia, & essentialia, vt homo dicitur rationalis à rationalitate, & corporeus à corporeitate, & ita quantitas dicitur quanta, & potentia potens, & similes appellationes, quare non mirum si forma dicitur potēs informare, sicuti homo dicitur corporeus, & rationalis. At instabis homo non dicitur potens ratiocinari, nisi per potentiā superadditam essentiæ; ergo neq; forma dicetur potens informare, nisi per potentiam superadditam.

Respondetur assignādo differentiā inter causas cōcurrentes intrinsece, & extrinsece ad effectum.

Resp. ex dictis de potētia materiæ diuersam esse rationem in causis, quæ intrinsecè concurrunt componendo effectum, ab ijs, quæ extrinsecè, quia illæ non possunt componere nisi per seipsas, propter imperfectionem modi concurrendi illarum, hæc autem per potentiam accidētalem propter perfectionem modi concurrendi, quia excederet limites perfectionis creatæ per seipsas, & propriam substantiam concurrendo.

Ad Confirm. Resp. negando cōsequentiam quia materia propter suam indeterminationē debet præparari, & determinari ad recipiendam certam formam; at ex parte formæ nulla requiritur determinatio, quia sufficit dispositio ex parte materiæ, & hæc seipsa est determinata ad certam speciem materiæ, determinatur autem ad hanc indiuiduam materiam ab agente, vel à prima causa, vel ex natura sua, vel ex alio capite, vt dicemus alibi.

QVAESTIO IIII.

De Effectibus formæ.

DE hac Suar. disp. 15. met. sect. 7. Hurt. disp. 4. Phy. sect. 2. §. 15. Murcia. 1. Phy. disp. 3. q. 6.

ART. I. Continens notabilia ad intelligentiam Quæst.

1 *Forma ad quatuor, vt causa refertur.*

PRimo Not. formam, vt causam posse referri ad quatuor. Primo ad suppositum. Secundo ad materiam. Tertio ad generationē. Quarto ad formā oppositam, quæ corrumpitur per aduentum ipsius.

2. Not. Quoad suppositum posse tria causari à forma. Primo suppositum, vt dicit naturam constantem ex materia, & forma. Secundo, vt dicit compositum ex natura, & subsistētia. Tertio, vt dicit existentiam, cuius, ex aliquibus Thomistis, primario est capax suppositum.

Quatuor effectus causat in materia forma.

3. Not. circa materiam quatuor posse distingui effectus causatis in illa à forma. Primus est essentia materiæ. Secūdus est existentia materiæ, de quibus in 1. lib. dictum est non esse effectus formæ. Tertius est actuatio materiæ, quæ consistit in determinatione quadam potentiæ materiæ, quoad perfectionem specificam illi adiūctam, qui effectus tribuitur, tam materiæ contradictionis, qualis est materia inferiorum, quam materiæ habenti potentiam ad vnam tantum formam, qualis est cælestis, eo quod nulla materia secundum se habeat determinatam speciem entis prædicamētalis. Quartus est determinatio materiæ quoad indifferentiam respectu plurium formarum, nam cum materia secūdum se, vt abstrahit per intellectum sit indeterminata, & limitata ad varias formas, per aduentum formæ limitatur, vt non possit recipere aliam.

4. Not. circa generationem dupliciter posse formam concurrere. Primo, vt terminum ad quod tendit generatio, vt via, & actio agentis. Secundo, vt extremum vnionis, nam cum generatio non sit aliud, quam ipsa vnio inter materiam, & formā necessario dicit vtrumq; extremum, & quia vnio non videtur aliud, quam ipsa informatio, ideo forma potest dupliciter considerari respectu illius. Primo, vt causa informationis. Secundo, vt extremum, quæ duæ rationes possunt per actionem distingui, nam potest reperiri vnio inter aliqua tanquam extrema, quæ tamen non habeant rationem causæ materialis, vel formalis, vt dicitur de vnione inter partes quantitatis, & de vnione Humanitatis cum Verbo, hæc autem vnio, vt dictum est cum de materia potest considerari, & vt via, & vt terminus, & vt via dicitur vnitio, vt terminus dicitur vnio.

2 *Forma ad generationē, vel concurrit vt terminū, vel vt extremum vnionis.*

5. Not. circa formam oppositam, quæ excluditur à subiecto, formam posse habere rōnem causæ, vel directe, & per se quasi ipsa causet desitionem formæ, vel indirectè, & per accidens, quatenus est occasio, vt materia, & efficiens desinant cōseruare illam in materia, de quo modo causādi dubitatur, ad quod genus causæ reuocetur, ad formale ne, an materiale, an efficiens; cum per suam informationem sit conditio vel causa, vt materia, & efficiens desinant conseruare illam.

6. Not. effectus causari à forma in genere causæ formalis dupliciter intelligi posse. Primo primario. Secundo secundario. Vnde orta est distinctio effectuum formalium, vt alij dicantur primarij, alij secundarij, & quidem formā non posse informare materiam nisi tribuat effectus primarios, posse autem, non tribuendo effectus secundarios, saltem per potētiam Dei, qua ratione dicūt gratiam efficere primario subiectum gratum Deo. secundario autem remittere peccatum, sicut albedo primario facit subiectum album, secundario autem excludere nigredinem, de quibus effectibus nos infra peculiari quadam quæst.

ART. II. Continens opiniones Doctorum.

PRima Opin. est dicentiū formā habere tres effectus in eodem instanti habentes inter se ordinem rationis, vel naturæ. Primarius est sup- 3

Tres effectus forma in eodem instanti.

positum

positum, quod est proprium susceptiuum existentiæ, cum existentia primario conueniat supposito, & secūdario partibus, nam illud resultat ex vnione materiæ, & formæ, siue sit tertia entitas, siue non, & hinc oritur.

Secūdus, q est existentia, q̄ per naturalē cōcomitātiā, & sequelam, tanquā per causalitatem oritur ex supposito, quia existentia dicitur esse actus suppositi, & quia suppositum constituitur per formam, ideo ex illa oritur existentia, tanquam secundarius effectus. vnde intelligitur fundamētum opinionis Thomistarum, quo negant materiam habere ex se existentiam, sed ex forma, quia scilicet à forma oritur existentia primario conueniens supposito, & hinc cōmunicatur materiæ, quæ non est capax existentiæ, nisi, vt existens in supposito tanquam eius pars.

Tertius effectus est circa materiā limitando illius indifferentiam, ità Sonc. 5. met. q. 5. Astudillo 2. Phy. q. 3. & alij. Hi tamen differunt. Primò quoad primarium effectum, nam Astudillo ait esse ipsam essentiam compositi, non autem suppositi, Sonc. vero esse ipsum suppositum. Secundo differūt quoad modum causandi secundarium effectum, idest existētiam, nam aliqui volunt causari in genere causæ efficientis à forma ex D. Tho. 1. p. q. 77. ar. 6. vbi passiones ait causari effectiue ab essentia, ergo similiter, & existētia, cum vtrumq; adueniat essentiæ. Confirmant ex D. Tho. dicente esse totius prouenire à forma, tanquam primum effectum, operationem vero, tanquam secundum; at operatio prouenit effectiue.

Alij vero volunt ab ea prouenire in genere causæ formalis, non primario, sed secundario, ità Sonc. & Astudillo citātur Caiet. p. p. q. 76. a. 1. 6. ad euidētiā Iauel. 5. met. q. 3. Sotus 2. phy. q. 3. Fonſ. 5. met. q. 2. Perer. l. 8. c. 2. Murcia disp. 3. q. 6 eoquod effectus primarius est suppositum, & secundarius existentia.

3. differunt quoad tertium effectum, scilicet determinationem materiæ, nam aliqui hunc effectum ponunt inter primarios, imo ordine exequutionis esse priorem constitutione compositi. Alij vero dicunt esse secūdarium, nā datur forma, quæ nō habet hunc effectum, vt patet in cælo, cuius materia est ex se determinata, & non determinatur à forma.

4. differunt in principio horum effectuum, nam alij hunc effectum tribuunt tātum formis substantialibus; alij etiam accidentalibus; vt Sonc. nam albedo v.g. adueniens parieti dat illi esse album, & constituit susceptiuum illius esse, est autem hoc susceptiuum ipsum compositum resultans ex pariete, & albedine, nam esse album, nō est ipsa albedo, neq; ipse paries, sed ex informatione albedinis constituitur ipsum compositum, quod recipit existere, & ita dicam dealbatum.

4 2. opinio est dicentium duplicem esse causalitatem. Vnam circa materiam, & circa compositum, quia eadem causalitate, qua determinatur materia ad certam speciem sibi coniunctam, constituitur compositum in certa specie

Duplex causalitas formæ circa materiā & circa generationem.

sibi essentiali. Alteram circa generationē, concurrendo per causalitatem terminatiuā, ex vi

A cuius generationis, id, q̄ fit, habet esse, & tribuitur Soto 2. Phy. q. 3. & est Veracrucij specul. 3. nam ex Arist. forma ponitur inter principia generationis, vt terminus oppositus priuationi, priuationi autem opponitur forma, cum hæc oppositio sit circa subiectum, at forma, vt respicit subiectum in quo habet formaliter rationem formæ.

3 opinio est dicentium totum, & adæquatum formæ effectum consistere in informatione materiæ, ex qua, & forma fit vnum. Fonſ. 5. met. c. 2. q. 2. Astudillo. loc. cit. inter quos est discrimen, quod aliqui volunt hunc esse, tam respectu formæ, quam compositi. Alij vero id ne-

Adæquatus effectus formæ consistit in informatione materiæ per aliqs.

B gant respectu compositi, nam sicut materia dicitur solum causa respectu formæ, illā substētando, & nihil aliud præstat respectu compositi, ità forma, cum nihil aliud præstet circa cōpositum, quàm informationem materiæ, non dicetur causa compositi, sed solum informationis, tribuitur Fonſ.

4. Opinio est tribuentium formæ duos effectus. Vnum circa compositum, respectu cuius causalitas consistit in cōstitutione illius in certa specie. Alterum circa indeterminationem materiæ, quæ per formam actuatur, & determinatur formaliter per informationē. Vnde causalitas formæ pendet à materia, & forma. Ex

5 *Duplex effectus per aliqs circa compositum, & circa indeterminationem materiæ.*

C quo negant effectum formæ esse, vel generationem, quā terminat, siue consideretur vt motus, siue vt actio, vel existentia materiæ. Videtur Tol. 2. phyſ. tex. 3. q. 1. Perer. lib. 8. naturalis philosophiæ c. 3. Suar. disp. 15. met. sect. 8, & alij, qui tribuunt materiæ ex se habere propriam existentiam.

Et ad hāc reuocatur opinio dicentium effectum formæ esse duplicem. Vnum, qui est ipsa materia, quæ limitatur, & determinatur ad certam speciem, respectu cuius causalitas consistit in actuatione, & informatione. Alterum esse ipsum compositum, respectu cuius causalitas est compositio, seu cōmunicatio, seu cer-

D tum, & determinatum gradum entis ei tribuēdo, ita communis opinio, quam sequitur. Masius 2. phyſ. in c. 3. disp. de causis sect. 2. q. 2.

Prima pars probatur, quia causalitas dicitur, quæ correspondet potentiæ, & virtuti causæ, sed potentia formæ est actus, seu virtus informatiua, cui respondet informatio, & actuatio; ergo. Minor probatur, quia eadem forma est principium actionis, vt efficiens, finalizationis, vt finis, & informationis, vt forma; ergo informatio conuenit illi, vt forma est, quia per hanc causalitatem differt ab alijs causis. Confir. quia de essentia illius est actus, vt patet ex definitione animæ; at actus vt sic respicit potentiam, at non respicit potentiā, nisi per actuationem, seu informationem, quæ consistit in deductione potentiæ ad actum, & determinatam speciē vt patet; nam materia antequā adueniat calor, erat in potentia calida. at adueniente calore fit actu, & simpliciter calida, ita Fonſ. Astudillo. Conimbr. Ruuius, & alij. 6

Secunda pars probatur, quia cum tam materia, quam forma sint causæ intrinsecæ erit eadem ratio proportionalis vtriusq; causæ quoad causalitatem circa compositionem compositi. Confir. quia forma tribuit cōposito quod quid erat esse.

Hinc Masius infert aliam esse causalitatem formæ circa materiam, & aliam circa totū, quia quāuis ex informatione compositio sequatur, tamen alia est vtriusq; ratio, quia compositio conuenit parti, vt sic, & principio interno, quo in rintece causatur effectus ad certam speciē. At informatio, non conuenit parti internæ rei informatæ, sed externæ comparti per additionem ad illam.

Denique Masius addit modum causalitatis formæ consistere in limitatione vagæ, & indefinitæ potentiæ materiæ ex D. Tho. p. p. q. 7. a. 1. Cap. 1. d. 43. q. 1. ad argum. contra 3. concl. Iauel. Sonc. Veracruc. Perer. & alijs loc. citat. quia materia per receptionem formæ ita limitatur ad illam, vt nō possit aliam recipere, quare hoc non conuenit, nisi respectu materiæ, quę potest plures formas successiuè respicere, ꝙ dicitur propter formas cælorum, quæ non habent hunc effectum circa propriam materiam.

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

7 *Forma causat aliquid in materia.* PRima Concl. forma præter seipsam debet aliquid causare in materia, alias non esset causa realis, quia nulla entitas ab illa realiter dependeret; non enim ab illa dependet entitas materiæ, vt probauimus cōtra Thomistas, neq; entitas formæ, quia nihil realiter à seipso pendet; ergo debet dari aliqua entitas distincta ab entitate materiæ, & formæ. Neq; dici potest id esse compositum, quia hoc nō causatur adæquatè, & secundum totam perfectionem, quam includit forma, cum includat etiam materiam, & non causatur secundum entitatem materiæ inclusam; ergo causaret illud secundum entitatem formæ, cum in hac opinione nullam aliā entitatem includeret, quam formæ, & materiæ, quia secundum alios ponentes actuationē formalem, & vnionem, iam ponitur aliud præter entitatem materiæ, & formæ, quare inquirendum est, quid sit hoc, quod addit supra entitatem materiæ, & formæ.

8 *Forma actuat materiam illam informando.* 2. Concl. forma actuat, seu determinat materiam illam informando. Patet, quia materia est indeterminata, ergo indiget aliquo determinante, hoc autem nō est nisi forma, at forma non determinat, nisi informando.

Dices in quo cōsistet hæc determinatio materiæ.

Resp. primario consistere in communicatione principij ordinati ad determinatam operationem, quod dicitur forma; materia enim ex se non est determinata ad aliquam operationē, vel effectum, nisi ad receptionem. Vnde cum illi additur forma, simul cum illa est principiū determinatum alicuius effectus. Vnde etiam fit, vt sit in certa specie prædicamentali.

Secundo, determinatur quoad receptionem formarum, quia ex se est indeterminata, & indifferens ad quamlibet formam, at adueniente A forma, ità determinatur ad illam, vt cum illa, non possit aliā recipere, quę effectum non habet forma in materia cælesti, cum hæc supponatur non posse recipere, nisi vnā formam, nisi dicatur illam etiam esse indeterminatā ad plures formas indiuiduas sub eadem specię, & determinari per receptionem vnius.

Dices, materia habet ex se potentiam determinatam ad vnam formam, quia illa potentia non est capax, nisi vnius tantum formæ.

Resp. habere quidem hanc determinationem, sed quia non respicit vnam formam determinate, sed vage. Vnde fit vt habeat determinationem vagam, hæc autem proprie est in- B determinatio, quia de ratione suppositionis vagæ, & confusæ, est indeterminatio, sicut æquitatio determinate requirit æquū, sed indeterminate hunc, vel illum, quæ indeterminatio impeditur, dum recipitur forma, quia receptio non potest esse, nisi respectu formæ determinatæ.

3. Concl. forma respicit etiam compositum tanquam effectum, quia ex materia, & forma tanquam ex intrinsecis causis constituitur cōpositum mediante informatione, forma enim dum informat materiam communicat materiæ esse quoddam substantiale specificum, nō quidem componendo illam, sed componendo cū C illa, scilicet compositum, & ideo dicitur materia habere esse specificum à forma, non quidem esse sibi intrinsecum, sed sibi coniunctū. *Forma respicit etiam cōpositum vt effectum.*

4. Concl. forma causat compositum quoad essentiam, & existentiam in genere causæ formalis primario. 9 *Forma causa cōpositū quoad essentiam & existentiam in genere causa formalis.*

Prima pars est communis, quia compositum secundum essentiam suam includit materiam, & formā, tāquam partes sui constitutiuas, ergo causatur ab illis, & non à conditionibus, sine quibus non, quia hæ non dant esse effectui, sed requiruntur vt causæ dent esse effectibus: ergo pendet ex illis, vt à causis.

Confirm. quia in composito distingui potest D duplex compositio, vna essentialis, altera suppositalis, sed prior est essentialis, ergo secundū hanc compositum primario causatur à forma.

Secunda pars est Caiet. p. p. q. 76. ar. 1. Gab. 2. d. 1. q. 5. Iauel. 5. met. q. 3. Fons. c. 2. q. 2. Soti hic q. 3. vbi Murcia disp. 3. q. 6. Perer. lib. 8. c. 2. ex D. Tho. 2. cont. gent. c. 54. & 1. 2. q. 111. ar. 2. vbi in fine corporis, ait, hoc quod est esse, primarium esse effectum formæ, sicut caloris facere calidum; at hoc non potest intelligi de esse subsistentiæ, quia hoc non prouenit à forma, vt calidum à calore; ergo intelligitur de esse existentiæ. Secundo probant, quia omnis causa tendit primario ad dandum esse existentiam E effectui in suo genere, sed forma est causa in genere causæ formalis; ergo tendit ad dandam existentiam effectui in genere causæ formalis. Ex qua patet probatio. Tertiæ partis conclusionis, quia cum forma causet compositum primario, primario etiam tendet ad dandam existentiam composito, quia non est aliud

aliud cauſare compoſitum, quàm illi dare exiſtentiam.

Confir. quia forma cauſando compoſitum, communicat illi totum eſſe, quod habet, at in ſe habet eſſentiam, & exiſtentiam, ergo illi in ſuo genere communicat eſſentiam, & exiſtentiam. Ex quo patet falli dicentes exiſtentiam prouenire à forma in genere cauſæ effectiuæ. Neque illis fauet D. Tho. tum quia aliqui opinantur exiſtentiam non ſuperaddi eſſentiæ, ſed identificari cum illa. Alij vero etiam ſi putent diſtingui negant omne prædicatum, quod eſt extra eſſentiam effici ab illa, nam fieri formæ eſt extra eſſentiam illius, & tamen non pendet effectiuè ab illa, quare nec etiam exiſtẽtia, cum præſertim exiſtentia prærequiratur ad omnem efficientiam.

Ad Confirm. ibi D. Tho. vel non loqui de exiſtentia totius, ſed de ſubſiſtẽtia, cuius forma dicitur eſſe cauſa efficiens, prius, quam operationis, vel loquitur de exiſtentia totius, tanquã primario effectu, ſed illius in genere cauſæ formalis, huius vero in genere cauſæ efficientis.

10 Dices, ſicut eſſentia eſt prior exiſtentia, ita prius cauſatur eſſentia, quam exiſtentia, quia cauſatio tendit ad res, vt ſunt; ergo exiſtentia non primario, ſed ſecundario cauſatur.

Reſp. ſicut cauſa non cauſat, niſi vt exiſtẽs, ita nec effectus cauſatur, niſi vt exiſtens, quia nihil eſt aliud cauſari, quàm recipere exiſtentiã ex vi cauſæ. Vnde eſſentia non prius terminat actionem, quam ipſa exiſtentia, ſeu res, vt exiſtens, ſicut enim ſunt quædam prædicata, quæ prius cõueniunt eſſentijs, & per eſſentias indiuiduis exiſtẽtibus; ita ſunt alia ꝑdicata, q̃ prius cõueniunt indiuiduis exiſtentibus, q̃ eſſentijs.

Dices ſecundo, compoſitum non habet aliã exiſtentiam, quam partiales exiſtẽtias materiæ, & formæ, quia ſecundum probabilem ſententiam non datur tertia entitas, ſed forma, nec cauſat exiſtentiam materiæ, vt probauimus in 1. phyſ. neque ſui exiſtentiam, quia repugnat idem ſeipſum cauſari, ex D. Tho. p. p. q. 3. ar. 4. ergo non cauſat exiſtentiam compoſiti.

Reſp. ex hoc argumento probari formã nullo modo eſſe cauſam compoſiti, quia etiam eſſentia compoſiti non eſt aliud, quam partialis eſſentia materiæ, & formæ. quare ad huiuſmodi cauſam ſufficit, vt dicatur effectus cauſari, quatenus illi communicatur aliquod eſſe à cauſa, etiã ſi illud eſſe ſit idem, ac eſſe ipſius cauſæ, modo communicatio de nouo adueniat, & ideo forma dicitur cauſare exiſtentiam cõpoſiti, quia per vnionem de nouo cauſatã communicat illi exiſtentiam ſuam. Hoc enim differunt cauſæ intrinſecæ ab extrinſecis, quod per has noua exiſtentia diſtincta à cauſa cauſatur, at per illas exiſtentia, vt ita dicam antiqua de nouo communicatur.

Reſp. 2. negando compoſitum non dicere aliud, quam exiſtentias partiales materiæ, & formæ ſecundum ſe, ſed vt vnitas, atque adeo ita cauſantur, at vt vnitæ diſtinguuntur ab illis ſecundum ſe, & hoc fortaſſe voluit Sonc. cum q. 5. dixit effectum formalem, qui tribuitur compoſito, diſtingui realiter à forma, de qua

A diſtinctione nos infra, nunc dicimus ſatis eſſe diſtinctionem formalẽ, quia forma habet rõnẽ cauſæ in abſtracto ſumpta, habet vero rationẽ effectus, vt eſt vnita, ſeu in concreto ſumpta.

11 *Forma cauſ. informationẽ, vt viam ad vnionem.*

5. Concl. forma cauſat informationem tanquam viam ad vnionem, vt terminum quo, & compoſitum, vt terminum quod. Patet, quia virtus formæ eſt informatiua, ſed exercitium virtutis informatiuæ eſt informatio, at informatio dicit ordinem ad aliquod eſſe formatum, eſſe autem formatum dupliciter accipitur. Primo ſubiectiuè, & hac ratione materia formatur recipiendo formam. Secundo terminatiuè, & hoc eſt compoſitum, quod eſt terminus vltimo formatus; at vbi eſt terminus, qui vltimo

B formatur, ibi debet dari terminus, quo, immediatus cauſalitatis, per quem formatur terminus, vt quod.

12 *Compoſitum etiam vt ſubſiſtens eſt effectus formalis formæ.*

6. Concl. compoſitum non ſolum vt eſſentia exiſtens eſt effectus formalis formæ, ſed ẽt vt ſubſiſtens, eſt Sonc. & Caiet. & aliorum, quia ſicut compoſitum ſecundum eſſentiam, & exiſtentiã cauſatur formaliter ab eſſentia, & exiſtentia formæ, ita vt ſuppoſitum debet cauſari à ſubſiſtentia formæ, nam ſicut eſſentia, & exiſtentia compoſiti eſt compoſita, ita & ſubſiſtẽtia illius eſt compoſita ex partialibus ſubſiſtentijs materiæ, & formæ.

Confirm. quia ſuppoſitum eſt concretum

C quoddam, ſed omne concretum habet ſuam formam, per quam conſtituitur, hæc autẽ forma non eſt, niſi ſuppoſitalitas, quæ non dicit niſi ſubſiſtentiam materiæ, & formæ.

Dices, forma licet habeat ſubſiſtentiam, non habet ſuppoſitalitatem; ergo illam non poteſt communicare formaliter compoſito, quia nihil poteſt communicari in genere cauſæ formalis à forma, niſi quod eſt formaliter in illa, lux enim etiam ſi ſit virtualiter calida, quia nõ eſt formaliter calor, non poteſt ſubiectum, ꝙ afficit efficere in genere cauſæ formalis calidũ.

Reſpondent aliqui, hanc doctrinam eſſe veram de effectu formali primario, non autem de

D ſecundario, quia hic poteſt tribui à forma, etiã ſi non ſit formaliter in illa, ſicut quantitas in genere cauſæ formalis vbicat corpus non primario, ſed ſecundario, etiam ſi ſecundum ſe nõ contineat formaliter, ſed tãtum virtualiter vbicationem. Verum de huius doctrinę veritate infra, vbi explicanda eſt hæc diſtinctio effectus primarij, & ſecundarij.

Suppoſitalitas diſtinguitur penes connotãtum à ſubſiſtentia.

Reſp. ſuppoſitalitatem non diſtingui ſecũdum conceptum formalem à ſubſiſtentia, ſed tantum ſecundum connotatum, quia eadem ſubſiſtentia, quæ vt connotat naturam partialem, non eſt ſuppoſitalitas, vt connotat naturam totalem eſt ſuppoſitalitas, ſicut dicimus ſimili modo diſtingui ſuppoſitalitatem, & per-

E ſonalitatem, quod hæc determinatẽ connotet naturam rationalem, illa vero quamlibet naturã totalem, cum tamen ſecundum rationem formalem non diſtinguantur.

13 Dices 2. forma ea ratione eſt cauſa ſuppoſiti, quia eſt cauſa ſubſiſtentiæ conſtituentis ſuppoſi-

poſi-

positum, sed non est causa illius in genere causæ formalis, sed effectiuæ, sicut est causa aliarum passionum, quia non debet tribui formæ materiali maior causalitas circa subsistentiam, quam tribuatur naturæ Angelicæ, ac animæ rationali, quæ effectiuè causant suas subsistentias.

Confir. 1. nam ex vnione materiæ cum forma, iuxta D. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1. ad 2. duæ compositiones oriuntur. Vna naturæ, altera suppositi. Sed compositio naturæ est prior, quã suppositi, & in illa forma habet aliquem effectum, quia exercet aliquam causalitatem, vt forma est; ergo primarius effectus illius nõ est suppositum.

Confir. 2. quia ille debet poni effectus formæ, qui conuenit omni formæ, cum id oriatur ex ratione formę, quæ est omnibus communis, sed constituere compositum non est commune omni formæ; ergo. Minor probatur, tum quia non conuenit formæ accidentali, tum quia nõ cõuenit formę constituenti humanitatẽ Christi, quæ informando materiam habet ibi primarium effectum formalem, & tamen ibi non constituit suppositum, cum non sit ibi humanum, sed diuinum suppositum.

14 Resp. aliud esse quærere, quomodo natura existens causet suam subsistentiam, aliud quomodo forma causet subsistentiam suppositi, nã de primo est controuersia, an causet illam sibi formaliter secũdario, an effectiuè, & fortè probabilius est causare effectiuè, de qua re in met. at de secundo nõ potest esse controuersia, quia eatenus forma causat subsistentiam compositi, quatenus informando materiã cõmunicat cõposito suam subsistentiam, siue à se, siue aliunde productam, sed hæc communicatio, quæ fit composito non potest esse, nisi in genere causæ formalis, cum sit communicatio per informationem, & vnionem. Neq; eodem modo causat sibi suam subsistentiam, & causat illam respectu compositi, vt facile patet ex dictis.

Ad 1. Confir. resp. quod sicut in composito sunt duę rationes, vna naturæ, altera suppositi, ita in forma substantiali correspõdent duæ rationes causandi, vna essentialis, altera suppositalis, at effectus rationis suppositalis primarius est suppositum, sicut essentialis est natura.

Ad 2. Confirm. resp. negando id conuenire omni formæ, quia tantum conuenit formæ habenti subsistentiam propriam, qualis non est forma accidentalis, vel anima Christi, nam si haberent proprias subsistentias illas communicarent composito. quare constituere suppositum nõ oritur ex ratione formæ in communi, sed ex ratione formæ subsistentis, sicut constituere animatum non oritur ex ratione formæ in communi, sed ratione formæ animantis.

15 *Præter vnionẽ probabiliter causatur à forma in materia aliud esse quod dicitur actuatio formalis.*

7. Concl. probabile est, præter vnionẽ causari à forma in materia aliud esse, quod dicitur actuatio formalis, quæ consistit in quodam esse habente aliquam similitudinem cum forma causante, vt v. g. ab albedine causatur album, idest esse quoddam, quod dicitur formalis albificatio, simile albedini, ita Vasq. tom. 1. in 3. p. disp. 19. num. 26. qui putat distingui formam substantialem ab accidentali, quod ex forma substantiali deriuetur in materiã quoddam esse substantiale distinctum à modo, quo forma est in materia, at non sic de forma accidentali, vt ab albedine non causatur aliud esse, quam esse album.

Probatur 1. ex communi sententia dicentiũ substantiam informatam quantitate, non solum habere extensionem identificatam quantitati, sed aliam sibi identificatam, dependentem ab extensione quantitatis, tanquam effectum formalem illius, hic autem effectus videtur supponere vnionem illam informatiuam, quia dependet à quantitate, vt vnita.

Confirm. 1. quia vnio est aliquid relatiuum, at effectus formalis debet esse aliquid absolutũ simile formæ, alioqui forma formaliter daret esse sibi oppositum.

Confirm. 2. quia ex hac ratione humanitas non est forma verbi, & contra, quia licet fit vnio substantialis, tamen non dat hoc esse distinctum à forma, sed tantum vnit vnum cum alio sine informatione. Scio responderi posse, sufficere vnionem, nam illud esse formale concretum, non est aliud, quam materia, quæ habet esse animatum, idest animam sibi vnitam, scilicet per vnionem, vt materia dat esse materiale, similiter per vnionem.

Hinc aliqui dicunt effectum formalem esse actuationem materiæ, quæ consistit in quodam esse indentificato materiæ, & inde resultare aliũ effectum, qui est vnio. Vidẽdus Cap. 2. d. 13. q. 1. ad primũ Aureol. sed de hoc modo dicendum infra.

Dices, sequeretur materiæ, ratione illius actuationis, communicari passiones distinctas ab ijs, quæ sunt in formis.

Resp. hoc potius fauere nobis, quia passiones organicæ non sunt in forma, sed in materia, quæ nõ possunt intelligi, nisi ratione illius esse communicati, in quo immediate recipitur, vnde illæ potentiæ non manent in anima si separetur à corpore.

Resp. 2. potentias immediate subiectatas in anima non communicari ipsi materiæ, nisi mediate, quia adæquatum subiectum ipsarum est entitas animæ, quare manent in anima separata, & eadem difficultas est in opposita sentẽtia, quia si ratione effectus formalis debent communicari accidentia, etiam informatiue ratione vnionis communicarentur.

8. Concl. probabilius mihi tamen est præter ipsam informationem, quæ dicitur vnio, non causari aliquod aliud esse, præter communicationẽ sui. est contra Vasq. loc. cit. quia effectus formalis consistit in illo esse, q̃ hẽt forma, vt communicatur materiæ, sed ad hoc sufficit huiusmodi vnio informatiua, quia per hãc forma communicat suum esse materiæ, & composito. Vnde hæc vnio dicitur actualis ratio materiæ (vt quo) & forma (vt quod) ex quo patet ad argumentum adductum pro septima conclusione. 16

Præter ipsam informationẽ probabilius non causatur à forma aliud esse præter cõmunicationẽ sui.

Confir. quia aduersarij putant diuersam esse rationem formæ accidentalis, ac substantialis,

cum

cum tamen sit eadem ratio, cum vtraq; det effectum formalem per informationem, & hic effectus medius positus ab aduersarijs, potius impediret vnionē per se ex materia, & formas quam iuuaret vt alibi.

Ad 1. Aliqui dicunt extensionem identificatam materiæ conuenire illi ex natura sua, præcisa quantitate: Alij vero negant in materia esse extensionem aliquam quantitatiuam illi identificatam, sed solum illi coniunctam per informationem quantitatis, à qua habet, vt materia possit occupare diuersas partes loci; sed quid dicendum sit, patebit ex dicendis cum de quātitate.

Alij volunt extensionē illam non esse aliud, quam informationem actualem quātitatis, sed quid sentiendum sit, dicetur cū de quantitate.

Ad 1. Confir. resp. etiam si effectus formalis resultans ex forma in materia sit quid absolutū secundum denominationem, tamen verè includit aliquid relatiuum trāscendentaliter, & ratio est, quia denominatio sumitur à forma absoluta, vt à quantitate dicitur res quanta, & ab albedine alba: at vero non posset huiusmodi denominatio fieri, nisi ibi intercedat vnio, quę est aliquid transcendens.

Ad 2. Conf. illā vnionem esse diuersæ rōnis ab vnione informationis, quia Verbum, nec est aptum informare, nec informari, sed tantum terminare, tanquam hypostasis, vt fusè ostendimus in 3. p.

17 Dices, materia non solum respicit animam, sicut paries albedinem, sed vere dicitur viuere, & esse principium operationum vitalium, alio modo, ac aqua habens calorem principiū calefactionis, vt patet ex 2. de anima t. 64. vbi negat animam irasci, & texere.

Confir. quia esse corporis viuentis, animalis, & corruptibile, quod habet materia est ab anima spirituali, & incorruptibili; ergo illud esse est distinctum ab anima.

Resp. ad hæc omnia sufficere vnionem, qua forma coniungitur subiecto, siue sit accidentalis, siue substantialis; nam hæc non est quæcunque vnio, sed causata à forma, & à subiecto (ad effectum enim formalem cōcurrit forma, & subiectum) mediante qua forma seipsam communicat subiecto, atque adeo non est necessarium aliud esse communicatum distinctū à forma, & ab vnione, quare anima ipsa, quæ formaliter vnitur corpori denominat viuens, nam viuere est formalis effectus vitæ, at in homine sola anima est vita, quia sola anima est principium, quo homo operatur vitaliter per suas potentias.

Ad probationem respondeo, actiones corporales non denominare solas formas; siue quia sunt ab anima, & recipiuntur vt in corpore, vt irasci, texere, &c. siue quia ad illas actiones non cōcurrit anima solitariè sumpta, sed simul cum corpore, siue tanquam instrumento, siue tanquam conditione, sine qua nōs vnde anima separata non potest illas actiones producere: at quando sunt spirituales omnino independenter à corpore, tunc denominant animam. A An autem intellectio sit talis, dicetur in libris de anima, cū pēdeat obiectiue ab anima; vnde patet, non esse eandem rationē aquæ calidæ respectu calefactionis, ac hominis respectu operationum animasticarum; nam aqua calefacit per accidens, quia contra insitam inclinationem; at homo naturaliter agit per animam, & recipit actus illos vitales per corpus.

18 At instabis sicut materia sustentat calorem, qui est principium calefactionis; ita corpus recipit animam, & sustentat illam, quando est corruptibilis; ergo vtrobiq; est eadem ratio.

Resp. præter disparitatem connaturalitatis positam. patet eandem esse difficultatem, etiā B posito illo effectu distincto ab anima, & vnione; nam adhuc ad illum effectum non coucurreret corpus, nisi sustentando, & recipiendo, sicut aqua ad calorem; quare sicut dicunt de concursu materiæ ad actiones, posito illo effectu, ita dici potest, posita sola forma vnita per vnionem materiæ; nam si materia habens effectum illum concurrat, vel non concurrat actiuè, idem dici poterit de materia habente animam sibi vnitam.

Ad Confir. resp. aliqui eandem esse difficultatem in opinione aduersariorum; nam cum in C illis effectis .s. corporis, viuentis, animalis, corruptibilis, &c. includatur anima spiritualis, & incorruptibilis, vt forma dans illos effectus, quæri potest, quomodo ipsa anima spiritualis per sui inclusionem constituat effectum corporalem, & corruptibilem; nam sicut esse corporale, & corruptibile dari potest ab anima ipsi effectui, cur non poterit ab eadem anima dari materiæ. Sed falluntur, quia cum in materia non sit aliud esse, quam ipsius animæ, & vnionis, & hæc non sint corporalia, non apparet quomodo potent materia recipere esse corporeum ab anima; at si causaretur hic effectus, illa quia haberet esse distinctum ab anima, v- D nione, & materia, poterit habere esse corporeum, & corruptibile.

19 Ego resp. illos effectus causari ab anima formaliter, & à corpore materialiter: vnde non mirum, si tales effectus, etiamsi sint corporei, possint esse ab anima spirituali; nam ab anima habent vitalitatem, & à corpore corporeitatē eo modo, quo explicabimus in libris de anima. Et hinc facilius resp. ad corruptibilitatem vitæ v. g. humanæ; nam si vita accipiatur in actu primo formaliter est incorruptibilis, cū sit ipsa anima, si vero in actu secundo formali est corruptibilis ratione vnionis proximæ, sed remote, & radicaliter ratione materiæ; nā licet ani- E ma sit incorruptibilis, tamen informat corruptibiliter per vnionem .s. separabilem, & corpoream materiam, capacem plurium formarū per varias vniones.

QVAESTIO V.

Quomodo forma causet huiusmodi effectus.

1 PRimo Not. ex dictis formam in genere causæ formalis causare vnionem sui cum materia, quæ dicitur informatio, & hinc causare com-

compositum, constituendo illud, vt partẽ specificatiuam illius; ex quo fit, vt tam compositum, quam materia habeant certam speciem, sed diuerso modo, nam compositum habet ab illa speciem sibi intrinsecam, & essentialẽ; materia vero habet speciem extrinsecè, & per coniunctionem, nam species materiæ intrinseca, & essentialis, non mutatur ex mutatione varia formarum, & inde dicitur materia actuari per formam 2. phys. 11. & explicat Iauel. 5. met. q. 2. nam cum materia sit ens in potentia ad formam, & operationem, per formam ipsá primo actuatur, seu determinatur ad certam speciem prædicamentalem.

A

Causando cõpositum, nihil aliud illi præstat forma, nisi seipsam.

2. Not. formam causando compositum nihil aliud præstare cõposito, quam seipsam secundum essentiam, & existentiam partialem, hoc autem præstare causando vnionem sui cũ materia, nam esse v.g animatum non est aliud, quam habere animam, non quomodocunque, sed per informationem, & ob id dicitur, formá vt causá sumi in abstracto, sed vt effectũ sumi in cõcreto, vt vnitũ, secundo patet quomodo effectus formalis distinguatur à causa formali, ná causa accipitur secundũ se, at effectus, vt includit vnionem, & ratione huius vnionis, forte Sonc. 5. met. q. 5. dixit effectum formalẽ cõsistere in quodam esse, quod composito tribuitur à forma, non enim potest intelligi, quid sit hoc esse, nisi forma, vt vnita, & communicata composito.

B

Dices, an effectus formalis distinguatur realiter, an formaliter à forma. Resp. id pendere primo à quæst. in quo recipiatur informatio, nam si recipiatur in materia, constat distingui realiter à forma, sicut & ipsa materia, & idem dicendum secundum eos, qui ponunt effectus formales consistere in quodam esse proportionato formæ ab ea in materia derelicto ex vi informationis, & vnionis, vt dicunt negantes substantiam habere propriam extensionem, illamq; in se recipere à quantitate. Vnde ponunt in substantia extensionem identificatam illi ex vi quantitatis formaliter informantis illam. Verum hæc doctrina nõ admittitur ab omnibus, vt dictum est, nam sufficit vt forma sit causa realis, quod causet aliquid à se distinctum, siue formaliter, siue realiter.

C

3. Not. omnes causas esse necessarias ad existentiam compositi, sed præcipuè formam, & 2 materiam, quia ex his immediatè constituitur compositum secundum essentiá, nam efficiẽs, & finis sunt extra essentiam.

D

Confirm. quia si materia, & forma possent esse sine efficiente, adhuc ex illis constitueretur compositum, quia efficiens non requiritur nisi vt ponat, & vniat formam, vnde resultet compositum; ergo hæc sunt primario necessaria ad compositum.

4. Not. omnes effectus formæ includi in cõposito, quia in illo includitur materia, vnio, & forma, & si quid aliud præstat forma, ex his autem primario primitate immediationis causari vnionem, & actuationẽ materiæ, tum constitutionem compositi, atq; adeo prius in ordine exequutionis, vt bene Fons. loc. c. q. 2. sect. 2. vbi ait, formæ causalitatem in eo sitam esse, vt per seipsam actuet materiam, scilicet communicando intrinsecam suam perfectionem materiæ. dixi intrinsecè, idest per realem coniunctionem.

E

Primarius effectus formæ in intentione est compositum. 3

5. Not. secundum ordinem intentionis primarium effectum formæ esse compositum, tũ actuationem materiæ. patet ex dictis de materia, & ex Fons. c. 2. q. 1. sect. 9. q. 2. sect. 2. Suar. disp. 15. met. sect. 7.

Dices, si compositum est primarius effectus formæ, sequitur propriam causalitatem formæ esse, cõstituere compositum; at hoc est falsum, quia prius natura actuat materiam, nam cum sit essentialiter actus materiæ, prius respicit materiam, quam compositum, quia hoc respicit per materiam; ergo effectus primarius primitate intentionis, non erit compositum, sed materia actuata, ex qua secundario resultat compositum.

Resp. 1. Suar. auctuationem materiæ, & cõstitutionem compositi esse eundem effectum, sub diuersis habitudinibus, nam posita vnione formæ cum materia, præciso omni alio, fit cõpositum; & idem est materia actuata, & compositum constitutum, cum nihil in vno includatur, quod nõ in alio; ergo nihil est per quod à parte rei distinguantur; & quamuis in ipsa forma possint diuersæ relationes considerari, scilicet respectu materiæ, & compositi, tamen inde non fit inter materiam actuatam, & compositum esse distinctionem ex natura rei, sed ad summum esse distinctionem rationis, quia diuerso modo concipitur compositum, ac materia actuata, cum compositum concipiatur, vt includens materiam, formam, & vnionem, seu actuationem per modum vnius; at dũ concipitur materia actuata per formam, ibi concipiuntur omnia vt distincta, nam materia cõcipitur, vt subiectum, forma vt adueniens, & actuatio vt quid medium, & vinculũ vtriusq; sicut Arist. distinguit numerum quaternarium à quatuor vnitatibus, nam quaternarius est semel quatuor, & non quatuor vnitates.

Dices, compositum dicit tertiam entitatem superadditam materiæ, & formæ vnitis; ergo distinguitur à parte rei ab illis. 4

Resp. 1. in hac opinione supponitur compositum non dicere tertiam entitatem, sed de huius veritate dicetur infra.

Resp. 2. effectum formæ primariũ esse constituere compositum, non vt inchoantis, quia hoc conuenit materiæ, sed vt complentis cõpositionem, nam essentialiter est pars ordinata primario ad constitutionem compositi, & ideo ordinatur ad actuationem materiæ, non quod sint duæ perfectiones in forma, vna, qua respicit compositum, & altera, qua respicit materiam, sed vna primario respiciens compositũ, & secundario materiam, quæ aptitudo, cum inadæquatè concipitur, tunc concipitur sub duplici aptitudine, vna respectu compositi, altera respectu materiæ.

QVAE-

QVAESTIO VI.

De effectibus secundarijs formæ.

1 *Qui effectus primarius & secundarius formæ.* Dictum est supra de effectibus formæ in communi, nunc dicendum est de aliquibus effectibus in particulari, qui dicuntur secundarij, quales sint, & quomodo pendeant à forma.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

Prima opinio est dicentium formam habere posse effectus duplicis generis. Vnum est effectuum primariorum, quibus non potest forma informando subiectum carere; nec effectus illi possunt esse sine tali forma, quia putāt huiusmodi effectus consistere in ipsa entitate formæ communicata subiecto, atq; adeo composito. Aliud est effectuum secundariorum, quibus forma informādo materiam carere potest, vel naturaliter, vel per potentiam Dei. Et hos effectus diuidunt in positiuos, & priuatiuos. positiuos dicunt esse, qui dicunt aliquam rationem entis superadditam effectui primario, vt v. g. albedo primario efficit subiectum album habens albedinem, & secundario facit simile; sic quantitas primario facit subiectum extensum, & secundario facit locatum commensuratum spatio. Priuatiuos vero dicunt, qui consistunt in negatione aliqua superaddita effectui primario, vt v. g. albedo informando facit album, & secundario excludit nigredinem. Vnde exclusio nigredinis est effectus secundarius albedinis.

Probatur, quia nō implicat poni intellectū, vt est qualitas in lapide per informationē, atq; adeo dat illi effectum primarium, quia illum effectum tribuere, non est aliud, quam illi vniri, sed non facit illum intelligentem, vt patet, quia implicat lapidem denominari intelligentem; ergo aliquis effectus formalis non tribuitur à forma, hic autem non potest esse nisi effectus secundarius ortus ab intellectione. Videtur opinio Bacc. 1. d. 30. q. vnica artic. 1. vbi ex opinione aliorum, assignans, cur Deus possit, præsente actiuo, & passiuo, suspendere, quin sequatur actio, non autem positis duobus albis, quin sequatur similitudo, asserit esse, quia actio est extrinsecus adueniens, at relatio consequens duas albedines, consequitur illas formaliter, non efficienter, at ipse art. 4. ait, posse fundamenta separari à relatione, quia relatio non est effectus primarius fundamenti, sed secundarius, qui est separabilis à forma, & idem docet de quantitate, à qua non potest separari esse extensum, sed bene, quin det esse extensum alteri.

2 *Negant alij effectus secundarios.* Secunda opinio est negantium huiusmodi effectus secundarios, siue positiuos, siue negatiuos oriri à forma in genere causæ formalis, sed efficientis; sed omnes effectus formæ in genere causæ formalis esse primarios, & inseparabiles à forma, tam ex parte effectus, quam formæ, dici tamen secundarios, quia oriuntur à forma

A informante, tanquam prima radice, in genere tamen causæ efficientis, videtur Hurtadi disp. 13. metaph. sect. 4. §. 21. vbi ait effectum secundariū oriri physicè primario ab aliqua entitate, sed non est ab illa formaliter, sed ab alia forma resultāte ab illa entitate, vt effectus primarius quantitatis, est reddere corporis partes ineptas ad coexistendum in eodem spatio, & hinc oritur, vt effectus secundarius existētię in diuersis spatijs, quæ existentia dicitur vbicatio, per quam redduntur corporis partes existētes in diuersis spatijs; sic etiam effectus primarius gratiæ, est reddere subiectum Deo gratum; secundarius autem est expulsio peccati, quæ consistit in carentia peccati. Hinc deducit posse

B esse multos effectus formales primarios, sine secundarijs, vt quātitas sine vbicatione in duobus locis, & gratia sine carentia peccati, & calor sine expulsione frigoris. Secundo effectus secundarios esse posse sine primarijs, vt vbicatio duarum partium in duobus locis sine quātitate; expulsio frigoris, & peccati, sine calore, & gratia.

Dices cur dicatur effectus formalis potius, quam effectiuus.

Resp. quia ex vi causalitatis effectiuæ fit aliquid distinctum, vt calor existens in igne est causa caloris producti in ligno, & expulsionis frigoris ab illo; at calor existēs in ligno est cau-

C sa formalis, quia formaliter informando subiectum per se ipsum frigus expellit, at ratio formalis, cur lignum sit carens frigore, est priuatio frigoris, non tamen dicitur causa formalis, quia causa dicit positiuam entitatem, & ideo Tridentinum dicit, causam formalem nostræ iustificationis esse vnicam, non tamen esse vnicam rationem formalem.

Prima pars prob. quia nihil potest separari ab eo, quod in suo conceptu includit; sicut nihil potest à seipso separari; sed omnis effectus formalis includit in suo cōceptu formam; ergo omnis est inseparabilis à forma. Minor prob. quia omnis effectus formalis includit informationem, cum non possit oriri, nisi ex informa- 3

D tione; sicut omnis effectus efficiētis includit in conceptu actionem, sine qua non potest existere.

Dices quod sicut effectus efficientis, etiam si non sit separabilis ab effectione quoad primum sui esse, est tamen deinde separabilis, cum cessante actione, maneat substantia effectus, ita ēt si effectus formalis pēdeat à forma quoad primum esse, tamen poterit postea manere sine forma.

Sed contra, quia diuerso modo causatur effectus in genere causæ efficientis, ac in genere causæ formalis, quia primo modo solum pen-

E det quoad primum esse; at secundo modo pēdet etiam quoad conseruationem, quia pendet semper ab informatione, nam hac desinente, desinit omnis effectus formalis.

Secunda pars probatur, quia licet forma possit separari ab informatione, tñ posita informatione, non potest non causare omnem suum effe-

effectum, quia omnem effectum causat mediãte informatione, sed hæc non potest separari à suo effectu, quia cũ informatio sit entitas modalis seipsa præstat totum id, quod potest, & non potest attemperari concursus illius, qui secundum totam suam perfectioñe modificet.

4 Tertia Opinio est dicentium, à forma in genere causæ formalis, præter effectus primarios positiuos, oriri posse aliquem effectum secundarium priuatiuum, nullum autem positiuum, nisi in genere causæ efficientis per naturalem resultantiam, vel causæ materialis, ita colligitur ex Suar. disp. 16. met. sect. 1. nu. 18. vbi asserit, nullam formam accidentalem causare formaliter aliud accidens distinctum à se, & à sua vnione cum subiecto, quia vna forma non causat formaliter aliam formam; nam licet vnũ accidens sit necessario connexum cum alio, vt quantitas cum vbi, id tamen non est propter dependentiam in genere causæ formalis, sed propter naturalem resultantiam vnius ab alio, quod ad genus causæ efficientis pertinet; vel propter naturalem subordinationem, qua vnũ est ratio recipiendi aliud, vt quantitas est ratio recipiendi vbi circumscriptiuum, & vtraq; ratione quantitas dicitur ratio essendi in loco, quæ videtur pertinere ad genus causæ materialis.

ART. Continens notabilia.

5 *Effectus formalis habet etiam efficientem causam.* NOT. 1. Effectum formalem non dici, quia non habeat aliquam causam efficiẽtem, quia nihil potest existere nisi sit à se, quod soli Deo conuenit, vel sit ab alio effectiuè, sed dici effectum formalem respectu formæ, à qua non est effectiuè, sed per informationẽ subiecti, per quam forma seipsa communicat subiecto. Hinc primo fit illum effectum, qui nõ habet aliam causam effectiuam immediatam, quã ipsam formam, quæ informat subiectum, non pendere ab illa in genere causæ formalis, sed effectiuæ, quod si ab aliquibus dicitur effectus formalis, id non dicitur propter modum depẽdentiæ, sed quia non est ex vi talis formæ efficienter, nisi vt informantis subictum, siue talis efficientia sit per veram actionem, siuè per resultantiam. Secundo, sequitur quando ex vi formæ informantis subiectum, ibi apparet aliquis effectus, qui non existeret, nisi vi formæ informantis, sine vllo tamen influxu effectiuo illius, nã apparet alia causa effectiua, tunc ille effectus dicitur formalis respectu talis formæ. hoc autem patere potest in exemplo ab aduersarijs adducto quantitatis, cuius effectus formalis ponitur constitutio diuersarum partium subiecti in diuersis locis. in quo exemplo duo sunt consideranda Primum est, exclusio propter incompossibilitatem duarum partium ab eodem loco. Secundum est, occupatio diuersi spatij per diuersas vbicationes. Primum verè est effectus formalis quãtitatis, quia excluditur vnum corpus à spatio propter incompossibilitatem sine vlla efficientia quantitatis; at occupatio alterius spatij, non fit sine efficientia quãtitatis, quia ab ipsa quantitate resultat vbi, vel à potẽtia motiua, qua corpus mouetur, & collocatur in tali spatio.

6 *Nulla forma sine informatione põt dici effectus formalis alterius.* 2. Not. Nullam formam posse dici effectum formalem alterius, nisi sit ipsa informatio; nã effectus formalis est quid concretum ex forma in subiecto. Vnde necessario pendet à duobus, scilicet à subiecto, & à forma. Neq; enim potest dari effectus aliquis formalis extra id, quod habet veram, vel proportionalem rationẽ subiecti, ex quo possunt formari duæ regulæ. Prima, quod quando aliqua forma abstractè sumpta pendet ab alia, illa dependentia non potest esse in genere causæ formalis. Secunda, quod vbi apparet concretum oriri ab aliqua forma, etiam si sit cum dependentia ab alia forma priori, non est propriè primarius effectus formalis prioris, sed posterioris formæ, licet aliquando dicatur secundarius, vt infra, v. gr. albedo reddit subiectum album, & reddit illud simile alteri albo, ly (simile) non est propriè effectus formalis albedinis, sed similitudinis, licet cum dependentia ab albedine, tanquam à fundamento.

Effectus formalis primarius, & secundarius. 3. Not. effectum formalem distingui in primarium, & secundarium. Primarius dicitur, qui tribuitur subiecto à forma secundum rationem suam, quam formaliter dicit, quia effectus formalis est velut denominatiuum à forma, quare non differt à forma, nisi per terminationem vocis, vnde non potest forma formaliter dare illud esse, quod in se continet, non formaliter, sed virtualiter, vel etiam eminenter, vt v. g. lux informando subiectum reddit illud illuminatum, vel luminosum, non tamen potest reddere formaliter illud calidum, nisi producendo formam caloris, etiam si hanc in se virtualiter contineat, & hic effectus est omnino inseparabilis ab informatione formæ, tam ex parte effectus, quam ex parte formæ.

Secundarius dicitur, quia hunc sequitur naturali quadam sequela, quæ si fuerit ex vi efficientiæ potius dicẽdus est in genere causę efficientis, quam formalis; si vero sit ex incompossibilitate sine efficiẽtia formæ informantis, dicitur esse in genere causæ formalis, si autem erit cum efficientia, tunc erit in genere causæ formalis, & efficientis, quo modo vnum corpus excludit aliud ab eodem loco, tum seipso, tum per impulsum.

4. Not. hos effectus secundarios diuidi in positiuos, qui dicunt realitatem aliquam, siue entitatiuam, siue modalem additam effectui primario; & negatiuos, qui consistunt in negatione aliqua consequente informationem.

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

7 *Forma causat effectum aliquem secundarium negatiuum.* PRima Concl. forma præter effectum primarium, quem causat in genere causæ formalis, causat etiam in eodem genere effectum formalem aliquem secundarium negatiuum. Primo patet exemplis, quæ adducuntur ex incompossibilitate formarum; nam materia ex vi formæ informantis desinit conseruare formam ligni præcedentem; at hæc desitio non causatur

ex

ex informatione in alio genere causæ; quã formalis, quia nullam habet forma efficientiam circa formam corruptam, cùm omnis efficientia sit directè ad aliquod positiuum, & nõ causatur primario, quia causalitas formalis primario primitate intentionis tendit ad compositũ, primitate exequutionis ad communicationem esse, quod est positiuum.

2. Prob. rõne, quia negatio aliqua pẽdet à forma, vt informante, & nõ effectiuè, tũ quia ponitur respectu alicuius formæ, quæ nullam habet efficientiam in extrinsecum, vt est quantitas; tũ quia effectus ille aliquando non exigit efficientiam, sed potius negationem efficientiæ, & non pendet ab illa primario, quia præsupponit effectum primarium; ergo secundarium. Antecedens probatur, quia vbi est impossibilitas rerũ respectu tertij, posito vno eorum, necessario non ponitur aliud, atque adeo ponitur negatio alterius, vt posita quantitate B. in spatio A. ibi non potest poni naturaliter quantitas C. & similiter posita forma in materia, ibi non potest poni alia, imo si quæ erat, desinit ibi esse.

Dices, ibi excludi formã oppositã ex p̃sentia alterius effectiuè, & nõ formaliter, qua rõe vnũ corpus impellẽdo aliud effectiue à loco excludit. Resp. infra constabit, illam exclusionem ex vi formæ informantis, & corporis occupantis locum, non esse effectiuam, sed formalem, licet exclusio corporis à loco sit cum aliqua efficiẽtia, sed illa non oritur ex occupatione loci, seu vbicatione, sed ex virtute motiua innata corpori, vel impræssa, vt rectè Murcia, & alij. Hieronymus tamen Pla de causis p. 3. q. vnica, quæstiuncula 4. putat expellere in genere causæ finalis, qa expellitur, vt introducatur alia forma.

8 *Effectus formalis secundarius formæ positiuus semper est ex vi alicuius efficientiæ.*

2. Concl. Nullus datur effectus positiuus secundarius respectu formæ, qui sit purè formalis, sed semper est ex vi alicuius efficientiæ ipsius formæ, vel extrinseci agentis. Probatur, quia nullum ens positiuum potest de nouo existere sine aliqua efficientia, cum non sit ens improductum; ergo vel efficientia est ex vi formæ informantis, & sic non erit effectus illius purè formalis; vel extrinseci agentis producentis effectum aliquem in materia informata forma, & non potest pendere ab illa forma in genere causæ formalis, quia hic effectus, vel est aliquod concretum, & habebit suam formam, vt dictũ est de simili, & similitudine, vel est forma abstracta, & non potest in genere causæ formalis pendere ab alia forma, vt rectè dictum est in opinione Suarij. Vnde secundæ qualitates, vt colores, sapores, &c. quæ producuntur ex vi primarum informantium materiam, non pendent ex illis in genere causæ formalis, sed efficientis, vel materialis, iuxta varias de ea re sententias.

Dices actus vitalis dicitur pendere in genere causæ formalis à potentia vitali, & ob hanc rõnem non potest produci à Deo sine potẽtia vitali: si .n. dependeret in genere causæ efficientis, posset à Deo suppleri; sed non est effectus primarius, quia hic est reddere animã potẽtem vitaliter operari; ergo erit effectus secundarius, sed hic est positiuus; ergo datur effectus positiuus pẽdẽs à forma in genere causæ formalis.

A Confir. 1. quia quantitas, vt formaliter per se ipsam est causa excludendi à spatio aliam quantitatem, ita formaliter est causa, vt constituatur, & vbicetur in alio spatio; ergo: sed vbicatio in alio spatio, est effectus positiuus; ergo datur effectus secundarius positiuus formalis. Maior probatur, quia non potest corpus conseruatum in existẽtia excludi ab vno loco, quin occupet aliud.

Confir. 2. quia intelligere est effectus formalis positiuus intellectionis, cum oriatur ex intellectione informante potentiam, sed non est effectus primarius; ergo secundarius. Minor probatur, quia effectus primarius est inseparabilis à forma; at intelligere est separabilis, quia si ponatur intellectio in lapide, non tribueret B illi effectum formalem intelligendi, vt alibi.

Confir. 3. quia Verbum vnitum humanitati constituit Christum, vt hominem filium naturalem Dei, quod non faceret si vniretur equinitati, & de facto vnitum naturæ rationali reddit illam sanctam, sicut etiam facit gratia; non sic autem si Verbum, & gratia vnirẽtur lapidi.

9 *Actus vitalis non pendet in genere causæ formalis à potentia vitali, sed in genere causæ efficiẽtis.*

Resp. de natura actus vitalis non est hic disputãdum, cum circa illum Doctores non conueniant, sed in omni opinione negatur actionẽ vitalem pendere in genere causæ formalis à potentia vitali, quia constat esse exercitium potẽtiæ actiuæ, atque adeo pendet in genere causæ efficiẽtis, de quo aliqui dicunt posse fieri à Deo C secundum rationem qualitatis sine potentia vitali. Aliqui vero, vt Vasq. negant, eo quod putent actionem esse de essentia actus vitalis, actio autem vitalis non potest esse sine suo principio vitali, quia eius vitalitas consistit essentialiter in exercitio talis potentiæ.

Pendet etiam in genere causæ formalis extrinseca.

Ego dico posse concedi pendere in genere causæ formalis extrinsecæ, quia vt relatio pendet à termino, ita vitalitas pẽdet in genere causæ efficientis à põtia actiua, ita vt includẽs relationẽ trãscendẽtalẽ ad potentiã actiuã, pendeat in genere causæ formalis extrinsecæ ab illa.

Ad Confirm. resp. ex vi formæ formaliter oriri exclusionem corporis in tali spatio, quæ D est quid negatiuum, at vero occupatio alterius spatij efficienter à virtute motiua, & formaliter ab ipsa vbicatione producta ex vi mouentis.

Ad 2. Confirm. respondent aliqui negando posse actum essentialiter vitalem poni in principio non vitali, vt Vasq. eo quod putet de ratione actus vitalis esse exercitium potentiæ vitalis. Alij vt Suar. distinguunt actum vitalem, vt intellectionem v. g. posse considerari dupliciter. Primo, secundum rationem actionis, & sic non potest esse in lapide. Secundo, secundum rationem qualitatis, & sic posse poni in lapide, sed non denominat illum intelligentem, quia hæc denominatio nõ sumitur præcisè ab informatione, sed ab exercitio actiuæ potẽtiæ, quod E lapis non habet respectu intellectionis. Alij tamẽ absolutè negãt intellectionem habere vim informandi lapidem, quia informatio non potest esse nisi respectu subiecti, cum quo habet naturalem proportionem, & mihi nõ displicet. Vnde Suar. tom. 1. in 3. p. disp. 31. sect. 5. circa

 finem,

finem, ob id negat posse fidem poni in voluntate, & charitatem in intellectu, & qualitatem spiritualem in corpore.

Ad 3. Confir. resp. communiter remissionem peccati, & filiationem adoptiuam non esse effectum physicum gratiæ, sed moralem denominationem sumptam à subiecto, & forma, cuius denominationis non est capax lapis, vel aliud simile subiectum. At alij concedentes esse effectum physicum, dicunt non esse effectum solius formæ, sed huius, & subiecti, vnde variato subiecto, variatur effectus physicus, quia variatur vnum ex principijs illius; & similiter respondent ad illud exemplum de vnione hypostatica, de quibus Theologorum est disputare. Nobis sufficiat ex his non probari dari passiuũ effectum secundarium in genere causæ formalis pendentem à sola forma, quæ clarius patebunt ex infra dicendis.

QVAESTIO VII.
De perfectione, & latitudine virtutis informatiuæ.

DVBITATIO I.
An forma informans subiectum possit illud informare secundum vnam rationem formalem, quam formaliter includit, & non secundum aliam.

ART. I. Quo explicantur opiniones Doctorum

1 NOtandum primo, in forma aliquos gradus includi formaliter, vt in anima sentiente gradus sensitiuos; aliquos includi virtualiter vt dicitur in luce contineri calor, hæc autem continentia virtualiter diuiditur in vnam, quæ est in genere causæ efficientis, vt patet exemplo adducto de luce respectu caloris. Altera est in genere causæ formalis, de quo genere continentiæ, cum dubium sit, an reperiatur, dicetur in libris de anima, nunc autem concedatur aduersarijs, vt appareat vis informationis.

forma aliquos gradus continet formaliter alios virtualiter.

Not. 2. Quæstionem posse intelligi, tam de formis indiuisibilibus, vt est anima rationalis, quam de diuisibilibus, ex quibus aliquæ sunt homogeneæ, aliquæ vero ætherogeneæ, quas constat respectu diuersarum partium materiæ dare diuersũ esse, quare difficultas intelligitur de informatione respectu eiusdẽ partis materię

2 Prima opinio est dicentium, posse eandem portionem formæ diuisibilis, vel formam indiuisibilem informare vnam partem materiæ, & dare illi aliquod esse, & non totum esse, quod in se continet formaliter, vel virtualiter, vt anima rationalis dat ossi esse substãtiale corporeũ, & vegetatiuum, non autem esse sensitiuum, vel rationale; at carni dat etiam esse sensitiuum, sed non rationale. Hanc videntur significare aliqui ex ijs, qui negant formas partiales in animalibus, quos referemus in lib. de anima. Primo, quia informatio non est aliud, quam vnio inter formam, & materiam, sed potest vnio terminari ad rem sub vna ratione, & non sub alia eiusdem rei; ergo potest forma informare materiam secundum vnam rationem, & non secundum aliam. Minor probatur, tum ex vnione hypostatica, quæ terminatur ad personalitatem diuinam, & non ad essentiam, & tamen essentia, & personalitas sunt omnino idem; tum secundo ex vnione effectiua, nam sol licet per idem principium indiuisibiliter sit causa lucis, & caloris, tamẽ respectu alicuius subiecti producit lumen, & non calorem, vt in cælo; & respectu alterius, vt in inferioribus producit lumen, & calorem; ergo vt illuminatiuus potest vni subiecto vniri, & non vt calefactiuus; tum tertio, quia magis est vniri per identitatem, quã per vnionem, sed potest aliquid vniri per identitatem secundum vnam rationem, & non secundum aliam, etiam si sint indiuisibiliter identificatæ, vt patet in essentia diuina, quæ communicatur filio, cui non communicatur paternitas, quæ est omnino idem cum essentia.

Forma potest informare subiectum secũdum aliquod esse, non secũdum totũ per aliquos.

2. Probatur à priori. Quidquid recipitur per modum recipientis (idest iuxta dispositionem recipientis, recipitur 2. de gener. tex. 58. vbi D. Tho. lect. 10. asserit per inæqualitatẽ materiæ inequales fieri generationes, & corruptiones, & hinc violæ citius corrumpuntur, quã alia quædam, sed aliquod subiectum est dispositum ad recipiendum vnum esse, & non aliud, vt patet in osse, quod habet dispositionem recipiendi vitam vegetatiuam, & non sensitiuam, cum natura non det actum primum, cui repugnat actus secundus, alioqui esset frustra. Vnde Arist. probat cælos non esse animatos, quia non possunt ob carẽtiam organorũ habere motum progressiuum, qui est actus secundus animalis. 3

Confir. quia gratia informando animam dat illi esse gratum Deo, & filium adoptiuum, & tamen si informaret lapidem non daret illi huiusmodi gradus; ergo forma informando subiectum nõ necessario dat illi omnes gradus, quos in se continet.

Confir. 2. ex vnione hypostatica, quæ causat diuersos effectus iuxta exigentiam, & capacitatem subiectorum:

2. Opinio est dicentium, formam informãdo materiam non posse non dare totum suum esse, quod formaliter continet, posse tamen nõ dare esse, quod virtualiter continet. Prima pars patebit ex sequenti opinione. Secunda pars patet ex argumentis primæ opinionis, quia gradus virtualiter contenti in forma, non necessario manant à forma, nisi iuxta dispositionem subiecti, vt in osse non datur esse carnis ab anima, quia ibi non adest dispositio carnis, sed ossis. Contra vero in carne; at gradus, quo constituitur caro, vel os, non est formaliter in anima, sed virtualiter, sed causatur in genere causæ formalis ab anima. 4

Forma informans materiã non potest nõ dare totũ esse quod formaliter continet non autem quod virtualiter continet.

Confirm. quia non alia ratione potest forma separari ab effectis secundarijs, nisi quia hi non continẽtur formaliter, sed virtualiter in forma; ergo forma, gradus virtualiter contentos, non causat, nisi iuxta dispositionem subiectorum.

3. Opinio est distinguentium effectus formæ in physicos, & morales; & quidem morales non causari à forma æqualiter circa subiecta, quæ infor-

informat, sed iuxta capacitatem illorum; physicos vero itē distinguūt in primarios, & hi omnes dantur à forma, & secundarios, & ex his, alij oriuntur à forma per emanationem, & non in genere causæ formalis, & hos non necessario omnes dari, Alij oriuntur in genere causæ formalis, & ex his, qui sunt priuatiui, seu negatiui non necessario dantur, qui vero positiui (si qui tamen sunt) necessario dantur.

ART. II. In quo ponitur opinio Auctoris.

5 PRima Conc. forma informando subiectum potest non dare effectus morales, qui consequuntur ex informatione formæ. Probatur primo, quia actus charitatis, etiam secundum entitatem physicam reddit moraliter subiectū merens præmium, & tamē aliquando non præstat hunc effectum, vt si non liberè eliciatur.

Forma informans subiectū potest non dare effectus morales.

Secundo ex Soto 4.d.2. q.1. a. 4. gratia facit homines post aduentum Christi perfectè filios adoptiuos Dei, at ante non ità perfectè, hoc autem non potest esse, nisi quia huiusmodi effectus sunt morales, & licet à Vasq. 1. 2. d. 183. c. 2. n. 14. negetur, tamen nobis satis est, quod vt effectus moralis, est separabilis ab informatione formæ, & secundum Bonau. 3. d.10. d.2. circa textum, Angeli etiam si habuerunt gratiā non fuerunt adoptati, quia nunquam fuerunt extranei secundum culpam; sed in omnium sententia, gratia in creatura irrationali non tribuit filiationem adoptiuam, quia vt non est capax hæreditatis, ita neq; filiationis, quia relatio filiationis non est effectus physicus gratiæ, sed moralis; vel potius consequitur ad gratiam, vt relatio ad fundamentum, quia ratione gratiæ habitualis, illa acceptatio debita est habenti gratiam; nam per gratiam datur esse quoddam diuinum, in quo fundatur relatio filiationis, & ius ad hæreditatem, quia habendo gloriam, habet esse simile Patri.

Tertio, gratia vnionis communicat in genere causæ formalis actibus liberis meritum infinitum, at non sic actibus necessarijs, quia huiusmodi communicatio est moralis, quare datur iuxta capacitatem subiectorum.

Quarto, quia huiusmodi denominationes non sunt præcise ex informatione physica formæ, sed ex alijs circumstantijs, quæ possunt deesse, vt v. g. esse filium adoptiuum, nō est præcise ex gratia habituali, sed requiritur conditio negationis filiationis naturalis, & capacitas subiecti hæreditatis. Vnde ex prima conditione Christus non potest dici filius adoptiuus, nec equus si haberet gratiam ex defectu secundæ conditionis.

6 2. Concl. forma informando subiectum non necessario cōmunicat illi effectus formales negatiuos. Patet ex dictis supra, vbi ostendimus vnum corpus formaliter excludere aliud ab eodem loco, & vnam formam ab eadem materia aliam formam; & tamē potest fieri per potentiā Dei, vt in eodem loco sint duo corpora, & in eadem materia duæ formæ.

Nec necessario communicat subiecto forma effectus formales negatiuos.

3. Concl. forma non necessario communicat
A subiecto effectus secūdarios consequentes per emanationem, quia cum illi sint per nouam actionem, possunt ex varijs capitibus impediri, ne consequantur. Primo si non adsint communes conditiones requisitæ ad resultantiam. Secundo, etiam si adsint, tamen adest impedimētum aliquod, vt si aquæ sit approximatus calor impediens, ne se reducat ad frigiditatem. Tertio etiam si adsint omnes conditiones, & absint omnia impedimenta, tamen deest concursus causæ primæ, quod nolit concurrere. Ex quibus idem dicēdum de omnibus huiusmodi effectibus, qui vocantur formales secundarij, cū potius dicendæ sint proprietates naturales, vel
B effectus consequentes, vt extensio localis dicitur passio quantitatis; vnde communicando se ipsam materiæ, communicat illi extensionem localem, quæ ad quantitatem consequitur.

Forma nō communicat necessario effectus secundarios.

4. Concl. forma informando subiectum cōmunicat illi omnes gradus physicos, quos in se formaliter continet, nec potest vnum communicare sine alio, ita Suar. disp. 13. met. sect. 3. nu. 16. & 21. 7

Forma cōicat subiecto oēs gradus physicos, quos formaliter continet, nec vnū, sine alio communicat.

Probatur 1. quia si forma vniretur secundum vnum gradum, & non secundum alium, vel fieret vnio secundum gradum genericum, & non specificum; & non quia repugnat aliquod prædicatum genericum existere, & sub nulla specie; at compositum ex illa forma secundum ta-
C lem gradum, & materia esset sub genere, & sub nulla specie; ergo repugnat, &c. Vel esset vnio in gradu indiuiduali, & specifico, & non sesecundum gradus superiores, & hoc ipsum implicat, nam sicut implicat dari differentiā sine gradibus superioribus, ita dari indiuiduū specificum, sine gradibus superioribus substantiæ, corporis, &c.

Dices materia prima existit, & tamen non est in vltima specie constituta, sed tamen reducitur ad genus causæ materialis; ergo idem dici potest de forma.

Sed contra, quia licet materia non sit constituta in vltima specie completa, tamen necessa-
D rio dum existit est in specie determinata materiæ, quam retinet sub omni forma.

Probatur 2. à priori, quia cum omnes gradus identificentur cum vna entitate indiuisibiliter, sicut forma non potest existere extra materiam secundum vnum gradum, & non secundum alium, ita neq; potest existere in materia, at informare est formam existere in materia; nā cum per vnionem vniatur secundum seipsam materiæ, existet etiam in illa secundum seipsam. 8

Dices causa efficiens potest operari, atq; adeo vniri cum effectu secundum vnam perfectionē gradualem, & non secundum aliam, vt patet,
E quia anima intelligit per perfectionem intellectiuam, & non per sensitiuam. Et contra sentit per sensitiuam, & non per intellectiuam; ergo similiter potest vniri in genere causæ formalis cum materia secundum vnam perfectionem, & non secundum aliam.

Resp. ex diuerso modo vnionis vtriusq; cau-

falitatis cōfirmari nostram conclusionem. Tum quia in vnione effectiua non communicatur ipsa entitas secundum seipsam, sed producitur noua entitas realiter distincta, quæ efficitur à causa per illam rationē, per quam cōtinet effectū; at in vnione formali ipsa forma suam propriam entitatem dat materiæ, & cōposito; quare vt entitas non potest diuidi in varias perfectiones secundum se, ita neque potest habere suum esse diuisum in composito. Tum quia effectus producuntur ab efficiente per potentias distinctas, quæ sunt diuersæ, at forma per suā essentiam causat compositum.

A

Confir. quia ex eo, quod visio intuitiua terminatur ad rem, vt existentem, non potest, ex communi sententia, videri personalitas, non visa essentia; ergo neq; vniri potest forma secundum vnam rationem, & non secundum aliam, quia vnio est ad entitatem formæ, vt existentē, atq; adeo ad omnes gradus constituentes eandem entitatem existentem.

B

Confirm. 2. quia in hoc distinguitur compositio physica à metaphysica, quia compositio physica fit ex materia, & forma determinatis, at compositio metaphysica nō ita, quia potest fieri ex gradibus præcisa existentia eorum, nam gradus metaphysici idētificantur cum vna entitate formæ physicæ; at nō sic forma physica, quia hæc distinguitur ab omni alia, etiam secundum existentiam, atque adeo non potest esse nisi determinata; vnde inter gradus metaphysicos potest esse subordinatio ad compositionem vnius entis, at non sic inter formas physicas, vt alibi fusius.

C

9 5. Concl. forma potest vniri secundum gradus, quos formaliter continet, non vero vniri secundum eos, quos eminenter, seu virtualiter continet, necessario tamen vnitur secundum gradum illum virtualitrr continētem aliam formam.

Forma nō pōt vniri secundum gradus, quos eminenter continet.

Prima pars non indiget, nisi explicatione, nam supponit vnum, quod à nobis est negatū, scilicet posse dari aliquid contentum in forma virtualiter, seu eminenter in genere causæ formalis, sed eo supposito facile probatur conclusio, quia id, quod continetur virtualiter in forma, est aliquod esse secūdum se formale, at hoc esse formale non cōtinetur secundum suā formalitatem in ipsa forma, at hæc communicando totum esse formale, non communicat illud tale, quod dicitur esse in illa virtualiter, vt v.g. sit anima, quæ dicatur cōtinere virtualiter formam ossis, hæc forma habet suum esse formale, quo informat os, licet hoc esse, vt est in se, & secundum suam rationem formalem non sit in anima, quare dum anima informat carnem, licet illa communicet totum suum esse formaliter in se contentum, non tamen necessario illi communicat formam ossis, sed vt hæc forma communicetur, requiritur dispositio necessaria in materia, vt anima det illi esse osseum, quod resultat ex informatione animæ.

D

E

Secunda pars probatur, quia gradus ille, cōtinens virtualiter aliud esse, est formaliter in ipsa forma, & constituens essentialiter formam; ergo non potest formæ vniri secundum suam essentiam, nisi vniatur secundum illum gradū virtualis continentię.

ART. III. Soluuntur argumenta aduersariorum.

RESp. ad argumenta primæ opinionis. Ad primum negatur posse vniri secundum vnam rationem constitutiuam essentialiter formæ, & non secundum aliam, vt probatum est. 10

Ad 1. prob. resp. in vnione hypostatica debere distingui rem vnitam, & rationem vniendi, nam ibi non solum personalitas est vnita humanitati, sed etiam ipsa diuinitas, quia verè subsistens in humanitate est Deus Filius; at ratio, cur diuinitas sit vnita, non est aliquid essentiale absolutum, sed personalitas, quia hæc solum fuit ratio terminandi, per quam fuit suppleta personalitas humana. Vnde essentia secundario, personalitas vero primario fuit vnita. & ideo non dicitur vnio facta in essentia, quia hic modus loquendi significat rationem vniendi, & primario vnitum, quæ distinctio facilè applicari potest secundum quandam proportionalem rationem ipsis formis, nam in illis distingui potest res vnita à ratione vniendi, nam respectu partis, quæ habet operationem vegetandi, sed non sentiendi, qualis forte est pars ossea, vnitur tota anima, quia illud os habet esse humanum, vt alibi ostendemus; sed ratio, cur illi vniatur tota anima, est gradus vegetatiuus, & sic consequenter dicendum de alijs. Alij tamen dicunt esse diuersam rationem, quia personalitas non vnitur formaliter, sed vt terminus extrinsecus vnionis, at forma vnitur intrinsecè, sed de hac re alibi dicetur.

In vnione hypostatica tam personalitas, quam diuinitas vnitur humanitati.

Ad 2. prob. resp. 1. illa actio potest considerari ex parte effectus, & ex parte principij. Si primo modo consideretur, constat posse sequi vnum effectum, & non alium, vt experientia constat, quia illi effectus dicunt perfectiones omnino inter se, & à forma, à qua fluunt, realiter distinctas. Si autem secundo modo potest esse aliqua difficultas, an actio producatur præcisè, à ratione formali essentiali, cui proportionatur potentia, an vero à tota entitate, & perfectione formæ, & quidem si proxima principia considerentur, cum constet esse potentias accidentales, necessario sequitur esse distinctas inter se, & posse vnum operari, si aliud nō operetur; at si spectetur principium remotum.

Aliqui possent respondere, ponentes gradus metaphysicos identificatos à parte rei, nō posse formam operari, nisi actio exerceatur à tota perfectione formæ, quia à parte rei non est ordo distinctus ad hanc operationem, & non ad illam, sed est solum distinctio rationis, quatenus à nobis cōcipitur egredi ab illa perfectione determinata, sub qua explicite concipitur respicere talem actum, scilicet sensationem, vel intellectionem. Sed difficilius respondent ponentes gradus metaphysicos distinctos, ex quibus aliqui primo dicunt posse actionem pendere ab vno gradu, etiam si alius nihil influat, sicut poten-

potentia sensitiua egreditur à gradu sensibili, & non à gradu intellectiuo, contra vero intellectus. Sed huic obstat, tum experientia, qua videmus formam non posse æquali conatu influere in plures actus, ac in vnum, quia omnes illi procedunt ab eodem indiuisibili principio, nã si procederet à diuersis principijs, non esset, cur influxus in vnum actum impediret influxũ in alium, quia essent plures virtutes, vt ostendetur in lib. de anima. Tum obstat, quia huiusmodi potentiæ consequentes gradus genericos habent diuersam, & connaturalẽ perfectionem in diuersis speciebus, vt in lib. de anima; ergo non sequuntur gradum genericum præcise, sed vt determinatum per specificas differentias, & licet diuersitas illa possit referri ad diuersitatem instrumentorum, tamen adhuc illa diuersitas instrumentorum non potest esse connaturalis ratione gradus generici præcisè, quia sic esset similis perfectio in omnibus; ergo necessario oritur connaturalitas diuersorum instrumentorum ex diuersitate differentiarum contrahẽtium gradus genericos.

12 Alij denique dicunt consequi entitatem, vt constitutam ex omnibus gradibus sibi essentialibus, sed cum quadam appropriatione respectu singulorum graduum, tamquam principijs, quibus secũdum communem rationem, fluunt, & ideo sicut dictum est de ratione terminandi, (vt qua) & de termino (vt quo) seu quod, ita dici potest de principio à quo fluit (vt quod) ad totam entitatẽ, quia tota entitas, ibi est pſens, & vnitur ad fluendum; at principium quo, est graduum diuersitas, iuxta diuersitatem effectuum, vel dici potest esse diuersam rationem à principio effectiuo, & formali, vt dictum est supra.

Propria Dei non possunt communicari creaturis.

Ad 3. prob. quæ sunt proprie Dei, non possunt vlla ratione creaturis tribui, vt v. g. independentia non potest vlla ratione tribui creaturis, at identificari idem numero cum tribus realiter distinctis, est ità proprium diuinitatis, vt illi non possit conuenire, nisi ratione infinitatis simpliciter, vt dicetur 1. p. quare non est id tribuendum vlla ratione creaturis, vnde potius ex illa identitate deduci potest oppositum in creaturis, vt scilicet aliqua, quæ sunt identificata realiter, non possit vnum eorum identificari cũ vno, quin aliud identificetur; at si forma daret esse huic materiæ secundum vnum gradum, & non secundum alium, iam illud esse identificaretur cum forma, vt habet hunc gradum, & nõ identificaretur cum esse, quod eadẽ forma dat alteri parti materiæ secundum alterum gradũ, quia hæc sunt in diuersis partibus materiæ, & loco distinctis, atq; adeo inter se realiter distinguuntur, atq; adeo non possent identificari cũ eadem entitate materiæ.

13 Ad 2. arg. resp. illam proportionem non intelligi de forma, sed de actione eoquod idem agẽs inducit diuersas formas, iuxta varias dispositiones materiæ, vt idẽ sol, hîc aurũ, ibi argẽtũ, &c. producit, quia ibi sunt variæ dispositiones adiuuãtes productiones diuersarum formarum; at vero forma producta semel in materia, vt tota producitur in singulis partibus, ita secundũ se totam informat singulas partes. Neq; obstat

A diuersitas dispositionum existentium in diuersis partibus materiæ, quia tota essentia formæ exigit in materia sibi adæquata totam diuersitatem, quarum singulæ sunt capaces in formationis formæ secundum omnes gradus, licet nõ totaliter, vt fuse ostendetur lib. de anima.

Ad 1. prob. resp. materiam requirere diuersas dispositiones in subiecto sibi adęquato, quia habet diuersas operationes, quas non potest omnes exercere per vnum instrumentum, quia vnum non potest aptari ad omnes illas, quare non mirum, si alicubi informet secundum totam perfectionem, etiam si per illam partem non operetur oẽs operationes, quia illas exercet per alias pertes; hæc enim est de essentia a-

B nimæ, vt informet corpus organicum. Neq; obstat his Arist. argumentum, quia in cælo poneretur motus progressiuus, & tamen in nulla eius parte adesset instrumentum, & organum, quo fieret ille motus, at hic ponuntur instrumenta in alijs partibus.

Ad 1. & 2. Confir. patet ex dictis, quia effectus physici omnes tribuũtur à gratia, & vnione in quocunq; sint subiecto; at effectus morales, & qui fiunt in genere causæ efficientis non omnes tribuuntur, vt dixi.

Ad argum. secundæ opin. respondere non est necesse, quia fauent nostræ opinioni iam 14 explicatæ, nam illa perfectio virtualiter contẽ-

C ta, non necessario tribuitur, quia est continentia potius effectiua, & si est formalis non est necessarium, vt tribuatur, quia deberet dari alia actio, per quam fieret simul cum forma, & materia concurrendo ad illam perfectionem; at vero illa perfectio, quæ est virtualiter contentiua, cum formaliter sit in forma, necessario tribuitur, dum forma informat.

DVBITATIO II.

An vna forma possit informare diuersas materias.

D DE hac Murcia 2. phys. disp. 3. q. 7. Fons. 5. met. c. 4. q. 4.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

NOtandum 1. Formam posse dupliciter dici vnam. Primo, vnitate indiuisibilitatis, 1 qualis est vnitas animæ rationalis, & secundum Thomistas animalium perfectorum. Secundo vnitate compositionis. & quia forma non põt habere cõpositionẽ ex materia, & forma, sed ex partibus integrantibus, at partes integrãtes sũt duplicis generis, scilicet homogeneæ, & ætherogeneæ, ita põt forma esse vnitate homogenea & ætherogeneæ: & quia ætherogeneæ partes

Forma vna dicitur vel vnitate indiuisibili, vel vnitate compositionis.

E possunt esse vnitæ cum vnius compositione, vel per accidens, qualia sunt mixta inanimata habentia partes vnitas diuersæ rationis, vt patet in lapidibus mixtis, vel per se, idest cum subordinatione ad vnam perfectionem formæ ex natura sua exigentis illius modi partes, ideo de

vtroque dubitari potest, quomodo possit vna forma informare plures materias.

Notan. 2. materiam posse dupliciter accipi. primo de materia adęquata, vt. f. sit duplex materia, quarum singulæ sint adæquatæ vniformę. Secundo, de materia inadæquata, quia potest forma esse in naturaliter in materia sibi inadæquata, ratione paruitatis, vt v. g. anima rationalis potest esse in corpore manco.

Tertio hãc mãm siuè adęquatã, siuè inadęquatam posse esse diuersam dupliciter. Primo, per diuisionem, & separationem. Secundo, per vnionem, & coniunctionem integralem.

Quarto, hãc q̃stionem non intelligi de forma diuisibili habẽte partes eiusdẽ rõnis, vt est forma ignis, quia hæc potest in infinitum informare maiorem materiam, sicut augetur in informationem ipsa forma. Neq; quæstionem intelligi de forma habente per accidens ætherogeneas partes, quia de hac ferè est eadem ratio, ac de habente partes homogeneas. Neq; opinionẽ intelligi de forma habẽte per se partes ætherogeneas, an possit in infinitũ informare maius, & maius corpus, tanquã adęquatum sibi subiectũ, quia de hac dicemus, cum de terminis rerum naturalium, sed quæstio intelligitur de forma vna vnitate identitatis, siuè sit diuisibilis, siuè indiuisibilis possit informare duas materias diuersas, & diuisas.

ART. II. Referuntur opiniones Doctorum.

2 *Opinio affirmans vnam formam posse esse in pluribus materijs.* Prima opinio est dicentium, vnam formam posse esse in pluribus materijs diuisis etiam naturaliter, colligi potest ex opinione Auerr. qui 3. de anima c. 5. docet vnam numero animã rationalem esse communem pluribus corporibus humanis, siuè per informationem, siuè potius per assistentiam, & copulationem cum rerũ imaginibus rectè ordinatis, sed hæc ab omnibus, tanquam erronea in fide reijcitur, vt fusius in lib. de anima ostendemus. Nunc satis est argumẽtum commune ductum ex informatione virtutis informatiuæ, quod vna forma sit ex natura sua determinata ad constitutionẽ vnius compositi; sed idem compositum non potest simul constare ex duabus materijs separatis; ergo non potest vna forma illas informare. Maior probatur, tum ex determinatione vnius entis ad vnum locum adæquatum, ergo multo magis est determinata forma ad inexistendum in vna adæquata materia. Tum ex determinatione effectus quoad dependentiam à causa, quia non potest idem effectus naturaliter pendere seorsim à duabus causis totalibus. Tum tertio, ex determinatione materiæ respectu formæ, quia nõ potest naturaliter informari duabus formis non subordinatis.

3 *Opinio negãs posse informare vnam formam plures materias adæquatas.* 2. Opinio est dicentium omnino implicare eãdem formam informare plures materias adæquatas, siue diuisas, siue vnitas. Hanc videntur docere Thomistæ, vt Masius 1. physic. disp. de principijs sect. 3. q. 4. qui concedit eandem formam, v. g. animalis esse in pluribus materijs partialibus, vt ossibus, neruis, arterijs, nisi quia

A illæ conspirant ad vnum totale, & adæquatum susceptiuũ formæ, sed negãt posse esse in pluribus adæquatis, & totalibus. Fũdamẽtũ est, quia forma non põt in genere causæ formalis extendere se ad plures effectus, quã exigit eius naturalis virtus, sed virtus nãlis formę determinatur ad vnũ subiectũ sibi adæquatũ, sicut oẽs causæ finitæ ad certum, & determinatum effectum; ergo. Maior probatur, quia illa causa potest causare effectus supra suas vires naturales, quæ potest ab alio superiore agente eleuari ad causandum in tali genere, quo causat effectus, sed causa formalis nõ potest eleuari in genere causæ formalis, tum quia omnis eleuatio supponit virtutem eleuantem supplere defectum virtu-

B tis eleuatę in causando, vt patet ex effectis eleuatis; at virtus Dei non potest aliquid causare in genere causæ formalis; tum secundo, quia si posset huiusmodi forma in genere causæ formalis eleuari, posse forma cælestis informare materiam contradictionis, & formæ substantiales subiectum cælestem, at hoc implicat, quia inter illa nõ datur proportio, etiam posita quacunq; eleuatione.

Confirm. quia implicat eandem figuram figurare quantitates realiter distinctas, nec vna subsistentia pluribus naturis dare subsistere; nec vna substantia pluribus subsistentijs subsistere; vel quãtitates duplici figura figurari; ergo neq; forma poterit duplici inexistentia terminari.

C Confir. 2. quia compositum resultans ex vna forma, & duplici materia, neq; esset vnum, neq; plura composita, quia ibi sunt plura principia, ex quibus sumitur vnitas compositi; nam ex vnitate formæ videtur colligi vnitas compositi; sed ex pluritate materiæ deberet colligi pluritas compositorum.

Confirm. 3. quia si posset informare plures materias, posset etiam effectus contrarios tribuere iuxta exigentiam subiectorum, quia variatur effectus ex subiectis: at implicat formam causare formaliter effectus cõtrarios, siuè simul siue successiuè, quia cum non causet, nisi præbendo seipsam effectui, sicut ipsa est vna, ità

D vnum tantum potest effectum causare, vt dice. infra, cum de cõparatione eorum cum effectis.

3. Opinio est dicentium formam independẽtem à materia posse esse per potentiam Dei in pluribus potentijs totalibus, siuè vnitis, siuè distinctis; at formas materiales, quæ educuntur ex potentia materiæ, non posse, quia hæ indiuiduantur ex materia, qua educuntur. Vnde existentes in alia materia deberent habere aliam hæcceitatem, atq; adeo non esset eadem, sed diuersa forma. tribuitur Thomistis.

4. Opinio est dicentium naturaliter nõ posse vnam formam esse in pluribus materijs; sed supernaturaliter posse esse, si sint modales, quia 4 *Alij negãt naturaliter concedunt supernaturaliter.*

E hæ, licet seipsis vniantur connaturalibus subiectis, tamen alijs subiectis, in quibus esset supernaturaliter vnirentur per vnionem. Hanc docent opinantes subsistentiã creatam posse vniri alienæ naturæ, nam hæc non vnitur, nisi per informationem, cum non dent effectum formalẽ subsistendi, nisi vt sunt formæ.

5. Opi-

Aliq negant id supernaturaliter in formis modalibus. 5. Opinio est dicentium formas modales nó posse etiam supernaturaliter eleuatas informare, nisi subiectum, cuius sunt modi, quia non possunt dare effectum, nisi modificando, at nó possunt modificare, nisi subiectum, cuius sunt modi: at formas entitatiuas posse eleuari ad informanda plura subiecta adæquata, etiã diuisa, quia quælibet portio materiæ habet aptitudinem ad recipiendam quamlibet formam compositi corruptibilis diuisiue, & quælibet huiusmodi forma est apta informare diuisiuè quamlibet materiæ portionem; ergo solum eleuatur formę aptitudo quoad simultatem illam pluriũ informationum, quas poterat habere diuisim; at huiusmodi eleuatio non implicat, quia non est ad actus, ad quos secundum se simpliciter habet potentiam, licet non copulatim.

Confirm. quia forma non minus naturaliter determinat sibi materiam quoad maximũ, quã quoad minimum; sed potest forma eleuari ad informandam materiam minorem ea, quã exigit quoad paruitatem: ergo etiam poterit eleuari ad informandam materiam ea, quam exigit quoad magnum.

ART. III. *Proponitur sententia Auctoris.*

5 *Quælibet forma non potest informare maiorem materiam quam exigit.* PRima Concl. forma quælibet, siuè substantialis, siue accidentalis, non potest naturaliter informare, vel maiorem materiam ea, quam exigit ex natura sua, vel ad plures. Hæc conclusio probanda est alibi ex dicendis de maximo, & minimo, quia quælibet virtus finita in quolibet genere causæ est determinata quoad maximum effectum, vltra quam non potest, vt patet ex conceptu finitudinis, quæ vt dicit terminũ in se, ita quoad effectũ. Vnde nisi augeatur virtus, non potest augeri effectus.

Hæc concl. ampliatur, non solum ad materias diuisas, sed etiam coniunctas, quia in his est maior difficultas, vt infra.

Forma non potest informare materiã adæquatam, sed diuisam. 2. Conclus. forma non potest naturaliter informare materiam sibi adæquatam, sed diuisam in duas, vel plures partes, vt v.g. anima non potest informare illud corpus, quod habet pedes, & brachia, vel similes partes diuisas, vt fusè Fõs. 5. met. c. 4. q. 4. Hæc conclusio explicanda, & probanda est in lib. de anima, nam diuersa ratio est quoad formas diuisibiles insectorum, & indiuisibiles, siuè indiuisibilitate dependentiæ, vt animæ animalium perfectorum dicũtur indiuisibiles, quia non possunt existere in partibus separatis à toto; siue indiuisibilitate partium, vt est anima rationalis, de quibus omnibus dicendum in lib. de anima, sicut etiam, qua ratione pars abscissa, si statim reliquo corpori coniungatur, animetur vt dicunt de abscissione auriculæ; vel nasi, quæ partes abscissæ solent toti conglutinari. Ex quo patet primo, multo minus posse informare simul duas materias adęquatas. Probat Masius 1. phys. cap 9. sect. 3. q. 4. primo, quia nó minus forma pendet à materia, quã accidens à subiecto, cũ pendeat à materia in fieri, esse, & conseruari: at accidens non potest simul esse in duobus subiectis.

Confir. quia plus requiritur ad informandas duas materias adæquatas, quam ad existendum in duobus locis adæquatis, cum informatio requirat existentiam in loco, sed vna forma non potest existere naturaliter in duobus locis adęquatis; ergo neq; informare duas materias.

3. Concl. quælibet forma entitatiuè, siuè substantialis, siuè accidétalis potest eleuari per potentiam Dei ad informandas duas materias inadæquatas diuisas, & discontinuas. Probant ex miraculo, quod de Diuo Dionysio narratur à Simeone Metaphraste in vita eiusdé, cuius corpus abscisso capite viuens ambulasset, ferés suis manibus proprium caput viuens, id enim factũ est, quod anima informabat corpus, & caput inter se diuisa. Neq; motus ille referri potest in spiritus, qui retinentes calorem, & motum mouebant corpus, tum quia spirituum commotio ex impetu priori recepto ab anima non potuit tandiu durare, quãdiu durauit progressio illa per aliqua miliaria, tũ quia impetus impellit versus eam partem, versus quam cæperat corpus moueri, at dum anima existit in corpore non impressit illi motum progressiuum, cum corpus inductum hoc motu ante præcisionem capitis, tum quia acceptio capitis in suis manibus nullo modo potuit oriri ex vnitate spirituũ, & impetus impressione præuia; quia illa acceptio requirit varios motus, & eos voluntarios, vt facilè patere potest legenti historiam. Et simile quid narratur de Iustino Martyre à Beda tom. 3. in eius martyrio. 6 *Forma potest miraculosè informare duas materias inadæquatas diuersas.*

Verum licet hæc vera sint, tamen hoc argumentum non conuincit, quia poterat ille motus esse ab aliqua extrinseca virtute causante motum illum corporis, & capitis, vt etiam sæpe cótingit in hominibus mortuis, vel virtute Angelorum, vel dæmonum. Quare cóclusio probatur ex necessitate naturali continuationis partium corporis, nam hæc non requiritur, nisi vt dispositio ad informationem, at forma potest eleuari ad informandam materiã carentem omni dispositione, quia dispositio nó concurrit ad informationem intrinsecè, sed vt conditio sine qua non, potest à Deo suppleri, vt inductione patet, tum in omnibus conditionibus sine quibus non; tum quia requiruntur dispositiones, ad expellendam formam oppositam, vel ad terminandam materiã ad hanc formam, at vtrũq; munus potest suppleri à Deo. Confirm. ex dicendis conclusionibus sequentibus.

4. Concl. forma modalis non potest eleuari ad informandas duas materias separatas, quia hæc non est capax informationis per vnionem sibi aduenientem, sed solum per vnionem sibi essentialem, vt alibi ostendimus cum de modis. Neq; possunt includere essentialiter vnionem cum pluribus subiectis, quia tunc nó supernaturaliter, sed naturaliter essent in pluribus, quia prædicatum inclusum in essentia nó potest illi supernaturaliter, sed naturaliter cóuenire. Vnde punctum continuatiuum non potest esse in pluribus partibus, vt subiectis, nec vnio substantialis in materia, & forma, vt subiectis. 7 *Forma modalis non potest informare duas materias separatas.*

Resp.

Resp. posset hæc conuenire modis connaturaliter, at supernaturaliter conuenire posse vniri alijs per vnionem distinctam.

Sed contra, quia sequeretur figuram posse figurare diuersas quantitates; punctum continuatiuum posse continuare diuersas partes ab his, cum quibus identificatur, vnionem posse vnire alia extrema præter ea, quæ naturaliter respicit, & similia, in quibus omnibus apparet quædam repugnantia. Tum quia id, quod est essentialiter via, non potest esse terminus. Vnde probant actionem non esse terminum alterius actionis; ergo id, quod est essẽtialiter vnio, non potest esse extremum terminans vnionem, sed omnis modus est essentialiter vnio, cum per suam essentiam vniatur; ergo non potest vniri per vnionem à se distinctam. Neq; potest vniri vt habet rationem determinatæ qualitatis, vt v. g. figuræ, & non habet rationẽ vnionis, quia vtrumq; est de essentia talis modi. Nec potest essentia vniri secundum vnum gradum, & non secundum alium. Tum quia si vt modus terminaret vnionem informatiuam, iam tota illa entitas, cum qua modus identificatur deberet informare, vt patet ex dictis de informatione graduum, & quia sicut ille modus haberet rõnem formæ, ita & entitas identificata modo, cui est vnita, nam deberet vniri subiecto extrinseco eo modo, quo illi vnitur modus. sed hæc alibi fusius sunt examinanda.

8 *Forma immaterialis potest eleuari ad informandum duas materias adæquatas successiuè & simul.*

5. Concl. forma immaterialis potest per potentiam Dei eleuari ad informandas duas materias adæquatas, non solum successiuè, sed et simul.

Prima pars probatur, quia de facto anima rationalis aliqua informabit corpus, quod secũdum plures sui partes erit omnino distinctum à corpore, quod primo in hominis conceptione informauerit, quia licet dicant manere idem corpus per æquiualentiam, non tamen quoad numericam entitatem, & quamuis dicant manere idem esse numericè quoad partes primo genitas, seu seminales, tamẽ id est valde dubiũ, nam cum accidere possit, vt cadẽ numero materia fuerit de subiecto illarum partium in diuersis hominibus, in resurrectione non poterũt eædem esse sub duplici forma vtriusq; hominis, quare necesse est, vt vna forma informet corpus careat materia primæua, etiam quoad partes primogenitas. Et præterea etiam data identitate illarum partium, non sequitur informari eandem materiam, sed diuersam, quia illæ partes comparatione partium, quæ per naturam fuerũt additæ, & mutatæ, sunt ferè nullius momenti; & licet, dum viuit homo, informatio fiat successiuè, & per partes præexistentibus vnitas, tamen in resurrectione fiet simul secundum totam materiam non vnitam alijs partibus, quæ iã defluerunt.

Secunda pars prob. quia ex 1. p. id non repugnat ex parte aptitudinis, & proportionis requisitæ inter formam, & materiam, formam nõ habere connaturalem aptitudinem ad materiã determinatam, sed ad quamlibet portionẽ materiæ, quia quælibet portio addita per nutritiuam vim, informaretur ab anima; ergo id non

A repugnat ex parte aptitudinis. Neq; ex parte finitudinis, quia nulla potentia habet finem in ordine ad potentiam Dei eleuantẽ, nam quælibet in quolibet genere potest eleuari ad omnes effectus possibiles, cum virtus potentiæ eleuatæ mensuretur, non ex viribus suis naturalibus, sed ex viribus potentiæ eleuantis, quæ se extẽdere potest ad plures effectus in infinitum, quia virtus eleuata est iuxta virtutes eleuãtis, & perfectio effectus attenditur ex virtute principali, non ex instrumentali. Confirm. ex dicendis concl. sequenti.

6. Concl. quælibet forma materialis entitatiua potest & successiuè, & simul esse in pluribus materijs discontinuis, & adæquatis. Est 9 *Forma materialis successiuè esse potest in pluribus materijs adæquatis.*

B Fonf. lib. 5. met. c. 4. q. 4. sect. 3. Suar. tom. 1. in 3. p. q. 31. sect. 5. circa finem, vbi id concedit tam de formis substantialibus, quam accidentalibus, Murcia 2. phys. disput. 13. q. 7. Primo probat Fonf. ex miraculoso motu D. Dionysij, nam si ibi forma informabat duas partes materiæ ineptas ad recipiendum informationem ob carentiã debitæ integritatis, multo magis poterit informare duas materias, quarum singulæ sunt aptæ informari, cum sint integræ.

Respondent esse diuersam rationem, quia ibi non erat carentia dispositionis, scilicet integritatis; at hic est carentia vnitatis, & carentia virtutis informatiuæ, quæ ob suam finitatem est

C determinata ad vnam materiam.

Sed contra, tum quia ibi præter defectum vnitatis, erat defectus integritatis organicæ necessario requisitæ ad informationẽ animæ, quia est apta informare corpus sine capite, vel hoc sine corpore, etiã si vnam illarum partium tantum informet. Tum quia, inquit Fonf. finitas, licet impediat eam informationem fieri naturaliter, non tamen fieri per eleuationẽ, sicut virtus actiua finita põt eleuari ad plures effectus, ijs, quos naturaliter posset, vt virtus intellectiua Sortis determinata ad intelligendum decem, potest eleuari ad viginti, imo ad intelligẽdum Deum, qui est infinitus Cle nen. ad nostrum de hæreti-

D cis, & potentia visiua determinata ad videndũ per viginti milliaria potest eleuari ad videndũ idem obiectum per triginta milliaria. Verum hæc ratio non habet vim, quia negant motum illarum partium non esse ab anima, sed à virtute extrinseca.

Secundo, probat Fonf. nam formæ diuisibiles accidẽtales esse possunt in diuersis subiectis, ergo multo magis substantiales, tam diuisibiles, quam indiuisibiles: consequentia patet, quia accidentia habent maiorẽ dependentiam à subiecto, quam formæ substantiales. Antecedens prob. tum quia nulla apparet repugnantia, cur Deus nequeat corrumpere superficiem conuexam aquæ, & concauã aeris, & ibi vnam producere, qua connectetur vtrumq; elementum, vt fit quando duo corpora discontinua continuãtur, at illa superficies esset in duobus subiectis, quod si eadem potest esse in diuersis subiectis, poterit etiam esse in illis etiam distantibus, quia repugnantia, in qua esset, magis oriretur ex diuersi-

-uersitate, quam ex distinctia subiectorum. Verum hæc probatio habet eandem difficultatē, quia negabunt id fieri posse; Vnde negabunt continuatiua esse in partibus continuatis, vt in subiecto, de qua re infra.

Tertio, probat Murcia, quia sicut potentia receptiua, & effectiua limitata possunt per cōcursum Dei effectum eleuari ad plures, & perfectiores effectus supra propriam perfectionem naturalem, & limitationem, vt omnes concedunt; ergo etiam poterit potentia informatiua.

Confir. nam sicut idem corpus potest eleuari ad occupanda plura spatia adæquata, vt contra D. Tho. 4. d. 44. q. 3. ar. 3. quæstiuncula 3. ad 3. & quodl. 3. q. 1. ar. 2. Cap. 4. d. 10. q. 1. a. 3. Dur. q. 1. Henr. quodl. 9. q. 32. ostendit Suar. tom. 3. in 3. p. d. 48. & nos infra; & idem numero effectus pendere à duabus causis totalibus, & eandem materiam informari pluribus formis non subordinatis, ita poterit eadem forma eleuari ad informandas plures materias inadequatas, quia in omnibus prædictis est eadem ratio virtutis finitæ.

ART. IV. *Proponuntur argumenta contra 6. conclusionem.*

10 *Obijcitur formam non esse vnam.* Obijcitur ex Masio, quia inde sequeretur formam esse vnam, & non vnam, nam supponitur vna, & sequitur esse plures, quia forma pendens in fieri, esse, & conseruari à materia multiplicatur ex multiplicatione materiæ, & compositorum, in quibus est forma, nam ea dicuntur vnum numero, quorum materia est vna, & plura numero, quorū materia est multiplex.

Confir. quia prima distinctio materiæ fit per diuersas formas; ergo implicat esse vnam formam, & plures materias. Vnde sequeretur eandem formam existere, & non existere, vt si vni ex illis materijs applicetur agens contrarium, ibi corrumperetur forma, atq; adeo non existeret, & tamen in alia materia existeret; & in vna materia lætaretur, & in alia tristaretur de eodē subiecto, tertio fore in duobus locis, quia forma non informat, nisi materiam sibi propinquā.

Neq; dicas hinc rectè probari non posse simul, sed non probant, quin possint successiuè, nam cum forma non possit mutare indiuiduationem, sicut nō potest simul, quia haberet duplex principium indiuiduans, ita neq; successiuè, quia non potest eadem entitas ex vna hæcceitate transire in aliam.

Confirm. 2. non minus forma substantialis pendet à materia, quam accidens à subiecto, sed hoc non potest migrare de subiecto in subiectum. ergo.

Confirm. 3. quia inde sequeretur posse eandem numero formam sæpius generari, quod implicat, nam forma generata ex hac materia posset etiam generari ex alia, & ex alia.

Confir. 4. plures formæ humanæ nō possunt esse in eadem materia; ergo neq; vna forma in pluribus materijs, quia eadem ratio est. Antecedēs probatur, quia inde sequeretur duo suppositā posse dici de se inuicem, nam ideo dicimus hoc album esse dulce, quia illa duo accidentia sunt in eodem subiecto, v.g. in lacte, sed ibi duæ formæ essent in eadem materia; ergo supposita inde resultantia dicerentur de se inuicem, at hoc implicat, quia de ratione suppositi est esse incōmunicabile; at quod dicitur de alio est illi communicabile.

Confir. 5. quia forma non potest esse in materia diuersæ speciei ab ea, cui est proportionata, vt infra; ergo neque in diuersis numero eiusdem tamen speciei. Consequentia probatur, quia repugnantia in diuersis specie oritur ex improportione, at similis improportio est in diuersis numero materijs; ergo. Minor probatur, quia ex 2. phys. c. 2. materia, & forma se mutuo respiciunt, vt hæc forma sit proportionata huic materiæ, & hæc materia huic formæ; ergo sicut hæc materia non est alia, ita forma proportionata huic, non est proportionata alij, & contra.

Respondeo negando formam pendentem ab hac materia, indiuiduari ab hac materia, 11
tum quia hæc est communis pluribus; at id, vnde sumitur principium indiuiduationis, debet esse propriū. Tum quia posset hæc forma produci per creationem, de qua re in metaphys. vbi ostendemus propositionem illam, Ea esse vnum, quorum materia est vna, & contra, esse falsam saltem adæquatè, & ad summū esse veram in compositis inadæquatè, & nullo modo est vera de forma. interim videri potest Suar. disp. 5. met. sect. 3. & Murcia 1. phys. disp. 7. q. 1. & 2. Fons. autem loc. cit. intelligit illam propositionem secundum ea, quæ naturaliter accidunt, non autē secundum ea, quæ absolutè conueniunt, de quo videdus Fons. 5. met. c. 6. q. 4. *Ea sunt vnū, quorum materia est vna, quid significet.*

Dices an sit idem numero compositum. affirmat Dur. 4. d. 43. q. 1. quia ex formæ identitate fit vna materia, atq; adeo totum cōpositū. Ego resp. cum Fons. loc. cit. Murcia, & alijs, non esse plura composita, quia sufficit vnum principium multiplicandi, sed dicitur vnum inadæquatè, sicut si plures formæ essent in vna materia. At instabis, est idem numero corpus, ergo idem compositum. *Forma cum pluribus materijs efficit plura composita.*

Resp. corpus sumi dupliciter. Primo, quantitatiuè non esse idem. Secundo, substantialiter, & hoc vel completè, & idem secundū genus, non secundum speciem, vel incompletè, & non est idem, quia diximus esse diuersas materias.

Resp. 2. etiam si ad hæcceitatem huius formæ concurrat hæc materia, tamen vbi forma per hæcceitatem facta est hæc, illam retinere potest, etiam destructa materia, quia non pēdet ab illa intrinsecè, sed extrinsecè. 12

Ad 1. Confir. resp. 1. negando distinctionem materiæ secūdum partes fieri formaliter à forma, quia fit per proprias hæcceitates, per quas partes siue sint cōiunctæ, siue diuisæ distinguūtur. Secundo, discontinuationem vero partiū materiæ fieri quidē per formam in genere causæ finalis, quia natura illas separat, vt illas aptet ad *Distinctio materiæ secundū partes fit per proprias hæcceitates.*

ad diuersas formas, tamen effectiuè fit ab agente aliquo naturali,& formaliter fit per carentiã continuatiui. Tertio, distinctionem eam materiæ fieri formaliter per formam, quæ dicitur essentialis, & specifica per cõiunctioné,vt alibi.

Ad 1. consequens resp. negando. sequi formam existere, & non existere simpliciter, sed existere simpliciter, & secundum quid (idest in hac materia) non existere.

Ad 2. consequens resp.præsentiam,& absentiam posse dupliciter cõsiderari. Primò, respectu animæ, & negatur lætari, & tristari posse, quia amicus non est illi absens, si in vno loco habeat illum præsentem. Secũdo respectu loci, & tunc potest esse præsentia respectu vnius loci, & absentia respectu alterius, atque adeo lætari de præsentia illius in illo loco, & tristari de absentia ab alio, sed tunc obiectum est diuersum, scilicet præsentia amici in loco tali, & absentia à tali, at non repugnat esse tristitiam, & lætitiam de diuersis obiectis.

13 Ad 3. consequens resp. concedendo posse esse in diuersis locis, vt optime Scotus 4. d.50. q. 2. & ibi recipere quidem poterit contraria prædicata respectiuè, idest quæ pendent à materia, & loco, & non absolute ab illis, quia se mutuo impediũt circa idem subiectum, & fortius agens impediet actionem alterius, vt infra fusius. Ex quibus patet falso ab aduersarijs supponi, has rationes demonstrare repugnantiam de coexistentia simultanea vnius formæ cum duplici materia, non autem de successiua; nam neutrum probant, cum falso supponatur principium indiuiduationis sumi formaliter à materia; atq; adeo informando successiuè diuersas materias, non esse necessarium, mutare hæcceitatem.

Non prædicata recipiat forma in diuersis existens locis.

Ad 2. Confir. resp. 1. negando, accidens non posse supernaturaliter poni in pluribus subiectis. Secundo, esse diuersam rationem dependentiæ in forma substantiali, ac in accidente, vt patet ex alibi dictis.

Ad 3. Resp. negando sequi necessario eandẽ formam sæpius generari, quia, vt diximus, indiuiduatio illius formaliter non sumitur ex materia.

14 Ad 4. Respon. negando antecedens, quia, vt ostendetur in lib. de gener. non implicat poni duas formas in eadẽ materia, de qua re interim videri possunt Her. opusc. de pluralitate formarum Fonf. lib. 5. c.4.q.4 sect.5. ad 3. Suar. tomo 1. met. disp.13. sect. 3. & 15. per totam Per.1.phys.tract.2.de forma q.7. Hurtad.disp. 4.phys.sect.2.& 3. Murcia 2.phys.disp.3. q.7. Faber Theor.73. ex Scoto in 4.dist.11.q.3. D. Thom.p.p.q.74.ar.3.& 4.Petrus de Casttouil. 1.de gener.c.de motione. Neque tamen ex informatione duarum formarum eiusdem materiæ, sequitur vel vnitas compositi, vel mutua prædicatio, qualis est in duobus accidentibus existentibus in eodem subiecto, nam est diuersa ratio, quia hæc mutua prædicatio est vera in connotatiuis, vt est album, & dulce. nam cum subiectum, quod vtroq; nomine connotatur sit idem, rectè dicitur album est dulce, & contra,

Non implicat poni duas formas in eadem materia.

A qua ratione dici potest equinatum, idest informatũ forma equina est leoninatum, idest informatum forma leonina, quia ly (equinatum, & leoninatum) sunt connotatiua. At hinc non sequitur composita ex materia, & forma equina, (quod dicitur equus) ex materia, & forma leonina (quod dicitur leo) esse idem, sicut neque compositum ex subiecto, & albedine, & ex dulcedine sunt idẽ, atq; adeo sit, vt non possint de se inuicem prædicari hæc cõposita, nominibus absolutis, vt per ly (equus) per ly (leo) tũ quia formæ accidentales sunt naturæ integræ, cum non efficiant vnam per se naturam cum subiectis, & vniuntur in subiecto, ꝙ est per se subsistens, tanquam suppositum; formæ vero substãtiales sunt naturæ partiales, nec vniuntur

Quomodo ex positione duarum formarũ in vnica materia non sequatur mutua prædicatio.

B materiæ per se subsistenti, vt supposito. At communicatio idiomatũ est inter naturas integras vnitas eidem supposito. Vnde dicitur, Deus est homo, & contra; non tamen Deus est anima, & contra; & hinc fit, vt si duæ illæ naturæ integræ constantes ex diuersis formis, vnirentur vni supposito, tunc posset esse inter illas mutua prædicatio, quia nomina significantia illas naturas haberent rationem cõnotatiuorum respectu suppositi, de qua re Fonf.5.met.cap.8.q.vlt.& nos fuse in 3.p.q.16.vbi Suar, disp.25.cætera autem quæ contra hanc opinionem dici possunt, alibi explicabuntur.

Ad 5. resp. aliqui negando antecedens, nam 15

C putant posse formam informare materiam diuersæ rationis. Respondent 2. alij concesso antecedente, negando consequẽtiã. Sed differunt in assignanda ratione diuersitatis. Nam aliqui dicunt eam esse, quia quoad formam corruptã est in materia quania, quoad species, licet non quoad indiuiduã formã corruptã; at vnitas ꝑ se attenditur ex potẽtia quoad gradus specificos.

Sed contra, quia vnitas per se non solum reperitur in rebus secundum gradus specificos, sed etiam secundum gradus indiuiduales; ergo debet ibi esse potentia, etiam in ordine ad indiuiduales: Alij vero dicunt in materia semper manere potentiam in ordine ad formam, etiam

D post corruptionem, quia eadem semper est in ordine ad actus formales, sed non manet naturalis in ordine ad agens.

Sed contra, nam vrget idem argumentum, quia per corruptionem formæ nõ mutatur potentia materiæ secundum suam potẽtiam essentialem. Quare tertio alij dicunt manere potẽtiam, tam respectu formæ, quam respectu agentis, sed nõ posse, quia non producitur forma in indiuiduo, nisi ex decreto primæ causæ, de qua re nos alibi, quare non manet potentia in ordine ad agens, nõ ex defectu aliquo intrinseco potentiæ, sed ex extrinseco cõnotatiuo, quod deest.

E *ART. V. Soluuntur argumenta initio proposita in secunda, & tertia opinione.*

AD primum secundæ opinionis resp. negando formam non posse eleuari ad plures effectus supra suam naturam. Ad primam probationem resp. non eleuari formam per virtu- 16

tem

tem ſuperiorem concurrendo in genere cauſæ formalis, ſed concurrendo effectiue, vel producendo in formationem eiuſdem formæ in alia materia. Ad ſecundam probationem reſp. vel id, quod ſupponitur eſſe falſum; vel ſi eſt verũ, negatur eſſe ſimilẽ rationem, quia forma reſpectu materię diuerſæ rationis nullam habet proportionem requiſitam ad vnitatem per ſe compoſiti: At in diuerſis materijs indiuiduali ter eſt proportio cum eadem forma, nam dum eleuatur non datur noua proportio, ſed eadem, quæ erat ad diuerſas materias diuiſim fit, vt ſit coniunctim per virtutẽ effectiuam ſuperioris agentis. Ad Conf. illas eſſe formas modales, quæ nõ ſunt eleuabiles.

Ad 2. arg. patet ex dictis, quã ratione nomina ſubſtantiua, & qua ratione adiectiua plurificentur, nam communiter dicitur adiectiua plurificari ex pluritate ſubiectorum, ſeu ſuppoſitorum, etiam ſi ſit vna forma, & contra eſſe vnã ex vnitate ſubiecti, etiam ſi ſint plures formæ; at ſubſtantiua habere vnitatem ex vnitate formæ, vel ſubiecti, ſeu ſuppoſiti: ſed ad eorum pluralitatem requiri, & formæ, & ſubiectorum, ſeu ſuppoſitorum pluralitatem, vnde dicũt ibi eſſe vnicum compoſitum, ſicut D. Thom. 3. p. q. 3. ar. 7. docet fore vnum hominem ſi Verbum tres humanitates aſſumeret. At inſtatur ibi ſunt duæ materiæ, quarum ſingulæ habent ſuas proprias ſubſiſtentias partiales; ergo erũt plura ſuppoſita.

Reſp. negãdo conſequentiam, quia illæ ſubſiſtẽtiæ nõ ſunt ſufficientes ad cõſtituenda ſuppoſita, niſi compleantur per ſubſiſtentias formarum, ſicut entitas partialis materiæ non eſt apta conſtituere determinatam naturam, niſi compleatur per formã, & ideo ex diuerſitate, vel vnitate formarum, conſtituitur vnum, vel diuerſum ſuppoſitum, ſiue ſpecie, ſiue numero, iuxta qualitatẽ formarum, quæ dicta nunc ſupponuntur, ſed alibi erunt examinanda.

Ad 3. reſp. nõ poſſe formã informando dare contrarios effectus formales, vt recte probat argumentum, quia ſingulis materijs, etiã ſi ſint diuerſę tribuunt totum eſſe, quod in ſe habent, quod ſi materia non eſt capax effectus formalis, neq; erit capax informationis, vt dixi; Neq; obſtat, quod forma dicitur ſui abſentia, & præſentia cauſare cõtraria, quia illa cauſatio nõ eſt per eandem formam ſumptam, eodem modo, quia per ſui præſentiam cauſat effectus; at per abſentiam non cauſat ipſa aliquem effectum tãquam forma, ſed potius negatio eius cauſat aliquem effectum negatiuum, reſpectu cuius forma non ſe habet, vt forma informans, ſed vt terminus negatus.

Forma abſens cauſat effectũ negatiuũ aliquem, ſed non ſe habet, vt forma informans

Ad fundamentum tertiæ opinionis patet ex dictis formas etiam eductas non indiuiduari formaliter per materiam.

Ad fundamentum quartæ opinionis reſp. ex dictis, modum non poſſe vniri alienæ naturæ per vnionem à ſe diſtinctam.

A

DVBITATIO III.

An forma poſſit informare materiam diuerſæ rationis, cum qua nullam habet proportionem naturalem.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

PRima opinio eſt dicentium quamlibet formam poſſe informare quamlibet materiam, etiam diuerſæ ſpeciei, vt formæ inferiores materiam cæleſtem, & formæ cæleſtes materias inferiorum, fundamentum, quia non minor proportio requiritur inter cauſam efficientem, & effectum, quam inter formam, & materiam; ſed cauſa efficiens poteſt eleuari ad effectum, ad quem nullam habet proportionem naturalem, vt aqua ad producendum gratiam; ergo etiam forma ad materiam informandam, ad quã nullam dicit proportionẽ naturalem. Maior probatur, tum quia non minor perfectio requiritur in agente reſpectu effectus, quam in forma reſpectu materiæ, tum quia ſicut non quodlibet recipitur in quolibet, ita neq; quodlibet fit ex quolibet, ſed determinatum à determinato.

1 Opinio affirmans.

Probatur à paritate efficientis.

B

Confir. 1. quia non magis determinatur potentia informatiua ad materiam, quam potentia cognoſcitiua ad ſuum obiectum; ſed potentia cognoſcitiua poteſt ferri extra obiectũ ſibi connaturale, vt intellectus circa viſionem intuitiuam Dei, quia ſatis eſt, quod potentia, quæ eſt eleuãda participet rationem aliquam communem, vt poſſit eleuari ad obiectum alterius rationis; ergo ſimiliter poteſt forma eleuari ad informationem materiæ alterius rationis, quia materia informabilis, poteſt eleuari ad formas ſe ſuperiores, at forma quia eſt informatiua poteſt perfici ſecundum rationem informationis.

C

Conf. 2. quia ſi qua eſſet ratio cur implicet, vel eſſet ex parte informationis, & nõ, quia patet dari potentiam obedientialem poſſibilem paſſiuam, ſicut & actiuam, vt in anima rationali, quæ gratia, & ſupernaturalibus qualitatibus informatur; vel ex ratione talis informationis ſcilicet ſubſtantialis, & neq; quia non eſt maior ratio, cur informatio accidentalis poſſit eſſe in ſubiecto habente potentiam obedientialem, & non ſubſtantialem. Neq; dicant diuerſam eſſe rationem, quia accidentalis non ordinatur ad vnam naturam per ſe, at ſubſtantialis ordinatur ad vnam per ſe naturam; at non poteſt eſſe vnitas per ſe ſine proportione quadam naturali. Non (inquam) id dicant; tum quia materia reſpectu formæ corruptæ non habet potentiam naturalem, ſed obedientialem, & tamen ex illis fieret vnum per ſe, ſi per potentiam Dei vnirẽtur, vt patet ex reſurrectione mortuorum; tum quia ex vnione humanitatis cum Verbo fit per ſe vna perſona, & tamen ibi non eſt vlla potentia naturalis, ſed omnino obedientialis. Hanc videntur ſequi Thomiſtæ aſſerentes ex D.

D

E

Thom.

Thom. q.6. de potentia ar. 4. & q.27. de veritate ar.4. ad 4. & 4.d.1.q.1.ar.4. & 3.p.q.62.a.4. in corp. & ad primũ, & placet Capræol. 4.d.1. q.6. quare secundum horum sententiam nullã vim habet argumẽtum, quia sicut potest informare materiam diuersæ rationis, ita & plures eiusdem rationis.

2 *Opinio negãs* Secunda opinio est negãtium, sed solum formam posse informare materiam, ad quã habet essentialem ordinem, seu proportionem, ita Fonf. 5.met.c.4.q.4.sect.5. Murcia 2.phys.disp. 4.q.9. Suar.tom.1.in 3.p.d.31. sect.5. vbi negat formam spiritualẽ esse posse in corpore depẽdenter, imo nec fidem posse esse in voluntate, vel charitatẽ in intellectu, & q.2.ar.1. in expositione textus, & 1.p.t.2.l.8.c.14 num.28. vbi negat posse dari eleuationẽ in causa formali; & materiali. Probat Fonf. quia informatio formæ substantialis ordinatur ad vnam naturam per se compositam, at vbi partes non se mutuo respiciunt essentialiter, non potest esse vnio, & cõpositio per se, quia cum se respiciant per sua essentialia, se respicient per accidentalia, atque adeo erit vnum per accidens.

Confutantur probationes aliorum. Sed hæc ratio non videtur satisfacere, tum quia dictum est vnionem hypostaticã ordinari ad vnam personam per se. Tum quia, etiam si concedatur ex illis non fieri vnam naturam per se, sed per accidens, non esset absurdum, quia deesset mutua cõnaturalis respicientia, & licet naturaliter quodlibet nõ possit vniri cum quolibet, sed determinatum cum determinato, tamen supernaturaliter potest, vt patet ex dictis de virtute actiua respectu effectus.

Secundo, Alij probant, quia inde sequeretur formam aliquam materialem posse vniri Angelo, imo alteri formæ per veram informationem, quia in informatione non sequitur supernaturaliter proportio, sed facile soluitur requiri aliquam proportionem, secundum rationem genericam, vt scilicet in forma sit vis informatiua, & in subiecto vis informabilis, quę deinde eleuantur intra latitudinem informationis, at quãdo subiectum non habet vim informabilem eleuaretur extra latitudinem sui obiecti, sicut dicitur, quod visus non potest eleuari ad percipiendum sonum, sed potest ad colorem excedentẽ suam perfectionem, quia cõtinetur confusè intra latitudinem sui obiecti, & idem patet de eleuatione intellectus ad cognitionem intuitiuam.

Tertio, Alij probant, quia hinc sequeretur posse corpora inanimata eleuari ad actiones vitales, vt lapis ad sentiendum, & intelligendum, & similia, sine potentijs vitalibus, quia ad hos actus requiritur duplex concursus. Vnus in genere causæ efficientis, & ad hunc posse eleuari, patet ex eleuatione aquæ ad spiritualem actionem, qua producitur gratia. Alter in genere causæ materialis, sed si forma potest eleuari ad informationem subiecti sibi improportionatã naturaliter, poterit etiam horum subiectum eleuari ad recipiendam informationem horum actuum vitalium, cum informatio, & receptio vel sunt idem, vel necessario connexa, nam si quid impediret, solum esset informatio. Sed hæc ratio solui posset. Primo secundum eos, qui concedunt hos actus secundum entitatem posse nostro modo recipi in quolibet subiecto, licet non vitali modo, quod hic modus essentialiter respiciat potentiam vitalem. Secundo, negari potest consequentia, quia huiusmodi actus habent specialem ordinem in sua essentia ad potentias vitales, quare vt res non potest recipere prædicatum destructiuum suæ essentiæ, ita neque hi actus informationẽ alterius subiecti, quam vitalis, quia actus informationis horum actuum essentialiter includit vitalitatem, non quidem potentiæ, sed actuum, atq; adeo actualem coniunctionẽ cum potentia vitali.

Quarto, Alij probant ex natura informationis, quæ consistit in intrinseca quadam compositione, & vnione formæ cum subiecto; at omnis huiusmodi compositio requirit aliquã proportionem inter extrema, qualis non est inter formam, & materiã huiusmodi; ergo inter hæc non potest esse informatio. Minor prob. tum quia non quodlibet est aptum vniri cuilibet; tum quia si dari posset vnio inter extrema improportionata, maximè est inter accidentia supernaturalia, vt gratiam, & gloriam, & animam rationalem; sed hæc accidentia requirunt in subiecto aliquam proportionem; nam recipi possunt in illa, & non in ligno, & ratio est, quia cũ sint qualitates necessario dicũt ordinem essentialem, atq; adeo naturalem ad aliquod subiectum, nam nihil potest esse naturalius rei, quam essentia, sed non potest dicere ordinem hunc ad substantiam supernaturalem, quia hæc est impossibilis, ergo ad naturalem substãtiam, hæc autem est substantia spiritualis, & licet ex parte subiecti non sit potentia naturalis ad huiusmodi formas, tamẽ satis est, quod sit obedientialis, quia cum huiusmodi formæ non sint producibiles per potentiam naturalem, sed solũ supernaturalem, non possunt supponere in subiecto potentiam naturalem, sed solum obedientialẽ, quatenus est receptiuum formarum solum ex vi diuersæ potentiæ. Neq; est absurdũ aliquod supernaturale essẽtialiter respicere ens aliquod naturale, vt dicit potentiam obedientialem respectu Dei, quia hoc est necessario concedendum ex vi rationis propositæ, nam licet potentia obedientialis nõ dicatur naturalis in ordine ad agens, & actum, quia respicit actum supernaturalem, est tamen naturalis in ordine ad subiectũ, nã includitur in conceptu essentiali entis creati, vt ait Suar.tom.1.p.3.q.13.ar.1.disp. 31.sect. 5. circa finem, vbi etiam asserit esse illi innatam, licet non denominet rem simpliciter potentem, quia concursus necessarius ad operãdum nec est illi naturalis, nec debitus. & hinc sect.6. ad 2.argum. refert Scotum q.1. prol. & 4.d.49.q.9.& 10. appellare illam naturalem. At Ferr.3. cont.gent. c.51. circa finem, dicit illam esse partim naturalẽ partim non naturalẽ. Vnde Suar. sect.6. ad 2. 5. atq; hic constat, negat esse potentiam aliquam supernaturalem secundum substantiam, quia quod est de natura entis natura-

turalis, non eſt illi ſupernaturale, vt ait ibi §. tertio num. quare §. ſecundo principaliter, ait poſſe dici quodammodo naturalem; tum quia non eſt proprie ſupernaturalis. tum quia quidquid entitatis in illa eſt, naturale eſt, & naturæ congenitum, ſed quoad modum agendi, vel munus potentiæ, non poteſt dici naturalis, quia non agit iuxta commenſurationem propriam, & propriam ſpecificationem, neq; cum concurſu ſibi debito. Neq; ad actionem, vel effectum ſuæ naturæ proportionatum, & quia non eſt naturæ ſuperaddita, & infuſa non poteſt dici ſupernaturalis, ſed obedientialis, quia non operatur, niſi ex imperio Creatoris cum extraordinario, & non debito concurſu.

Dices, etiam ſi in forma ſit ordo ad ſubiectũ, vt habet potentiam obedientialem, non tamen in ſubiecto eſt proportio reſpectu formarum ſupernaturalium, quia non habet ordinem trãſcendentalem ad illas; ergo non eſt capax informationis illarum.

Reſpondeo, duplicem eſſe proportionem, vnam poſitiuam, & reperitur in potentia, quæ eſt ordo connaturalis ad formam, & hæc non eſt neceſſaria ad informationem. Alteram negatiuam, quæ conſiſtit in negatione repugnantię cũ ſubordinatione ad aliquod agẽs, & hæc ſufficit ad informationem, quæ poteſt eſſe in ordine naturali, vt in quãtitate reſpectu accidentium, quæ poteſt recipere iuxta opinionem dicẽtium quantitatem concomitanter eſſe receptiuam, & non ex naturæ inſtitutione, vel ordinis ſupernaturalis, qualis eſt ſubſtãtia creata reſpectu ſupernaturalium accidentium.

4 Sed hæc ratio rem non omnino demonſtrat, quia etiam ſi forma ſit naturaliter determinata quoad materiam, tamen de potentia abſoluta non eſt determinata. ſed poteſt eſſe extra illam, quam naturaliter reſpicit, ſicut dicitur de informatione plurium materiarum adæquatarũ, & ratio eſt, quia licet requiratur aliqua proportio, tamen ea nõ debet eſſe naturalis, ſed ſatis ſi ſit obedientialis, at quæ ſit ex potentia creationis, cui ſubiacent omnia, non ſolum quoad vim actiuam, ſed etiam quoad informationem.

Quinto, Alij probant, quia ita eſt ordo intrinſecus formæ ad informationem, & ſuã materiam, ſicut potentia vitalis ad ſuum actum, & obiectum, ſed potentia vitalis non poteſt ferri extra ſuum obiectum adæquatum, vt viſus circa ſonum; ergo neq; forma extra ſuam materiã, à qua adæquatè ſpecificatur, vt termino, quem eſſentialiter reſpicit; ſed hæc ratio habet aliquã difficultatem, tum quia aliqui putant poſſe potentiam viſiuam concurrere ad auditionẽ, licet non vitaliter, quia poſſet Deus eleuare illã potentiam ad adiuuandum auditum in audiendo. tum quia eſt diuerſa ratio, quia viſus ſpecificatur per viſionem, quæ eſt repræſentatio obiecti, atq; adeo viſio non poteſt produci vitaliter, niſi à potentia capaci talis repreſentationis, & imaginis; at forma ſpecificatur ex informatione, quæ eſt eiuſdem rationis, ſiue ſit in tali, ſiue tali materia.

5 Tertia opinio eſt dicentium, quod ſicut ſubiectum eſt duplex. Vnum capax formarum ſubſtantialium, & accidentalium, vt eſt materia partialis, ſiuè inferiorum, ſiuè cæleſtium formarum. Aliud incapax ſubſtantialium, ſed capax accidentalium, vt eſt ſubſtantia, ita dicunt de potentia abſoluta, quamlibet formam ſubſtantialem poſſe informare quodlibet ſubiectum capax alicuius formæ ſubſtantialis, etiam ſi naturaliter ſit determinatum ad formas vnius generis. At vero non poſſe informare ſubiectum incapax formæ ſubſtantialis, qualis integra ſubſtãtia, ſiuè cõpoſita, ſiuè ſimplex. At vero formas quaslibet accidentales poſſe informare quodlibet ſubiectum capax, ſiuè naturaliter, ſiuè obedientialiter effectus formalis; at quando eſt incapax effectus formalis non poſſe. Fundamentum prioris partis patet ex dictis in prima opinione. Fundamentum vero ſecundæ partis patet, quia vbi eſt capacitas effectus formalis, ibi eſt capacitas informationis. Et vtraque pars probatur, quia quando potentia habet ex natura ſua actum, qui conuenit cum alio actu in genere proximo, poteſt eleuari ad alium actum intra ſuum genus; hac enim ratione intellectus poteſt eleuari ad viſionem intuitiuam Dei, quia poteſt ex ſe habere cognitionem Dei, quæ cõuenit in genere cum viſione intuitiua eiuſdem Dei; ſed informatio materiæ A, conuenit in genere cum informatione materiæ B, ergo forma potens naturaliter informare A, poteſt eleuari ad informandum B. Hinc deducunt formam ſubſtantialem non poſſe eleuari ad informandũ Angelum, neq; ad informandum aliam formã, quia hæc non ſunt capacia formarum ſubſtantialium.

Opinio diſtinguens ſubiectum duplex capax formarum.

Secundo, ſequitur accidens ſpirituale poſſe informare ſubiectum corporeum, quia poteſt hoc eſſe capax effectus formalis illius, vt ſi v.g. corpus eleuetur ad motum ſimilem, quem habet Angelus, & contra, poteſt accidens corporale eleuari ad informandum ſubiectum ſpirituale, vt ſi anima per potentiam obedientialem eleuetur ad recipiendam immediate viſionem corporalem.

ART. II. Continens opinionem Auctoris.

PRima Concl. forma ſubſtantialis non poteſt eleuari ad informandum ſubiectum incapax informationis formæ ſubſtãtialis. Probatur quia illud eſt incapax effectus formalis, quod conſiſtit in vnione duarum partium ad vnum per ſe compoſitum, quia ex illo ſubiecto, & forma non poteſt reſultare vna per ſe naturã, vt dicemus de vnitate per ſe. 6

Forma ſubſtãtialis non põt eleuari ad informandũ ſubiectum incapax formæ ſubſtantialis.

Dices, ſicut ex Verbo, quod eſt ſuppoſitum integrum, & humanitate fit vnum ſuppoſitum humanum, ità ex illo ſubiecto, & forma formali debet fieri vna natura per ſe.

Reſp. negando conſequentiam, quia eſt diuerſa ratio, nam in Chriſto eſt vna perſona, quia ibi perſonalitas eſt ſimpliciſſima entitas, & non eſt compoſita ex duplici ſubſiſtentia, at humanitas eſt imperfecta in ratione ſubſiſtendi, cum careat propria perſonalitate; vnde perſona di-

In vnione hypostatica verbi nō additur personalitas personalitati.

uina supplendo humanitatem facit vnum per se cum humanitate ratione subsistendi, sicut faceret cum propria personalitate, at existentia integra cum forma deberet efficere vnam per se naturam, cum tamen sit in se integra natura. Vnde forma illi aduenjens non poterit efficere cum illa naturam vnam per se. At instabis, sicut persona Verbi subsistens in diuinitate est integra persona, ita substantia hæc, quæ ponitur esse subiectum est integra natura, & sicut humanitas indiget personari, ita forma indiget subiecto informabili; ergo vtrobiq; est eadem ratio. Resp. ibi esse vnam personalitatem, qua suppositatur humanitas, & non additur personalitas personalitati, at hîc supponitur natura integra, cui additur altera natura partialis ad constituendam tertiam naturam per se vnam, quod videtur repugnare.

7

Forma non informare pōt subiectum incapax effectus formalis specifici.

2. Concl. forma non potest informare subiectum incapax effectus formalis specifici, quem ipsa apta est dare subiecto, quia informatio nō est aliud, quam communicatio effectus formalis, quare vbi est incapacitas, etiam per potentiam diuinam effectus formalis, ibi erit incapacitas informationis; sed implicat formam informare secundum gradum superiorem, & nō secundum gradum inferiorem, sicut implicat existere superius sine inferiori, vt diximus; ergo implicat formam informare subiectum incapax effectus specifici ipsius formæ. Hinc patet implicare intellectum informare lapidem, etiam vt est qualitas, quia implicat lapidē recipere effectum formalem intellectus, quia non potest intelligere. Neq; dicas ibi recipi intellectum, sub ratione qualitatis, & non intellectus, quia implicat aliquid esse quale, & nō in aliqua specie qualitatis; & idem vniuersaliter dicendum est de omnibus formis. Neq; video in hac conclusione posse esse difficultatem, nisi solum in specificis formis, scilicet tale subiectum sit capax effectus huius, vel illius formæ, quod exagitare non pertinet ad hunc locum, sed ad singulas materias.

8

Subiectum spirituale potest eleuari ad recipienda alia accidentia corporalia nō vero quantitatē.

3. Concl. probabile mihi est, subiectum spirituale non posse recipere quantitatem, posse tamen eleuari ad recipienda accidentia corporalia.

Prima pars prob. quia hoc subiectum nō est capax extēsionis, quæ est effectus formalis quātitatis; ergo neq; potest esse capax informationis quantitatis.

Secunda pars probatur, quia non potest esse repugnantia ex parte subiecti, vel ex parte formæ, vel ex parte informationis, quarto ex parte dispositionis. Sed ex nullo capite potest oriri repugnantia. ergo. Non ex primo, quia cum subiectum spirituale sit perfectius corporali, non deest illi virtus ad sustentandum, & quia habet suam sphœram loco habitationis, nō minorem, quā subiecti corporalis, coexistere poterit formæ corporali, & quia est aptum informari naturaliter per formas accidentales spirituales, nō deest illi virtus eleuabilis; nā sicut anima pōt eleuari ad formas sūpnaturales sibi indebitas propter imperfectionem suam, multo magis poterit subiectum spirituale eleuari ad formas indebitas propter perfectionem subiecti, quia hîc est minor repugnantia, quam ibi, cum hic sit excessus virtutis, ibi defectus. Neq; potest esse repugnantia ex secundo capite, quia forma accidentalis, propter suam imperfectionem exigit subiectum, tum vt sustentetur, tū vt constituat vnum compositum operatiuum, at vtrumq; potest perfectius haberi ex subiecto spirituali, quam ex corporali, nam spirituale subiectum sustentare potest, & componere, vt patet. Neq; est repugnantia ex tertio capite, quia licet naturaliter substantia spiritualis non possit esse capax effectus formalis huiusmodi formarum, vt albefactiuæ, vel calefactiuæ, & similium qualitatum, tñ non apparet, cur non possit per potentiam diuinam eleuari, vt per huiusmodi qualitates qualificetur, sicut enim eleuatur ignis inferni ad cruciādas animas per impressionem alicuius qualitatis, quam naturaliter, nec ignis potest producere, nec anima recipere, cur non poterit anima eleuari ad recipiendum calorem igneum, vel species corporeas ignis, quibus cruciatur. Neque ex quarto, quia dispositio requisita ad huiusmodi qualitates est quantitas, at non implicat huiusmodi qualitates separari ab omni quantitate secundum sui existentiam; ergo neq; quoad informationem, quia effectus formalis nō potest magis intrinsece exigere huiusmodi dispositiones, quā ipsa existentia formæ, cum effectus formalis nō sit, nisi existentia formæ subiecto vnitæ.

Probatur ex nullo capite esse repugnantiam.

Confirm. quia dependentia formæ à dispositione nō est essentialis; ergo potest alio modo à Deo suppleri.

Obiectio esset diuisibilis illa forma.

Dices, subiectum illud esset indiuisibile, at huiusmodi formæ sunt diuisibiles; ergo communicant diuisibilitatem subiecto; at implicat subiectum indiuisibile recipere diuisibilitatem; ergo.

Resp. 1. secundum multos huiusmodi formas non habere ex se diuisibilitatem, sed beneficio quantitatis, quare in subiecto indiuisibili erunt indiuisibiliter, quia ibi nulla adest quantitas, per quam extēdantur, sicut dicitur de substantia separata à quantitate, quod esset indiuisibiliter.

Qualitates corporea habent partes extensas penetrabiliter, quia non extendunt, sed qualificāt subiectum.

Resp. 2. secundum eos, qui dicunt huiusmodi qualitates corporeas habere ex se partes etiā spatio extensas penetrabiliter illas non communicare subiecto, nisi per cōiunctionem, quia effectus illarum formalis non consistit in extensione subiecti, sed in qualificando subiectum per suas partes coexistentes subiecto, & ratio, quia sola quantitas habet, vt informando non solum communicet suas partes per cōiunctionem subiecti, sed illius partes inextensas extēdat per spatium, quia est extensa, & diuisibilis, vt quo, at non sic aliæ formæ, quæ solum sunt extensæ, vt quod.

9

2. Obiectio.

Dices 2. forma informando educitur de potentia subiecti, vt pars ex parte, & tota ex toto subiecto; at hoc non potest esse in huiusmodi informatione, quia ibi non est pars vt pars.

Resp. negatur antecedens, quia licet id natura-

turaliter emanat, tamen ſupernaturaliter totum
ſubiectum concurrit ad totam, & ſingulas par-
tes formæ, quia totum informatur ex tota, &
ſingulis partibus formæ, licet nõ totaliter, quia
in alio ſpatio exiſtens informatur vna parte, &
alia informatur alia parte formæ, vt v. g. totus
Angelus propter ſuam virtualem diuiſibilitatẽ
exiſtit in ſpatio B, habente duas partes ſcilicet,
C, & D, iam forma, quæ occupat totum ſpa-
tiũ B, per ſuas partes illius partibus correſpõ-
dentes, vt coexiſtit Angelo exiſtente in B, &
eius partibus coexiſtit etiam formæ ibi exiſten-
ti, atq; adeo Angelus à nulla parte formæ diſtat.

3. Obiectio de vexatione animarum in inferno.

Dices 3. Theologi communiter aſſerunt ani-
mas vexari in inferno per receptionem ſpecie-
rum ſpiritualium, at ſi eſſent capaces qualitatũ
corporalium dixiſſent vexari per ſpecies cor-
porales immiſſas ab igne. Reſp. 1. id non ab
omnibus concedi. Secundo, etiam ſi commu-
niter dicatur. Tum quia id dicunt, quia id eſt
connaturalis ſubiecto, vt ſcilicet recipiant ſpe-
cies ſpirituales, quia quidquid recipitur per
modum recipientis recipitur. Tum quia ſpe-
cies corporales nõ eſſent ex ſe aptæ ad torquẽ-
dos ſpiritus, ſed indigerent noua eleuatione.
Tum vt poſſint deſeruire ipſorum cognitioni.
Tum ad inferendum dolorem, qui infertur per
qualitatem dolorificam, qua ſoluitur temperies
organi, & appræhenſã per ſpecies. Deniq; non
deſunt, qui dicunt ab igne immitti in ſpiritus,
qui torquentur qualitatem dolorificam corpo-
ream, vt Henr. vel vt alij ſpiritualem, de qua re
nos fuſe in 1. p. interim videri poteſt Suar. p. p.
tom. 2. lib. 8. c. 13. & 14.

10 *Qualitas ſpiritualis poteſt informare ſubiectum corporale.*

4. Concl. probabile eſt qualitatem ſpiritua-
lem eleuari poſſe ad informandum ſubiectum
corporale, quia illa repugnantia non poteſt ori-
ri ex ratione informationis, nam forma ſubſtan-
tialis, in qua requiritur maior proportio cum
ſuo ſubiecto ob vnitatem per ſe, effectus, etiam
ſi ſit ſpiritualis informat ſubiectum corporale,
vt patet in anima rationali. Neque ratione de-
pendentiæ, quam forma accidentalis habet à
ſubiecto. Tum quia maior proportio requiri-
tur inter formã, & materiam ratione actus in-
formandi, quam ratione actus ſubſtentandi; &
tamen quoad illum non habent improportio-
nem cauſantem impoſſibilitatem; ergo neque
quoad hanc. Tum quia ſicut poteſt Deus con-
ſeruare formam accidentalem ſpiritualem ſine
ſubiecto; ergo multo magis poterit mediante
aliquo ſubiecto corporali, quia non apparet,
nempe cur nõ poſſit adiuuare ad illum actum.

Dices eſſe repugnantiam quoad inhæſionẽ,
quia accidens ſpirituale eſt totum in qualibet
parte, imò in quolibet puncto ſubſtantiæ cor-
poralis; ergo ſubſtẽtatur à ſingularibus, & quia
eſt in omnibus partibus, ſubſtentatur adæquatè
ab omnibus; ergo tanta virtus ſubſtentatiua eſt
in vna quãtitate in omnibus partibus, quæ par-
tes eſſent æquales toti.

Qualitas ſpiritualis dupliciter eſt in ſubiecto.

Reſpondetur, dupliciter poſſe fingi qualita-
tes ſpirituales eſſe in ſubiecto corporali. Primo
vt ſubſtentetur adæquatè ab vna, vel alia parte
indiuiſibili illius ſubiecti. Secundo, vt ſub-
ſtentetur adæquatè ab omnibus partibus, & in-
A diuiſibilibus illius. Vtraq; enim ratione poteſt
concurſus neceſſarius ad exiſtentiam qualitatis
præberi à ſubiecto. Si primo modo cum con-
curſus vnius partis ſit minor, quam concurſus
omnium partium, tunc deberet cõcurſus Dei,
quo adiuuatur, & eleuatur eſſe maior, quam
quando concurſus ſubſtentatiuus præbetur ab
omnibus partibus. Contra verò q̃ſi concurſus
p̃beretur ab omnibus partibus, quia ſi qualita-
tes indigent cõcurſu, vt tria, qui debet præberi
à pluribus, quo vnius concurſus eſt minor, eo
concurſus alterius debet eſſe maior, & contra.

5. Concl. probabile eſt formã ſubſtantialem,
B quę naturaliter reſpicit materiam vnius ſpeciei 11
poſſe eleuari ad informandam materiam alte-
rius ſpeciei, quia nulla ibi apparet repugnan-
tia, vt probant argumenta primæ ſententiæ, &
apparet ex ſolutione argumentorum ſecundæ
ſententiæ.

Forma ſubſtãtialis, quæ naturaliter reſpicit materiã vnius ſpeciei, poteſt leuari ad informandam materiã alterius ſpeciei.

Confirm. nam tripliciter poteſt eſſe mate-
ria diuerſæ ſpeciei ab hac. Primo, quæ ſit re-
ceptiua plurium formarum, quam ſit hæc, &
reſpectu huius apparet nullam eſſe repugnan-
tiam, quia naturaliter poterit etiã hanc recipe-
re, licet ſibi vniuerſaliori ratione, quam nunc
C recipiatur, ſicut ſenſus communis percipit co-
lorem ſub vniuerſaliori ratione, quam illum
percipiat viſus. Secũdo vt materia illa ſit ex na-
tura ſua determinata ad plures quidem formas
recipiendas, ſed pauciores, quam hæc materia,
licet non poterit recipere naturaliter formas,
quæ ſunt extra illas, ad quas eſt determinata,
tamen non apparet repugnantia, cur non poſ-
ſit recipere per eleuationem, alias, ſicut effi-
ciens poteſt per eleuationem ad alios effectus,
quam ad illos, ad quos eſt determinata natura-
liter. Conf. quia huiuſmodi formę excluſæ poſ-
ſunt recipi naturaliter in eadem materia cum
formis incluſis in illa materia; ergo cum appa-
D reat, cur non poſſit potentia determinata ad
certas formas, eleuari etiam ad alias, cum con-
ueniat ſub aliqua ratione.

3. vt materia poſſit recipere plures quidem
formas, ſed diuerſæ ſpeciei ab omnibus, quas
poteſt recipere, & hæc materia informatur, quia
ſicut ſunt poſſibiles aliæ primæ qualitates inter
ſe contrariæ, ex quibus oriuntur aliæ ſecundæ
qualitates, ita poſſunt diſponere ad alias formas
independentes à noſtris qualitatibus; tunc enim
materia harum formarum ſuſceptiua ſpecie
differret à materia, cum habeat ſpecificatiuum
diuerſum, & reſpectu huius materiæ eſt maior
difficultas, an poſſit forma extrinſeca ſaluari ad
E illius informationem, tamen non apparet cur
ſit maior repugnantia reſpectu huiuſmodi ma-
teriæ, quam alterius; nam ſi quando forma eſt
improportionata naturaliter reſpectu vnius
materiæ, & in vtraq; materia eſt potentia ad re-
cipiendum aliquam formam ſubſtantialem,
ſi reſpectu vnius poteſt eſſe eleuatio, poterit
etiam eſſe reſpectu alterius.

4. poteſt materia eſſe diuerſæ ſpeciei, quod
ſit receptiua vnius tantum formæ diſtinctæ ra-
tionis ab omni forma compoſiti corruptibilis,

qualis est mā formæ cæli, & respectu huius etiā dicimus formam corruptibilē posse eleuari ad informationem, quia illa est capax informationis; sed per eleuationem solum illa informatio determinatur ad hanc formam, quod sicut informatio terminatur ad formā cælestem; ita per potentiam Dei datur informatio terminata ad formam corruptibilem.

12 *Opposita sententia probabilior.* 6. Concl. probabilius tamen est, formam non posse eleuari ad informationem materię diuersæ speciei ab ea, quam ex natura sua respicit. Primo, quia est communis, vt patet ex dictis, & supponit Suar. tom. 1. in 3. p. q. 2. ar. 2. in explicatione textus, vbi ex D. Tho. ait, nullum actū posse verè informare aliquam materiā, vel subsistentem, nisi natura sua sit forma eius habens naturalem proportionem cum tali subiecto. Et probatur, quia vt implicat aliquid fieri album formaliter per id, quod natura sua non sit formaliter albedo, ita implicat aliquid esse informatum, nisi per actum, qui essentialiter conuenit ratione formæ respectu illius; nam ob hanc rationem dicitur, effectum formalē non posse esse sine causa formali, quia cum forma sit omnino intrinseca causæ, sequitur eius influxum requirere esse quoddam proportionatum, atq; coaptatum alteri, cum quo quasi seipsum formaliter, & intime præbendo, talem effectum constituere debet. Verum hæc ratio eludi potest, quod huiusmodi formæ sunt essentialiter formæ, licet non connaturales subiecto; ergo non daretur effectus formaliter sine causa formali, sicut humanitas, licet naturaliter personetur personalitate creata, tamen de facto est personata per personalitatem diuinam, quæ licet non sit forma informans, tamen habet formaliter rationem personalitatis.

13 *Probatur ex ratione potētiæ informatiuæ.* Ego probo ex ratione potētiæ informatiuę, quæ non potest suppleri in eodem genere, nisi vel eadem virtus informatiua perficiatur, vel alia virtus addatur, sed huiusmodi forma ex eleuatione non perficitur in genere causæ formalis quoad virtutem informatiuam, quia manet eadem; neq; additur virtus alia informatiua, sed tantum additur virtus effectiua, idest Dei potentia, quæ in genere causæ efficientis operatur informationem; ergo forma non potest eleuari ad informationem. Maior prob. tum quia omnis causa, quæ eleuatur debet eleuari in eodem genere, quo ipsa causat, nam si in alio genere eleuaretur, iam non esset talis causa, sed alia, tunc enim non esset virtus informatiua, quæ suppleretur, sed effectiua, vel similis. Tum patet ex existentia quantitatis sine subiecto, quæ effectiuè substentatur à Deo, vbi quātitas eleuatur ad recipiendum influxum in alio genere, quam in genere causæ materialis. Tum quia informatio est à forma in genere causæ formalis. Primo, vt ab ea sit informatio sibi naturaliter improportionata, debet eleuari in genere causæ formalis; nam vt sic debet informatio illa ab ipsa procedere. Minor probatur, quia potentia Dei, quæ eleuat virtutem informatiuā, non est virtus informatiua; ergo non eleuat, & perficit illam in genere causæ formalis.

A Confirm. ex argumentis secundæ opinionis, quæ licet ibi sint soluta, tamen adhuc retinent aliquam probabilitatem; nam primum de vnitate per se vnionis cum natura diuina dicitur, quia vnio hypostatica dicit essentialiter ordinē ad subiectum aliquod, atque exigit informare subiectum, vt modus illius, licet subiectum nō exigat illam supernaturalem vnionem, & idem dicitur de alijs qualitatibus supernaturalibus, quæ dicunt essentialiter ordinem ad substantiā creatam, vt subiectum, vt alibi ostendetur. Et argumentum quartum ibi propositum dicentiū ex natura informationis, neq; obstat, quod forma possit informare plures materias adæquatas per potentiam, non naturalem, sed obedientialem, quia illa forma per se naturaliter, & essentialiter respicit genus illud materiæ, & per accidens hanc, vel illam. B Vnde solum est eleuatio ad informationem sibi simpliciter naturalem, licet non compossibilem materialiter cum alia informatione, vnde eleuatio tollit solum incōpossibilitatē, quod fit per efficientiam vtriusq; informationis, replicando eandem formam ex se determinatam ad vnam materiam, sicut causa efficiens determinata ad vnum effectum, potest eleuari ad plures effectus. Alij tamen informationam vnam, vel duplicem non requirere maiorem perfectionem in virtute formæ ratione causalitatis formalis, sed ex ratione agentis applicantis eandem formam ad duplicem materiam. C

ART. III. Quo soluuntur argumenta primæ opinionis.

Ad 1. Resp. negando requiri similem proportionem in causa efficiente respectu effectus, ac formæ respectu materiæ; nam efficiens est extrinsecum effectui, nec se ipsum effectui cōmunicat, sed producit entitatem à se distinctam, at forma seipsa causat informationem, & vnitur materiæ, & ideo inter hæc requiritur maior proportio, vt patet ex dictis in 6. concl. 14 *Differentia inter causam efficientē, & formalem.*

D Ad 1. Confirm. resp. esse aliqualem similitudinem, quod sicut potentia non potest ferri ad obiectum, quod nullo modo continetur intra suum adæquatum obiectum, ita neq; forma potest informare materiam, quæ non continetur sub genere subiecti, quod essentialiter respicit, & sicut intellectus fertur ad aliquod obiectum supernaturale, quod continetur aliqua ratione saltem confuse obiecto sibi adæquato, ita forma eleuata potest informare hanc, & illam materiā simul, quæ continetur sub genere materiæ, quā per se, & essentialiter respicit.

Ad 2. patere ex dictis in 6. Conclus. vnde oriatur repugnantia, quia scilicet informatio à forma non potest esse, nisi à virtute formali cōnaturali formæ, quia virtus formalis causans nō E potest quoad causalitatē formalem eleuari sine virtute formali perfectiore, qualis nulla assignari potest, quando eleuatio fit ad genus informationis, ad quod virtus formæ nullā habet vim, & proportionem naturalem.

Dices, cur forma non habeat virtutem obedien-

dientialē informatiuā, sicut hēt virtutē obediētialem actiuam, & passiuam, cū virtus hæc conueniat creaturæ ex vi subordinationis, quam habet creatura respectu sui Creatoris ex titulo creationis; at forma nō minus est creatura quoad virtutem informatiuam, quam quoad actiuam, & passiuam. Resp. potentiam obedientialem esse ad actum non implicantem in se cōtradictionem, actus autē aliquis dupliciter potest implicare. Primo, simpliciter, idest respectu omnis potentiæ, vt dicitur de productione infiniti, substantiæ supernaturalis, & similibus. Secundo, secundum quid, idest respectu determinatæ potentiæ, vt v. g. visio simpliciter non implicat, quia potest esse simpliciter ex vi potentiæ visiuæ, at implicat secundum quid, scilicet respectu potentiæ auditiuæ; quare sicut hæc implicatio potest reperiri in omni genere causæ, ita pōt in creatura negari potentia obedientialis, quoad omnem potentiam respectu alicuius actus, qui vel simpliciter implicat, vel implicat respectu illius. Vnde primo creatura non est eleuabilis, nec habet potentiam obediētialem actiuam respectu cognitionis compræhensiuæ Deum, imo neq; respectu intuitionis, tanquam principale agens, & similiter in rebus inanimatis nō est potētia obediētialis ad productionē actuū essentialiter vitaliū, & sic de alijs.

Secundo, in genere causæ materialis non est eleuabilis creatura ad formam, quando non est capax effectus formalis illius, vt lapis non est eleuabilis ad receptionem intellectus, vel fœlicitatis diuinæ; nec corpus secundum aliquos ad receptionem accidentium spiritualium, vel subiectum spirituale ad receptionem formarū corporalium, & secundum omnes forma substantialis, & multo minus substantia completa est eleuabilis ad receptionem formæ substantialis per informationem.

15 Hinc fit non esse mirū si in genere causæ formalis non est eleuabilis ad informationem alicuius materiæ, respectu cuius non habet proportionem.

Causa formalis cum sit intrinseca effectui nō potest eleuari nisi ad effectum, quē componere potest.

Resp. 2. esse diuersam rationem in causa efficienti, & formali, quia causa efficiens respicit effectum extrinsecè, vnde si in se effectus non implicat, potest Deus vti extrinseca efficienti ad productionem illius. At causa formalis est intrinseca effectui; vnde non potest eleuari per potentiam obedientialem, nisi ad effectum, quē potest componere; at non potest componere effectum ex materia diuersæ rationis ab ea, quā connaturaliter respicit, alioqui ille effectus esset ens naturale, cum cōstaret ex materia, & forma, quæ sunt natura, & nō esset naturale, quia vnio inter illa non esset naturalis, non solum quoad productionem, sed etiam quoad subsistentiam: siuē quia vnio illa, neq; esset substantialis, neq; accidentalis. Nō substātialis, quia nō esset vnio inter vnibilia per se, nā hæc dicūtur illa, quæ ex natura sunt vnibilia. Neq; est accidentalis, quia est p informationē formæ substātialis respectu materiæ, quę est pura potētia, siuē quia vnio respicit essētialiter vnibilia, at ibi nō sūt vnibilia, quia non sunt talia ex natura sua, vt patet, neq; obedientialiter, quia potentia obedientialis est A in ordine ad concursum, quo potētia illa adiuuatur ad suum actum, at Deus per suum concursum non potest adiuuare illa vnibilia, quia actus illarum potentiarū est receptio, & Deus, vt non habet potentiam receptiuam, ita neque concursum recipiendi. Alter est informatio, quam Deus per se habere non potest. Neq; est eadē ratio de vnione hypostatica, quia ibi personalitas non informando personalizat naturā, sed solum terminādo vnionem effectiuè à Deo productā in humanitate, absq; receptione formæ, & ideo non mirum si potest humanitas eleuari ad personalitatem diuinam. Hæc dicta sint probabiliter, nam nihil hic mihi apparet euidens, cum rationes vtriusq; partis solui, & vr- B geri possint.

DVBITATIO IV.

An forma materialis possit informare materiam, ex qua non est educta.

ART. I. Explicatur sensus quæst, & referuntur opiniones Doctorum.

NOt. 1. dupliciter posse hanc dubitationē intelligi. Primo, de forma educta ex vna materia. Secundo, de forma producta independenter à materia, atq; adeo per creationem. 1 *Explicatur sēsus quæstionis*

C Not. 2. informationem hanc esse possibilem, intelligi dupliciter. Primo, per causas naturales. Secundo, per potentiam Dei.

Prima opinio est dicentium formam materialem, siuè eductam ex vna materia, siuè productam independenter à materia, posse informare aliam materiam. *Prima opinio affirmans.*

Prima pars probatur, ex nutritione, & augmentatione animalium perfectorum, quorum animæ eductæ ex vna materia informant partes sibi succedentis materiæ, nam iuxta Themist. horum animæ sunt indiuisibiles.

Secunda pars probatur, quia anima est independens à materia, & tamen informat materiās D ergo informatio nō habet repugnantiam cum modo existendi independenter à materia; ergo anima brutalis producta miraculosè à Deo independenter à materia, potest habere informationem respectu materiæ. Ex quo deducunt aliqui posse Deum producere qualitatem spiritualem independenter à subiecto, & postea illā vnire subiecto corporeo, quia per illam informationem, seu vnionem non fieret dependens à corpore.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui putāt id fierì posse per potentiam naturalem, siuè quoad formas eductas, siue quoad creatas, quia licet in his supponatur miraculum quoad productionem E independenter à subiecto, tamen eo supposito naturaliter sequitur informatio, positis cæteris requisitis in materia, idest dispositionibus, vt propinquitate, quia causæ naturaliter possent attingere vnionem illius cum materia, sicut naturaliter attingunt vnionem animæ rationalis cum materia. *Alij affirmant supernaturaliter, non naturaliter.*

Alij tamẽ negant id naturaliter esse possibile, sed solum per potentiam diuinam, eo quod accidens nõ potest migrare de subiecto ob dependentiã ipsius à subiecto, ita & de huiusmodi forma dicendum, licet causæ naturales attingant vnionem animæ rationalis, quia illa ex natura sic est producibilis, at non sic vnio formæ materialis, quia hęc nõ est sic producibilis, nisi per eductionẽ, q̃ est vnitio ipsa talis formæ.

2 2. Opinio est dicentium formas eductas ex vna materia posse esse in alia materia per potẽtiam diuinã, vt infra; at formas materiales creatas, vt sic non posse vniri materiæ, quia omnis huiusmodi forma, vt terminus creationis habet positiuum modum essendi per se; at hic modus repugnat cum modo vnionis, seu informationis, quia per illum forma dicitur non esse in subiecto, at per hunc dicitur esse in subiecto, at esse, & non esse in subiecto repugnat, etiam per potentiam Dei. Minor probatur, quia sicut creatio est actio essentialiter indepedens à subiecto, ita est ad terminum independentem à subiecto, at tales formæ non sunt independentes à subiecto per essentiam, sicut est anima rationalis, materia prima, Angeli, &c. ergo debent poni independentes per modum aliquem accidentalẽ, qua ratione in quãtitate Eucharistiæ ponit modum quendam per se, modus autem hic, non esset subsistentia, sed distinctus ab illa, quia nec accidentia, nec formæ materiales sunt capaces huiusmodi subsistentiæ.

Forma materiales creatæ non possunt vniri materiæ.

Confirm. quia vt non potest intelligi actionẽ eductiuam terminari ad formã præcisè, vt existentem, sed vt vnitam, & existentem in subiecto; ita neq; intelligi creationem terminari ad formam, vt præcise existentem, sed vt independentem, idest non vnitam subiecto, ex quo inferunt diuersam esse rationem in anima rationali, & forma materiali. Minor probatur, quia perseitas, & inhærentia, licet sint modi positiui, tamen sunt inter immediate repugnantes, vt patet, tum inductione aliorum modorum, vt in figura circulari, & recta, quæ repugnant ob mutuam negationem, quam includunt errore, & sciẽtia, velle, & nolle, quæ omnia etiam si sint positiua, tamen repugnant idem in esse, tum ex mysterio Incarnationis, in quo concilia colligũt non esse personalitatem humanam, ex eo, quod illa humanitas est vnita Verbo; ergo psonalitas humana, & diuina inter se repugnant respectu eiusdem humanitatis. Neq; dicas id repugnare naturaliter, non tñ supernaturaliter, nã cu hoc mysterium sit totum supernaturale, in quo tota ratio facti est potentia facientis non affertur ratio, cur personalitas humana non sit ibi, si absolute non repugnat esse cum diuina, cum talis positio nihil deroget perfectioni Christi, imò augeret eius perfectionem habendo suppositũ diuinum, etiam cum cõnaturali, quia habuisset perfectiones connaturales, & supernaturales.

Confirm. quia sicut modus essendi per se independenter à supposito constituit naturam, quam terminat inconnaturalem supposito, ità perseitas constituens formam formaliter independenter à subiecto reddit illam inconnaturalem subiecto.

3. Opinio est dicentium formam materialẽ, vt terminũ creationis non posse informare materiam ob rationem secundæ sententiæ; at eandem formam posse esse terminum eductionis, & vt sic informare materiam. Neq; est impossibile eandem formam esse terminum creationis, & eductionis; nam repugnantia, quæ reperitur inter modos essendi independenter, & dependenter à materia est respectu vnius actionis; at respectu duarum actionum non est repugnantia, quia non seruantur omnes circũstantiæ necessariæ ad cõtradictionẽ, vt patet in quantitate, quæ potest esse curua in vno loco, & recta in alio; & eadem humanitas potest subsistere dependenter à verbo in vno loco, & per propriã subsistentiam in alio esse independens; ergo similiter forma potest in vno loco existere ex vi creationis independenter à subiecto, & in alio ex vi eductionis dependenter à subiecto, quia subiectum, licet sit vnum realiter, tamen vt constitutum in duobus locis formaliter est duplex, quia vt forma, & modus alteri incompossibilis excludat alium, non sufficit identitas subiecti, nisi adsit identitas temporis, & loci; nam expulsio formæ est effectus secundarius, at hic non põt oriri ex forma, nisi hæc habeat effectũ primarium informandi, at forma informare non potest materiam distantem, quare vt in vno loco potest carere materia, & in alio habere illã proximam, ita potest in vno loco nun informare, & alibi informare. 3

Eadem forma materialis si creata educatur potest informare materiam.

Non implicat eandem formam esse terminum creationis, & eductionis.

Confir. quia repugnãtia inter modum vnionis, qua forma pendet à materia, & modũ per se existendi eiusdem formæ oritur ex ratione productionis, nam creatio est ad terminum per se existentem, & eductio ad non per se, sed in alio existente; ergo si in eadem forma ponitur duplex productio, erit ibi duplex ille modus, quia tunc illa forma esset vnus terminus materialiter, & duplex formaliter, vt dictum est de subiecto existente in duplici loco, ita Murcia 2. phys. disp. 2. q. vlt. & alij.

Sed hi diuisi sunt, nam aliqui putant posse id fieri respectu formæ replicatæ in duobus locis, non tamen existentis in vno loco, quia alias forma nõ potest duplici actione produci, idest per creationem, & eductionem.

At alij dicunt id fieri posse respectu formæ existentis, etiam in vno loco, quia non repugnat eandem formam terminare duplicem actionẽ totalem, & adæquatam; ergo sicut põt duplex illa actio esse eiusdem rõnis, idest vt sit duplex creatio, vel duplex eductio, ita neq; repugnat vnam esse actionem, & creationem; quia si qua esset in hoc repugnantia, illa esset ex compositione illorum modorum, at respectu termini, vt stat sub duplici actione, non seruantur conditiones oppositionis, vt dictum est; ergo nulla est alia repugnantia.

ART. II. Opinio Auctoris.

Prima Concl. forma educta ex vna materia potest per potentiam Dei informare aliam, ita Suar. disp. 5. met. sect. 6. num. 11. quia potest 4

teſt forma educta ex vna, conſeruari à Deo ſine vlla materia, atq; adeo ab illa ſeparatam exiſtere; ergo multo magis poteſt illam formam cõſeruare per aliam materiam, ſed nihil repugnat, cur forma ſic conſeruata, non informet illam materiam, quia connaturalius eſt formæ naturaliter conſeruari per concurſum materiæ, quã extra materiam.

Confirm. quia de facto quantitas educta ex materia panis deſinentis eſſe ſub ſpeciebus cõſecratis informat materiam aduenientem, corruptis ſpeciebus conſecratis, vt patet ex propria materia; ergo multo magis forma ſubſtantialis educta ex vna materia, poteſt informare aliam, quia hæc forma non dicit maiorem dependentiam à propria materia, quam accidens à ſuo ſubiecto.

2. Probatur, ratione à priori, quia forma nõ reſpicit per ſe primo hanc, vel illam materiam indiuiſibilem, ſed materiam ſecundum ſpeciẽ; ergo in quacunque materia ponatur illam connaturaliter informabit. Antecedens probatur, tum ex materia rationali, quæ informat diuerſas materias in nutritione ſuccedentes. Tum quia materia ſecundum ſuam eſſentiam reſpicit omnes formas in particulari, vt diximus per ſingulas ſui partes; ergo quælibet forma reſpicit ſingulas partes materiæ, cum materia non reſpiciat, niſi formas aptas informare ipſam. Tũ quia ſequeretur formas equinas aptas educi ex hac numero materia habere inter ſe aliquã realem conuenientiam, quam non habet cum formis educibilibus ex alia parte materiæ, de qua re nos cum de principio indiuiduationis.

Dices, hinc ſequitur poſſe naturaliter vnam formam tranſire de materia in materiam, cum connaturalem ordinem habeat ad ſingulas partes materiæ.

Reſp. id non poſſe fieri non ex defectu formæ, ſed agentis, ſicut forma corrupta connaturaliter reſpicit materiam, ſed non poteſt illã informare ex defectu agentis, vt alibi oſtendimus, neq; ad omnia, quæ rebus ſunt naturalia debet dari agens aliquod naturaliter determinate, quia ſatis eſt, ſi detur indeterminate, quod ità explico. Agens poteſt producere hanc formam ex hac, vel illa parte materiæ, & tanquam determinatã, ſed poſita determinatione ex decreto diuino, vel circumſtantijs, de qua re alibi, non põt poſita vna productione eandẽ formam producere ex alia materia, imo neq; ex eadem, vt dictum eſt de reproductione formæ corruptæ.

5 2. Concl. probabile mihi eſt, formam materialem creatam, vt ſic poſſe informare materiã ex argumentis primæ ſententiæ, nam informatio non repugnat cum forma per ſe ſubſiſtente; ergo. Sed forma vt terminus creationis eſt per ſe ſubſiſtens non pendens ex alio ſubiecto; ergo etiam formæ huiuſmodi poteſt conuenire informatio. Maior probatur ex anima rationali. Neq; obſtat, quod hæc ſit eſſentialiter ſubſiſtẽs; at materialis forma creata eſt ſubſiſtens per modum accidentalem. Tum quia falſum eſt animã ſubſiſtere per eſſentiã, vt patet in anima Chriſti, quæ habet eſſentiam propriam non ſubſiſtẽtem; quare ſolum eſt diſcrimen, quod anima rationalis habet hanc independentiam per modum ſibi connaturalem, materialis vero per ſupernaturalem. Tum quia, etiam ſi id concedatur maior eſſet ratio in anima rationali, quam in forma materiali, quia anima rationalis, ſicut per ſuam eſſentiam habet modum per ſe exiſtendi, ita per illam excluderet modum eſſendi in alio per informationem; at materialis informationẽ ſolum excluderet per modum accidentalem, & non per eſſentiam. Vnde dici poteſt ipſam informare materiam per eſſentiã, & non per modum accidentalem. Secundo prob. maior, quia modus eſſendi indepẽdẽter à ſubiecto formaliter non repugnat cum modo eſſendi informatiuè in ſubiecto, quia hi modi eſſendi ſunt diſparati, quia ſicut dependentia à ſubiecto non eſt informatio, cum informatio ſupponat exiſtentiam formæ, atq; adeo dependentia illius à ſubiecto eſt actus formæ, ita independentia à ſubiecto non eſt negatio, & excluſio informationis, atq; adeo ſunt inter cõceptus diſparatos compoſſibiles, ex quo patet corruere fundamentum ſecundæ ſententiæ, dum ſupponit dependentiam à ſubiecto formaliter eſſe informationem, atq; adeo independentiam eſſe excluſionem informationum, nam ſupra oſtendimus dependentiam formæ à ſubiecto, vt ſic, non includere informationem, ſed eſſe concurſum materiæ ſimul cum agente ad exiſtentiam formæ, & ibi ſiſtere. Tum vero addi informationem, & animã rationalem in hoc differre à forma materiali, quod illa producatur ex vi ſolius concurſus efficiẽtis, at materialis ex vi concurſus vtriuſq; ſcilicet efficientis, & materiæ, neque video quid poſſit contra illam obijci.

3. Concl. ſecundum opinionem eorum, qui dicunt eductionem formæ materialis eſſe formaliter ipſam vnionem, ſeu informationem, & eadem actione produci, & vniri, quam docet Suar. diſp. 15. met. ſect. 2. & Vaſq. 3. p. to. 1. diſp. 70. n. 24. etiam dicendum eſt poſſe formas materiales productas independenter à ſubiecto, vt eſſe capaces informationis, quia licet informatio, & vnio formæ materialis productæ dependenter à ſubiecto includat eſſentialiter dependentiam, eo quod ſit quædam ſpecies informationis diſtinctæ eſſentialiter ab vnione formæ ſubſiſtentis, eo quod eſſe illarum formarum ſit in eſſe, vnde eadem actione illa forma producitur, ideſt exiſtit, & ineſt informando; vnde cũ poſſit dari informatio diuerſæ rationis, quæ non dicat illam dependentiam, & concurſum materiæ circa exiſtentiam formæ, non apparet, cur ſicut anima rationalis ex ſe producibilis per creationem poſſit informare; & anima equina producta ſimiliter indepẽdenter à ſubiecto nõ poſſit ſic exiſtens informare; quia tunc illa informatio non eſſet eiuſdem ordinis cum informatione formæ equinę dependentis à ſubiecto, ſed eiuſdem rationis cum informatione animæ rationalis. 6

4. Concluſ. poſitis omnibus requiſitis ad informationem, ideſt materia diſpoſita, & forma

debitè

Probabile eſt formam materialem creatam poſſe informare materiam.

debitè approximata, tunc naturaliter sequitur informatio, quia innaturalius est materiam ibi manere sine vlla forma, vel formam informare materiam sine dispositione sibi necessaria, quã formã eductam ex vna materia informare aliã; ergo posita actione siue naturali, siue supernaturali dispositiua materiæ, & propinquitate formæ connaturale est, vt ex vi eiusdem agentis disponentis materiam, & appropinquantis formam, producatur vnio inter illam formam, & materiam, & hæc conclusio magis patebit ex dicendis dubit. seq. Vnde patet ad argumenta primæ opinionis nihil esse respõdendum, quia nobis fauent.

ART. III. In quo respondetur argumentis aduersariorum.

7 *Modus essendi per se non repugnant cũ modo informationis.*

AD Argumenta secundæ opinionis. Resp. negando formam habẽtem modum essendi per se non posse habere modũ informationis materiæ, quia illi modi non habent repugnantiam, vt patet ex modo subsistendi animæ rõalis, qa sicut sũt diuersi modi essendi in alio, ità sunt diuersi modi essendi per se. Vnde fit, vt aliquid possit habere vnum modũ essendi per se, & alium modum essendi in alio, sicut aqua est per se perseitate suppositali, & tamen potest esse in alio tanquam in vase, vel in loco. quarè non mirum si forma est per se perseitate independentiæ à materia, tanquam à causa, & tamen esset in illa materia, tanquam forma in proprio receptiuo: & contra potest forma carere modò informationis, & tamen dependere à materia, vt substentãte, atq; adeo esse in illa tanquã substẽtatũ in substẽtãte. Vnde ad prob. minoris Resp. creationem terminari quidem ad formam existentem per se, siuè negatiuè, siuè per modum positiuum, quo constituitur independens à subiecto: at hic modus non repugnat cum modo informationis, nam per modum informationis forma non fit dependens à subiecto, quia supponitur præexistens, vt dictum est, & licet secundum aliquos in forma educta idem sit dependentia à subiecto, & informatio, tamen id dici non potest de forma non educta, quia ibi est carentia dependentiæ, & tamen haberet informationem diuersæ rationis ab ea, quæ est cũ dependẽtia, vt patet ex informatione animę rõnalis. Neq; sunt similia exempla, quæ ibi afferuntur de figura circulari, & recta quia inter has est repugnantia, at huiusmodi repugnantia non est inter informationem, & modum essendi per se perseitate independentiæ subiectiuæ. Neq; est simile aliud exemplum vnionis hypostaticæ, & propriæ personalitatis respectu humanitatis Christi, quia talis vnio habet repugnantiam, vel absolutam, vel naturalem cum propria personalitate, nam propria personalitas reddit naturam per se, & in se, idest independentem ab alio, vel absolute, vel cõnaturaliter; vnio vero reddit naturam dependentẽ ab alio; at informatio, nec reddit formam dependentẽ à subiecto, vt causa existentiæ formæ, nec independentia huiusmodi à subiecto reddit formã ineptam ad informandum. Vnde patet ad Cõfirm. nam negatur perseitatem, quæ reddit formam independẽtẽ à subiecto, vt causa existentiæ, reddere illam incõmunicabilem subiecto, vt receptio informationis, vt probatum est, sed solum reddere illam incommunicabilem subiecto, per inexistentiam coniunctionis effectus cũ causa.

Ad Argumenta tertiæ opinionis, non est cur respondeatur, nam quę ibi afferuntur pro probatione secundæ partis opinionis potius nobis fauent, & solum in ea opinione examinandum esse, an eadẽ forma possit simul creari, & educi in eodem, vel diuerso loco, de qua re alibi, nam Suar. tom. 3. in 3. p. disp. 9. sect. 1. §. secundo infero, putat non implicare; alij tamen putant implicare.

DVBITATIO QVINTA.

An forma applicata materiæ sufficienter disposita, propria virtute illam informare possit, præcisa omni actione agentis.

ART. I. Continens opiniones DD.

PRima opinio est affirmantium, omnem formam, siue materialem existentem dependenter à materia, siuè spiritualem existentem independenter habere virtutem sufficiẽtem ad informandam materiam præcisa omni extrinseci agentis actione, quia non est minus potens causa formalis ad præstandum suum concursũ, quàm sit causa effectiua ad suum; sed hæc circa materiam dispositam propria virtute, præciso omni alio circa illam materiam, præstat suum concursum, imò quando est causa naturalis nõ potest suspendere suum concursum; ergo etiã causa formalis poterit. Maior prob. quia vtrobiq; ponitur virtus sufficiens ad proprium cõcursum, & causa formalis habet maiorem necessitatem concurrendi, quia in genere causæ formalis non potest reperiri virtus suspendendi concursum, vt potest reperiri in genere causæ efficientis, vt patet in causa libera. 1 *Opinio affirmans.*

Confir. quia non minus necessario effectus, & causalitas formalis fluit à causa sua, quã passiones ab essentia, at hæc fluunt præciso omni alio posita essentia; ergo. Ex quo infertur, posita per diuinam virtutem, sub speciebus Sacramentalibus, substantia panis debito modo disposita, & approximata, dictas species propria virtute fore, vt se vnirent illi substantiæ dando illi esse accidentale.

Secunda opinio est dicentium formas materiales nõ posse propria virtute vniri materię dispositæ, quia vniuntur eadem actione, qua producuntur; at nõ possunt propria virtute se producere, ergo neq; se vnire materiæ: at formas spirituales, vt est rationalis posse se vnire materiæ dispositæ; primo seipsas approximãdo corpori; sicut approximantur alteri spatio. Secundo, quasi naturali impetu, absque alio agente. inde sequitur informatio, nõ secus, ac ad albedinem inhærentem, sequitur dealbatio; & sicut 2 *Opinio negãs.*

graue

graue, per suam virtutem, non impeditum se approximat centro vniendo se illi, ac ibi quiescendo, solum differt ab anima, quod graue per idem pondus naturale, quo fertur deorsum vnit se centro, & quiescit in illo; at anima non sic, sed per pondus amoris eliciti inclinatur, & applicat suam virtutem motiuam, qua se præsentem faciat suo corpori, est Henr. quodl. 11. q. 14. Confir. ex eo, quod proprium actiuum approximatum proprio passiuo, impossibile est non agere suam propriam actionem; actio autẽ formæ circa proprium subiectum, est dare esse in actu primo proprio corpori, & hoc est ei vniri, sequuntur Conimb. 1. phys. c. 9. q. 11. a. 3. vbi ostendunt, hinc non sequi naturaliter fieri posse resurrectionem hominum, quia non potest naturaliter corpus idem redire cum ijsdẽ dispositionibus. Confir. 2. quia si non posset maximè id esset, quia desideratur actio, qua attingatur vnio animæ, & corporis, at hæc nõ deest. Tum quia hæc actio ex parte generantis, non distinguitur ab actione dispositiua, quæ hic fit diuina virtute, in quo distinguitur anima rationalis ab alijs, quod in alijs præter actionem dispositiuam, requiritur eductiua ipsius formæ, quæ fit ab agente corporeo; at anima rationalis, quia est spiritualis, nec secundum se, nec secundum vnionem attingi potest ab agente corporeo, sed solum diuina virtute. Tum quia vt anima Socratis eadẽ actione creatur, & vnitur; ita hæc anima eadem actione, qua se præsentat corpori, illi vnitur. tribuitur Aureolo, & Bernardo Gennaco apud Cap. 4. d. 43. q. 2. ar. 3. ad 1. Aur. contra 2. concl. licet Aur. & Ber. differant quoad qualitatem dispositionum necessitantium ad informationem.

Hi tamen diuisi sunt, nã quidam putant animam rationalem ad vnionẽ sui cum corpore, non solum concurrere in genere causæ formalis, sed etiam effectiue efficiendo, non solũ præsentiam sui ad corpus, quę fit per motum localem, sed etiam ipsam vnionem informationis, hanc tribuunt Henr. Scotus, & alij.

Sed alij putant animam concurrere quidem effectiue ad sui præsentiam respectu corporis, sed ad vnionem cõcurrere tantum formaliter, non tamen effectiuè, eo quod hæc vnio, positis dispositionibus in materia, & ꝓpinquitate formæ non requirat aliam efficientiam, sed solum cõcursum causæ formalis, qui præstatur ab anima, à qua talis vnio resultat in genere causæ formalis, & hæc mihi videtur esse opinio Henr. quam alij sequuntur.

3 Alij necessariam statuunt actionem agẽtis, siue naturalis, siue supernaturalis.

3. Opinio est dicentium, nullam formam siuè materialem, siuè immaterialẽ posse propria virtute, vt forma se vnire materiæ præcisa omni actione alterius, sed necessariam esse actionẽ agẽtis, siue naturalis, siue supernaturalis disponentis materiã, qua effectiuè producatur vnio, inter formam, & materiam, nam etiam si anima posset se præsentem facere corpori præsentia locali, tamen ea non est vnio informationis, sed potius motoris ad mobile, qualem vnionem ad corpus potest habere etiam Angelus. Est Scoti 4. d. 43. q. 3. ar. 3. sequitur Tataret. Capreol. loc. cit. probabilem putat Riccard. ibidem a. 3. q. 2. Suar. tom. 1. met. disp. 15. sect. 6. n. 9. Ruuius 2. phys. tract. 3. de causa formali à num. 80. vsque ad finem. Fundamentum Scoti est, quia omnis causa æquiuoca, & totalis est nobilior suo effectu; sed anima non est nobilior, sed ignobilior composito, ergo &c. Maiorem probat ex Aug. lib. 83. qq. quæst. 2. omne quod fit, ei à quo fit par esse non põt, alioqui iustitia, quæ sua cuiq; tribuere debet de rebus auferatur, necesse est, vnde patet loqui de causa æquiuoca; nam iustitia in causa vniuoca requirit æqualitatẽ, in æquiuoca vero eminentiam; Dixi totale, quia partiale non semper est perfectior, vt patet in albedine, quæ est causa cognitionis sui. Minorem probat, quia anima est imperfectior composito, cum sit eius pars. Neque dicas effectum animæ esse informationem, quia compositum necessario sequitur ad informationẽ, at nihil potest producere informationem, nisi quod potest producere compositum, quia causa antecedentis est etiam causa consequentis.

Confir. 1. ex 2. phys. 71. vbi negatur formam, & efficiens respectu eiusdem posse coincidere in idem numero.

Confir. 2. nam si posset effectiuè producere vnionem in resurrectione, posset etiam illam producere in prima productione compositi, quia non est minor virtus in anima, nec prima productio minus naturalis. At hoc esse falsum patet, cum prima productio tribuatur diuinæ virtuti.

Confir. 3. ex Riccardo, quia id, quod non potest dare animæ essendi principium, nec potest illi dare essendi complementum; vnio autem ad corpus est complementum animæ, cũ omnis pars completius habeat esse in toto, quã extra.

ART. II. Continens opinionem Auctoris.

4 Anima propria virtute se vnit corpori disposito in genere causa formalis.

PRima Concl. anima propria virtute se vnit corpori disposito in genere causæ formalis, quia est essentialiter ordinata ad informationẽ; ergo positis cæteris requisitis necessario ex illa sequitur informatio, & vnio cum corpore, quia non est in potestate causæ naturalis impedire suum actum, quando cætera adsunt, omnis autem forma respectu informationis est causa naturalis. Confir. ex argumentis primæ, & secundæ conclusionis, quæ hanc conclus. rectè probant.

Requiris hac vnio aliquod efficiens.

2. Concl. hæc vnio non potest oriri à forma in genere causæ formalis, nisi adsit aliquod efficiẽs vnionis. Probatur, quia vnio illa est aliquod ens distinctum à forma, & materia, vt supponitur ex dictis; ergo habet efficiens, à quo habeat existentiam. Conseq. prob. quia nullum ens præter Deum, potest habere existentiã à seipso in genere causæ efficientis. Tum quia hoc est proprium perfectionis diuinæ, vt habeat existẽtiam à se, & non ab alio, cum hæc vnio sit ens participatum, & non per essentiam. Neq; dicas non esse à se, quod sit ex forma efficienter pendente ab alio, atq; adeo ipsa vnio mediate pendet ab aliqua causa efficiente, quia cũ ipsa

sit

sit ens distinctum à forma, necessarius est distinctus influxus efficientis ad ipsius existētiā, sicut requiritur concursus aliarum causarum, vnio enim illa nō potest esse sine concursu materiæ, & finis, atq; adeo nec efficientis, cuius concursus est magis necessarius, cum ad existentiam effectus tantum ibi ponitur concursus causæ finalis, cum hæc non concurrat, nisi mouendo efficiens ad productionem effectus.

Confir. quia forma non potest suum concursum formalem præstare sine concursu primæ causæ, & vniuersalis, sine quo nihil potest necessario existere, nec conseruari; ergo neq; sine concursu causæ secundæ, & particularis. Tum quia causa vniuersalis non præstat adæquatum concursum necessarium ad effectum in omni ordine, sed tātum in ordine causæ primæ, at vbi est concursus causæ vniuersalis, ibi coexigitur concursus causæ secundæ, & particularis, cum simul concurrant. Tum quia sicut inclinatio formæ ad suum effectum formalem non excludit necessario concursum efficientis causæ vniuersalis, ita neque necessitatem causæ particularis, quia inclinatio formæ ad effectū in suo genere, vt non excedit concursum sui generis, cum oriatur ex virtute non effectiua, sed informatiua, ita neque aufert necessitatem ab effectu concursus alterius generis, neque tribuit formæ virtutem concurrendi in alio genere.

Dices, forma naturaliter inclinatur ad informationem corporis vltimo dispositi; ergo necessario, præcisa omni alia virtute, ex illa sequitur informatio proprij corporis.

Resp. vt inclinatur ad informationē per virtutem informatiuam, ita præcisa alia virtute informatiua, ex illa sequi potest informatio in genere causæ formalis; sed ex illa non potest informatio sequi in alio genere causæ, nisi adsint aliæ causæ concurrentes in alio genere, vt dictū est de necessitate causæ materialis, finalis, & efficiētis, quia nullus effectus physicus potest existere sine concursu omnium causarum physicarum.

5 *Probabile est istam vnionē attingi effectiue ab anima.*

3. Concl. probabile est, vnionem posse attingi effectiue ab anima, seu forma. Prima pars patet, quia nulla est repugnantia ex parte materiæ, vt patet, quia est capax informationis à quocunq; agēte. Neq; ex parte formæ, nā sicut hæc habet virtutē, & existentiā sufficientē ad causandam informationem in genere causæ formalis, ita habet virtutem generatiuam, & existentiam sufficientem ad producēdam eandem informationem efficienter; nō enim est ratio, cur potentia generatiua animæ possit cōcurrere ad aliam formam, & informationem illius, vt concedunt aduersarij, & non possit concurrere ad suam informationem. Neque obstat, quod generatio totius cōpositi tribuatur generanti extrinseco; nam illi tribuitur, vt principali generanti, eo quod dans formam dicitur dare consequentia ad formam, & omnia, quæ formam in actu primo perficiunt, cuiusmodi est hæc vnio respectu formæ, sicut motus lapidis deorsū tribuitur generanti, etiam si immediatè fiat à virtute motiua, quia locus naturalis lapidis est debitus illi, vt perfectio in sui prima existentia. Neq; hinc fit formam producere se ipsam, nam hæc vnio supponit existentiam formæ, atque adeo eius productionem, quod de anima rationali omnes concedunt, & de formis corruptibilibus nos supra probauimus; hæ enim formæ prius natura educuntur, idest producuntur ab agente cōcurrente subiecto substētando actionem, & existentiam formæ, deinde ex illa oritur informatio in genere causæ formalis, & secundum nos etiam efficientis, substētatio enim nō est formaliter informatio, sed concursus materiæ respectu formæ sibi vnitæ per adhærentiā, non per informationem; in opinione autem dicentium substentationem esse informationem, non potest hæc conclusio defendi, quoad formas materiales, quia existeret posterius natura informatione.

Confirm. quia ex hac conclusione rectè assignatur causa efficiens adæquata generationis, quæ consistit in vnione, seu informatione, nam ipsa forma, cum sit perfectior informatione attingere potest informationem substantialē melius, quam dispositiones accidentales, & cum sit præsens materiæ agere potest in illā multo melius, quam efficiens extrinsecum distans. Vnde non est necessarium recurrere ad primam causam, quæ suppleat defectum causæ secundæ. Neq; hanc actionem substātialem tribuere cogimur virtuti seminis imperfectiori ipsa informatione. Et licet forma sit imperfectior toto composito, non tamen est imperfectior effectu, quem ipsa præstat in composito, vt diximus; illud enim efficiens cōpositum debet habere perfectionem adæquatam composito, quod est totale, idest quod compositum secundum omnes sui partes producat, non autem illud efficiens, quod est tantum causa coniunctionis, ex qua resultat compositum, ratione cuius resultantiæ generatio totius tribuitur causæ naturali, vnde Arist. dixit sol, & homo generant hominem.

4. Concl. probabilius tamen est vnionem nō attingi ab anima, seu à forma in genere causæ efficientis. Probat Scotus, quia forma est imperfectior toto, sed hæc ratio non habet vim, quia forma non causat totum adæquate, & secundum omnes partes, quia nec causat formā, nec materiam, sed tantum informationem, qua est perfectior; totius autē productio tribuitur producenti formam, quod habet perfectionem non inferiorem composito. 6 *Contraria opinio probabilior.*

Secundo, probat ex eo, quod prima productio rei nō tribuitur formæ, sed ex dictis patet, cur extrinseco agenti tribuatur.

Tertio, probat Riccardus, quia id, quod nō dat rei essendi initium, nec potest dare ei complemētum. Sed ad hoc respondet ipsemet Riccard. id intelligi de complemēto essendi, quod debetur rei secundum se, & absolute, non autē de illo, quod conuenit rei ex vnione cum alio. Et ego addo illud principium omnino esse falsum, quia subsistentia conuenit naturæ secundū se, & absolutè, & tamen secundum multos est efficienter à natura. quare illud principium, vt alibi

alit i ostendemus, concedi solum potest quoad denominationem, & attribut onem respectu perfectionum, quæ rei debentur in primo instanti generationis, nō autem quoad immediatum influxum, qua ratione passiones licet immediate fluant à forma, tamen tribuuntur generanti formam.

Quarto, Scotus probat ex Arist. negante formam, & efficiens coincidere in vnum numero, neq; dicatur cum Riccardo loqui Arist. solum de formis corruptibilibus, quia Arist. ibi agit de omnibus causis, atq; adeo de omni forma informante. Verum neq; hic locus omnino conuincit, tum quia explicari potest de efficiente non immediate influēte, sed primario, cui tribuitur generatio. Tum quia etiam si explicetur de influente immediate exponi potest de efficientia respectu formæ, non respectu informationis; ait enim finem, & formam coincidere in vnum, nō sic autem efficiens, nisi specie, quare intelligitur de efficiente respectu formæ.

Quinto, probat Ruuius, quia sequeretur generans non esse causam generationis substātialis, quia non esset causa vnionis substantialis, cū generatio non sit nisi huiusmodi vnio. Neque obstat, quod sit causa dispositionum, quia hæ non fiunt per generationem, sed per alterationem. Sed neque hoc argumentum habet vim, quia generans extrinsecum non attingit immediate generationem, sed solum mediate, idest per acciden ia materiam disponentia, vel per virtutem seminis, vt communiter conceduntur; ergo similiter dici posset causa, quia attingit vnionem per formam à se productam. vt dixi.

Sexto, probat Suar. quia diuersæ sunt aptitudines ad informandum, & ad efficiendū, neq; vna infertur ex alia, nam sicut materia est apta vniri, & proinde propensa ad vnionem in suo genere, & tamen nō est potens se effectiue vnire, ita similiter dicendum de anima. Sed neque hæc ratio est satis firma, quia etiā si sint diuersæ potentiæ, tamen possunt conuenire eidem, sicut secundum omnes, forma habet potentiā informatiuā, & productiuam sui similis, & passionum; neq; eadem ratio est de materia, quia hæc ob sui imperfectionem non est effectiua, vt alibi.

7 Quare ego probo ex fine formæ, quæ ordinatur ad compositum intrinsecè constituendū; at hæc constitutio intrinseca præstatur per cōcursum formalem, & non per effectiuum; ergo natura illi dedit potentiam informatiuam, non actiuam respectu cōpositi, quod cōstituit, quia natura præstat media iuxta exigentiam finis. Responderi potest formam, vt sic ordinari ad compositi intrinsecam constitutionem; sed vt potentiam actiuam ordinari ad productionem vnionis sui cum materia, nam sicut eadem forma, vt prior in intentione est causa finalis, & habet rationem effectus, vt terminus actionis, & habet rationem formæ, vt constituit compositum, ita posset habere rationem efficientis respectu vnionis, & informationis.

Probatur ab auctore ex fine formæ.

Sed contra, tum quia sequeretur generationem esse actionem immanentem, & non transeuntem, contra communem conceptum; quia produceret vnionem cū materia, & ob id Arist. negat efficiens, & formam coincidere in vnum numero, & non loquitur respectu productionis formæ, sed cuiuscūq; effectus, vt respectu eiusdem non possit forma habere rationem finis, & effectus, vt patet ex contextu, nam ait, efficiens non venire in idem numero cum forma, sed in idem specie, & probat, quia homo hominē generat, at generatio formaliter consistit in productione informationis. Tum quia potentia actiua est accidentalis, at accidens supponit rē completam substantialiter, forma autem completur per vnionem, cum sit pars, vt optimè Riccardus loc. cit. Neq; dicas hanc potentiam esse essentialem, quia non est in extrinsecum, sed ad sui perfectionem, qualis est potētia productiua suarum passionum, nam potentia productiua respectu passionū est necessaria rebus ad resarciendum statum, à quo forte fuerant perturbatæ, vt in aqua ponitur virtus ad frigiditatem in se producendam, at respectu vnionis non potest poni, quia non habet virtutem reproductiuam informationis iam corruptæ. tum quia forma nō est terminus per se primus, qui producitur, sed secundarius, qui comproducitur; ergo actio productiua non sistit in forma, sed progreditur ad compositum, sed non potest progredi ad compositum, nisi attingat vnionem, per quam fit compositum; ergo vnio non attingitur à forma, sed à generante, & producente formam.

Dices non potest assignari aliud, quod sit immediate efficiens vnionis; ergo hæc fit à forma. Resp. de causa efficiente vnionis immediata varij varia; communiter tamen dicitur attingi à producente formam, quia si est forma materialis non potest naturaliter esse, nisi informet materiam; si est spiritualis, dubium est à quo attingatur, de qua re dicemus in lib. de anima, vel in lib. de generat.

ART. III. In quo resp. argumentis primæ, & secundæ opinionis.

AD 1. arg. primæ opinionis resp. rectè inde probari in forma esse sufficientem virtutē in suo genere ad informationem, sed ex illa non posse poni informationem, quando desunt aliæ concausæ necessariæ, nam etiam si ponatur materia disposita adhuc tamen requiritur concursus effectiuus, quem diximus nō posse præstari à forma, neque ex causa naturali necessario sequitur effectus, nisi positis omnibus requisitis ad existentiam effectus causandam. 8

Non ponitur informatio, nisi adsint aliæ concausæ.

Ad Confirm. resp. esse diuersam rationem quoad efficientiam earum passionum, quæ fiunt per resultantiam ab essentia, quia ibi sunt omnia requisita ad existentiam passionum, scilicet efficientis, & subiecti, at hic non est causa efficiens, vt dixi, neq; ex eo quod in forma ponatur efficientia respectu passionum debet etiam poni respectu informationis, vt patet ex diuersitate rationis, tum quia ibi est efficientia per resultātiam ad ea, quæ sibi sūt, necessaria ad finē;

at

at informatio non est potentia, sed actus, vt operatio formæ, vt formæ, quare vt ipsa est effectiue ab alia, ita & actuatio, & informatio ipsius, quia agens non intendit causare formam extra materiam, sed vt informantem materiã.

Triplex virtus vnitiua in anima.

Ad argum. secundæ opinionis resp. 1. ad 1. inclinationem sequi virtutem secundum eã rationem, qua concurrit ad actum, vnde si virtus est informatiua, ibi ponitur inclinatio consequens illam, si virtus est actiua sequitur inclinatio ad actionem; Vnde in anima potest considerari triplex virtus vnitiua. Vna ad vnionem localem, & hæc est per virtutem motiuam, sicut est in graui, quod per virtutem actiuam inclinatur ad centrum producendo modum. Altera est ad vnionem informationis, & quoad hanc habet forma virtutem informatiuam, sed non potest hæc virtus exire in actum sine actione, sicut neq; graue, licet per quantitatem occupet spatium, tamen non potest per illã solam tendere ad centrum sine virtute actiua grauitatis. Tertia, est virtus actiua productiua informationis, & forma hanc non habet, neq; inclinatur ad informationem inclinatione naturali actiua, sed inclinatione naturali elicita inclinari, idest desiderio, vt producetur à proprio agente informatio.

Ad 1. Confir. Henr. resp. actiuum agere circa proprium passiuum approximatum, quia nihil deest ex necessarijs ad actionem; at non sic virtus informatiua circa proprium susceptiuũ, quia deest virtus actiua ad informationis existẽtiam, vt diximus.

Ad 2. Confir. ex Conimb. resp. negando nõ deesse actionem, nam falsum est productionem formæ principalis, & eius informationis nõ distingui ab actione dispositiua, cum hæc sit accidentalis, illa vero substantialis. Neque verum est, animã rationalem eadem actione produci, & vniri, quia productio ipsius secundum se est creatio, & à solo Deo, at dispositio est per eductionem, quæ est ab agente creato, iuxta illud 2. phys. 20. sol, & homo generant hominem, quod nõ potest intelligi, nisi quoad productionem informationis.

Resp. 2. prædicti auctores concedentes ibi dari actionem, & non illam esse ab anima, iam conueniunt cum Doctoribus tertiæ opinionis, & non cum opinione Auer. negantis huiusmodi actionem.

QVAESTIO VIII.

De forma accidentali eius virtute, & effectu.

DVBITATIO PRIMA.

An forma extrinseca habeat veram causalitatem formalem.

Quid sit forma extrinseca.

FOrmam extrinsecam appello, quæ non habet inhærentiã respectu subiecti, quod denominat extrinsecè, licet habere possit inhęrẽtiam respectu alterius subiecti, quia non potest dari aliqua forma extrinseca alicui subiecto, quæ non sit per se subsistens, vel existẽs intrinsecè in alio subiecto. Vnde quæritur de huius causalitate respectu subiecti, cui est extrinseca.

1 *Formæ accidentales extrinsecus adiacentes non exercent veram causalitatem formalem respectu subiecti.*

Prima Concl. formę accidẽtales improprie, idest extrinsecus adiacentes, & denominantes, non exercent veram causalitatẽ formalẽ respectu subiecti, cui sunt extrinsecæ. Prob. quia cũ non afficiant, nec vere informent subiecta, quæ denominant, nihil possunt in illis causare, neq; componere aliquid verè vnũ, vt visio obiecto, actio agẽti, vestis vestito; at omnis formalis causa debet dare aliquod esse.

Forma media vnione formaliter causat.

Confirm. quia forma non causat formaliter, nisi media vnione, & hæ formæ non habent veram vnionem cum suis subiectis, vt patet, ergo. Maior prob. quia causalitas formæ, vel est ipsa coniunctio, vel essentialiter supponit coniunctionem formæ cũ materia; præcisa enim vnione physica non est compositum physicum vnũ physica vnitate, vbi autem non est physicum compositum, non est causalitas physica formæ, quę ordinatur ad compositum.

Confirm. 2. quia causalitas formalis, naturaliter sunt conclusiones, at in his non est causalitas vera materialis, vt patet, nam Deus dicitur agens actione, & tamen non est vere subiectũ, & materia actionis illius; ergo neq; actio est vera forma Dei.

2 *Formæ accidentales extrinsecus adiacentes proportionaliter denominant.*

2. Concl. huiusmodi formæ participant denominationem, etiam secundum quandam proportionem, quia habent modum denominandi formam, vt concretum ab abstracto, sicuti est in veris formalibus causis, & effectis, ergo solũ erunt formales causæ, ꝓpter quandã proportionem cum veris, quæ proportio consistit in hoc, nam vt forma vera habet habitudinem ad subiectum, & id, quod aduenit illi, ita illæ formæ heben: habitudinem ad res, quas denominant tanquam vltimi termini, & actus aduenientes illis, & ideo denominant ad modum formarũ.

DVBITATIO II.

An formæ accidentales intrinsecè inhærentes habeant veram causalitatem, effectus, & qualia illa sint.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

1 *Opinio negãs.*

PRima opinio est Aureoli in 4. d. 41. & refert Cap. 2 d. 28. q. 1. ad arg. contra 2. concl. dicentis formas accidentales non habere aliquam realitatem in se terminatam, sed esse modificationem quandam substantiæ ab ea indiuisam, vt figura non est aliud, quam figuratio ipsa, & candor, nisi candidatio 7. met. 14. & seq. Probat quia forma non distinguitur ab informatione, seu actuatione, sed actuatio non distinguitur à subiecto actuabili; ergo neq; forma à subiecto. Maior prob. quia si actuatio distingueretur à forma, vt aliquid derelictum in subiecto, vel est respectiuum, & non, quia esse informatum, esset aliquid relatiuum, & albedo v. g non esset quale, sed referret, vel absolutum, & neq; tum

quia

quia non esset causatum in genere causæ formalis, sed efficientis, quia imprimeret effectum suum sicut efficiens, nam non apparet, in quo prædicamẽto sit, nisi in genere actionis, & passionis. Tum quia esset effectus formalis sine forma, quia hoc derelictum, cum sit distinctum à forma, & absolutum potest separari à forma. Neque tamen putat subiectum, & accidens habere vnam realitatem, sed fundare vnam rẽ per indiuisionem, quæ indiuisio dicitur compositio accidentis cum subiecto.

Confir. quia actualis inhærentia non est diuisa ab eo cui inhæret, sed facit cum illo vnum per indiuisionem, quia impossibile est concipere inhærentiam sine termino, quod est ipsum subiectum accidentis, sed accidens est actualis inhærentia.

2 *Duplex distinguitur informatio, altera in accidentali, altera in substantiali forma.*

2. Opinio est dicẽtiũ, aliã esse rõnẽ informationis in forma accidẽtali, ac substãtiali, ita Fõs. & Vasq. Hi tamen diuisi sunt, nam Fons. 5. met. c. 2. q. 2. hanc diuersitatem ponit in eo, quo in accidentali idem sit actuare materiam, & constituere compositum, quia hoc non est aliud, quam forma, & materia vnita, sed in substantiali actuatio distinguitur à constitutione compositi, quia compositum est tertia entitas consequens actuationem. At Vasq. t. 1. in 3. p. disp. 19. nu. 27. docet diuersitatem consistere, quod accidentales nihil aliud tribuunt subiecto, quã se ipsas per modum inhæsionis. Vnde album non est aliud, quam albedo inhærens, ratione cuius subiectum redditur album, absq; alio effectu ab ipsa albedine proueniente. Hinc deducit eundem modum inexistendi materiæ esse informationem, & receptionem, idest actũ formæ, & subiecti, & ratione distingui, etiam si hic modus distinguatur à forma, cum forma possit esse sine illo modo. Tertio, præter hunc modum non requirit in subiecto peculiarem modũ, quia vt forma vniatur subiecto satis est modus inhæsionis in forma, ratione cuius habitudinem habet cum subiecto; vt si subiectum ipsum non varietur secundum alium modum. At in forma substantiali alia ratio est quoad effectũ formalem, nam in composito substantiali præter materiam, formam, & vnionem, qua se mutuo materia cum forma respiciunt, datur effectus formalis, qui consistit in quodam esse substantiali deriuato à forma in materiam, quare actus substantialis, qui est informatio, & receptio non sunt idem cum modo inhæsionis, quẽ habet forma, & materia, quo se respiciunt. Probant ex animantibus, in quibus materia non solum recipit animam, sicut recipit accidens, sed etiam recipit esse viuificum, ita vt eius esse sit viuere. Vnde non solum anima, & compositum dicuntur viuere, sed etiam ipsa materia informata per animã, nam illa materia, vt sic est principium operationis vitalis, alia ratione, quam subiectum per calorem est principium calefactionis, quia ad calefactionem, subiectum non comparatur vllo modo, vt principiũ; at respectu operationis vitalis cõparatur, vt principiũ concurrens; ergo signum est recipere quoddã esse vitale, per quod concurrit, iuxta illud 2. an. 37. Viuere est viuentibus esse, si enim solum reciperet animam, vt subiectum recipit calorẽ, tunc esset solum vehiculum formæ ad agendũ, & sibi animæ actiones tribuerentur, cum tamẽ Arist. vbiq; clamet anima non net, vel ædificat, sed homo 1. de anima tex. 36. contra vero intellectio tribuitur solum animæ 3. de an. tex. 1. quia ad illam non cõcurrit corpus, & hanc rõnem fuse prosequitur ex 3. de anima tex. 66. vbi ait, aliquas actiones perire cum ipso corpore.

3 *Accidens multiplex datur.*

3. Opinio est communis dicentium varia esse genera accidentium, quædam, quæ propriẽ, & intrinsecè afficiunt subiectum, quædam solum extrinsecè, vt actio respectu agentis, & vestis respectu hominis, de quibus infra, ex intrinsecis quædam habent propriam entitatem, & realem distinctionem, tam à substãtia, quam ab alijs accidentibus, & dici possunt accidentia entis rõ, seu formæ entitatiuæ, quædam quæ sunt modi affixi alijs entitatibus, quod aliquando sunt idẽ realiter cum substantia, vt vbi aliquando idem cum alijs accidentibus, vt figura, similitudo, & dici possunt formæ modales, quę vt sunt diuersæ rationis, ita diuerso modo causant effectus suos formales, quod si comparentur formæ entitatiuæ accidẽtales cum substãtialibus ad cõicandũ effectum formalẽ, licet habeãt diuersos effectus respectu materiæ, quod forma substantialis sit necessaria ad eius existentiam, non sic aliqua accidentia, tamen respectu compositi communicant effectum eodem modo, & diuersitas consistit in entitate diuersa compositi ratione totius, ex vnione illarum formarum cum materia, quia compositum substantiale habet vnitatem per se, & accidentale vnitatem per accidens, ita Suar. disp. 16 met. sect. 1. & colligitur ex Scoto 1. d. 26. q. 1. via 3. arg. 3. F. vbi ait formam in subiecto nihil relinquere, nisi seipsam, vt refert Hieronymus de Ferrerijs.

ART. II. Continens notabilia.

4 *Accidẽtia intrinseca duplicis sunt rationis.*

NOt. 1. Accidentia intrinseca alia habere propriam entitatem distinctam realiter à subiecto, eo quod sit capax existentiæ saltẽ supernaturaliter præciso subiecto. Alia vero non habere entitatem per se, sed cum alio, quia scilicet non sunt capaces, etiam per potentiam diuinam, existentiæ, nisi sint affixa alteri, & hæc dicuntur modi rerum, siue sint substantiales, siuè accidentales, quorum essentia consistit in actuali coniunctione cum alio.

Not. 2. in forma accidentali habente entitatẽ per se quattuor reperiri. Primo, virtutem, seu formale, & proximum principiũ causandi. Secundo, cõditionem sine qua non, quæ in omnibus est existentia, & intima propinquitas, aliæ vero conditiones sunt variæ pro diuersitate formarum accidentalium; nam aliquæ non informant subiectum, nisi affectum alia dispositione; aliquæ vero informant immediate subiectum, vt dicitur de quantitate. Tertio, causalitatem. Quarto, effectus.

Not. 3. virtutem huius formæ esse ipsam entitatem formæ, quæ ex natura sua est apta ad in-

formandum, cum ſit ad hoc per ſe inſtituta.

Confirm. quia ſi illa aptitudo eſſet diſtincta à forma eſſet accidens illius, quod vel inhærebit formæ per aptitudinem à ſe diſtinctā,& ſic abibitur in infinitum, vel per aptitudinē indiſtinctam,& tunc idem dici poterit de prima forma accidentali. Neq; diſcrimen afferri poterit, quia ipſa aptitudo eſt inſtituta, tanquam ratio, qua aliquid inhæret, vel informat, atque adeo ipſa per ſeipſam inhæret, nam idem dici iure poteſt de prima forma,quæ eſt à natura inſtituta,vt ſit forma ſubſtantiæ,

ART. III. Continens opinionem Auctoris.

5 *Forma accidentalis duplicem habet effectum circa ſubiectum negatiuū, & poſitiuum.*

PRima Concl. forma accidentalis habens in ſe entitatem, habet duos effectus circa ſubiectum,vnum negatiuum,alterum poſitiuum.

Prima pars patet, nam expulſio formæ contrariæ, vt v. g. caloris eſt effectus formæ, ideſt frigoris informantis ſubiectum, at oſtendimus ſupra, formam non expellere aliam à ſubiecto, quod informat in genere cauſæ efficientis, quia expulſio non poteſt effectiue eſſe ab efficiente directe,& per ſe, quia nullum agens intendens ad malum operatur, ſed erit in genere cauſæ formalis.

Conf.quia omnis actio per ſe facit aliquid poſitiuū,ex quo ſequitur expulſio alterius, at forma informādo ſubiectū, nec effectiuè ſe ipſam cauſat,nec aliam formam, qua expellit formam contrariam, quare non expellit per efficientiā, ſed per formalem repugnantiam naturalem reſpectu eiuſdem ſubiecti.

Proprius effectus formæ accidentalis eſt compoſitū accidentale.

Secunda pars patet, quia proprius effectus formæ accidentalis informantis ſubiectum eſt compoſitum accidentale,quia hoc immediate, & primo conſurgit ex accidēte informante ſubiectum, cum intrinſecè pendeat, & eſſentialiter à forma.

Confirm. quia effectus non poteſt eſſe ſubiectum, cum ſit ſubſtantia; ergo erit compoſitū, quia non eſt aliud, quam vnio,quæ non tam eſt effectus,quam via ad effectum.

Dices,ſubiectum affectum accidente,eſt effectus huius formæ,vt effectus albedinis eſt ſubiectum albere,ſeu eſſe album,quod eſt diſtinctum à toto, quia hoc includit materiam, tanquam ſui partem,at illud dicit effectum relictū à forma in materia.

Reſp hæc diſtingui tantum in modo ſignificandi,ſed in re idem eſſe, nam compoſitum ſignificari poteſt, vel vt effectus ſolius formæ in genere cauſæ formalis, & dicitur effectus albedinis eſſe ſubiectum albere, ſeu reddere ſubiectum album; vel abſolute, vt effectus conſurgens ex materia,& forma,& ſic ſignificatur nomine, quo includitur materia, & forma intrinſecè.

6 *Obijcies ſubiectum videtur cauſā effectus.*

Sed contra,primo,nam etiam ſubiectum videtur effectus formæ accidētalis, quia ſubiectū accidentis pendet in eſſe ab ipſo accidente, ſed non, niſi in genere cauſæ formalis. Maior probatur, quia compoſitum, quod eſt ſubiectum ſaltem de nominationis accidentium pendet ab vltima diſpoſitione. Tum quia materia non poteſt exiſtere ſine quantitate, vt neq; anima ſine ſuis potentijs, & paſſionibus.

Reſp. non omne ſubiectum dependet ab accidente.

Reſpond. & dico, primo, non omne ſubiectum pendet ab accidente,vt ſic,vt patet in accidentibus, quæ ab extrinſeco conueniunt, vt lumen aeri. Vnde fit,vt per ſe loquendo ſubiectum non pendeat à cauſalitate formæ accidētalis, vt ſic, nec in conceptu cauſalitatis huius includitur hæc dependentia,tamen ſi detur dependētia alicuius ſubiecti à forma accidentali, id non eſt ratione cauſalitatis formalis, ſed ratione talis cauſalitatis,ex ratione particulari talis ſubiecti, & accidentis, quæ habent neceſſariam connexionem.

Subiectū nunquam pendet in genere cauſæ formalis ab accidente.

Dico 2. nunquam ſubiectum pendet in genere cauſæ verè formalis ab accidente,nam dependentia, quam habet compoſitum à diſpoſitionibus, reuocatur ad cauſam materialem, vt cauſalitatem diſpoſitiuam illius præparantem & aptantē ſubiectum, neq; præter ſuam informationem habent ſpecialem cauſalitatē reſpectu compoſiti, dicuntur tamen reduci ad materiam, quia requiruntur ex parte materiæ.

Dico 3. ſubiectum à diſpoſitione ſubſequēte, ſeu concomitante,non ſolum non pendet in genere cauſæ formalis,ſed neq; diſpoſitiuè,quia ſupponunt abſolute eſſe ſubiecti,quare non habent rationem cauſæ reſpectu illius,ſed dicuntur conſeruare ſubiectum à poſteriori, tanquā conditiones conſequentes eſſe ſubiecti, à quo manant, vel ratione illius debeantur.

Ex his patet, ſemper accidens eſſe conditionem requiſitam ad exiſtentiam ſubſtantiæ, & 7
nunquam veram cauſam, ſed aliud accidēs eſſe conditionem prærequiſitam,& præſuppoſitam ordine naturæ à forma,& compoſito,aliud eſſe conditionem cōſequentem exiſtentiam formæ, ſecundum ordinem naturæ, ſed concomitantē ſecundum durationem. Neq; hinc fit,vt poſſit ratione illius prioritatis naturæ exiſtere cōpoſitū ſine illis proprietatibus, quia vt recte Dur. 2. diſt. 1. q. 4. ad vltimum, multa ſunt, quorum vnum eſt prius altero ordine naturæ, & tamen ſunt inſeparabilia ſecundum durationem, vt patet in forma materiali, quæ eſt prior vnione, quam ipſa cauſat cum materia,& tamen nō poteſt eſſe ſine illa naturaliter, vt diximus.

Obijcies ſecūdo Accidens videtur cauſa formalis alterius.

Obijcitur 2. videtur accidens eſſe cauſa formalis alterius, vt quātitas dicitur eſſe ratio formalis eſſendi in loco,cum tamen eſſe in loco ſit accidens diſtinctum ab ipſa quantitate, cum ſit vbi.

Reſp. nullum accidens proprie cauſare formaliter aliud accidens à ſe diſtinctum, & ſua vnione, ſeu actuatione ſubiecti, quod ſi vnum accidens non poterit eſſe ſine alio,erit propter neceſſariam connexionem illorum, quæ oritur vel ex reſultantia neceſſaria, quæ reducitur ad genus cauſæ efficientis,vel propter ſubordinationem neceſſariam,qua vnū eſt ratio recipiendi aliud,vt quantitas reſpectu accidentium materialium, quod reducitur ad cauſam materialem. Et hinc patet ad probationem,nam quan-

titas

titas vtroq; modo est causa essendi in loco, scilicet quia ex quantitate naturaliter resultat, vbi, & est ratio recipiendi illud, sed causa formalis essendi in loco est præsentia localis, seu vbi abstractè sumptum, vt alibi.

8 Obijc. 3. nam obiectum dicitur causa formalis per se ipsum, vel per sui speciem, actus scilicet visionis, idem de termino relationis.

Obijcies 3. obiectum dicitur causa formalis actus visionis.

Confir. quia etiam ipsa potentia vitalis dicitur causa formalis sui actus, nam ideo non potest Deus efficere visionem sine potentia visiua, vel sine concursu talis potētiæ, quia ibi est causalitas formalis, quā Deus supplere non potest.

Resp. obiectum posse cōsiderari dupliciter. Primo, vt producit speciē, & ea mediante concurrit ad actum, & ita habet rationem efficientis. Secundo, vt terminat, & specificat actum, & ità nullam exercet veram causalitatem formalem, sed tantum habet rationem termini, vt patet etiā in relationibus, quod reducitur ad causalitatem formalem extrinsecam, quatenus terminus continetur in conceptu eius, non tamen pertinet ad causam formalem informātem, de qua hic agimus.

Resp. obiectū vt producit speciem habet rationem efficientis, non vero vt termina.

Ad Confir. actum vitalem non pēdere à potentia, nisi vt à potentia actiua, & receptiua, nō tamen vt forma, cur autē Deus non potest efficere, vt quis videat sine potentia, & vsu aliquo eius, alia causa est, & fortasse, inquit Suar. causa est, quia ad constituendum subiectum in ratione actualiter viuentis, idest cognoscentis, amantis, &c. concurrit aliquo modo formaliter, nam licet actualis vita formaliter consumetur per actum secundum, tamen includit primum, quē secundus per se, & essentialiter supponit, quia non potest constituere in ratione actualiter viuentis subiectum, nisi habeat potētiā videndi, sed de hac re nos in lib. de anima.

Obijc. 4. quia substantia rei potest esse dependens ab alio, quod non potest reduci, nisi ad genus causæ formalis, & tamen non habet rationē causæ informantis, vt humanitas à Verbo.

Obijc. 4. Substātia res potest esse dependens ab alio.

Resp. Scotus 3. d. 1. q. 1. & ibi Gab. ait, reduci ad formalem potius, quam ad materialē, quia est per modum actus perficientis. Respondent alij esse nouum genus causæ, quod Aristot. non cognouit, cum nō distinxerit subsistētiam à natura. Respondent alij, Verbum non habere aliquem concursum à priori, sed solum esse conditionem, sine qua non consequentem, vt Suar. & dici subsistentiam substentare naturam, non quia habeat aliquem concursum, sed quia est conditio, cur substentetur ab alio, sumpta metaphora à corpore substentante aliud, ne decidat; nam tantum est conditio, vt agens naturale conseruet illud vbi in corpore, quod non conseruaret, nisi illud corpus esset suppositum alteri, ita suppositum conseruare naturam non est per influxum communicādo illi esse, sed illi supponi per terminationem, media vnione, sine qua agens, nec illam primo produceret, nec cōseruaret, quia res ex natura sua non exigit concursum productiuum, nisi coniuncta subsistentia, & ideo dicitur suppositum.

Resp. subsistētiam substentare naturam non per influxū, sed quia est cōditio, vt substentetur ab alio.

Dices, an sit alia conuenientia inter substantialem, & naturalem formam. Resp. esse hanc,

A quod sicut compositum vnum constituitur per vnam formam substantialem, ita compositum vnum accidentale quatenus est suo modo vnū, & vnius speciei per vnam formam constituitur, nam propter subordinationem generis, & differentiæ non debent multiplicari formæ.

2. Concl. accidentia habentia propriam entitatem habent veram causalitatem formalem circa subiectum respectu prædictorū effectuū.

Accidens habens entitatē propriam, habet verā causalitatē formalem circa subiectum.

Patet 1. ex Trid. sess. 6. c. 7. vbi iustitiam inhærentem vocat causam formalem nostræ iustificationis.

9

2. Prob. quia licet hæc accidētia sint analogicè entia, atq; adeo ex hoc capite ratio causæ illis analogicè conuenit, tamen quia sunt verè,

B & propria entia, etiam participare possunt veram rationem causæ, si dant verum esse reale; at constat accidentia hæc dare esse in genere causæ formalis per communicationem intrinsecam sui ipsarum substantijs, nam effectus, qui est ab illis, neque per diuinam potentiam fieri potest sine illis, vt album sine albedine.

Confir. quia substantia est potentia receptiua illorum; ergo accidentia sunt actus replentes, & actuantes capacitatem illius potentiæ, quia potentia, & actus sunt correlatiua.

Obijcitur contra, accidens non est causa formalis sui subiecti, cum hoc sit substantia; neq; compositi, quia esset per se vnum, quia ex

C causa propria, & per se consurgit effectus per se, & proprius; ergo nullum habet effectum, atq; adeo non habet veram causalitatem, quia causa, & effectus sunt correllatiua.

Resp. ly (per se) posse referri ad effectum, vt sic, vel ad vnitatem compositi. Si primū cōceditur esse effectum per se: non tamen secundum, nam ipsum compositum accidentale, licet in rōne entis nō sit per se vnū, sed per accidens, tñ in rōne effectus, est per se effectus formæ accidentalis, quia illud compositum qualecunq; sit, vnum requirit per se formam illam, neq; est absurdum hanc perseitatem fundari in

Compositū accidentale in ratione effectus est per se effectus formæ accidētalis.

D composito vno per accidens, cur autem ex illa forma, & subiecto non fiat vnum per se, infra explicabitur.

3. Conc. forma accidentalis differt à substātiali in pluribus. Primo, quia substantiales nec per se, nec per accidēs possunt plures coniungi naturaliter in eodem subiecto, at accidentales vtroq; modo possunt, quia cum non dent esse simpliciter, nec constituant per se vnum, non repugnat multiplicari in eodē, vel omnino per accidens, idest sine habitudine vlla inter se, vt albedo, & musica, vel aliquo modo per se, idest cum subordinatione vnius ad aliud, vt potentia ad actum, & quantitas ad colores; vel actus primus ad secundum, quia accidentia dant esse secundum quid; at hæc multiplicari possunt in

10

Differētia inter substātialem, & accidentalem formam.

E eodem. Hinc fit, vt accidentia per accidens cōiuncta in subiecto possint in infinitum, quatenus est ex parte sui, & subiecti, multiplicari in eodem, quia non est maior repugnantia in maiori multitudine, quam in minori. Dixi ex parte sui, &c. nam ex generali ratione infiniti, vel ex

parte agentium, quæ finita sunt non possunt vltra certum terminum multiplicari, siue in eodem subiecto, siue in pluribus. Sed in subordinatis alia ratio est, quia vbicunque datur ordo per se, necessario debet dari primum, & vltimum, atq; adeo media, si quæ sunt, necessario debent esse finita.

Dices, quomodo ex multis formis accidentalibus fit vnum. Resp. non fieri vnum proprie, & immediatè, sed mediáte, idest ratione vnius subiecti, quod multiplicem facit compositionem cum varijs formis, vt sanitas, pulchritudo, &c. quæ dicuntur consurgere ex coniunctione plurium accidentium; vel non habent vnitatẽ propriam, sed per aggregationem, vel si habent necessario in illis, præter vnionem cum subiecto, debet poni vnio inter se, & qualis fuerit illa vnio, talis vnitas consurgit, scilicet per se, vel per accidens; & sub illa ratione, illæ formæ dicuntur vnius speciei, scilicet totalis coalescẽtis ex pluribus partialibus.

Dices, an ad eundẽ effectum formalem possunt vniri plura accidentia, vt plura efficientia ad vnam actionem. Resp. etiam si plura accidentia coniungerentur in eodem, non tamen darent eundem effectum formalem, sed vnumquodq; suũ distinctum ab alio, de qua re Suar. cum de principio indiuiduationis, & nos cum de dependentia effectus à pluribus causis totalibus.

11 4. Concl. forma substantialis, & accidentalis non differũt quoad effectum immediatũ vnionis, & informationis. Est contra Vasq. & alios, quia licet vniones sint diuersæ rationis; quod vnio formæ substãtialis constituat vnum per se, vnio vero formæ accidentalis vnum per accidens, tñ ex vtraque forma non relinquitur in subiecto aliud esse ex vi informationis distinctũ ab vnione, nam illa diuersitas effectus non potest oriri ex ratione formæ, quia vtraq; habet veram informationem. Neq; ex ratione talis formæ, quia taleitas formę causat talem vnionem, & sicut effectus formæ est vnio, ita talis formæ effectus, est talis vnio, nam differentia contrahens per se superius debet esse in eodem genere cum superiori, talis autem vnio consistit in perseitate, & accidẽtalitate cõpositi; ergo præter hanc vnionum varietatẽ non est ponendus alius effectus.

> *Forma substã tialis, & accidentalis non differunt quo ad effectum immediatum vnionis, & informationis.*

Confir. ex dictis supra, vbi ostendimus probabiliter non dari hoc esse actuale, & formale distinctum à forma, & informatione; hoc enim videtur recte probare argumẽtum illud Occh. quod illud esse nõ procederet à forma in genere causæ formalis, sed potius efficientis, quodq; non potest esse, nec absolutum, nec respectiuũ.

Confir. 2. quia esse vitale, seu animatum, seu viuificum non importat aliud, quam vitam, seu animam haberi à subiecto, habetur autem per informationem, sicut esse calidum habetur per calorem; est enim illud esse concretum quoddã formæ; at concretum nun est aliud, nisi ipsamet forma coniuncta subiecto.

ART. IV. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

AD 1. resp. ibi multa supponi, quæ sunt infra explicanda, præcipue quomodo informatio, & actuatio distinguatur à forma, & à materia; si enim supponitur identificari cum materia distinguitur à forma realiter, sicut & ipsa materia; si vero supponatur identificari cũ forma tunc distinguetur à materia, sicut & forma. Secundo falsũ supponit omnia accidẽtia informare subiectum, sicut figura quantitatem, hæc enim cum sit modus non distinguitur à sua informatione, imo nec à subiecto, nisi modaliter. Tertio, rectè probare illud esse communicatũ à forma materiæ non distingui ab ipsa vnione, seu informatione, non tamen probat hanc informationem non distingui à forma, nam cum sit effectus formæ necessario distingui ab ea debet. Vnde falso supponit solum efficiens habere effectum à se distinctum, quia id est commune omnibus causis, cum nihil causet seipsũ per verum influxum, & causalitatem. Quarto, falso supponit hanc actuationem, seu informationem si sit ens absolutũ, posse sine causa formali existere. Tum, quia non omne absolutum conceditur ab omnibus posse separari ab alio. Tum quia posset esse ens absolutum, & relatũ trãscendens, qualis est vnio, & informatio. Neq; hinc sequitur cõpositum resultans esse ens relatiuum, quia non refertur ad aliud, quod est extra se, quod requiritur ad ens relatiuum, sed concedimus includere in se aliquod relatiuum, per quod vna pars respicit aliam. Neque hoc argumentum magis vrget hanc opinionem, quã cæterorum omnium sententia, dum concedunt compositum cõstare ex anima, & materia, quæ sunt relata transcendentalia. 12

> *Nõ omne absolutũ potest separari ab alio.*

Ad Conf resp. negando accidens esse actualem inhærentiam, vt patet in Sacramento altaris. Deinde concedimus actualem inhærentiã non esse diuisam, sed se ipsam vnitam subiecto, sed hinc male colligitur nõ distingui, quia aliud est aliquid esse vnitum alteri, & indiuisũ, aliud esse identificatum, nam primum requirit pluralitatem, secundum vero simplicitatem, vnde ipsemet Aureolus fatetur accidens, & subiectũ non habere vnam realitatem, atq; adeo habere plures realitates, eas tamen indiuisas. Vnde fundant vnam rem, scilicet compositam.

ART. V. Quo soluuntur argumenta secundæ opinionis.

REsp. totã vim huius argumenti fundari in denominatione sumpta ab operationibus, eo quod aliquæ operationes denominant totũ, & præcisè formam, vt texere, ædificare, irasci, & similia. Aliæ vero denominant, & totum, & formam præcisè, vt intellectio, & volitio denominãt hominem, & animã, sicut calefactio denominat, & calidum, & calorẽ, cuius variæ denominationis originem Vasq. tribuit varietati, quam habet forma substantialis, & accidentalis 13

> *Operationes denominant formam præcise, aliæ formam, & totum.*

in

in informando materiam; sed, vt diximus, non placet, quia eadem anima rationalis informat materiam, non solum vt sensitiua, sed etiam vt rationalis, & tamen inter operationes illius apparet hæc varietas denominandi, vt intellectio denominat animam, non tamen visio, vel irasci. Quare ratio huius variæ denominationis sumēda est ex natura operationum, quod illæ operationes, quæ possunt conuenire formæ etiam separatæ à materia denominant animam, et præcise sumptam, cuiusmodi est intellectio, & volitio respectu animæ, calefactio respectu caloris, nam vt patet in calore existente in hostia consecrata ex illo procedit calefactio, cum tamen non informet materiam; at vero operationes, quæ non possunt conuenire formæ, nisi dū informant materiam non denominant illā præcise, sed totū, cuiusmodi sunt operationes prædictæ.

Dices, cur huiusmodi operationes non possunt conuenire formæ extra materiam, cum ad illas non concurrat effectiue, nisi forma, quia, nec vnio, nec materia potest esse principium operationis.

Resp. Vasq. id esse, quia requiritur substantiale illud esse communicatum materiæ cōcurrens, vt comprincipium simul cū forma ad operationem.

Sed contra, tum quia talis varietas non apparet, nisi in operationibus animæ; nam in cæteris rebus omnibus operationes fiunt à forma, etiam si conseruetur extra materiam, vt patet in operationibus panis, & vini: tum quia anima operatur huiusmodi operationes per potentias organicas, quæ vel sunt in toto composito, vel exigunt concursum materiæ recipiēdo aliquid necessarium ad operationes, vt sunt species necessariæ ad cognitionem, & musculi ad recipiēdum impetum, vt fiat motus localis. Vnde patet ratio, cur hæ operationes non fiant ab anima extra materiam, sed de hac re fusius in lib. de anima, vbi veritas huius quæsiti explicabitur, & an dicatur potentia organica, eoquod recipiatur in anima, & in illo esse substantiali cōmunicato materiæ: An vero, quia recipitur in anima, vt vnita materiæ. Tum quia sicut dicunt, materiam effectiuè non per suam entitatem, & essentiam, sed per illud esse substantiale sibi cōmunicatum, ita sine tanta multiplicatione rerū dici potest concurrere per animam sibi vnitam per vnionem informatiuam.

DVBITATIO III.

An formæ modales habeant veram causalitatem.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Opinio negās.* PRima opinio est negantium, quia vera causalitas est distincta à virtute causæ, & est ad effectum distinctum à causa, sed in his formis, nec ipsa causalitas est distincta à causa, cū causalitas sit vnita formæ, quæ non distinguitur in his ab eorum essentia, neq; effectus, qui est vnio distinguitur ab ipsis, cum essentia harum causarum consistat in entitate includente essen tialiter vnionē, ita vt implicet existere sine vnione.

Secunda opinio est affirmantium has formas habere veram causalitatem circa subiectum, & compositum, quod resultat, quia vere dant aliquem effectum subiecto, quem habet, dum his formis caret, & causant verum compositum resultans ex tali forma, & materia, vt figuratum ex figura, & quantitate; suppositum ex natura, & subsistentia. *Opinio affirmans.*

Suppono ex Suar. disp. 7. sect. 1. nu. 16. in rebus creatis præter entitates earum substantiales, & quasi radicales inueniri quosdā modos, qui sunt quid reale positiuum afficientes ipsos dando aliquod esse illis, quod est extra totā essentiam, vt indiuiduam, & existētem in natura, vt patet in vnione quantitatis cum subiecto, nā manet tota entitas quantitatis existens sine illa vnione, vnio autē quantitatem afficiens, & quasi vltimo determinans existentiam nō addit propriam entitatem, sed solum modificat præexistentem, si enim afferret nouam entitatem non posset esse actualis vnio, sed ipsa potius indigeret aliquo, quo vniretur cum subiecto, quare si non indiget ideo est, quia non est entitas, quæ vniatur, sed est actualis vnio, vnde habet talem modum essendi, vt per nullam potentiam esse possit, non actualiter coniungens extrema eadē numero, quorum est vnio, & non alia, & idem dicitur de vnione materiæ cum forma, humanitatis cum Verbo, subsistentiæ cum natura, vbi, motu, actione, vel depēdentia respectu sui termini, vt patet facile, quia manere pōt tota luminis natura existens producta à sole, non conseruata à sole, sed immediate à Deo, nam tunc perderet lumen dependentiam à sole, & haberet aliam in ordine ad Deum; at hæc depēdētia non potest concipi, quod sit entitas distincta à lumine. Tum quia est via, qua causa formaliter influit in effectum, quare non pōt esse, nisi entitas effectus, vt induit hanc rationem, & modum essendi à causa; tum quia si esset entitas distincta posset esse separata à termino, quare esset actualis dependentia sine re, quæ depēdet. *Dantur entitates modales præter substantiales.*

2 Vnde dandi sunt modi quidam, quorum ratio consistat in afficiendo actu, entitatem aliquā, sine qua nullo modo esse, & concipi possint, quos modos admittit Dur. 1. dist. 30. q. 2. nu. 11. & 16. Astud. 1. de gener. q. 1. ad 1. Ægid. tract. de compos. ang. q. 5. loquendo de subsistentia, & fuse Fons. 5. met. c. 6. q. 6. sect. 2. vbi distinguit tria genera modorum, qui optime explicat, licet exempla, quibus vtitur non sint omnino vera; ait enim modum hunc non esse proprie ens, nisi sumendo ens late, vt distinguitur contra nihil, tamen accipiendo ens pro re, quæ in se, & ex se, ita est aliquid, vt non possit intrinsecè, & essen ialiter esse semper affixum alteri, sed potest esse extra subiectum, vel si necessario exigit vnionem cum subiecto, non nisi medio modo à se distincto ex natura rei, id efficere debeat, ita sumendo ens, tunc modus non est ens, quia possit semper esse alteri affixum im- *Non possunt esse tales modi sine aliqua entitate quā afficiunt.*

mediate sine alio medio modo, vt sessio, sedēti. A Ex his patet in his causalitatem actualem non distingui ab ipsis causis, nam vbi non distinguitur vnio ab extremis, ibi neque distinguitur ab illis, sed vnio huiusmodi formarū, nō distinguitur à formis, vt supra, ergo neq; causalitas actualis distinguit ab ipsis causis formalibus. Maior probatur, quia causalitas non distinguitur ab vnione, vel formaliter, vel præsuppositiuè. Minor probata est supra, & Confir. quia videmus hos modos non posse conseruari, nisi actu vnitos, & actu causantes, etiam per potentiam absolutam, vt v. g. non potest conserueri sessio, nisi actu constituat sedentem. Neq; dicas posse B esse vnitas has formas cum subiectis, & tamen non afficere formaliter, quia impossibile est formam vniri subiecto siuè per vnionē à se distinctam, siue per vnionem sibi formaliter identificatam, & non afficere formaliter, atque adeo causare formaliter, quia non est aliud formam vniri subiecto, quam formaliter afficere subiectum, ex his concluditur actualem causalitatē horum non esse distinctam ab ipsis, sed intrinsecè in ipsis includi, siue secundum essentiam, vt quando concipiuntur nondum existentes, siue secundum existentiam, vt quando concipiuntur C existere, etiā in ipsis concipitur actualis causalitas existens.

ART. II. Opinio Auctoris.

3 *Formæ modales habent aliquam causalitatem respectu entitatis, quam afficiunt*

PRima Concl. formæ modales habent aliquā causalitatem respectu entitatis, quam afficiunt, quia licet entitas non pendeat à suis modis à prioti, tamen sæpe pendet à posteriori. patet ex natura, quæ non potest existere naturaliter sine subsistentia propria, nec corpus sine aliquo vbi, nec quātitas sine aliqua figura, sed negatio potentiæ essendi sine alio dicit aliquā dependentiam ab illo.

Exercent causalitatem formalem respectu totius compositi.

2. Concl. forma modalis exercet causalitatē D formalem respectu totius compositi, ita Suar. disp. 16. met. sect. 1 n. 21. patet inductione in figura, quæ est forma rei figuratæ, situs, & vbi, seu præsentia localis sunt etiam formæ suorum cōcretorum, nam sessio denominat sedētem, &c. quæ omnia sunt modi rerum; & ratio, quia hi modi per se afficiunt verè, & reipsa subiecta, in quibus sunt, & cum eis componunt vnum accidentale compositum, quod vt sic pendet ab illis, vt propria forma, & ipsi modi pendent à subiectis, vt causis materialibus, ergo exercent veram causalitatem circa illa.

4 *Exercent causalitatem per vnionem sibi identificatam*

3. Conc. huiusmodi formæ vario modo exercent causalitatē, ac formæ entitatiuæ, quia formæ E entitatiuæ exercent causalitatem circa cōposita per vnionē à se ex natura rei distinctam; at huiusmndi formæ non ita, sed per vnionem sibi identificatam, vt probatum est supra. Vnde fit vt aliæ formæ producantur secundum earū existentiam per distinctam actionem ab ea, per quam vniuntur; at formæ modales per eandem actionem producuntur, & vniuntur.

Habent verā rationem causæ per rōnem nō à parte rei

4. Concl. huiusmodi formæ non habent veram rationem causæ à parte rei, sed tantum secundum rationem, quia in illis non distinguitur à parte rei causalitas à virtute causandi, sed tantum secundum rationem, quatenus concipi possunt secundum se, vt formæ quædam, & ita habent rationem causæ. Secundo, vt vnientes se ipsas, & ita habent rationem causalitatis, quæ distinctio est per conceptus inadæquatos eiusdem rei.

Confirm. ex arg. primæ opinionis, quia non potest assignari effectus distinctus à causa.

Dices, potest assignari effectus distinctus ab vnione, & causa, iuxta opinionem illorum, qui dicunt per formas causari in subiecto quoddā esse proportiónatum formæ.

Resp. 1. ab aduersarijs non concedi hunc effectum causari à formis accidentalibus, sed tātum à substantialibus, cum tamen hi modi sæpe sint accidentales.

Resp. 2. à nobis probatum esse huiusmodi effectus, nec causari à formis substantialibus.

Dices 2. compositum ex his modis, vt v. g. figuratum habet veram dependentiam à figura, quia non minus dependet, quam album ab albedine, & animatum ab anima.

Dependentia effectus à modo, vt ratione distincta ab effectu ipso.

Resp. concedendo habere dependentiam à sua forma, sed non per dependentiā à parte rei distinctam, sed tantum ratione ab effectu, quæ videtur maior quædam dependentia, sicut aliquid dicitur magis dependere à se ipso, quatenus non potest existere sine seipso, non tamen verè, & à parte rei dependet, quia vera dependentia à parte rei, est per causalitatem distinctam à causa, vbi autem non est vera causalitas, non potest esse vere dependentia, sic etiam res dicitur dependere à sua essentia, cum tamen res non distinguitur ab essentia, nisi ratione ratiocinante. Vnde huiusmodi dependentia potius est similitudinaria, quam vera.

Dices 3. si non habet veram rationem causæ, 5 id est, quia non vniuntur per vniones à se distinctas, sed hoc non est necessarium, quia alioqui in omni informatione daretur duplex forma, scilicet forma principalis, & ipsa vnio, quæ cum ex natura rei distinguatur ab extremis haberet veram rationem formæ.

Confirm. quia sequeretur generationem esse formam rei distinctam ex natura rei à forma, ad quam terminatur.

Duplex forma datur in informatione.

Ad hoc multa resp. Suar. 1. concedendo totum, neque id est absurdum, quia sunt formæ diuersæ rationis ordinatæ immediatè ad diuersos effectus, nam vnio, quæ est causalitas formæ ordinatur ad vniendum cum materia illud esse, quod est in forma, forma autē ordinatur, vt ipsa coniungatur mediante vnione cum ipsa materia. Vnde etiam patet ad Conf. quia generatio vt est via, cum sit forma imperfecta dat esse illud imperfectè, terminus autem dat illud esse perfectè.

Diuisio modorū constituentium propriā speciem, vel reductorū ad aliarum rerū species.

Resp. 2. ex modis, qui non habent propriā entitatem alios esse, qui non constituunt propriam speciem, sed reducuntur ad species aliarum rerum, quarum sunt modi, quia sunt conditiones requisitæ, vel causalitates illarum intrinsecè, & hi non habent propriam rationem

formæ,

formæ, sed retinent rationem modorum substantialium, vt subsistentia, vel accidentalium, vt inhærentia. Alios vero esse, qui constituunt propriam speciem, & his conuenit esse proprie formas, vt figura, & sessio, &c.

Sed contra, quia actio est causalitas efficientis, & tamen constituit propriam speciem. Resp. hic nos non statuere cur hic, vel ille modus constituat speciem propriam, quia hoc pertinet ad materiam de prædicamentorum distinctione, sed tantum statuere, aliquos modos constituere speciem entis propriam, alios verò nequaquam, & illos esse formas, hos verò præcise modos, qui autem sint, hoc vel illo modo, ibi dicitur.

Resp.3. ex hoc arg. concedi hos modos imperfectam causalitatem formalem participare, & habere alium peculiarem modum causandi formalem, quem nos diximus non sufficere ad veram, & propriam causam ob defectum distinctionis; nam effectus immediatè causatus debet distingui à causa, hic autem respectu materiæ, & formæ est vnio, quare hæc debet distingui ab illis. Neque est absurdum, imo necessarium prętcr formam principalem poni vnionem, quæ est forma modalis, vt dictum est.

QVAESTIO IX.

De forma metaphysica, an habeat veram rationem causæ, & quomodo.

ART. I. Explicantur termini, & sensus quæstionis.

Quid sit forma metaph.

NOt. 1. Formam Metaphysicam dici, quæ in compositione metaphysica habet rationem actus perficientis, seù aduenientis, sicut materia metaphysica dicitur, quæ præsupponitur, vt inchoans compositum, & recipiens formam, ducta similitudine à forma, & materia physica, quia in omni compositione, vt ex multis vnum consurgat, semper vnum intelligitur, vt materia, idest recipiens, alterum vt forma, idest adueniens, siue quia in compositione physica (quæ est maximè propria, & nobis notior, vnde omnis alia compositio per analogiam ad illam à nobis cognoscitur) id accidat, siue quia in omni composito vnum est, vt potentiale, & inchoatio, aliud vt actus, & continuatio rei, ideò in compositione metaphysica semper vnum est, vt materia, & alterum, vt forma, quod adeo Philosophi receperunt, vt etiam in compositione integrali ætherogenea constituant partem materialem, & formalem, vt in homine caput, & in ædificijs tectum ponunt esse partes formales aliarum partium. Hinc etiam Theologi in Sacramentis, idem efficere conantur; imò etiam in homogenea, in qua, cùm ob similitudinem partium non possit poni illa diuersa habitudo, dicunt tamen omnes partes esse materiam, & totum esse, vt formam.

Compositio duplex.

Not. 2. Duplicem dari compositionem vnam physicam, quæ requirit partes, non solum realiter distinctas, sed etiam essentialiter imperfectas, quæ reperitur in rebus quantis, & sensibilibus, quæ ob id dicitur compositio physica,
A quia reperitur in rebus pertinentibus, præcisè ad physicam. Alteram dici metaphysicam, quæ quia reperitur per se in rebus abstractis à materia dicitur metaphysica, quæ non requirit partes habentes proprietates partium physicarum, nisi secundum quandam proportionem. Et quia in abstractis à materia reperitur quadruplex compositio. Prima, ex essentia, & hæcceitate. Secunda, ex essentia, & existentia. Tertia, ex genere, & differentia. Quarta, ex supposito, & natura, ideò distingui solet quadruplex ratio formæ metaphysicæ, licet hæcceitas, & differentia essentialis eodem modo se habeant respectu graduum superiorum, quos contrahunt. Neque tamen hæc compositio metaphysica est, ità propria rebus abstractis à materia, vt non conueniat, etiam rebus concretis in
B materia, cùm huiusmodi substantiæ materiales sint multo magis compositæ, quàm immateriales, vndè habent compositionem illam quadruplicem metaphysicam; sed omissa compositione ex esse, & existentia, de qua alibi, & compositione ex hæcceitate, & essentia, quæ similis est compositioni ex genere, & differentia. de cœteris.

Quadruplex ratio formæ metaphysicæ.

Not. 3. ex Suar. inter illas duas metaphysicas compositiones esse discrimen, quod quæ ex supposito, & essentia, vnum extremum, est tota essentia, & aliud non pertinet ad essentiam intrinsecè, sed est modus, & terminus essentiæ,
C sed in compositione ex genere, & differentia, vtrunque extremum est essentiale, & neutrum dicit totam essentiam explicitè, & actu, sed cõfusè, vnde prior dici solet forma totalis, & propriè metaphysica, hæc verò logica. Secundo, ex Suar. differt, quia prior est ex terminis ex natura rei distinctis ex extremis distinctis tantum secundum rationem, sed fallitur, vt alibi diximus. Tertio, ego addo, differunt, quod extrema prioris, ita distinguuntur, vt idem numero possit manere, altero non manente, sed in posteriori non ità, sed neutrum sine altero esse potest. 2

Forma totius & partis.

Not. 4. formam metaphysicam esse duplicem. Vnam, quæ dicitur forma totius, aliam,
D quæ dicitur forma partis, seù logica, forma metaphysica, quæ dicitur forma totius non est aliud, quàm tota rei essentia, vt v. g. in homine Humanitas. quæ constat ex materia, & forma, dicitur forma totius, nam id, quod homo addit Humanitati, scilicet subsistentiam, non est de essentia Humanitatis, vt patet in Christo, in quo est tota essentia Humanitatis, & non est subsistentia: neque hæc reperitur tantum in rebus materialibus, vt forma physica, sed etiam in immaterialibus; imò etiam in Deo reperitur, in quo concipimus Deitatem, vt formam constituentem Deum, vt suppositum diuinum, licet in Deo non sit distinctio inter essentiam, &
E suppositum. Hinc patet quomodo hæc distinguitur à forma physica, quia physica tantum in rebus materialibus reperitur, nec dicit totam essentiam; Contra verò forma metaphysica

de

de qua Scotus 1.d.3.q.7. ad tertium,& intelligit illud Aristotelis 8.met.39. formas esse sicut numeri.

3 Not.5.hanc formam metaphysicam solere nomine naturæ proprijssimè significari,vt patet ex dictis de natura,& ostendit hic Suar.num.4. Quia ex vsu patet distingui hac ratione naturam à supposito.

Conf. quia natura significat idem, ac essentia,& solum differunt, quod essentia significat illud in ordine ad esse, & natura in ordine ad operationem,quia naturæ ex 5.met.c.4.nomen sumptum est à nascentia,quod aliquid nasci faciat, nam adæquatum principium operandi nō solum in immaterialibus,sed etiam in materialibus est essentia, nā licet forma in illis sit principium principale,tamen adæquatum est essentia tota,quia ad operationes conuenit,etiam in suo genere aliquo modo natura,& licet 5.met. 4.Arist.dicat naturæ nomen per translationem significare essentiam, tamen id non dicitur ratione rei significatæ, & nominis, vt dicunt, ad quod, sed ratione impositionis, & nominis à quo,quia primum hoc impositum ad significādam generationem viuentium, quæ dicitur naturæ,seu nascitura,seu natiuitas, vnde significatur deinde principium intrinsecum, tamen si spectetur res significata potius significat naturam integram,quàm formam,quæ est natura partialis, hinc fit vt simpliciter non conueniat accidentibus,quæ vt non habent essentiam, nisi secundum quid, ità & naturam, vnde dici debent naturæ accidentales, vel contra naturam, vel secundum naturam.

Conf.quia accidens, cùm sit forma partialis physica est natura incompleta non efficiens vnū per se cum subiecto,quare neque ratione sui, neque ratione compositi potest secundum rem dici metaphysicè, quæ significat naturam integram,nisi ex nostro modo concipiendi, licet hæc doctrina de accidente dubia sit,cum accidens constituat speciem integram,quod nō potest hic examinari.

4 Not. 6. præter formam metaphysicam totalem, reperitur etiam forma metaphysica partialis logica,vt differentia, quæ comparatur ad genus,vt forma ad materiam,vnde 7.met.43.ex genere,& differentia dicitur fieri vnum per se, vt ex potentia,& actu; primo, quia differentia se habet,vt determinans, & genus,vt determinabile. Hinc fit,vt differentia sit perfectior genere,quia id,quod intra genus idem, se habet vt actus,est perfectius eo,quod se habet,vt potentia,& hinc fit, vt distinctio ex nobiliori sumatur principio, & in hoc consistit proportio differentiæ cum forma. Secundo,vt materia nō includit formam,& contra,ità genus non includit differentiam, & contra, quia alioqui non se haberent,vt actus,& potentia metaphysicè componentes,quia de ratione horum est, vt se non includant 3.met.10.6.top.cap 3. 7.met 43. Hinc etiam fit, vt sicut materia requirit formam,non hanc, vel illam determinatè, ita genus differentias. Sed differunt primo,quod eadem numero materia manet sub diuersis formis,at non idem numero genus. Secundo,quia materia potest supernaturaliter esse sine vlla forma,non sic genus,quia genus non dicit entitatem distinctam à differentijs, nec habet determinatam essentiam in propria specie vltima constitutam præcisis differentijs,at materia, habet entitatem distinctam,& vltimo determinatam in specie partiali. Tertio, quia inter genus,& differentiam non intercedit vnio distincta ab ipsis, etiam secundum rationem concipiendi,vt inter materiam,& formam, nā actualis vnio,& inseparabilitas est de intrinseca ratione generis,& differentiæ, vt sunt existentes, etiam secundum conceptum, nam licet conceptu præcisiuo possit differentia intelligi sine genere,& cōtra, non tamen conceptu negatiuo potest intelligi existens sine genere.

Datur forma metaph. partialis logica.

A B

5 Not.7.secundum Masium in li.1.c.9.sect. 3. q.2. hoc differre formam totius à forma partis,quod illa est composita, quia habet ortum ex vnione materiæ, & formæ; at forma partis est simplex, quia non habet compositionem ex materia, & forma. Tùm quia forma, cum sit prior est simplicior materia, quæ est potentia; at priora sunt simpliciora 8. met. c.8. Tum quia forma est primum principium,at prima principia non sunt composita ex alteruttris,vel ex se inuicem. Tùm quia alioqui in eodem composito essent duæ materiæ, & duæ formæ; neque habet compositionem ex genere,& differentia, quia quod est sic compositum est natura integra; at forma non est natura integra, sed partialis; neque habet compositionem ex duobus entibus in actu, quia sic cōposita sunt entia per accidens, vt aceruus lapidum. Sed hæc doctrina habet difficultatem, quoad vtrāque partem, quia licet forma totius materialis sit compositum ex materia,& forma, at non sic forma totius substantiæ indiuisibilis, vt est Gabrielitas,respectu Gabrielis. Secundo, quia licet forma partis physica habeat simplicitatem, quam ibi probat,non tamen forma partis metaphysica, vt est differentia, quia cum hæc sumatur à toto composito, vt alibi est probatū habet compositionem essentialem toti composito. Tertio,Scotistæ, apud Fabrum theor. 59. cap.3.ad 1.Aegid.forma totius est quidditas,& essentia rei,quæ non distinguitur à re, cuius est forma,nisi ratione, quæ idem concipit confusè,& distinctè; at forma partis metaphysica est quidem de essentia rei, sed non est quidditas, & tota essentia. Sed primum non omninò placet, quia secundum Scotistas materia, in qua est forma totius est indiuiduum materiale, sed hoc distinguitur ex natura rei ab essentia, quia essentiæ addit hæcceitatem. Quare, ego dico,differre inter se, quod forma totius dicat in se totam essentiam,at partialis dicit partem. Secundo,quia illa sæpè non differt à forma,nisi secundum conceptionem,qua eadem res concipitur confusè,& abstractè,hæc vero ex natura rei distinguitur à genere,quod format. Tertio,illa non prædicatur de re, quia significata per nomen abstracta non prædicantur de concretis, at forma logica,quia significatur in concreto

Differentia inter formam totius a forma partis.

C E D

creto prædicatur de re, quam constituit, vt rationale de homine.

ART. II. Opiniones Doctorum.

6 *Opinio affirmans habere veram causalitatem.*

PRima opinio est affirmantium formam metaphysicam habere veram causalitatem respectu compositorum, quia si forma physica, quæ est imperfectior habet veram causalitatẽ, multo magis forma metaphysica illam habebit.

Conf. quia alioqui cõpositio metaphysica nõ esset vera, & realis, sed similitudinaria, & rationis; at hoc esse falsum patet, quia vbi non est vera compositio, & realis, ibi est vera, & realis simplicitas, atque adeò abstracta à materia haberent essentiam omninò simpliecm contra conceptum creaturæ; Neque dicant illa habere compositionem, sed sine causalitate vera, quia compositio, vel non distinguitur à causalitate, vel essentialiter illam includit.

Conf. 2. quia hac ratione in Deo non ponitur huiusmodi forma metaphysica, quia non est capax veræ causalitatis; ergo forma metaphysica habet veram causalitatem respectu cõpositi.

Opinio negãs

Secunda opinio, est negantium huiusmodi formas habere veras causalitates, quia cum non distinguantur à parte materiali distinctione reali perfecta non vniuntur illi per aliquid à se distinctum, sed se ipsis, & per suas essentias, ità Suar. loc. cit. & est communis. *Suarez.*

ART. III. Opinio Auctoris.

7 *Forma metaphysica totalis non habet veram causalitatem.*

PRima Conc. forma metaphysica totalis non habet propriam causalitatem, quia hæc consistit in actuando aliquo subiecto; at hic non est talis actuatio, vt patet in rebus materialibus, quæ cùm includant materiam, quæ non potest aliud actuare, nec ipsa forma poterit actuare, & in immaterialibus. prob. 1. quia cum sit in illis essentia simplex abstrahens ab omni receptiuo, non potest dici forma habere propriam causalitatem.

Conf. ex Humanitate Christi, quæ dicitur forma huius hominis Christi, & tamen non habet veram causalitatem in Verbum, ex quo, vt supposito dicitur constitui hic homo.

Secundo prob. quia natura, vel comparatur ad subsistentiam, vel ad compositum ex natura, & subsistentia; sed respectu neutrius habet causalitatem: non respectu subsistentiæ, quia subsistentia non est, vt subiectum naturæ, sed potius vt terminus, & modus, atque adeo potius est actus naturæ, quam contra; neque respectu suppositi, constantis ex natura, & subsistentia, habet veram causalitatem, quia non est vera causalitas respectu compositi, nisi primo, & immediatè sit circa effectum immediatum receptum in subiecto, ex quo simul cum forma cõstituitur compositum.

Hinc fit huic formæ non respondere materiam, quia non est forma ex eo, quod informet subiectum, quare solum suppositum illi respõdet, vt essentialiter constitutum per ipsam, ex

A quo habet, vt dicatur forma, quia scilicet est tota quidditas intrinsecè constituens suppositum in tali genere, vel specie, quæ constitutio non est per causalitatem distinctam ab ipsa natura, sed per intrinsecam actualitatem, & entitatem ipsius naturæ totalis.

Hinc etiam patet hanc non posse esse, nisi vnam respectu eiusdem, quia dicit totam naturam, quæ non nisi vna respectu vnius dici potest. Nec obstat, quod distingui possit forma generica, specifica, &c. vt animalitas, humanitas &c. quia hæ si sumantur respectu eiusdem, non sunt plures, cum animalitas in humanitate includatur; at quatenus sumuntur vt plures, non sumuntur respectu vnius, sed plurium, vt animalitas respectu animalis; humanitas B respectu hominis. quorum sunt formæ totales. Hinc etiam patet cur. 2. phys. 31. totũ dicatur forma respectu partium. nam primo, ibi loquitur de toto integrali, vt domus, &c. sed extendi potest ad omne compositum materiale ex partibus incompletis, nam partes sunt ex se imperfectæ, quare comparantur, vt materia respectu totius, quo perficiuntur ex proportione materiæ, quæ perficitur per formam illi aduenientem.

Dices in toto includuntur etiam principia indiuiduantia, quæ non sunt de essentia; at natura integra Petri, v. g. includit etiam principia indiuiduantia. Resp. debere hanc formã sumi proportionaliter respectu illius, quod cõ C stituitur per ipsam; vnde si comparatur ad speciem, dicit solum essentialia principia; si ad indiuiduum includere debet essentialia principia indiuiduantia, quia licet hæc non sint de essentia rei, cum hæc includat præcisè principia operationum, tamen sunt de essentia indiuidui vt sic. & similiter existentia, licet non sit de essentia rei, est tamen de essentia rei actualis, & existentis, nam existentia includitur in ratione entitatis actualis, non tantum vt conditio extrinseca, vel concomitans, sed etiam, vt intrinsecè constituens talem entitatem.

Forma metaphysica partialis, nec habet propriam causalitatem. 8

Secunda Conc. forma metaphysica partialis, seù logica non habet propriam causalitatem D realem, non solum, ex eo, quod causalitas realis non potest esse, nisi inter ea, quæ ex natura rei distinguuntur, nam diximus genus, & differentiam ex natura rei distingui; sed ob id, quod in causalitate reali necessarius est aliquis realis influxus distinctus, saltem ex natura rei ab ipsis causis, quod hic non interuenit, vt diximus; sed reperitur constitutio quædam, quę ob similitudinem aliquam cum constitutione causæ realis concipitur à nobis, vt causa: & licet ex illis resultet essentia realis, non simplex, sed composita; tamen non est per compositionem, quæ sit causalitas distincta ab ipsis extremis, sed ipsã entitatem extremorum sine vlla causalitate propriè dicta.

Tertia Conc. ad causam formalem ab Arist. 5. met. c. 2. reuocari etiam vtramque partem definitionis, quod intelligitur, non de partibus, vt partes sunt, idest, vt præcisè dicunt suam rationem formalem explicitè, sed vt tota quædam, quatenus confusè dicunt totam rei natu-

ram

ram,vt alibi explicaui,nam etiam genus,est totum quoddam potentiale, & quasi continens species,& indiuidua comparatur ad illa,vt forma ad materiam, & similiter tota definitio dicitur forma metaphysica, quæ omnes loquutiones solum in analogia quadam, & translatione consistunt.

Quarta Conc. si datur aliqua forma metaphysica distincta realiter realitate perfecta à comparte,ibi debet poni vera causalitas, quia ibi debet poni vnio partium distincta à partibus,atque adeo effectus distinctus à causis; at vbi datur huiusmodi effectus, ibi datur vera causalitas,vt alibi est probatum; ergo.

ART. IV. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

9 *Causalitas cõnotat imperfectionem in causa.* AD 1.Resp. etiam si forma metaphysica sit perfectior physica, non tamen sequitur habere causalitatem formalem,sicut habet forma physica,tum quia huiusmodi causalitas cõnotat imperfectionem in causa. Vnde negatur conuenire Deo. Tum quia etiam si conueniret ratione perfectionis, non tamen sequitur conuenire omni habenti maiorem perfectionem, quia consequi potest determinatam perfectionem,& non perfectionem,vt sic; & quia ad causandum,præter principium, requiruntur alia, quæ hic desunt,vnde diximus hic deesse distinctionem necessariam inter formam,& formatũ, vt inter ea sit causalitas.

Ad Conf.Resp. hic esse veram,& realem compositionem,sicut ex huiusmodi formis, & formatis fit verum compositum; sed ibi non adest compositio,quæ sit vera causalitas, quia præter partes componentes non intelligitur, ibi aliqua entitas,vt v.g. in homine non intelligitur aliud, quam animal,& rationale.

Dices ibi adest verum compositum, ergo vera compositio,ergo vera causalitas; quia non potest intelligi compositio vera,sine causalitate partium componentium.

Resp. negando consequentiam, quia vt sit vera compositio satis est, vt partes inter se vniantur per vnionem identificatam,vel distinctam; at vt sit causalitas requiritur, vt hæc sit distincta ex natura rei à causa, vt patet ex conceptu causæ,& causalitatis. Neque maior hic est difficultas quam sit in vnione, quæ potest esse, & identificata,ac essentialis parti componenti, & distincta,ac illi adueniens.

10 Ad 2.Conf.Resp.alibi à nobis erit explicandum,an in rebus abstractis à materia detur forma metaphysica constituens essentiam rei indiuiduæ, pendet enim ex illa quæst. An in immaterialibus principium indiuiduans sit naturæ specificæ essentialis. Quod examinare pertinet ad metaphysicum; quare non mirum si in Deo non dantur huiusmodi formæ metaphysicæ, quia ibi non datur principium indiuiduãs extra essentiam.

Resp. 2. quod licet in Deo non possit poni forma metaphysica partialis, nec à parte rei, nec ex parte intellectus,eo quod ibi non sit genus,& differentia, vt alibi ostendimus, tamen

A non video, cur in Deo non possit poni forma metaphysica totalis, non quidem realis, cum ibi sit summa simplicitas,sed rationis, quæ dici solet forma metaphysica,non ex parte rei significatæ,sed ex parte modi significandi, cùm natura diuina concipi possit & confusè, & distinctè,concretè,& abstractè, vt Deitas, & Deus, non enim video,cur Deitas non habeat ratioñe formæ ex parte intellectus respectu Dei, quia forma,licet,vt dicit informationem,& esse partem compositi dicat imperfectionem, & ob id negetur de Deo,tamen vt dicit id,quo aliquid est tale per propriam rationem, vt sapiens per

B propriã sapientiam dicit perfectionem, & ideò quoad hoc conuenit Deo, vt notat Scotus 1.d. 8.q.3.dub.11 Cætera argumenta non indigent solutione cum nobis faueant.

QVAESTIO X.

De vnione inter materiam, & formam, per quam ex materia, & forma fit compositum vnum per se.

DVBITATIO PRIMA.

C *An materia, & forma substantialis immediatè vniantur,an vero mediate.*

ART. I. Continens notabilia pro intelligentia quæstionis.

NOt. 1. triplex medium inter materiam, & formam posse considerari;Primum,in ratione subiecti recipientis formam, vt scilicet forma non recipiatur in ipsa essentia materiæ immediatè, sed mediatè, quomodo dicunt aliqui materiales qualitates recipi immediatè, nõ in ipsa materiæ essentia,sed in quantitate, & de D hac immediatione hic non quærimus, sed de ea partim dictum est cum de natura materiæ, partim dicemus, cum de generatione, vel de anima. 1 *Medium triplex datur.*

Alterum medium potest esse in ratione disponendi, idest vt in materia, in qua recipitur forma,adsint dispositiones,quam mediationem negant Thomistæ,dum asserunt in instanti generationis materiam esse nudam, & spoliatam omnibus accidentibus præcedentibus,& illi sic spoliatæ vniri immediate formam, ex qua deinde consequuntur accidentia,& in hoc sensu de quæst.nos disputabimus in lib. de gener.

Tertium, in ratione vinculi vnientis materiam, & formam, & in hoc sensu hic quæri-E mus,scilicet an vinculum, seu vnio,qua vniuntur materia,& forma,sit aliquid medium, scilicet distinctum à materia, & forma; an vero sit idem cum essentia materiæ,& formæ, ità vt materia,& forma sicut per suas essentias sunt potentiæ, quibus possunt vniri, ita etiam sint actuales vniones.

Not.2. Vnionem posse accipi primo effectiuè,& est propriè actio, qua fit vnio, & dicitur vnitio,quæ secundũ aliquos non distinguitur à gene- *Vnio accipitur effectiuè, & relatiuè.*

generatione compositi. Secundò relatiuè, & est relatio fundata in vnione substantiali, qua duo extrema inter se mutuo referuntur. Tertio, formaliter pro termino formali, & immediato vnitionis, & dicitur vinculum, quo duo extrema coniunguntur, vt ex illis fiat vnum, vt amor amicitiæ dicitur vnio voluntatum, quia amicorum est idem velle, & nolle; sic coniunctio lapidum, & lignorum dicitur vnio, quia ex illis fit vna domus; sic etiam coniunctio militum sub vno Duce dicitur vnio, quia ex illis fit vnus exercitus, & hoc modo hic accipitur vnio.

Not. 3. hanc vnionem variam esse, aliam esse moralem, vt est vnio politica, & amicitiæ; aliam physicam, & inter has, alia est localis inter ea, quæ loco sunt vnita; alia entitatiua, vt quæ vniutur in vnam entitatem, constat autem ex dicendis hanc esse entitatiuam.

Not. 4. hanc entitatiuam vnionem, aliam esse accidentalem, siue in se, quia est intrinsecè accidens, siuè terminatiuè, quia terminatur ad aliquod accidens. Aliam esse substantialem, quæ est intrinsecè substantia, cum includatur in conceptu substantiæ, quare non solum terminatiuè, sed essentialiter est substantialis, de qua quæritur an distinguatur ab extrinsecis.

ART. II. Continens opiniones Doctorum.

3 *Opinio affirmans materiam, & formam seipsis vniri.* Prima opinio est dicentium materiam, & formam per suas essentias se vnire, & non per vnionem mediam superadditam, nam essentia materiæ, & formæ possunt considerari dupliciter. Primo, secundum se, quatenus vna dicit ordinem ad aliam in esse potentiali, & sic constituuntur in esse essentiæ propriæ vnitiuæ. Secundo, vt vna connotat aliam cum talibus circumstantijs, & dispositionibus, quæ sunt necessariæ ad vnitatem compositi, quæ est indistãtia localis, & hinc habent rationem vnionis, sicut dicunt de conceptu relationum, nam absolutum ens, v.g. albedo secundum se, & vt potens referri, cõstituitur in ratione albedinis, & entis absoluti; at eadẽ albedo, vt cõnotat alterius albedinis existentiã habet rõnem relationis, adeo eadem omnino entitas est absoluta, vt abstrahit à connotatione alterius, & est relatiua, vt connotat aliam. Vnde sumitur fundamentũ huius sententiæ, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, at nulla necessitas est ponendi vnionem hanc mediam; ergo. minor probatur, quia si qua esset ratio, ea maxime esset, quia eadem entitas aliquando manet sine vnione; at hæc ratio non concludit. Tùm quia etiam albedo manet sine relatione, & tamen relatio nihil addit intrinsecum, sed tantũ connotationem extrinseci; ergo similiter vnio potest de nouo aduenire per talem connotationem extrinsecam formæ, vel materiæ cum debitis circumstantijs, præsertim cum vnio nõ excedat perfectionem relationis. Tum quia cognitio Angelica transit de abstractiua in intuitiuam per solam connotationem existentiæ obiecti.

Conf. ex vnione continuitatis, quæ secundũ aliquos aduersarios negantes indiuisibilia realia, fit per ipsam entitatem partium continuarum. Neque dicas ad continuitatem, præter entitatem partium, requiri communicationem accidentium, quia etiam in hac vnione, præter entitatem materiæ, & formæ, requiruntur conditiones necessariæ ad vnitatem compositi. *Nominales Conimbricẽs.*

Conf. 2. ex Arist. 8. met 15. vbi materiam, & formam, ait, immediate vniri, quia sunt per se actus, & potentia, & 2. de anima tex. 2. substantiam, ait, esse triplicem materiam, scilicet, formam, & compositum, quare negare videtur hunc modum, quia esset quarta substantia.

Conf. 3. quia vnio debet vniri extremis; ergo vel per aliam vnionem, & abibitur in infinitũ; vel se ipsa, & idem dici poterit de materia, & forma, quæ cum sint essentialiter potentia, & actus habent inter se maiorem proportionem, quam cum vnione; ita Nominales loquentes de vnione hypostatica, vt Arimin. 1. d. 28. q. 2. ad 17. Occh. d. 30. q. 1. ad secundum inconueniens, sed hic oppositum docet q. 4. post secundam conclusionem conuectus argumento, quod nequeunt contradictoria verificari de eodem, sine aliqua mutatione intrinseca, vel extrinseca, sequitur Baccon. 3. d. 1. q. 1. art. 1. citatur Caiet. 3. p. q. 2. art. 10. §. resp. ad 1. & Aureolus apud Cap. 3. d. 5. quæstio. 1. art. 2. in 1. argumento 11. & alij, quos ex recentioribus videntur sequi Conimb. 1. phy. c. 9. q. 11. art. 2. dicentes non dari causam internam mediam, cur ex materia disposita fiat vnum per se, sicut datur inter partes lineæ punctum illas copulans in vnum, quia ad vnum efficiendum satis est illis, quod vna sit per se potentia, & altera actus; eamque tribuunt Scoto 2. d. 12. q. 1. Auer. 2. de anima com. 7. D. Thom. 2. contra gent. c. 70. sed hi aliud sentiunt, vt infra, quia solum dicũt non dari causam, cur inter illa vnio intercedẽs facit vnum per se, quia scilicet vnum extremũ est per se potentia, & alterum per se actus, videtur Caiet. 3. p. q. 2. art. 7. & 8. & tribuitur Valentiæ tom. 4. disp. 1. q. 2. puncto 5. Gab. 1. d. 30. q. 4 ar. 1. conc. 5. & Sonc. 5. met. q. 31. ad 3. & alijs, qui defendunt totum non distingui à partibus diuisiuè sumptis, vel collectiuè. Inter hos est aliquod discrimen, quod alij negantes omnem distinctionem realem, & actualem, inter vnionem, & partes, agnoscunt distinctionẽ formalem actualem. Alij etiam hanc negant solum in re agnoscentes distinctionem fundamentalem, seu virtualem.

Secunda opinio est dicentium formas substantiales, & materiam non posse immediate, & se ipsas vniri sine vnione media, quæ superadditur materiæ, & formæ, vt vinculum vtriusq; ita communiter antiquiores, vt Scotus 4. d. 12. q. 1. ad 4. & d. 43. quæst. 1. ad vlt. & 3. d. 2. q. 2. sequitur Venetus 1. phy. tex. 17. D. Thom. 3. p. q. 2. ar. 7. loquens de vnione hypostatica, & citatur 1. p. q. 76. ar. 1. ad. 6. tribuitur Gab. 1. d. 36 ar. 1. c. 4. sequuntur recentiores Suar. disp. 15. met. sect. 6. num. 6. & sequentibus, & 3. p. disp. 8. sect. 2. & 3. Vasq. 3. p. disp. 19. nu. 24. & disp. 18. c. 3. Ruui. 1. phy. tract. 2. q. 6. Murcia 1. phy. disp. 4 *Opinio negãs.*

disp. 2. q. 3. & 3. & 2. phys. d. 3. q. 4. Hurtad. disp. 5. phys. sect. 1. & hanc sequi tenentur dicentes totum distingui ex natura rei à partibus, etiam collectiuè sumptis, quia talis distinctio non potest intelligi, nisi addatur huiusmodi vnio, citatur ab Arcsio Conimb. loc. cit. ar. 4. sed ibi nihil expresse de huius distinctione.

Diuisi sunt hi Auctores.

Hi tamen diuisi sunt. Primo, quoad essentiã vnionis, quam dicunt esse relationem extrinsecus aduenientem, atq; adeo accidens, vt Scotistæ.

Alij esse relationem quidem trãscendentalẽ, sed substantialem, vt alij communiter, de quibus dubit. seq.

Secundo, differunt quoad genus distinctionis, quod alij velint distingui realiter realitate perfecta ab extremis; alij realitate imperfecta, idest modali. Alij distingui realiter à singulis extremis per denominationem extrinsecã, quia singula excludunt alterum extremum, à quo distinguuntur realiter, vt dicunt de relatione, quæ distinguitur realiter à fundamento ratione termini connotati, quem includit in suo conceptu.

ART. III. Quo explicatur, quomodo vnio distinguatur à parte rei ab extremis.

5 *Materia, & forma vniuntur vnione superaddita.*

PRima Conc. materia, & forma non possunt vniri seipsis, sed indigent vnione superaddita ad constituendum vnum compositũ substantiale per se.

Probatur paritate Incarnationis.

Primo prob. à simili ex vnione hypostatica, sine qua humanitas vniri Verbo nõ potuit, quę cum sit essentialiter supernaturalis non potest esse ipsa essentia humanitatis, quæ est essentialiter naturalis. Neq; dicas esse supernaturalem terminatiuè, quia terminatur humanitas ad Verbum, quia, vt ostendimus in materia de Incarnatione, humanitas secundum suam essentiam non dicit magis relationem ad Verbum, quam ad Patrem; quare per aliquid superadditum suæ essentiæ terminatur potius ad Verbũ, quam ad Patrem. Neq; dici potest sufficere indistantiam, quia Verbum ob suam immensitatem, indistantiam habet, respectu cuiuscunq; humanitatis. Neq; dici potest esse peculiarem rationem in Verbo, & hac humanitate, quia humanitas hæc caret sua subsistentia, quæ suppletur à subsistentia Verbi, quia hoc est, quod dicimus Verbum non posse supplere subsistentiam positiuam humanitatis, nisi peculiari ratione terminet humanitatem illam: hanc autẽ rationem dicimus esse vnionem hypostaticam superadditam humanitati, ergo neq; materia, & forma seipsis vniuntur, quia si illa extrema non possunt inter se per seipsa vniri, etiam si habeant maiorem perfectionem minus indigẽt vinculo extrinseco, præsertim cum Verbum sit infinitæ perfectionis continens eminenter omnem perfectionem vnionis, multo minus poterunt vniri materia, & forma, quæ non habent tantam perfectionem. Neque dicas illa non posse immediatè vniri, quia non habent naturalem proportionem, hæc vero habent; tum quia naturalitas non tollit necessitatem vinculi, sed variat qualitatem illius, quod inter materiam, & formã sit naturalis vnio; at inter illa, supernaturalis; imo connaturalitas potius auget necessitatem vinculi, quia sine illo extrema essent imperfecta, & non haberent connaturalẽ statum. Tum quia potentiæ vitales habent maximam connaturalitatem cum suis obiectis, & tamen vniuntur illis per actus superadditos. Neq; placet, quod à Nominalibus dici potest necessitatem actus vitalis cognosci experiẽtia, quia videmus potentijs esse præsentes species, & obiecta, & tamen non apprehendi obiecta, vt patet in patiẽtibus estasim; nam, vt diximus, etiam potest forma esse præsens materiæ, & tamen carere vnione; & deinde dici posset ibi nõ adesse præsentiam debitam obiecti, ad appræhensionem. Vnde non est audiendus Caiet. p. 3. q. 2. ar. 7. dum ait, vnionem hypostaticam esse ipsum esse personale Verbi, qui ar. 8. comparat vnionem inter materiam, & formam, quia esse personale est increatum; at vnio est quid creatum.

2. Prob. à Suar. ex natura causæ, cuius causalitas, & effectus sunt distincta à virtute causæ, vt patet in actione, quæ distinguitur à virtute effectiua, sed hæc vnio, vel est causalitas, vel effectus materiæ, & formæ, vt patet partim ex dictis de materia, partim ex dicendis. Sed Nominales negant actionem distingui à causa, & effectu, sed facile impugnantur ex conceptu actionis alibi explicandæ.

3. Probatur communiter ex separabilitate partium ab vnione, quia dari potest tota entitas materiæ, & formæ cum indistantia, & accidentalibus dispositionibus, & tamen sine vnione substantiali inter dictas partes, ex qua resultat cõpositũ; ergo partes distinguũtur ab vnione substantiali, quia nullum maius signum distinctionis, quam separabilitas ex 7. top. cap. 1. & loc. 17. vbi tradens locos colligendi diuersitatem; ait, si potest alterum sine altero esse, non erit enim idem ad idem. Antecedens prob. tum in anima rationali, & corpore, quæ secundum entitates existunt post corruptionem cõpositi, & licet de facto ibi intercedat variatio dispositionum, tamẽ posset dici illas continuare destructa vnione, & idẽ dici posset de forma materiali, quæ posset à Deo conseruari indistãs à materia indisposita, etiã corrupta vnione substantiali, imo de potẽtia absoluta potest esse vnio hæc sine dispositionibus; & denique dispositiones fiũt per alterationem, at vnio per generationem, quæ est actio substantialis distincta ab alteratione, & mutatione locali. Vnde patet vnionem non consistere in partium indistantia, seu præsentia locali, quod magis patet; quia potest compositum mutare varia loca sine vlla variatione in vnione substantiali. 6

Confirm. ex resurrectione mortuorum, in qua partes præexistentes secundum entitates, sunt vnitæ per vnionẽ, qua fit vnũ per se substantiale, & tamen prius non erant vnitæ; ergo vnio non consistit formaliter in entitate partiũ, sed in aliquo superaddito. Consequentia prob. quia

quia non potest fieri transitus de denominatione contradictoria in contradictoriam sine mutatione proportionata denominationi.

Resp. Nominales esse transitum, tum in indistantia, quia partes prius erant distantes, nūc sunt indistantes; tum in dispositionibus, quia materia prius nō erat disposita, nunc est disposita, quæ variatio vt sufficit adhoc, vt entitates illarum partium habeant rationem vnionis, ita sufficit ad talem denominationem.

Sed contra, quia denominatio vniti est substantialis, & non accidentalis; ergo debet esse variatio in aliquo substantiali, non in accidentali; at variatio posita à Nominalibus est solum quoad accidentia; ergo non sufficit ad transitū, & denominationem substantialem. Neq; dicūt accidentia illa non esse formalem vnionem, sed esse conditiones, sine quibus entitates partium non habent rationem vnionis actualis. Non inquam id dicas, quia illæ entitates debent transire de esse substantiali potentiali, ad esse substantiale actuale; ergo præter accidentia, quæ sunt conditiones, sine quibus non, debet dari aliquid, quod sit formaliter substantiale actuale, quia hoc esse formale actuale, non pōt formaliter esse ipsa potentia substātialis partium, vel ipsa accidentia.

Confir. 2. quia actio, qua fit vnio est distincta ab actione, qua fiunt partes, secūdum proprias entitates; ergo vnio est distincta à partium entitate. Consequentia prob. quia actiones distinctæ habē. distinctos terminos, quia partes hominis fiunt per creationem, at vnio per generationem; at ex Arist. sol, & homo generant hominem; tū quia in resurrectione non erit actio circa substantiam partium, cum harum existētia supponatur, & tamē ex illa fit aliquod substantiale vnitū, ergo debet in illa dari actio, quæ est vnitio quædam partium. Neq; dicas sufficere terminum totalem distingui, nam terminus totalis attingi debet per actionem, vel sm̄ totā perfectionem, quā includit, vel sm̄ aliquid sui; at constat non attingi per generationem primo modo, cū non attingatur, nec materia, nec forma secundū proprias entitates; ergo debet attingi ratione vnionis, quæ totum includit; tum quia in omni productione debet assignari terminus totalis, vt quod, & formalis, ac immediatus, vt quo.

Respōderi pōt hominem generare hominē, quatenus præparat materiam secundū vltimas dispositiones connaturales, quibus necessario necessitate naturali, debetur creatio animæ rationalis, & productio hominis.

Sed cōtra, quia tota illa actio est accidētalis, & nō substātialis; ergo homo nō haberet actionem substantialem circa hominem productū.

4. Probat Ruuius, quia inter partes vnitas consurgit de nouo relatio vnionis, quam prius secundum se existentes non habebāt, vt patet; ergo debet dari aliquid de nouo, in quo fundatur illa relatio, quia impossibile est relationem de nouo cōsurgere inter partes, nisi facta mutatione in vno, vel in vtroque extremo, quoad aliquid, in quo proximè fundetur relatio consurgens.

2. Concl. distinctio inter vnionem, & partes compositi vnitas, non est realis perfecta, quia hæc distinctio est inter ea, quæ ex vtroq; extremo possunt separatim existere; vel identificata cū ijs, quæ possunt separatim existere, q; dicitur propter relationem, vt alibi ostendetur. Sed vnio non potest existere separata à partibus, q; a vnio est essentialiter actualis coniunctio extremorum, vt patet, tū quia actio denominat extrema actu vnita, at extrema non existentia, nō possunt denominari actu vnita; tum quia vnio non vnitur per aliam, sed per suam essentiam, alias daretur processus in infinitum; at non potest vniri rei non existenti. 7

Distinctio inter vnionem & partes, nō est perfectè realis.

Confir. ex natura modorum alibi explicanda, quæ consistit in modificatione alterius, non potentiali, sed actuali, vnio autem habet rationem modi.

3. Concl. non est inter hæc distinctio realis extrinseca, seu per denominationē extrinsecā, vt dicitur de relatione respectu fundamenti; tū quia vniri materiam, & formam non est denominatio extrinseca, sed intrinseca, quia est intrinseca perfectio cōplens aptitudinē vtriusq; partis respectu totius; tum quia existere potest materia, & forma non existente vnione; at non possunt duo alba sine relatione secundum aduersarios existere, quia secundum illos relatio nō consistit, nisi in coexistentia duorum extremorum, quorum vnum se habet, vt fundamentum, & alterum vt terminus, vnde fiat denominatio relatiua; ergo vnio distinguitur realiter à partibus, sicut in relatione vnus terminus distinguitur realiter ab alio. Sed hæc ratio nō habet multam vim, vt infra.

Non saluatur per denominationem extrinsecam.

4. Concl. distinctio inter vnionem, & partes est realis imperfecta, quæ dicitur modalis. patet, quia hæc distinctio debet esse inter ea, quæ sunt separabilia ex parte vnius extremi; at partes possunt existere sine vnione, vt patet ex dictis in prima conclusione. 8

Vnio distinguitur modaliter à partibus.

Ex quibus reijcitur opinio dicentiū hanc distinctionem non esse actualem realem, sed actualem formalem; nam vel nobiscum sentiūt ponentes distinctionem à parte rei, & male à communi modo loquendi recedunt. Vel negant, & per distinctionem formalem intelligūt distinctionem rationis, & sentiunt cum Nominalibus. Vnde simili modo reijciuntur, quia ita non esset actu distinctio, sed cognoscerentur extrema, distincta cognitione, à qua denominarentur distincta. At dicunt distingui formaliter, vt animal à rationali.

Sed contra, quia animal indiuiduum nō potest, etiam per potentiā Dei separari à sua differentia; at partes existētes separari possunt ab vnione, quare vnio non potest dici formalitas sub rōne distincta ab extremis, vt animal à rationali. Neq; dicas, quod sicut diuina essentia, & relationes sunt vna entitas realiter, & formaliter, & tamen est producibilis secundum relationes, & improducibilis secundum essentiam; ita partes secundum essentiam esse improductas, & pductas, sm̄ vnionē, nam id est singulare in mysterio Trinitatis, quod naturali ratione

non est perceptibile, nam si quid simile poneretur in creaturis illud non esset supra captum humanum, quod si per distinctionem formalē intelligunt distinctionem ex natura rei distinctam à modali, qualē nos posuimus inter prædicata vniuersalia, vniuoca, & inferiora, reijciūtur ex dictis, quia hic manent extrema inuariata secundum existentiam, at ibi vniuersalia variantur secundum existentiam, quare rectius dicetur distinctio modalis.

Secundo patet reijci opinionē dicentiū esse distinctionem virtualem, quia hæc nō ponit distinctionem actu in extremis, nec separabilitatem, nec vim terminandi actiones specie, & numero distinctas, quatenus est inter partes, & vnionē, sed solum distinctionem possibilē, quæ possit reduci ad actum per intellectum, quare non excedit distinctionem rationis.

Tertio, patet mām, & formam immediate vniri, quia rō vniendi non tollit immediationē inter extrema vnita sed hæc tolleretur per aliquod, ꝙ mediaret in rōne subiecti, vel formæ, quæ se habent, vt quod, seu quæ vniuntur; at vnio se habet, vt quo.

9 *Probabile est distingui perfecte realiter.*

5. Conc. pōt probabiliter defendi, vnionem distingui realiter realitate pfecta ab extremis, quia hæc opinio facilē reddit quæstionē, quomodo vna vnio sit in vtroq; formaliter extremo, & sm̄ hanc opinionē dici dēt vnionē esse inseparabilē ob actualē connexionem necessariam cū illis, sicut multi volūt de puncto, & de actu vitali inseparabili à potentia, quia sunt actuales quędam rōnes, & idem necessario concedendum est de relatione, quæ pendet à termino, & de effectu formali, quē aliqui ponunt causari à forma, à qua distinguitur realiter, cū illum ponant identificatum cum materia, quæ realiter distinguitur à forma, sed quia hęc conclusio est contra cōem, & destrueret principia colligēdi numerum distinctionum disputationis gratia solum asseritur.

ART. IV. Soluuntur arg. aduersariorū.

AD 1. Resp. optimam esse illam rōnem. Ad prob. Resp. 1. negando relationē esse idē à parte rei cū fundamento, sed esse distinctam modaliter, vt suo loco probauimus.

10 *Relatio differt ab vnione in ratione denominandi fundamentū.*

Resp. 2. ēt si relatio sm̄ suam intrinsecā formalitatē non distinguatur à fundamento, & denominet de nouo ex sola cōnotatione termini de nouo existentis, non tñ idem dicendum de vnione, tum quia relatio sm̄ illam opinionē nō est formaliter aliquid simplex, nisi aggregatum ex duobus, dicit .n. fundamentum primario, & connotat terminum, at vnio sm̄ suam formalitatem est aliquid simplex dicens rōnem vniēdi, quæ vnit vtrumq; extremum, & ideo debet in se includere rōnem aliquam formalē in ordine ad extrema, vt vnita, vnde hic manere possunt extrema sm̄ propriam entitatē, & tamen non esset vnio, at ibi non possunt manere extrema sine relatione, quia hoc nihil dicit præter illa extrema existentia.

Ad 2. prob. primo aliqui negant cognitionē Angelicam eandem trāsire de abstractiua in intuitiuam, quia est repræsentatio obiecti sm̄ nouam rationem, idest existentiam. Resp. 2. eo transitu admisso, negatur consequentia, quia cognitio Angelica, quæ de abstractiua transit in intuitiuam versatur sm̄ substātiam circa idē obiectum nō existens, vnde fit intuitiua per solam existentiam obiecti de nouo existētis, quia esse intuitiuam supra abstractiuā, non addit aliquid intrinsecum cognitioni, cū hæc sit essentialiter repræsentatio obiecti, sed tātum aliquā conditionem extrinsecam ex parte obiecti; at vnio non ita, quia positis entitatibus extremorum cum dispositionibus, & indistantia, adhuc posset vnio non esse, quare vnio secundum se aliud dicit præter extrema, & dispositionem.

Ad 1. Confir. Resp. secundum cōem, falsum esse nō dari indiuisibilia continuatiua. Resp. 2. continuum, vt fiat ex partibus præexistentibus, sm̄ negantes indiuisibilia requirere cōicationē quandam accidentium. Vnde non distinguitur à contiguo secundum substantiam, sed secundum accidentia. Sed de hac re, quid sentiendū est, dicetur infra.

11 *Vnio nō tollit immediationem partium vnitarum.*

Ad 2. Confir. Resp. vnionem non tollere immediationē inter partes, quia est ratio, per quā illa immediate se respiciunt, sicut actus cognitionis non tollit, quin potentia immediate tendat in obiectum, quia cognitio est ratio tendēdi, & idē in omni causa, quæ immediate attingit effectum per suam causalitatem, & licet 2. de anima optima rōne in diuisione substantiæ non meminerit vnionis, ne bis idem membrū posuisset, nam dum posuit cōpositum, vt substantiam distinctam à partibus, iam meminit vnionis, quia composita non distinguuntur à partibus, nisi per vnionem. Vel, vt alij, Arist. nō meminisse vnionis, quia non est substantia, sed modus substantialis; sed non placet, quia vel negant esse substantiam prædicamentalem, & talis, neq; est materia, neq; forma; vel transcēdentalis, & talis est etiam modus.

Ad 3. Confirm. vnionem seipsa vniri, quod est cōe omnibus modis, & rōnibus actualibus, vt alibi explicabimus; sic etiam vbicatio vbicādo corpus, se ipsum vbicat, & vnio, vniendo extrema, seipsam illis vnit, & ratio, quia extrema sunt indifferentia ad vnionem actualem, at hæc indifferentia tollitur per vnionem, quæ essentialiter est determinata ad vniendum.

Dices, si vnio esset aliquid distinctum à partibus, sequeretur, Verbum dimisisse aliquid in Christo, quod semel assumpsit, contra Damascenum, & cōe axioma Theologorum. Quod semel assumpsit nunquam dimisit. Consequentia prob. quia in morte Christi, vel permansit vnio, & est contra rōnem mortis, per quā dissoluitur vnio animæ, & corporis; vel non permansit, & fuit dimissa à Verbo, quia assumptio non pōt terminari ad non existens.

Exponitur Damasceni prolatum, quod Christus semel assumpsit nunquam dimisit.

Resp. de sensu illius axiomatis multa Cap. 3. d. 2. q. 1. ad 3. Dur. contra 2. conclus. & nos in 3. p. Nunc satis sit Damasceni axioma intelligi de partibus, ait .n. nullam naturæ partem Verbum deposuit, vel loqui Christum non dimisisse post resurrectionem, vt patet intuenti tex-

tum

rum Damasc. Vel tertio, non deposuit ex ijs, quæ assumpsit dum perseuerabant in existentia, at vnio in morte non permansit in existentia, sed desijt esse, vt Cap. ex Ioanne de Neapoli, & D. Thom. 3. p. q. 5. ar. 3. ad 2.

12 Dices 2. vnio hæc, vel accipitur ex parte formæ, & est informatio; at informatio essentialiter includit entitatem formæ, quia hæc per suā entitatem informat; vel ex parte materiæ, & est receptio informationis, nam ideo passio identificatur cum forma recepta, quia est ipsa receptio formæ; ergo vnio non potest esse distincta ab extremis.

Resp. vt se tenet ex parte formæ esse informationem, sed hoc non essentialiter includit formam, vt partem sui, sed vt causam, & subiectum, quod modificat. Vnde ab informatione denominatur informans, & verè forma informat per suam entitatem, supposita tamē informatione, quia sine vnione forma non confert suum esse, & receptio ēt est distincta à forma, quia est actus materiæ, seu potentiæ receptiuæ, nec datur propria receptio informationis, sed formæ, quia receptio formæ sine alio addito recipitur in materia, & mediante illa forma recipitur, neq; hæc receptio ꝓprie est passio, quia hæc est accidens, at receptio includitur essentialiter in composito, in quo non potest includi accidens formaliter.

Vnio vt informatio est distinguitur ab entitate formæ.

Dices, pati calorem esse recipere; ergo, &c. Resp. negando formaliter pati esse recipere, quia in hoc, quod est esse album includitur receptio albedinis in subiecto, & non includitur passio.

Confir. quia à passione dicitur subiectū calefactum, sed à calore dicitur calidum, in qua denominatione includitur receptio, & non includitur passio, hæc .n. non dicit receptionem quocunq; modo, sed vt est in fieri ex vi agentis, & subiecti, quia passio est actus huius ab hoc.

Denominatio accidentalis, verbalis, tripliciter sumitur.

Resp. 2. denominationem accidentalē verbalem, vt v. g. dealbationem, posse accipi tripliciter. Primo, pro productione, & receptione albedinis, & ita distinguitur ab albedine, vt via à termino. Secundo, pro victione albedinis cū subiecto, & ita distinguitur ab albedine, vt à subiecto, vel quasi subiecto, & ab vnione, vt à termino. Tertio, pro esse, quod habet subiectū à forma, & ita non distinguitur ab albedine, quia albedo seipsam sine vllo medio communicat materię, quare esse, quod recipitur in subiecto est ipsa entitas formæ, vnde similiter informatio formæ substantialis potest accipi tripliciter, iuxta supra dicta de informatione formę accidentalis, vnde patet, quomodo informatio, seu vnio sit idem cum extremis, & quomodo distincta.

DVBITATIO II.

Quid sit vnio, ex qua resultat cōpositum physicum substantiale.

ART. I. Explicans sensum quæst.

1 NOt. 1. vnionis naturam notiorem esse secundum gradum suum specificum, quā secundum genericum, nam ex omniū sententia specificatur à natura extremorū, quę vniuntur, quare talis erit vnio, qualia sunt extrema vnita, vnio .n. ex intrinseca sua ratione respicit extrema, atq; adeo ab illis pendet in eo genere, & modo, in quo fit vnum. Vnde si fiat ad subiectū ab eo pendet in genere causæ materialis; si ad formam, pendet in genere causæ materialis; si ad subsistentiā pendet, vt à puro termino, quomodo vnio humanitatis pēdet à Verbo, vt optimè Suar. disp. 13. met. sect. 7. in fine.

Not. 2. specificari vnionem ab extremis formaliter sumptis, non materialiter, quia dum extrema possunt vario modo vniri, vt patet in materia, & forma, quæ possunt vniri secundum locum, quæ vnio est accidentalis, & consistit in quadam coexistentia vtriusq; respectu tertij, .s. loci, & possunt etiam vniri ad constitutionem compositi substantialis, debent spectari extrema formaliter, idest sm̄ rōnem formalem, & aptitudines, sm̄ quas vniuntur, quæ cum clara sint, difficultas est, sub quo genere rerum contineatur vnio, ex qua resultat compositum substantiale.

Vnio specificatur ab extremis formaliter sumptis.

Not. 3. difficultatem oriri ex natura cōpositi substantialis, quod cum sit sm̄ essentiam substantiæ, non videtur posse includere in se aliq accidentale, & cum sit ens absolutum, vt v. g. natura humana, leonina, &c. quæ resultant ex compositione materiæ, & formæ; non videtur posse includere aliquod relatiuum. Contra vero vnio, & videtur esse aliquid relatiuum, cum vnio sit vnitorum vnio, & videtur esse aliquid accidentale, quia aduenit extremis, iam secūdū proprias eorum naturas constitutis; at quod sic aduenit inter accidentia numeratur, hoc enim dicitur id, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem. Ex hac igitur difficultate ortę sunt variæ opiniones de natura vnionis.

ART. II. Explicans opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium vnionem hanc contineri sub genere accidentium, q̄ adueniat extremis constitutis, neq; tamen includi in essentia naturæ substantialis, sed connotari vt conditionem, sine qua non materia, & forma constituunt compositum, cuius essentia consistit in materia, & forma, connotata vnione. 2

Alij ponunt vnionem inter accidentia.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui dicunt consistere in præsentia mutua locali, eo quod compositum resultat ex materia, & forma coexistentibus in eodem spatio, hanc videntur docuisse Arim. & alij, quos dubit. præcedenti retulimus, dicentes vnionem non addere aliquid supra entitatem materiæ, & formæ, nisi indistantiam, & dispositiones; at cum probatum sit addere aliquid; ergo hoc additum non sunt, nisi præsentia localis, & dispositiones; at tam præsentia, quam dispositiones sunt aliquid accidentale.

Alij sub genere relationis prædicamentalis.

Alij secundo dicunt contineri sub genere relationis prædicamentalis, neque tamen dicūt hinc fieri, vt essentia compositi substantialis fit relatiua, quia huiusmodi relatio, licet sit necessaria, vt conditio sine qua non, non tamen est intrinseca & essentialis naturæ compositi. Neque id nouum, quia actio, quæ est accidens, est necessaria ad aliquam substantiam, & tamen effectus est substantialis, nec includit in essentia sua accidens. videtur hic modus dicendi Thomistarum, dum loquuntur de vnione hypostatica, nam D. Thom. 3. par. quæstio. 2. art. 7. & 3. d. 5. quæstio. 3. probat hanc vnionem esse quid creatum, quia est noua relatio, & ibidem ar. 8. probat differre ab assumptione, quia se habent, vt actio, vel passio, & relatio consequens; at relatio, quæ fundatur in actione est prædicamentalis. Videtur Cap. 3. d. 5. q. 1. ad arg. Aurecl. contra primū, quo probabat vnionem non esse relationem, sed veram vnitatem, & actualem indiuisionem, vel esse quidem in hac assumptione vnitatem, scilicet suppositi, & actualis existentiæ, qꝫ ibi fit vnum existens duas actuans naturas, salua earum distinctione essentiali, sicut & materiæ, & formæ accidit in composito, sed præterea est etiam vnio consequens vnitatem, quæ fundatur in vna natura, & terminatur ad aliam. Vnde concludit posse cōcedi triplicem vnionem. Vnam, quæ est actio, vel passio; Aliam, quæ est indiuisio secundum esse; & tertiam, quæ est relatio, quam relationem actualem negat esse inter partes continui, quia hæ sunt in potentia, videtur Sonc. 5. met. q. 31. ad 3. & 7. met. q. vlt. Iauel. q. 20. Dur. 3. d. 5. q. 2.

Alij aiunt esse relationē extrinsecus aduenientem.

Alij negant esse relationem prædicamentalem, sed eam ponunt sub genere relationum extrinsecus aduenientium, quod posito vtroque extremo possit non esse relatio, & de nouo existere nulla mutatione facta in aliquo absoluto, ita Scotistæ cum Scoto 3. d. 1. q. 1. & 4. d. 12. q. 1. ad 4 dub. vbi ait, vnionem absolutorum semper esse respectum extrinsecum, & accidens per accidens ei, cui aduenit, neque obstat, quod exigatur ad essentiam compositi, quæ est absoluta, quia tota entitas potest esse absoluta, & tamen exigere respectum, sicut ad effectum causandū requiritur ordo causæ, & tamen effectus est absolutus; & ratio, quia non quidquid requiritur ad aliud, est illud idem esse, ad quod requiritur, vt ostendit Scotus 3. d. 2 q. 2. & expresse Faber theor. 20. c. 3. asserit esse relationem accidentalem, quia fit ab efficiente, & non à materia, & forma, quia efficiens vnit materiam, & formam. Secundo differunt, quia alij volunt esse accidens per se, & necessario requisitum ex parte compositi, sed contingens respectu partium, quia potest adesse, & abesse præter partium corruptionem.

Alij esse velut proprium debitum, non solū composito, sed etiam partibus, sicut figura dicitur passio quantitatis.

3 Secunda opinio est dicentium vnionem esse rationem quandam formalem absolutam, secundum se ab omni termino, licet à nobis non explicetur, nisi per affectum, quem habet in composito in ordine ad partes, quas coniungit, tamen eius proprium esse consistere in quadā perfectione, quæ dat formaliter indiuisionem, seu vnitatem composito, à quo habet, esse vnā naturam Fundamentum, quia compositum substantiale secundum essentiam non habet esse relatiuum, sed absolutum, vt patet discurrēdo, quis enim vnquam dixit hominis, vel leonis naturam esse relatiuam, ergo vnio non dicit conceptum relatiuum. Consequentia patet, quia vnio includitur in essentia compositorum, quia non potest intelligi compositum sine partibus habentibus compositionem, seu vnionem. Neque dicas cum Scoto loc. citato. Vnionem requiri quidem ad esse compositum, sed non esse illud esse compositi, quia non requiritur, vt aliquid extrinsecum ad essentiam, sed vt intrinsecum, & constitutiuum essentiæ. Videtur opinio Murciæ 1. phy. d. 2. q. 3. vbi ait, Vnionem esse modum absolutum substantialem, ex quo nascitur relatio quædam secundū esse inter partes, & illam tribuit Caiet. 3. p. q. 2. art. 2. & Suar. to. 1. 3. p. d. 8. sect. 2.

Alij ponunt rōnem absolutam explicatā à nobis respectiue.

A B

Tertia opinio est dicentium vnionem non dicere aliquid omnino absolutum, sed respectiuum, vt bene Scotus 2. d. 1. q. 1. & quodl. 19. hoc autem relatiuum non esse aliquid accidentale, sed substantiale, ex Scoto 2. dist. 7 quæst. 1. quia vbi nullum extremum est accidens, ibi vnio non potest esse accidentalis, quare est modus quidam substantialis, atque relatiuum trāscendens, hanc docent communiter recentiores, vt Suar. Vasq. loc. cit. Ruuius 1. phy. tractat. 2. quæst. 6 num. 60. Hurt. disp. 5. phy. sect. 4. s. 28. Conimb. lib. 1. c. 9. quæst. 11. ar. 3. vbi illapsum, quo forma se se in materia substantiā insinuat, & quo materia in se formam recipit, esse vnionem substātialem distinctam ab vnione sumpta pro actione, seu vnitione, & ab vnione, quæ est relatio consequens inter materiam, & formam, & sine dubio est Murciæ loc. cit. qui dicit vnionem esse absolutam à relatione secundum esse, quare videtur concedere esse relationem secundum dici.

Alij dicere respectiuū trāscendentale.

C D

ART. III. Explicatur vnionis natura ex mente Authoris.

4 PRima Conc. vnio, quam addit compositum supra entitatem partium intrinsecè continetur in essentia compositi, quia omne concretum intrinsecè continet formam sui constitutiuam, vt album continet albedinem, sed compositum est concretum à forma compositionis, quæ formaliter est ipsa vnio; ergo intrinsecè continet compositionem, idest vnionem; & quia hoc compositum non est vnum per accidens sicut album, sed est vnū per se, ideo vnio continetur intra rationem essentiæ vnius per se. Neque obstat, quod hinc sequeretur in cōposito esse duas formas, vnam, quæ distinguitur contra materiam, & dicitur actus materiæ. alteram, quæ est vnio. Tum quia, vbi datur vnum propter aliud, ibi est vnum tantum, at vnio est neces-

Vnio intrinsecè continetur in essentia cōpositi.

E

necessaria propter formam, vt vniatur materię; ergo vnio, & forma habēt rationem vnius formæ. Tum quia non est absurdum dari duas formas, imò est necessarium, quia forma non posset constituere compositum, nisi vniretur materiæ; quare vna forma ē quæ vnitur, altera, qua vnitur forma principalis, vt alibi dictū est.

Confir. quia de essentia compositi sunt materia, & forma, vt aduersarij concedunt, ergo & vnio, quia illa non sunt de essentia, vt formaliter sunt separata, quia ex separatione potius destruitur compositum; ergo sunt de essentia formaliter, vt sunt vnitæ, atque adeo vnio continetur intra essentiam compositi. Neque obstat, quod aduersarij dicant vnionem esse conditionem, sine qua non materia, & forma constituunt compositum, quia ego hic non contendo vnionem esse conditionem, vel rationem formalem, sed tantum includi in essentia compositi, siue vt conditionem, siue vt rationem formalem.

Hæc vnio non dicit indistantiam formaliter; sed illā supponit.

5 Secunda Conc. licet indistantia sit conditio necessario requisita, vt inter materiam, & formam sit vnio substantialis, non tamen vnio formaliter addit supra entitatem materiæ, & formæ solum indistantiam, seù quod vnio formaliter consistat in indistantia. Prima pars patet, quia sicut agens requirit approximationem, respectu subiecti, vt conditionem, ita materia, & forma intimam præsentiam, vt omnes concedunt. Secunda pars probatur ex dictis, quia vnio continetur formaliter in essentia compositi substantialis, at indistantia non potest contineri formaliter in illa; ergo &c. Minor patet, quia indistantia, vel est pura negatio, vel est præsentia localis duarum rerum, atque adeo accidens, accidens autem non potest contineri intra essentiam substantiæ. Tum quia substantia non est ex non substantijs, ex Arist. 1. phy. Tum quia non esset vna per se natura, sicut, neque locus, & locatum.

Confir. quia sequeretur generationem, & corruptionem substantialem non esse, nisi motum localem, quia terminus formalis illarum esset varia præsentia localis, eo quod coniunctio materiæ, & formæ non consisteret, nisi in coexistentia, respectu eiusdem spatij, & separatio in coexistentia diuersis spatijs, existentia autem in spatio est vbi accidentale. Neque dicāt generationem, & corruptionem substantialem attendi ex termino totali, quod est compositū substantiale, nam terminus totalis non producitur per generationem, secundum omnes sui partes, vt patet in homine, cuius materia, & forma creantur, non generantur; ergo producitur secundum aliquid sui, hoc autem non potest esse, nisi vnio tanquam terminus formalis, quia per illam constituitur compositum in ratione termini totalis; atque adeo vnio non potest esse aliquid accidentale.

Differt forma assistens ab informante.

Secundo Prob. ex diuersitate formæ informantis, & assistentis, nam si vnio inter materiā, & formam formaliter consisteret in coexistentia locali, tunc informans non distingueretur ab assistente, nam forma assistens est indistans à corpore, & operatur per illud. Neque dicant A distingui, ex eo, quod assistens non est actus corporis, nec communicat illi suum esse, sicut forma informans, nam si actuare, non est aliud, quam esse præsens, vt dicunt aduersarij, iam assistens actuaret, quia esset præsens, & communicaret per illam præsentiam totum suum esse, sicut forma materiæ, quia cōicatio non fit formaliter, nisi per intimam præsentiam.

Resp. distingui, eo quod informans communicando suum esse, communicat materiæ omnes suas operationes. Sed contra, tum quia assistens communicat etiam suas operationes, scilicet motum localem, & quod Aliqua communicet plures operationes, non variat modum specificum essendi vnius in altero; quia B magis, & minus non variant speciem. Tum quia falsum est formam informantem communicare materię omnes operationes, nam anima informat os, & illi non communicat sensationem, nec pedi intellectionem; Tum quia si informatio non esset aliud, quàm intima pręsentia localis, non magis anima communicaret omnes suas operationes materiæ, quàm Angelus corpori assistens, quia illa communicatio non esset aliud, quam quod principium operationum esset præsens alteri. Ex quo deducitur ratio efficax ad probandum informationem non esse formaliter indistantiam localem, quia informatio debet esse talis modus essendi in C materia, ex quo sequatur communicatio operationum formæ, at ex præsentia locali non sequitur huiusmodi communicatio operationū; ergo. Neque dicant, quod informatio, præter præsentiam, dicat communicationem effectus formalis, nam hoc quærimus, per quid fiat hæc communicatio effectus formalis; & dicimus nō posse fieri, nisi per vnionem distinctam à præsentia locali, quod aduersarij negant, nec possunt explicare, in quo consistat.

Indistantia nō communicat operationem.

3. Prob. ex ratione informationis, nam formaliter informatio consistit in illa ratione, qua posita, præciso omni alio, ponitur informatio, & qua præcisa, posito omni alio aufertur, iuxta E regulam posterioristicam Arist. inquirendi veras rerum causas; sed posita vnione substantiali, ablatis omnibus dispositionibus accidentalibus, quod esse possibile omnes concedunt, & etiam ablata, per impossibile, præsentia locali, adhuc intelligitur informatio, & compositum substantiale: Contra vero, præcisa vnione substantiali, positis omnibus dispositionibus, & indistantia, non intelligitur nec informatio, nec vnum compositum substantiale, quod esse possibile negari non potest diuinæ potentiæ, nam posset corrumpere hominem conseruatis dispositionibus, & præsentia animæ in corpore, nam sicut hæc potest esse præsens aeri, absque D informatione, cur nō poterit esse præsens corpori proprio, absq; informatione? nam quod in vna materia sit capacitas naturalis rōne dispositionum, & in alia incapacitas, nō coarctat diuinam potentiam, quæ legibus naturalibus non ligatur.

Ex quibus patet falsam esse sententiam eo-

rum, qui dicunt informationem consistere formaliter in entitate materiæ, & formæ, connotatis dispositionibus superadditis, nam probauimus hoc superadditum debere esse aliquid substantiale, & non accidentale, dispositiones autem sunt accidentales.

6 3. Concl. Vnio hęc est modus quidam, quia cum non sit ex illis entibus, quæ possunt separatim existere, saltem per diuinam potentiam, non potest esse substantia, vt sunt partes substantiales compositi, vel ipsum compositum, sed dicitur modus substantiæ, quia includit actualem coniunctionem cum substantia, cuius essentia est actu modificare substātiam. Et hoc est discrimen inter entia realia, quæ dicuntur entitates, & quæ dicuntur modi, quod illa non includunt essentialiter vnionem cum alijs, sed indigent aliquo superaddito, vt forma, & materia; at modi cum includant actualem coniunctionem seipsis vniuntur, nam prædicatū, quod res habet per intrinseca nō vendicat ab extrinseco, at quod non habet ab intrinseco vendicare debet ab extrinseco.

Vnio est modus quidam.

7 4. Concl. Vnio inter materiam, & formam, qua resultat compositum substantiale est aliquid relatiuum. Patet ex ratione Scoti, quia vnio non est ad se, sed ad aliud, est enim ordo quidam inter duo, quæ vniuntur, nā vnio hæc nō potest intelligi sine partibus, quæ vniuntur, & sine aliquo composito, quod inde resultat.

Hæc vnio est aliquod relatiuum.

Confir. quia posito quocunque absoluto in extremis, non intelligitur aliqua vnio, etiam si eius partes intelligantur secundū proprias entitates, at statim ac intelligitur inter illas habitudo, per quam inter se connectuntur, statim intelliguntur vnitæ; ergo vniuntur per vnionē, quæ est habitudo quædam vnius partis ad aliā.

8 5. Concluf. hæc relatio non est accidentalis, sed substantialis, atq; adeo trāscēdentalis, quia vnio includitur intrinsecè in cōposito substantiali ex D. Tho. 3 p. q. 2. ar. 5. & q. 50. art. 4. & nos supra; sed quod includitur in hoc non potest esse aliquid accidentale, quia accidens non potest includi in conceptu substantiæ, cū substantia non componatur ex accidentibus; ergo erit aliquod substantiale, ex qua ratione patet, non rectè ab aliquibus, dici hanc vnionem non esse essentialiter substātialem, sed terminatiuè, ex eo, quod ordinetur ad compositum substantiale, quia non ordinatur ad compositum substantiale, vt terminum extrinsecum, sed vt terminum, in quo essentialiter includitur; ergo debet esse secundum essentiam substantiale quid, vt bene Hurt. disp. 4. phys. s. 6.

hæc relatio est transcendentalis.
D. Thomas.

Confir. Ruuius, quia sicut forma accidentalis habet informationem, quæ est vnio quædam accidentalis cum subiecto, ita substantialis habet informationem, quæ est vnio quædam substantialis cum materia, & ratio, quia vt illa ordinatur ad vnum compositum accidentale, ita hæc ad vnum substantiale.

Confir. 2. quia relatio secundum esse, seu prædicamentalis, non est per se terminus actionis, sed resultat ex mutatione, & productione alterius extremi, sed vnio p se terminat actionem; vt patet in generatione, & resurrectione hominum, ergo non est relatio prædicamentalis.

A

Ex quo patet esse modum substantialem, nā quod sit modus, probatum est supra, quod vero sit substantialis, aliqui probant ex eo, quia recipitur immediate in substantia; sed male, qa sic multa accidentia recipiuntur immediate in substantia, vt potentiæ animæ, relatio creaturæ ad Deum, & similia. Alij vero probant ex eo, quod terminatur ad substantiā; sed male, quia etiam accidentia terminari sic possunt ad substantiam, vt actio, intellectio, & similia; at vnio non solum subiectiuè, & terminatiuè; sed etiā secundum essentiam debet esse quid substantiale, quia includitur intrinsecè in essentia substantiæ compositæ; aliter enim vnio est intrinseca substantiæ compositæ, & aliter formæ, vel materiæ, nā illi est intrinseca per inclusionem, his vero per coniunctionem. Vnde optimè Arist. in antepraedicam. docet, quod non omnis forma existens in subiecto est accidentalis, sed quæ est in subiecto, & non vt pars constitutiua substātiæ, nam quæ est in subiecto, & includitur in substantia, est forma substantialis. Ex quo similiter colligitur non omnē modum esse accidentalem, etiam si sit in substantia, nam qui includitur, vt per se constituens substantiam, est essentialiter substantialis.

Est vnio modus substantialis, quia est intrinsecus composito.

B

9 6. Concluf. vnio substantialis distinguitur à productione formæ, tam spiritualis, quam materialis. Est communis apud Hurt. sect. 2. contra Suarium. Prima pars est omnium, nā productio formæ spiritualis est creatio, at vnio neque est creatio, nec producibilis per creationem, cum sit modus alterius.

C

Vnio substantialis distinguitur à productione formæ, tam spiritualis, quā materialis, Hurtadus.

Secunda pars est contra Suarium, & Ruuiū, & probauimus supra, cum de eductione ageremus, nam vnio supponit eductionem, nam supponit existentiam formæ, in quam terminatur eductio.

Confir. Hurtad. disp. 5. phys. sect. 2. quod eadem sit ratio vnionis animæ rationalis, & formarum materialium, nā vtrobiq; vnio est vinculum, quo duæ partes vniuntur ad compositionem vnius per se. Neq; est ratio, cur concursus naturalis, qui terminatur ad formam sit necessarius ad vnionem, nisi antecedenter, quatenus ponit formam vniendam, nam in anima requiritur vnio sine tali indigentia. Neq; dicas animæ rationalis vnionem, esse diuersæ rationis ab alijs, quia licet sit diuersæ rationis quoad entitatē, quæ specificatur ex diuersitate extremorum, tamē conuenit cum alijs, tum in ratione componendi, tum in ratione perficiendi extrema, tum in alijs effectis, qui composito tribuuntur.

D

Confir. Hurt. quia productio formæ, & vnio habent diuersas proprietates, quia productio est via, quę per se ipsam producitur, & per quā producitur forma; at vnio non producitur per seipsā, sed per vnitionem. Secundo, productio pertinet ad prædicamentum actionis, atq; adeo est essentialiter accidens; at vnio est essentialiter quid substantiale. Vnde tertio, productio non

non potest esse de essentia substantiæ, nā nulla productio est de essentia rei, quæ producitur. Vnde D.Thom.p.p.q.40.aric.2.ait, personas diuinas non cōstitui origine, sed relatione, quia origo concipitur, vt via ad terminum; at vnio est de essentia illius. Quarto, vnio est ratio formalis vniendi alia, & seipsam; at productio formæ non est ratio formalis vniendi alia, & seipsam, nisi media vnione, quæ est terminus actionis. Ex quo patet vnionem distingui à generatione totius, seu vnione, tanquam terminum à via, nam generatio habere debet aliquem terminum formalem, quo fit compositum; at hic non potest esse, nisi vnio, nam licet in productione brutorum per generationem possit produci forma, tamen nō sic in generatione hominis; & præterea generatio brutorum non debet attendi solum in ordine ad formam secundum se, sed vt vnitam, quare formaliter generatio respicit vnionem, vt terminum formalē. Deinde vnio est vnio sui, sed non est generatio sui, licet ex vi generationis fiat ex subiecto. Quinto, productio, & generatio sunt causalitates; at vnio proprie non est causalitas, quia causalitas habet terminum formalem; at vnio non habet hunc terminum, sed ipsa est terminus formalis, qui producitur.

10 Confir. 2. si productio formæ esset idem cū vnione, tantum eadem actio terminaretur ad se ipsam, quia productio habet suum terminum, qui est ipsa vnio; vel secundum aduersarios non forma secundum se, sed vt vnita, atq; adeo vnio includitur in termino.

Confirm. 3. quia si vnio est ipsa productio, cum per productionem forma habeat existentiam, haberet suam existentiam ab vnione, atq; adeo sicut productio intelligitur prior forma, ita & vnio: at hoc esse falsum patet, quia non pōt intelligi vlla ratione, nisi vt posterior extremis, quæ vniuntur, quia nexus supponit existētiam eorum, quæ sunt connectenda.

Dices, productio formæ materialis est eductio, sed hæc non est ab agente, nisi concurrente materia, at concursus materiæ nō potest esse ad formam, nisi per vnionem, quia concurrit per potentiam passiuam, cuius concursus non est, nisi recipiendo formam, quia recipere est pati, at receptio est vnio potentiæ passiuæ cum forma recepta, passio autē est idem cum actione, & solum ratione distinguuntur.

Confir. quia materia non concurrit ad formam, quæ est extra illam, sed quæ est in illa; at forma non est in materia, nisi vt actus in potentia, quia in existentia actus in potentia est formaliter per vnionem.

Confir. 2. quia materia per eam actionē materializat, seu causat in genere causæ materialis formam, sed materia in suo genere causat formaliter vnionem; ergo illa actio est vnio. Maior probatur, quia ad eductionem concurrit efficiens, & materia in suo genere, quia est actio, quæ fit concurrente materia.

Confir. 3. quia forma per eductionē informat materiam, & illi communicat suum effectum; at forma non communicat effectū formalē, nisi media vnione; ergo eductio est vnio.

A Ad soluenda hæc argum. sit

11 7. Concl. Vnio nō est formaliter causalitas materiæ quoad existentiam formæ materialis, est Hurt. loc. cit. sect. 3. contra Suar. Probant primo, ex vnione animæ rationalis, sed quia dicunt hāc vnionē esse diuersæ rationis ab vnione formæ materialis, quod supra impugnatum est, ideo

Vnio non est formaliter cāsalitas materia quoad existentiam forma Hurtadus.

Prob. 2. alij, quia causalitas materiæ in formam est passio, sed vnio formaliter nō est passio, quia vnio est de essentia substantiæ, non sic passio, cum sit accidens. Tum quia, sicut actio est tendentia agentis in terminum, ita passio est

B tendentia potentiæ passiuæ in suum terminum. Tum quia passio formaliter non est terminus, nam neque est terminus sui ipsius, nec alterius actionis, quia ad passionem non datur actio; ergo est via ad terminum. Consequentia probatur, quia quidquid de nouo existit, vel est terminus, vel via ad terminum.

Respondent, vnionē esse formaliter passionem, vt se tenet ex parte materiæ est essentialiter informatio passiua, sicut vt se tenet ex parte formæ est formaliter informatio actiua.

Sed contra, quia informatio passiua est po-

C sterior, vel simul natura cum actiua; sed actiua est posterior existentia formæ; ergo & passiua, at causalitas materiæ est prior existentia formæ, ergo causalitas materiæ in formam nō est informatio passiua, sed aliquid prius. Tum quia passio formaliter est accidens, at vnio est substantia, quare, dicunt causalitatē materiæ, quæ est passio, esse distinctam ab vnione, quæ nō est formaliter passio. Sed instant aduersarij, passio non est nisi receptio, atque adeo informatio passiua; at informatio est vnio, ideo vis huius argumenti patebit ex dicendis de conceptu passionis, an formaliter sit receptio, an vero includat ordinem ad agens.

D Prob. 3. ex ratione eductionis, quæ est formaliter via ad formam pendens ab agente, & à subiecto; ergo eductio, vt est à materia formaliter est dependentia formæ à materia, sed non potest hæc depēdentia esse formaliter vnio, Tū quia vnio supponit existentiam formæ. Tum quia vnio est terminus, sicut & forma.

Ex quibus patet ad primum argumentum contra quartum, nam negatur materiam concurrere ad existentiam formæ per vnionem, sed per substentationem, quæ est causalitas materiæ in formam distincta ab vnione informatiua, neque ad illam concurrit per potentiam, vt vnitiuam, sed vt substentatiuam, quæ

E non requirit vnionem informationis cum re substentata, sed vnionem adhæsionis, vt infra explicabo, vt dicunt indiuisibilia esse in partibus continuatis, non per informationem, sed per adhæsionem.

Ad Confirm. Resp. nam materia concurrit ad formam non existentem extra, sed intra illam, sed hæc in existentia præuia non est informatio, sed indistantia, & adhæsio, licet naturaliter non possit esse cōcursus ille, nisi cōcomitetur vnio informationis, vt alibi est explicatū.

Ad 2.

Ad 2. negatur materiam causare materialiter formam per vnionem, vt per concursum in suo genere, sed vt per conditionem concomitantem, seu subsequentem.

Ad 3. neg. formaliter communicare effectũ per eductionem, sed per vnionem; at per eductionem communicat effectum antecedenter, quia necessario est, vt præcedat eductio, vt inde forma possit informare.

Alij, quod actio, qua producitur forma materialis corrumpitur, manente eadem vnione cum materia, ergo distinguitur illa actio ab vnione; consequentia patet, quia ex separabilitate colligitur distinctio. Antecedens prob. nam post productionem formæ ignis ab igne desinit huius actio, & succedit conseruatio, quam Deus se ipso præstat, cum tamen maneat eadem vnio immutata.

12 *Vnio essentialiter consistit in causalitate vtriusque respectu compositi.*

8. Conc. Vnio inter materiam, & formam essentialiter consistit in causalitate vtriusque respectu compositi. Est communis apud Hurt. loc. cit. sect. 3. num. 26. nam causalitas vtriusq; respectu compositi dicitur id, per quod vtraq; pars compositi constituit, quia causare compositum materialiter, vel formaliter est constituere illud, sicut causare effectiuè est efficere illud; at tam materia, quam forma per vnionem constituit compositum; ergo vnio essentialiter est causalitas vtriusq; Minor prob. tum quia hæ causæ constituunt compositum communicando seipsas composito; at hæc communicatio non consistit in alio, quàm in vnione mutua, nam dum forma se communicat materiæ, & hæc formæ constituitur compositum. tum quia forma constituit compositum informando materiam, & hæc recipiendo formam, at informatio, & receptio non est, nisi vnio, quia informatio non est nisi exercitium formæ, & formalis communicatio sui, & compositio compositi; sed exercitium potentiæ informatiuæ est vnio formæ cum materia, tanquam partis cum cõparte, nam compartes se mutuo respiciunt ad vnius compositionem, at hoc non præstant, nisi per vnionem, ex quo idem patet de informatione passiua materiæ, quam appellant materializationem respectu compositi, nam hæc est compars, quæ respicit compartem.

Confirm. quia vnio est coniunctio materiæ, & formæ, vt sic, sed hæc coniunctio non potest esse aliud, quam informatio actiua, & passiua, quia est per potentiam informatiuam formæ, & potentiam informabilem materiæ, quia per has potentias constituitur formaliter forma, & materia, vt sic. Secundo patet, quid sit vnio. Est enim modus quidam substantialis absolutus à relatione prædicamentali, sed includens relationem transcendentalem, quo materia, & forma causant compositum. Vnde patet secundam, & tertiam opinionem non differre, nisi vocibus, nam secunda opinio modum vocat ens absolutum à relatione prædicamentali; at 3. opinio ait, esse, relatum non prædicamentaliter, sed transcendentaliter.

A

ART. IV. *Soluuntur Argumenta primæ, & secundæ opinion.*

AD fundamentũ primæ vnionem aduenire quidẽ partibus constitutiuis, secundũ propriam essentiam, & existentiam, non tamen esse accidens, quia non omne, quod alteri quocunque modo aduenit est accidens, alioqui forma substantialis cum adueniat materiæ esset accidens, quia non aduenit, vt aliquid extra conceptum substantiæ, sed vt constituens subiectum; & idem de vnione, quod sit substantialis, quia aduenit partibus, vt aliquid inclusum in substantia compositi, quare licet substantia possit pendere extrinsece ab aliquo accidente, quod sit extra suam essentiam, non potest pendere intrinsece, vel aliter, & vt incluso in substantia. 13 *Vnio non est accidẽs, quia non aduenit, vt aliquid extra conceptum substãtiæ.*

B

Ad fundamentum secundę opinionis, etiam si vnio includatur in substantia compositi, tamen hæc potest explicari aliquo nomine, quo non significatur relatio vnionis inclusæ, vt v. g. natura leonis, quæ constat ex materia, & forma significari nomine leonis, quo explicitè non significatur vnio, vel alia similis relatio inclusa, sed explicatur illa natura sub nomine, secundum aliam proprietatem, tamen si explicitè intelligatur primo, ibi, includi non solum relationem vnionis, sed etiam relationes trãscendentales partium, quare potest significari alijs nominibus significantibus huiusmodi relationes, vt si dicatur leonem esse, quid compositũ ex corpore taliter organizato, & tali anima, ibi enim sub nomine cõpositi explicatur vnio partiũ, & sub alijs vocibus relationes transcendentales inclusæ in essentia partium, non enim nomina significantia naturas compositas in actu exercito imponuntur à compositione, vel ab vnione, sed ab alijs rationibus inclusis in re, vt figura, vel à principio alicuius operationis, & similibus.

C

Dices an hæc vnio possit dici inhærentia formæ in materia. Affirmat Ruuius loc. cit. quia sicut vnio accidentis cum substantia non potest excogitari, quid aliud sit, quàm inhærentiæ actualis modus, ita vnio formæ substantialis cũ materia non potest excogitari esse aliud, quam modus actualis inhærentiæ, qui quatenus se tenet ex parte formæ dicitur informatio, & actuatio; quatenus ex parte materiæ dicitur receptio. Neque id putat verum solum in formis materialibus, sed etiam in anima rationali, quæ licet non pendeat in esse, & in fieri à materia, tamen eius vnio dependet à materia, nam sicut anima rationalis informando corpus recipitur in corpore, sic actus in potentia receptiua; at potentia receptiua est propria subiecti; ergo anima rationalis est in corpore, vt in subiecto informationis, sed esse in alio, vt subiecto informationis non est intelligibile, nisi per actualem inhærentiam informatiuam; ergo anima rationalis informat corpus per inhærentiam actualem substantialem. 14 *Hæc vnio dicitur inhærentia formæ in materia.*

D

E

Conf. quia vnio hæc est producta ab agente na-

naturali alioqui homo non esset causa efficiens hominis, cum certum sit, nec materiam, nec formam sua actione attingere; ergo debet producere vnionem hanc substantialem, quia in homine nihil aliud est substantiale; nam organizatio, & est accidentalis, & præcedit generationem; sed agens naturale nihil potest producere nisi per eductionem, cum nequeat creare, sed terminus eductionis pendet in esse, & in fieri à materia. Neque hinc sequitur animam rationalem secundum se pendere à materia, quia ipsa non pendet à sua informatione; imò addit, nec dici animam pendere, etiam vt vnitam, etiam si vnio sit dependens, quia anima ipsa independenter est vnita.

15 Sed hanc sententiam alij reprehendunt. Primo Hurt. quod informationem substantialem vocet inhærentiam. Tùm quia disp. 4. phy. §. 6. negat dependentiam formæ materialis à materia esse inhærentiam. Tum disp. 5. phys. §. 23. putat contra Suar. inhærentiam esse quidem per productionem accidentis cum dependentia à subiecto, at realiter distingui ab vnione illius, quia potest de potentia absoluta forma pendere à materia, & illi non vniri informatiuè. Tum quia inhęrentia est propria accidentium, sicut subsistentia est propria substantiæ, nam est modus quidam existendi, per quem accidens distinguitur à modo essendi substantiæ; neque qdqd est in subiecto dicitur inhærere illi, sed solum, quod est in subiecto, vt accidens, vt patet ex Arist. in ante prædicamentis, quare repugnantiam inuoluitur, dum dicitur inhærentia substantialis, & mihi non displicet si sequi velimus, vt debemus modum loquendi Arist. nam loc. cit. distinguit varios modos essendi in alio, accidens autem ait habere modum essendi in alio, sed non vt partem, scilicet compositi substantialis, forma autem substantialis est in alio, idest in materia, vt pars compositi substantialis. Vnde patet, nec esse secundum se formam accidentalem, nec habere modum essendi inhærentiæ, quod Hurt. loc. cit. explicat dicens, formam substantialem propriè, nec in esse, nec afficere, sed facere rem, vt forma leonis facit leonem. Secundo repręhenditur, quod modũ vnionis dicat pendere in esse, & in fieri à materia, & tamen negat animam, vt vnitam pendere à materia, eoquod anima independenter vnita est; nam si vnio est dependens, etiam anima, vt vnita, idest ratione vnionis est dependens.

Verius dici potest vnio inhærentia substantialis.

Confirm. quia anima, licet secundum suam entitatem existat, siue in materia, siue extra, tamen vt vnita non potest, etiam per potentiam Dei, existere sine materia; ergo eo modo, quo vnio indiget materia, ita anima, vt vnita indiget illa.

DVBITATIO III.

De subiecto vnionis substantialis.

ART. I. Sensus quæstionis explicatur.

1 NOt. 1. Hanc dubitationem præcipuę difficultatem habere ex natura vnionis, quæ cũ sit modus, atque adeò idẽtificetur cum re modificata, nec possit vnus modus identificari cũ duobus realiter distinctis, cùm id sit proprium diuinæ essentiæ ratione suæ infinitatis, videtur necessario dicendum vnionem esse tantum in vno extremo, sed cum vnio sit essentialiter nexus duorum necessario esse debet in vtroque extremo, vt possit vtrumque vnire, & cum non præstet effectum vniendi, nisi modificando, vt patet ex natura modi, necessario vtrumque debet modificare, atque adeo identificari cum vtroque extremo.

Not. 2. hanc dubit. non habere difficultatem in opinione dicentium vnionem non distingui ex natura rei ab vtroque extremo, quia facilè dici potest identificari cum vtroque. Neq; habere difficultatem in opinione dicentium vnionem esse formam distinctam realiter realitate perfecta ab extremis, quia facile intelligi potest vnam formam informare duas materias: sed difficultatem habere in opinione dicentium esse vnam vnionem, eamque modalem entitatem distinctam ab extremis solum modaliter.

Not. 3. Vnionem materiæ, & formæ includere informationem, & materializationem, quia est coniunctio materiæ, & formæ secundum proprias earum rationes, sed hæc coniunctio includit informationem, & materializationem, quia includit exercitium materiæ, & formæ, ex quo fit, esse perfectionem materiæ, & formæ intrinsecam, quia cum vtraque sit ens incompletum, & imperfectum essentialiter petit perfici, & compleri per mutuam vnionem, quia subiectum, vt sic, nunquam est perfectum, nisi dum informatur, sicut neque ens incompletũ, nisi habeat complementum; at hæc perfectio, & completio materię est in ordine ad formam, per quam tanquam per compartem cõpletur, & fit totum.

Vnio materiæ & formæ includit informationem & materializationem.

Not. 4. formam modalem esse in duobus dupliciter posse intelligi, in vno intrinsecè, & in alio extrinsecè quomodo superficies corporis locati est in locato subiectiuè, & in loco terminatiuè, & relatio in fundamento formaliter, & in termino terminatiuè. Secundo, intrinsecè in vtroque, & hoc tripliciter. Primo, subiectiuè per substentationẽ, eo quod vna forma substentetur à duobus subiectis partialiter, nam constat inter tale subiectum, & formam debere esse vnionem, non solum localem, sed etiam in genere materiali, quia materia nõ substentat formam a se separatam, imò aliqui dicunt ipsá substẽtationem esse speciem quandam vnionis inter substentans, & substentatũ, sicut passio est species quædam vnionis inter passum, & formam, per quam subiectum patitur. Secundo, subiectiuè per informationem, quomodo anima rationalis est in materia, etiam si ab illa non substentetur. Tertio, per adhærentiam, quomodo actio est in termino, & subsistentia in natura, & punctum in partibus continui, qui dicitur modus essendi intrinsecus, vt distinguitur à modo, quo cognitio est in obiecto denominato per ipsam, & relatio prædicamentalis in suo termino, nam non ita denominat actio ter-

2 *Forma modalis in duobus vt dupliciter.*

terminum suum, nec subsistentia naturam, vel punctum partes, sed hæc omnia intrinsecè denominantur; & licet hi modi essendi sint coniuncti in forma materiali, quia hæc pendet à materia, & eam informat, & adhæret, tamen constat inter se distingui, nam dependentiam, & informationem distingui supra ostendimus, at ab his distingui vnionem per adhærentiam, Prob. quia actio non pendet à termino, vt subiecto substentãte, vt infra, neq; vt subiecto informato, cum sit prior secundum existentiam termino, sed potius informat idem subiectum, quod terminus, & idem dicitur de puncto respectu partium, vt suo loco ostendemus.

Esse intrinsecè per inhærẽtiam in alio dicit indigentiam in re inhærente.

Not. 5. esse intrinsecè per adhærentiam in alio, dicit aliquam indigentiam, & exigentiam in re adhærente, à re cui adhæret, non tamen semper hanc indigentiam esse cum causalitate, nam constat ex communi sententia, actionem non posse existere sine termino, & tamen terminus nullam causalitatem habere potest respectu actionis, quia causaret se ipsum, cùm nihil aliud sit rem vnam aliam causare, quam influere in causalitatem, per quam terminus existit, quod si terminus haberet aliquem influxum in actionem sui productiuam, iam influeret in se ipsum, & licet actio pendeat à termino, vt fine in aliquo genere causæ, tamen hoc genus causæ non exigit existentiam; at actio exigit terminum in eodem instanti existentẽ, atque adeo exigit illum, vt effectum, & idem patet de puncto respectu partium, sine quibus esse nequit, sed ab illis non pendet in aliquo genere causæ efficientis, vel formalis, vel materialis, cum subiectum puncti sit indiuisibile, quales non sunt partes, sed solum per quandã concomitantiam, & necessariam connexionem.

ART. II. Explicatur, & confutatur opinio dicentium, vnionem non esse in aliquo subiecto.

3 *Alij aiunt vnionem in nullo esse subiecto.*

PRima opinio est dicentiũ, vnionem in nullo esse subiecto, quia est modus substantialis; at ens substantiale non est in subiecto, quia hoc est proprium accidentium.

Confirm. quia non potest assignari aliquod subiectum, non enim subiectum adæquatum potest esse forma sola, vel sola materia, vt infra, cum non sit maior ratio vnius, quam alterius, neq; vtraque, quia non apparet, quomodo possit modificare duo subiecta distincta realiter, quare dicendum est esse modum substantialem in seipso subsistentem, per cuius subsistentiam compositum cõpletè, & vltimatè subsistat; vnde sicut compositum non est in aliquo subiecto, ita neq; modus hic substantialis.

Impugnatur hic modus ex ipso conceptu vnionis.

Sed hæc opinio ab omnibus reijcitur, quia omnis substantia, quæ non est integra, vel pars materialis, necessario debet esse in aliquo subiecto, siue per dependentiam, siue per informationem, quia omnis substantia, vel est materia, vel est compositum, vel forma, vt 2. de anima 7. & alibi sæpe docet Aristot. sed vnio non est materia, neq; completa substantia, vt patet; ergo erit forma siue modalis, siue entitatiua, atq; adeo in alio subiectiuè. A

Confirm. quia non potest concipi vnio, quin concipiatur esse in alio, quod formaliter afficiat; ergo non potest concipi extra aliquod subiectum, quia subiectum dicitur id, quod formaliter aliquo afficitur. Antecedens prob. quia non potest concipi vnio abstracta ab alijs, sicut neq; potest concipi relatio sine fundamento, & termino, nam vnio est extremorum vnitorum vnio, at non recipit vtrumq; extremum, vt terminum, quia est ratio actualis, per quam vnum, vt subiectum alteri vnitur, vt termino vnionis.

Confir. quia alioqui generatio, quæ est productio vnionis, esset creatio, quia esset independenter à subiecto sicut eius terminus. B

Confirm. 2. quia ratio cur negant esse in subiecto non est efficax, nam forma substantialis materialis est in subiecto, non solum per informationem, sed etiam per dependentiam, & tamen est substantia, quare esse in subiecto, quod est proprium accidentium, quod conuenit rei, quæ non est pars substantiæ, vt dicitur in anteprædic. & nos alibi explicuimus; ex quo patet ad fundamentum aduersariorum.

Ad Confir. infra constabit, quod sit subiectũ adæquatum vnionis.

C *ART. III. Explicatur opinio dicentium, Vnionem esse in vno extremo, scilicet forma, vel materia.*

SEcunda opinio asserit vnionem esse in sola forma subiectiuè, & in materia terminatiuè, quia formam vnit formaliter materiæ. ita Suar. tom. 1. met. disp. 13. sect. 9. n. 13. Vasq. 3. p. d. 19. num. 13. Sed hi diuerso fundamento nituntur.

4 *Alij vnionem in sola forma ponunt subiectiuè, in materia autem terminatiuè.*

Prob. 1. Suar. quia in eo subiecto est vnio, circa quod versatur tota actio agentis, cũ vnio non distinguatur ab vnitione, sicut nullus terminus à sua productione, sed tota actio agẽtis versatur circa formam educendam de potentia materiæ, vel vniendam cum materia, nam D quidquid de nouo efficitur est in forma, tãquã in termino productionis; ergo vnio est in ipsa forma, quam directè vnit materiæ, efficiendo forma vnionem, & in materia solum est indirectè, scilicet illi vnitur forma, materia consequenter vnitur formæ.

Confir. quia materia quoad suam entitatem, & modos sibi intrinsecos, manet immutata, & solum mutatur ratione adiuncti, ratione priuationis, & formæ recedentis, & aduenientis; ergo omnis mutatio conuenit illi ratione formæ, & per consequens vnio illi conuenit ratione formæ, quatenus forma illi coniungitur, sicut dum E basis supponitur columnis, omnis mutatio localis est in columna, à qua mutatione denominatur basis mutari, & coniungi cum columna. Antecedens prob. quia materia substentat actionem agentis, & supponitur formæ recedenti, vel aduenienti; ergo secundum suam intrinsecam entitatem, existentiam, & modos sui con-

constitutiuos non mutatur ex actione agentis. Contra vero forma, quia cōsequitur actionem agentis, habet ab hoc existentiam, & alia necessaria ad sui existentiam.

Ex hoc infert Suar. loc.cit. num.15.causalitatem materiæ circa compositum, nihil addere materiæ præter vnionē, quæ est in forma, quia eadem vnio, vt est ratio, qua materia seipsam exhibeat cōposito dicitur causalitas materiæ, dicitur etiam causalitas formæ,vt est ratio,qua forma seipsam exhibeat composito.

Secundo probat Vasq. quia forma secundū se est indifferens ad essendum in se,vel in alio, vt patet ex anima rationali; ergo in illa debent esse duo illi modi existendi, scilicet in se,vel in alio,quod est esse per vnionem. quia actus determinans debet esse in illo subiecto,in quo est indifferentia ad actus determinantes.

5 *Alij ponunt subiectiuè in materia, terminatiuè in forma.*

Tertia opinio est dicentium vnionem esse in sola materia subiectiuè, & in forma terminatiuè, & inhæsiuè,sicut punctum est in substantia pūctuali subiectiuè,seu inhæsiuè, & in partibus adhæsiuè, nam eadem est ratio,cum punctum sit veluti vnio partium, ita recentiores, quos sequitur Ruuius 1. phys. tract. 2. q. 60. à nu. 60.ad 65. Videtur Hieronym Pla 1. phys. tract.de rerum principijs p.2.q.3.fund.3. & 2. phys. tract.de causis p.2.q.1.Murcia disp.3. q.5 concl.3.

Prob.1. Murcia ex vnione animæ rationalis, quæ est in materia, & educitur de potentia illius;ergo idem de alijs formis dicendum.Consequentia prob. non solum à paritate rationis, quod materia, & forma eodem modo vniri debent in omnibus compositis, sed à maioritate rationis, nam si anima, quæ est subsistens nō est subiectum vnionis,multo minus aliæ,quæ non sunt subsistentes. Antecedens prob. tum quia vnio est corruptibilis, cum fiat per generationem corporalem existentem in materia, & à principio corporali; at nihil materiale potest educi de potentia spirituali, quia non alia ratione probamus accidentia animæ esse spiritualia, nisi quia sunt educta ex subiecto spirituali.

Confirm. quia communiter docent animam rationalem non pendere à materia quoad entitatem,sed pendere quoad informationem, vt Fons.5.met.c.2.quæst.1.sect.3.Iauell.q.2.ad 2. d.Sonc.q.5.conc.2. ergo est in materia, vt in subiecto, quia nequit esse in duobus subiectis, & ex duobus educi.

2. Probant alij, quia in eodem subiecto est forma,& eius informatio, sed forma est in materia subiectiuè, vt patet. quia forma est actus materiæ; ergo etiam vnio. Maior prob. Tum quia informatio est actuatio formalis subiecti, at informatio est vnio,nam eadem inhæsio formæ dicitur vnio,quatenus coniungit materiam formæ,& dicitur coniunctio, quatenus potentiam materiæ reducit ad actum. Tum quia forma habet existentiam secundum se,& habet inexistentiam;at inexistentiā non habet per suā entitatem,sed per modum superadditum, ergo sicut forma est in materia, ita modus inexistentiæ est in eadem materia.

A Confirm.1. quia materia per suam potentiā est indifferens ad omnes formas,& vt determinatè respiciat vnam, & non aliam, debet dari aliquid determinans,at hoc non potest esse,nisi vnio secundum hoc,& nō secundum illa, quia ipsa est essentialiter respectus quidam.

Confir.2. in eodem subiecto,in quo est actio eductiua formæ, est etiam vnio formæ, sed actio eductiua est in materia, quia fit ab agente concurrente materia subiectiuè; ergo & vnio est in materia,nam ab ea pendet informari, & conseruari.

Neque dicas illam actionem recipi in anima, seu forma,vt in subiecto,nam vel illa anima est materialis,& non potest pendere ab actione in 6

B se subiectiuè recepta, quia concurreret ad sui ipsius productionem, vt alibi ostendimus, vel est spiritualis,& neque ,quia vnio attingitur ab agente naturali corporeo;at hæc non potest attingere subiectum spirituale, qualis est anima ob improportionem corporis,& spiritus.At inquies, hinc sequitur animam rationalem pendere à materia, quia eius vnio pendet à materia, at anima rationalis pendet à sua vnione, quia non fuisset producta à Deo, nisi propter vnionem cum materia, atque adeo habere in sui productione dependentiam ab vnione.

Obijcitur animam rōnalē pendere à materia.

C Respondent aliqui negando animam rationalem,siue secundum se, siue vt vnitam pendere à materia,nam actualis inhærentia, quam habet anima in materia est omnino independens,cum fit per informationem substantialem independentem,sicut & ipsa anima est indepēdens in esse,in fieri,& in operari,& licet ipsa vnio pendeat à materia, tamen anima est independenter vnita, nam etiam si per illam vnionem dependentem attingatur anima, tamen non ex eo,quod attingitur dependet,sicut nec ex eo,quod informat,& recipitur,& per receptionem attingitur fit dependens à materia, ità Ruuius loco cit. sed in hac doctrina est aliqua æquiuocatio, nam si ex illa doctrina vult negare animam secundum sui existentiam non

Respō. ex Ruuio, & impugnatur.

D pendere à materia,etiam si eius vnio pendeat, non est improbanda: sed si inde negat vnionē non pendere,atque adeo nec animam, vt vnitā pendere secundum vnionem,fallitur,quia non potest intelligi vnio inter materiam, & formā sine aliqua dependentia à materia. Tum quia vnio hæc non creatur,cum fiat ab agente naturali; ergo educitur de potentia materiæ, quia non est alius modus productionis, quàm per creationem,vel eductionem. Tum quia eadem est actio, quæ dicitur mutatio, & productio, sed vt productio respicit,& denominat terminum,at vt mutatio respicit, & denominat subiectum;ergo actio dicitur esse in subiecto subiectiuè, & in forma terminatiuè, sed vnio est

E in eodem subiecto, in quo est actio, cùm sint idem realiter. Tum denique,quia si vnio pendet à materia; ergo concretum ab vnione pendebit à materia; quia concretum pendet ab omni eo, à quo pendet forma constituens concretum, quare anima, vt vnita pendebit à materia,

Anima vt vnita pendet à materia; non tamen secundum eius existentiam.

teria, sicut & vnio. Neque hinc sequitur animam pendere secundum suam entitatē,& existentiam à materia, quia ipsa non pendet secūdum suam existentiam ab vnione,vt patet,quia anima conseruatur à Deo, etiam post separationem à materia, vt dicemus cum de immortalitate animæ. Neque obstat, quod anima non pducitur à Deo extra corpus, sed in corpore, quia id non ponit dependentiam à priori, sed tantū conditionem, sine qua non consequentem, vt dicemus in lib. de gener. vel de anima.

7 *Alij ponunt vnionem extrinsecè in forma.* Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui ponunt vnionem esse extrinsece in forma, eo quod terminus non nisi extrinsecè vnitur termino, vt patet in vnione hypostatica, quæ extrinsecè denominat Verbum, alioqui illud mutaret intrinsecè.

Alij intrinsece per adhæsionem. Murcia. Alij vero, vt Murcia, dicunt intrinsecè esse in termino per adhæsionē. Sed inter hos adhuc est aliud discrimen, quod aliqui volunt vnionē pendere à forma terminatiuè,& in genere causæ formalis. Sed alij negant pendere in genere causæ formalis, vt Murcia, quia omnis causa debet dare esse effectui, vel à se distinctum, vel secundum sui communicationem, at forma nō dat esse vnioni communicando suum proprium esse, cum ab illa adæquatè distinguatur, nec illā componat, neq; dat esse distinctum à suo. Tū quia causa dans huiusmodi esse præsupponitur effectui sm esse, quo causat; at forma non est prius natura vnione, quia eadem indiuisibili actione fit forma materialis,& vnio. Tum quia causa dans esse distinctū, dat illud media actione, vt patet in causa materiali, & formali,& efficienti, quæ causæ concurrunt ad actionem in suo genere, vt per illam existat effectus, quare causa non concurrens ad actionem non potest dare esse effectui, at forma non pōt concurrere ad actionem, qua fit vnio, nam forma materialis consequitur actionē, qua fit vnio, quia sicut non potest esse causa sui ipsius, ita neq; actionis illius, & forma indiuisibilis non causat formaliter nisi media informatione, at anima rationalis, nec informat generationem, nec facit cum illa compositionem; ergo non potest concurrere ad actionem, qua producitur vnio, quę actio dicitur generatio.

Respondent, vt forma dicatur causa vnionis non esse necessarium, vt concurrat ad actionē, qua fit vnio, sed satis est vnionem per se, & essentialiter pendendere à forma.

Sed contra, quia non qualibet dependentia ab alio sufficit ad constitutionem causæ, vt patet, tum ex depēdentia actionis à termino, quæ non causatur à termino. Tum ex modo per se existendi, cum quo accidens terminaret actionem creatiuam, ad quam nullo modo concurrere accidens, vt causa, etiam si modus ille sit essentialiter coniunctus cum accidente; sed requiritur dependentia, per quam, vel effectus accipiat esse distinctum à causa, vel illam essentialiter includat, cuiusmodi non habet vnio à forma, vt dictum est.

A

B

C

D

E

ART. IV. Explicatur opinio dicentium, vnionem esse subiectiuè in materia, & forma.

8 Quarta opinio est dicentium, vnionem esse in materia, & forma intrinsecè, tum terminatiuè, tum subiectiuè, & formaliter, ita recentiores quidam, nam inter materiam, & formam plures vniones considerari possunt. Prima est localis, per quam sunt, non solum in eodem loco per contiguitatem, sed etiam per penetrationem. Altera est per adhæsionem dependentiæ, quæ solum est inter materiam, & formam materialem. Tertia est per adhæsionē terminatiuam, quę est inter materiam, & omnē formam, quia sicut inter materiam, & formam est informatio, & receptio, ita vtraq; pars habet rationem termini, nam materia est terminus respectu vnionis, quam habet forma ad materiā, & forma est terminus respectu vnionis, quam habet materia ad formam, atq; adeo vtraq; pars habere debet vnionem per adhęsionē terminatiuā. Quarta, est vnio per informationē, quæ est inter omnem formam, & materiam, quia omnis forma ordinatur ad informationem actiuā, & omnis materia ad informationem passiuam; ex quibus patet vnionem esse terminatiuè, tam in materia, quam in forma, quia sicut vna ordinatur ad aliam per mutuum respectum transcendentalem, ità actus vnius respicit alium, vt terminum sui actus. Neque est, qui hanc partem neget, solum negari solet vnionem esse in vtraq; parte subiectiue, & formaliter. Vnde id

Alij ponunt vnionem subiectiue in vtroq; extremo.

Plures vniones inter materiam, & formam ponuntur.

Probant primo, ex actione, qua producitur vnio, nam omnis entitas, quæ vt præsupposita actioni concurrit ad effectum debet esse propriè, vel reductiuè causa efficiens, vel materialis, nam finis,& forma existunt per actionē, atq; adeo consequuntur illam; sed materia, & forma præexistunt saltē prius natura actioni productiuæ vnionis, vt sæpe probatum est, tum ex conceptu vnionis, qua supponit vnibilia, tum ex vnione animæ rationalis per resurrectionēs ergo vtraq; pars dicitur concurrere ad vnionē, sed non concurrit in genere causæ efficientis, vt supra fuit probatum, & fusius in lib. de gener. ergo in genere causæ materialis, ergo vnio formaliter est in vtraq; parte, vt in subiecto, & licet forma non possit esse subiectum actionis, per quam ipsa producitur, quia sic seipsā causaret, vt alibi est probatum, tamen potest esse subiectum actionis, qua producitur vnio, quia per hanc actionem non producitur forma, vt terminus, sed supponitur, vt præexistens saltē natura.

Responderi tamen posset negādo quidquid necessario præsupponitur actioni debere reduci ad causam efficientem, vel materialem, vt patet in obiecto visionis beatificæ, quod præsupponitur, & tamen secundum aliquos neutro modo concurrit, sed falso, nam concurrit effectiuè, vt dicemus 1. p. quare aptius exemplum esset pecunia, quæ ab auaro acquiritur; nam hæc

hæc præsupponitur præexistens acquisitioni, & tamen neutro modo concurrit ad acquisitionem, & idem dici posset de omni fine cui, aliud acquiritur. Sed neutrum exemplum placet. Non primum exemplum, nam acquisitio pecuniæ potest esse duplex. prima moralis, & hæc non exigit concursum physicum. Altera physica, quæ consistit in motione quadam, & applicatione locali rei acquisitę ad acquirentē, & ad hanc pecunia concurrit subiectiuè, cum motus sit in re mobili. Alterum vero de fine cui, quod necessario requirat præexistentiam dum acquiritur res, falsum est, quia sæpe res acquiri potest in vtilitatem alicuius non dū existentis, sed quod deinde existant, vt ferè Patres acquirunt filijs non dum existentibus, sed speratis, quod si aliquando finis cui præexistit, id est per accidens ad illam causalitatem, quod si necessario exigat aliquando existentiam, id est, ex speciali concursu eff.ctiuo, vel materiali.

Secundo Probant alij, quia vtrumque est ens incompletum; ergo vtrumque debet perfici per vnionem, at perfectio debet esse in eo subiectiuè, quod perficit, vel debet esse terminus formæ, quæ subiectatur in re, quam perficit, quia omnis perfectio alicuius, vel est actus illius, vel terminus actus; at omnis actus respicit potentiam; ergo omnis perfectio, vel ratione sui, vel ratione rei, quam terminat respicit potentiam; at hæc potentia debet esse passiua, de cuius ratione est subiectare suum actum; ergo subiectat suam perfectionem, vel rem, cuius ipsa perfectio est terminus, at vnio non est terminus, nisi suæ productionis, per quam educitur ab extremis, & in illis recipitur; ergo vnio & ratione sui, & suæ productionis perficit extrema, & in illis recipitur, neque materia secundum se est perfectior forma, sed vt vnita, quare ratione vnius, vt est perfectio, ità est act' formæ, & in ea subiectatur.

ART. V. Explicatur opinio Auctoris.

9 *Vnio est intrinseca vtrique parti.* PRima Conc. inter materiam, & formam cōpositi naturalis danda est vnio intrinseca, vtriq; parti. Prob. quia vtraq; pars denominatur vnita, vt patet, & non extrinsecè, vt denominat obiectum à cognitione varia potentiæ, vel agēs ab actione, & similibus; ergo intrinsecè.

Confirm. quia non magis est intrinseca vnio hypostatica Humanitati, & Verbo, quam sit vnio materiæ, & formæ, sed vnio hypostatica denominat intrinsecè, non solum humanitatē, in qua est formaliter, sed etiam Verbum, ad qđ terminatur vnio, nam cum ex Verbo, & humanitate fiat vna per se natura necessario debent esse intrinsecè vnita, nam extrinseca vnio non potest constituere vnum per se, nec dare denominationem substantialem subiecto, sed denominatiuam, vt patet, quia homo non dicitur vestis, sed vestitus; at homo dicitur Verbū, & contra Verbum dicitur homo. Vnde reprobatur Helipandi error, dicentis Verbum fuisse extrinsecè vnitum Humanitati, vt homo indumento, neque tamen hinc sequitur mutatio in

A Verbo, vt fusè ostendimus 3. p. quia hic modus essendi intrinsecus non est per informationem, vel similem inuoluentem aliquam imperfectionem, vt alibi diximus, sed est per terminationem, quæ secundum se abstrahit ab imperfectione.

Dices omnis modus essendi intrinsecus vnius rei cum alia reducitur ad vnionem per informationem, nam si est denominatio intrinseca dicitur sumi ab aliqua forma intrinseca; at forma non est intrinseca rei denominatæ, nisi per informationem, nam si forma non informat, non erit, nisi assistens, atque adeo erit subiecto extrinseca.

B Resp. ex dictis falsum esse omnem modum essendi intrinsecum esse per informationem, vt patet ex exemplis adductis, nam actio non informat terminum, sed subiectum termini si est eductio, & si est creatio nullum subiectum informat, punctum non informat partes, nec Verbum humanitatem, & tamen hæc dicuntur esse intrinseca rebus prædictis, quare datur alius modus essendi intrinsecus per adhærentiam, qui modus essendi conuenit rebus, quæ habent rationem termini intrinseci, quæ aliquando est cum imperfectione, vt in punctis, creata subsistentia, & similibus, aliquando sine imperfectione, vt dicitur de Verbo, & alijs similibus.

C Secunda Conc. inter formam, & materiam, vt constituant compositum debet poni vnio in vtraque parte formaliter intrinsecè. Patet ex dictis in vltima opinione, præsertim quia hæ partes vniuntur ad constitutionem compositi per vnionem perfectiuam, & mutatiuam vtriusque partis, cum sint essentialiter imperfectæ, & vniantur, vt perficiuntur in composito. 10 *Ponitur vnio formaliter in vtroque extremo, quia vnio talis est perfectiua.*

Resp. 1. aliqui materiam non perfici, nisi per entitatem formæ, & hanc per entitatem materiæ, in qua forma recipitur, quia potentia perficitur per actum, & hic per potentiam, in qua habet statum perfectum, quia extra materiam non habet statum perfectum. Sed contra, quia
D entitas materiæ, & formæ, licet se recipiant secundum aptitudinem, per quam possunt dici aptæ se inuicem perficere, at non se actu perficiunt, nisi per actum proportionatum earum aptitudini, quæ consistit in mutua vnione, quia materia non perficitur per formam existentem extra materiam, nec forma habet statum perfectum extra materiam existens, quare requiritur inexistentia, quæ dicitur vnio vtriusque.

Resp. 2. Alij huiusmodi partes perfici, & mutari per vnionem, quam terminant, quia licet terminatio in re incapaci mutationis, & perfectionis non addat intrinsecam mutationem, & perfectionem, tamen in termino capaci, quales sunt materia, & forma essentialiter imperfectæ
E ponit imperfectionem, & mutationem, sicut subsistentia creata perficitur ex vnione cū materia, licet illi vniatur, vt terminus.

Sed contra, tum quia vnio, vt terminata ad aliud, vel est secundum essentiam actualis perfectio, & mutatio illius, ad quod terminatur, vel potentialis, si primum illa præstabit cuicūq;

Ccc ter-

termino, quia quod conuenit essentialiter, conueniet vbicunq; est, & si aliquis terminus non est capax perfectionis, neque erit capax terminationis, nam incapax effectus formalis, est incapax formæ. Si secundum, tunc sequeretur vnionem non seipsa perficere materiam, & formam, sed per alium actum, qui sit ab illa potētia, vnde etiam fiet, vt nec vnio se ipsa vniatur termino, sed per aliam vnionem, vnde consequeretur processus in infinitum.

Et idē argumentum proponi potest ex parte actualis terminationis, nā vel est pfectio actualis, & mutatio termini, vel non. Si secundum, iam habetur intentum. Si primum, vel dicit actualem perfectionem in termino, vel potentialem, & ex vtroq; membro sequuntur absurda, quæ diximus, tamen ratio actualis terminādi dicit id, ad quod, non id, in quo, vt dictum est in vltima opinione; ergo numquam formaliter addit perfectionem, licet aliquando præsupponat perfectionem; tū quia rō terminandi est eiusdem rationis in omnibus, & tunc vel in omnibus addet mutationem, & perfectionem, vel nullis, sicut est diuersæ rationis in diuersis, vt diuersa sunt ea, quæ conueniunt formæ, & materiæ, & diuersa sunt, quæ conueniunt termino relationis prædicamentalis, vel vnionis hypostaticæ; vnde in illis dicet perfectionem, non autem in his, & tunc sequeretur rationem terminandi in ijs, in quibus additur perfectio debere esse cōtractam ad talem rationem, quæ sit apta includere perfectionem, at hæc nō potest esse, nisi per formam, quæ sit in illo informatiuè, atq; adeo vnio, quam terminat debet etiam esse in termino informatiuè, quia nō potest aliquid intelligi, quod perficiatur, nisi per id, quod est formaliter in illo; alioqui si connexio quæcunq; vnius cum alio satis esset ad perfectionem, tunc Deus etiam perficeretur per suam actionem extrinsecam, & obiectum per cognitionem, & sic in alijs.

Dices, an vnio, quæ est in vtroque extremo sit vna simplex, an composita. Respondebitur infra Dub. sequenti.

Dices, supposito, quod vnio non possit esse in vtroq; extremo, in quo potius est ponenda in forma ne, an in materia? Resp. & sit.

11 *Subiectiuè hæc vnio est in forma.*

3. Concl. Vnio potius ponenda est subiectiuè in materia, quam in forma, quia subiectare est potius proprietas materiæ, quam formæ, quare cæteris paribus, & nisi oppositum probetur, debet vnio potius poni in materia, quā in forma.

Confir. quia dispositiones ad vnionem cum forma sunt subiectiuè in materia, ergo in eadē materia est vnio, quia in eodem subiecto debet esse dispositio, & id, ad quod est dispositio.

2. Prob. à priori, quia materia est receptiua formæ, & non nisi per vnionem informationis; ergo vnio est subiectiuè in materia, quia forma est in materia, & non est in materia, vt est separata; ergo vt vnita, & non vt vnita solum terminatiuè est in materia, quia hac ratione non subiectaret formam secundum entitatem, quia ipsa secundum se, nec subiectatur, nec non subiectatur; ergo illam subiectat ratione vnio- A nis. Denique prob. ex dictis in tertia opinione.

Pendet à forma in genere causæ formalis.

4. Conclus. Vnio si existeret in sola materia, adhuc debet poni, & pendere à forma in genere causę formalis, quia illa necessario exigit formam, & non vt purum terminum, quia vnio nō est relatio prædicamentalis, sed transcendentalis, quæ in hoc distinguitur à prædicamentali, quod illa non pendeat ab alio, vt puro termino, sed secundum aliam rationm: sed hæc ratio non potest esse, nisi ratio formæ, quia materia non alia ratione exigit formam, nisi sub ratione formæ; ergo forma concurrit ad vnionem in genere causæ formalis, quia concursus conueniens formæ, vt sic, non potest esse, nisi in B genere causæ formalis. Neq; obstat, quod forma non includatur in vnione, quia non omnis concursus in genere causæ formalis est per inclusionem, nam aliquis est per coniunctionem, imo non potest esse concursus per inclusionem respectu compositi, nisi sit respectu vnionis per coniunctionem, sicut etiam materia, licet concurrat per inclusionem ad compositū, tamen ad vnionem non cōcurrit nisi per coniunctionem.

Confirm. quia siue ponatur vnio in materia, siue in forma, siue in vtroque est causabilis à materia, & forma, nisi per coniunctionem, & non in genere causæ efficiētis, vt ipsemet Mur- C cia disp. 3. q. 5. conclus. 2. ergo in genere causæ materialis, quia omnis influxus pertinet ad aliquam causam, at materia, & forma, vel influunt in vnionem, vel hæc est influxus earum in cōpositum.

Denique probatur, quia vnio, vel est terminus formalis causalitatis materiæ, & formæ, & sic causatur in genere causæ materialis, & formalis ab illis; vel est illarum causalitas respectu compositi, vt fatetur Murcia disput. 3. q. 3. conc. 2. & sic causatur in eodem genere causæ, quo causatur compositum, quia causa non in alio genere causat causalitatem, & terminum causalitatis, licet diuersa ratione vtrumque re- D spiciatur, nam causalitas respicitur vt via, & terminus vt id, in quo sistit via, & licet forma, nec informet, nec componat vnionem, tamen est via, qua informat materiam, & componit cōpositum. Neque obstat, quod illa solum dependentia pertinet ad causam aliquam, quæ est per influxum, hic autem, vel est ad entitatem per se distinctam, & est in genere causæ efficientis, vel est ad entitatem, in qua essentialiter includitur. Nō, inquā, id obstat, tùm quia vnio est distincta, tam à materia, quam à forma; vnde potest causari ab illis, neque omnis effectus distinctus se toto à causa pendet ab illa in genere causæ efficientis, nam effectum esse distinctum à causa, est commune omnibus causis, sicut illis E est commune, quod nulla res potest se ipsam causare; tum quia non potest causari compositum à materia, & forma per inclusionem, nisi causetur aliquid distinctum à materia, & forma secundum se totum, quia singulæ causant totum compositum non adæquatè, sed inadæquatè

quatè

quatè; at singulæ causæ debent habere propriū effectum sibi adæquatum, hic autem secundum se totum debet distingui à causa.

ART. VI. Soluuntur argumenta Aduersariorum.

12 AD argumenta secundæ opinionis Respon, & ad primum dicitur inde potius confirmari nostram conclusionem, nam sicut tota actio versatur circa formam terminatiuè, & circa subiectum subiectiuè; ita vnio erit in forma terminatiuè, & in materia subiectiuè. Sed instare possunt in productione compositi esse duplicem actionem. Vnam, quæ terminatur ad entitatem formæ materialis, quia cū hæc actio sit eductio formæ, necessario pendere debet ab efficiente, & à materia substentante actionem, & formam, & hæc actio est subiectiue in materia substentante, sicut est ipsa forma, & terminatiuè in forma; sed hæc inexistentia non est vnio informationis, sed passio, quæ est vnio quædam accidentalis. Alteram terminatiuam ad ipsam vnionem præcisè, quæ dicitur vnitio, & eductio ipsius vnionis, & hæc vt substentatur à forma, ità est in forma subiectiuè, & in ipsa vnione terminatiuè. Sed contra, tum quia hæc distinctio actionum non cognoscitur ab aduersarijs, nam hi ponunt vnam actionem eductiuam, qua producitur vnio, & forma, imò vnionem dicunt esse ipsam dependentiam formæ materialis à materia; at dependentia non pendet subiectiue à termino ipsius, vt supra probatum est, quia alioqui idem penderet à se ipso. Tùm secundo, quia licet necessario ponenda esset vnio in forma ab ea dependens subiectiuè, tamen posito, quod sit vna vnio, & ibi præexistat tàm materia, quam forma, in quibus potest subiectari vnio, potius debet subiectari in materia, quam in forma, quia cum productio versetur circa formam vniam materiæ, iam, vt actio ponitur in forma terminatiuè, ita potest in eadem similiter poni vnio; at in materia non potest poni, nisi subiectiuè, quia actio eductiua non potest versari circa illam terminatiuè quoad entitatem, ergo debet versari entitatiuè circa vnionem, quæ est in illa subiectiuè, atque adeo vnio habere poterit dependentiam, tam à materia in genere causæ materialis, quam à forma in genere causæ formalis. Tum quia difficile intelligitur, quomodo agens corporale attingat vnionem spiritualem animæ rationalis, & agat circa subiectum spirituale, quare ea difficultas vitari debet, quando potest; at potest vitari, si vnio ponatur in materia.

In productione compositi non datur duplex actio.

Ad Conf. Resp. negando in generatione materiam manere immutatam, quia est contra omnium sensum, cùm generatio sit mutatio quædam, per quam materia transit de priuatione ad formam, & licet non mutetur terminatiuè, idest intrinsecè ratione prædicatorum, & modorum, ex quibus constat entitas materiæ, cum nihil eorum deperdat, tamen mutatur per vnionem cum forma, & ratione illius vnionis dicitur mutari per accessum, vel recessum A formæ.

Ad 2. Vasq. Resp. 1. negando formam ex natura sua esse indifferentem ad illos modos essendi, nam est determinata ad essendum in materia, & per accidens, ac innaturaliter habet modum essendi extra materiam. 13

Forma est determinata ad essendum in materia.

Resp. 2. ex eodem argumento posse probari esse in materia, quia hæc est indifferēs ad vnionem cum forma, vel ad negationem vnionis, saltem non determinat sibi naturaliter hanc, sed naturaliter est indifferens ad hanc, vel illam, cuius modi indifferentia naturalis non est in forma, vnde potius ex hoc argumento deberet probari vnionem esse in materia.

B Resp. 3. si datur vna vnio, erit forma indifferens ad terminandam, non ad recipiendam vnionem, vnde est in alio per terminationem vnionis.

Dices vtraque pars debet perfici, & mutari componendo compositum, sed non potest esse talis mutatio in vtroque per vnionem positam tantum in materia, ergo debet poni tantum in forma. Minor prob. quia cum mutatio, & perfectio consistat, non in terminatione, sed in receptione, vt dictum est, ponitur mutatio, & perfectio in materia per receptionem formæ sibi vnitæ, at in forma non potest poni, nisi in ea ponatur recipi vnio, quia constat non recipere materiam, neque datur aliud, quod reci- C piatur; ergo

Resp. ex hoc argumento rectè supra probatum est debere in vtroque recipi vnionem; at cum eadem numero non possit recipi in vtroque, sed in vna parte recipi debeat, dicimus formam in compositione non mutari, propriè, quia non præexistit generationi, sed dicitur mutari impropriè, quatenus accipit esse post non esse, quæ est quædam mutatio secundum entitatem intrinsecam, & inclusam. Et hinc patet formam propriè non perfici per generationem, quia perfectio supponit esse, at per generationem accipit primum esse.

D Dices 2. hinc sequeretur vnionem inter corpus, & animam rationalem esse diuisibilem subiectiue, & tamen terminari ad animam indiuisibilem.

Vnio diuisibilis subiectiuè, terminatur ad animam indiuisibilem.

Resp. hoc nullum includere absurdum, quia sicut non est absurdum animam spiritualem informare corpus, ita neque est absurdū vnionem spiritualem terminari ad corpus, vel corporalem terminari ad spiritum, sicut substantia animæ terminat relationem transcendentalem ad illam, sed hæc fusius examinanda sunt in lib. de anima.

DVBITATIO QVARTA.

An vnio necessaria inter materiam, & formā ad constitutionem compositi substantialis sit vna, vel duplex.

ART. I. Continens opiniones DD.

PRima opinio est dicentium esse vnam vnionem inter materiam, & formam, nam vnio 1

essentialiter est nexus duorum, ergo vna sufficit ad vniendum materiam, & formam: Consequentia patet, quia non potest vnio vnire materiam, v.g. formæ, quin forma vniatur materiæ, quia necessario attingit vtrumque; at non attingit nisi vniendo vtrumque,

Confirm. quia, vel per vnionem, qua materia vnitur formæ, forma vnitur materiæ, & superflua est alia vnio; vel non vnitur, & manebit separata à materia; at implicat materiam esse vnitam formæ, & hanc esse separatam à materiis; ergo vna est sufficiens ad vniédũ vtramq; partem,

Conf. 2. ex vnione Humanitatis cum Verbo, per quam Humanitas est vnita Verbo, & Verbum Humanitati.

Conf. 3. quia vnio essentialiter est informatio, & receptio informationis, sed informatio non est modus in re distinctus à receptione formæ; ergo vna vnio est informatio, & receptio. Minor prob. materia per potentiam receptiuam recipit formam, sed hanc non recipit, nisi recipiendo eius informationem, quia forma per informationem est in potentia receptiua materiæ; ergo informare, est, formam recipi in materia; Vnde quatenus vnio est medium, quo materia vnitur formæ, dicitur receptio; quatenus vero est medium, quo forma vnitur materiæ dicitur informatio.

Conf. 4. quia si essent necessarij duo modi realiter distincti, posset, corrupto vno, manere alter, sed tunc adhuc manerent extrema vnita, quia haberent vnionem, & non manerent vnita, quia carerẽt vnione corrupta, atque adeo maneret compositum, & non maneret.

Conf. 5. ex Ruuio, si essent necessariæ duæ vniones, neutra per se esset vnio, quia non potest aliqua vnio vnire duo, nisi attingat vtrũq; at si in singulis extremis ponerentur singulæ vniones, neutra attingeret aliud, sed singulæ suum extremum, in quo sunt; ergo non posset vnire vtrumque, atque adeo non esset vnio.

Conf. 6. ex Ruuio. Vnio partium ordinatur ad vnitatem totius compositi per generationẽ efficiendi; sed in composito est vna vnitas; ergo inter partes vna vnio,

Conf. 7. quia entitates reales non sunt multiplicandæ sine necessitate.

Conf. 8. Murcia si duplex modus partialis requiritur in composito, vel propter causalitatem materiæ, & formæ, quæ sunt in diuerso genere, vel propter effectum vnionis, quia nequit intelligi duas partes esse vnitas sine duplici vnione; sed propter neutrum est necessaria duplex vnio; ergo, Minor probatur, quoad primum, nam in fine, & efficiente est diuersum genus causalitatis, & tamen eadem entitas est causalitas illarum, nam efficiens causat effectũ motum à fine; & efficiens, ac materia habẽt vnã causalitatem respectu formæ, quia actio est idẽ cum passione, & solum ratione distinguuntur; ergo etiam causalitas materiæ, & formæ poterit esse vna realiter, & distincta ratione, quia sicut ibi propter necessariam connexionem illarum causarum est vna causalitas, & idem effectus, ità & hic, cum sit proportionalis connexio inter materiam, & formam ad causãdum cõpositum. deinde prob. minor quoad secundũ, tum ex dictis supra, tum ex vnione duarum partium integrantium, quæ vnica est. Est expresse Suar. disp. 13. met. sect. 9. num. 13. Ruuij 2. phys. tract. 2. q. 6. num. 66. Murciæ 2. physic. disp. 3. q. 4. & sequuntur multi Recentiores.

Hi tñ inter se differũt primo, quoad modum identitatis vnionis, vt est causalitas materiæ, & causalitas formæ. nam aliqui putant nulla rõne illa distingui ex natura rei, sed ad summum ratione, ità Murcia, quia illa, quæ sunt inseparabilia, etiam per potentiam absolutam Dei non distinguunt ex natura rei, sed talis est hæc vnio, vt vnit duo extrema, quia fieri nequit, etiam per potentiam diuinam, vt vnum extremum vniatur alteri, quin alterum illi vniatur.

Alij vero negantes distingui realiter tanquã duos modos existentes, & identificatos cum duobus subiectis distinctis realiter, tamen affirmant habere aliquam distinctionem à parte rei. sicut actio distinguitur formaliter à passione. quia dicunt ex natura relationem ad principia diuersa formaliter, & vbi sunt diuersa principia formaliter, ibi diuersa specificatiua causalitatũ, atque adeo diuersæ essentiæ specificatæ. Maior prob. quia vnio, vt formaliter vnit mãm formę, specificatur à principio passiuo, cuius est actus, vt vero vnit formã materiæ, specificatur à principio formali, cuius est actus; at principiũ formale, & passiuum distinguũtur sm̃ pprias rões formales, quare hi DD. asserunt eandẽ entitatẽ habere rõẽ duplicis vnionis formaliter distinctę.

Conf. quia causalitas efficientis distinguitur formaliter à causalitate finis, quia finalizatio est motio ratione bonitatis, per quam fertur in rẽ appetibilem; at causalitas efficientis est actio, qua tribuitur existentia effectui; ergo similiter causalitas materiæ erit formaliter distincta à causalitate formæ respectu compositi, non realiter, vt probant argumenta facta; ergo saltem formaliter, est aũt hæc causalitas vnio mutua.

2. Differunt quoad identitatem vnionis cum extremis, nam aliqui putant identificari realiter, & formaliter cum extremis. Cõtra quos alibi dictum. Alij identificari realiter, sed distingui formaliter, seù modaliter. Alij vero distingui realiter ab vtroq; extremo, vt multi putant punctum sic distingui à lineæ partibus.

3. Differunt quoad subiectum illius vnionis, quod alij dicunt esse solum in forma; alij solum in materia. Alij in vtraque. Alij subiectiue in neutra, sed per adhæsionẽ in vtraque, sicut est punctum inter partes lineæ, de quorũ opin. supra dictum est.

4. Differunt quoad vniuersalitatem, nam aliqui dicunt esse vnam in omnibus compositis vt Ruuius, & Murcia. Alij vero in compositis materialibus ponunt vnam simplicem; at in homine videntur ponere vnam compositam, vt colligitur ex Suar. loc. cit. & disp. 15. sect. 3. nu. 11. vbi vnionem hominis, ait, adæquatè educi de potentia materiæ, & formæ, & inadæquatè à materia; at disp. 14. sect. 3. num. 15. negat materia-

teriale posse attingere animam rationalem, cũ hæc sit spiritualis, & tom. 1. 3. p. disp. 11. sect. 5. A ostendit à Verbo non modo assumptam materiam, & formam, sed etiam earum vnionem, vnde loqui videtur de pluribus vnionibus, vt notet Hurt. loc. cit.

3 *Alij ponunt duplicē Vnionem.*

Secunda opinio est dicentium inter materiã, & formam esse duplicem vnionem, vnam scilicet ex parte materiæ, & ex parte formæ alterã, nam licet vnio existens in materia, quæ dicitur materializatio sit sufficiens, vt materia tanquam subiectum vniatur formæ, tanquam termino, & hæc tanquam terminus vniatur materiæ tãquam subiecto, tamen non facit, vt forma tanquam subiectum vniatur materię tanquam termino, quare vt vtrumq; extremum vniatur tanquam subiectũ alteri extremo, requiritur duplex vnio realiter distincta; vna scilicet in materia, & altera in forma; quod si fingatur esse B vnam in vno extremo, fieret quidem vnio vtriusque extremi, sed non complete, & perfectè. Vnde non fieret compositum complete, & perfecte, atque neq; esse, v. g. hominem, vel leonem, & similia. ita Hurt. disp. 5. phy. sect. 7.

Divisio horum auctorum.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui dicunt illas duas, etiam distingui inter se formaliter, sed identificatas realiter, quod eadem entitas sit informatio, & materializatio, nam informatio est à forma, vt principio formali, & in materia, vt principio materiali, neq; potest esse informatio, quin ad illam concurrat in suo genere, tam for- C ma, quam materia, & similiter ad materializationem concurrit, tam forma, quam materia, & solum variantur termini, ex qua variatione sumitur distinctio inter illas vniones, nam sicut via Athenis Thebas est distincta formaliter à via Thebis Athenas, quod in vna ille, qui est terminus, à quo, est in altera terminus, ad quẽ, & contra; ita in informatione, & materializatione, quod informatio est à forma, vt principio, & terminatur ad materiam; contra vero materializatio est à materia, vt à principio, & terminatur ad formam.

Alij vero dicunt esse duas vniones inter se realiter distinctas, quarum vna in forma, & al- D tera est in materia. ex ijs tamen tanquam partialibus fit vna totalis, & ideo dicenda est vna vnio respectu compositi, quod ex illis resultat, tanquam vna per se natura, quare effectus formalis primarius vnionis est esse vnitum; at secundarius per resultantiam conueniens, est vnitas compositi. Fundamentum est, quia huiusmodi causæ non possunt concurrere ad cõpositum, nisi per mutuam communicationem, seú vnionem perficiantur, sed non possunt perfici per mutuam communicationem, nisi sint duæ vniones, quarum altera sit in materia, altera in forma; ergo necessario dari debent duæ vniones ad constitutionem compositi. Maior E prob. ex natura talium causarum, quia hæ causæ, cum sint essentialiter imperfectæ ordinantur ad effectus, vt per causalitates perficiantur. Tum quia omne essentialiter, & substantialiter imperfectum appetit sui perfectionem, atque adeo eius natura est perfectibilis, cum appetitus innatus non sit aliud, quam ipsorum natura, ac potentia, quæ respicit id, ad quod ordinatur.

Tum ex differentia inter causas extrinsecas, qualis est efficiens, & finalis; & intrinsecas, quales est materia, & forma, nam extrinsecæ, quia causant ex perfectione, quæ in illis supponitur, non ordinantur ad propriam perfectionem intrinsecam, sed intrinsecam effectus, sibi vero extrinsecam: at intrinsecæ, quia supponuntur imperfectæ, causant vt seipsas perficiant per causalitates. Tum quia ideo substantiæ integræ, & completæ substantialiter, non possunt habere rationem materiæ, & formæ substantialiter, quia sunt in se substantialiter intrinsecè perfectæ, at quia sunt accidentaliter imperfectæ, ideo accidentaliter perficiuntur intrinsecè, Deus vero, quia est perfectus substantialiter, & accidentaliter per suam essentiam, quæ eminẽter continet omnem perfectionem entis, non potest habere, nec rationem subiecti, nec formæ, siue accidẽtaliter, siue substantialiter; quare ratio formæ, & materiæ consistit in entitate quadam substantialiter imperfecta, sed materia, & forma non possunt perfici per vnam vnionem, ergo debet dari duplex vnio. Minor prob. nam si est vna vnio non potest intrinsecè vtrumq; extremum perficere, nam forma non perficit intrinsecè, nisi subiectum, in quo est, at vna vnio non potest esse in vtroq; extremo, vt infra, sed necessario erit tantum in vno subiectiue, & in altero terminatiuè, at terminus non perficitur intrinsecè per formam, quam terminat, vt patet, tum ex termino relationis prædicamentalis, qui nullam perfectionem recipit ex eo, quod terminat relationẽ, vt patet in Deo, qui terminat relationem dependentiæ creaturæ ad ipsum: & similiter scibile, quod terminat relationem scientiæ, tum ex terminis relationũ transcendentaliũ, vt patet ex Verbo terminante vnionem substantialem, & per se humanitatis ad Verbum: sic visio perficit subiectum videns, non tamen terminum; & vbicatio, & latio perficit mobile, non tamen locum, quia est terminus. Tum ex ratione termini, quia hic est, ad quod aliud, non id, à quo aliud, vnde vt sic non est perfectibilis, nam ratio perfectibilis dicit rationem subiecti recipientis perfectionem; at terminus, vt sic non dicit potentiã receptiuam, sed potius distinguitur à ratione subiecti, siue realiter, vt patet in vnione hypostatica, cuius subiectum est humanitas, & terminus est Verbum, siue ratione, nam vt potest concipi agens, vt principium actionis, absque eo, quod concipiatur, vt subiectum, ita potest concipi materia, vt terminus vnionis formæ ad ipsum, absq; eo, quod concipiatur, vt subiectũ vnionis, at ratio perfectibilis semper dicit rationem subiecti respectu perfectionis, per quã perficitur.

Confir. quia potest concipi forma, vt perfectio per ordinem transcendentalem ad materiam, vt terminum, absq; eo, quod concipiatur, materiam perfici per illum ordinem, ergo potest concipi exercitium illius ordinis tran-

scendentalis, absq; eo, quod concipiatur materia, perfici per illud exercitium, ita Hurtad. A disp. 5. phys. sect. 7. Paulus Aretius 1. de Gen. disput. 5. q. 16. & inter recentiores antiquiores communis, quos nos ex prædicta ratione in nostris prælectionibus anno 1602. sequuti sumus.

5 Hi tamen inter se rursus diuisi sunt in subiecto harum vnionum; nam aliqui dicunt vnionem causatam à forma esse in ipsa forma, quia consistit in informatione, qua perficitur, & refertur forma ad materiam, vt terminum; vnionem vero causatam à materia esse in ipsa materia, quia est materializatio, qua materia intrinsecè perficitur, & refertur ad formam, vt terminum, ita Hurt. loc. cit.

At alij volunt vnioné causatam à forma esse B in materia, & contra causatam à materia esse in forma, quia causa, vt causa, vt non causatur, ita non recipit proprium effectum, vnde causæ sunt sibi inuicem causæ.

Confir. quia vt actio productiua vnionis informatiuæ est in materia, ita & ipsa vnio, quæ non distinguitur realiter ab actione, nã ad illã concurrit forma, vt principium formale, quod vt sic non est receptiuum, sed ad illam concurrit materia, vt receptiua, & agens, vt vniat materiam formæ, & sicut actio productiua vnionis materializatiuæ, seu receptiuæ, quæ est via ad recipiendam formam, est in forma, vt per illam, tam agens vniat formam materiæ, & materia sua causalitate, idest per vnioné à se cau- C satam, vniat sibi eandem formam, hoc significat, Aretius loc. cit.

6 Tertia opinio est dicentium, vnam vnionem sufficere ad constitutionem compositi naturalis, sed de facto ex vi materiæ, & formæ fieri compositum ex duplici vnione; vna scilicet ex parte materiæ, altera ex parte formæ.

Alij aiunt sufficere vnicam vnionem, sed ponunt duplicē Ex vi talium extremorum.

Prima pars fundatur in natura vnionis, quæ ex vi sua est sufficiens ad vniẽda duo extrema, at vbi sunt duo extrema vnita, ibi necessario esse debet vnum compositum, quia nihil aliud est, quam partes vnitæ, & hanc partem ad summum probant argumenta primæ opinionis.

Secunda Pars prob. ex modo causandi ma- E teriæ, & formæ, nam cum vtraq; sit causa necessaria, singulæ concurrunt secundum totam perfectionem, quam possunt ad compositi cõstitutionem; at perfectior modus concurrendi vtriusq; est, vt singulæ non solum vniantur terminatiuè, sed etiam formaliter, & subiectiuè, & ad hunc modum concurrendi sunt necessariæ duæ vniones realiter distinctæ in singulis receptæ, neq; tamen altera est superflua, ex eo, quod vna sufficiat, quia ex vtraq; fit perfectior modus vniendi. Neq; videri debet nouum, vt natura tribuat duos modos, quando vnus est sufficiens, vt patet in ijs, quæ generantur ex semine, & etiam ex putri, cũ satis fuisset vnus mo- D dus generandi ad conseruationem talis speciei. Hæc opinio nullum, quem viderim habet auctorem, sed non videtur improbanda, saltem ex eo, quod vtramq; opinionem conciliat.

A *ART. II. Proponitur opinio Auctoris circa numerum vnionum, quæ sunt necessaria ad compositum substantiale physicum.*

Prima Concl. probabile est sufficere vnam vnionem ad cõstitutionem compositi substantialis physici. Patet ex argumentis primæ opinionis, nam constat etiam secundum aduersarios in informatione materiæ posse Deũ impedire productionem vnius vnionis, & non alterius, quare ibi esset vna vnio; tunc petitur, an ex illa resultet vnum compositum, vel nullum; non potest dici secundum, quia ibi esset vnio ex parte vnius extremi, atque adeo illud extremum esset vnitum alteri, quia non potest B esse vnio modalis in re sine suo effectu, neque potest intelligi vnum extremum vnitum, nisi detur aliud, cui sit vnum: at vbi sunt duo extrema vnita, ibi non potest non intelligi aliquod vnum, ex vtroq; extremo compositum; ergo. Neq; obstat, quod hæc extrema exigunt vniri cum propria perfectione, vel mutatione, quia Deus sicut non est alligatus legibus naturæ, sed est supra naturam, ita potest impedire perfectionem, & mutationem vnius in huiusmodi compositione. 7

Sufficit vna vnio ad constitutionem Compositi substantialis.

Confir. quia illud compositum haberet easdem omnino operationes, quas habet positis vnionibus ex parte vtriusq; extremi, quia non C esset ratio, cur aliqua careret, nam omnes operationes, vel illi conueniunt præcisa vnione cũ materia, & has potius haberet posita vna vnione, quam duabus; vel conueniunt ex vnione cũ materia, & cum iam forma illas habeat, siue subiectiuè, siue terminatiuè, iam illas habebit etiam posita vna vnione; sicut ex eo, quod Verbum, & humanitas sunt vnita per vnam vnioné hypostaticam, non minus potest operari, quam si haberet propriam personalitatem vnitã per duplicem vnionem, & si identificatam.

Confirm. 2. quia magis intrinsecè est forma modalis subiecto, quã sit forma entitatiua, sed forma modalis vnitur materiæ per vnam vnio- E nem sibi identificatam, nulla posita vnione ex parte subiecti; ergo etiam forma entitatiua, siue sit accidentalis, siue substantialis; Neque obstat, quod forma modalis sicut per seipsam vnitur subiecto, ita per seipsam illud perficiat, & propterea non requiratur alia vnio ex parte subiecti, non (inquam) id obstat, quia solum inde intendimus probare posse formam, vt sic vniri subiecto ex vi vnius vnionis, siue pficiat vtrũq; extremum, siue non.

Dices, non potest assignari subiectum illius. Resp. supra dictum, quod sit probabilius, de subiecto vnionis si est vna.

2. Conclus. etiam si vna vnio satis esset inter 8 D partes, ex quibus resultat vnum aliquale compositum physicum, vt dictum est, tamen de facto in composito physico dantur naturaliter duæ vniones, vna ex parte materiæ, altera ex parte formæ.

De facto in cõposito physico dantur duæ vniones.

Probant aliqui ex mutua relatione partium vnitarum, quæ fundatur proxime in vnione; at

in

in subiecto, quod formaliter refertur, debet esse proximum fundamentum relationis; ergo in vtraq; parte debet esse vnio, atque adeo vt sunt duæ partes realiter distinctæ, ita & duæ vniones in illis partibus. Minor probatur, quia ideo inter humanitatem, & Verbum non est mutua relatio, sed solum ex parte humanitatis, quia in illa solum est subiectiuè vnio, & in verbo solum terminatiuè, & similiter in visu est relatio realis ad colorem visum, nõ tamen in colore ad visum, etiam si color terminatiuè vniatur potentiæ visiuæ.

Non potest vna vnio esse in vno subiectiuè, in altero terminatiuè.

Resp. Ruuius, vnio etiam si sit in vno extremo subiectiuè, illam tamen esse in altero terminatiuè non solum extrinsecè, vt visio est in obiecto, sed intrinsecè per adhæsionem, vt actio est in termino & punctum in partibus continuatiuis, & hæc adhærentia satis est ad fundamentum relationis.

Sed contra instat Aretius, primo quod putet vnionem esse quasi gluten, quod attingit vtrũq; extremum, cum tamen materia, & forma se ipsis vniantur sine necessitate talis glutinis, sed fallitur Aretius, non enim punctum est gluten respectu partium continui, nec actio respectu termini, quibus Ruuius comparat vnionem. ex quibus exemplis patet, male ab Aretio confundi inhærentiam cum adhærentia, nam punctũ adhæret partibus, et tamen non inhæret partibus, & similiter dicitur de actione respectu termini. Neque adhærentia est modificatio, nam optime ipse probat modum non posse modificare nisi illud, cui identificatur, vt sessio modificat, & reddit sedentem id, in quo est, non tamen sedem; at non rectè inde infertur non posse adhærere alteri, sicut in exemplo sessionis, quo ipse vtitur, nam sessio modificando sedentem coniungit illum sedi, & coniungendo illũ, ipsa etiam attingit sedem, & quasi adhæret illi ob ordinem actualem sessionis ad sedem. Sed aliunde mihi non placet Ruuij responsio, quia cum adhæsio non ponat mutationem, & imperfectionem in re, cui res adhæret eodem modo posset poni, quod vnio hypostatica adhæreat Verbo tanquam termino, sed inhæreat humanitati tanquam in subiecto, & tamen non sufficit talis adhærentia ad fundamentum realis relationis in Verbo.

Impugnatur Ruuius.

Quare Ego Resp. negando fundamentum
9 proximum debere esse intrinsecè in re formaliter relata, vt patet in agente, quod refertur realiter ad filium, & tamen fundamentum proximum, quod est actio non est in Patre, quod si dicant actionem non esse fundamentum, sed rationem fundandi, similiter aduersarij dicent fundamentum esse ipsas potentias partium, & vnionem esse rationem fundandi.

2. Alij probant ex duplici vnione inter partes continui, sed aduersarij id negant, dicentes esse vnam in vtraque parte subiectiuè, vel in vna parte subiectiuè; & in altera terminatiuè, iuxta determinationem agentis.

3. Alij probant. Agens vniens extrema vtrũq; attingit, sed non attingit illa, nisi mediante termino intrinseco actionis, at terminus intrinsecus est vnio, ergo vnio vtrumque extremum A attingit, atque adeo in vtroque reperitur, sed vna nõ potest esse in vtroq; vt infra; ergo duæ.

Sed Resp. posset negando vtrumque attingi tanquam subiectum. Sed contra, quia vtrumq; attingit, vt vniat; ergo vtrumque est subiectum vnionis. At negant aduersarij esse necessarium attingi vtrumque, vt subiectum, vt fiat vnio, quia satis est vnum attingi, vt subiectum, & alterum, vt terminum.

4. Probant ex homine, in quo non potest esse vna vnio; ergo neq; in alijs. Consequentia patet, tum quia eadem est ratio, cum partes sint B eiusdem rationis in causando compositum; tũ quia si sufficit vna in homine, sequitur de ratione inferioris esse recipi in sola forma, & terminari ad materiam, nam huiusmodi est informatio animæ rationalis, quæ cum conueniat cũ alijs in ratione formæ, ita etiam in recipienda informatione, & terminanda materializatione. Antecedens prob. quia ille modus, vel est spiritualis, & non potest esse in subiecto corporali, vel est materialis, & non potest esse in subiecto spirituali, sed hoc argumentum varias habet responsiones infra examinandas.

C 5. Alij probant ex eo, quod in composito sunt duo formaliter vnita, quia tam verè mate- 10
ria vnitur formæ, quàm forma materiæ; ergo duæ vniones. Consequentia prob. quando sunt diuersi effectus formales in diuersis subiectis, ibi sunt necessario diuersæ formæ, quia vna forma saltem modalis non potest modificare distincta subiecta realiter, vt infra fusius.

At Respondent effectum formalem adæquatum vnionis posse esse duplicem, vnum intrinsecum in subiecto, alterum extrinsecum in termino, vt patet ex vnione hypostatica, quæ intrinsecè denominat vnitam humanitatem, & extrinsecè tãquam terminum denominat Verbum, D nam vnio non potest intelligi vnire vnum extremum non vniendo alterum. Sed contra Tum quia etiam si vnio vniat necessario duo extrema, non tamen vtrumque formaliter, sed vnum formaliter, alterum vt terminum, nam subiectum, quod informat vnit formaliter alteri. Vnde alterum est vnitum per denominationem ab vnione sibi extrinseca, non formaliter, sicut obiectum dicitur cognitum, non formaliter, sed extrinsecè per cognitionem existentem formaliter in potentia cognoscitiua: at partes constitutiuæ compositi sunt formaliter vnitæ, quia singulę partes in suo genere cõcurrunt ad compositum, vt causæ, & non vt habent rationem termini. Tum quia non re- E ctè licet in huiusmodi denominationibus argumentari à diuinis ad humana, nam Deus cũ contineat eminenter omnem perfectionem, tã accidentalem, quàm modalem, potest per suam essentiam præstare, quod creaturæ præstãt per modos, & accidentia. Vnde non valet Deus omnia intelligit per suam substantiam, absque alio superaddito; ergo etiam creaturæ, quare neque valebit, Deus potest vniri absque modo superaddito; ergo etiam creaturæ. Tum quia

Ver-

Verbum, & humanitas non vniuntur, vt forma, & materia; sed vt natura, & suppositum, quod habet rationem termini respectu naturæ; quare non mirum, si vnio non est in Verbo subiectiuè, nam Verbum est terminus, terminus .n. vt terminus vnitur vt id, ad quod est forma existens in altero extremo, atque adeo vt sic non exigit in se formam, quam terminat; at hic vniuntur hæc duo extrema, vt forma, & materia, atque adeo cum propria mutatione vtriusque extremi, quæ fit recipiendo in se modum vnionis, vt infra. Neque obstat, quod Verbum dicatur vnitum, cùm prius nó esset vnitum, quia ea denominatio est extrinseca, etiam si amiserit negationem, conlunctionis cum humanitate, quam prius habebat. Tum 3. quia Verbum non vnitur, vt perfectibilis, sed potius vt perficiat humanitatem; at materia, & forma cum vniantur, vt compartes essentialiter imperfectæ, ordinantur ad propriam perfectionem, atque adeo vniuntur, vt perficiantur; at non perficiuntur, nisi subiectando, non terminando vnionem, nam vt semper terminus distinguitur à re, quam terminat, cùm nihil sit terminus sui ipsius, ità non potest perfici per illam, seu terminando illam cum omnis perfectio fiat ex aliqua additione; at terminatio nihil addit termino. Tum 4. quia humanitas, & Verbum non vniuntur, vt habent inter se mutuam causalitatem, at hæc extrema vniuntur per mutuam causalitatem, quæ est in vtroque diuersa, atque adeo diuersa vnio.

Resp. Suar. & Ruuius etiam si causalitas vtriusq; sit diuersa secundum rationem, at eadem secundum rem, sicut eadem actio est causalitas finis, & agentis. Sed contra, quia vt alibi ostendimus, etiam si eadem actio materialiter sit causalitas finis, & agentis, tamen est diuersa formaliter, quia actio est causalitas finis, vt appetibilis ad formam, tanquam ad finem; at est causalitas agentis, vt est exercitium potentiæ actiuæ, & dependentia termini. Tum quia, ibi est vna naturaliter causalitas diuersarum causarum, quãdo est respectu effectus intrinseci, vt actio, & passio; at hic sunt diuersi effectus, quia diuersa sunt recipientia effectuum, nam vnio recipitur in forma, & alia in materia, nam forma exercet suam causalitatem respectu materiæ, & materia suam, respectu formæ, siue illæ causalitates sint in ipsis causis, siuè in concausis, quas recipiunt, de qua re infra.

6. Probat Hurt. ex relatione prædicamentali, quæ inest fundamento, quod pure refert, nó autem termino; ergo vnio, qua materia, v.g. vnitur inest illi, & non termino, idest formæ. Consequentia prob, quia vnio est relatio trãscendentalis materiæ ad formam, vt paternitas ad filium, imo hac nobilior, quia est exercitium relationis trascendentalis essentialis materiæ ad formam. Neque dicas relationes prędicamentales esse distinctas, quia possunt esse in diuersis locis; tum quia id non est in omnibus, vt relatio potentiæ vitalis ad actum; tum quia existentia in diuersis locis potius oritur à distinctione relationum, quam contra, quia si non essent plures non possent esse in pluribus locis.

Resp. esse diuersam rationem, quia vnio est necessario intrinseca vtrique extremo, at non sic relatio. Sed contra, quia aliud est esse intrinsecum aliud est esse subiectiue, licet enim vnio sit intrinseca termino (in quo distinguitur à relatione prædicamentali) at non est in illo, vt in subiecto, vt infra, tum quia vnio refert vnum extremum ad aliud, at relatio eadem existens in vtroque extremo non potest illa referre inter se, quia ibi non esset distinctio inter ea, quæ sunt relatá formaliter, vt patet si vna albedo ponerentur in duobus subiectis, ibi non posset esse mutua relatio, quia fundamentum, & terminus formalis essent idem.

Resp. 2. non rectè sumi argumentum à prædicamentalibus relationibus ad trãscendentales, nam transcendentalis potest esse extrinsece subiecto, quod refert, vt actio refert agens, cui est extrinseca, relatio autem prædicamentalis semper est intrinseca, at vnio est relatio transcendentalis.

Sed contra instat, quia actio non refert agẽs ad passum, quia ex sua ratione petit distinctionem à subiecto relato ad terminum, ad quem refert, at actio ex se non petit distinctionem inter agens, & passum, vt patet ex actione immanente, ergo solum refert agens ad terminũ, à quo necessario distinguitur, quia nihil seipsũ producit, sed in hoc ob eius peculiarem rationem distinguitur à cæteris relationibus, quod actio vt sic, sit extrinseca perfectio agentis, at relatio est intrinseca rei, quam refert, quare vnio in hoc est similis relationibus prædicamentalibus, idem in referendo subiectum ad terminum, imò omnes aliæ relationes perficiũt subiectum, quod referunt, vt visio videntem, non obiectum; Vbicatio, & motus mobile, non locum, qui est terminus.

Resp. ad hæc Aduersarij multa, sed ne longior sim, ea omitto ingenioso Lectori ex principiis positis confutanda, quare

7. Probo ex natura harum partium imperfecta, quæ concurrunt ad compositum, vt se perficiant, vt dictum est in 2. opinione.

Cons. quia ex materia, & forma non potest fieri vnum compositum, nisi per informationé, & per receptionem formæ, at non potest esse informatio, nisi sit duplex vnio, quia ex hac informatione, & receptione mutaretur materia, & forma intrinsecè, & non esset mutatio, nisi sit vnus modus in materia, & alter in forma, quia si esset tantum in vno extremo illud intrinsecè mutaretur, & non aliud, nisi extrinsecè eo modo, quo corpus fit ex non propinquo propinquum columnæ, solum ex mutatione columnæ.

Resp. Aduersarij partes has mutari, & perfici vnam subiectiuè recipiendo vnionem; Alteram terminatiue: nam licet terminus extrinsecus non mutetur, vt perficiatur ex ratione terminandi, vt patet in termino relationis prædicamentalis, & obiecto actuum, tamen terminus intrinsecus, quando est capax mutationis mu-

mutatur, & perficitur ex ratione terminandi, vt patet in termino actionis, at hæc extrema sunt capacia mutationis, ideo mutantur subiectiuè, vel terminatiuè. Verbum vero non mutatur, et si sit terminus intrinsecus vnionis, quia non est capax mutationis.

Perfici dicit subiectare unionem.

Sed contra, tum quia actualis terminatio, vel est essentialiter actualis mutatio in termino, & illam ponit in quocumque est secundum suam essentiã, atque adeo et in Verbo causaret mutatione, in quo est sm̃ essentiã, vel nõ est talis sm̃ essentiam, & hoc tum repugnat actualibus rationibus, quibus essentialiter conuenit actuare rem, cui conuenit; tum sequeretur debere aliquid superaddi essentiæ, vt in vno causet mutationem, quod non habet in eo, in quo non causat mutationem, quia cum mutatio non causetur ab essentia actualis mutationis debet causari ex alio addito essentiæ. Tùm secundo, quia materia, & forma se inuicem terminant ratione causalitatum, quas habent, quia sunt concausæ, at non terminant causalitates secundum proprias entitates, quia nos hic loquimur de causalitatibus harum respectu compositi, quatenus vniuntur ad compositum constituendum; ergo debent terminare causalitates ratione vnionis superadditæ ipsarum entitatibus, sed non potest esse vna vnio ab eadem causa, vt principio, & ad eandem terminari, quia terminus non subiectat vnionem, at principium illud subiectat. Tum 3. quia causalitas materiæ, & formæ, vel potest abstrahi à mutatione, & acquisitione perfectionis, vel non: si primum, ergo non est ratio, cur huiusmodi causalitates nequeant poni in Deo, quia Deo conuenit omnis perfectio, quæ non inuoluit imperfectionẽ: si secundum, ergo necessario in illis debet poni aliqua perfectio, & mutatio, atque adeo forma, per quam fiat mutatio, & perficiatur.

Dices in prima conclusione dictum, est posse resultare vnum compositum physicum ex vi vnius vnionis; ergo frustra natura instituit, vt duæ causentur. Resp. ex dictis patere sæpè naturam constituisse varios modos generandi res, nec tamen aliquis illorum est superfluus. Resp. 2. etiam si vnus sufficiat ad compositum, sed non esset adeo perfectũ, vt illud, quod habet duas vniones.

13 Tertia Conc. licet probabile sit vnionem causatam à forma esse in materia, & contra ex fundamento posito in 2. sententia, tamen probabilius est vnionem causatam à forma per cõcursum informatiuum esse in forma, & causatam à materia per concursum materialem esse in materia, quia in eo subiecto debet poni terminus intrinsecus concursus, quod formaliter vnitur per terminum illius, sed forma vnitur per terminum concursus informatiui, nam non alia ratione vnitur, quàm informãdo, seù per informationem, & contra materia vnitur per suum concursum, & terminum eius, est enim hic concursus receptiuus formæ. Neque obstat fundamentum contrariæ opinionis, quia in hoc distinguuntur huiusmodi causæ ab efficiente, quia efficiens non mutatur, nec perficitur intrinsecè per suam causalitatẽ, at hæ perficiuntur, & mutantur intrinsecè per proprias causalitates; nec mirum, quia hæ ordinantur ad constitutionem compositi communicando proprias entitates. Vnde non habent perfectũ statum, nisi in composito, ex quo infert D. Tho. animam rationalem appetere vnionem cũ corpore tanquam propriam perfectionem; efficiẽs vero ordinatur ad productionem entitatis à se distinctæ, quare nullam recipit perfectionem intrinsecam communicando se per propriam actionem.

Vnio causata à forma est in forma; & vnio causata à materia est in materia.

A

Dices informatio est ratio formalis, per quã forma informat materiam; ergo informatio est in materia, nam est in eo subiecto, in quo est forma.

B

Conf. causæ sunt sibi inuicem causæ; ergo materia, & forma debent habere inter se mutuam causalitatem; at hæc non potest esse, nisi ponatur aliquid causari à forma, materia, & contra.

Respon. negando consequentiam, quia licet forma per informationem sit, & vniatur materiæ tanquam subiecto sui, non tamen tanquam subiecto vnionis, seù informationis, nam vnio debet esse in forma, quę vnitur materiæ, vt termino vnionis, & subiecto formæ; & ratio est, quia vnio non est illud, quod vnitur materiæ, vt eius forma, sed est ratio, per quam forma vnitur materiæ, vt forma eius, & sic etiam vnio receptiua non est in forma, sed est in materia, quia per illam materia actualiter recipit formam.

C

Ad Conf. Resp. Aliqui esse sibi inuicem causas quoad entitatem, quia materia pendet à forma, & forma à materia. Sed contra, quia vel intelligunt de causalitate à priori, & diximus esse falsum; vel de causalitate à posteriori, & hęc, licet sit inter materiam, & formam, quod materia non existeret naturaliter sine forma, nec forma etiam spiritualis produceretur, nisi esset materia disposita, tamen non est vera causalitas vt alibi.

D

Ego Resp. infra ostendemus illam propositionem non intelligi de omnibus causis, sed de fine, & efficiente. Resp. 2. etiam si esset vera de omnibus causis, verificari potest, quatenus vnio cuiusque causæ causatur semper dependenter ab alia causa, tanquam à termino, vt supra.

Ex quo patet quantũ à veritate aberrant, qui putant eandem esse entitatem, informationem, & receptionem; hæc enim, licet inter se habeãt necessariam connexionem, non tamen identitatem, quia receptio est modus afficiens formaliter materiam, & informatio afficiens formaliter formam.

E

Dices secundo, si informatio est vnio distincta realiter ab vnione, quæ est in materia informata, posset Deus illas separatim producere, vel conseruare, & vna producta impedire, quin alia producatur, quia non est vnde necessitetur ad productionem vtriusque, sed implicat dari informationem actiuã sine passiua, & receptione in materia; ergo informatio actiua, & passiua non sunt duo realiter distincta. 14

Resp. 1.

Resp. 1. negando maiorem, quia quando duo actualiter referuntur, non possunt illa separatim conseruari, & non potest conseruari paternitas sine filiatione ex communi sententia; at huiusmodi vniones actualiter referuntur, quia forma, vt actualiter informat, refertur ad materiam actualiter informatam.

Resp. 2. negando minorem, nam informatio actiua, & passiua dupliciter accipi possunt. primo, vtraque formaliter, & ità distinguũtur realiter, & forte non implicat separari, quia sunt duo modi. Vnus ex parte materię; alter ex parte formæ. 2. formaliter, & terminatiuè, & ità implicat separari, quia esset vnus modus, qui vnum denominat actiue, & alterum passiue, vt cognitio denominat potentiam cognoscentem actiue, & obiectum cognitum passiuè, vt v. g. modus informationis, qui est formaliter in forma denominat actiuè formam, & materiam non denominat formaliter, sed tanquam terminum passiuè, cõtra vero modus receptionis, qui ponitur ex parte materiæ.

Dices 3. materia per suam vnionem recipit formam; ergo per illam forma recipitur, sed formam recipi in materia est informare illam, quia non recipitur nisi, vt forma; ergo receptio, & informatio sunt idem realiter.

Resp. formam dupliciter recipi. primo, terminatiuè, & hoc conuenit formæ ex receptione, seù vnione, quæ formaliter est in materia, vt subiecto; sed hæc receptio terminatiua non est informatio, quia informatio est perfici formam per vnionem in ordine ad materiam. Vnde informatio formalis est idem cum receptione terminatiua, per quam materia, vt terminus, denominatur informari: contra vero receptio, quæ est vnio perficiens materiam, vt subiectum est idem cum informatione terminatiua, sed distinguitur ab informatione formali, quia per illam informationem terminatiuam non perficitur forma, sed solum materia, & ex inaduertentia huius distinctionis orta est varietas opinionum in hac dubitatione.

ART. III. *Soluuntur argumenta aduersariorum.*

15 AD 1. Resp. aliqui, quod licet ad qualecunq; compositum sufficiat simplex vnio, vt patet ex vnione hypostatica, & definitione vnionis, quod sit nexus duorum; sed non sufficit ad compositum naturale, quod fit cum mutatione & perfectione vtriusque extremi, quia in hoc composito requiritur duplex vnio partialis, & vna totalis, sicut est duplex pars, & vnum totum.

Ad compositũ naturale non sufficit vnica vnio.

Resp. alij vnionem esse nexum quidem duorum, vnius quidem formaliter, alterius vero terminatiuè, non tamen esse formaliter vtriusq; sed in cõposito physico requiritur nexus vtriusque formaliter, & ideo non sufficit vna simplex vnio, sed requiritur composita, & vtraque mihi placet, quia oritur ex eadem radice.

Ad 1. Conf. iam ostendimus non esse superfluum, imo necessarium, vt fiat vnio cum perfectione vtriusque extremi.

A Ad 2. inde potius confirmari nostram opinionem, quia ibi interuenit mutatio, & perfectio tantum ex parte humanitatis, & non Verbi, quia hoc tantum terminatiuè vnitur.

Ad 3. iam ostendimus quomodo informatio, & receptio sint idem, & quomodo distinguantur, nam diximus informationem esse idẽ cum informatione passiua terminatiuè accepta, quæ dici potest receptio terminatiua, at distingui realiter informationem actiuam, & passiuã, si vtraque formaliter accipiatur.

Ad 4. Resp. 1. eandem esse difficultatem in opinione aduersariorum, nam idem argumentum vrget distinctionem ex natura rei, quæ necessario ponenda est inter informationem, & B receptionem, nam habent diuersa specificatiua, at vbi est distinctio ex natura rei debet secundum aduersarios poni separabilitas, saltem ex parte vnius extremi, quare tunc ponetur vnio informationis sine vlla ratione receptionis distincta, quod si negant, esse distinctionem ex natura rei, saltem non possunt negare distinctionem rationis, ratione cuius potest concipi compositum habere vnionem secundum vnam rationem, non concepto eodem secundum aliã rationem. Vnde quæritur, an compositum, qđ obijcitur illi cognitioni sit vnum, & an perfectè, vel imperfectè, nam quod ipsi respondebũt nos etiam possumus respondere.

C Resp. 2. supra ostendimus, qua ratione non posset vnus modus remanere sine alio.

Resp. 3. etiam si possit manere, tunc non fore compositum perfecte, sed imperfecte, quia haberet tantum perfectionem vnius extremi, quia vnum extremum esset vnitum, vt subiectum, & alterum tantum, vt terminus, & vt subiectum. Hinc Hurt. disp. 5. sect. 7. §. 85. negat hominem, v. g. in eo casu esse simpliciter hominem, quia homo simpliciter dicit vnionem cum perfectione vtriusque extremi.

Ad 5. Resp. vnam attingere vtrumque, sed diuerso modo, nam vnum subiectiuè, & alterũ terminatiue, & ideo necessaria est duplex vnio, 16
D vt vtrumque extremum formaliter sit vnitum.

Ad 6. Resp. vnitatem siue simplicitatis, siuè compositionis (licet hoc supponat vnionem partium) distingui ab vnione, nam vnitas est negatio plurium, quæ res in se contineat; at vnio est nexus duorum, & ideo necessario includit plura: neque esse vnum est effectus formalis vnionis, sed vnitatis, effectus enim vnionis est esse vnitum, atque adeo dicit partes, quæ vniãtur, & inde fit, vt compositum sit vnum, quia non includit plura composita.

Ad 7. ex dictis patere necessitatem multiplicandi vniones in composito, non enim necessitas ponendi duas vniones, est, vt vtrumque ex-
E tremum vniatur intrinsecè, nam ex eo, quod vnio esset in vno extremo, rectè alterum extremum esset vnitum intrinsecè, licet terminatiuè, vt patet ex vnione hypostatica, sed necessitas oritur ex mutatione, & perfectibilitate harum partium, quæ ingrediuntur hoc compositum.

Ad

Necessitas duarum vnionum ex parte causalitatum quæ distinctæ esse debent.

Ad 8. requiri propter vtrumque primum patet, quia cum illæ causalitates ordinentur ad A duplicem effectum proximum, idest perfectionem duorum extremorum, necessario debent distingui, vt dictum est; quæ ratio non militat in causalitate efficientis, & finis, quę ordinantur ad eundem effectum proximum. Alterum etiã constat, scilicet requiri propter effectum vnionis.

Ad 1. Prob. Respon. nam licet ad compositum simpliciter satis sit vna vnio, non tamen ad compositum constans ex partibus essentialiter imperfectis, perfectibilibus tamen p vnionem, nam in hoc tot vniones sunt necessariæ, quot extrema.

Ad 2. Resp. partes integrantes, vel vniri B seipsis sine media vnione superaddita, vel si vniũtur punctis, quod vnum est respectu vtriusque partis continuæ; at punctum non perficit intrinsecè partes, cùm non sit nullius subiectiuè, sed in substantia punctuali sibi proportionata, in partibus vero esse solum per adhærentiam, vel si vniuntur per vnionem, hæc erit in puncto, & terminabitur ad partes, quia hæ, cũ sint essentialiter perfectæ, vt patet ex eo, quod separatim naturaliter existant, non indigent perfici intrinsecè, sed satis, quod terminatiuè vniãtur in puncto, vt termino communi. C

17 Dices partes vnitæ per vnam vnionem sunt intrinsecè vnitæ; ergo intrinsecè p vnã vnionẽ perficiuntur, atque adeo mutantur; ergo propter perfectionem, & mutationem vtriusque partis non sunt necessariæ duæ vniones. Antecedens prob. quia etiam si vnio sit in vna parte subiectiuè, & in altera terminatiuè, tamen non est in termino extrinsecè, sicut cognitio est in obiecto, & relatio in suo termino; sed intrinsecè sicut actio in termino producto. Consequentia prob. quia nihil est perfici, & mutari intrinsecè, quàm intrinsecè habere aliquid, qđ prius non habebat.

Differt attingentia alicuius, vt termini, & vt subiecti.

Resp. attingentiam intrinsecam alicuius, vt D termini, & vt subiecti, inter se differre, nam generatio attingit intrinsecè terminum, non tamen subiectatur in termino, sed in materia, qa forma fit ex materia, vt subiecto, non ex termino, quia terminus est ipsa forma, & non fit ex seipsa: sic etiam punctum attingit intrinsecè partes, & non subiectatur in partibus, nam hęc attingentia non est p informationẽ, quatenus est subiectiua, sed per adhærentiam; at attingentia intrinsecè terminatiua nec pficit, nec mutat terminum attactum, vt patet in vnione Humanitatis cum Verbo, quæ hoc nec perficit, nec mutat intrinsecè, & dicitur terminus attingi intrinsecè, vt distinguitur à denominatione E extrinseca, quia hæc attingentia requirit indistantiã, & ordinatur ad vere vnum. Vnde colligitur connexio intrinseca, qualis non est inter formam denominantem extrinsecè, & subiectum denominatum, ex conceptu mutationis, quæ denominat subiectum, nam hoc ex vno termino transit ad aliũ; & hinc patet terminum productionis non mutari per productionem, quia cum non præfuerit ante productionem non dicitur transire de vno in alium, sed nunc primo existere, cum prius non extiterit. Et hinc etiam patet non perfici per productionem, quia perfici supponit esse rei, quæ perficitur. At inquies, acquirit esse post non esse; ergo transit de non esse ad esse.

Resp. ibi esse primam productionem, & non mutationem, quare non est propriè transitus subiecti, nisi secundum conceptum, quatenus concipitur essentia sub negatione existentiæ, & deinde cum existentia; est enim motus actus entis in potentia, idest subiectiue; at terminus non est respectu motus, nec potentia actiua, nec subiectiua, quia influeret in seipsum, nam causa influens in motum, vt quo, influit in terminum, vt quod.

Dices secundo, in quo distinguitur attingẽtia intrinseca, vt termini, & vt subiecti.

Resp. distingui ex hoc, quod res, quæ attingitur intrinsecè, vt terminus, non influit in attingentiam, at subiectum influit in attingentiã, vt quo, & in terminum attingentiæ, vt quod, vt patet in productione vnionis hypostaticæ, ad quam influit humanitas, quæ est subiectum; at non sic Verbum, vt terminus, quia omnis influxus extrinsecus est communis toti Trinitati.

Dices tertio, etiam si vnio sit in forma, ad huc tamen materia perficitur, & mutatur, quia 18 perfectio materiæ est ipsa forma, quæ vnitur, & per illam mutatur, vt patet ex natura mutationis, quæ est transitus subiecti de priuatione ad formam.

Conf. quia non potest intelligi, qua ratione vnio habeat vim vniendi formam materiæ, quin ipsa vniatur materiæ, atque adeo illam modificet; sicut non potest intelligi relationem habere vim referendi subiectum ad terminum, quin ipsa, vt quo referatur ad terminum.

Conf. 2. quia non apparet quomodo illę duę vniones vniãtur inter se, n õ enim vniri possunt se ipsis, cùm ratio ipsarum non consistat in vnione sui ipsarum, sed in vnione actuali extremorum, cum quibus se ipsis vniuntur, tanquàm modi ipsorum; at vero vna vnio non est modus alterius.

Terminus vnionis, vt sic, nec perficitur nec mutatur.

Resp. ex dictis patere terminum vnionis, vt sic, nec perfici, nec mutari, materia autem si vniretur formæ per vnionem solum existentem in forma, vniretur solum terminatiuè, non formaliter. Neque enim perficitur, & mutatur per formam secundum se, sed per hanc, vt illi formaliter vnitam, hoc autem est per vnionem in se existentem, & hæc vnio explicatur in definitione mutationis, per quam materia dicitur trãsire à priuatione sibi inexistente ad formam informantem, & receptam per vnionem in se existentem.

Ad conf. resp. vnionem, qua aliquid formaliter vnitur alteri, non posse intelligi habere esse & vniendi, quin ipsa vniatur rei, q̃ vnit, qa vnit in genere causæ formalis, at vero rectè posse intelligi vnire alterum, vt terminum vnionis, quin sit in illo, imò non potest intelligi vnire aliquid, vt terminum, & in illo formaliter esse, quia

quia semper requiritur distinctio inter rem terminatam,& terminũ,atque adeo inter subie- A
ctum habentem vnionem formaliter,& terminum illius vnionis. Vnde sicut eadem relatio non potest esse in fundamento formaliter relato,& termino illius, ita neque vnio,qua refertur quidem ad compartem,vt terminum, sed non est vnita illi,vt subiecto.

Ad 2.conf.resp.aliqui vniri se ipsis,quia sunt rationes actuales vniendi,sicut relatio se ipsa refertur,quia est actualis ratio referendi. Sed hæc responsio mihi non placet, quia non sunt actuales rationes vniendi, nisi respectu subiectorum,quæ vniunt.at vna vnio non est subiectum alterius. Quare ego resp. illas vniri mediatè,idest vniendo ipsa extrema. Quare sicut ex ipsis extremis fit vnum compositum,ita ex B
illis fiat vna vnio composita, sed de hac re fusius,cum de subsistentia.

DVBITATIO QVINTA.

An vnio sit causalitas formæ.

1 *Vnio respectu materiæ non est causalitas; respectu autẽ compositi habet rationem causalitatis.*

EX dictis de causalitate materiæ & effectibus formæ facile soluitur,hæc dubit.nam cum causalitas respiciat effectum, tanquam via terminum,ea dicetur causalitas formę,per quã tanquam per viam tendit in effectus,& quia forma potest considerari, tam respectu materiæ, quàm compositi,forma enim vt sic respicit ma- C
teriam,& respiciendo materiam respicit compositum,ideo vnio non potest habere rationem causalitatis si forma consideratur respectu materiæ,quia causalitas debet esse via ad aliquem effectum à via distinctũ, at nihil est in materia, quod pendeat à forma tanquam à causa præter vnionem; ergo vnio habet potius rationem effectus, quàm viæ; Neque dicas vnionem esse viam ad actuationem materiæ, nam licet hoc dici possit ab ijs,qui afferunt à forma præter vnionem communicari materiæ esse quoddam formale distinctum ab vnione,vt dixit Vasq.tamen id non potest dici in nostra opinione, qui diximus actuationem materię non esse aliud, D
quam ipsam formalem informationem, quia per hanc reducitur de potentia ad actum,sicut potentia actiua reducitur ad actum per suammet operationem. Si vero consideretur vnio respectu compositi,tunc vnio posset habere rationem causalitatis, quia forma causat compositum communicando se ipsam illi per inclusionem,at hoc non præstat,nisi per vnionem; ergo vnio est veluti via ad constituendum compositum.

Hinc patet vnionem esse ipsam compositionem,nam compositio non est aliud, quàm vnio partium,ex quibus constat compositum; ergo per vnionem est compositum. cætera sumenda E
sunt ex locis citatis.

DVBITATIO SEXTA.

An vnio sit principium alicuius subsistentiæ vnientis subsistentias materiæ,& formæ.

DE hac dicemus in metaphy.interim videri potest Murcia 1. phy. disp. 6. q. 6. vbi ostendit vnionem esse principium alicuius subsistentiæ,ex qua subsistentiæ materiæ, & formæ inter se vniuntur. Ex Suar.tom.1.met.disp.17. eo quod sit modus substantialis; & quia essentiæ materiæ, & formæ vt vniantur indigent vnione superaddita, ita subsistentię earundem indigent vnione subsistentiali,quę probabiliter dicuntur,sed non possunt hoc loco examinari nam contrariũ docent alij vt patet apud Hurtadum disp.2.phys.§.82.

QVAESTIO VNDECIMA.

Quæ connexio sit inter effectum formalem, & causam formalem.

REsp. communiter esse inter effectum formalem, & formam necessariam connexionem,ita vt implicet esse effectum formalem sine forma,sed de hac dicemus infra,cum de cõparatione causarum ad effectus. interim videri potest Hieronymus Pla.2. phy. disp. de causis p.3.q.vlt.

QVAESTIO VLTIMA.

De natura compositi,quod causatur ex materia,& forma substantiali.

DVBITATIO PRIMA.

An compositum hoc sit vnum per se.

DE hac fusius dictum est 1.phy. 1

Quare hic nihil est addendum,solum notanda est opinio eorum, qui à posteriori afferunt rationem,cur ex materia & forma substantiali fiat vnum per se, non autem ex materia, & forma accidentali: dicunt enim id esse, quia forma accidentalis si per potentiã diuinã separetur à materia habere põt suas operationes eodẽ modo,ac existens in materia,vt patet ex accidẽtibus sacramẽtalibus;at forma vt sic non põt habere proprias operationes separatas à materia,quia indiget materia ad operandum vt patet in anima sensitiua,quæ nõ potest audire,nec videre existens extra materiã, quod si anima rationalis habet aliquas operationes extra materiam eas non habet vt est forma,sed vt est per se subsistens & spiritualis substantia. Vnde illas operationes, quas habet vt est forma materię,idest intelligere dependenter à phantasmate,non habet dum est extra materiã, sed habet alium modum intelligendi puriorẽ. Quare secundum hos formæ elementorum,& mixtorum inanimatorum,existentes extra materiam non haberent operationes; & huius ra-

tio

tio assignari potest, quia ex materia, & forma fit vnum principium operatiuum, non solum denominatiuè, sed verè per concausationem vtriusque partis, diuerso tamen modo, nam forma verè concurrit per suam entitatem, vnitam tamen materiæ; at vero materia non concurrit immediatè, sed tantum mediatè, quatenus scilicet concurrit ad vnionem necessariam, vt forma operetur.

Verum hæc ratio non caret difficultate, primo, quia forma non caret immediatè, sed medijs accidentibus; ergo si hæc separata à forma, & à materia operantur, imò destructa materia, & forma iam nihil remanet operandum ipsi formæ substantiali, nisi forte dicant formam non esse principium suarum passionum, nisi sit in materia, quod videtur fieri probabile ex opinione Thomistarum, dicētium in animas separatas non remansuras potentias sensitiuas. Secundo, quia multæ sunt formæ accidentales, quæ non operantur, nisi coniunctæ materiæ, vt dicitur de visibilitate lineæ, & numero sonoro, quibus aliqui effectus conueniunt, qui non conuenirent, si linea separaretur à visibilitate, & contra; nec numero sonoro, si hæc inter se separentur, & tamen inter hæc non est vnio per se, sed vnio per accidens; forte dicent ex his fieri vnum, non quidem absolutum, sed connotatiuum, vt patet ex dictis in tractatu de scientia. Vel forte dicent ibi non esse materiam substantialem, sed accidentalem cū forma accidentali, quæ nō habent aliquem essentialem ordinem inter se, & ideo non mirum si ex illis non fit vna natura per se; at materia substantialis essentialiter respicit formas accidentales; sed de his fusius dicemus in metaph. cum naturam vnitatis inquiremus, nunc satis esse difficultatem adumbrasse.

DVBITATIO II.

An corpus naturale sit entitas simplex, an composita.

1 NOt. duplicem compositionem posse intelligi in corpore naturali. primā ex partibus essentialibus. Alteram ex partibus integrantibus, ex qua duplici cōpositione dī duplici nomine, scilicet substantia materialis, quatenus componitur ex materia, & forma, & dicitur corporea, quatenus est capax quantitatis. *Duplex compositio expenditur in corpore naturali.*

2. Not. cum in substantia materiali includatur hic duplex conceptus compositionis, dubitari solet inter Doctores, ex quo conceptu formaliter constituatur ratio substantiæ materialis ex cōpositione materię, & formę, an vero ex cō positione partiū, rōne quarū est capax quātitatis. Vnde orta ex duplex difficultas. Vna inter Arist. & antiquiores Phōs, vt Parmenidē, Melissū & alios. Altera inter Peripateticos ipsos; q aliq ex illis non agnoscunt corpus naturale, nisi cōpositum ex materia, & forma substantiali, atq; adeo rationem substantiæ materialis constitui ex compositione materiæ, & formæ, & hanc dicunt esse primā rōnem substantiæ naturalis.

A Alij vero putant aliquod esse compositum, aliquod vero esse simplex, vt Auerroistæ asserunt de corpore cælesti, atq; adeo primam rationem substantiæ naturalis esse compositionē ex partibus capacibus quantitatis, de qua difficultate dicendum erit in lib. de cælo, interim videri pōt Suar. disp. 36. met. sect. 1. nunc vero cōtra antiquos pro Arist. breuiter dimicādum.

Primo, igitur antiquiores illi vnum principium materiale agnoscentes asserebāt illud esse totam substantiam rerum, cæteraque omnia illi in esse, atq; adeo esse accidentia, illudque principium incorruptibile, & inuariabile affirmabant esse, omnemq; mutationem, & variationem esse, quoad accidentia, quorū opinionem re ipsa sequuti sunt Neoterici quidā Philosophi, apparentis falsitatis magis amatores, *Ponunt alij vnum principium substantiale.*

B quam absconditę veritatis rationis lumine illustratæ, qui formas substantiales e rerum natura ablegarunt. Fundamentum antiquorum illud erat, quod compositio nō potest cognosci esse in re, nisi ex aliqua mutatione in rerum generatione, & corruptione, at nulla generatio, & corruptio ostendit dari hanc compositionem, sed tātum principium materiale simplex, quod omnibus actionibus agentium naturalium subdatur, quia omnis actio agentis naturalis est eductio, cum non possit creare, at eductio est ad formam existentem in materia, forma autē existens in materia est accidentalis; hoc enim

C distinguitur substantia ab accidente, quod illa sit per se, hoc autem in alio. Respondere possunt etiam si formæ productæ per eductionem sint accidentales, tamen subiectum illarum est aliquod substantiale non simplex, sed compositum.

Sed contra, nam illud, vel est incorruptibile, & non est vnde colligatur compositio, vnde .n. habetur, quod potius sit compositum, quam simplex, vel est corruptibile, & tunc erit etiam generabile, & non secundum totum, & singulas partes adæquatè, quia sic crearetur; ergo secundum vnam partē; at hæc producitur per eductionem; ergo existit in materia, atq; adeo est

D accidens.

2 Verū contra hos Arist. vbiq; præsertim in 1. phys. à tex. 47. ex varia denominatione, quod aliqua dicantur fieri simpliciter, aliqua secundū quid, aliud enim est cum dicitur, ignis producitur, ac quando dicitur aqua fit calida; at hoc esse non potest, nisi quia secundum primā denominationem fit aliquid substantialiter, at secundum aliter fit aliquid accidentaliter. Verū hæc ratio, licet cōuincat hominem bene dispositum, non tamen pertinacem, vt erant antiqui, nam dicere poterant fieri ignem, quando producuntur omnia accidentia, sub quibus materia recipit denominationem ignis; at vero quā- *Impugnatur ab Arist.*

E do nō recipiunt omnia illa accidentia sufficiētia ad denominationem alterius speciei, tunc subiectum retinet nomen prioris speciei, vt v.g. aquæ, & recipit denominationem à calore. Verum contra hoc effugium multa nos diximus supra, cum probauimus dari formas substantiales.

2. Alij probant ex homine, in quo sunt, & accidentia corporea, sicut in alijs corporibus, & accidentia spiritualia propria illius, vt intellectio, & volitio circa vniuersalia, & substantias spirituales; ergo in homine sunt duo principia substantialia. Vnum diuisibile subiectans accidentia corporea; Aliud spirituale subiectans accidentia spiritualia, quia nec corporales formæ possunt esse in spiritu; nec spirituales in corpore.

Ex quibus patet idem dicẽdum de alijs corporibus, quia cum hæc principia in homine sint substantiæ incompletæ, quarum vna exigit aliam, vt fiat totum, & fiant operationes, quæ pendent ex vtraque parte, vt sensationes, &c. necessario vna ex illis debet esse primum subiectum, altera vero forma; at cum ex homine corrupto generatur aliud ens, illud subiectum non manet incompletum substantialiter; ergo debet dari etiam in alijs aliqua forma substantialis; & similiter cum ex sanguine menstruo generatur homo ab illa materia per vnionem animæ rationalis excluditur forma, quæ dabat esse sanguini; ergo in ea materia erat forma aliqua substantialis, cum excludatur ab anima rationali informando materiam.

Ad fundamentum Aduersariorum, omissis aliorum opinionibus, Resp. negando omnem formam existentem in alio esse accidentalem, nam vt sæpè diximus, quod est in alio, tanquã pars intrinseca totius per se subsistentis non est accidentalis, sed substantialis forma, vt docet Arist. c. 2. in ante prædic. vbi explicans naturam accidentis. *In subiecto esse, dico, quod cum in aliquo sit non sit sicut quædam pars impossibile est esse sine eo, in quo est.* Quare quod est in alio tanquam pars totius substantialis non est accidens.

DVBITATIO TERTIA,

Quomodo hoc compositum naturale distinguatur ab Ente artificiali.

1 Ratio difficultatis est, quia non apparet quomodo ens naturale distinguatur ab artificiali, nam sicut in Ente naturali sunt materia, & forma substantialis, & aliqua accidentia; ità etiam in artificiali. Neque dicas per artem non induci formam substantialem, sed tantum accidentalem, tum quia sæpè inducitur forma substantialis, vt patet in productione panis, qui est ens artificiale, & alijs mixtis, quæ fiũt ex præuia hominum operatione, vt Zaccharum, vitrum, & similia. Tùm quia etiam si produceretur solum forma accidentalis, illa non distinguitur à forma, quam inducit natura, curuitas enim globi, eiusdem rationis est, siue fiat ab arte, siue à natura.

Ens naturale distinguitur ab artificiali. Contrarium tamen docet Arist. 2. phy. c. 1. vbi nos ostendimus artefacta in multis conuenire cum naturalibus, & in multis differre; conueniunt enim, quod vtraque habeant suas formas intrinsecas, nam vt forma ligni est intrinseca ligno, ità forma cathedræ est illi intrinseca.

A Dices 6. met. 1. Arist. significat res artificiales denominari à forma extrinseca, scilicet ab arte, quæ est in mente artificis.

Resp. formam, qua constituitur res artificiata materialiter esse intrinsecam, sed denominationem illius, qua dicitur artificiata est ab extrinseco, quia eadem figura dicitur naturalis, vt ab agente naturali, & artificialis, vt est ab arte. Ex quibus patet.

Artificialia differre à naturalibus primo ex parte principij effectiui, in quo etiam differũt, quia inter naturalia dantur agentia vniuoca, at inter artificialia nequaquam, quia cum agens artificiale agat per ideam mẽtalem per se semper distinguitur specie ab effectu, licet aliquãdo per accidens possint conuenire speciei, vt quando artifex albus dealbat parietem. *Differẽtia inter compositũ, naturale, & artificiale.*

B Secundo differunt secundum essentias, nam essentia corporis naturalis est substantia, tam ex parte materiæ, quam formæ, quam vnionis. cõtra vero in artefactis, nam horum forma est accidentalis, & eius vnio.

Tertio differunt ex parte informationis, nam forma corporis naturalis est in qualibet eius parte; at vero forma artificialis est in superficie, vnde Auer. 12. met. com. 18. ars nihil facit in corpore, nisi in extremitatibus tantum, natura vero in ipso toto corpore; & licet, quæ fiant per artem perficientem naturam 2. phy. 79. attingantur secundum totum, tamen ea actio, vt attingit totum non est ab arte, sed à naturalibus causis applicatis secũdum extremitates ab arte, quare ars ratione sui non agit, nisi in extremitatibus, & hac ratione Alex. lib. 1. probl. 49. diuidens artes, asserit, aliam esse, quæ per habitus alterationem penitioremq; immutationem fiunt, vt natura animalium genus procreare solet, & idem dicitur de arte chimica, quæ solum applicat actiua passiuis secundum extremitates. C

Quarto differunt in principio agendi, nam in naturalibus est principium intrinsecum motus, & suarum actionum; at in artificialibus, vt sic, nequaquam; nam si lignum, inquit, Aristot. plantatur non germinabit cathedram, sed aliud lignum. Neque obstat motus horologij, qui est ordinatus ab arte, nam ille motus simpliciter est à natura, cum sit à grauitate, licet moderatio motus sit à grauitate corporum, vt contemperatorum per artem extrinsecam illi, nam 2. phy. 7. & 2. de anima c. 1. artificiale, vt sic, non habet in se principium motus, sed extrinsecum. 2 D

Quinto differunt in modo agendi, quia natura agit necessario, cum sit determinata ad vnum; at artifices agunt libere ex 6. eth. cap. 4. quia ars est tantum in habentibus intellectum; at quæ habent intellectum libere agũt, sed hæc differentia non est adæquata, cum anima rationalis, vt agit per intellectum, & voluntatem, etiam habeat rationem naturæ, vt supra dictũ est, & docet Hurt. disp. 7. §. 17. quare solum intelligenda est inadæquatè, quia omnis artifex agit E

agit libere, at non omnis natura agit libere. Vnde Hieronymus Pla. q. 1. de natura ait, artefacta esse indeterminata, & contingentia secundum speciem, & productionem; at naturalia sunt determinata secundum speciem, & contingentia secundum productionem, nam siuè libere producantur, siuè necessario, semper eodem modo producuntur, nam leo leonem, & equus semper equum generat.

Dices ars imitatur naturã, at nõ põt intelligi, nisi quoad modũ operandi, vel quoad effectus.

Resp. intelligi primo quoad effectum, quod ars proponit sibi in effectu exprimere id, quod efficit natura, vt in imitatione sphæræ cœlestis, figuram, & motum in sphæra artificiali, exprimere conatur, at figura, siue sit producta ab arte, siue à natura non distinguitur specie secundum se, sed solum ratione, quia denominatur artificialis, vt pendens ab arte, & alia naturalis, vt pendens à natura. Secundo intelligi quoad modum assimilandi effectum causæ, nam vt natura intendit sibi assimilare effectum, ita ars ideæ, quam in mente habet, vnde Hieronymus Pla. loc. cit. ait, naturale esse simile causæ agenti, non solum in forma, sed etiã in modo essendi; at artificialia, etiam si sint similia principio informatiuo, non tamen in modo essendi.

Sexto differunt quoad subiectum, quia naturalia supponunt materiam, & in materia, ex qua constant potentiam naturalem, & formam, at non sic artificialia, quia eorum formæ supponunt compositum tanquam subiectum, & in hoc potentiam obedientialem ad formam.

DVBITATIO QVARTA.

An totum compositum distinguatur à partibus, & quomodo.

DE hac quæst. DD. 1. phy. tex. 17. vbi Iandunus q. 10. Saxonia q. 7. Bonettus c. 4. Burlæus in tex. 17. Ioan. Can. q. 5. Venetus tex. 22. ex Recentioribus Conimb. c. 2. q. 1. Hieronym. Pla q. 3. Ruuius c. 3. q. 1. Astudillus q. 6. Tol. q. 8. Sotus q. 2. Murcia disp. 3. q. 4. Hurtad. disp. 6. phy. sect. 1. §. 2. Perer. li. 7. à c. 18. Masius c. 2. q. 2 & Iauel. 7. met. q. vlt. vbi Fons. c. 17. q. vnica Suar. tom. 2. met. disp. 36. sect. 3. Zerb. 7. met. q. 19. Sonc. q. 42. Venetus sum. met. c. 6.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 *Totalitas duplex perfectionis, & compositionis.*

NOt. 1. Totum dici à totalitate, quæ est, vel perfectionis, vel compositionis, vnde aliud est totum totalitate perfectionis, etiã si sit maxime simplex quomodo dicimus Deum totum videri à Beatis, cum tamen nullam habeat partem; aliud compositionis, & quia compositio fit ex partibus, fit, vt tot sint genera totorum, quot partium, vnde.

Not. 2. totum aliud dici naturale, quod aliqui dicunt potentiale, quia constat ex partibus subiectiuis sub se contentis, quomodo animal dicitur esse totum respectu specierum; Alij vero totum potentiale vocant essentiam suarum potentiarum, quas virtualiter continet, vt Fons. Aliud est totum actuale, quod
A scilicet actu componitur ex partibus in se cõtentis, hoc autem diuiditur in essentiale, integrale, & suppositale. Essentiale dicitur, quod constat ex partibus essentialibus, quod si partes sint physicè componentes, vt materia & forma, dicitur totum essentiale physicum. Si partes sunt metaphysicæ, dicitur totum essentiale metaphysicum. Totum integrale dicitur, quod constat ex partibus integrantibus, siue intensionis, siue extensionis, cuius modi sunt partes quantitatis, & gradus qualitatis, siue sint partes ætherogeneæ, siue homogeneæ. Suppositale dicitur, vel quod constat ex essentia, & existentia; vel quod constat ex natura, & subsistentia, quod etiã solet dici totum metaphysicum, eo quod hæc compositio reperiatur
B in rebus abstractis à materia.

2 *Distinctio rationis duplex datur.*

Not. 3. hanc quæstionem à Doctoribus non tractari de toto metaphysico, vel suppositali, quia cum ibi partes non vniantur nisi se ipsis, putant totum non distingui realiter à partibus simul sumptis, sed esse eandem entitatem cum partibus, siue illæ partes distinguantur solum ratione inter se, vt secundum multos differentia, & genus; siuè modaliter, vt dicunt multi de subsistentia, & existentia à natura, & essentia. Neque secundum aliquos Thomistas intelligitur quæstio de distinctione totius à partibus, quæ non remanent in toto, nam constat
C hoc totum distingui ab illis partibus, cuiusmodi est forma mixti, quę dicitur forma totius respectu formarum elementorum, ex quibus resultat, vt notat Nig. in prædicabilib. q. 35. Neq. intelligi de toto potẽtiali, seu vniuersali respectu partium subiectiuarum, quia de harum distinctione dictum est alibi, cum distinctio huius spectetur ex distinctione formæ formaliter significatæ à subiectis, de quibus prædicatur vniuersale, vt rectè Fons. notat. sed quæstionem intelligunt de toto essentiali, vel integrali.

Not. 4. distinctionem aliam esse rationis, siuè ratiocinantis, siuè ratiocinatæ; aliam realem, & hanc distinguunt in realem suppositalem, quæ
D est inter duo suppositaliter, vel subiecto distincta; aliam formalem, quam dicunt esse inter formas, quarum vna est separabilis ab alia secundum existentiam. Aliam modalem, quæ est inter rem separabilem à modo, & modum inseparabilem à re, de quarum distinctionum veritate dicetur suo loco.

ART. II. Continens opiniones Doctorum.

3 *Alij distinguunt totum realiter à partib.*

PRima opinio est dicentium totum distingui realiter à partibus, licet sit inseparabilis ab illis propter dependentiam essentialem, quam habet à partibus. est Scoti 3. d. 1. q. 2. artic. 1. vbi
E Lychet, Maior. q. 10. Ant. And. 7. met. q. vlt. Tatar. hic q. 2. Can. q. 5. Cap. 3. d. 2. q. 1. & ad arg. contra illam Henr. quod. 2. q. 14. ar. 3. Ferr. 4. cont. gent. c. 81. Sonc. 7. met. q. vlt. Iauel. q. vlt. Burl. 1. phy. initio 27. Caiet. 3. p. q. 6. ar. 5. ad 1. Arg. 2. d. 15. q. vnic. Venet. 1. phy. post tex. 22. & sum. met. c. 6.

Fundamentum sumitur ex prædicatis, quæ tribuuntur toti, quę non conueniunt partibus simul sumptis, & contra, nam per se primo generatur, cum nec partes, nec vnio sit terminus generationis per se, & similiter de corruptione. deinde totum componitur ex partibus vnitis, quia partes disiunctæ non componunt aliquod totum; at partes non componuntur ex partibus, quia nihil componit seipsum. Tertio, passiones, & operationes tribuuntur toti non partibus ex 1. de anima, non enim anima, vel materia ambulat, texit, & similia.

Conf. quia alioqui non magis esset vnum ens, quam aceruus lapidum, vel domus, vel certè corpus album, quia omnia hæc sunt multitudo partium simul sumptarum, & tali modo vnitarum.

Confir. 2. quia si totũ non esset aliud à partibus essentialibus, nec esset aliud à partibus integrantibus; ergo essentiales, & integrales partes sunt idem inter se, quia quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.

4 Referunt di. Auctores.

Hi tamen inter se in multis differunt, nam aliqui ponunt materiam, formam, & vnionem, ac tertiam entitatem, de cuius ratione dicunt esse, non solum partes, sed etiam vnionem. Alij vero cum Scotistis negant vnionem esse de essentia totius, dicunt enim in generatione totius partes prius vniri, & postea transire in tertiam entitatem, quare vnio non ingreditur essentiam tertiæ entitatis, nisi tanquam prærequisitum, sicut ad causationem alicuius effectus necessario prærequiritur ordo, & approximatio causarum efficientium, quando multæ requiruntur, qui tamen ordo, & approximatio non sunt essentialia effectui, nam illæ sunt tantum respectus, at effectus est quid absolutum; quare nolunt distingui à partibus vnitis, vt trãsierunt in tertiam entitatem, sed à materia, & forma vnitis præcisè, quia partes vnitæ præcisè sumptæ distinguuntur ab entitate totius, nam vnio non destruit naturam partium, sed illi tãtum addit respectum vnionis, nam causant entitatem totius, quæ entitas non est amplius forma, & materia, sed compositum resultans ex illis.

Secundo differunt, nam alij concedunt totũ essentiale distingui realiter à suis partibus vnitis, sed negant de toto integrali, ità communiter Scotistæ apud Fabrum c. 3. at alij id concedunt, etiam in toto integrali, sed neque hi inter se conueniunt; nam aliqui vniuersaliter affirmant de omni toto integrali, siue constet ex partibus homogeneis, siue ætherogeneis, at alij id solum concedunt de toto ætherogeneo, vt Ioannes de Neapoli disp. 2. q. 7. sequitur Nig. in prædicabil. q. 35. Heru.

5 Tertio differunt, quod alij volunt materiam, formam, & vnionem, quæ permanent in composito distingui à tertia entitate compositi, ità Niger in clypeo. Alij autem materiam, & formam, & vnionem secundum se, non manere, sed transire in tertiam entitatem, quæ tertia entitas compositi distinguitur realiter à materia, & forma, vt sunt in illo priori, antequam transirent in tertiam entitatem per generationem, at postquam transiunt in tertiam entitatem, non manent amplius in sua natura, & ità totum non distinguitur à partibus sic transactis in tertiam entitatem, quia distinguerẽtur à se ipsis. Hinc Faber c. 4. ad 9. asserit totum nõ posse considerari sine partibus vnitis, & transactis in tertiam entitatem, quia iam sunt factæ entitates totius, & sunt veluti partes integrantes illius; sed potest intelligi entitas totius ab entitate partium vnitarum præcisè, sicut entitas totius distinguitur ab illis.

Quarto differunt, quod aliqui ponunt in composito duas formas. vnam partis, quæ informat materiam; aliam totius, quæ informat totum, quia cum entitas totius distinguatur à partibus, debet dari respectu illius entitatis, vt distinctæ, aliqua forma, quæ illam constituat in esse totius; at nõ potest esse forma partis, quia hæc supponit materiam solum, at forma totius supponit materiam, & formam, ergo debet esse forma totius.

Alij vero negant totum, vt est distinctum à partibus constitui in ratione tertiæ entitatis ab alia forma, quam à forma partis, tum quia alioqui in homine deberet dari præter animam rationalem alia forma. Tum quia illa forma totius informaret animam rationalem, atq; adeo non constitueret vnum per se; sed illam tertiã entitatem dicunt constitui formaliter per formam partis informantis materiam, quia ex illis resultat totum, quod dicitur constitui per formam totius, vt homo per humanitatem non informatiuè, sed denominatiuè, sicut concretũ dicitur constitui per abstractum; ratio vero denominationis sumitur ex eo, quod sicut forma aduenit materiæ, ità forma abstracta aduenit concreto, & sicut forma partis est præcipua pars quidditatis, ità forma totius est tota quidditas. Vnde soluitur Aureoli argumentum, dũ probat ex hac forma, & sua materia proportionali debere resultare aliquod tertium, quia hæc forma totalis non est pars alicuius, sed tota essentia, & licet hæc entitas distinguatur ab entitate partium, non tamen potest esse sine illis, quia ab illis pendet essentialiter, & à priori; partes vero possunt esse sine toto, quia hoc est illis posterius, sicut ex opinione Veneti, potest Deus destruere partes lineæ, & conseruare puncta, non tamen contra, quia puncta ordine naturæ præcedunt lineæ partes; dicitur autẽ totum esse substantiæ, si componatur ex partibus substantialibus, vt accidens ex accidentalibus: totalitas autem dicitur esse accidens respectu totius, sicut partialitas est accidens respectu partium, & huiusmodi respectus variatur in toto, quod manet idem, dum mari additur vna gutta, sicut manet idem pater multiplicata paternitate ad multiplicationem filiorum.

Quinto differunt in explicanda ratione, per quam totum differt à partibus, nam aliqui dicunt differre à partibus per aliquid sui, & non se toto, nam totum includit partes, ex quibus constituitur, & preterea addit, non solum vnionem,

nem, sed quoddam esse resultans ex vnione materiæ, & formæ.

A Alij vero dicunt totum non differre à partibus per aliquid, quod sit aliquid ipsius totius, & non ipsum totum, nam illud, vel esset pars totius, & non, quia totum non differret ab omnibus partibus; vel vnio, & neque, quia id, per quod essentialiter totum distinguitur à partibus includitur essentialiter in toto; at vnio non sic includitur, cum sit priuatio diuisionis, vel respectus; vel tertio est passio, & neque, quia sicut passio non est constitutiuum rei, sed supponit constitutum, ita neque potest esse primū distinctiuum, sed supponit distinctum per aliquid prius, ex quo dicunt totum differre à partibus se ipso. hoc autem dupliciter differre intelligi potest. Primo quod vnum nec sit alterū, nec aliquid alterius, nec aliquid vnius potest esse aliquid alterius, vt duo Angeli distinguūtur realiter inter se, & hac ratione totum distinguitur à partibus, quia partes sunt aliquid illius. Secundo dicitur aliquid differre ab alio se ipso, quatenus ex entitate sua formali vnum non est aliud. Et contra ex hac ratione totum differt à partibus, vt v. g. homo ex entitate sua formali hominis, non sit materia, & forma, sed aliquid ex illis cōftās; & cōtra meteria, & forma ex hac entitate formali habent, quod non sit homo, sed illa, ex quibus homo componitur.

B Sexto differunt, nam alij dicunt hāc tertiam entitatem compositi distingui à partibus simul sumptis, non solum ex natura rei, sed etiam essentialiter, quia eadem essentia non constituit se ipsam, nec potest esse sine se ipsa. Alij vero dicunt nō distingui essentialiter, vt Canonicus, quia entitas intrinsecè, & essentialiter in alia inclusa, ipsamque intrinsecè constituens non est essentialiter ab illa distincta, quia vnaquaque res distinguitur essentialiter ab omnibus non talibus per sua principia intrinseca, cum eadem sint principia essendi, & distinguendi, sed nihil distinguitur ab alio essentialiter per id, quod est ab ipso essentialiter distinctum, sed per id, quod est idem secum essentialiter, cum eadem sint principia essendi, & distinguendi; vnde. Resp. ad argum. aduersariorum, quod licet eadem sit essentia totius, & partium, tamen distinguūtur ex natura rei, & ratione talis distinctionis fundant diuersa prædicata.

6 Secunda opinio est negantium distingui realiter Auer. 1. phys. 17. & ibidem Aegid. Georg. Simpl. Them. & Philop. & apud Simpl. Eud. & Alex. sequitur D. Thom. 5. met. tex. 31. & clarius 4. contra gent. c. 81. ad 2. vbi ait humanitatem non esse quid consurgens ex coniunctione formæ cum materia, quasi realiter sit alia ab vtraque, quia cum per formam materia fiat hoc aliquid, vt dicitur 3. de anima 9. illa tertia forma non esset substantialis, sed accidentalis D. Thom. 1. p. quæstion. 11. articulo 2. ad 2. Sotus 1. phy. q. 2. Tol. q. 8. Them. qu. 11. Sax. q. 7. Marf. 3. phy. q. 9. Greg. 1. d 24. q. 1. ar. 1. Perer. loc. cit. quod vtramq; tenet probabilem, vt etiam Sonc. Pomponat. apud Iauellum Dur. 3. d. 2. q. 2. Palud. 3. d. 1. q. 1. Niphus 7. met. disp. 19. Suar. tom. 2 met. disp. 36 sect. 3. nu. 5. Hurt. disp. 6. phy. sect. 1. §. 2. Murcia 1. phys. disp. 3. q. 4. Masius c. 11. q. 2. Hieronym. Pla. in c. 11. q. 3. Ruuius in c. 3. q. 1.

Opinio negās distingui realiter.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt totum includere vtramque partem, & cōpositionem, & præter illas nihil addere realiter, vel ratione distinctum, ita Dur. loc. cit. nu. 12. Hurt. loc. cit. ex 4. phys. 23. *Non enim*, inquit, *à partibus diuersum est totum.*

Alij vero dicunt, totum à partibus vnitis distingui ratione, quia diuersa prædicata illis attribuuntur, nam partes vnitæ componunt totum; totum vero non componit totum, nam diuerso modo concipiuntur partes, ac totum, cum hoc, vt vnum, illę vt plures concipiantur, ita Suarius, quem sequuntur communiter recentiores.

C Alij vero dicunt totum non distingui realiter à partibus vnitis realitate perfecta, quæ dicitur distinctio suppositalis, seu subiectiua, quæ est inter diuersa supposita, vel inter formas, quæ sunt in diuersis suppositis, neque distinctione reali, quæ est inter includens, & inclusum, cum compositum includat quidquid includunt partes vnitæ, sed distinctione reali imperfecta, quæ dicitur ex natura rei, eo quod cōpositum à parte rei distinguitur à partibus ob perfectionem essendi, quam ipsum habet, cum dicatur esse vnum per se, quam perfectionē essendi non habent partes etiam vnitæ, cum illæ non sint vnum sed vnitæ, nam effectus vnionis, quæ est inter partes, non est facere illas vnum, sed vnitas; ita videtur sentire Ioannes Canonic. loc. cit. conc 2 & Fonf. locis cit. in 1 opin. nam illc asserit distingui ex natura rei; hic vero distinguēs varia genera distinctionis realis ex Fer. 4. cōt. gent. c. 81. ait. *Tertio s. aliqua distinguūtur realiter, si vnum sit res aliqua per se vna, alterum vero, vel potius alia sint plura entia simul sumpta inter se realiter distincta, etiāsi hæc ad illius compositionem pertineant.* Vnde concludit omnē distinctionē ex natura rei dici posse realem. quomodo actio & passio distin-

D guūtur realiter, licet Arist. hanc vocat distinctionem rationis, & hoc modo ait; distingui totum à partibus.

ART. III. Explicatur sententia Auctoris. 7

PRima cōcl. totū, siue essētiale, siue integrale distinguitur à singulis partibus diuisim sūptis, realiter, non adæquatè, sed inadæquatè. Prima pars patet, quia aliqua entitas includitur in toto, quæ distinguitur realiter ab altera parte, vt patet, quia in homine includitur anima, quę distinguitur realiter à materia; & similiter includit corpus, quod distinguitur realiter ab anima; ergo homo distinguitur ab anima, & corpore diuisim sumptis.

Omne totum distinguitur à singulis partibus diuisim sumptis inadæquatè.

Secunda pars prob. quia totum non potest secundum se totum distingui ab aliqua parte, quia non potest distingui, secundum illam partem, quam includit ab eadem parte; ergo tantū distinguitur inadæquatè, idest per inclusionem alterius partis; non enim potest cōcipi totum,

 quia

quin concipiantur omnes partes componentes ipsum.

Conf. quia totum non potest distingui à parte tanquam id, quod nihil illius includat, ergo non potest adæquate, sed inadæquate ab illa distingui: consequentia patet, quia si includit aliquid illius, ergo non adæquate, sed inadæquate ab illa distinguitur: antecedēs patet, quia quæ distinguuntur tanquam ea, quæ se totis distinguuntur, vel distinguuntur tanquam simplex à simplici, & ita totum non esset substantia composita, vel tanquam compositum à simplici, & tunc quæritur ex quibus illud componatur, non enim ex alijs, quam ex partibus, suis à quibus singulis distinguitur; ergo.

Totum à partibus simul sumptis distinguitur ex natura rei.

Secunda Concl. totum distinguitur à partibus simul, seu collectiuè sumptis ex natura rei. Patet, quia totum compositum præter vtramq; partem dicit vnionem, seu compositionem; at hæc vnio, seu compositio distinguitur ex natura rei à partibus, etiam simul sumptis; ergo totum includens hanc vnionem distinguetur ex natura rei ab illis partibus.

Conf. ex illis rationibus, quibus Doctores primæ opin. probant totum distingui realiter à partibus simul sumptis, nam plurimæ ex illis non probant, nisi distinctionem ex natura rei, non autem realem realitate perfecta, vt est illa, qua probant materiam, & formam causare cōpositum non diuisim, sed simul sumptas, causa autem ex natura rei, & distinguitur, & est prior causato, & similiter illa, qua educitur ex vnitate termini vnius generationis, & transmutationis, & quæ sumitur ex vnitate subiecti, cui per se primo conuenit propria passio, & operatio. Et denique illa, qua ostenditur materiam, & formam simul sumptas posse existere composito corrupto, vnde nos probauimus supra vnionē distingui à materia, & forma.

Hinc patet quodlibet totum, siue integrale, siue essentiale distingui à partibus collectiuè sumptis, quia quodlibet totum dicit aliquid ex natura rei distinctum ab omnibus partibus, nā si est totum essentiale dicit modum vnionis substantialis; si est totum integrale dicit modū vnionis, quo partes continuantur, siue ille modus sit coexistentia localis in spatijs immediatis, siue quid aliud, vt dicemus. & quia hæc coexistentia dicitur etiam à pluribus substantijs per accidens vnitis, vt cumulus lapidum; ideo hic distinguitur ab omnibus lapidibus, quia cumulus addit coexistentiam, & tactum mutuum inter lapides. Vnde idem multo magis dici potest de toto accidentali, quod constat ex subiecto, & forma accidentali illud informante.

8 *Hæc distinctio non est realis realitate perfecta.*

Tertia Concl. Hæc distinctio, quæ est inter totum, & partes, non est realis realitate perfecta, vt res à re, sed modalis, vt inter includens, & inclusum; quia id, quod addit totum supra partes, non est, nisi modus quidam, vt patet ex dictis.

Dices totum est entitas quædam absoluta, at vnionis modus, est quid relatiuum; ergo id, quo totum distinguitur à partibus, non potest esse
A vnio, quæ est quid relatiuum.

Resp. ex dictis patere eandem rem sub diuersa ratione consideratam, & diuersis nominibus explicatam nunc absolutè, & nunc relatè significare, nam eadem substantia equi, vt significatur nomine totius, vel compositi includit aliquam relationem, quia totum dicit relationem ad partes, & compositum dicitur à compositione suarum partium; at vero, vt significatur nomine equi, quod dicit esse animal sic, & sic figuratum, vel habens tales operationes, vt sic, non explicatur aliqua relatio, licet illam essentialiter includat, cum omne compositum essentialiter includat compositionem, quæ est relatio quædam trāscendentalis, vel se-
B cundum dici.

4. Conc. totum supra partes vnitas non addit aliquā rei entitatē à parte rei distinctā ab illis. 9

Totum supra partes nō addit entitatem aliquam realiter distinctā ab illis.

Prob. 1. ex Arist. 4. phy. 23. vbi explicans modos essendi in alio, ait, *Partem esse in toto, & totum in partibus, non enim totum est præter partes.*

Resp. Fons. sect. 4. sensum esse causalem, sicut etiam intelligitur illud 5. met. 31. Totum continens esse partes contentas, idest ex partibus contentis.

Sed contra, quia licet hic sensus accomodari potest illis verbis non tamen alijs, quæ dicū-
C tur in 4. phys. quia ibi dicitur non esse præter partes, idest aliquid additum partibus, scilicet, ex quibus componitur, quare hic sensus non potest tribui verbis Augustin. lib. 7. de Trinit. *Homo,* inquit, *nihil est aliud, quam anima, & corpus;* vbi notandum est ly (aliud) & similiter Dionysius de cœlesti Hierarchia. *Mors in nobis,* inquit, *non est substantiæ consumptio, sed vnitorum separatio.* Quare neque potest exponi ly (est) per continentiam, quasi ly. totum esse partes, sit continere partes, quia dicitur nihil aliud esse, atque adeo nullam aliam entitatem continet, quam partium. & hoc spectat ad illud axioma Theologorū, Quod Deus assumpsit nunquam dimisit; at si daretur hæc
D tertia entitas illa esset primario assumpta, & in triduo dimissa.

Conf 2. ex 2. de anima 10. Sicut, inquit, visus & pupilla oculus, ità anima, & corpus animal. Resp. Fons. illud exemplum non esse simile in omnibus, cum constet visum, & pupillam facere vnum per accidens; at anima, & corpus efficere vnum per se, quare solum sunt similia, quia sicut illa efficiunt vnum instrumentum videndi, ità hæc vnam essentiam. Sed contra, quia ibi Arist. vult probare animam esse formam hominis, quia ex anima, & corpore fit vnum, sicut ex pupilla, & virtute visiua fit vnus oculus; ergo vtrobiq; dabitur tertia entitas, vel non da-
E bitur.

Prob. 2. ratione, pro qua suppono totum essentialiter includere partes, quo posito sic argumentor dum intelligitur formam informare materiam præcisâ omni alia entitate, ibi intelligitur totum aliquod compositum; ergo præter materiam, formam, & informationem non 10

de-

debet dari tertia entitas. Antecedens prob. 1. quia vbi intelligitur compositio, ibi necessario debet intelligi compositum, nam non potest intelligi forma in subiecto sine effectu formali, sicut non potest intelligi albedo in subiecto, sine eo, quod illud sit album, sed vbi intelligitur vnio informationis, ibi intelligitur compositio, cum compositio non sit aliud, quam vnio partium, quæ per vnionem dicuntur componere compositum. Secundo probatur, quia vnitum supra vnionem, & partes vnitas nihil addit, cũ partes denominentur vnitæ ab vnione, quam recipiunt; at vnitum idem est, ac compositum, cum vnitum dicat partes vnitas per vnionem, sicut compositum dicit partes vnitas per compositionem. Prob. 3. quia compositum, v. g. Humanitas non est aliud, quam essentia rei, quæ est principium operationum propriarum rei; sed ex eo præcisè, quod forma, idest anima rationalis informat corpus intelligitur principium sufficiens, & sentiendi, & discurrendi; ergo ad intelligendam hominis essentiam non requiritur tertia entitas. Minor probat. quia sensatio non requirit in suo principio aliud, quam speciem obiecti, & potentiá, sed vbi ponitur anima, & corpus organizatum, ibi intelligitur esse potentia, quæ est in anima, & potentia receptiua specierum in corpore; ergo datur sufficiens principium sentiendi; & inde ẽt prob. ibi dari sufficiens principium discurrendi, nam potentia discursiua est immediatè in anima, quæ in via pendet in suo discursu à phantasia, vt dicetur in 3. de anima, phantasia autem est potentia sensitiua.

Confirm. quia si compositum diceret præter materiam, & formam tertiam entitatem, tunc compositum non esset tertia entitas, sed esset compositum ex materia, & forma, & tertia entitate, atque adeo de hoc composito quæri posset, an distinguatur à materia, & forma, & tertia entitate, ex quibus tanquam ex partibus componitur. Vnde vel esset procedendum in infinitum, vel sistendum in composito, quod resultat ex materia, & forma.

11 Tertio probatur ex perfectionis natura, quæ dicitur ad Aduersarijs addi, nam vel est accidentale, vel substantiale, non primum, quia est de essentia, vel tota essentia compositi substantialis. Neque secundum, quia vel est entitas partialis, & cum alijs constituet compositũ, vnde sequuntur absurda, de quibus supra: vel est totalis, & cùm non possit esse simplex, cum hoc excludat partes, entitas autem totalis, de cuius essentia sunt materia, & forma non excludit, sed includit partes, necessario fit, vt sit entitas composita, at non potest esse composita ex alijs partibus, quam materia, & forma, & vnione; ergo non includit aliam entitatem ab entitate materiæ, formæ, & vnionis; vel illud additum est modus aliquis substantialis, & non, quia præter modum vnionis, & compositionis, qua materia, & forma vniuntur non potest intelligi, nec esse alius modus inclusus in composito; cum perfectè intelligatur compositum conceptis materia, & forma vnitis.

Resp. addi modum subsistentiæ, sed contra; quia nos hic quærimus de eo, quod compositũ secundum suam essentiam addit materiæ, & formæ vnitis, at subsistentia est extra essentiam, & cum essentia constituit compositum, quod dicitur suppositum, seu subsistens; ergo subsistentia non potest esse id, quod compositum secundum essentiam addit materiæ, & formæ vnitis. Tum quia vt resultat totum essentiale ex essentia materiæ, & formæ, ita totum subsistentiale, ex materiæ, & formæ subsistentijs vnitis. quare non soluitur quæstio, sed transfertur à toto essentiali ad totum subsistentiale.

Resp. 2. alij, id, quod additur esse integritatem, seù totalitatem, quæ non est entitas, sed modus quidam essendi totalis, & perfectus, ná sicut partes habent suum modum essendi partialem, & imperfectum, ità totum debet habere modum essendi perfectiorem. Sed contra, tum quia hic modus essendi est quidem perfectior singulis partibus, non tamen vtraque parte vnita, quia nihil perfectionis includit, quod non includatur in materia, & forma vnitis, cum non sit modus essendi simplex, sed compositus ex illarum perfectionibus; tum quia modus essendi non potest dare distinctionem realem, vt ipsi ponunt ad summum, distinctionem ex natura rei, qui modus non nisi modaliter põt distinguere, cum eius perfectio essentialis non excedat perfectionem modalem. Tum quia modus essendi diuersus supponit entitatem, cuius est modus diuersam, cum illi debeat proportionari; at totum supra partes vnitas, secũdum hanc responsionem non addit entitatem diuersam; ergo neque addit modum essendi diuersum.

Vltimo Probatur ex absurdis, quæ consequuntur. primo enim sequeretur totum non componi ex materia, & forma, nam vel tertia entitas nihil addit supra materiam, & formam vnitas, & habetur intentum; vel addit aliquid, & illud, vt est additum materiæ, & formæ non potest esse compositum ex materia, & forma, quia non esset additum illis, sed esset ex illis. Vnde secundo sequitur, quod illa perfectio addita, vel esset simplex, & pugnat cum compositione illius, quia simplicitas dicit negationem partium, & compositionis, vel esset compositum, & explicandæ sunt partes, ex quibus cõponitur, non enim potest componi ex illis, quibus superadditur, vt dictum est; ergo componetur ex alijs partibus; at in composito physico non sunt aliæ partes, quam materia, & forma vnitæ. 12 *Probatur ex absurdis.*

Tertio sequitur debere dari processum in infinitum, quoad huiusmodi tertiam entitatem additam, nam cum illa tertia entitas componatur ex partibus, quæri potest, an ex illis partibus vnitis resultet alia tertia entitas; quare vel deueniendum ad tertiam entitatem simplicem, vel procedendum in infinitum, vel concedendum compositum ex materia, & forma non addere illis tertiam entitatem.

Resp. compositum addere partibus suis integritatem, & totalitatem quandam, nam candẽ

enti-

entitatem, quam dicunt partes partialiter, & imperfectè dicit totum secundum totalitatem, & integritatem, quia entitas partium transit in entitatem totius, atque adeo in toto non manent partes secundum suam partialitatem. ita videntur sentire Scotistæ apud Fabrum. Sed contra, quia vel perfectio materiæ, & formæ vnitæ adæquāt perfectionem essentialem totius, & tunc essentia totius nihil addit partibus vnitis, vel nō adæquat, & id primo repugnat Athanasio in Symbolo dicenti. Quod sicut corpus, & anima vnus est homo; ita Deus, & homo vnus est Christus. Secundo debent assignare quid desit, nam integritas illa non potest producere nouam aliquam perfectionem distinctam à materia, & forma vnitis, quia in his vnitas est totalitas, & integritas, cùm totum, & integrum dicatur id, cui nulla pars deest. Tertio si diceret nouam perfectionem, sequeretur hanc additam partibus cum illis componere totum; quare de hoc quæritur, quomodo distinguitur à perfectione materiæ, formæ vnionis, & integritatis, quod si dicant distingui quidem à materia, & forma vnitis, nō tamen ab integritate. Tunc cōtra, quia sequeretur totum nō ab omnibus suis partibus, sed tm̄ ab aliquibus distingui. Quarto hæc perfectio, vel non pertinet ad essentiam compositi, & non est cur ponatur; vel pertinet ad essentiam, & tunc, vel est tota essentia compositi, & sequitur materiam, & formam, à quibus distinguitur integritas non esse de essentia totius; vel non est tota, sed pars essentiæ, & sequitur non distingui ab omnibus partibus vnitis, & dari processum in infinitum, vt supra diximus.

Denique, quia non apparet quomodo materia, & forma vnitæ accipi possunt præcisè, & vt transeant in tertiam entitatem, nam vel transitus ille intelligitur, fieri per intellectum, quo partes vnitæ præcisè, concipiuntur vt plures; totum vero includens illas vt vnum, & tūc non erit distinctio à parte rei, sed solum secundum rationem, quia à parte rei tanta perfectio est in partibus vnitis, quanta in composito ex partibus vnitis, quia solum est distinctio, quod partes vnitæ concipiuntur vt plures ordinatæ ad compositum, compositum voro concipitur, vt causatum ex partibus vnitis. Vel transitus ille est secundum rem, & tunc vel materia, & forma vnitæ, quæ dicuntur transire in tertiam entitatem remanent intra essentiam tertiæ entitatis, vel non remanent, sed esse desinunt. Non primum, quia hæc tertia entitas, cum distinguatur à partibus vnitis non potest intelligi, nisi vt quid additum habens aliquam perfectionē, per quam distinguatur à partibus, illa autem perfectio non potest includere partes; quia sic partes distinguerētur à se ipsis. Neque secundum dici potest, quia est contra rationem causarum componentium intrinsecè totum, quia necessario manent, dum manet; corrūpta enim forma corrumpitur totum, & in hoc distinguitur materia alterationis à materia cōpositionis, quod hæc manet, illa non manet. Secundo quia non apparet, qualis sit hæc mutatio, qua materia, & forma transeunt in tertiam entitatem; nō enim est corruptio, quia hæc exigit subiectum manens sub vtroque termino, quale hic nullū est; neque est transubstantiatio, quia hæc excedit vires naturæ, cùm sit actio substantialis independens à subiecto, neque apparet, ad quod genus actionis reduci possit.

Quinta Concl. totum essentiale non distinguitur realiter à materia, & forma vnitis, sed tātum ratione. Secunda pars prob. ex dictis, quia diuerso modo concipiuntur partes vnitę, ac totum, nam primo modo materia, & forma, quæ sunt partes concipiuntur, vt subiectum, & terminus vnionis, atque adeo non includūt vnionem intra essentiam; at vero totum concipitur, vt vnum includens materiam, formam, & vnionem, at vbi est diuersus modus concipiendi, ibi in obiecto, est distinctio rationis. 13 *Totum essentiale distinguitur ratione à materia, & forma vnitis.*

Dices ex hoc argumento potest colligi distinctio ex natura rei, quia à parte rei materia, & forma sunt plures, ac subiectant, & terminant vnionem, & compositum est vnum, & non plura, nec subiectat, & terminat vnionem, sed includit vnionem, ac materiam, & formam, at vbi sunt à parte rei diuersa prædicata, & opposita, ibi debet poni distinctio aliqua à parte rei.

Resp. distinctionem à parte rei inter res debere sumi ex diuersitate perfectionū, quæ includuntur in ijs, quæ dicuntur distingui à parte rei, qualis diuersitas non est inter totum, & partes vnitas; at vero diuersitas illa prædicatorum supponit subiecta diuerso modo concepta, quia eādem perfectionē, quā dicit cōpositum, vt habet rationem vnius, dicunt partes, vt sunt vnitæ.

Primam partem probant aliqui, ex eo quod sequeretur numerum quaternariū esse quinarium, quia in quaternario sunt quatuor vnitates componentes quaternarium, quod si quaternarius diceret tertiam entitatem, cum vnitas sequatur entitatem, ibi essent quinque vnitates, atque adeo numerus quinarius. Sed respōdent in numero esse vnitatem materialē & formalem, materialem vocant, quæ est pars numeri, & per huiusmodi vnitates materiales numerus variatur, & multiplicatur. Formalem vocāt, quę consequitur tanquam passio entitatem numeri constitutam per vnitates materiales, quia cum vnitas sit passio entis, ad quamlibet entitatem sequitur proportionaliter sua propria vnitas, & per hanc vnitatē numerus est formaliter vnus, sed non multiplicatur, vel variatur; quare concedunt, ibi esse quatuor vnitates materiales, & aliam vnitatē formalem, sed per hāc vnitatem non constitui, & multiplicari numerum priorem, quia est vnitas diuersæ rationis ab illis, multiplicaret vero hæc vnitas, si essent plures quaternarij, quia singulos quaternarios consequeretur sua vnitas, vnitates autem quaternariorū materialiter se haberēt respectu numeri à se ipsis constituti.

Secundo probant alij, quia hinc sequeretur duo corpora esse in eodem loco, nam tertia illa entitas esset substantia quædam corporea, quare vel occuparet adęquatè eundem locum, quem 14

quem occupant partes, & sic sunt duo corpora in eodem loco. vel non occuparent eundem locum, sed diuersum, & tunc totũ esset diuisum à partibus, quia esset in diuerso loco, vel occuparent eundem locum partium, sed inadæquatè, & non est ratio, cur potius sit in loco vnius partis, & non potius in loco alterius.

Conf. quia sequeretur, quod magis ponderarent duæ semilibræ coniunctæ, quam diuisæ, quia coniunctæ dicerẽt tertiam entitatem, quæ haberet suam grauitatem distinctam à grauitate partium, & eandem vim habet argumentum propositum à Veneto. Quod ab aliquibus potest remoueri pondus vnius libræ, & tamen nõ minueretur pondus, etiam si nihil addatur de nouo, vt v.g. posito, quod A sit pondus vnius libræ, cuius medietatis sint B & C tunc separato B ab ipso C per diuisionẽ corrumpitur A quo corrupto non minus post ea põderant illæ duæ medietates. Et cõtra etiam sequitur, quod plus ponderarent duæ medietates coniunctæ, quàm separatæ, quod in æquilibri esset totum pondus, quod ante, & vnum aliud, scilicet ipsum totum.

Resp. non repugnare duas substantias corporales habentes tamen quantitatem esse in eodẽ loco adæquatè, vt patet ex materia, & forma; sed hæc responsio habet instantiam in toto quãtitatiuo, vbi præter quantitatem partium, est quantitas totalis simul cum quantitate partiũ, atque adeo duæ quantitates in eodem spatio. Quare alij respondent etiam si entitas totius sit distincta ab entitate partium, non tamen ponit numerum cum illis, quia intrinsecè illas includit, atque adeo, non solum nõ est absurdum, sed est necessarium dari huiusmodi entitates simul, & in eodem spatio, cum sint inter se inseparabilia; Et ad confir. resp. Venetus negando magis ponderare duas medietates coniunctas, quàm separatas, quia licet in coniunctis sit tertium pondus, tamen illud non est additum suis medietatibus, cum non sit separatum, sed compositum ex illis. Vnde si corrumpitur totum, nihil propriè ab illo remouetur, nec illud propriè remouetur à suis partibus. Vnde non mirum, si tantum ponderent duæ partes, quæ remanent, sicut ante; Quod si Instes ante, præter pondera medietatũ erat inter illas linea habẽs suũ põdus, quæ nunc nõ est; ergo deest aliquid ponderis. Resp. satis esse, quod remaneant omnes eius partes, vt sit æquale pondus, & ego addo loco vnius lineæ continuatiuæ partium, post diuisionẽ adesse duas terminatiuas. Quare potius augeri debet pondus. Sed hæc difficultas orta ex pondere lineæ continuatiuæ, non est propria huius opinionis, sed potius eorum, qui ponunt continuatiua, & terminatiua positiua.

Tertio probant alij, ꝙ definitio non explicaret totam quidditatem definiti, quia definitio non continet nisi materiam, & formam, vel genus, & differentiã; at in toto, præter has partes est totalitas, quæ nõ explicatur per definitionẽ.

Resp. definitionem adæquari definito, quia sicut in definitione est totum, & eius partes, ita & in re definita, Quare sicut totum definitum est aliud à suis partibus, ita tota definitio est aliud à partibus. Vel resp. secundo Zerb. definitionem dicere totã quidditatem definiti, non

A comprehensiuè, sed indicatiuè, quatenus explicat principia intrinseca essentialia definiti.

Quarto probant alij, quia hæc totalitas addita partibus. Vel est substantia, & tunc plura 15
corpora essent simul, quorum vnum non informaret reliquum, nec ambo tertium. Vel est accidens, & tunc non potest addi vna gutta aquæ mari, quin causetur in eo noua totalitas; atq; adeo nouũ accidens. Resp. Venetus totalitatẽ esse accidens respectiuum totius, sicut partialitas accidens partis, & licet addendo vnam guttam aquę mari fiat noua totalitas, quę est habitudo,

B non vnius partis ad aliam, sed habitudo, quæ est solum in toto cathegorematicè sumpto, nõ syncathegorematicè; & sicut manet idem pater multiplicata paternitate ad multiplicationem filiorum, ita manet idem totum continuè, licet multiplicẽtur totalitates ad multiplicationem, & variationem partium. Verum hæc responsio substineri non potest, nam entitas, quæ ponitur distincta à partibus nõ est accidens respectiuũ, sed est substantialis, vel accidentalis iuxta exigentiam partium, ex quibus componitur; cum

C igitur adduntur, vel separantur aliquæ partes, necessario produci debet alia entitas substãtialis, vel accidẽtalis, vel corrumpi per separationem. Vnde præter illud accidens relatiuum deberet poni alia entitas.

Quinto probant alij, quia si compositum diceret entitatem realiter distinctam à partibus vnitis, possent per potentiam Dei separari hæc duo ab inuicem; quod esse absurdum satis patet. Consequentia probatur, quia quæ sunt absoluta, & realiter distincta possunt per potentiam Dei separari, quia ex hoc cognoscitur distinctio realis. Sed ad hoc. Resp. concedendo quidem materiam, & formam vnitas posse exi-

D stere sine tertia entitate, quia prius non dependet à posteriori. Ex quorum vnione in eo casu resultaret aliquod vnum, sicut ex intelligentia, & orbe; sed negando tertiam entitatem esse separabilem à materia, & forma, quia licet sit entitas absoluta, tamen dependet essentialiter à materia, & forma, tanquam à principijs ipsam entitatem componentibus. Quod si instes forma materialis, vel accidentalis depẽdet à subiecto tanquam à priori causa, & tamen potest forma materialis, vel accidentalis esse sine subiecto, quia sunt distincta realiter à subiecto. Respon. negando similitudinem, quia forma, siue accidentalis, siue substantialis non dependet à subiecto, vt à causa intrinseca, sicut compositũ

E dependet à materia, & forma, & ideo forma potest existere sine subiecto, non sic compositum sine materia, & forma. Et ratio diuersitatis, quia nullus effectus absolutus dependet simpliciter à causa simpliciter, præterquam à prima causa, quia Deus potest supplere omnẽ causalitatẽ causæ extrinsecę, non sic aũt quoad causã intrinsecã ob huius imperfectionẽ. Vnde, ꝓpositio illa, ꝙ omne absolutum potest existere per potentiam Dei, absq; alio distincto realiter

vera

vera est, dum vnum absolutum non pendet essentialiter ab alio absoluto priori, quoad intrinsecam sui constitutionem. Verum hæc responsio, licet ferri possit, quoad secundam partem, non tamen quoad primam, quod scilicet possit esse materia, & forma cum vnione absq; composito, nam cum hæc vnio, quæ supponitur, non sit tantum vnio localis, & indistantia, vt videtur supponere Zerbius, sed vnio informationis, non potest ex illis fieri vnum, sicut ex orbe, & intelligentia, cum inter hæc non sit informatio; sed debet fieri vnum per se, cum sit vnio informationis inter actum, & potentiam per se.

Conf. quia supra diximus hanc vnionem esse formaliter ipsam compositionem; at repugnat dari compositionem sine composito.

16 Sextò, alij probant, quæcumque inter se distinguuntur, vel distinguuntur se totis, ita vt vnum non includat aliud, nec aliquid alterius; vel distinguuntur per aliquid sui, scilicet vt includens, & inclusum; sed compositum neutro modo potest distingui. Maior patet, quia non apparet alius modus distinctionis, cum prædicta distinctio sit per contradictoria formaliter, vel virtualiter. Minor prob. quoad primam distinctionem. Tum quia tertia entitas, si se tota distinguitur à materia, & forma, non posset includere materiam, & formam, quia sicut materia, & forma non distinguũtur à se ipsis, ita neque tertia entitas, vt includit materiam, & forma distingui potest ab ipsis secundum se totũ. Tum quia tertia entitas, vel est aliquid additũ materiæ, & formæ excludendo illas à sua entitate, & inde sequitur non esse compositam, sed simplicem, quia si oõ includit materiam, & formam, non apparet ex quibus alijs partibus cõponi possit. Vel est aliquid additum includens materiam, & formam vnitas, & præter illas aliquam aliam perfectionem, ex quibus omnibus dicatur constitui tertia entitas, & hinc sequitur, & tertiam entitatem non se tota distingui, sed per aliqoid sui, & hoc additum non posse ostendi, cuius natura sit, vt supra ostendimus.

Ex qua ratione patet etiam minor quoad aliam distinctionem, quia huius distinctio non potest intelligi esse in composito, nisi ab vna parte, vt includit aliam, vel nisi ab vtraque parte vnitis, vt illis addit aliquid, si enim nihil adderet non posset distingui, sed potius identificaretur, quare necessario deberet addi alia entitas; at fieri hanc additionem repugnat composito, quia illud additum non includeret partes, quibus additur, alioquin idem adderetur sibi ipsi.

Resp. 1. Thomistæ ex Herueo dupliciter aliquid distingui ab alio per se ipsũ primo, quando vnum non est alterũ, nec aliquid vnius potest esse aliquid alterius, vt distinguuntur duo Angeli, & duo supposita humana, & ità non distinguitur compositum à partibus, quia partes sunt aliquid compositi. Secundo, quia distinguitur ex sua ratione formali, vnde vnum non est aliud, licet vnum sit aliquid alterius, & ità compositum dicitur per se ipsum distingui à partibus, quia compositum non est partes, siue coniunctæ, siue separatæ; sed est ex partibus, nam non potest differre à partibus per aliquid sui, nam non differt à partibus per ipsas partes, vel per aliquid partium, neq; differt per aliquid aliud, quia hoc aliud, vel esset modus, vel passio totius, quorum neutrum sufficit ad distinctionem.

Sed contra, nam non potest intelligi vnum distingui ab alio seipso, nisi vel per omnia prædicata, quæ includit, quod dicitur distingui se toto, & esse primo diuisum ab alio; vel per aliquod prædicatum, quod se includit, & p aliud vero conueniat, & hoc non dicitur distingui ab alio se toto, sed differre per differentiam additam. Hoc autem dupliciter potest esse. Primo, quod illud cõe, vtrique sit prædicatum quasi vniuersale, & hanc distinctionem hic nõ quærimus, quia quæstio est de hoc numero composito, an distinguatur ab hac numero materia, & forma, deinde hæc distinctio semper reducitur ad primo diuersa, quæ se totis distinguuntur. Secundo, quod illud commune sit idem numero in re, quæ dicitur distingui ab alia, & huiusmodi distinctio non potest esse, nisi inter includens, & inclusum, eo quod includẽs præter partes, à quibus distinguitur includat aliud, ratione cuius distinguitur à partibus. 17

Respond. 2. Scotistæ apud Zerb. hanc tertiã entitatem esse formam quandam non constituentem totum, sed denominantem ea ratione, qua tota quidditas abstracte cõcepta ex 5. met. dicitur forma concreti. Est enim tertia entitas effectus totalis materiæ, & formæ. Vnde est pfectior, quam forma partis, quia habet totam perfectionem illius, & aliquid aliud. de huius autem tertiæ entitatis essentia, & quidditate, est quidem materia, & forma causatiuè, non tamen integratiuè, quia tertia entitas vltimatè pcise, idest quantum ad id, quod addit ad materiam, & formam, non integratur ex materia, & forma; ex quo fit, vt materia, & forma non sint causæ constitutiuæ quidditatis. Sed causæ extrinsece quidditatiue tamen, quia non componitur ex illis, sed resultat ex illis, quia compositio fundatur, & est in materia, & forma, & ex horum compositione resultat tertia entitas, quæ ex sua ratione formali est vna, neque enim hæc vnitas potest illi conuenire formaliter ratione materiæ, & formæ, quia hæ licet causant vnum, non tamen sunt vnum, cum ex suis rationibus formalibus sint diuersa.

ART. IV. Proponuntur aduersariorum argumenta, & soluuntur.

Primo obijc. aduersarij auctoritatem Arist. 1. physic. 17. vbi probat hoc argumento si partes identificarentur cum toto; ergo inter se, Conf. ex 4. phys. 23. vbi partes ait esse in toto. Conf. 2. 5. met. 19. sex non esse bis tria, sed semel sex. & idem 7. met. 6. inquit non esse B, & A, Ba. & 8. met. 15. totum inquit, non esse partium coaceruationem, vt aceruus, sed esse aliquid 18

quid præter partes. Conf.3.2.a.tex.2. diuidit substantiam in corpus, animam, & compositum ex his.

Resp. primo loqui dubitatiue. Resp.2. loqui de partibus singulis seorsim sumptis, nam si quælibet præcisè esset totum, vel totum non adderet aliud, vel additum non esset distinctũ ab illa prima parte. Quare neque concludit argumentum, nam singulæ præcisè inadæquatè identificantur cum tertio, ambæ vero, vt adæquatè identificantur cum tertio, ita etiam simul sumptis non distinguntur à se ipsis, sed sunt idem sibi ipsis. Resp.3. Suar. loqui de partibus vnitis localiter.

BREVIS EXPOSITIO Textus.

SVMMA TERTIA.

CAPVT SECVNDVM.

In quo de Casu, & Fortuna.

tex. 39. IN hoc capite, cum actum sit supra de causis per se, agit de causis per accidens, inter quas præcipuæ sunt casus, & fortuna, de quibus primo recitat opiniones antiquorum: secundo, quid sint. Tertio, in quo differant: Quarto ostendit, in quo genere causæ sint casus, & fortuna.

1. Docet se agere de casu, & fortuna; quia ad physicum pertinent omnes causæ: at casus, & fortuna sunt causæ; dicimus enim multa fieri casu, & fortuna; nam fortuitu dicitur quis inuenire thesaurum.

tex. 40. Circa Fortunam ex antiquis aliqui negarunt esse casum, & fortunam; tum quia nihil fit casu, & fortuna; quia omne quod fit, fit à causa determinata; nam inuentio debitoris in foro præter intentionem, quæ dicitur ob id casualis ab eunte ad emendum, debet esse ab illo, vt determinato à voluntate emendi; & idem in alijs huiusmodi effectis; at fortuna, & casus sunt indeterminata.

tex. 41. Tum 2. quia nullus antiquorum, qui inquisiuerũt de causis generationis, & corruptionis, de fortuna quidquam determinarunt, quia .s. opinabantur nihil esse à fortuna.

tex. 42. Soluit hæc admirans, cur negent, cum sciant multa euenire præter intentionem: quare ad primum Resp. negando omne, quod fit à causa determinata, non esse à fortuna; nã licet fiat à cã determinata respectu vnius effectus, non tamen respectu effectus casualis, & fortuiti, quia est præter intentionem, vt inuentio debitoris est ab eunte ad forum, qui non est causa determinata inuentionis debitoris, sed emptionis panis.

tex. 43. Ad 2 Respond quod illi debebant facere mentionem casus, & fortunæ: quare illi vitio est tribuendum, quod nihil dixerint de his, siue eas putauerint esse, siue non: nam qui negabant, debebãt exprimere, non dari tales causas: & qui ponebãt, sicut aliquando Empedocles, ea vsus est, dicens

A aerem non semper segregari, sed id accidit; nam ait in mundi fabrica (*sæpè alias aliter, sed tunc sic fortè cucurrit, &c.*) & partes animalium plurimas fieri patet à fortuna, vt contingit in animalibus monstruosis.

2. Alij agnouerunt casum, & fortunam in cõpositione Vniuersi ex cęlo, & mundo, vt Democritus apud Arist.1. de partib.c.1. quia illam compositionem attribuit fortuito concursui athomorum in infinita spatia temerè discurrentium; cum tamen animalium stirpium, & aliorum minorum partium huius mundi generationem retulerint in mentem, vel naturam, & alias causas; quia .s. vt inquit Venetus, illarum rerum nescierunt reddere rationem, sicut harum rerum inferiorum. Sed contra, inquit, 1. Arist., esse mirum, quod hæc inferiora non fiunt casu, & fortuito, sed ab intellectu, vel cã B determinata; & superiora, quæ sunt diuiniora, fiant casu, & non habeant causam, qualem habent animalia, &c cum in illis magis cernatur ordo, constantia status, quam in his inferioribus. Quod tex 46 ait, absurdius esse experientia, cum nihil in cęlo videatur esse factum casu, & fortuna, sicut in inferioribus, quæ negat esse à fortuna: quare potius contrarium debuit dici. tex. 44. tex. 45. tex. 46.

3. Alij cum Stoicis putarunt eam esse causam, sed nobis ignotam, tanquam quid diuinum, & felicius Sed hanc opinionem non reijcit, tanquam ridiculam; quare proponit inquirere quid sit. tex. 47.

Et primo ait, fortunam non esse in ijs, quæ semp eodem modo fiunt, vt occasus, & ortus syderum; neque in ijs, quæ plærumque eodem modo fiunt, vt homo actu quinque digitis in pede, & manu; quaC re manet; vt fortuna fit, in ijs quæ sunt præter hæc, vt .s. rarò fiunt quæ dicuntur esse à fortuna: ergo forte aliquid est. tex. 48.

2. Docet, omnia vel fieri ob finem; alia non ita; vt fricatio barbæ; & ex illis, alia fiunt ex consilio, & deliberatione, vt familiæ administratio, &c alia à natura, vt germinatio arborum: hinc ait, in ijs, quæ gratia alicuius fiunt (actu .s. vel potestate), ambo, idest casum, & fortunam inuenire. tex. 49.

Hic ex Them. & Simpl. melius explicat, fortunam, & casum esse in ijs, quæ fiunt propter finem, siue à mente, siue à natura, quando sunt causæ per accidens, idest quando ex ijs sequitur effectus diuersus ab eo, quod intenditur; nam quod tunc sequitur dicitur fortuitus; quia tam causarum, quam D effectuum quidam sunt per se, qui .s. intenduntur, & habent causam definitam, idest quæ habet determinatam ordinem ex modo operandi: alij per accidens, qui sunt præter intentionem, & habent indeterminatam causam, quia tam causæ, quam effectui per se, possunt multa adiungi per accidẽs, vt ædificatori albedo, musica, &c & fossori inuentio Thesauri, viperæ, &c. & ideo causæ per accidẽs dicuntur infinitæ, quia infinita possunt alicui accidere, non quidem infinita positiuè, sed negatiuè, idest non sunt determinata, quę possunt accidere. tex. 50.

Probat casum, & fortunam conuenire, quod sint in ijs, quę fiunt gratia finis, exemplo creditoris scientis, debitorem tunc esse in foro, iret ad forum causa illum inueniendi, & reportandi argentum, huius inuentio, & reportatio pęcuniæ non esset à E casu, & fortuna; at si nesciens ibi esse debitorem, nec intendens ab illo reportare pęcuniam, tũc inuentio, & reportatio esset à casu, & fortuna, cum eo conueniret propter emptionem rerum necessariarum. Deinde probat esse in ijs, quæ non sunt semper, vel frequenter, quia reportatio pęcuniæ hac ratione rarò euenit. tex. 51.

Fortuna non reperitur, nisi in agentibus secundum tex. 52.

dum propositum; nam circa idem est electio, & fortuna; at electio est cum intellectu; quia reportatio pecuniæ à debitore, quam creditor non intendit reperire, nō inuenitur in causis naturalibus, quas vocat *in se ipso causarum*, idest quæ habent in se ipsis principium sui motus. Ex quibus fit, fortunam esse causam per accidens effectus non intēti ab agente per intellectum Ex quo Burlæus infert, eamdē esse causam per se, & per accidens respectu diuersorum effectuum, quorum vnus est intentus, & alius non intentus. Secundo infert, eundem effectum posse esse fortuitum, & per se respectu diuersarum causarum, nam respectu intēdentis est per se, sed fortuitus respectu causæ non intendentis.

tex. 53. Hic incipit 2. pars huius capitis, in qua secundū Venetum explicantur quatuor proprietates fortunæ. Prima, Fortuna est causa indeterminata: Secunda, non est causa per se alicuius effectus: Tertia est in his, quæ sunt extra rationem, idest præter intentionem. Quarta, aliquando est bona, aliquando mala: quæ omnia probantur vsque ad tex. 56. At secundum Burlæum hic incipit explicare, quid veritatis contineant opiniones Antiquorum: primo, quomodo sit immanifesta humano intellectui; quia est infinita; infinitum autem, vt sic, est ignotum: secundo, quod nihil fit à fortuna, vt prima opinio, quia quod est à fortuna, est secundum accidens;

tex. 54. Hoc autem est esse secundum quid; quare simpliciter nullius est causa tex 54. vt ædificator est causa Domus; at musicus non ita, quia .s. musica nihil influit in domum; & hæc quæ sunt coniuncta cum ædificatore, quæ dicuntur causæ per accidēs, sunt infinitæ, cum veniente ad recuperandam pecuniam à debitore, potest esse coniunctus finis, qd veniat ad emendum, vendendum, ad prosequendū,

tex. 55. ad fugiendum, ad videndum, &c. Hinc tex. 55. iterum ostendit fortunam esse immanifestam: quia ratio, seu scientia est de ijs, quæ sunt semper, vel plerumque; at fortuna in ijs, quæ rarò; & cum quæ sic sunt, sint indefinita, similiter fortuna erit indefinita, atque adeo incognoscibilis: & quia ad effectum concurrunt causæ propinquæ, & remotæ, statuit casum esse inter causas remotas; v.g. ad sanitatem concurrunt venti, sol, euacuatio humorū, & ablatio capillorum; ex quibus euacuatio est cā proxima; cœtera, causæ remotæ, & ex his capillorum ablatio est causa per accidens remotior: sed aliter Themist. apud Burl.

tex. 56. Denique fortuna bona dicitur, cum euenit aliquod bonum; mala autem, cum euenit malum: at cum bonum est magnum, dicitur eufortuniū, idest prosperitas fortunæ; cum malum est magnum, dicitur infortunium, etiamsi parum absit, quin habeantur; quia quod parum abest, nihil abesse propemodum videtur.

tex. 57. Hinc est 3. pars capitis, in qua ostendit differentiam inter casum, & fortunam. Primo, quia casus ad plura se extendit, quam fortuna; quia omne fortuitum est casuale, non contra; nam fortuna solum reperitur in liberis actionibus, quæ .s. possunt discontingere: at casus etiam in alijs; nam, vt notat Auer.; dupliciter casus accipitur. primo, vt commune ad omne, quod euenit præter intentionem; & sic est communior, quam fortuna. secundo, vt casus est tantum in naturalibus, & fortuna in voluntarijs; & sic non est communior.

tex. 58. Hinc infert, fortunam esse in agendis, idest in actionibus voluntarijs, quia in his tantum reperitur bonitas fortunæ, &c. quia bona fortuna, vel est fælicitas, vel propè fælicitatem; hæc autem est bona operatio: quare in quibus non est actio, idest operatio voluntaria, neque est fortuna.

A

2. Quia in rebus inanimatis, vel in bestijs, vel in infantibus non est bona, vel mala fortuna; ergo neque fortuna: at hoc non, nisi quia non agunt ex proposito: quod si aliquando dicuntur fortunata, id est per similitudinem, quomodo Plutarcus dixit lapides, ex quibus fiunt Ara, esse fortunatos, quod honorentur, & contra dici infortunatos, illos, qui his copulantur, idest quibus ascenditur ad altare, quod conculcentur. tex. 59.

Ostendit, casum esse in bestijs, vt equus veniens ex consuetudine domum, dicitur saluatus casu ab inimicis. Secundo, in rebus inanimatis, vt Tripoda, seu scamnum casu cecidit super pedes suos, vt aptum sit ad sessionem; quia non cecidit ob hanc causam. tex. 60.

B

Hinc tex. 61. colligit differentiam inter casum, & fortunam, & conuenientiam: quod sint circa ea, quæ fiunt propter finē; nā ex tex. 62. frustra fortuna, & casus sūt circa idē; at frustra dicitur circa illud, quod respicit finem non cōsequutum, vt patet: Probat aūt tex. 63. casū, & fortunā frustra esse circa idem ex nomine; nam ἀυτόματον, quod latinis est casus, deducitur ἀπὸ τοῦ μάτην, quod est frustra; at frustra dicitur actio facta propter aliū finē, non tamen obtentum; vnde quod fit à casu, natum est fieri ab alio, vt casus lapidis cecidit quidem, sed non percutiendi causa; qui tamen casus poterat esse ab alio percutiendi causa. Dices: cum quis vadit ad forum ad emendum, & ibi inuenit debitorem, & accipit pecuniam, ibi habetur effectus intentus; ergo casus est simul cum effectu intento. tex. 61. tex. 62. tex. 63.

C

Resp. Auer. casum acceptum cōmuniter, quatenus coincidit cum fortuna, posse esse simul cum effectu intento; at non sic, quando accipitur propriè, vt species distincta à fortuna; quia nunquam effectus euenit eo modo, quo intenditur; alioqui non esset monstrum; nam casus hoc modo acceptus, est in naturalibus.

Concludit differentiam casus, & fortunæ magis cognosci in naturalibus, quam quæ sunt ab anima; & hoc quando fit aliquid præter naturam, vt homo habens sex digitos, non dicitur à fortuna, sed magis dicitur ab eo, quod est frustra, idest casu: secundo, quia euentus fortuitus est à causa extrinseca; casualis vero ab interna. tex. 64.

Ex hoc incipit 4. pars, in qua probat, ad quod genus causæ pertineat casus, & fortuna; primò, docet pertinere ad causam efficientem; nam adiūguntur causæ naturali, vel voluntariæ, vt patet ex dictis. Secundo, tex 66. probat casum, & fortunam esse posteriores intellectu, & natura; quia omne quod est secundum accidēs, est posterius eo, quod est per se; quia causæ per accidens dicuntur, quia accidunt causis per se, vt Sortes albus est posterior Sorte; & .l. vt notat Burl. idē sit causa per se vnius effectus, & per accidens alterius; tamen formaliter eadem causa est prior respectu effectus per se, quam effectus per accidens: sed casus, & fortuna sunt causæ per accidēs, vt dictū est; ergo, &c. Hinc tex. 67. infert contra Democritum, cœlum, & superiora non esse à casu, quia haberent aliquid prius se; quia intellectus, vel natura prius debuissent intendere alium effectum, ex quo effectus fortuitus, & casualis euenerit. tex. 65. tex. 66. tex. 67.

D

E

In hoc textu ponitur quinta pars, in qua primo epilogat, & probat quatuor esse genera causarum. Secundo, tex 69. Ad physicum pertinere omnes quatuor causas; nam cognoscit materiam, atque adeo formam ad quam materia refertur; at forma non est in materia, nisi ex vi efficientis. & hoc non operatur, nisi propter finem; ergo cognoscit omnes tex. 68. tex. 69.

tex. 70. nes quatuor causas. Deinde tex. 70. docet finem, formam, & efficiens aliquando coincidere in idem, sed cum discrimine; nam finis. s. generationis, & forma coincidunt in idem numero; at forma, & finis cum efficiente in idem specie; nam forma generantis, & geniti sunt idem specie, vt homo hominem generat. Ex quo colligitur, materiã, cum non coincidat, cum alijs causis, non habere vim efficiendi, quod verum est ex Burl. de materia prima, vel de materia alterationis respectu alterãtis; quia nihil se ipsum primò alterat, vt scilicet totum se totum; nam in motu locali, & in spiritualibus actionibus pôt materia coincidere cum efficiente; quia ex Auer. 2. cœl. 13. id, quod habet actionem in se, spirituale est, de qua re nos alibi.

tex. 71. Tertio docet non omne efficiens pertinere ad physicum, sed illud, quod motum, mouet; non autẽ mouens immobile. s. secundum eius quidditatem, quoniam non habet in se principium motus, idest naturam, sed considerat secundum ea, per quæ est principium motus extrinseci, vt quod existat, & sit infatigabilis, de qua re in 8. phy. dicemus.

tex. 72. tex. 73. Deinde probat physicum considerare quatuor causas, quia considerat generationes rerum, quæ requirunt quatuor causas. Et tex. 73. soluit dubitationem quamdam de eo, quod principium immobile negat pertinere ad physicum, cum natura sua moueat, & resp. duplex esse principium mouẽs, vnum, quod in se habet principium. s. passiuum motus, & hoc pertinet ad physicum; at vero quod licet naturali vi moueat, sed nõ habet principium passiuum motus, non pertinet ad physicum, vt est primus tex. 74. motor. Cum tex. 74. soluit dubitationem de fine, qui est immobilis. Resp. cum physicus cognoscit generationem, quę est alicuius gratia, debet cognoscere finem, qui cum sit idem cum forma, non est omnino immobilis, sicut primus motor omnino immobilis. Ex his secundum aliquos infert Arist. physicũ demonstrare suas conclusiones per omne genus causæ; & primo ostendit, quomodo demonstret ex causis prioribus secundum esse, ex quibus sequitur effectus, semper, vel plurimum. i. materia & efficiente secundum Burl. quia vi generationis sunt priores; & forma, & finis posteriores. Deinde ostẽdit demonstrandum ex causis posterioribus. i. forma, quam vocat *Quo quid erat esse*, nam quia forma est talis, ideo talia debent esse præcedentia; & quia dignius est, sic esse secundum finem, ideo debent esse talia media ad finem; ex fine autem non colligitur dignius simpliciter, sed secundum vniuscuiusque substantiam; quia. s. natura semper facit, quod melius est, non simpliciter, sed vt requirit vniuscuiusque natura.

Difficultates Textuales in Cap. 2.

SVMMAE TERTIAE.

PRima difficultas. An physica sit de casu, & fortuna. Negabãt antiqui; quia de ente per accidens nõ est scientia; at casus, & fortuna sunt causæ per accidẽs. Cõfir. quia cõsiderare, quis sit bene, vel malè fortunatus pertinet ad Astronomicã. Cõf. 2. quia si pertinerẽt ad physicam, essent per se causæ effectus fortuiti: sed nõ sunt causæ illius; quia hic est à causa per se; nã dum quis fodiens, inuenit fortuitum thesaurũ, hæc inuentio est à causa per se fodiente.

A *Cõtrarium docet hic Arist. quia rectum, & obliquum pertinent ad eamdem; vnde ad primũ resp. ens per accidens dupliciter cõsiderari; primo in actu exercito; & sic non est obiectũ sciẽtiæ: secũdo in actu signato; & sic de eo est scientia; nam sicut scientia est de corruptibilibus nõ per propositiones contingentes; sed necessarias; ita de ijs, quæ sunt per accidens, nõ per præmissas per accidens, sed quæ per se; sicut de sophistico est scientia, non per syllogismum sophisticũ, sed verum. Resp. 2. Ventius, quod sicut de singularibus non est scientia, vt singularia, sed vt habent cõceptum communẽ, ita de ijs, quæ sunt per accidẽs tractatur in communi, vt coniunguntur cum ijs, quæ sunt per se.*

B *Ad conf. resp. fortunam posse accipi dupliciter; primo vt causa per accidens modo explicato, & sic pertinet ad Physicã: secundo impropriè, vt significat fatũ. s. dispositionem causarũ cœlestium significatiuã boni, vel mali in sphæra actiuorum, & passiuorũ; & sic pertinent ad Astronomicum; & ita explicari possunt antiqui, dum in cœlo tantum ponunt fortunam. i. fatum; quia præcipuè hæc inferiora dependent ab influxu cœlorum, iuxta explicationem infra tradendam, et fusius in libris de cœlo.*

Ad secundã cõfir. causa per accidẽs dicitur, quia causat per aliud; & quia in his nõ potest procedi in infinitum, debet deueniri ad causam C *per se; quia igitur eadem numero est causa duorum effectuũ, vnius per se. s. ex intentione, & alterius per accidens. i. præter intentionem; ideo nõ tollitur fortuna, & casus ex eo, quod effectus fortuit⁹ sit à causa per se, quia illa nõ est causa per se, sed per accidens respectu effectus fortuiti.*

Secunda Difficultas: Cur Arist. disputet in physicis contra antiquos negantes casum, & fortunã in inferioribus, & ponẽtes in superioribus.

Resp. Auer. com. 46. hoc nõ pertinere propriè ad physicum; sed sicut disputat in physicis cõtra Parmenidem, & Melyssum, dicẽtes ens esse vnum, D *non purè physicè, sed metaphysicè, vel vtraque ratione; ita hic nõ purè physicè, sed metaphysicè, vel mixtim: vnde metaphy. prob. quia vt vna domus ad vnum Patrem, ita vniuersum ad vnum dominum, sed non datur licentia liberis inordinatè seruiendo; ergo neque in vniuerso, cœlestia, quæ se habent vt liberi, permittuntur habere aliquid inordinatum, cuiusmodi est casus, & fortuna: Secũdo mixtim, motus cœli fit à virtute nõ organica, & caret cõtrario; ergo est absque alia inordinatione. Confirm. ex maiori perfectione superiorum, quam inferiorum, & ex ordine, quem cœlestia largiũtur animalibus, & plantis, hæ enim rationes non sunt purè naturales.*

E *Resp. primo physicum posse disputare contra antiquos negantes casum, & fortunam in inferioribus ex propria ratione, scilicet ex modo, quo causæ inferiores agunt propter finem, vt patet ex dictis. Secundo posse etiam probare, iniuria poni in cœlo, & non in inferioribus ex*

ratione motus, & propria virtute agendis nam sicut antiqui ponebant in cœlis fortunam, ex dispositione illorum respectu effectuum inferiorum, quam dispositionem vocabant fortunam, .i. fatū, ita ex eadem dispositione, & influxu potest probari, non esse ibi fortunam, & casum .i. effectum præter intentionem. Tertio posse idem probari ratione metaphysica, & mixta, vt dicebat Auer.

3. Difficultas: Cur Arist. non reprobat opinionem antiquorum dicentium, fortunam esse causam ignotam humano intellectui. Respond. Auer. com. 47. & Venetus. Primo, quia est opinio valde irrationabilis, tum quia ponit aliquam causam esse naturaliter, & non esse notā humano intellectui in tota latitudine illorum, si non in tempore finito, saltem infinito, & licet nullus intellectus sciuerit omnes causas rerum, tamen omnes homines sciuerunt omnes causas: Tum, quia minus extollebat fortunam dando illi diuinitatem, & minus deprimebat intellectum. Secūdo: quia eius confutatio satis patere poterat ex dicendis de definitione fortunæ, & casus; nam inde patet esse manifestam.

4. Difficultas: Quomodo causa per accidēs distinguatur ab ea, quæ agit casu. Resp. Auer. tex. 50 & Venetus com. 95. Notandum *duplicem esse causam per accidens: vnam, quæ nihil influit in effectum, vt musica, quæ est in ædificatore, cū domus ædificatur, sed dicitur causa, quatenus coniungitur cum causa per se; & hæc distinguitur à causa casuali. Alteram, quæ vt sic operatur sed nō operatur intentum effectū, vt de creditore eunte ad forum ad emptionem, cum recipit pecuniam à debitore; & hæc causa per accidens dicitur casualis: vnde not. causam per accidens esse quadruplicem; prima est remouens prohibens; Secunda quæ applicat actiua passiuis, vt medicus præparans medicinam; tertia, quæ causat effectum non intentū, vt casualis, & fortuita; quarta, quæ secundum quod huiusmodi nihil operatur, vt dictum est.*

5. Difficultas: An casus, & fortuna sint in ijs, quæ sunt æqualiter ad vtrumque.

Prima opinio est affirmatiua; quia ex Arist. & Auer. sunt extra, semper, & frequenter. Secundo, quia receptio pecuniæ à creditore eunte ad exigendam illam à suo debitore non est semper, neque frequenter; imo raro, & tamen non est fortuita, vel casualis. Ita Auicen. apud Venetum tex. 99. Notandum. *Confirm. quia Sortem lucrari est cōtingens, qualiter est, & tamen dicimus illum lucrari à fortuna, sic ignem cōburere pannos pauperis est contingens æqualis, cum non sit maior determinatio ad euentum, quam ad oppositum, & tamen ea cōbustio est casualis.*

Secunda opinio Themistij negatiua; quia moueri, & quiescere sunt cōtingentia ad vtrūlibet respectu potentiæ motiuæ; & tamen nemo dicet, quod casu mouet, vel quiescit. Sed ad hoc Auicen. Resp. idem posse esse necessarium, vel possibile frequenter respectu vnius potentiæ, & casuale respectu alterius; vt ambulare est casuale respectu potentiæ motiuæ indifferentis ad motum, & quietem; & frequens re- **A** *spectu appetitus, quia ad appetitum ambulandi, semper, vel frequens sequitur ambulatio. Sed contra, inquit, Auer. com. 48. nam respectu potentiæ productiuæ non datur contingens æquale; ergo neque casus, & fortuna reperiūtur in contingentibus ad vtrumlibet; quia casus, & fortuna reperiuntur solum in potentia actiua. Antecedens probatur, nam potentia motiua, vel est determinata per appetitum, & non est indifferens: vel non est determinata; & tunc vel non agit, & est otiosa; vel agit; & tunc ageret simul vtrumque oppositum; quia non est ratio magis de vno, quam de alio: Nec* **B** *est eadem ratio de passiua, quia hæc determinatur ad receptionem ab agente dante illi formam; & quia potest determinari à duobus agentibus oppositis, scilicet calido, & frigido; ideo est indifferens ad calorem, & frigiditatē; nō quidē simul, sed successiuè; quia cum illa duo opposita nō possint esse simul, sequitur materiā non posse simul reduci ad actum, quoad illa.*

Sed contra ex Burl. quia licet in agente determinato non sit contingens æqualiter, quia determinatio tollit indifferentiam, siue sint ex natura sua determinata, vt ignis ad calefa- **C** *ciendum siue ab intelligentia regulante, vt cœlum ad motum: At in indeterminato est contingens æqualiter, siue sit agens vniuersale, vt cœlum, quod ob suā indeterminationem producit opposita. s. calorem, & frigiditatem, ad quæ determinatur ab agentibus particularibus; nā cum vno producit frigiditatem, & cum alio calorem; sicut materia prima ex se indeterminata ad opposita determinatur ab agente modo ad vnum: modo ad aliud siue sit agens particulare, & potentia motiua, quæ determinatur ab appetitu ad motum, vel quietem, & appetitus ex se indifferens determinatur ab hoc, vel illo obiecto ad fugam, vel prosequutionem.*

D *Confir. quia ex Arist. 9. met. tex. 1. potentiæ rationales sunt ad opposita, idest æqualiter propter libertatem voluntatis.*

Confir. 2. quia causa, & effectus opponūtur relatiuè; ergo quot modis dicitur vnum, dicitur & reliquū: sed effectus dicuntur quatuor modis; nam aliquis est necessarius, aliquis contingens vt plurimū, aliquis raro, aliquis æqualiter; ergo etiam causa: quare datur effectus æqualis respectu suæ causæ, etiamsi hæc sit ab alia determinata: quod non est intelligendum, quasi agens determinatum, sit ex se ipso natū producere effectus contrarias æqualiter, & indifferenter; nam hoc repugnat; sed quia à potentia actiua prouenit effectus, qui ex natura **E** *sua nō est magis aptus euenire, quā nō euenire.*

Mihi placet 2. opinio; nā effectus tūc dicitur casualis, vel fortuitus, quādo euenit præter intentionē agētis formalē, vel naturalē, vel interpetratiuā: sed effectus, qui euenit sēper, vel frequenter, vel æqualiter, nō est præter intentionem agētis virtualē, vel interpetratiuā, licet sit præter intētione formalē; nā effectus, qui ex actione sequitur illis modis imputatur agēti; nō sic aūt effect⁹, qui raro euenit; Et ideo hic est casualis, vel fortuitus, nō autem ille. Con-

Confir. quia inueniri debitorem ab emptore in foro, non dicitur casuale, & reportatio pecuniæ dicitur casualis; quia illa non est raro, hæc autem raro, etiamsi vtrumque sit præter intentionem. Et ex his patet ad fundamentum Auicennæ; nam Arist. ibi per esse extra, semper, & frequenter, describit id, quod raro euenit; quod enim euenit æqualiter, dicitur frequenter euenire: Deinde etiamsi dicat casuale esse extra, semper, & frequenter; non tamen, quod omne extra, semper, & frequenter sit casuale. Ad secundum resp. ad effectum casualem duo requiruntur; primo, vt sit raro; secundo, vt sit præter intentionem; vnde receptio pecuniæ à debitore intenta non est casualis, licet sit raro. Et hinc ad Confir. quia ludens, cum habeat intentionẽ lucrandi, non dicitur casualiter lucrari, sed dicitur benè fortunatus, vel male in ludo, accipiendo fortunam, pro bona, vel mala inclinatione, vt alibi. Neque combustio pannorum pauperis secundum se est casualis igni, quia est determinatus ad comburendum; sed quod combustio cadat supra talem materiam dicitur casualis, quando applicans non intendit illorum combustionẽ; quod si nõ intendit, dicitur casualis; quia raro euenit in tali loco esse pannos pauperis, qui comburuntur: quod si ibi essent frequenter, & æqualiter, tunc non esset casualis, quia interpetratiuè intenderetur combustio illorum.

6. Difficultas: An idem effectus possit esse per se respectu vnius, & casualis respectu alterius.

Resp. Burl. tex. 52. affirmatiuè; nam solutio pecuniæ respectu creditoris euntis ad forum sine intentione recuperandi est casualis; at respectu debitoris euntis ad forum cum intentione soluendi est per se. Ex quo deducunt effectũ casualem, vel fortuitum, non esse quid absolutum, sed respectiuum. At difficultas est, quando neutra causa intendit effectum s inuentionẽ debitoris in foro, an ille effectus, qui est casualis respectu singulorum diuisim, sit casualis respectu vtriusque simul. Affirmat Burl. quia ille effectus est per se à concursu talium causarum; nam ex hoc, quod tam debitor, quam creditor vadit ad forum, necessario, vel frequenter inuenitũ debitor. At alij negant, primo, quia ex duabus causis per accidens non potest fieri vna per se; sicut neq; ex duabus propositionibus per accidens fieri vna per se: Vnde Arist. dicit Policletus statuarius esse causam per accidens, etiam si ly, statuarius, sit per se: ergo si ex vna per se, & altera per accidens non fit vna per se; multo minus fiet ex duabus per accidens.

Confir. quia causa per se, est finita, & determinata: at per accidens est infinita, & indeterminata ex Arist. sed inuentio illa debitoris potest esse ab infinitis alijs causis, & non ab illis, vtpote si varientur intentiones euntium ob varios fines in infinitum; nam itur ad forum causa emendi, visitandi amicos, ludendi, &c.

Confir. effectus est casualis respectu omnium, à quibus non intenditur: sed ille effectus nec à causis diuisim, nec cõiunctim intenditur; ergo.

Venetus text. 52. affirmat, respectu singularum diuisim, esse casualem, & per accidens; at respectu illarum coniunctim, esse per accidens, sed non casualem. Prima pars probatur ex dictis in secunda opinione. Secunda pars probatur ex dictis pro Burlæo; quia respectu illarũ coniunctim consurgit illa intentio semper, vel frequenter. Vnde ego dico ex hac frequentia dici, ibi adesse intentionem interpetratiuam, vt patet.

7. Difficultas: De definitione fortunæ, quod sit causa per accidens in ijs, quæ sunt voluntariè, & in ijs, quæ sunt propter aliquid, & extra semper, & frequenter. Primo dicitur (causa per accidens) vt distinguitur à causa per se, & essentiali. Secundo (in ijs, quæ sunt voluntariè) vt distinguatur à casu; nam fortuna est in agẽte ex proposito, cum casus sit in agentibus sine ratione. Tertio dicitur (in ijs) vt distinguatur ab actionibus otiosis, vt fricatio barbæ & cæt. Quarto (quæ sunt extra) vt significet esse raro. Ex qua definitione patet definitio casus; nam tota conuenit casui: præcisa illa particula (in ijs, quæ sunt voluntariè.)

Sed contra primo, quodlibet agens intellectuale est causa per se; quia agens intellectuale, & secundum propositum sunt idem: sed fortuna est agens intellectuale, vt patet; quia circa idem est fortuna, & intellectus; & quia per hoc distinguitur à casu; ergo est causa per se. Cõfir. quia ly causa prædicatur essentialiter de fortuna, cum sit de definitione illius; ergo non conuenit per accidens; ergo non est causa per accidens. Resp. aliqui, concedendo esse per se, & per accidens respectu diuersorum. Sed contra, quia fortuna, vt sic non est respectu effectus intenti, sed non intenti. Resp. secundo, fortunam esse agens intellectuale: sed non omne tale attingit effectum intentum: quare licet agat secundum propositum via intentionis; tamẽ via executionis, non attingit propositum finẽ, quia agens, quod est fortuna; est habens propositum, sed nõ agit secundum propositum; quia formaliter dicitur respectu effectus non intenti. Ad confirmationem licet esse causam per accidens conueniat per se fortunæ; tamen illi non conuenit esse causam per se; nam ly (per se) vt determinat ly causa, negatur de fortuna; at afficit, & determinat ly esse, seu compositionem, vel ly fortuna, & tũc conceditur; quia fortuna per se est causa, non tamen est causa habens perseitatem, sed accidentalitatem.

Secundo obijc. Effectus fortuitus dicitur, qui non est intentus: ergo fortuna non est in ijs, quæ sunt propter aliquid. Resp. negando consequentiam, quia licet effectus intentus non sit fortuitus, tamen causa, quæ dicitur fortuna, semper intendit aliquem effectum, licet non illum, qui euenit fortuito; quia fortuna, vt sic, non intendit finem.

Tertio, quia frustra additur ly extra, semper, & frequenter. Respon. non frustra; quia per illa signatur effectum non esse intẽtum, eo, quod rarò accidat coniungi cum illa causa, vel effectu intento; neque per illa verba significatur idem,

*idem,ac per illa verba,*per accidens,*quia illuminatio domus respectu aperientis fenestram est per accidens;& tamen non est extra semper & cæt.& aliquid est extra,semper, &c. quod non est per accidens, vt eclypsis Solis: vnde per ly,* semper, *intelligitur causa, vel effectus necessarius; per ly,*frequenter,*comprahenditur effectus contingens ex vi illius causæ in maiori parte;per ly,* extra,semper, &c. *explicatur contingens,raro,& æqualiter. At Venetus per ly,*frequenter,*ait,explicari effectum,tam æqualiter,quam pro maiori parte;nam non solum docet frequenter hominem canescere,sed etiam ambulare,currere,& sedere: quæ sunt contingentia æqualiter;sicut canescere est frequenter senis.At per* extra,semper,&c.*intelligi effectum raro contingentem,& mihi placet.*

Quarto obijc. Hæc definitio conuenit alijs; nam musicus est causa per accidens domus,extra,semper, & frequenter secundum propositum eorum,quæ sunt propter aliquid, & tamẽ non est fortuna; quia ab illo non prouenit aliquis effectus non intentus.Maior patet ex Arist.quod sit causa per accidens: Sed quod sit raro probatur; quia raro domificatur est musicus; & quia omnis musicus est agens voluntarium propter finem; ideo illi cõuenit vltima particula. Confirm. ex intelligentia orbis Lunæ,quæ est causa similiter per accidens eclypsis;& tamen non est fortuna; quia in cœlo ex Arist.non est casus, & fortuna. Resp. causam per accidens dupliciter dici,vnam,quæ coniungitur causæ per se,quæ nihil operatur ad effectum;& sic est musicus respectu domus:Secundo,vt refertur ad effectum non intentum,& sic fortuna dicitur causa per accidens. Ad confir. primo intelligentiam esse causam per accidens; quia neque vt remouens prohibens,neq; vt applicans,nec vt causa coniuncta causæ per se, nec agens effectum non intentum;neque est causa per se,cum non minus eclypsetur Luna sine, quam cum motore: imo eclypsis non habet causam nisi tantum per se .s. interpositionẽ terræ; nam effectus per accidens potest esse ab infinitis causis ex Arist. Resp.secundo non esse causam per accidens,sed per se,quia præcognoscit eclypsim futuram,licet illam non intendat primario,sed secundario.

5.Obijc. quia non apparet,qua ratione fortuna dicatur causa per accidens. Resp. Aegid. causam per accidens dupliciter dici. Primo in ratione causæ,quæ,vt sic,nihil operatur ad effectum,vt dicitur de musica ad ædificationem domus: Secundo in ratione effectus, quæ causa,vt sic,producit aliquem effectum, ad quem sequitur effectus,qui non attingitur; vt aperiens fenestram dicitur causa per accidens illuminationis,quæ sequitur ad apertionem; & sic fortuna dicitur causa per accidens,quia per se agit aliquem effectum, ad quem sequitur effectus non intentus,ratione cuius dicitur fortuna,vt vadens ad forum est causa per se itineris,ad quod sequitur inuentio debitoris. Vnde Arist.tex.55.ait,depilationem capillorum non esse fortunam respectu sanitatis,quia nullum habet effectum;ventus autem,& sol sunt, quia A *habent aliquem effectum. Sed obijcit Venetus, nam fortuna,vt sic,nullum habet effectum præter fortuitum,nã fortuna non facit ambulationem,nec alium effectum intentum ab eunte in forum,vnde vadens in forum non est fortuna ante inuentionem debitoris. Ideo ipse resp. præter has causas per accidens dari tertiam, quæ est in ratione causæ, & ratione effectus, quæ agit solum ad effectum non intentum: nã effectus,qui causatur per se ab eunte in forum, causatur per accidens à fortuna, tanquam coniuncta causæ per se: quod si causa nihil operatur per se,nec fortuna aliquid operatur,nisi effectum fortuitum,vt dicitur de monstro.*

8.Difficultas: Qua ratione tex. 57. dicatur B *fortuna non reperiri, nisi in quibus contingit simpliciter bene esse. Resp. Venetus illud dicit simpliciter bene esse, quo non inuenitur melius in tota latitudine entis,cuiusmodi sunt entia voluntaria: quare homo licet secundum speciem non sit omnium entium perfectissimus:tamen vt intelligens,& volẽs, nihil est eo perfectius,cum nihil sit perfectius volente,& intelligente.Dices: hinc sequi,in pueris esse casum, & fortunam,contra Arist. quia in illis est intellectus,& voluntas.Resp.hæc in illis esse,sed non esse operationem secundum intellectum,& voluntatem;quia non operantur cum deliberatione,& ex proposito.*

C *9.Difficultas:An in naturalibus sit casualitas ex parte effectus,& non causæ. Respond. Burlæus,casualitatem tripliciter contingere; Primo ex parte causæ tantum, vt ignis Sortis dicitur comburere hoc combustibile; quia licet non accidat cõbustibili comburi ab igne applicato,tamen accidit igni,qui sit Sortis.Secundo ex parte effectus tantũ, vt ex Auic. cũ dicitur ignis cõburi pannos pauperis,quia non accidit igni cõburere passum applicatũ; sed quia accidit cõbustibili,vt sit pãnus pauperis.Tertio ex parte vtriusq; vt si creditor, & debitor vadãt ad forũ ob aliã causam, quã vt se inueniant, & soluatur debitũ; causa autẽ naturalis põt a-* D *gere casualiter,sed illa casualitas est ex parte effectus,nõ causæ,quia nõ accidit igni cõburere, sed accidit combustibili esse pannos pauperis, Sed hæc exẽpla nõ placent Veneto;tũ quia licet accidat igni,ꝙ sit Sortis,et cõbustibili,quod sit pauperis,tñ huiusmodi accidẽtalitas nõ facit casum,quia est contingens ad vtrũlibet,in quo nõ est casus: Tum quia Bruta sunt agentia naturalia;& tamen equus recedens ab hostibus casualiter,saluatur: Tum quia non apparet,quo modo in naturalibus possit esse causalitas ex parte effectus,& non causæ.*

E *Hinc Venetus explicat primo causalitatẽ ex parte causæ tantũ,vt cũ ignis descendens comburit,cui,licet nõ sit casuale cõburere;est tamen casuale descendere; Secũdo ex parte effectus,vt cœlũ tẽpore æstiuo infrigidat;nam licet cœlo nõ sit casuale infrigidare; attamen est,infrigidare tẽpore æstiuo.Tertio ex parte vtriusq; vt cũ ignis Sortis comburit ligna Platonis.dato quod Sortes raro habeat ignem,& Plato ligna.*

10.Diffi-

10. *Difficultas: An effectus, qui est casualis, sit natus euenire ab alia causa per se. Resp. Burl. casum propriè non posse, quia ex Auer. 8. phys. 46. nulla species eadem potest esse à casu, & à natura, sed casum communiter, vt conuenit fortunæ, sic posse: vt inuētio debitoris, quæ prouenit à voluntate emendi, potest esse per se à voluntate inueniendi debitorem. Sed contra, inquit Venetus, nam salus equi recedentis ab hoste causa, comedendi, est casualis; & tamen potest esse à causa per se, vt si equus timens hostem de medio prælij fugit. Et ad Auer. resp. nullam speciem per se esse à casu, & à natura, nam per accidens potest, vt patet ex mõstro, quod est casu, & à natura; vnde aliquis effectus casualis potest esse à causa per se.*

11. *Difficultas: An casus, & frustra sint vnum, & idem Resp. tex. 63. esse idem, vel p ope idem; quia conueniunt ratione finis; quia respectu cuiuscumque potest esse vanum, respectu eiusdem potest esse casus, & contra. Differunt vero; quia frustra dicitur, quatenus non attingit finē intentum; casus vero, quatenus attingit quidem finem, sed nō intentum: nam in aliqua actione aliquando concurrit casus, & vanum; vt si quis iret ad forum causa emendi cibum, & non inueniendi debitorē, tunc si inueniretur debitor, & non emeretur cibus, ibi esset casus, & frustra: at in aliqua est casus, & non frustra, vt in exemplo posito, si emeretur cibus, & inueniretur debitor; aliquando est vanum, & non casus, vt si non inueniretur debitor, & emeretur cibus; at quando emeretur cibus, & non inueniretur debitor, nec esset vanum, nec casus.*

12. *Difficultas: An casus possit esse vbi euenit effectus intentus. Resp. Burl. non posse, quando est casus propriè dictus; secus autem si sit casus communiter. Prima pars patet; quia ibi est inducta forma eo modo, quo intenditur, atque adeo nihil accidit casuale. Secunda patet ex eunte ad emendum, vbi inuenit debitorem, ibi est casus cum effectu intento. Sed nō placet Veneto, nam salus equi fugientis ad stabulum causa comedendi est casualis, & tamen cum effectu intento; sic stare super pedes suos est casualis effectus tripode, & tamē est cum effectu intento, scilicet quiete in proprio loco, quem licet non intendat, vt est ens artificiale, tamen intendit, vt est graue: sic etiam si lapis cadens deorsum occideret hominem, ibi occisio est casualis cum effectu per se, s. quiete deorsum. Ad fundamentum Burlæi conceditur non esse casum mōstruositatis, vbi adest forma ab agente naturali intenta, sed potest, ibi esse alia ratio casualitatis et in alijs actionib' naturalibus, ut dixi.*

13. *Difficultas: Qua ratione dicatur tex. 64. effectū fortuitum habere causam extrinsecam, sed casualem propriè habere intrinsecam, vt monstruositat. Resp. id prouenire ex eo, quod naturalia habent principium intrinsecum sui motus; non sic autem artificialia; hinc fit, vt naturalia habeant principium intrinsecum suæ causalitatis, vt in embrione est principium intrinsecum, s. superfluitas materiæ, ex quo oritur sextus digitus: at fortuitus effectus, cum sit ab intellectu practico, non intentus ab illo, est ab extrinseco, sicut artificialia, quorum principium est in artifice. Neque tamen hinc sequitur, quamlibet operationem fortuitam prouenientem à natura, habere principium intrinsecum, vt interfectio hominis à lapide cadente, est casualis, & tamen non habet intrinsecum principium suæ causalitatis, sed extrinsecum, scilicet in lapide.*

Dices: sanitas acquisita ab homine ægro currente ad brauium, est effectus fortuitus; & tamen habet causam intrinsecam. Resp Venetus, Arist. intelligere de causa principali effectiua, vel materiali, quam causam non habet sanitas in tali homine, quia forte euenit per viam euantationis; quia non habet effectiuam; nam causa principalis effectiua huius cursus est voluntas, quæ est extrinseca sanitati; & licet illa euantatio sit à motu, tamen est instrumentaliter, non principaliter. Neque ibi est causa materialis, sed potius materia ibi deficit, dum euaporat, quam habeat causalitatem.

14. *Difficultas: Qua ratione casus, & fortuna dicantur causæ efficientes indeterminatæ. Resp. Arist. tex. 65 pertinere ad efficiens, quia non ad materialem, cum effectus fortuitus sit à causa extrinseca, & casualis licet aliquando sit ab intrinseca, adhuc potest esse ab extrinseca: ergo non possunt pertinere ad materialem; atque adeo neque ad formalem, neq; ad finalem, quia sic essent respectu suorum effectuum intentorum; atque adeo effectus non intentus intenderet aliquem finem; ergo sequitur pertinere ad efficiens.*

Dices: Est indeterminata; at indeterminatio est proprium materiæ. Resp. indeterminationem materiæ esse respectu formæ; at efficiētis respectu finis, à quo determinatur; atq; adeo est indeterminatio diuersæ rationis.

Dices 2. In conceptu casus includitur natura; & in conceptu fortunæ intellectus, quæ non sunt formæ. Resp. includi vt aliquid extrinsecum, à quo sunt effectiuè, & non vt sunt causæ vel effectus formales illorum.

Dices 3. Sicut casus non potest esse sine efficiēte, ita neque, sine fine. Resp. finem requiri, vt conditionem, sine qua non concomitanter; quia agens non efficeret effectum casualem, nisi intēderet finem; vnde inuentio debitoris materialiter est à fine, sed formaliter, idest vt casualis non ita; quia præter intentionem; & ideo dicitur esse ab agente indeterminato, nam finis est determinatio agentis. Resp. 2. casus, & fortuna sunt causæ indeterminatæ; quia agens non determinatur, nisi per finem, vt materia per formam, sed hi effectus non respiciunt agens, vt determinatum; quia sunt præter intentionem illius.

Dices 4. ex textu 65. omnis casus, & fortuna, vel est natura, vel intellectus: sed hæ sunt causæ determinatæ; nam natura est principiū motus, & artifex operans per intellectum similiter. Confir. quia omne agens propter finem est

determinatum, sic est casus, & fortuna; quia casus, & fortuna non est, nisi in agente intendente finem, vt dictum est.

Resp. Venetus negando consequentiam, cum ex vna propositione per se, & altera per accidens nõ sequatur cõclusio per se; nam ibi sunt quatuor termini, scilicet natura, & intellectus, in minori supponant simpliciter, & in maiori personaliter; nam maior deberet esse hæc: Casus, & fortuna est per se intellectus, & natura; cum accidat casui, & fortunæ esse intellectum, & naturam. Ad confir. resp. negando minorem, quia casus, & fortuna formaliter non sunt agẽtia propter finem, sed materialiter; nam ipsa sunt agentia propter finem intentum; at huiusmodi effectus potest prouenire ab infinitis finibus; & licet sint ab agente determinabili per finem materialiter, non tamen formaliter, idest vt habet rationem causæ casualis, & fortuitæ.

15. Difficultas: Quomodo tex. 66. casus, & fortuna dicuntur posteriora natura, & intellectu, cum dicantur esse natura, & intellectus. Resp. Aegid. vtrumque verum sub diuersa ratione, sub qua idem est posterius se ipso. Sed contra, inquit Venetus, quia sequeretur idem esse causam sui ipsius. Resp. 2. Burl. formaliter esse posteriora, quia ea, quæ sunt per accidens, sunt posteriora ijs, quæ sunt per se; at materialiter sunt idem, quia id, cui accidit casus, & fortuna, est ipsa natura, & intellectus: vnde de rigore falsum est, id quod est per accidens, esse posterius eo, quod est per se: nam idem est causa per se vnius, & per accidens alterius; sed debet intelligi propositio secundum rationem causa, eo quod prius causet effectum per se, quã effectum per accidens. At Venetus putat illã de rigore esse veram; quia vera formaliter; at constat id, quod est per accidens, vt sic, esse posterius eo, quod est per se; quia illud est prius, à quo non conuertitur subsistendi consequentia; sed sequitur: (Datur casus, & fortuna, ergo natura, & intellectus) non tamen contra. Neque hinc sequitur idem esse se ipso posterius; sicut ex hac: Sortes albus est posterior Sorte, *non sequitur,* ergo Sortes est posterior Sorte; *nam ly (posterius) est adiectiuum, & aliud significat respectu vnius substantiui, in antecedente, & aliud in consequente; quia omne adiectiuum, cum significet per dependentiam ad suũ substantiuum, variatur secundum significationem, sicut variatur substantiuum.*

16. Difficultas: An in mundo in superiori sit casus, & fortuna. Negat Arist. tex. 67. quia ex opposito sequuntur tria absurda: Primum, quod intellectus, & natura essent priores causa, quam cælum: secundum, quod causæ multorum aliorum sunt causæ causarum cæli: tertium, quod causæ mundi inferioris sunt causæ mundi superioris, vt fusè Venetus, Burleus, & alij explicant Arist.

Dices: Mundus superior est per se causa inferioris: ergo si in superiori nihil est casuale, sequitur in inferiori omnia euenire de necessitate, atque adeo, nihil esse casuale.

Resp. ex doctrina Theologorum nihil esse in
A *mundo, siue superiori, siue inferiori necessariũ, vel casuale simpliciter; quia omnia pendent à Deo, qui illa etiam ex præcognitione, & liberè producit: quare casus, & fortuna solum datur respectu causarum secundarum.*

Respond. secundo ex Aristot. In mundo superiori omnia necessario euenire, & nihil esse casuale; sed in mundo inferiori aliqua necessario, aliqua contingenter: ex his aliqua casu, vel fortuito eueniunt; & licet inferiora per se pendeant à mundo superiori, non tamen sequitur, omnia inferiora esse necessariò; nam possunt inferiora impediri & se mutuo, & à causis vniuersalibus, quia non requiritur tanta necessitas in effectu, quanta est in causa; nã
B *Deus habet necessitatem essendi, non tamen effectus; sicut non requiritur æqualis simplicitas, & vniformitas, vt patet.*

TRACTATIO
DVODECIMA.
De Causa efficiente.

C *DE hac Alb. Mag 2. phys. c. 3. Bonettus c. 1. Simon Portius de rerum naturali principijs lib. 2. c. 4. Venetus in sum. Philosophiæ naturalis c. 8. Saxo. 2. phy. q. 10. Perer. lib. 8. c. 2. Conimb. 2. phys. c. 7. q. 4. Hierony. Pla. q. 3. Masius c. 3. sect. 3. Hurt. disp. 9. phy. sect. 1. Murcia disp. 4. per totam Iauel. cap. 2. Alphonsus à Vera Cruce speculatione 3. Aegidius in text. 29. lect. 5. D. Thom. in 1. met. lect. 5. Suar. tom. 1. met. disp. 17. Fons. 5. met. c. 2. q. 5.*

QVAESTIO PRIMA.

D *De natura causæ efficientis.*

DVBITATIO PRIMA.

Quid sit causa efficiens, & an detur.

ART. I. Affertur, & explicatur definitio causæ efficientis.

ETSI inter antiquos variæ fuerint de existentia aliarum causarum, aut opiniones, aut errores, tamen de existentia causæ efficientis, nemo dubi-
E tauit; nam cum constet aliqua habere esse, post nõ esse, necessario concedi debet aliquid, ex vi cuius, res ex nõ esse acceperit esse nõ põt esse à se, hoc autẽ dicimus causam efficientẽ; quare solũ hic explicandum est, quid sit causa efficiens. 1

Arist.

Arist. 5. met. c. 2. & 2. phy. c. 3. tex. 29. definit. Causam efficientem esse id, *vnde principium primum mutationis, aut quietis*. Quæ definitio explicatur à Soto hic q. 3. Murcia. Hurt. Suar. & Fonf. loc. cit.

Definitur ea efficiens.

Primo, dicitur, *esse id*, ideſt principium, loco generis, nam principium eſt quid commune ad omnes cauſas, imò etiam ad ea, quæ non habent rationem veræ cauſæ, ſed habent aliquam ſimilitudinem cum vera cauſa, vt eſt priuatio reſpectu mutationis.

Secundo dicitur, *Primum*, non primitate ſimpliciter, quomodo ſolus Deus dicitur cauſa prima, & diſtinguitur contra ſecũdam. Neq; dicitur, *Primum*, primitate immobilitatis, quaſi illud ſolum ſit efficiens, quod mouet immotum, qua ratione intelligentiæ dicuntur efficere motum cœlorum, nam patet ex contextu, ſub hac definitione compræhendi omnem cauſam ſecundam principalem: quare dicitur *Primum*, primitate principalitatis, quod ſcilicet agit virtute propria, non virtute alterius, vt hic Simpl. & Alex. 5. met. vbi etiam Fonſ. qui dicunt excludi per hanc particulam cauſam instrumentalem, quia hæc non agit virtute propria, ſed virtute principalis agentis, vt hic Themiſt.

Tertio dicitur, *Vnde*, vt ſignificetur cauſalitas propria efficientis, per quam diſtinguitur à cœteris cauſis; nam materia eſt primum principium, non vnde, ſed ex quo aliud; Forma vero eſt id, per quod aliud; Finis vero, cuius gratia.

Quarto dicitur *mutationis*, vt compræhendat omne agens phyſicum, ſiue agat per motũ ſiue per generationem. Vnde per hanc particulam excluditur agẽs, vt eſt principium creationis; quare, vt hæc definitio compræhendat omnem cauſam efficientem loco *mutationis*, poni debet *actionis*, vel *operationis*; ſic enim compræhendetur ſub hac definitione omne efficiens, ſiue per creationem, ſiue per emanationem, ſiue per mutationem. Vnde diuidi ſolet cauſa efficiens in ſimpliciter, & mouentem. Illa ſecundum aliquos dicitur, quæ efficit abſolutè, etiam ſine ſubiecto; hæc vero, quæ ex ſubiecto. At vero ex Fonſ. loc. cit. ſect. 1. Idem dicitur ſimpliciter efficiens, & mouens, ſecundum diuerſam rationem. efficiens quidem reſpectu effectus: mouens vero reſpectu ſubiecti, eo quod dum agens communicat ſubiecto formam, dicitur hoc ſecundum illam moueri. & mutari. Vnde Deus, dum creat, eſt ſimpliciter efficiens, non tamen mouẽs, quia illi actioni reſpondet effectus, non tamen ſubiectum.

Quinto dicitur, *aut quietis*, tum, vt per eam diſiunctionem notetur non eſſe neceſſarium, vt omne manans ab efficiente ſimul moueatur, & quieſcat; nam aliqua mouentur tantũ, & nõ quieſcunt, vt Orbes cœleſtes. Alia quieſcunt, & non mouentur, vt terra in centro. Alia mouentur, & quieſcunt, vt animalia, ſicut Maſius notat ex D. Tho. 5. met. c. 2. tum, vt explicet efficientem eſſe cauſam, nõ ſolum ipſius actionis, ſed ipſius termini actionis, qui habet pro-

A

prię rationem effectus; & hic terminus explicatur nomine quietis. Vtitur autem diſiunctiua ad vitandam difficultatem, quæ poſſit obijci, cui nam conueniat eſſe, ſeu pendere ab efficiente, actioni nè, an ipſi termino; ſiue igitur id ſit actio, ſiue terminus principium illud, vnde eſt terminus, vel actio dicitur efficiens. Sed contra hanc definitionem multa à Doctoribus obijciuntur.

ART. II. *Afferuntur, & ſoluuntur argumenta contra definitionem cauſæ efficientis.*

B

Primo, quia videtur hæc definitio conuenire naturæ, quæ eſt etiam primum principium motus, & quietis. 2

Definitur de ſenſu Ariſt. de cã efficiente.

Reſp. 1. aliqui diſtingui ex eo, quod efficiens eſt in extrinſecum ſubiectũ; natura vero operatur in eo ſubiecto, in quo eſt. Sed contra, quia ſecundum Ariſt. 2. phy. tex. 29. omne mutans eſt cauſa efficiens reſpectu mutati, & tamẽ multa mutantur à principio intrinſeco, vt cum planta augetur; ergo etiam efficiens dicitur reſpectu mutationis in ſe ipſo.

Secundo alij Reſp. diſtingui, quia naturæ nõ dicitur in ordine ad operationem, ſed conſtitutionem; at efficiens in ordine ad operationẽ. Sed nõ placet, nam etiam ſi natura habeat munus conſtituendi compoſitum, tamen dicitur in ordine ad operationem, vt patet ex definitione illius, quocirca denominatur à naſcentia, quæ eſt mutatio quædam.

C

Reſp. 3. alij, quia efficiens eſt principiũ, *quod*, nam totum ſuppoſitum dicitur id, quod operatur, natura vero eſt principium *quo*, quia eſt forma, per quam totum operatur; ſed neque placet, quia etiam ſi ſuppoſitum dicatur operari, tamen ratio efficientis, conuenit etiam formis; nam etiam calor ipſe dicitur efficiens calefactionis.

Et Conſ. quia hæc definitio potius conuenit formæ, quàm toti ſuppoſito, quia dicitur eſſe principium primum, vnde eſt motus; at principium primum non eſt ipſum ſuppoſitum, ſed forma; quare.

D

Ego Reſp. 1. efficiens diſtingui à natura, quia natura dicitur de principio tam actiuo, q̃ paſſiuo. ſecundo, quia dicitur ſolum de principio ſubſtantiali. tertio quia dicitur reſpectu operationis in ſubiecto [illegible]: at efficiens non niſi de actiuo, & hoc [illegible] ſubſtantiali, ſiue accidentali, & reſpectu operationis, tam eductiuæ, quàm creatiuæ. denique efficiens dicitur, tam reſpectu extrinſeci ſubiecti, quam intrinſeci; at de natura dubitant, an dicatur reſpectu extrinſeci, de quo diximus cum de natura.

Efficiens diſtinguitur à natura qua ratione.

E

Reſp. 2. eadem res poteſt dici natura, & efficiens, ſed diuerſa ratione; quia cũ natura dicatur, etiam de principio actiuo motus, de quo etiam dicitur efficiens, idem principium eſt natura, & efficiens; ſed cum hæc inter ſe differant, vt diximus, neceſſario eadem res dicetur natura, & efficiens, diuerſa ratione. Hinc patet, efficiens aliqua ratione magis patere, quã naturam, quia illud

Natura poteſt dici efficiens aliquo modo.

illud dicitur de principio creatiuo, & de accidentali, de quibus non dicitur natura; at vero ex alio capite latius patet natura, tum quia dicitur etiam de passiuo, tum quia dicitur etiam in ordine ad constitutionem compositi.

Obijc. 2. quod nihil in ea ponitur loco generis, nam ly, *vnde*, quod videtur poni loco generis, valde æquiuocum est, cū tempus, & locus, dici possūt esse id, vnde est principium, idest incipit motus; quare, inquit Suar. debet poni, *principium per se, vnde primum principium motus*, & quia videtur committi negatio, addendo ly *primum principium*, ait loco illarum vocum, debere poni *esse principium per se, vnde primo est, vel fit motus.* Ego vero non existimo hanc additionem esse necessariam, cum Arist. dicendo (esse id, vnde principium primū mutationis) expressit esse principium per se, nam sensus illius definitionis est, vt putant Conimb. *Efficiens est id, vnde primo secundum exequutionem mutatio, vel quies procedit.* Sed instari potest, quia principium definitur. *Esse primum illud, vnde aut est, aut fit, aut cognoscitur.*. Sed per ly, *vnde*, significatur causa efficiens; ergo principium non est genus, cum reciprocetur cum causa efficiente.

Resp. ly, *vnde*, sumi dupliciter. Primo latè, & comprehendit omnia, quæ habent prioritatē, & sunt necessaria ad existentiā alicuius, vt est priuatio respectu mutationis. Secūdo strictè vt dicit influxū distinctum ab alijs causis influētibus, & ita ponitur in definitione efficientis.

Vel dicendum est genus non contineri in illa particula, *vnde*, sed subintelligi particulam, *id, seu illud*, quod dicitur principium.

3 Obijc. 3. quia videtur conuenire materiæ, nā etiam est in suo genere principium per se mutationis, vel quietis; & licet per ly *primo* excludatur causa formalis, quæ est potius terminus *mutationis, quam primum principium, vnde*, Ex quo non dicitur causa generationis, sed rei genitæ; non tamen excluditur causa materialis; quia in suo genere æque primo concurrit ad mutationem cum causa efficiente. Neque dicas causam efficientem esse absolute priorem causa materiali, licet respectu mutationis sit æque primo, cum materia prius fiat ab efficiente, quā causet mutationem, tamen cum illa antecessio sit remota, & respectu alterius actionis (quam fortasse nō cognouit Arist. est quasi per accidēs ad concursum materiæ respectu mutationis; ergo per id non excludtur materia, alias causa secunda efficiens excluderetur, cum necesse sit, ipsam ab alia fieri causa.

Conf. quia Arist. 2. *phy.* definit naturam esse principium primum motus, & tamen natura comprehēdit materiam. Resp. Suar. dupliciter: Primo, quod licet secundum rem efficiens, & & materia simul concurrant ad mutationem, tamen secundum præcisas rationes, prior est concursus efficientis, quàm materiæ; sicut passio est ab actione, & non contra; nam ideo materia recipit, quia agens agit, & non contra.

Conf. quia ideo forma dicitur præcipuè natura, quia prius est actiuum principium, quàm passiuum; at actus est prior potentia. Hæc

A responsio non satis placet, tum quia concursus primus materiæ, qui consistit in substentatione formæ, non consistit in receptione; Tum quia receptio materiæ formaliter, non est passio, nam receptio materiæ includitur in composito substantiali, & tamen in eo non includitur passio, quia hæc habet conceptum accidentis; & varia denominatio sumitur à calore, vt infert passionem, & vt recipitur informatiuè, quia à calefactione, vt passio est, dicitur subiectum calefactum, à calore vero recepto, calidum; tum datio, & receptio sunt sibi inuicem causæ, saltem in diuerso genere, ideo.

Resp. 2. excludi materiā per ly, *vnde*, quod propriè significat habitudinem ad principium *Excluditur à definitione efficientis materia.*
B efficiens, nam efficiens dicitur causa, quia effectus est ab illa, quę habitudo explicatur per ly, *vnde*, quod æquiualet ly, *à quo*, sicut materia, *ex quo*; finalis, *propter quod*; & formalis *per quod*, quare not. ly, *vnde*, apud Arist. dici ὅθεν, idest ἐξ οὗ, quod significat ex quo, & dupliciter vsurpari potest. Primo vt est nota omnium causarum, imo & principiorū. Ita 5. met. c. 1. in definitione principiorum, nam fieri aliquid ex alio dicitur; vel vt ex materia, vt scamnum ex ligno; vel vt ex termino, vt candidum ex atro, vel vt ex efficiente, vt homo ex homine. Sicut etiā ly (ab) Arist. explicat per τὸ ἀπό significat quod libet principium internum motus, vt quando
C dicitur aliquid à forma constitui, & similiter ly κατά, quod significat Per, vel Secundum; & solet esse nota formæ, transfertur ad significandū efficiens cum 2. à 37. alterationem, & incrementum esse per animum; idest effectiuè ab anima, quæ immutat alimentum, sicut etiam τὸ διά, idest Propter quod, licet sit propria causæ finalis, tamen tribuitur omnibus. Vnde Bonamicus lib. 4. de motu c. 35. ait quatuor esse characteres, quibus significantur omnes causæ, nimirū τὸ διὰ τί, idest cur fiat, vel sit aliquid. Alterum τὸ τί ἐστι, quod significat, quid est, nam causæ omnes, in ea definitione, quæ dicitur causæ redditrix, ex eo, quod sola causa content
D est, accipi possunt. Tertium ὅθεν, idest vnde, vel ὑφ' οὗ, idest à quo, quod tamen peculiari vi exprimit naturam efficientis. Quartum καθ' ὅ, idest secundum quod, quia secundum quamlibet causam res est in se, vel in alio. Quintū addo τὸ ἐξ οὗ, idest ex quo, nā tribuitur materiæ, & formæ tanquam ijs, ex quibus est cōpositum, non efficienti 2. phys. 3. à 27. & demum fini. 12. met.

Secundo accipi propriè, & ita significat causam, & habitudinem causæ efficientis, quæ etiā explicatur per *ab*, & *à quo*, & in hoc sensu vsurpata hic, excludit materialem causam, sed hoc mihi scrupulum facit, quia licet ly, *ab*, & *à quo*
E propriè conueniat efficienti; at ly *vnde* magis propriè videtur conuenire materię, quia græcè dicitur ὅθεν, quod idem est ac ἐξ οὗ, ex quo, at ly *ex* magis propriè cōuenit materiæ, quàm formæ. Quare resp. potest, licet ratio vocis inde deducta sit, tamen Doctores vsurpant ad significandum habitudinem causæ efficientis, ita vt æqui-

æquiualeat particulæ, *à quo*, quæ propriè conuenit efficienti, vt materiæ tribuitur, *ex quo*, & formæ tribuitur τὸ καθ᾽ ὃ, quod verti potest dupliciter, vel, *pro quo*, vel, *secundum quod*, licet sæpè character, qui tribuitur materiæ, soleat tribui formæ, & contra, cuius rei reddit rationem, Bonau. lib.3. de motu c.9. Demum fini tribui solet duplex character. primus τὸ οὗ ἕνεκα, idest cuius gratia, & τὸ ᾧ quod verti solet dupliciter, vel *cui*, vel *quo*, & id ortum est, quod Græci ablatiuo carent legite Bonam. lib.3.c.7.& 9.& lib.4.c.25. Alex.lib.1. de Anima q.8. c.3.

Resp.3.Sotus per ly, *unde*, excludi alias causas, quia lapides, & ligna non se coniungunt ad compositionem domus, sed artifex illa componit, & in naturalibus materia non se mouet ad formam, nec forma ad materiam, sed agens, & hoc significatur per ly, *vnde*, quia significatur habitudo huiusmodi, quæ non conuenit, nec materiæ, nec formæ, nec fini.

4 Obijc.4. nam conuenit causæ finali, nam hoc est principium per se, & extrinsecum prius in causando, quam efficiens, quia hoc nõ agit, nisi motum à fine. Resp. Sotus primitatem finis esse, quoad intentionem; at primitas efficientis est, quoad exequutionem; quare finis non dicitur principium, à quo est, & manat mutatio, sed propter quem est mutatio.

Obijc. 5. quia non videtur conuenire omni causæ efficienti, sed tantum causæ primæ, quia ea sola est, ex qua primo incipit mutatio, & ad summum causæ principali, & non instrumentali; vel potentiæ, quæ est, quia hæc non agunt, nisi mota, idest virtute prioris agentis.

Confirm. quia non videtur conuenire Deo, vt causa est creationis, quia hæc non est mutatio,

Resp. Sotus, & Alex. excludi per illam particulam accidentia, quia non sunt præcipua efficientia, sed substantia per illa. Sed non placet Suario, quia Arist. explicans definitionem, ponit exemplum in causa consiliante, quæ nõ est magis impropriè causa, quam agentia instrumentalia; quare putat cum Scoto, omnes modos causæ efficientis compræhensos fuisse, quia quælibet est principium, à quo primo incipit actio in suo ordine, siue à principali, siue instrumentali, siue à consiliante, siue exequente, siue adiuuante. Vnde ly, *primo*, putat poni ad excludendas causas omnino per accidens, quæ nullo modo influunt in actionem; Vel ad denotandum proprium modum causæ efficientis, vt distinguitur à materiali, & formali, quæ non habent illam primitatem, quam habet efficiens. Et ad argumentum Resp. ly, *primo*, non intelligi de primo principio simpliciter, sed in tali ordine, & genere causandi; vnde causa proxima dicitur causa efficiens, quia in genere causæ proximæ, ab illa primo incipit motus.

Ad Conf. Resp. definisse causam efficientem naturalem; vnde si loco mutationis, vel quietis ponatur actio compræhendet omnem efficientem, cum creatio sit actio quædam, etsi non sit mutatio; neque mirum si actio ponitur in definitione efficientis, quia actio est veluti forma agentis, qua constituitur in esse agentis actualis. Aristot. autem vsus est nomine mutationis, quia ea notior est inter actiones, tamen per illam nobis significauit omnem emanationem, & dependentiam effectus ab agente, quã dari in effectu notum est, & licet obscurum sit, quomodo distinguatur ab effectu, & ab efficiente, & quid illa sit, & licet actio nõ sit propriè effectus agentis, atque adeo non sit correlatiuum, tamen est via ad effectum, vnde in ipsa indicatur effectus, & ideo proinde est efficientem esse principium, vnde primo est actio, ac vnde primo est effectus.

Obijc. 6. quia non videtur per hanc definitionem, causa efficiens distingui à conditione, sine qua non, cum etiam hæc sit id, vnde principium mutationis,

Respondeo distingui, quia cum conditio nõ influat, non est principium, vnde est motus, seù actio, quod vt intelligatur sit.

DVBITATIO II.

Quomodo causa efficiens distinguatur à conditione sine qua non.

Vitalis Zuccolius in Henr. quodl.6. quæst.3. Cap.4.d.1.q.1.a.1.conc.3.

ART. I. Continens opin. DD.

Prima sententia est dicentium non dari conditiones sine quibus non, quæ non habeãt rationem causæ, nam vel effectus ex illis non pendent, & non sunt necessariæ ad existentiam effectus; vel pendent, & tunc habent rationem veræ causæ, quia causa dicitur id, à quo aliud pendet. 1 *Alij non ponunt cõditiones sine quibus non, quæ non sint cãe.*

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt has pertinere ad quintum genus causę distinctum à quatuor positis ab Arist. quia depẽdentia effectus ab his conditionibus, est diuersæ rationis à dependentia effectus à causa materiali, formali, finali, & efficienti, ità aliqui apud Scot. videntur sentire 1.d.3.q.7. lit.A, & B.& 2.d.35.q. vnica lit.M.& seqq.

Alij vero dicunt pertinere ad causas per accidens, ità Sotus, quia per se non influunt in effectum, vt est propinquitas, & ablatio impedimentorum, videtur Sonc.9.met.q.13. vbi distinguit aliam conditionem, quæ facit ad effectum, vt aperiens fenestram facit ad illuminationem. Aliam, quæ nihil facit ad effectum, vt risibilitas in homine nihil facit ad ædificationem, licet non ædificet sine risibilitate, & videtur Cap. loc. cit. dum ait conditionem, sine qua non; si nihil omnino facit ad effectũ disponendo, vel meliorando quoad rationẽ casandi; erit causa per accidens; sed contra, quia licet sint per accidens respectu directæ causalitatis, tamen quoad physicam connexionem est per se, cum sit necessaria, vnde sub scientiam cadere potest, vt patet ex explicatione causarum, & conditionum particularium.

Se-

Alij conditiones has esse causas reductiuè aiunt.

Secũda opinio est dicentiũ dari conditiones, sine qbus non, necessarias quidẽ ad effectus existẽtiã, sed nõ habere rõnẽ causæ, nisi reductiuè, inter hos tamẽ est dissentio, nam alij putãt cõditiones has, & causam in eo conuenire, quod vtrumque requiritur necessario ad effectum, sed differre in eo, quod causa habet virtutem, & principium per se, ex qua fluit actio, & per quam exercet actum; at conditio non ita, nam in conditione nulla intelligitur virtus, qua sit potens exercere actum circa id, quod nequit esse sine illa, sed solum est dispositio quædam causæ; sed adhuc quæritur, quæ nam sit dispositio causæ, vt est principium actionis, & quæ sit, vt conditio, nam dicere quis posset id, quod ponitur vt cõditio, esse virtutem, qua causa operatur, cum nequeat esse effectus ab illa causa sine illa conditione.

Secundo alij, vt Suar. dicunt dari conditiones, sine quibus non, quæ sunt necessariç adhoc vt causa operetur, & effectus existat, distinctas tamen à virtute causæ, quæ per se influit in effectum; sed difficultatem esse in cognoscendo, quæ sit virtus causatiua, quæ conditio, sine qua non, cum vtrumque requiratur ad effectum: vnde docet non posse assignari certam regulã in omnibus id cognoscendi, sed aliquando id colligi ex generali ratione talis proprietatis, vt v. g. propinquitas, quando requiritur, semper est conditio, quia solum est relatio, vel modus præsentiæ, quæ ex suo genere non sunt actiua, & eodem modo de figura, densitate, &c. quæ esse possunt solum conditiones requisitæ ad actiones, vel modum, & velocitatem earum. Aliquando vero id esse obscurius, nec intelligi potest nisi ex speciali ratione eius rei, de qua est quæstio, vt v.g. in quæst. an cognitio obiecti sit causa efficiens actum voluntatis, an tantum conditio; nam vix definiri id potest, nisi sumpta coniectura ex peculiaribus proprietatibus illius actionis, & eorum, quæ ad illam concurrunt; solum docet vniuersaliter esse aduertendum, quod quando constat esse necessariam aliquam proprietatem ad actionem, & eius necessitatis non potest reddi alia ratio, tunc esse signum efficientię, vt dicitur de necessitate specierum ad visionem. at quando potest intelligi necessitas sine tali efficientia, si aliunde in causa est proportionata virtus ad effectum, tũc erit signum conditionis, vt fortasse est conditio obiecti ad volitionem, quæ doctrina vera est, sed non satis ostendit, quæ sit virtus, & quæ conditio actionis.

ART. II. Continens opinionem Auctoris.

2 *Datur necessario conditio sine qua non necessaria ad productionem effectus.*

PRima Conc. necessario concedi debet aliqua conditio sine qua non, necessaria ad productionem effectus. Prob. Scotus loc. cit. quia experientia constat vnam formam non posse existere, nisi prius alia existente, quæ nec est ratio agendi, nec recipiendi formam sequẽtem; ergo non habet rationem causæ, nec effectiuè, nec subiectiuè; ergo solum esse potest necessaria conditio, sine qua non. Antecedens probat, Primo, respectu eiusdem potentiæ, nã delectatio obiecti non potest recipi in voluntate, nisi posito prius in voluntate amore obiecti, qui nec est ratio producendi, nec recipiendi delectationem, & idem patet de intellectione, quæ non potest recipi in intellectu, nisi posita specie secundum negantes species concurrere actiuè ad cognitionẽ, idem patet in diuersis potentis eiusdem essentiæ, nam volitio etiã si sit à voluntate, vt causa adæquata, non tamen potest existere, nisi prius ponatur intellectio, & idẽ patet de phantasmate, & intellectione, quæ sunt in diuersis potentijs diuersarum naturarũ existentium in eodem supposito, & denique in formis, quę sunt ab eadem causa receptis in diuersis suppositis, vt Sol non potest illuminare aquam, nisi illuminet aerem propinquiorem, & tamen pars propinqua illuminata non habet rationem causæ respectu illuminationis partis distantioris, quia hæc immediatè illuminatur à Sole immediatione causæ. Verum hæc probatio multa supponit dubia, quare Tatar. 3. d. 15. q. vnica, & 4. d. 1. q. 5. probat ex eo, quod approximatio ad subiectum in agente creato est necessaria ad actionem, & non est necessaria, vt virtus, quæ habeat causalitatem in effectum, quia approximatio nihil dicit, nisi vel denominationem extrinsecam, vel relationem rationis, quæ non sunt actiua; ergo est necessaria, vt cõditio, sine qua non, vnde conditionem hanc docet esse aliquid prærequisitum, adhoc vt effectus producatur à causa, & quo causa causet, & mihi placet.

3 *Multiplex diuisio conditionum sine quibus non.*

Secunda concl. hæc conditio sine qua non vario modo diuiditur, nam alia est prærequisita; alia consequens ad effectum, & prærequisit, aalia est cõferens aliquid ad effectum, vt oblatio impedimentorum. vt explicat Sonc. Alia nihil conferens ad effectum. Illæ autem, quæ conferunt ad effectum sunt diuersæ rationis. Vnde

Not. primo ex duplici capite conditiones esse necessarias ad productionem effectus, aliquando ex parte causarum; aliquando ex parte effectus. Primo modo oriri solet ex imperfectione virtutis, quæ est in causa, vt v.g. necessitas propinquitatis efficientis ad passum, oritur ex imperfectione virtutis, nam cum hæc sit limitata, nec sola possit dare esse effectui, non potest ad quamlibet distantiam producere effectum, & ideo requirit subiectum in ea distantia, ad quam ex natura sua eius imperfecta virtus est limitata, & se potest extendere; quare posito subiecto extra illam distantiam, non potest operari, vnde patet non ipsam distantiam esse productiuam v.g. caloris, sed ignem, posita causalitate subiecti, quia distantia, & propinquitas non sunt actiua. similiter ablatio impedimentorum est conditio, nam intelligitur virtus non causare aliquem effectum, quem causaret si impedimentum auferretur, vt v. g. Terra per suam grauitatem causaret motum, quia habet virtutem sufficientem ad illum, findẽdo aliud corpus, vel comprimendo, quod si corpus suppositum propter duritiem non cedit, nec sinit se comprimere, vel propter impetum in opposi-

positam partem maiorem ipsa grauitate, impediat descensum, non sequitur motus, hinc fit, vt nisi illud corpus suppositum auferatur, non sequetur motus, ad quem causandum habebat sufficientem virtutem; hinc ablatio illius corporis necessaria quidem est, sed non potest esse causa motus, sed tantum conditio, quia ipsa ablatio est priuatio, atque adeo non potest dare esse rei positiuæ, neque ipsum corpus ablatum, quia si fingatur annihilari à Deo, eodem modo sequitur motus, ac si remaneat, modo nō supponatur illi, quod autem non est, nequit dare esse alteri. Hinc etiam fit, vt corruptio contrarij sit conditio, vt producatur oppositum, non tamen sit causa, quia non potest per corruptionem, vel per ipsum contrarium, quod non est, produci contrarium; neque contrario confertur vlla virtus producendi.

A

B

Not.2. ex parte effectus conditiones aliquæ sumuntur ex ratione formali effectus, cuius talis natura est, vt licet non possit accipere suam entitatem ab alio, propterea, quod alteri deest virtus, & quæ requiruntur ad communicandū illi esse. Vnde in sua ratione formali petit, vt alterum existat, & ita potest terminus dici, & esse conditio sine qua non, relatio existit, quia relatio in sua ratione formali intelligi non potest sine termino, cum dicatur pendere in genere causæ formalis extrinsecæ, tamen non est vera causa dans esse, quia sæpè est in tanta distantia, vt nequeat esse actio; aliæ vero sumuntur ex connexione necessaria effectus cum alio orta ex natura ipsorum, ita figura dicitur esse conditio sine qua non, respectu existentiæ quātitatis, similiter vbi respectu entis finiti, q̄ necessitas po est esse maior, vel minor; & aliquando impedibilis à Deo, vt existentia in vnione materiæ cum forma, quoad existentiam formæ; aliquando non impedibilis, vt in vbi respectu entis creati; & multi existimant idem esse de præsentia obiecti requisita ad actus sensuum exteriorum, licet hanc necessitatem reducant ad causam materialem, non in qua, sed circa quam, vel ad formalem, quatenus ab ipsis obiectis existentibus specificationem sumunt, vt diximus de termino relationis, & videtur Diui Thom. 1.2.q.18 ar.1.ad 2.& q.75.ar.3.ad 1. sed est quæstio de nomine, & melius dicuntur esse conditiones, vt dicitur de termino relationis. Aliquæ denique sumantur ex necessaria connexione orta ex cōnexione oīum causarū, quomodo materia requirit existentiā formæ, vt ipsa existat, aliquādo ex fine ipsius effectus, quomodo anima non potest existere sine potentijs.

C

D

Not.3. ex his conditionibus aliquas esse præuias ad existentiam effectus, alias esse concomitantes in instanti durationis, quo producuntur, sed consequentes, quoad instantia naturæ, quibus id commune est, quod in mensura durationis effectus esse nequit sine illis, sed differunt, quod sine præuijs non potest effectus intelligi in produci in aliquo instanti naturæ, at potest sine consequentibus, deinde præuiæ nō possunt esse pendentes ab existentia effectuum, at consequentes sunt pendentes.

E

Not.4. his omnibus conditionibus id esse commune, vt nullam habeant virtutem, qua exercere possint actum circa illud, respectu cuius dicuntur conditiones, vt ipsum nomen cōditionis præseferi, sed vt cognoscatur, quando sit conditio, vel virtus, non satis explicari potest. quare placet quod docet Suar. non posse certam regulam assignari, quia conditiones huiusmodi sunt diuersarum rationum, ideo singularum naturæ inspiciendæ sunt, an habeant virtutem concurrendi ad effectum, siue effectiuè, siue subiectiuè, siue in alio genere causæ: & similiter inspicienda est natura effectus, & concursus necessarij, ac adęquati ad illius existentiam; & denique natura actionis. sic enim figuram, relationem, vbi, quantitatem dicimus requiri ad agendum, vt conditiones, quia hæc nō sunt actiuæ.

Conditiones nō habent virtutem exercendi circa actum.

Dices quando aliquid est necessarium ad productionem alterius, & est dubium an habeat efficientiam; an sit existimanda conditio, an vero causa. Resp. Suar. disp.17. sect.2.nu.5. quando non potest reddi sufficiens ratio necessitatis, nisi ponatur causalitas illi conuenire, tūc non est conditio, vt dicitur de necessitate speciei impressę ad videndum, quæ ponitur, vt cō causa, sed quando apparet alia ratio necessitatis, tunc ponenda est conditio; quare videtur significare in dubio debere illi tribui actionem causæ, sed non video, cur quando causa habet virtutem adæquatam effectui, debeat illi adiungi alia concausa; vnde species habet rationem concausæ, quia potentia est insufficiens ad exprimendum obiectum tale ad tale, & ideo debet determinari à concursu determinatæ concausæ.

Ex quibus patet ad fundamenta primæ opinionis, nam dicimus effectus non posse produci naturaliter, præcisis his conditionibus, non tamen ex hac necessitate inferri dependentiam propriè dictam, quæ est per influxum, sed tantum necessitatem coexigentiæ, & ideo dicitur conditio sine qua non, quia s. non habet influxum, & tamen est necessaria ad effectum. Vnde patet falli eos, qui dicunt constituere quintum genus causę, quia omnis causa constituitur ex virtute, quæ influit ad effectum in suo genere. Vnde constituere genus aliquod causæ, quæ non influat ad effectum, est abuti vocabulo causæ, & confundere nomen causæ cum conditione, sine qua non, contra vsum communem Philosophorum.

Hinc patet primo error eorum, qui ponunt materiam esse veram causam formæ, & tamen dicunt non habere alium concursum præter vnionem requisitam ad existentiam formæ, nā cum illa vnio sit conditio, vt existat forma, cum habeatur aliquis maior influxus in illam, quàm in animam rationalem, non poterit materia esse causa formæ, etiam si per suam virtutem causet illam vnionem, quia in causalitate vera non debet attendi exercitium virtutis, respectu vtriusque; sed tantum respectu effectus, circa quē versatur illa causalitas, quod si neque ipsa, neque eius proprius effectus habet aliquā

cau-

causalitatem circa alium effectum, non potest dici vera causa; sed tantum conditio si est ne- A cessaria ad existentiam alterius, alioqui producens formam, produceret etiā materiam, quia forma est necessaria ad existentiam materiæ: imo præsentia esset causa calefactionis, quia informando per suam virtutem, efficiens facit, vt calefaciat, & sine illa informatione non calefaceret.

Secundo patet, qua ratione finis non sit cōditio, sed vera causa, quia licet effectus nō causetur realiter à fine, quoad receptionem existētiæ, tamen posita natura voluntatis nostræ, finis per suam bonitatem appræhensam, determinat voluntatem, vt illi adhæreat per amorem: ex quo sequitur electio mediorum, quæ appetuntur ratione bonitatis, quæ est in fine. Vnde B exequutio mediorum appetitur, vt bona propter finis bonitatem, quare habet esse à fine, vt alliciente voluntatem in sui amorem per propriam bonitatem.

DVBITATIO III.

An detur aliqua conditio, sine qua non, ita necessaria ad effectum producendum ex vi alicuius causæ, vt nequeat per potentiam Dei suppleri.

I Opinio negās.

PRima opinio est dicentium nullam dari talem conditionem, sine qua causa nequeat producere effectum per potentiam Dei, quia maiorem dependentiam habet effectus à causa, quàm à conditione sine qua non, quia ab illa recipit existentiam per influxum, ab hac vero non nisi quatenus requiritur ad virtutem causæ; atque adeo tota dependentia effectus à cōditione reuocatur ad dependentiam quam habet effectus à causa influente. sed Deus potest supplere omnem causalitatem, quæ non includit imperfectionem, vt alibi ostenditur; ergo multo magis poterit suppleri omnem conditionem sine qua non.

Opinio affirmans.

Secunda opinio est dicentium Deum posse supplere conditionem sine qua non, quod probant varijs exemplis, vt non potest esse actus voluntatis, etiam per potentiam Dei sine obiecto cognito; nec causa producere effectiuè sine existentia; nec fundamentum in se producere relationem sine existentia termini, quæ omnia sunt requisita, vt conditiones sine quibus non.

Opinio distinguens de conditione orta ex finitudine virtutis, vel ex essentia rei.

Tertia opinio est dicentium aliquas posse suppleri, quarum scilicet necessitas oritur ex finitudine virtutis actiuæ, vt propinquitas, & secundum Scotum inclinatio causæ ad effectum, quia causa potest eleuari ad productionem effectus, ad quos non inclinatur, & extra E sphæram actiuitatis. Aliquas vero non posse suppleri, quarum scilicet necessitas oritur ex essentia rei, vt ex dependentia amoris ab obiecto cognito, & causalitatis à virtute causæ existente. & talis ponitur dependentia potentialitatis à suo obiecto adæquato, extra quod ferri non potest, etiam eleuata à Deo, & hæc opinio mihi placet, quia licet aliqua exempla, quibus id probat, sint dubia, siue quia aliqui negāt esse tantam necessitatem, siue quia forte non sunt conditiones, sine quibus non, nam aliqui dicunt cognitionem respectu actus voluntatis non esse conditionem, sed causam, tamen negari non potest exemplum, quod affertur de relatione, & præterea possent alia afferri, sed non vacat omnia examinare. quare sufficiat hęc solum adnotasse, vt detur alijs occasio speculandi, & dubitationem hanc à nemine, quem legerim hucusque tactam amplificandi.

QVAESTIO SECVNDA.

De causalitate causæ efficientis.

DE hac Heru. quodl. 2. q. 1. Sonc. 5. met. q. 4. Iauel. q. 4. Fons. c. 2. q. 5. Suar. disp. 18. sect. 10. Perer. lib. 8. c. 2. Sot. 2. phy. q. 3. Masius c. 3. sect. 1. q. 1, Conimb. c. 7. q. 7. Hieron. Pla. q. 3.

ART. I. *Explicatur sensus quæstionis.*

PRimo Not. in causa efficiente tria posse distingui. Primum est virtus productiua, & hæc non est, quia reperitur in re, cum nō exixit causalitas. secundum est relatio ad effectū, & hæc cum sit posterior effectu, qui est terminus relationis, non potest esse ratio causandi, quæ est prior effectu. tertium est ipsa actio, de qua dubitatur an sit ratio agendi. I

Causalitas nunc sumatur

Secundo Not. causalitatem quadrupliciter posse accipi. Primo, pro principio formali, quo res dicitur agere. Secundo pro effectu proueniente à tali principio formali, sicut aliquando obiectum potentiæ denominatur nomine potentiæ, vt res volita à Petro dicitur voluntas Petri, ita effectus proueniens à causalitate primo modo dicitur causalitas efficientis, vt v. g. demonstrato effectu aliquorum militum, dicitur esse valor vester, & fortitudo vestra. Tertio, pro habitudine causæ efficientis ad effectū. Quarto, proprijssime pro eo, à quo causa dicitur causare.

Alij entitatē quandam absolutā ponunt causalitatem efficientis.

Tertio Not. difficultatem circa hanc quęstion. non consistere in causalitate cuiuscumq; effectus, nam constat actionem, esse causalitatē respectu alicuius effectus, vt Fons. q. 13. sect 4. concedit, quia ille effectus fit per actionem, sed in causalitate respectu immediati effectus, siue proprie dicti, siuè impropriè.

Quarto Not. ex Fland. 5. met. q. 22. art. 2. & 9. met. q. 9. art. 2. actionem posse accipi tripliciter, primo, antecedenter, & significat principiū proximum actionis, vt calefactio accipi potest pro calore, à quo est calefactio. Secundo concomitāter, & accipitur pro eo, quod per actionem relinquitur in patiente, vt calefactio pro calore producto in aqua. Vndę cum dicitur actio est perfectio patientis, ibi est prædicatio per concomitantiam, seù causalis, nam sensus est ad actionem transeuntem sequitur perfectio in

in patiente. Tertio, essentialiter, scilicet pro ipsa emanatione, qua introducitur forma in patiente secundum eius primum gradum, & hoc modo potest adhuc dupliciter accipi. primo, secundum modum significandi, & ità actio nō significatur esse in agente, tāquam in subiecto, licet realiter in illo sit, sed significatur, vt ab agente. Secundo, quoad rem singificatam, qua ratione denominat agens, in quo est, licet non significetur, vt illi inhærens. & ego addo actionem quarto, posse accipi consequenter, idest pro relatione prædicamentali inter causam, & effectum.

ART. II. Opiniones Doctorum.

2 Prima opinio est dicentium causalitatem esse entitatem quandam absolutam in agēte, ita Caietan. 1. par. quæst. 25. artic. primo. Sed illam reijcit Fonsec. q. 13. sect. 2. tum quia ponit in Deo entitatem absolutam illi de nouo aduenientem; tum quia, cum existet, de nouo debet causari, atque adeo supponit præuiam causalitatem, Verum pro Caiet. Resp. posset, illam entitatem in Deo esse ab æterno, licet habeat effectum in tempore, sicut dicitur de actuali volitione, qua efficaciter vult creaturas esse; Sed contra, quia causalitas non potest præexistere secundum tempus effectui, sed sunt simul, & male audit Caiet. quod posuerit actiones transeuntes esse accidentia absoluta existentia in causis, & ad aliud argumētum Responderi potest illam entitatem absolute non causari, cum sit prima causalitas. Sed contra, quia causalitas solum existit in primo instanti, in quo existit effectus, at illa entitas absoluta existeret, etiam post primum instans, quia cum sit absoluta non pendet ab extrinseco; Verum de veritate huius opinionis patet ex dictis de causalitate in communi, & ex dicendis infra.

Alij ipsam virtutem causæ connotato effectu, vt actualiter dependente.

Secunda opinio est dicentium causalitatem, respectu saltem primi effectus, esse influxum, qui non dicit aliquod accidens absolutum superadditum agenti, vel effectui, sed esse ipsammet virtutē causæ, connotato effectu, vt actualiter dependente. Quare inter causam, & effectum est talis connexio, vt sit id, vnde aliquid pendet, Vnde nihil aliud habent causæ in seipsis, vt concurrant ad effectum, quam si absolutè sumantur, tamen hoc habent, quod ab illis actu pendent effectus. Neque idcirco fit, vt cōcursus Dei ad creaturas sit infinitus, & æternus, quia non concurrit ab æterno, & infinitè, sed iuxta capacitatem creaturarum, & vt determinatur potentia à volnntate, & mihi aliquando placuit, nam causalitas terminari debet ab effectu, quare non debet, vt sic, ponere aliquid in causa, quia sic necessario ipsa causaretur, ita Fons. 5. met. c. 2. q. 5. & q. 13. sect. 3. & probat, quia non superest aliud esse, nisi quod sint res ipsæ, quæ denominantur causæ, vel effectus: non primum, quia sunt ante causalitatem. Neque secundum, quia sequitur; ergo sunt res, vt concurrunt ad effectus, quia posito earum concursu, ponitur causa in actu, hic autem concursus saltem ad immediatum effectū nihil entitatis addere causæ, quod si illi obijcias; ergo non est distinctio inter res absolutè sumptas, & actu concurrentes; negat sequelam, quia etsi, vt concurrunt ad effectum, nihil entitatis habeant in seipsis, quàm absolutè sumptæ, tamen habent hoc amplius, quod ab illis actu pendeut effectus, & ipsi effectus habent, vt actu pendeant à suis causis, quod est distingui per modos quosdam se habendi, & quodammodo etiam per extrinseca. Vnde relatio causæ fundatur in entitate causæ, non absolutè sumpta, sed vt concurrente ad effectum & hoc est, inquit, considerare rem, & causam, idest vt concurrit ad effectum.

3 *Alij causalitatem ponunt actionem.*

Tertia opinio est dicentium, causalitatem esse actionem. Hanc refert Heru. quodl. 2. q. 1. & quodl. 4. q 8. & Fons. q. 5. sect. 3. sequuntur Conimb. 2. phy. c. 2. q. 7. Suar. disp 18. sect. 10. D. Thom. 5. met. c. 2. Alb. 2. phy. tractat. 2. c. 6. Prob. primo, quia actione posita, ponitur causa, & ipsa sublata aufertur; ergo. Secundo, quia relatio agentis ex 5. met tex. 20. in actione fundatur. Tertio, quia nihil est aliud quo constituitur, & distinguatur à cœteris causis. Sed cōtra hanc obijcit. Fons. q. 5. sect. 3. Primo, quia actiones omnes pendent ab agentibus; ergo sunt effectus illius; sed ratio causandi cuiusq; causæ antecedit naturæ ordine omnes eius effectus; neque dicas actiones non propriè fieri, nam neque forma dicitur propriè fieri, cum tamen sit effectus causæ, vt hic effectum accipimus, sufficit enim, quod pendeat ab agente.

Conf. quia actio non differt à re, nisi, vt imperfectum, & perfectum, idest in fieri, & in facto esse, sed res vt est in fieri non est ratio agēdi sui, vt est in facto esse, sed est effectus imperfectus, & in fieri, vt probat Sonc. 5. met. q. 4. conc. 1. Confir. 2. Fons. q. 13. sect. 2. causalitas efficientis debet assignari id, quod conuenit respectu omnium causarum efficientium, sed actio non potest esse ratio causandi in creante, tum quia creatio non est propriè actio, tum quia illa actio, vel est quid relatiuum, & non potest esse ratio causandi, vel absolutum, & nihil est absolutum distinctum ab effectu, quia nullū accidens absolutum potest natura præcedere effectum, qui creatur, imo neque in cā physica potest dari aliquid absolutum, quia generatio immediate terminatur ad formam, & non ad aliquod accidens, quæ sit ratio efficiendi rem genitam. Neque dicas esse accidentia absoluta posteriora rebus genitis in genere causæ materialis, sed priora in genere causæ efficientis. Sed contra, quia prius sunt accidentia, quam sint productiua; ergo simpliciter prius existunt in re genita, quàm illam producant, quod implicat, quia actio, etiam vt tale accidens, supponit subiectum.

4 *Alij ponunt in ipso agere, seu dare esse effectui.*

Quarta opinio est dicentium causalitatem consistere in ipso agere, quod est dare esse effectui, seù producere effectum, quod differt ab actione, nam actio dicit motum receptum in materia, seu ipsam formam in fieri, quare ha-

bet rationem effectus, atque adeo est posterior causalitate. vnde Arist. definit *efficiens esse id, vnde principium mutationis*, vbi per ly, *vnde* denotatur causalitas, quæ est influxus, & per ly *mutationis* denotatur effectus, ità Sonc. & Iauell. 5. met. q. 4. Heru. quodl. 2. q. 1. & quodl. 4. q. 8. vbi causalitatem efficientis ait accipi tripliciter. Primo, pro principio actiuo, Secundo, pro effectu formali, qui dicitur obiectum causalitatis primo modo dictæ. Tertio, pro forma denominante causam, vt habentem effectum à se causatum, actionem igitur negat esse causalitatem primo modo, esse autẽ causalitatem secundo modo, quia est idem cum effectu formali, & solum differt, quod actio denominat in fieri, & vt nomen verbale. Vnde negat actionem esse causalitatem tertio modo dictam, quia hæc consistit in concreto per q̃d dicitur causa agere, & habere effectum, tribuitur D. Tho. 5. met. tex. 2. Hieron. Pla disp. de causis p. 2. q. 3. p. 3. idẽ Mas. sect. 3. q. 1. videtur Fons. loc. cit. q. 2. sect. 3. Sed habet difficultatẽ, quia non satis constat, quid sit hic influxus, & quomodo distinguatur ab ipsa actione, vnde illam vario modo explicant. Nam quidam dicunt influxum esse relationem. Sed contra, quia cum hæc non adueniat rei sine mutatione facta in aliquo absoluto, non potest esse prima ratio causandi, quia hæc præsupponitur, vt prior omnibus effectibus causæ; at relatio causæ ad effectum consequitur actionem. Secundo alij, vt Sonc. explicant, negantes primo actionem esse causalitatem, idest principium formale, quo agens agit, secundo neque esse habitudinem agentis ad effectum, quia hæc manet transacta actione, vnde affirmant causalitatem accipi pro eo, quo causa est actu efficiens, seù pro eo, quo causa facit ad esse sui effectus, & hoc modo causalitas est agere, seù dare esse effectui, nam licet agere sit idem, ac actio, tamen quia actio significat operationẽ agentis in abstracto; agere vero significat in concreto, seú vt actu exercet, & connotat agẽs, quod agit, ideo melius explicat pro agere, q̃a exprimitur habere aliquid à se dependens, sicut habere albedinem non exprimitur per albedinem, sed per album: tum quia causalitas est ratio producendi effectum, at actio in concreto est ratio producendi effectum; ergo

Confir. quia tunc concipitur efficiens actu, quando concipitur agere; & negant hi Doctores propriè agens agere per actionem, sed per virtutem, licet nos ità concipiamus, quia concipimus actionem tanquam medium inter agens & effectum, cum tamen actio, vt motus, nihil aliud sit, quam res, vt dependet ab efficiẽte. Hinc colligunt, agens non dici agens ab aliquo intrinseco, sed ab extrinseco, scilicet actione, quæ est in passo. Neque mirum, cum actio significet effectum, vt dependet ab alio, quare denominat agens, à quo effectus pendet. Sed non explicant hi Doctores, an causalitas sit aliquid absolutum, vel relatiuum. Secundo, quia si sumatur agere in concreto, ipsum est pendens à causa, sicut forma in abstracto; ergo,

A incidunt in eandem difficultatem. Inter hos tamen est aliud discrimen, quod Pla dicat causalitatem consistere in communicatione, seù datione esse effectiuè; causationẽ vero in actione, quando causa agit per mutationem, vnde negat Deum exercere causalitatẽ media actione respectu effectus, quia causat per simplicẽ emanationem, at Masius putat actionem esse quidem necessariam ad causalitatem, siue præsentem, siue præteritam, negat tamen esse formaliter causalitatem, quia actio est posterior causalitate, cum sit effectus agentis, & quia transacta actione remanet causalitas per quã Sol, v. g. dicitur esse causa effectuũ, quos prius produxit per actionem.

B Quinta opinio est ponentium in efficiente plures causalitates, ex quibus aliqui primo, dicunt, quod sicut duplex est causa efficiens, scilicet efficiens simpliciter, & mouens, ita cuiq; respondet propria causalitas, nam efficientis, vt sic causalitas spectatur in ordine ad effectum; mouentis vero, vt sic, in ordine ad materiam, circa quam duas habet causalitates. Alteram eductionis; alteram inductionis, quas Fons. non dicit distingui, nam sępè efficere aliquid, & efficere in aliquo coniunguntur, vt dũ ignis producit ignem ex ligno; & in hac vna causalitate fundantur duæ relationes. Vna agẽtis ad id, q̃ fit. Altera agentis ad id, q̃ patitur. 5

C Secundo alij, vt Fons. dicunt duas esse rationes causandi. Altera est, agere ex nihilo, quæ indiget virtute infinita. Altera est, agere ex aliquo, quæ in varias rationes diuiditur, vt in actionem immanentem, & transeuntem; & actio transiens in instantaneam, & temporaneam; & hæc in varias species motus, quatenus motus non accipitur pro forma fluente, sed p̃ influxu causæ. Sed neque hic modus omnino placet, quia debet explicari ratio communis, vnde constituatur causa efficiens in communi, vt sit actu causa, ideo Not. tria posse cõsiderari in agente. Primum est virtus, & hanc non esse, certum est, quia hæc præcedit tempore effectum. Secundum est relatio. Tertium

D actio. Quartum influxus, quem dicunt distingui ab actione, sed non explicant, quid sit.

ART. III. Continens opin. Auctoris.

PRima Concl. causalitas efficientis, est influxus, seu concursus, quo causa communicat formaliter esse effectui. patet ex dictis de causalitate in communi. 6 *Causalitas efficientis est influxus, quo datur esse effectui.*

Cõs. q̃a causalitas est, qua formaliter cã facit effectiuè aliquid à se existere, seù habere esse, seu quo deducit rem ad esse, quo agit; at id est influxus, seu concursus; ergo. Confirm. quia ab omnibus conceditur nam etiam Sonc. & Iauel. 5. metaph. q. 4. qui negant esse actionem concedunt esse influxum.

E Secunda Conc. hic influxus non est ipsa virtus agentis, sed aliquid distinctum ab ea. patet, quia præexistit virtus sine causalitate, & eadem manet, transacta causalitate. ex his fit esse aliquid distinctum à causa.

Confirm. quia causalitas existit ex vi virtutis acti-

actiuæ, at virtus actiua non existit ex vi sua.

Dices causalitas efficientis est fundamentum relationis efficientis ad effectum; at fundamẽtum relationis est, ipsa virtus actiua 5. met. 20. ergo;

Resp. 1. ibi ab Arist. dici relationem consequi actionem. Resp. 2. relationem realem ad actionem fundari in potentia actiua, posita actione, tanquam conditione, sine qua non, quę quidem actio est realiter ipsa forma producta, vt habet egressum quemdam ab efficienti, vt si nos prius concipiamus formam egredi ab efficienti, quam formam habere relationem ad illud.

7 *Non est relatio prædicamentalis.*

Tertia Concl. hic influxus non est relatio prædicamentalis, quæ est inter efficiens, & effectum, quia hæc supponit, scilicet effectum, vt terminum, & causalitatem, vt rationem fundandi, vt bene Fons. loc. cit.

Dices causalitas est accidens causæ, at accidens dicit relationem ad subiectum, cuius est accidens.

Resp. causalitatem denominare causam, siue intrinsecè, siue extrinsece, iuxta varias naturas causarum, sed non dicere relationem prædicamentalem, sed transcendentalem, seù secundum dici ad suum principium, sicut etiam ipsum agens dicit relationem ad effectum, prædicamentalem quidem consequenter, at transcendentalem, & secundum dici actualem per actionem, potentialem vero per principium actiuum.

8 *Neq. aliquod intrinsecum agenti.*

Quarta Concl. causalitas non est aliquid intrinsecum agenti, ità Suar. & alij, qui docent causalitatem consistere in actione, & hanc non esse in agente.

Prob. 1. à posteriori, quia Deus est propria causa, & tamen nihil ei de nouo aduenit, quia mutaretur, neq. effugitur mutatio ex eo, quod non acquiritur de nouo entitas, sed tantũ modus quidam, quia ex hoc tantum sequitur non esse mutationem propriè dictam, at ob acquisitionem modi de nouo, negari non potest aliqua variatio realis intrinseca subiecto, qualem mutationem habent, qui acquirunt relationes: at hoc diuinæ simplicitati repugnat, vnde ob id negant Deo conuenire relationes de nouo.

Cons. quia is modus conueniret voluntati dum agit; at hoc repugnare, constat; nam eo posito necessario sequeretur actio, quare ad saluandam libertatem dici deberet esse in nostra potestate talem influxum, seu modũ edere, vel non. Et hinc sequitur rationem libertatis ex malitia, primo, & formaliter non esse in actione voluntatis, sed in eo influxu, quod abhorret à Theologorum doctrina. Tũ quia remanet difficultas de illo modo, cum pẽdeat etiam ab ipso efficiente.

2. Prob. à priori, quia efficienti conuenit efficere, ex eo, quod est in actu, non ex eo, quod est in potentia; ergo, vt agens non est receptiuus actus in se, sed vt habet actum a se, quia subiectum non est receptiuum actus, nisi, vt est in potentia ad illum; ergo efficiens, vt sic, non est receptiuum suæ causalitatis, quia sic non haberet actum à se, sed in se. quod est contra rationem principij effectiui.

Cons. quia sequeretur, quod omne agens in agendo moueretur, recipiendo scilicet in se causalitatem, vnde non posset reducere aliud ad actum, nisi se prius reduceret, vnde esset impossibile deueniri ad agens immobile, vel ad agens, quod esset purus actus.

Deniq; Cons. ex ijs, quibus prob. actionem non recipi in agente, vbi etiam soluẽtur argumenta, quæ contra hanc concl. obijci possunt.

9 *Causalitas in actione consistit.*

Quinta Concl. probabilius mihi est causalitatem efficientis consistere in actione, ità Alb. hic tract. 2. c. 6. D. Thom. 5. met. c. 2. vbi ait, *Efficiens est causa in quantum agit.* Conimb. q. 6. ar. 2. hoc 2. lib. Suar. tom. 1. disp. 18. sect. 10. num. 5. Murcia hic disput. 4. quæst. 11. Quia per actionem constituitur efficiens in ratione causæ efficientis, quia per id constituitur efficiens actu, quod immediate intelligitur cõuenire efficienti vltra potentiam agendi; at hoc non est nisi actio, qua sublata non potest intelligi causa actu agens, & ea posita necessario intelligitur actu agens. vnde Aristot. 5. met. c. 14. tex. 20. ait relationem agentis proxime fundari in actione.

Secundo, quia causalitas cuiusque causæ est id, quo proximè per se, & intrinsecè attingit effectum, & quo effectus pendet à causa, quia causalitas est via, & tendentia ad effectum, vnde dicitur mediare inter causam, & effectum, & ideo dicitur influxus, quo causa influit in effectum, & effectus pendet à causa; sed hoc est actio, quia actio est dependentia, qua effectus pendet à causa, & qua efficiens dat esse illi, vt infra de actione.

Tertio, quia ad causalitatem, necessaria est actio, vt patet, & præter illam nihil aliud excogitari potest; nam si esset aliud, quod mediaret inter potentiam agendi, & actionem, vel id est præuium actioni, & quasi radix eius; vel subsequens; vel concomitans. Non primũ, quia omne præuium ad actionem non pertinet ad actualem causalitatem efficientis, sed ad rationem principij quo, vel quod; vel ad conditionem requisitam, cuius signum est, quia si sistatur in illo præuio, præcisa actione, non intelligitur causa actualiter causare, siue illa pręcisa sit per intellectum, siue per suspensionem realem actionis naturaliter ex libertate causæ, vel simpliciter, quod positis prærequisitis ad actionem, potest actio suspendi; sed statim, ac intelligitur actio, intelligitur causa actu causare. Non secundum, nã quod sequitur actionem, vel est terminus, vel posterius termino; ergo non potest esse causalitas prima ipsius causæ, cum sit effectus primarius, vel secundarius talis causæ. Neque tertium, nam si solum concomitanter se habet; ergo est per accidẽs ad actionem, quare eo secluso, potest manere actio, atque adeo causalitas agentis.

Cons. quia non potest explicari, nec intelligi, quid sit hoc, quod ponitur distinctum ab actione, & principio actionis, & conditionibus prærequisitis.

Resp. aliqui illud præuium cum sit causalitas respectu actionis, non posse nec esse, nec concipi sine actione, vt neque actio sine termino. Sed contra, quia sicut potest concipi terminus sine actione, vt ratione formali constituente terminum, ita posset concipi agens constitui in ratione agentis, sine actione, tanquam ratione formali constitutiua. A

Conf. quia hoc præuium, vel ponitur in agẽte, vel in effectu. Non primum, vt patet ex dictis concl. 4. & Conf. quia vt efficiens dicatur actu causare sufficit actio; ergo frustra ponitur aliud. Non secundum, quia in eo non est aliud, quam relatio effectus ad causã, & constat non esse causalitatem, vel dependentiã effectus à causa, at hæc depẽdẽtia, vel est ipsa actio, vel assequitur ad actionẽ, quia effectus adeo pẽdet à causa, quia agens illi cõparat esse per actionẽ, tanquam per rationem agendi propriam. B

Ex quo patet eos, qui dicũt illum modum, seu influxum non esse aliud, quàm virtus agẽdi, vt habet effectum à se dependentem; vel rẽ non explicant cum causalitas sit distincta à virtute, & effectu, vel non benè sentire, nam constat causalitatem formaliter non posse esse totum illud, quia causalitas est de nouo, non autem sic virtus agendi, vt ponitur. Neque effectum secundum se, quia potest remanere in esse sine causalitate; ergo ratione dependentiæ; at hæc, vel non est distincta ab actione, vel sequitur actionem; ergo. C

ART. IV. Referuntur, & soluuntur argum. Aduersariorum.

10 *Obiectio ex paritate aliarũ causarum.*

Sed cõtra hanc conc. primo obijcitur, in ceteris causis causalitas est modus existens in ipsis causis; ergo etiam in efficiente.

Conf. 1. quia causalitas debet esse aliquid distinctum ab effectu, & efficiente, quia ipsa secundum se non debet causari, sed per illam debet causari effectus; sed actio non est aliquid distinctum ab effectu in fieri: ergo non potest esse causalitas, alioqui ipsa causalitas causaretur, atque adeo per aliam causalitatem, quia quidquid est in effectu est causatum, vnde dabitur processus in infinitum. Neque dicas causalitatem propriè non causari, sed concausari, nam hac ratione neque forma causatur, sed cõcausatur, ad causationem totius. D

Conf. 2. quia prima causalitas debet antecedere omne id, quod oritur à causa, cum omne id causari dicatur, sed non solum terminus, sed etiam ipsa actio oritur à causa; ergo.

Conf. 3. quia transacta actione adhuc manet causalitas efficientis, nam sol dicitur causa efficiens auri, etiam post productum aurum, quia verè dicitur aurum pendere à sole, & tamen actio non manet.

Conf. 4. quia Deus creat per veram causalitatem, & non per actionem, cum creatio sit accidens, nam actio cum sit accidens debet recipi in subiecto, at creatio nõ habet subiectum, neque ex quo, quia repugnat creationi; neque in quo, quia hoc non posset esse nisi terminus, at terminus est posterior actione, subiectum autem est prius. E

Conf. 5. quia causalitas debet reperiri respectu cuiuscunque effectus; sed actio non est talis, quia hæc est in effectu, quæ respectu vnius effecti adæquati non est vna, sed plurificatur iuxta terminos formales, vt v.g. in generatione ignis, est actio transmutatiua materiæ. Secundo productiua formæ. Tertio vnitiua. Quarto productiua totius compositi, quos omnes dist ngui patet ex productione hominis, at in vna causa respectu vnius effectus adæquati est vna tantum causalitas.

Conf. 6. nam efficiens definitur esse, id, vnde primum principium mutationis; ergo causalitas non est ipsa actio, quæ est idem cum mutatione, quia ly *vnde*, quo significatur causalitas distinguitur à mutatione.

Conf. 7. ex Heru. quodl. 4. q. 8. concl. 4. quia omne concretum siue verbale, vt agere, siue nominale, vt quale, non significat formam abstractam in recto, sed in obliquo, & subiectum in recto, vt quale dicitur in recto subiectum habens qualitatem; quare idem dicendum est de concretis verbalibus, siue sint concreta deducta à verbis neutris, vt calere, & lucere, quæ dicunt habere calorem, & lucem; siue deducta à verbis actiuis, non solum, quoad modum significandi dicunt actionem in obliquo, vt videre, & recipere, sed etiam, quæ sunt actiua secundum rem, vt calefacere, frigefacere, &c. vnde agere propriè quoad modum significandi non est actio; sed est habere actionem, non quidem in se, sed à se, sicut à causa efficiente; ergo causalitas non consistit in actione, sed in ipso agere, quod est habere actionem.

Ad 1. Resp. Conimb. esse diuersam rationẽ, quia peculiare est efficienti producere formã à se realiter distinctam, vt causa materialis, & formalis sunt intrinsecę; & non posse esse modum aliquem, patet ex dictis, nam vel actio est transiens, & non mutat intrinsecè agentia, sed effectum, in quem transit, & ponit in esse, vel est formaliter, & virtualiter immanens, & constat non esse aliquid intrinsecum ipsi agenti distinctum ab actu, vel actione, quæ immediatè manat à suo principio, & quidquid additur præter potentiam in actu primo constitutam, est actio, vel terminus illius, vel est formaliter immanens, & virtualiter transiens, & neque actus, qui est in agente, est causalitas, quia per illum non constituitur causa causans extra se, sed est vel proximum principium agendi, vel applicatio principij, à quo est causalitas, vt patet in Deo, in quo actus immanens est æternus, & causalitas est temporalis, vt alibi. 11 *Responsio.*

Actio non est in se effectus, sed dependentia.

Ad 1. confir. Resp. primo Suar. actionem nõ esse ipsum effectum, sed esse dependentiam, quæ distinguitur modaliter ab effectu, vnde manere potest effectus variata dependentia, & emanatione à causa, & tunc non variatur, nisi causalitas, vt infra de actione. Resp. secundo, si nomine effectus intelligatur quidquid aliquo modo manat à causa, conceditur actionem esse effectum, cum sit ipsa dependentia à causa, at hoc non repugnat causalitati, sed maximè est necessarium, vt patet in alijs causalitatibus, nã cau-

causalitas semper prouenit à causa, vnde licet non causetur propter se, tamen causatur propter aliud, nec tamé debet alia causalitate causari, vt neque actio per aliam actionem, nam habet immediatam habitudinem, tanquàm vinculum quoddam inter causam, & effectum, vt neque motus.

12 Ad 2. confir. resp. causalitatem anteire ea, quæ pendent quoquomodo à causa, vt terminū, non vero, quæ pendent, vt causalitas. Ad cōfirm. transacta actione non durare causam in actu, sed tantum materialiter, non in ratione actu causantis, cum actu non influat, sicut neque effectus actu pendet à causa, sed dependisse ratione præteritæ actionis. Vnde Sol non dicitur causa auri, muriū, & similium ratione actualis causalitatis nunc præsentis, sed ratione relationis consequentis, quæ manet transacta causalitate, sicut pater dicitur pater filij, etiam transacta causalitate.

Ad 3. resp. Conimb. actionem dupliciter accipi primo secundum suam realitatem, & est idem cum effectu, quatenus per productioné effectus comproducitur. Secundo secundum rationem formalem, qua denominat agens, & ita est causalitas efficientis, vt se tenet ex parte efficientis, neque oportet causalitatem fieri per aliam, vt neque existentia per aliam existentiā existit; & hanc debere placere etiam ijs, qui putant causalitates esse modos se habendi causarum, vt constat, quia tales modi, licet non realiter distincti, tamen sunt aduentitij rebus, & in ijs sustentantur, quare necessario pendent, & tamen non per alias causalitates, neque eadé est ratio de forma, quæ etiam cōcausatur, quia forma concausatur, vt terminus, non vt causalitas, seu vt via ad terminum, sicut causatur causalitas. Dices forma facta, vt sic non potest esse prima causalitas, sed actio est forma facta, cum non sit aliud, quàm effectus; ergo nō potest esse prima causalitas. Resp. hinc potius sequi actionem esse primam causalitatem, quia non est forma facta, vt terminus, sed vt via, & quo agens tendit ad terminum, quod est proprium causalitatis, per quam fit terminus, terminus enim fit per actionem, non solum secundum modum significandi, vt putat Heru. Sed vt per formalem causalitatem, per quam formaliter denominatur terminus fieri, vnde ly *per*, ibi dicit realem causalitatem, & habitudinem medij, quomodo motus dicitur medium attingendi terminum motus, non solum extrinsecum, sed etiam intrinsecum. Neque solum dicit realem causalitatem effectiuam respectu agentis, quod denominatur agens per actionem, sed etiam respectu termini, qui denominatur fieri per actionem.

Actio dupliciter sumitur vel formaliter, vel realiter.

Ad 4. de creatione resp. Conimb. recipi in termino, qui diuersa ratione est prior, idest in genere causæ materialis, & est posterior in genere causæ efficientis.

Resp. Suar. non habere subiectū, vt neq; terminus eius, quia actioni nō debetur subiectū, nisi rōne termini, de qua re Suar. 3. p. to. 3. di. 50. sect. 5. & disp. 20. met. sect. 51. nam alias actiones constat esse, & recipi in subiecto. Sed de hac re fusè in 1. p. vbi examinabimus, an volitio diuina sit actio, vel principium actionis.

Ad 5. illud arg. retorqueri, quia vbi plures actiones sunt, ibi sunt plures causalitates; & cōtra: vnde negatur, ibi esse vnam actionem; sed tot, quot termini proportionaliter partiales, vel totales, & in eductione formæ, & productione compositi non sunt plures actiones, sed eadem actio terminatur ad formam, & compositum; & in eductione formæ est vna actio agētis, & vnus concursus materiæ, respectu existētiæ formæ, sed illa actio hēt habitudiné ad terminum, & ad subiectum, tanquam concausam; sed actio vnitiua est distincta ab actione productiua existentiæ formæ, quæ distinctio actionū clarius patet in anima rationali lege Scotum 7. met. q. 10. Ant. And. q. 4. Sonc. q. 23. Zim. Theorem. 100. Durand. 2. d. 1. q. 4. ad vlt.

Ad 6. Resp. per ly, *vnde*, explicari rationem formalem actionis, per quam mutatio secundū se ab illa distinguitur, nam ratio formalis actionis significatur per ly, *esse ab alio*, cum tamen mutatio dicat solum ordinem ad subiectum, siue inter se distinguantur ex natura rei, siue p intellectum. Vel si volunt nomine mutationis intelligi actionem, sensus illius definitionis est, vt causa sit principium vnde, mutatio, quare ly *vnde*, refert principium, à quo est mutatio, idest actio, vt per illud distinguatur à principio materiali, quod dicitur *esse id, ex quo*; & non *vnde* & *à quo*, nam causa efficiens dicitur, quod est principium suæ actionis, quæ dicitur causalitas efficientis.

Ad 7. ex Heru. Resp. me non intelligere argumenti vim, vel illum laborare in æquiuoco, nam confundit causare cum causalitate; concedimus enim causam causare effectum esse producere, agere, & habere effectum; sed in hac quæst. quæritur, quæ sit forma huius concretæ denominationis, & illam dicimus esse actioné productiuam, seu viam ad effectum. Neque satis intelligi potest cur negent actionem esse causalitatem, eo quod pendeat à causa, & concedant concretum actionis esse causalitatem, cum magis pendeat concretum à causa, quàm forma constituens concretum. 13

Ex quibus patet ipsum agere non esse causalitatem, quia causalitas debet esse id, à quo constituitur causa in ratione actus causantis, sed hoc non potest esse concretum, sed forma abstracta; ergo actio, & non agere erit causalitas. Minor patet, quia omne concretum, siue verbale, siue nominale nō est forma constitués, sed potius aliquid constitutum ab alia forma, quæ respectu huius concreti non potest esse, nisi actio, vnde Auctor sex principiorum definit actionem esse secundum quam, id, quod subijcitur agere dicitur; si enim secundum actionem non dicitur agere, per quid formaliter dicetur agere? At resp. dici agere per actum, qui est ipsum agere. Sed contra, quia agere ex modo significandi, non est abstractum, sed concretum, significat enim habere actum, seu actioné, sicut currere significat habere cursum; at om-

ne concretum debet habere suam formam à qua descendat; sed hæc forma denominans nõ potest esse ipse actus secundum se, seu forma permanens, quia hæc non denominat agere, sed esse tale, vt calor nõ denominat subiectum calefaciens, sed calidum, quare debet explicari, quid addatur, vt calidum dicatur agere. At resp. possunt denominari ab actu non informante causam, sed terminãtę actionem causæ, vt est ab agente. Sed contra, quia vel concipitur terminus secundum dependentiam actualem ab agente, & hic est conceptus actionis, quia actio nihil aliud est, quàm ipsum fieri effectus; vel accipitur terminus secundum se, & vt habens esse permanens, & hic non potest denominare agens actualiter agere, quia tunc nihil actualiter fit, & producitur, sed fuit productum, & factum.

14 Dices causalitas non est aliud, quàm id, per quod causa habet actum à se factum; sed hoc nõ est actio, sed agere, quia agere nõ est aliud, quam habere formam à se factam, nam causa dicitur agens ab actu, quem non habet in se, sed à se. Resp. hos confundere causalitatem cũ habere causalitatem, quæ tamen distingui debent, sicut distinguũtur calor, & habere calorẽ; hic autem quærimus causalitatem, non autem habitionem causalitatis: & ideo dicimus causalitatem esse actionem, & habitionem causalitatis explicare per agere. Sed instant causalitas se debet tenere ex parte causæ, atque adeo vt habetur à causa, sed hęc habitio explicatur per agere, & non per actionem; ergo causalitas cõsistit in agere, & non in actione, nam actio se tenet ex parte effectus, vel saltem est indifferẽs ad denominandam causam, vel effectum. Resp. tam agere, quàm actionem se tenere ex parte causæ, quia illud, vt concretum, hoc vt abstractum, & vt formam concreti, actio enim non denominat subiectum in quo est, sed principium, à quo est.

Dices effectus põt accipi dupliciter; primo vt est in fieri, & ita non potest esse causalitas, quia esset causalitas sui ipsius; at vt sic habet cõceptum actionis; ergo actio non potest esse causalitas. Secundo in facto esse, & non differt ab effectu in fieri, nisi sicut perfectum ab imperfecto, & penes connotatum, nam in facto esse supponit existentiam rei in fieri; in fieri autem supponit negationem existentiæ immediatè præcedentem, & secundum hanc rationem multo minus potest esse causalitas.

Resp aliqui actionem accipi dupliciter. Primo pro effectu in fieri, & ita non est causalitas, quia esset causalitas sui ipsius, & hac ratione sumitur mutatio, seu actio in definitione causæ efficientis, vbi ly *mutatio*, accipitur pro effectu in fieri, & ly, *vnde*, pro influxu in effectum. Secundo accipitur pro exercitio potentię actiuę, qui dicitur influxus in effectum, & ita habet rationem causalitatis. Ego vero existimo actionem etiam primo modo sumptam habere rationem causalitatis respectu effectus in facto esse, quia fortè distinguũtur ex natura rei, vt alibi, & ob diuersum modum essendi.

A ## QVAESTIO TERTIA.

Quid sit necessarium in causa efficiente, vt sit principium causalitatis.

PRimo Not. efficiens aliud dici, vt quod, vt est ipsum suppositum, seu compositum subsistens, quod denominatur efficere, iuxta illud commune axioma. *Actiones sunt suppositorũ.* Quod dicunt colligi ex 1. met. c. 1. Aliud esse, vt quo, & est forma aliqua, per quam constituitur suppositum in ratione actiui. 1

Secundo Not. diuidi etiam solere efficiens in remotum, & proximum. Remotum appellant, quod non habet omnia requisita ad effectus
B productionem. Proximum vero, quod habet omnia requisita, vt infra explicabimus hæc autem requisita reuocantur ad duo capita, scilicet ad virtutem elicitiuam causalitatis, & ad conditiones, sine quibus non potest virtus exire in actum, seu causalitatem.

Tertio Not. virtutem, seu potentiam posse esse substantialem, & accidentalem; mediatam, & immediatam, immediatam appellant, quæ immediatè est principium causalitatis; mediatam vero appellant, quæ est radix, & origo potentiæ immediatę. Hic non inquiremus de natura huius potentiæ, & virtutis, quia de ea re agemus, cum de virtute causarum secundarũ;
C quia constat hanc virtutem reperiri in aliqua causa efficienti, saltem in Deo, atque in eodem illam esse substantialem; quare solum difficultas esse potest de agentibus creatis, ideo solum agemus de conditionibus requisitis ad causam efficientem, vt sit sufficienter constituta in actu primo, & proximo ad productionem effectus.

Virtus multiplex.

Quarto Not. hic inquiri pręcipuè conditiones causarum creatarum, quarum conditiones ad agendum varię ponuntur, sed pręcipuè sex. Prima, vt existat. Secunda, vt habeat passum, in quod agat, quia non agit creando. Tertia distinctio inter agens, & passum. Quarta
D propinquitas inter agens, & passum. Quinta dissimilitudo, & proportio. Sexta, quod agens materiale sit extensum, de qua Suar. 3. p. disp. 49. sect. 1. Murcia disp. 4. q. 9. vbi ait formam naturaliter non posse agere, nisi habeat naturalem modum essendi. Vnde Christus in Sacramento existens, nihil potest naturaliter agere, vel pati, quia ibi existit supernaturali modo, scilicet indiuisibiliter: Verum hæc doctrina non est vniuersaliter vera, quia species Sacramentales carent naturali modo essendi, cùm non inhæreant, sed per se existant, & tamen naturaliter agunt, quare intelligenda est de naturali modo essendi requisito ad contactũ inter agens,
E & passum, sed de hac re alibi: & si non omnes hæ propriè appellentur conditiones. Nos cęteris omissis ad proprias materias, tantum de prima tractabimus. Quare sit.

Conditiones causarũ creatarũ, quæ sint.

DVBI-

DVBITATIO PRIMA.

An existentia sit naturaliter necessaria, vt efficiens operetur.

DE hac Suar. disp. 14. met. sect. 3. num. 30. Hurt. hic disp. 8. sect. 5. Masius hic in c. 3 sect. 3. q. 8. Sonc. 5. met. q. 7.

1 Opinio negās. Prima opinio est dicentium existentiam causæ efficientis non esse necessariam ad causalitatem, & productionem effectus, quia videmus accidentia corrupta, præcedentia formam generandam, & existentia in toto composito producere formam.

Conf. quia existentia, vel requiritur ex ratione causæ, & non, nam causa finalis, etiam nō existens habet suam causalitatem, vel ex ratione talis causæ, & neque, quia taleitas solum specificatur ex tali modo concurrendi, sed in illo modo concurrendi non includitur existētia, nam si intelligatur efficiens esse id, à quo aliud, rectè intelligitur modus concurrendi proprius causæ efficientis, & tamen ibi non includitur existentia.

Confirm. 2. quia existentia in causa requiritur ad fundandam prioritatem, quam causa habere debet respectu effectus; at potest fundare illam etiam si non coexistat effectui modo immediatè ante extiterit, vt patet in priuatione, quæ principiat quando non est.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui dicunt nullo modo requiri existentiam, quam tamen hucusque neminem ex Antiquioribus, vel Recentioribus, quos legerim, docuisse video.

At alij secundo requirunt existentiam, vel in eadem mensura afficientem causam, in qua est causalitas, vel saltem immediatè ante, ita Thomistæ existimantes accidentia esse in toto composito, & in generatione substantiali fieri resolutionem, vsque ad materiam primam; atq; adeo corrumpi omnia accidentia in subiecto existentia; & ex vi eorumdem accidentiū corruptorum produci formam substantialem in eadem materia. sequitur Cabrera in 3. p. q. 26. ar. 1. disp. 3. §. 13. num. 113. ex Soto 4. dist. 9. q. 2 ar. 7. & tribuit Nugnes, & Zumel. Fundamentum, quia inter causam, & effectum; sicut sufficit contactus, & præsentia localis per contiguationem, & non est necessarius per cōtinuationem, vel per penetrationem, ita sufficit cōtactus durationis per contiguationem, sed hic contactus durationis per contiguationem est inter causam immediatè existentem, & effectū immediatè consequentem, quia quæ sunt successiuè non alia ratione contiguantur; ergo causa etiam si non existat cum effectu, sed immediatè ante existat, potest producere effectum.

Conf. ex multis exemplis naturalibus, primo ex motu successiuo, & tempore causatur mutatum esse, & instans, quando non existit motus, nec tempus. Secundo, forma substantialis sequitur alterationem, tanquam terminus secundarius. Tertio, forma mixti causatur ex A elementis in instanti, quo elementa primo non sunt. Quarto, idem contingit quando aliquid se ipsum corrumpit per vnam partem agendo in aliam, nam eo tempore, quo alterat aliud alteratur ab alio, ita vt vtriusque alteratio corruptiua in eodem instanti terminetur, in quo corrumpit, & corrūpitur, agit, & agitur, quando non est, sed immediate antea fuit. Quinto, semen producit viuens in instanti, in quo non est, quia in eo instanti forma seminis corrumpitur, ne sint duæ formæ in eadem materia. Sexto, intellectio immediatè præcedens causat volitionem. Septimo, intentio immediatè præcedens, causat electionem. Octauo, volitio causat motum localem. Nono, assensus prin- B cipiorum causat assensum conclusionis, quorū omnium causatio est in eo instanti, in quo causæ non sunt, sed immediatè antea fuerunt, quia scilicet ad actionem sufficit contactus temporis, sicut sufficit contactus loci, tametsi agens, & passum simul penetratiue non sint. Deniq; id confirmant ex productione gratiæ, ex vi sacramentorum, quæ supponunt physicè illam producere, nam sacramenta non producunt gratiam, nisi sint completa secundum significationem, sed hoc complementum non habēt, nisi in vltimo instanti, quia immediate ante sēper superest aliquid efficiendum; ergo producunt in vltimo instanti; sed cum prolatio C verborum sit successiua non potest esse in instanti; ergo prolatio verborum producit gratiam dum non existit.

Secunda opinio est dicentium causam efficientem non posse aliquid producere, dum non existit in eadem mensura durationis, in qua producit, neque sufficere, quod extiterit immediatè ante. Hanc constanter docet Suar. tom. 1. in 3. p. q. 13. ar. 2. disp. 31. sect. 8. & tom. 3. disp. 8. sect. 2. & disp. 14. met. sect. 3. nu. 30. & disp. 31. sect. 10. nu. 16. sequitur Hurt. disp. 8. phy. sect. 5. Soncin. 5. met. quæst. 7. Masius loc. cit.

Probant 1. ex 2. phy. tex. 36. & 37. vbi colli- D gens omnia causarum genera, & modos, subdit; *Omnes autem aut actu existentes, aut secundum potentiam*, idest quod aut actu agunt, aut agere possunt. *Differunt autem tantum, quod actu quidem existentes, & singulares.* idest actu causantes. *Atque ea, quorum sunt causæ simul sunt, & non sunt, vt hic medens cum hoc, qui sanatur; & hic ædificator: cum hoc, quod ædificatur, quæ autem sunt secundum potentiam non semper sunt, corrumpitur enim, non simul domus, & ædificator.* quia scilicet causa, quæ non agit, sed potest agere, non semper existit simul cum effectu.

Conf. ex 4. met. tex. 16. vbi, *Quæ non sunt* E *quo loquentur, aut intelligent, seu ambulabūt.* Resp. causam existere quidem non formaliter, sed virtualiter, non in esse entis, sed in esse cāe. sed contra, Primo, quia si per existere virtualiter, intelligunt existere in aliquo, quod sit eius virtus, per quam agat, iam nobis concedunt virtutem immediate elicitiuam causalitatis exi-

existere simul cum causalitate, quod nos intẽdimus; si vero per existere virtualiter intelligant existentiam causæ in effectu producto, iā petunt principium, quia de hoc quæritur, an possit effectus existere ex vi causæ, non existente ipsa causa, quæ det existentiam effectui. Secundo distinctio illa existentiæ in esse entis, & in esse causæ aperte repugnat cum Arist. Tum quia Arist. negat posse causam habere causalitatem in effectum, idest locutionem, & ambulationem, nisi ipsa existat in ratione entis, eo q̃ virtus causatiua fundatur in ratione entis. Tū quia Arist. in 2. phy. ex causalitate, seu ex virtuali existentia, quæ est existentia effectus, infert existentiam formalem causæ, quæ est existentia in esse entis, & contra ex negatione existentiæ in esse entis infert negationem in esse causæ. Tum quia vanum fuisset discrimen assignatum inter causam in actu, & causam in potentia; quod ibi requiratur simultas existentiæ, hic vero nequaquam; at vero nō pōt intelligi de simultate existentiæ, quoad rationem causæ, quia sicut causa actualis refertur ad effectum actualem, ita causa in potentia ad effectum in potentia; ergo debet intelligi de existentia causę in esse entis, vt necessaria ad productionem effectus.

Confirm. primo, quia alioqui sequeretur rẽ posse causare aliud, antequam ipsa causetur, dum est in potentia, quia tam est ens in potentia antequam causetur, quā dum est corrupta, postquam semel extiterit, at hoc esse absurdum patet, quia quomodo potest dare esse alteri, vt sit actu cum ipsa non sit actu.

Confir. 2. ex sensu omnium, quia non satis intelligi potest quomodo res non existens, dū non existit concurrat ad productionem effectus. Vnde extat communis opinio existentiam esse necessario requisitam ad causam efficientem; nam quod dicunt, motum grauium produci à generante, id non dicitur, quod generās habeat peculiarem cōcursum ad motum pręter eum, quem habet grauitas, sed quia quando erat, produxit grauitatem, per quam tanquam per suam virtutem mouet graue, quare q̃d per se ipsum agit, oportet vt in se existat, quod vero per instrumentum separatum sufficit, vt existat formaliter instrumentum, & ipsum virtualiter in instrumento, nam solum dicitur agere per denominationem extrinsecam.

3 Prob. 2. à posteriori, quia si non esset necessaria existentia, neque esset necessaria propinquitas, tum quia propinquitas est modus rei existentis; tum quia magis videtur necessaria existentia, quam propinquitas, quia existentia est magis intrinseca principio effectiuo, quam propinquitas.

Confirm. quia si efficiens corruptum potest physicè causare; ergo etiā potest animal mortuum in primo instanti sui non esse habere actiones vitales, vt sentire, audire, videre, loqui, & similia, quia non est ratio, cur calor productus possit in primo instanti sui non esse producere ignem, & non possit animal mortuum id præstare.

A Confirm. 2. quia hinc sequeretur hominem habentem perfectam libertatem, & existentem in gratia posse peccare in primo instanti sui non esse, atque adeo hominem mortuum in gratia damnari, vel hominem habentem peccatū mortale saluari, quæ certè sunt absurda. Consequentia probatur, quia adhoc, vt causa possit operari, sufficit secundum aduersarios contiguari existentiam causę cum effectu, & manere in esse causæ, licet non maneat in esse entis; ergo etiam homo poterit habere actionem in illo instanti, cum immediate ante fuerit. Ex quo etiam sequitur posse animam, quę in toto vitæ tempore fuit in peccato mortali, consequi gratiam in primo instanti, in quo iam est separata à corpore, quia potest cōtingere, quod prolatio verborum sacramentalium terminaretur ad idem instans, in quo terminatur vita eius, cui applicatur sacramentum, ita vt primum non esse hominis, sit primum non esse prolationis verborum; atque adeo sicut sacramentum in hoc instanti confert gratiam, ita in eo anima suscipit illam. *An anima in toto vitæ tempore quæ stetit in peccato possit cōsequi gratiā in primo instanti, in quo est separata à corpore.*

B Resp. Cabrera loco cit. nu. 124 hunc casum moraliter non posse contingere, quia non potest esse tanta adæquatio inter prolationem verborum, & corruptionem vitæ sacramentū suscipientis. Sed contra, quia etiam si moraliter id esset verum, tamen sufficit, quod metaphysicè casus possit contingere, atque adeo possit id, quod asseritur in casu posito esse verum; at ex vero non potest sequi falsum, ideo,

C Resp. 2. pertinere ad Dei prouidentiam impedire contingentiam casus, sed contra, nam hoc est diuinare, quis enim illi reuelauit Deū velle hoc impedire. Secundo propria auctoritate leges præscribit prouidentiæ diuinæ, cum regula generalis sit Deum non impedire actiones secundarum causarum, nisi aliud ex reuelatione, vel certa ratione colligatur, quare cogitur in has angustias ex falso supposito, scilicet (quod causa non existens producat) quod asserunt, ideo;

D Resp. 3. in eo casu animam non esse capacē ad recipiendam gratiam sacramentalem. Tum quia est omnino spiritualis; sacramentum vero constat ex corporeo, & spirituali. Tum quia anima in illo instanti non pertinet ad statum viæ, sacramenta vero sunt ordinata ad eos, qui sunt in via. Sed contra, quia sequeretur hominem viatorem recipere integrum sacramentum, & tamen non recipere gratiam, vt si v. g. in eo tempore, quo erat in via recepit integrū sacramentum, & moriatur per primum sui nō esse, in quo instanti non est sacramentum, cum immediatè ante fuerit. Neque dicas defuisse

E sacramento aliquid necessarium, scilicet perfectionem significationis, quæ est in instanti; quia sicut in illo instanti non est sacramentū, sed immediatè ante, ità in illo instanti non est perfectio sacramenti, & significationis, sed immediatè ante fuit tota perfectio sacramenti, cū sacramentum perficiatur per vltimam prolatio-

tionem syllabę, vel litteræ, vt alibi fusius ostendemus.

Resp. 4. Zumel concedendo casum, & in eo recipi gratiam, sed illud instans, in quo recipit gratiam, cum sit complementum viæ præcedentis ipsius hominis, debet reponi, vt aliquid viæ, atque adeo homo recipiens gratiam in eo instanti, non recipit illam, vt est extra viam, sed vt est in via; Sed reijcitur à Cabrera, quia dum anima informabat corpus non potuit recipere gratiam, quia non erat perfectum sacramentum; at in vltimo instanti, in quo est perfectum sacramentum, & confert gratiam, iam anima non informat corpus; ergo non est capax gratiæ sacramentalis. Ex quo patet dicendum esse sacramentum non posse producere, dum non existit, saltem secundum aliquid sui, vt ostendimus in 3. p. & hæc opinio mihi placet.

Prob 3. à priori, quod actio sit modus causæ, & actus quidam secundus, modus autem supponit rem modificatam, & actus secundus primum, vt id, à quo procedit, & accipit esse, at non potest accipere esse ab eo, quod nó est, quia quod non est, dum non est, non dat esse; quia datio includit dantem saltem, vt principium coexistens.

4 *Ad argumenta primæ opinionis.*

Resp. ad 1. negando accidentia corrupta producere formá, vt ostendemus in lib. de gener.

Ad 1. Conf. Resp. singulas causas exigere existentiam proportionatam, vnde finis, quia mouet intentionaliter, habet existentiam intentionalem, cœteræ vero causæ, quia influunt realiter, requirunt existentiam realem.

Ad 2. Conf. Respon. diuersam esse rationem priuationis, & cœterarum causarum, quia priuatio cum principiat solum per modum consequutionis, mutationis scilicet formæ ad ipsam, fundat prioritatem ex vi existentiæ immediate præcedentis mutationem; at vero efficiens, quia principiat, & causat per influxum realem communicando esse effectui fundat prioritatem, non ratione existentiæ immediate præcedentis secundum durationem, sed secũdum signa naturæ, vt patet ex alijs causis, scilicet materia, & forma, quæ non possunt causare compositum dum non existunt. Vnde causa efficiens habet veram rationem causæ producendo effectum in primo instanti sui esse, vt patet in Sole illuminante in primo instanti sui esse, etiam si secundum durationem prius non extiterit; at vero priuatio non principiat mutationem, & formam, nisi prius extiterit, quia simul non possunt esse priuatio, & forma.

Ex his patet etiam ad fundamentum Thomistarum dicentium requiri existentiam immediatè præcedentem, non tamen in eadem mensura durationis, in qua producitur effectus; nam primo falsum est contiguari id, qđ non est cũ eo, quod existit, quia cõtigua dicũtur, quæ habent extrema simul existentia, at ibi non est existentia in vno extremo.

Resp. 2. etiam si essent contigua secundum durationem, negamus consequentiam, quia cõtigua localiter possunt inter se inuicem operari, quia retinent suas existentias, per quas earũ potentiæ operatiuæ constituuntur in actu primo ad operandum; at vero, quæ sunt contigua secundum durationem nõ sunt apta operari, quia iam vnum extremum non est, quod operari debet, siuè in genere causæ efficientis, siuè receptiuæ.

Ad Conf. ferè omnia, quæ ibi referuntur, sunt falsa; quia falsum est mutatum esse, & instans causari à re successiua, sed ab eadem causa, à qua causatur res successiua: nec forma substantialis sequitur alterationem, vt successiuam, tanquam sui causam, sed terminum intrinsecum alterationis, idest accidentia producta, quæ existunt in materia, in instanti, in quo producitur forma, vt alibi ostendemus, quod si velint in eo instanti esse corrupta omnia accidentia, tunc forma non consequitur illa secundum ordinem causalitatis, sed tantum durationis, & consequutionis.

Ad 3. exemplum de forma mixti Resp. eodẽ modo.

Ad 4. partes æthorogeneas animalis inter se mutuo agere, dum existũt, saltem per propria accidentia, per quæ operantur, vt alibi.

Ad 5. in semine distingui duplicem partem, alteram actiuam, & hæc non recipit formam quam producit. Alteram passiuam, quam format organizando, & producẽdo formam substantialem, siuè hæc sit pars menstrua, fœminea, siue feminalis, vt ostendit Arist. in lib. de gener. animalium, & nos dicemus suo loco.

Ad 6. magnam esse difficultatem quomodo cognitio concurrat ad actum voluntatis, nam aliqui volunt concurrere, vt conditionem sine qua non; alij vt causam effectiuam. Ex ijs autẽ, qui volunt concurrere, vt causam effectiuam, nemo dixit concurrere, quando non est, nisi Thomistæ, cõtra id, quod quotidiè experimur. & idem Resp. ad 7. 8. & 9. 5

Ad 10. Resp. non esse huius loci tractare de causalitate sacramentorum, nam secundũ eos, qui putant sacramenta causare moraliter gratiam, nulla est difficultas in argumento, quia causa influens in gratiam est Deus; at secundũ opinionem, quam Recentiores probabiliorem iudicant, quod scilicet sacramẽta physicè causant gratiam, dicendum est, vel gratiam produci in instanti per aliquod indiuisibile rei successiuæ sacramentalis, quod in eo instanti existit; vel produci per ipsum solum, qui secundum probabiliorem opinionem philosophorum est aliquid permanens ad eum modum, quo impetus impræssus est permanens, vt ostẽdimus in lib. de anima non leuibus argumentis, quam opinionem multi ex nostris deinde sequuti sunt.

DVBITATIO II.

An tanta sit necessitas existentiæ in causa efficiente, vt nequeat res non existens per potentiam Dei eleuari ad efficientiam.

1 PRima opinio est dicentium posse rem non existentem eleuari ad rem producendam, ita Sotus 4. d. 9. ar. 7. insinuat Caiet. 3. p. q. 62. ar. 1. & tribuunt Victoriæ D. Thom. 3. p. q. 48. ar. 6. Med. 3. p. q. 49. ar. 6. sequitur Cabrera loc. cit. tribuitur etiam Cap. Sed hi diuisi sunt, nam quidam requirunt existentiam causę immediatè ante actionem, vt Sotus, Caiet. Victoria.

Opinio affirmans.

Alij dicunt sufficere si instrumentum præcesserit toto tempore præcedéti, licet in causa principali semper necessaria sit existentia, vt D. Thom. loquens de passione, quam, ait, esse causam instrumentariam nostræ iustificationis. Medin. & alij, neque hanc existentiam requirũt præcedentem, vt Cap. qui ait, Christi humanitatem fuisse causam gratiæ, quam habuerunt patres, nõ solum meritoriè, sed etiam physicè. Sequitur Zumel apud Cabreram loc. cit. Et ex his potest sumi fundamentum, quia Christi humanitas per suam passionem est causa nostræ iustificationis, & fuit etiam causa iustificationis patrum antiquorum, non solum meritoriè, sed etiam physicè: at Christi passio, neque nunc existit, neque tunc existebat. Antecedens probatur ex varijs Patrum auctoritatibus.

2 Secunda opinio est dicentium, non posse rẽ non existentem eleuari ad agendum etiam per potentiam Dei, est communis. Primo, quia ꝓducere sine virtute productiua est impossibile, sed res non existens nullam habet virtutem productiuam, siue naturalem, siue obedientialem ad producendum; ergo. Probatur minor, quia si res non habet essentiam, non habet potentiam, nam potentia, vel est de essentia illius; vel est accidens, si primum cum res sit omnino corrupta, non manet essentia, atque adeo, neq; potentia; si secundum etiam corrumpitur, quia accidens non manet sine subiecto. Maior prob. quia actus secundus essentialiter supponit primum, vnde ex actu semper arguitur potentia, quare si actu res producit; ergo actu potest ꝓducere, nam si quod actu producit falsum sit posse producere; ergo de eo verum erit, quod non potest producere, quia vt posse sumitur in ordine ad actum sibi potentialem, ita non posse ad actum sibi possibilem; ergo si non est potens causare, & causat; ergo impossibile, est illi possibile; ergo actus simul erit illi possibilis, & impossibilis; ergo implicat contradictionem, quod res non existens producat aliquid.

Opinio negans

Dices actum non inferre potentiam præsentem, sed præteritam, quare sufficit ad actum, vt res habens potentiam, non existat; neque est necessarium, vt illam potentiam actu habeat, vt actu producat. Sed contra, quia esse hoc modo potentiam non tollit, quamuis in hoc instãti absolutè sit verum dicere non habere potentiam, quia absolutè est verum in hoc instanti

A non habere esse; ergo existentia præcedens non tollit propositam contradictionem, nam actus est illi possibilis, vt ponitur ab aduersarijs, & est illi impossibilis, quia actus eo modo est impossibilis rei, quomodo nõ habet potentiam ad illum exercendum, sed modo non potest illum exercere, & modo exercet; ergo est illi principalis, & intentionalis.

Resp. non implicare, modo non posse causare actum, & modo causare. Sed contra, nam hæc causa non potest causare, æquiualet huic, hæc causa impossibiliter causat, sed hæc causa causat infert hanc, causa possibiliter causat; ergo simul duæ contradictoriæ erunt verę, hæc causa modo possibiliter causat, & modo impos-

B sibiliter causat; ergo implicat causam causare, & non posse causare. Resp. 3. causam corruptã modo posse causare: Sed cõtra, quia posse est concretum à potentia, vt esse album ab albedine, ergo vt est impossibile esse album sine albedine præsenti, etiamsi habuerit, ita posse sine potentia præsenti per solam potentiam præteritam; ergo si causa non existit quando est effectus, non potest causare; ergo actus non est illi possibilis, sed impossibilis, quia impossibile est, vt impotens producere aliquid, illud producat.

Prob. secũdo, quia impossibile est, vt aliquid producat sine virtute productiua, seu ratione 3

C formali productiua; sed ratio formalis causandi est virtus actiua, quia sola actio non est ratio formalis causandi, sed etiam virtus actiua includitur in ratione formali causandi, vt patet quãdo res existit, etiam per potentiam Dei non potest producere sine virtute actiua, quam habet ex se, vel à Deo collatam, nam alioqui totus effectus esset ex virtute Dei; ergo non potest causare sine virtute hac, sed quod non est, non habet virtutem actiuam, nam tàm propriè res nõ existens caret virtute actiua, ac si existeret sine virtute actiua, quia cum esse sit prædicatum superius ad omnes particulares rationes essendi, & etiam essentialiter superius ad esse actu cau-

D sam efficientem; ergo id, quod non est actu, nõ potest esse actu causa efficiens, sed res præterita, vel futura nunc non est actu; ergo.

Dices esse actu causam dicere denominationem extrinsecam ab effectu, hæc autem esse potest circa rem, quæ præterijt, licet nunc non sit. Sed contra, quia licet esse actu causam nihil intrinseci addat causæ, sed tantum denominationem extrinsecam, tamen actu causare intrinsecè inuoluit, vt in causa sit actu virtus, per quam causat, & præterea denominationem extrinsecam ab effectu; repugnantia igitur est, vt actio sequatur ex virtute eius, q̃ nõ est virtus, vt actu sequatur, quia esse actu vni essentia-

E liter includit esse, vt esse subiectum includit rationem essendi, nam dicere, quod fuit, vel erit est dicere, quod potuit esse causa, vel poterit esse, non tamen, quod nunc possit esse, quia desijt esse id, sine quo, neq; tunc potuit esse causa.

Conf. nam efficiens non minus causat se ipso, quam materia, & forma, licet differãt in eo, quod

quod materia & forma se ipsis causent componendo totum, non sic autem efficiens; tamen conueniunt in eo, quod se ipsis causent, nam vt materia, & forma sua actuali entitate causant totum, sic efficiens sua actuali entitate, & reali præsentia efficit, vt aliud sit extra ipsum, quare efficere non minus exigit actualitatem in suo principio, quàm componere in suis causis.

Conf. 2. quia in hoc differunt ea, quæ agunt solum per denominationem extrinsecam, vt generans, quod agit per grauitatem à se relictam à causa immediatè, & per se ipsam influente, quod illud agit per virtutem existentem cum effectu, licet ipsum non existat, at hoc agit per virtutem existentem, atque adeo coexistit cum effectu.

Conf. 3. effectus in actu, & causa in actu sunt correlatiua; ergo, at quod non est actu, non potest esse causa in actu, quia existere est prima actualitas, quæ omni alij supponitur actualitati.

Prob. tertio, efficiens non minus requirit existentiam, quàm finis; sed finis non potest causare, nisi per aliquid sui existens, idest per existentiam obiectiuam sui, ergo efficiens non poterit, nisi existat aliquid sui; sed hoc non est per existentiam obiectiuam, cum non causet intentionaliter; ergo per existentiam realem.

Conf. quia non potest concipi actionem manare physicè à principio, quod non est, nam efficere dicit ordinem ad actuale fieri, idest dependentiam rei, quæ fit ab alio, at hæc actualis dependentia intrinsecè includit, vt non possit existere sine alio, at quod existit non existente alio, non potest realiter pendere ab illo, nam alioqui, in quo consistet hæc dependentia.

Conf. 2. quia alioqui creatura posset assumi ad se creandum, vt potest assumi ad sui conseruationē, quia non est repugnantia ex distinctione producentis, & producti, vt patet in conseruatione, sed solum ex existentia prærequisita.

4 Ad fundamentum aduersariorum de iustificatione antiquorum Patrum. Resp. fuisse iustificatos ex Christi humanitate, non physicè, sed meritoriè, vt alibi; & idem dicendum de concursu passionis ad iustificationem, quæ nō fit, licet passio, vt dicit mortem, ex alio capite non possit physicè concurrere, quia nō est ens positiuum, sed priuatio vitæ, sed dicitur per quandam concomitantiam, quia Christi humanitas concurrit physicè.

Dices Deus potest eleuare ad agendum in distans secundum locum; ergo secundum tēpus.

Resp. esse diuersam rationem, quia distantia localis est conditio extrinseca ad actionem, quia ex illa nō pendet essentialiter virtus operatiua; at existentia est conditio per se requisita ad principium actiuum, quia effectus pendet à causa, vt habet entitatem realem.

Causa debet existere quando actu causat effectum. Hinc patet etiam si res immediatè ante præcesserit, modo quando fit effectus causa non habeat existentiam, non poterit causare.

Conf. quia ex opposita sentētia res, quæ nec fuit, nec erit, non potest eleuari; ergo. quia eadem ratio est, cum in vtroque casu sit omnino nihil.

Dices in casu, quando nunquam fuit, nō potest eleuari, quia non potest intelligi aliquod esse in illa, at hic potest saltem secundum tēpus præteritum. Sed contra, quia vel eleuata est ad operandum, quando erat, vel quando nō est. si secundum, ergo vtrobique eadem ratio. si primum, tunc vel fuit eleuata in actu primo, vel secundo. Non secundum, quia hoc est actu concurrere ad effectum, quod est impossibile poni sine effectu. Neque primum, quia si iam corrupta est, amisit eleuationem, quia eleuatio non est aliud, quā potentia obedientialis creaturæ, vt subest diuinæ potentię, determinatæ à voluntate diuina ad concurrendum effectiuè simul cum potentia obedientiali creaturæ pro tali tempore; sed potentia obedientialis est corrupta, cum sit corrupta creatura, quia potentia obedientialis est pars eleuationis, nam impossibile est intelligere creaturam eleuari ad agendū, non intellecta potentia actiua obedientiali in creatura ad agendum.

Confir. quia potentiam esse eleuatam, vel est ens rationis, & non, quia non posset potentia, vt eleuata producere, quia ab ente rationis nō potest prouenire virtus realis ad agendum; vel nihil, & neq; vt patet ex terminis; vel ens reale; ergo impossibile est esse actu eleuatum, & non existere potentiam, quia ageret res sine potentia reali.

Confirm. 2. quia resultantia illa, quam ponunt effectus ab ijs, quæ non existunt, non est nisi successio, & connexio necessaria inter illa, vt scilicet alterum producatur post illud; sed hoc non est produci ab alio; ergo hæc resultantia non dicit realem dependentiam termini sequentis à præcedenti, nam ipsi ità ponunt vbi resultare ex motu, at quis ignorat motum localem non habere vim productiuam, cum huiusmodi vis in nullo ente successiuo sit, & præcipuè in mutatione locali; quare necessaria cōnexio productionis vnius post aliud, non infert illam dependētiam productionis ab ente precedente, nam vbi, quod est terminus motus, solum producitur à quantitate, vel grauitate, vel impetu, &c.

Conf. 3. quia hæc resultantia, non est aliud, quam fieri rei immediatè post corruptionem alterius, sed cum hoc stare potest, vt actio sit ab agente existente, & non à re immediatè ante corrupta, nam secundum leges vniuersi cōdēsationem vnius corporis, vel eius discessum ab aliquo loco, sequitur motus alterius, ne detur vacuum, at non est, vt causa à corpore condensato discedente, vel corrupto; ergo sequi ex vi corruptionis alterius non ponit in illo.

Ex his secundo patet idem dicendum de iustificatis, quia hæc habent virtutem productiuam inadæquatam effectui, qua si caret non potest producere effectum. 5

Conf. quia si existeret, & non haberet hanc vim, non posset producere; ergo etiam si non existat, nequit producere.

Cōtra has primo objic. causalitas sacramentorum, quæ sæpè causant quando absunt.

Resp. si causalitas sacramentorum est physica,

sica, illa non est, quando ipsa secundum se tota, vel aliquid sui non sunt, sed quando sunt, vt supra; si autem est moralis possunt causare, quando physicè non sunt, sed sunt moraliter, vt consulens dicitur reduci ad efficiens, quia, vt hic determinatur agens, ità illa concursum Dei.

Secundo, semina herbarum, quę producunt effectiuè, quando corrumpuntur. Resp. esse duplices partes in seminibus, alias effectiuas, alias materiales; illæ remanent, hæ corrumpuntur dum fit generatio, illæ vero deinde alia ratione post factam generationem corrumpuntur.

Tertio, Deus potest supplere omnem conditionem, sine qua non, respectu efficientis, sed simultas temporis causæ cum effectu est conditio, vt simultas secundum locum.

Resp. negando antecedens, non enim potest producere quantitatem sine figura, nec sine vbi, quæ sunt conditiones.

Resp. 2. negando maiorem, quia hæc simultas supponit tanquam fundamentum virtutem actiuam, quæ non erit si non existat, quare quasi integrat, & complet virtutem actiuam; at nō ità est ablata simultate loci, quia non aufertur simpliciter ratio formalis agendi, & ità Deus supplere potest hanc conditionem per perfectiorem concursum, vel augendo virtutē actiuam causæ.

DVBITATIO III.

Quomodo existentia sit necessaria ad agendum, vt virtus actiua, an vt conditio, sine qua non.

1 Prima opinio est dicentium, existentiam in re ipsa esse id, quo causa materialis, formalis, & efficiens causant in suo genere, licèt secundum modum significandi, & concipiendi apprehendatur, vt conditio necessaria, constituens rem in statu sufficiente ad causandum; ita Suar. disp. 31. met. sect. 10. nu. 12.

Probant primo, quia essentia, & existentia non distinguuntur à parte rei; ergo si vnum est principium actionis, similiter & alterum; nam actio procedit à sua causa, vt est à parte.

Verum hæc ratio non concludit; quia in Deo intellectus, & voluntas non distinguuntur, & tamen intellectus est principium intellectionis, & generationis, non autem voluntas; & ratio est, quia sufficit distinctio virtualis, per quam eadem entitas, vt continet virtualiter varias perfectiones, est principium variorum effectuum, vt continet vnam, & non aliam.

2. Prob. quia omnis actio est ab actu, vt à suo principio; at existentia est perfectio omnium actualissima.

Sed neque placet, quia actio dicitur esse ab actu formali, tanquam à principio; nam hic distinguitur à principio materiali, à quo non est actio; requiritur tamen existentia tanquam actus entitatiuus, & vt conditio principij actiui; sicut etiam materia quoad multas operationes, quæ sunt à forma, requiritur vt conditio, qua ratione operationes potentiæ sensitiuæ non possunt esse à forma existente extra materiam, ex communi sententia.

A

3. Probant alij, quia nulla perfectio communicatur effectui à sua causa, quæ no sit in principio actiuo formaliter, vel eminenter; sed omnis causa per suam actionem communicat existentiam effectui; cum actio non sit aliud, nisi cōmunicatio existentiæ; ergo omnis causa per suam existentiam est principium actionis. 2

Verum hæc ratio habet difficultatem; quia cum essentia ex communi sit nobilior existentia præcisè sumpta, continet eminenter perfectionem existentiæ, quam communicat effectui; & ideo essentia, quæ est principiū actionis potest communicare existentiam, modo habeat existentiam, vt conditionem requisitam ad agendum: sed in opinione dicentium, existentiam præcisè sumptam ab essentia esse pfectiorem essentia præcise sumpta, difficile solui potest argumentum; quia licet causa habeat existentiam, hæc non est comprincipium formale actionis, neque poterit esse essentia, cum sit imperfectior.

B

4. Probant alij: Non potest concipi, causam producere, nisi concipiatur existens; quia non potest concipi, quod res sit producens, antequam sit; ergo existentia est necessaria, vt forma, & ratio agendi.

C

Respond. negando consequentiam, siuè quia existentia est necessaria, vt conditio essentialis, & non vt accidentalis ad causam, vt actiuam; siuè quia est modus intrinsecus, vt alij volunt; res autem non potest concipi sine suo modo intrinseco, sicut opinio non potest concipi sine formidine; & tamen non est de essentia, sed modus intrinsecus opinionis ex Sot. & Verac. lib. 1. post. cap. de opinione: & secundum alios qualitas non potest concipi sine aliqua intensione, & tamen intensio est modus intrinsecus qualitatis.

D

Secunda opinio est communis aliorum dicentium, existentiam causæ esse quidem necessariam ad actionem, sed vt conditionem sine qua non. 3 *Existentia est conditio sine qua non per alios.*

Probant primo aliqui, quod existentia distinguitur ab essentia à parte rei, tanquam modus à re modificata; atque adeo est imperfectior essentia; ex qua suppositione dupliciter probatur opinio. Primo, quia modus non est principium actionis, vt patet ex subsistentia, & inhærentia, quæ videntur modi perfectiores, quam existentia; sic etiam figura, vbi, & similia. Secundo, quia cum essentia sit perfectior existentia, sicut res suo modo, illa est sufficiens principium actionis: quare frustra illi adiungitur existentia tanquam comprincipiū; ergo non potest esse necessaria, nisi vt conditio.

E

Verum hæc ratio non habet vim in opinione negantium illas distingui à parte rei, quare.

Secundo probant alij; quia potentiæ actiuę sunt proprietates essentiarum; at existentia non

non est proprietas essentiarum, quia illis conuenit contingenter, & non necessario, vt conueniũt proprietates essentijs. Maior probatur; quia omnis potentia actiua est in genere qualitatis, atque adeo vendicat sibi aliquod subiectum, cui primo conuenit, vt alibi ostendimus. Neque dicas, potentiam esse quidem principium actionis, sed simul cum existentia: quia tunc principium actiuum non esset proprietas, sed prædicatum contingens, quia includeret existentiam, non vt conditionem requisitã ad actualem actionem, sed vt principium ordinatum ad actionem, etiam in esse possibili; vnde actio productiua essentiæ, est etiam productiua existentiæ, ex D. Thom. q. 1. de poten. art. 2. in corp. *omnis*, inquit, *actio actiuę potentię terminatur ad esse*.

Confir. Ex opinione communi Thomistarum dicentium essentiam posse existere per alienam existentiam; nam patet ex illa variatione non variari actionem, vt patet, ex humanitate Christi, quæ easdem habuit actiones in specie, quas habere potuisset secundum esse physicum earum, si extitisset per propriam existentiam creatam. Deinde non esset ratio, cur materia non sit actiua, sicut est actiua ipsa forma cum habet eandem existentiam formæ secundum Thomistas.

4 Tertio probant alij, quia vni essentiæ conuenit vna existentia indiuisibilis, per quam existunt omnes gradus constituentes essentiam; at vni essentiæ conueniunt plures operationes ratione plurium graduum, vt patet, & hæc opinio mihi placet, quia communis.

Fundamentum, quia non est recedendum à communi Doctorum sententia sine graui fundamento, præsertim cum habeat aliquas rationes aliquanto probabiles; quia communis sensus Doctorum difficilè aberrat à veritate: at pro contraria sententia nullum habemus fundamentum graue, vt patet ex solutione rationum.

Existentia non est modus intrinsecus agentis.

Dices conditio pertinet ad extrinseca rei, vt patet ex approximatione necessaria ad agẽs; vnde potest concipi causa agens non approximata, at existentia pertinet ad intrinseca; tum quia est actus essentiæ; tum quia non potest cõcipi causa agens sine existentia. Resp. existentiam esse necessariam ad agendum, vt conditionem essentialem; neque omnes conditiones sunt eiusdem gradus.

5 Tertia opinio est dicentium, existentiam neque esse formam actiuam, neque conditionẽ, sine qua non, sed esse modum intrinsecum causæ actiuæ, sicut est intentio respectu qualitatis; quia non manet alius modus, quo sit necessaria, cum non sit necessaria, vt forma actiua, neque vt conditio, vt probatum est: Hanc autem existentiam, quæ est necessaria, debere esse, vel formalem, per quam res actu in se existat, vel virtualem, qua existat in aliquo suo effectu; sicut generans existit in semine. Sed hæc opinio fallitur; tum quia existentia licet concipiatur, vt modus essentiæ, tamen conuenit illi cõtingenter, atque adeo non potest esse modus

A intrinsecus eo modo, quo intentio est modus intrinsecus qualitatis; quia sicut essentia põt separari ab existentia, ita põt concipi; at non sic qualitas sine intentione: tum quia etiamsi esset modus intrinsecus essentiæ, adhuc tamen queri posset, cur sit necessaria ad agendum, an vt ratio agendi, an vero, vt conditio; nam omnia, quæ sunt necessaria ad agendum reuocentur ad hæc duo capita: in quo fallitur Masius auctor opinionis 2. phy. c. 3. disp. de causis sec. 3. q. 8.

DVBITATIO IV.

An inter agens, & patiens requiratur propinquitas, vt conditio, sine qua non.

B RESp. affirmatiuè, non solum, vt propinquitas dicit sphæram actiuitatis, extra quam nullum potest agere naturaliter; sed etiam, vt dicit propinquitatem virtutis, per quam non potest attingere distans, nisi attingat medium siue simili, siue dissimili actione. De qua re nos dicemus in libris de generatione. 1

DVBITATIO V.

Quomodo densitas, & raritas conferant ad actionem.

C RESp. conferre per accidens, quatenus augent, vel minuunt virtutem. Sed de hac re in libris de generatione.

DVBITATIO VI.

An causa exigat distinctionem, vel dissimilitudinem à passo.

RESp. inter agens, & passum creatum non requiri distinctionem, sed dissimilitudinẽ, siue in forma, siue in gradu formæ. De qua re Suar. disp. 18. met. sect. 7. & 9. & nos dicemus alibi.

QVAESTIO QVARTA.

D *De diuisionibus causæ efficientis.*

NOt. 1. Cũ definita sit natura causæ efficiẽtis nũc inquirendæ sunt illius, vel species, vel modi ex quibus fiunt variæ rationes causæ efficientis: & licet multæ ex his diuisionibus conueniant cæteris causarum generibus, vt materiali, formali, & finali, tñ quia illa varietas magis apparet in causa efficiẽti, quã in cæteris, merito illas explicauimus in causa efficiente, nã inde cæteris causarũ generib. accomodari pñt. 1

E Not. 2. cũ in causa efficiẽte plura sint requisita ad productionẽ effectus, põt causæ efficiẽtis diuisio sumi ex varijs capitibus; nam primo est suppositũ: Secũdo est virtus. Tertio est subordinatio ad superiorẽ causã. Quarto est cõcursus. Quinto est mod' cõcurrẽdi, põt diuisio ex oĩbus his capitibus sumi. Et quia inter has diuisiones aliquæ sunt, quæ difficultatem non habent, & à Doctoribus passim explicantur; il-

larum breui explicatione contenti erimus. In cęteris autem, quę difficultatem habent diutius immorabimur.

Primum cap. Ex modo concurrendi sumi possunt sequentes diuisiones.

2 *Diuiduntur causæ efficientes.* Prima diuisio causæ in per se, & per accidens, hæc sumitur ex modo causandi, & à nobis fusius explicata est; nam causa per se dicitur, à qua directè pendet effectus secundum illud proprium esse, quod habet, vt statuarius dicitur causa statuæ. Causa vero per accidens dicitur, quæ non requiritur ad esse effectus, vt ait Sotus, sed per accidens coniungitur cum causa per se, vel cum effectu.

Secunda ex hoc eodem modo causandi sumitur diuisio causæ, quod alia sit causa, vt q̃, & dicitur ipsũ suppositũ, seu compositum, quod denominatur operari, iuxta illud Arist. primo met. cap. primo. *Experientia singularium, ars autem vniuersalium cognitio est; actiones autem, & generationes omnes circa singularia sũt: non enim hominem, nisi per accidens sanat, qui medetur, sed Calliam, aut Socratem, cui accidit hominem esse*. Vnde Doctores colligunt axioma illud: Actiones sunt suppositum. Alia causa dicitur, vt quo, & est forma illa, per quam suppositum constituitur in ratione actiui, vt ignis dicitur calefacere, vt quod, calor vero vt quo: circa quam diuisionem aduertendum est, quod docet Arist. secundo physic. tex. 33. suppositũ dici causã per accidens, *Quia accidit*, inquit, *statuario Policletum esse, & continentes etiam accidens, vt si homo causa sit statuæ, aut omnino animal, sunt autem accidentium alia alijs remotius, & propinquius*, scilicet ad effectum, vbi videndus est Zimar. contradict. 14. & Och. in 1. dist. 2. q. 10.

Dices si actiones sunt suppositorum, cur suppositum dicitur causa per accidens.

Respon. suppositum considerari dupliciter primo secundum se, & ita est causa per accidens, secundo, vt est affectum tali forma, & ita est causa per se.

Resp. 2. suppositũ dici causam per accidẽs, quando formæ, quæ est principium actionis per accidens illi inest; at quando virtus inest per se illi supposito, tunc actio per se illi tribuitur, etiam si pręcisè sumatur; vnde sicut est in quarto modo dicendi per se, hæc *lucidum illuminat*. Ita etiam, & hæc *Sol illuminat*. Sęd contra has responsiones illud obstat, nam Aristot. docet has esse per accidens, *homo facit statuam*.

Respon. merito id dici, quia licet statuario non accidat homo, tamen homini accidit ars statuifica, quia potest esse homo sine illa, atque adeo non includit illam. In his enim propositionibus aduerti debet duplicem esse perseitatem, vnam in ratione prædicandi, & hæc requirit necessariam connexionem inter subiectum, & prædicatum; alteram in ratione causandi, & hæc requirit connexionem actus, seu effectus cum suo principio formali, vnde hæ propositiones. *Musicus canit. Calidum calefacit. Homo ratiocinatur*. Sunt per se in ratione causandi, non tamen in ratione prædicandi. Ex quo fallitur Och. loc. cit. propositionem dici per se, quando non contingit eam esse falsam, vt si dicatur album calefacit, quia potest esse, vt calefaciens sit nigrum: tunc autem esse per se, quando in subiecto ponitur actus, vt in hac. *Aedificans ædificat*. Sed non placet, quia hæc perseitas non sumitur ex necessaria connexione inter prædicatum, & subiectum, sed ex principio formali effectus expræsso in subiecto, quia in vna ponitur principium formale, ratione cuius conuenit illi causæ talis effectus, in alia vero non sic.

Tertia diuisio sumpta etiam ex modo causandi, vt alia sit physica, alia moralis. vtraque enim est per se, sed diuerso modo concurrunt ad effectum. Physicam hic appellamus illam, quæ realiter influit in effectum, siue sit corporea, siue spiritualis, quomodo Deus dicitur causa physica creationis, & Angelus causa motus cœlorum. Moralem vero diuidunt in duo genera. Vnum distinguitur, contra genus causæ necessario influentis, & dicitur omnis causa illa, quæ liberè operatur, vnde sumpserunt nomen actus morales, & hæc non distinguitur contra causam physicam vniuersaliter acceptam, sed contra physicam necessario operantem. Alterum distinguitur contra genus causæ physicæ realiter influentis, quomodo dicitur causa physica, quæ non realiter, sed secundum moralem existimationem, & imputationem influit in effectum, ac si realiter influeret, sicut consultor homicidij, dicitur causa homicidij, quatenus proponendo obiectum, vt prosequẽdum, vel fugiẽdum excitat in causa physica voluntatem operandi. Et ad hanc reducitur, qui rogat, qui non impedit, cum possit, & debeat, & similiter imperans. Vnde duplex poni potest causa moralis. Vna moralitate libertatis, & hæc habet esse physicum influxum realẽ, quia verè voluntas elicit suos actus. Altera moralitate imputationis, & de hac hic loquimur, quam Arist. reuocat ad efficientem, tum quia effectiuè efficit id, quod efficit, tum quia eius intentum est, vt agens effectiuè operetur. Tum tertio, quia censetur ipsa moraliter causa efficiẽs, qua etiam moraliter dicitur causa mortis, qui subtrahit cibum, & ædificij casus, qui remouet columnam; vt autem aliquid dicatur causa moralis non sufficere, si negatiuè se habet, sed requiritur, vt ad illum pertineat agere positiuè, quare Pater dicitur causa peccatorum filij, qui tenetur impedire, & non impedit, cum possit, quod si quis non teneatur impedire, tunc dicitur causa tantum permissiua.

Hinc patet hanc diuisionem causæ posse reuocari ad diuisionem in per se, & per accidẽs, nam licet moralis per se imputatiuè causet, tamen physicè considerata, est per accidẽs, nam semper est causa non impediens, cum possit, & debeat, vel applicans causam per se, siue per consilium, seu per preces, siue per modum meriti, siue per localem motum, vt cum quis applicat ignem domui, quia licet sit causa per

se illius

se illius motus, est tamen per accidens respectu combustionis.

Secundo patet moralem à physica differre. Primo, quoad modum influẽdi, vt dictum est. Secundo, quoad positionem effectus, quia posita actione causæ physicæ, siue libera, siue necessaria, ponitur necessario effectus, vt posita frigefactione ponitur frigus. Similiter posita actione voluntatis, necessario ponitur volitio, seu terminus eius, at posita actione causæ moralis potest non sequi effectus, vt posito consilio de homine occidẽdo potest non sequi occisio, & ratio, quia actio causæ physicæ est sufficiens via, qua causa tendit ad terminum, at actio causę moralis non est ipsa productio effectus, sed indiget actione alterius causæ physicæ, vt consequatur effectum, vt v.g. consiliatio non est ipsa occisio, sed requiritur motus causæ physicæ, qui est productio mortis.

Tertio differunt, quia inter causam physicam immediatam, & effectum non mediat alia causa, siue eiusdem ordinis, idest physica, siue alterius, idest moralis; at inter causam moralẽ immediatam, & effectum necessario mediat causa physica, quæ est alterius ordinis.

4 Dices causa moralis immediatè attingit cõsilium, sine interuentu alterius causæ.

Resp. causam moralem respectu consilij nõ esse moralem, sed physicam, dicitur autem moralis respectu effectus, ad quem producẽdum datur consilium.

Dices secundo, an possit eadem esse causa moralis, & physica respectu eiusdem effectus.

Resp. affirmatiuè, sed diuersa ratione, nam Christus Dominus fuit causa moralis nostræ iustificationis, tum ratione meriti, tum ratione impetrationis: & præterea est causa physica concurrendo physicè ad productionem gratiæ. Et similiter Deus est causa moralis bonarum operationum, tum imperando, tum consulendo illas; & præterea est causa physica concurrendo immediatè cum omni causa secunda ad actionem.

Quarto patet varias esse species causæ moralis per imputationem, nam alia est negatiua; alia positiua ex Arist. tex. 30. Negatiua dicitur, quando causæ imputatur effectus ob aliquam omissionem, vt Nauclero submersio Nauis. Positiua dicitur, quæ per aliquam actionem concurrit ad effectum, vt consilians, præcipiens, & similia, de quarum conditionibus, & proprietatibus fusè disputatur à Philosophis moralibus, tum à Theologis.

Quinto patet ad causam moralem ferè reduci omnes illas causas, quæ dicuntur participara in delicto in materia de restitutione, & cõprehenduntur his versibus.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participãs, mutus, nõ obstans, nõ manifestãs.

Sexto patet ad hanc reuocari aliam diuisionem, vt ex ijs, quæ requiruntur ad effectum, alia sit cõditio causę, de qua dictum est supra, alia virtus causæ.

A Septimo ad hanc posse reuocari aliam diuisionem positam à D. Thom. 2. phy. lect. 5. & Soto dist. 9. vt alia sit causa perficiens, quæ scilicet dat vltimam perfectionem, vt generans formã substantialem. Alia sit præparans, seu disponẽs, quæ scilicet aptat materiam ad vltimam perfectionem. Alia adiuuans, quæ scilicet non operatur ad proprium finem, sed ad finẽ alterius, seu ad principalem effectum. Vltima dicitur consilians, & est in ijs, quæ agunt à proposito, quæ dat agenti principali finem, & formam agendi, quam diuisionem sumpsit ab Auicenna, vt testatur D. Thom. quinto metaphys. lect. secunda.

B Quarta diuisio sumpta ex modo concurrendi, in intrinsecam, & extrinsecam, quæ diuisio, proprie non diuidit causam efficientẽ, sed causam in communi; quia omne efficiens, vt sic, est extrinsecum. Intrinsecę causę sunt materia, & forma, extrinsecæ vero finis, & efficiens. 5

Quinta diuisio causæ in proximam, seu immediatam, & remotam, seu mediatam: quam optimè explicant Tol. & Sotus, & est satis nota, quarum remota non est proprie causa: solum dubitari posset, an in omni genere causæ dari possit proxima, & remota, sicut datur in genere causæ efficientis, & finalis. Et resp. Tol.

C & Sotus in materia non dari talem diuisionem, nisi improprie, in forma vero dari proximam, & remotam in prædicando, non autem in causando, vt Animalitas, & Humanitas respectu hominis: verum sentiunt contra communem modum loquendi, & sentiendi; nam omnes distinguunt materiam in proximam, & remotam; & materia dicitur subiectum remotum accidentium; quantitas vero proximum. Et Aristot. text. 28. ait formam diapason esse proportionem duorum ad vnum, & similiter tanquam eius genus, proportio numeri ad numerum. Vnde significat inter formas, aliam esse proximam, aliam remotam, & ibi

D loquitur de forma in ratione causandi. Hinc fit, vt effectus assimilentur causis proximis, non remotis ex D. Thom. septimo met. tex. 7. lect. tertia.

Sexta diuisio: alia causa est libera: alia necessaria, seu naturalis, quæ differunt ex diuerso modo concurrendi.

Secundum caput est perfectio concursus, ex quo sumitur prima diuisio causæ in partialem, & totalem, siue adæquatam, & inadæquatam; seu sufficientem, & insufficientem, completam, & incompletam. Totalis dicitur, quæ præstat in suo genere, & ordine concursum sufficientẽ ad existentiam effectus, 6

E seu est tota ratio influendi in effectũ, vt ignis dicitur causa totalis alterius ignis, nam licet cum eo concurrat materia, tamen hic concursus non tollit totalitatem ab igne in concurrendo, quia concurrit in alio genere, quam efficientis, sicut etiam neque concursus Dei, vt primæ causæ aufert totalitatem concursus

causæ secundæ, quia licet Deus concurrat in genere causæ efficientis, tamen concurrit in alio ordine. Vnde causæ totalis ratio destruitur ex concursu alterius causæ simul concurrentis ad effectum in eodem genere, & ordine. Partialis vero dicitur, quæ in suo genere, & ordine præstat insufficientem concursum ad productionem effectus, vt patet in duobus trahentibus nauim, quorum singuli dicuntur causæ partiales, quia singuli concursum præstant ad totum effectum, sed insufficientem, idest non totaliter. Solet autem diuidi causa partialis, in partialem partialitate causæ, vt dictum est de duobus trahentibus nauim, quorum effectus est indiuisibilis, & in partialem partialitate effectus, vt quādo effectus constat ex duabus partibus, quarum vna pars producitur ab vna causa, & alia ab alia.

Dices cum singula genera causarum indigeant concursu aliarum, nulla earum habet sufficientem concursum ad producendum effectum atque adeo nulla est totalis.

Respond. singulas habere sufficientem causalitatem in suo genere, & ordine, & quia illæ causalitates sunt diuersæ rationis, non componunt vnam integram causalitatem, atque adeo, neque vnam integram causam vnde singulæ manent totales.

Dices secundo, etiam si singulæ sint perfectæ in suo genere, tamen erunt imperfectæ in ratione causæ, quia nulla earum habet sufficientem causalitatem absolutè necessariam ad productionem effectus. Vnde sequitur Deum esse imperfectum in ratione causæ, quando simili modo concurrit.

Respond. concedendo singulas esse imperfectas, quia requirunt aliam concausam. Neque est eadam ratio de Deo, quia hic non indiget concursu aliorum, nisi quia ex sua perfectione attribuit virtutem cæteris causis, cum quibus se accomodat temperando suum concursum, de qua re alias.

7 Dices tertio, an sicut est vna actio procedens à duabus causis partialibus, vel etiam à duabus causis essentialiter subordinatis, ita sit vna actio à duabus causis totalibus eiusdem generis, & ordinis.

Respond. negatiuè ex Suar. tertia par. tom. tertio disputa. 49. sect. prima. non solum quādo tendunt ad diuersos effectus, cum naturaliter nō possint tendere ad eumdem effectum; sed etiam quando tendunt supernaturaliter ad eundem effectum, quia causa totalis dicitur, quæ sola sine consortio alterius tendit ad effectum; ita habet actionem, quæ adæquatè, ita respicit suum principium totale, vt excludat consortium alterius principij: ergo actio illa est in se integra, atque adeo distincta ab actione totali alterius causæ; tum quia destructa vna, potest alia manere, & ècontra; vt si aliqua illarum causarum totalium cessat agere: tum quia actio est actualis habitudo ad suum principium, quo variato, necesse est variari actionem. Neque dicas, quod sicut idem effectus potest esse à duabus causis totalibus, ita eadem actio potest esse à duabus causis totalibus; Nam diuersa est ratio in effectu, & actione; quia effectus est entitas, cui superadditur duplex dependentia à duplici causa totali; nam vtriusque dependentiæ est supernaturaliter; at actio est actualis dependentia; vnde non potest superaddi illi alia dependentia, per quam pendeat; nam se ipsa pendet; atque adeo non potest respicere, nisi illud principium adæquatum, cuius est exercitium; at non potest esse exercitium adæquatum duplicis causæ totalis; quia tunc illæ causæ non essent totales, sed partiales, quia non concurrent totaliter ad illam actionem; nam qualibet illarum variata, variaretur actio; hoc autem est contra ratione causæ totalis.

Alij tamen paulo aliter hanc diuisionem explicant, diuidentes causam totalem adæquatam in omni genere causæ; & hanc esse causam, quæ est tota ratio influendi in effectum in quolibet genere; & sic corporis naturalis causa totalis, & adæquata sunt quatuor genera causarum; & in eam, quæ est adæquata in vno genere, verbi gratia efficientis, & dicitur, quæ respectu effectus est tota ratio influendi in genere efficientis. Hæc autem, quæ est adæquata in vno genere, diuiditur in eam, quæ est adæquata in omni ordine; vt causa prima, & secunda, dicuntur causa adæquata effectus: & in eam, quæ est adæquata in vno ordine; & sic causa secunda dicitur totalis. Hinc causa totalis, sicut ex natura sua dicit totam virtutem influendi; ita connotat negationem alterius influentis in eodem genere respectu eiusdem effectus. 7 *Explicatur diuisio de causa totali, & partiali.*

Causam vero partialem similiter diuidunt iuxta membra diuisionis causæ totalis; vt partialis dicatur. Primo in quolibet genere; quo modo quodlibet genus causæ dicitur partiale, quia indiget alio genere cōcausandi. Secundo in determinato genere, quomodo potentia visiua dicitur causa partialis visionis, quia indiget. Hinc fit, vt causa partialis, sicut dicit partem virtutis influentis, ita ex natura connotat aliam virtutem partialem concausantem ad eumdem effectum, ex quibus fiat vna totalis, & adæquata virtus, siue sit partialis in omni genere, siue in determinato genere, nam sicuti pars componens dicit ordinem ad compartem, vt ex illis resultet totum, & completum compositum; ita partialis virtus connotat compartialem, vt inde resultet completa virtus. *Diuiditur causa partialis.*

Dices primo potentia vitalis, & omnis potentia obedientialis actiua, vel passiua, est partialis respectu actus supernaturalis; & tamen ex natura sua nō petit compleri per virtutem supernaturalem compartialem; quia si ex natura sua exigeret illam, iam ex natura posset; quia haberet in sua natura completam virtutē, siue inexistentem formaliter, siue secundum debitum, sicut causa secunda dicitur ex natura sua potens, quia concursus causæ primæ illi debetur. 8

Resp.

Resp. causam partialem esse duplicem; vnã, quæ ex natura sua est talis; & hæc natura sua dicit ordinem ad compartialem, quam connotat; vt species ex natura sua dicit ordinem ad vnionem cum oculo, cum quo potest visionẽ elicere, & similiter potentia visiua dicit ordinem ad speciem: at potentia obedientialis siue vitalis, siue non, licet coniuncta cum virtute supernaturali, per quam eleuatur, possit producere actum vitalem; tamen non dicit ordinem, nec petit ex natura sua coniunctionem cum tali virtute; quia non dicit ex natura sua ordinem ad actum supranaturalem, ad quem ordinatur talis virtus supernaturalis; nam dum non dicit ordinem ad actum, vt finem; neque dicet ad medium necessarium ad illum finem: Vnde potest comprehendi potentia vitalis ab Angelo absque vlla cognitione potentiæ ad supernaturalia, vt alibi ostendemus. Hinc fit, vt talis potentia non possit dici partialis simpliciter, sed secundum quid; quia ex natura sua non est partialis, imo ex natura sua est impotens: sed obedientialis est potens partialiter; nam in causa partiali tria debent cõsiderari; Primo ipsa perfectio principij: Secundo ordo ad cõprincipium connotatum: Tertio vnitio cum cõprincipio. Iam vero potentia obedientialis, vt est vnita cum cõprincipio supernaturali, respicit effectum supernaturalem, & illum causat, siue principaliter, siue instrumentaliter, vt alibi: at ratione perfectionis non est, nisi entitas naturalis; quia virtus obedientialis non addit entitati naturali perfectionem ab illa realiter distinctam, sed ratione ordinis non est naturalis, quia potentia obedientialis secundum perfectionem, quam habet à natura, non respicit supernaturalia, sed solum naturalia; sed extrinsecè dicitur ordinata ad supernaturalia, scilicet ex decreto Dei, quo potest, & vult vti tali perfectione naturali ad tales actus; & hinc habet, esse potentiam obedientialem; vnde ex natura sua nec respicit, nec exigit comprincipium, nec connotat, sed solum posito extrinseco decreto Dei, vt fusè explicabimus opusc. de potentia obedientiali.

9 Dices 2. potentia vitalis ex natura sua est vnibilis cum auxilio supernaturali; quia de facto illi coniungitur; ergo ex natura sua exigit auxilium supernaturale.

Resp. potentiam ad vnionem cum supernaturali virtute dici potentiam passiuã, non naturalem, sed obedientialem, quæ non dicit ordinem intrinsecum ex natura sua ordinatum ad receptionem, sed extrinsecum; tum ex decreto diuino ordinante ad talem formam cum non repugnantia à parte rei: Tum ex potentia Dei potentis vti creatura ad talem receptionem, sicut quantitas dicitur figurabilis à virtute artificis; & ex hac vnione cum virtute supernaturali constituitur in actu primo potens producere actum secundum vitalem supernaturalem; nam potentia vitalis secundum se spectata, nec est potentia naturalis, nec obedientialis respectu actus supernaturalis; sed potius est impotentia, seu potentia neutra; at vt connotat imperium diuinum dicitur obedientialis; quare ly potentia obedientialis est connotatiuum, quod dicit entitatem secundum se naturalem; sed vt significatur hoc nomine, connotat extrinsecam Dei voluntatem, & imperium volentis vti creatura ad effectum supernaturalem, concurrendo cum potentia innata, eleuata, siue per habitus, & qualitates intrinsecas, siue per assistentiam suæ potentię extrinsecæ. 10

Dices 3. Vnde oritur necessitas talis connotationis. Respond. oriri ex natura actus supernaturalis; qui, quia vitalis est, exigit in causa principium vitale; & quia supernaturalis, indiget, vt tale principium eleuetur per auxilium supernaturale. Ex quo patet discrimen inter effectum supernaturalem, & vitalem; quia inter effectum supernaturalem, & suam causam est respectus nõ mutuus; quia effectus connaturaliter respicit causam; at causa secundum se totam non respicit connaturaliter effectum: sed inter effectum, & causam naturalem est mutuus respectus connaturalis, quẽ Scotus totalẽ vocat, qui non requirit aliam concausam eiusdem generis, & ordinis; contra vero partialis.

11 *Causæ subordinatæ, & nõ subordinatæ.*

Secunda diuisio causæ sumpta ex perfectione concursus est, quod aliquæ causæ sunt subordinatæ; aliquæ non sunt subordinatæ: & quidem non subordinatæ dicuntur, quæ æquè primo concurrunt ad effectum, vt duo equi trahentes currum: Ex quibus aliquæ habent necessariam connexionem inter se respectu effectus; aliquæ vero non item: Causæ autem subordinatæ dicuntur, quarum vna est subaltera ob dependentiam, quam habet ab illa; & quia dependentia potest esse duplex, vna quoad esse, & virtutem, quam recipit à causa, cui subordinatur secundum se, & in esse quieto: Altera quoad actionem, ita vt inferior non possit agere sine superiori: ideo hinc diuiditur subordinatio, quod alia sit inter causas accidentaliter subordinatas; quomodo filius dicitur producere filium cum subordinatione ad actum, à quo accepit virtutẽ generatiuã, qua tamen vtitur independẽter ab auo. Altera vero sit subordinatio inter causas essentialiter subordinatas, quæ dicitur, quando ita sunt inter se connexæ, & concatenatæ, vt actio vnius non possit esse sine alterius concursu, quomodo dicitur causa secunda subordinari primę.

Hinc Tataret. in 1. d. 2. q. 1. §. Respondet Scot., ponit tres differentias inter essentialiter, & accidentaliter subordinatas causas. Prima, quod in essentialiter ordinatis secunda pendet à prima in causando; sed in accidentaliter non pendet in causando, licet pendeat in essendo. Secunda, in essentialiter ordinatis causalitates sunt alterius, & alterius ordinis; quia causalitas superioris est perfectior; at in accidentaliter ordinatis sunt eiusdem ordinis, imò rationis. Tertia, quia essentialiter subordinatæ omnes causæ superiores, & inferiores simul

ſimul agunt, non ſic accidentaliter ſubordinatæ, vnde poteſt tantum intendi virtus vnius cauſæ, vt non indigeat ope alterius, vt patet ex duobus trahentibus nauim; at non ſic in eſſentialiter ordinatis; quia quantumcunque augeatur virtus generatiua hominis, non poteſt generare ſine Sole. Contra quam doctrinam multa Occham. in 1.d.2.q.10.

Ex his autem, aliæ dicuntur eſſe eiuſdem generis, & ordinis, qualis ſubordinatio eſt inter obiectum, & potentiam reſpectu actionis, & inter matrem, & patrem reſpectu generationis, Ex quibus ſemper vna cauſa magis principaliter concurrit ad actum, quam alia; & ad has reduci poteſt diuiſio cauſæ in principalem, & inſtrumentalem, quia inſtrumentum eſſentialiter ſubordinatur principali cauſæ. Aliæ vero ſunt eiuſdem quidem generis, ſed non ordinis, vt eſt cauſa prima, & ſecunda, intellectus, & lumen gloriæ, & ſimilia. Aliæ vero ſunt diuerſi ordinis, & generis; qua ratione, cauſa formalis, & materialis ſubordinantur cauſæ primæ concurrenti cum illis; non quidem in eodem genere, ſed diuerſo. Aliæ denique ſunt eiuſdem quidem ordinis, ſed nõ eiuſdem generis; qua ratione quatuor cauſæ, concurrentes ad effectus naturales, dicuntur ſubordinari eſſentialiter, ſed hic modus loquendi eſt contra communem vſum; quia ſubordinatio propriè eſt inter inferiorẽ, & ſuperiorem cauſam.

13 Dices 3. An hæc diuiſio ſit eadem cum diuiſione cauſæ in per ſe, & per accidens. Reſp. Petr. Pariſien. ex Scot. in 1.d.2.q.1. negatiuè, nã cauſa per ſe, & per accidens ſunt in ordine ad effectum, cum quo cauſa comparatur per ſe, vel per accidens: at diuiſio ſubordinationis ſunt in ordine ad ipſas cauſas inter ſe, quarum vna ſe habet per accidens, vel per ſe ad cauſalitatem alterius.

Subordinatio cauſarum exigit cauſas diuerſi ordinis.

Dices 4. An ad ſubordinationem exigatur, vt cauſæ ſint diuerſi ordinis. Affirmat Scotus apud Tatar. q.4. prol. verſ. Contra volo; Dicẽs. eiuſdem ordinis ſunt cauſæ, quę non ſunt ſubordinatæ; quæ vero ſunt ſubordinatæ ſic ſe habent, quod vna dependeat ab alia, vt Sol à Deo, & homo à Sole: & patet ex ipſa ratione ſubordinationis.

Dices 5. An cauſæ ſubordinatæ debeant eſſe eiuſdem generis. Reſp. affir. Fonſ. 5. met. c. 2.q.12. ſect.3. & 4. at negat Suar. diſputat. 21. ſect. 1. ſed de hac re infra.

Tertia diuiſio ſumpta ex perfectione concurſus, eſt in cauſam principalem, & inſtrumentalem, de qua diuiſione infra.

14 Quarta diuiſio ſub hoc capite eſt, vt alia cauſa dicatur cauſare realiter, alia illatiuè. cauſa realiter dicitur, ad cuius eſſe ſequitur aliud, ſi non impediatur, vt ad eſſe ignis ſequitur calor, niſi impediatur. Illatiuè vero dicitur, ex qua ſequitur aliud, non ſecundum rem, ſed ſecundum cognitionem. Ita Occham. in 1.d.41.q.1. & ibi Tatar. & dat exemplum; vt *iſte continuabit peccatum, vſque ad finem, ergo eſt reprobatus*.

Quinta diuiſio Cauſæ, alia dicitur præciſa, alia non præciſa ex Scot. apud Tatar. in 1.d.3. q.2. Cauſa præciſa dicitur, qua poſita, etiam cœteris non poſitis, ponitur effectus; & qua non poſita, quibuſcunque alijs poſitis non ponitur effectus, quam Ariſt. in 1. poſter. vocat cauſam adæquatam vniuerſalem, & ſecundum quod ipſum. Sed non præciſa dicitur, qua poſita non ponitur effectus, etiamſi ea ablata, auferatur; vt animal dicitur cauſa reſpirationis: vel qua poſita, ponitur effectus, ſed ea ablata non aufertur effectus; vt intellectus dicitur cauſa cognoſcendi eclypſim, quę tamen poteſt cognoſci etiam (ablato intellectu) per ſenſum.

Cauſa præciſa & non præciſa.

15 Tertium Caput ex perfectione virtutis; ex quo prima diuiſio eſt in cauſam actiuam, & paſſiuam. Paſſiuam appellant, quæ eſt receptiua actionis, & per conſequens formæ productæ ex vi actionis, quæ diuiditur in ſubſtantialem, & accidentalem. Actiua vero dicitur, quæ per actionem communicat eſſe alteri, de qua extat illud axioma Scoti, quod actiua reſpectu effectus perfectioris eſt etiam actiua reſpectu imperfectioris eiuſdem ſpeciei. Quæ diuiditur in naturalem, & liberam: de qua diuiſione dictum eſt alibi.

Actiua, & paſſiua.

Secunda Diuiſio. Actiua alia dicitur illimitata ad plures effectus, quæ ſolet dici etiã vniuerſalis, & indeterminata, non quidem per negationem virtutis, quæ dicitur indeterminatio paſſiua, & materialis, ſed per indeterminationem actiuam, quæ eſt per illimitationem virtutis ad plures effectus. Alia vero dicitur limitata, quæ eſt determinata ad vnum effectum; & quidem illimitata diuiditur in eam, quæ eſt illimitata ad plures quidem effectus, ſed finitos; & in eam, quæ eſt illimitata ad effectus infinitos.

16 Tertia Diuiſio in cauſam vniuocã, & æquiuocam. Vniuoca dicitur, quæ habet effectum eiuſdem ſpeciei. Aequiuoca vero, quæ habet effectum diuerſæ ſpeciei; inter quas hæc eſt conuenientia, quod vtraque tendit ad aſſimilandum ſibi obiectum; ſed vniuoca tendit ad aſſimilandum ſibi obiectum ſimilitudine formali: Aequiuoca vero ad ſimilitudinem virtualem; Quia vniuoca tendit ad effectum ſecundum ſimilitudinem formæ eiuſdem ſpeciei, at ęquiuoca ſecundum ſimilitudinem formæ excellentioris, vt docet D. Thom. 1.p.q.4. a. 2. & 3. & Alenſ. 5. met. tex. 2. vbi ait, effectum in cauſa vniuoca contineri virtualiter, & ſecũdum ſimilitudinem formæ; at in æquiuoca tãtum virtualiter, quia effectus in cauſa poteſt eſſe ſecundum ſimilitudinem quadrupliciter. Primo, ſecundum eſſe naturale, & ſecundum eandem rationem, vt in vniuocis. Secundo, ſecundum eſſe naturale, & non ſecundum eandẽ rationem, vt in æquiuocis. Tertio, non ſecundum eſſe naturale, ſed ſpirituale tamen quietum; ſicut artefacta in mente artificis; forma enim domus in ędificatore non eſt natura quędam, ſicut eſt virtus calefactiua in Sole, vel in igne; ſed eſt quædam intentio intelligibilis in ani-

Cauſa vniuoca, & æquiuoca.

anima quiescens. Quarto, neque secundum esse naturale, neque secundum eandem rationẽ, neque secundum esse quietum, sed per modũ cuiusdam defluxus; sicut similitudines effectuũ sunt in instrumentis, ita D. Tho. q. 27. de verit. a. 7.

Hinc differunt Secundo, quod causa æquiuoca est causa totius speciei; vniuoca vero tãtum indiuidui, ex D. Thom. 1. p. q. 13. a. 5. ad 1. & in 2. dist. 18. q. 2. a. 1. & ratio ex Alens. 5. met. tex. 2. quia si haberet virtutem supra totã speciem efficeret seipsum.

Tertio differunt, quod causa æquiuoca dicitur essentialis, non sic vniuoca ex D. Thom. in 2. d. 1. q. 1. a. 4. & d. 18. q 2. a. 1.

Quarto differunt, quod causa vniuoca habet effectum dependenter in fieri, non autem in conseruari; at æquiuoca potest etiam habere effectum dependentem in conseruari, ita D. Thom. 1. p. q. 104 a. 1. & q. 5. de poten. a. 1.

Dices: Omnia generãtur ex vniuoco 7. met. tex. 30. ergo nulla datur causa æquiuoca. Resp. ex Scotistis, vniuocationem esse duplicem, vnã completam, quæ exigit similitudinem cum effectu tam in forma, quam in modo essendi formæ; & hæc distinguitur à causa æquiuoca; neque de hac loquitur ibi Aristoteles: Altera est incompleta, quæ scilicet exigit similitudinem in forma, non tamen in modo essendi formæ; qualis est inter speciem, & obiectum repræsẽtatum; inter imaginem, & imaginatum; & inter ideam, & ideatum: quæ causa vniuoca est species causæ æquiuocæ; differt enim causa æquiuoca artificialis à naturali, quod artificialis habet formam intentionalem repræsentatiuam effectus, non sic autem naturalis: quare cum Aristoteles dixit, omnia generari ab vniuoco, intelligit, siue vniuocatione completa, siue incompleta: neque vniuersalitrr loquitur de omni generatione, sed tantum de generatione naturali, vt distinguitur ab artificiali, vt notat ibi Alenses; ex hoc quod artificialis generatio nũquã pẽdet ab vniuoco vniuocatione cõpleta; at in naturalibus, licet nõ omnes sint ab vniuoco, quia aliqua est ab æquiuoco; tamen intra latitudinem generationis naturalis, aliqua est ab vniuoco totaliter, & perfectè.

17 Quarta diuisio: Alia causa est completa, alia incompleta. Completa dicitur dupliciter; Primo, quoad esse, & dicitur solum de causa, quæ habet completam perfectionem, quoad suum esse: qua ratione partes compositi non possint dici completæ. Secundo, quoad influxum, idest quę non indiget ope alterius in eodem genere, & ordine ad producendum effectum: & hæc est duplex. Prima, quæ est completa completione principij elicitiui. Secunda, completione quoad omnes conditiones præréquisitas ad agendum. Hinc patet, totidem modis dici causa imcompleta, & quoad esse, & quoad influxum.

Completa, & incompleta.

Quinta diuisio sumpta etiam ex virtute, in principalem, & instrumentalem, de qua infra.

18 Quartum Caput diuisionis sumptum ex comparatione causæ ad effectum.

A Prima diuisio: alia causa dicitur in potentia; alia in actu 3. met. t. 3. In potentia dicitur, quæ dicit actum primum sine secundo: sed in actu, primum sub secundo, vt explicauimus in textu 36. & 37.

Secunda diuisio: Alia causa est reciproca; alia non reciproca, de qua Philopon. 1. poster. c. 9. Hæc ferè diuisio coincidit cũ diuisione in adæquatam, seu præcisam, & in inadæquatam, seù non præcisam; de qua dictum est supra. Caiet. diuidit in adæquatam effectui, & excedentem effectum.

Tertia diuisio. In vniuersalem, & Particularem: vniuersalis, quæ respicit plura: Particularis, quæ respicit vnum. & quidem vniuersalis diuiditur in vniuersalem in prædicando,
B quæ scilicet de pluribus prædicatur; vt Artifex de statuario, & pictore; & Vniuersalem in causando, quæ scilicet causat plures effectus; vnde totidem modis potest dici particularis. Ex vniuersalibus autem, vna est magis vniuersalis, quã alia, quoniam effectus proprius vnius à pluribus potest participari, quam effectus proprius alterius. Hinc D. Thom. 6. met. sect. 3 putat, Deum esse vniuersalissimã causam, quia proprius effectus eius est esse, quod ab omnibus participatur: sub Deo est cœlum, cuius effectus est generabile, quod participant omnia generabilia; & sic consequenter dicendum de alijs, quæ sunt magis, vel minus deter-
C minata ad singulas species.

Quarta diuisio: Aliæ sunt causæ in essendo, aliæ in cognoscendo, de quibus fusè in logica.

Quinta diuisio ex Auicen. apud D. Thom. 5. met. lect. 2. in causam perficientem, quæ dat vltimam perfectionem; Disponentem, quæ præparat materiam formæ; Adiuuantem, quæ cooperatur ad principalem effectum; Consiliantem, quæ differt ab efficienti principali, vt dat finem, & formam agendi. De qua diuisione videndus Alens. init. met.

Sexta Diuisio: Causa alia naturalis; alia supranaturalis. Naturalis dicitur, quæ ex virtute 19 naturali producit effectus; vbi Naturale acci-
D pitur, vt significat totum id, quod intra ordinẽ naturæ, siue corporeum, siue incorporeum: Supernaturalis vero dicitur, quæ habet effectum supra vires naturæ: Hoc autem contingere potest dupliciter; Primo, quoad substantiam effectus, vt gratia, &c. Secundo, quoad modũ producendi effectum, etiamsi effectus secundum suam substantiam sit naturalis; vt visus restitutus cœco, de quibus omnibus non est huius loci disputare.

QVAESTIO QVINTA.

Quot modis dicatur causa per accidens; & quid sit.

E DE hac Sot. 2. phys. q. 3. Mas. sect. 1. quæst. 4. Hurtad. disp. 8. sect. 9. §. 118. Fõsec. 5. met. cap. 2. exposit. textus, Suar. tom. 1. met. disp. 17 sect. 2.

Primo

1 *Causa per se, & per accidens explicãtur.*

Primo notandum, Causam ab Arist. tum hic, tum in 5. met. cap. 2. diuidi in causam per A se, & causam per accidens, quæ membra vario modo explicantur; Nam primo, ex D. Thom. 1. 2. q. 85. art. 1. causa per se dicitur, quæ virtute suæ formæ concurrit ad effectum: causa vero per accidens, omnis illa, quæ, vt talis est, non influit in effectum, nam tale per accidens, inquit Sotus, dicitur quando non sumitur, vt habens in se formam, sed cum eo coniungitur, quod est tale; vnde Aristoteles propositionem per accidens, putat, esse eam, in qua coniungitur prædicatum speciei, conueniens cum genere, vt animal habet cornua. Primo, post. tt. animal respirat, quia non vt animal respirat, sed vt habens pulmonem. Secundo alij dicunt, B causam per se tripliciter dici; primo perseitate formæ, cui opponitur causa per accidens. accidentalitate mediationis formæ, vt infra, & dicitur illa, cui conuenit dicta explicatio iuxta sententiam Diu. Thom. Aliam, dici, per se perseitate intentionis, quæ producit effectum à se intentum, cui opponitur causa per accidens, quæ habet effectum præter intentionem; Tertiam dici per se perseitate necessitatis, & dicitur omne id, quod est necessarium ex parte causæ ad positionem effectus, cui opponitur causa per accidens accidentalitate contingentiæ, vt sunt ea, quæ habent quidem coniunctionem cum causa, sed non sunt necessaria C ad positioné effectus, vt musicus dicitur causa calefactionis, quia homo calidus, qui est calefaciens, est musicus, cum tamé musica, nec mediatè, nec immediatè conferat aliquid ad effectum, At vero hæc *aqua calefacit* est hoc modo per se, quia licet calefactio adæquatè procedat à calore, tamen non posset ab hoc procedere nisi existeret, at ad eius existentiam est necessariũ subiectũ, vnde quidquid requiritur ad existentiam causæ, est causa per se effectus, vt colligitur ex 2. phys. t. 50.

2 *Causa per accidens accidẽtalitate mediationis, alia ex parte cãa, alia ex parte effectus.*

Secundo notandum, causam per accidens accidentalitate mediationis ex D. Thom. 1. 2. q. 85. ar. 5. & Tol. hic quęst. 9. dupliciter diuidi D posse: Primo, ex parte causæ; Secundo, ex parte effectus: Ex parte quidem causæ tripliciter: primo cum effectus tribuitur rei, quæ accidit veræ causæ; vt Philosophus dicitur concoquere cibos: secundo cum vera causa accidit rei, vt Petrus dicitur canere, canit enim, vt musicus 2. phy. 33. & hic modus non est ita per accidens, sicuti cœteri, nam vere homo influit ad cantum, sed dicitur per accidens quatenus determinatur ad canendum ab arte. Tertio, quando effectus tribuitur accidenti, quod coniungitur cum vera causa in eodem subiecto: vt musicus ædificat, D. Th. 4. dis. 46. art. 2. ad 3. vel nihil operans, vel operans, sed præ E ter intentionem, & hoc secundum, vel attingens effectum, & dicitur casualis, vel attingit aliquid illi coniunctum, & dicitur occasio.

Causa per accidens respectu effectus dicitur quadrupliciter.

Tertio notandum, causam per accidens ex parte effectus dici respectu illius prædicati, quod accidit effectui per se producto, quod quadrupliciter contingere potest: primo dicitur causa per accidens respectu effectus, qui ne- A cessario coniungitur cum effectu intento; sicut ignis intendés producere formam ignis in materia aquæ, corrumpit formam aquæ; & ad hanc causam reduci potest illa, quæ producit dispositiones necessarias ad effectum, non tamen attingit effectum, & ad hanc reducitur cã remotiua, quia scilicet nihil concurrit ad effectum, sed tantum remouet prohibens; sicuti schamonea dicitur causa frigiditatis, qa remouet bilem, quæ calefacit, & distinguitur contra causam per se, idest operantem ex virtute sua, vt ait D. Thom. 1. p. q. 114. art. 3. Secundo dicitur causa per accidens respectu effectus, quę producit per se aliquem effectum comparatũ tamen ad effectum producendum, non neces- B sario, sed contingenter ab alia causa, vt Tyrãni, per accidens dicuntur causa patientiæ, & coronæ Martyrum; & dici solet, inquit Sotus, occasio; ex D. Thom. q. 3. de Poten. art. 6. ad 6. & peccatum dicitur causa contritionis. Tertio, vt cum causa non producit effectum, sed producit aliquod, quod est coniunctum cum effectu, qui denominatur produci, vt Elisabet peperit Sanctum, nam peperit filium, cum quo tamen coniuncta est sanctitas, sed nõ ex vi ipsius. Quarto, quando causa producit aliquem effectum intentum, & cum illo coniũgitur alius non intentus; quæ coniunctio rarò eueniat, vt cum lapis cadens, frangit vas; lapis C enim per se intendit esse deorsum, & per accidens coniungitur cum illo motu, fractio vasis, quod rarò reperitur in illo loco, vel melius, vt cum venator ictu sclopi intendens ferire ceruum, feriat hominem, cum rarò soleat esse in eo loco homo; & ex hac causalitate oritur casus, & fortuna, vt dicemus infra.

3 *Effectus per accidens dupliciter consiđ gitur cum effectu per se.*

Quarto notandum, quando effectus dicitur per accidens ob coniunctionem cum effectu per se, dupliciter id esse: primo, respectu solius intentionis agentis: secundo, respectu actionis, & connexionis vnius effectus cum alio; nam contingit, vnum effectum non solum esse præter intentionem agenti, sed nullo mo- D do esse connexum cum actione eius; vt inuétio thesauri cum fossione; & tunc dicitur propriè effectus per accidens: quando vero effectus vnus est ex natura rei connexus cum alio: vt corruptio cum generatione dicetur per accidens, quia est præter intentionem agentis, tamen est per se ex natura actionis, quare de huiusmodi effectu potest esse scientia; imò quatenus priuatio, & quasi medium ad introductionem alterius, dici potest non esse omninò præter intentionem agentis, licet non sit propter se intentus, sed propter principalem finé, quare non propriè pertinet ad causam, & effectum per accidens; vnde omnes, qui huius- E modi sunt, vel consistunt magis in figura prædicationis, quam in causalitate, vt cum dicitur medicus sanat musicum; vel reducuntur ad casum, vel fortunam, vt infra, sed falluntur, quia vere in causalitate est accidentalitas, quia non attingit illam rationem in effectu, quam exprimit principium formale causę.

Sed

4 Sed contra hanc doctrinam obijcitur primo, quia aqua calefacit virtute suæ formæ; ergo est causa per se calefactionis. Resp. virtute suæ formæ debet intelligi explicatæ in subiecto; vnde non aqua, sed vt calida calefacit, quare calor est causa, quamobrem ly virtute suæ formæ non debet intelligi possessiuè, sed intransitiuè.

Cur Aristotel. negat perseitatem causæ in his homo canit Policletus canit, & similibus.

Secundo, quia sequeretur has non esse per se, homo canit, & aqua frigefacit; sed solum frigiditas frigefacit, & musicus cantat, imo cũ negat Aristoteles, *Policletus sculpit*, esse per se, debet dicere etiam hanc, *homo sculpit*, non esse per se; sed hæc sunt falsa; tum quia homo verè influit in effectum, imo est primum principium influens; tum quia, per se loquendo, actiones sunt suppositorum.

Respondeo, ex Veneto, Burleo t.33. & alijs hic, & Gratiadeo sect. 6. q. 2. has propositiones non esse omnino per accidens, quasi effectus possit poni sine his causis, nam neque cantus sine homine, neque frigefactio potest esse sine subiecto, in quo subiectetur frigus: quare sunt aliquo modo per se, quatenus necessariò requiruntur illa ad effectus positionem, dici tamen per accidens, quia non sunt immediata causa effectuum, sed operantur per accidens superadditum quare magis per accidens est, *Policletus cantat*, quam *homo cantat*, nam cãtus esse potest sine Policleto, sed non sine homine, licet hic cantus, neq; possit esse sine Policleto, & actiones sunt quidem per se suppositorum, sed quatenus habent formam expressam nomine, que immediatè elicit operationes, vt colligitur ex D. Tho. 1. 2 q 85. art. 5. & Masius addit actiones esse suppositorum, vel per se, vel per accidens.

5 Tertio obijc. Scot. qui probat nõ magis esse per se hanc *musicus cantat*, quam, *album cantat*, quia musicus per se cantat; sed album est musicum; ergo album per se cantat.

Respon. negando consequentiam, quia sunt ibi quatuor termini: nam ly *per se* afficit musicum respectu cantus, non autem respectu albi, quare non potest afficere album respectu cantus, quia alia est coniunctio albi cum musico, ac musici cum cantu; & ideo ex coniũctione, quam habet cantus, & albedo cum musica, non rectè infertur esse coniunctionem eiusdẽ rationis inter album, & cantum, quæ est inter musicum, & cantum, vt fusè in summulis ostẽdimus. Hinc Venet. loc. cit. not. 3. 4. sed contra ex vna per se, & altera per accidens, non sequitur conclusio modificata per ly *per se*, & per ly *per accidens* propter mutationem suppositionis; nam cum dicitur *musicus cantat*, ly *musicus* supponit simpliciter; at cum dicitur *album*, *vel Policletus est musicus* ly *musicus* supponit personaliter. sed deberet dici *album, vel Policletus* est per se *musicus*, quod negat Aristoteles. In qua responsione illud est difficile, qđ dicat ly *musicum* in maiore supponere simpliciter, nam cũ sit per se in quarto modo perseitatis, qui est inter causam, & effectum, non videtur posse ibi esse suppositionem

Vnde oriatur accidẽtalitas inter formas existentes in eodem subiecto respectu eiusdem effectus.

A simplicem, quia prædicata communia nõ operantur, sed supposita in particulari, nisi dicatur determinari ad suppositionem simplicem per ly *per se*: Nam potest responderi ly *per se* determinare rationem adæquatã inter causam, & effectum, nam sicut huic statuario respondet tanquam adæquatus effectus hæc statua, ita statuario in communi respondet statua in communi. Neque hic statuarius accipitur, vt dicit indiuiduationem in ratione entis, sed vt dicit indiuiduationem in ratione operantis statuam; atq; adeo vt dicit hanc actionem statuificam, vt dictum est in textu.

6 Quarto, si statuificus per se fecit statuã, ergo & artifex per se facit statuam, quia valet argumentum ab inferiori ad superius affirmatiuè,

B sed hoc est falsum, quia accidit artifici, quod faciat statuam, nam est aliquis artifex, qui non facit statuam.

Confirmatur, quia non videtur magis per se hæc *ignis calefacit*, quàm hæc *Policletus facit statuam*, nam vtrique conuenit actio ratione formæ, quam vtrumque subiectat.

Cur nõ liceat ab inferiori ad superius affirmatiuè.

Resp. Venetus non valere ab inferiori supponente simpliciter ad superius, vt patet in hac *homo est species; ergo animal est species*: at in propositione prædicta ly *statuarius*, & ly *per se* supponit simpliciter.

Respond. secundo, concedendo illam, *artifex per se facit statuam*, non quidẽ primario,

C sed secundario, nã Aristoteles dixit, quod artifex est per se causa sanitatis, & non tantum medicus. & primo poster. concedit habere tres angulos æquales duobus rectis, triangulo conuenire per se primo, & figuræ per se secundo; & ratio, quia licet artifex, vt vniuersale, & totũ non sit pars statuifici, sed illi accidit esse statuificum; tamen vt pars speciei scilicet statuifici sic concurrit ad statuam, sed vt determinatur per differentiam.

Ad confirmationem Resp. ignem per se calefacere, non quia est subiectum caloris, sed quia est subiectũ per se calefactionis: at non sic Policletus est subiectum artis statuifici; sicut

D neque materia est per se subiectum formæ artificialis.

Sed contra, nam subiectũ artis nõ potest esse, nisi intellectus; ergo per se subiectat illam.

Sed responderi potest: in igne esse perseitatem necessitatis ex parte formæ ignis, & ex parte caloris: At hic licet ars indigeat intellectu, tanquam subiecto; tamen intellectus non exigit habitum artis, & ideò per accidens illi conuenit, atque adeo per accidens actio ab arte procedens terminat illum.

7 Quinto, qua ratione inter causas per accidens est ordo, ex quo vna dicitur magis propinqua, quam altera, nam ea, inter quę est ordo

E sunt finita, vt colligitur ex 2. met. at causæ per accidens sunt infinitæ.

Qua ratione sit ordo inter causas per accidens.

Respond. ab Aristotele poni hunc ordinem, nõ solum inter causas per accidens, sed etiam inter effectus per accidens, & non solum inter effectus causæ efficientis, sed etiam aliarum causarum, siue sint per se, siue per accidens, vt for-

forma est causa formalis huius æris, vt effectus propinqui æris, in communi, vt effectus remoti, & materiæ tanquam effectus remotioris, ita cerebrum, seù cor est causa materialis huius animalis, vt effectus propinqui, animalis vt remoti, & corporis animati vt remotioris; & idē dicetur de effectis per accidens, nam statua Sortis est effectus propinquus per accidēs statuifici, statua hominis est remotus, & statua animalis est remotior, & sic dicendum de effectibus aliarum causarum. Solum obijci potest doctrina Simpl. 1. phy. t. 79. dicentis elementū non posse dici per accidens, imò nec fingi, vt elementum est causa materialis. Sed respondetur id oriri ex varia significatione nominis elementi, & casu.

Resp. secundo Venetus, Causarum per accidens, quædam sunt coniunctæ cum causis per se, vt albedo, musica, & similia, cum statuifico, qui est causa per se, & inter has datur ordo, non quidem ratione ipsarum causarum per accidens, sed ratione causæ per se. Quædam non sunt coniunctæ cum causis per se, vt aperiens fenestram dicitur causa per accidens illuminationis, & inter has, quę sunt infinitæ non datur ordo.

8 Dices vnde spectanda sit propinquitas, & remotio in causis per accidens?

Resp. Burl. tripliciter causam per accidens posse coniungi cum causa per se primo, ratione rei, vt Policletus cum statuifico, cum sint idem: secundo, ratione subiecti, vt musica cū statuifico in eodem subiecto: tertio, ratione determinationis, vt risibile cum statuifico, quia risibile determinat sibi hominem, cui conuenit esse statuificum, ex quibus connexa ratione rei est magis propinqua, quam connexa ratione subiecti, & hæc magis, quàm connexa ratione determinationis, & mihi doctrina hæc non displicet, licet iniuria impugnetur à Veneto in tex. 33. §. *notandum secundo*, de qua diximus aliqua in textu.

Dices secundo, quomodo causa per accidens reducatur ad causam per se?

Dico primo nulla causa per accidens est prior causa per se, ex 11. met. summ. 3. c. 2. & 2. Phy. t. 65. Scot. 2. d. 25. q. 1. ad primum pro secunda opinione, vbi prioritatem explicat esse natura, vel perfectione, non autem semper origine. Hinc Philop. 2. phys. t. 66. causas per accidens ait subsistere ope causarum per se.

9 Dices Remouens prohibens est causa per accidens effectus, qui sequitur à causa per se motus, & tamen est prior. & propter hoc

Dico secundo ex Scot. loc. cit. quem sequitur Tataret. ibi dupliciter posse intelligi hanc reductionem. primo, vt causa per se sit distincta, & prior, qua ratione partes dicuntur causæ per accidēs visionis totius, quia totum prius videtur, & est distinctum secundum Scotistas à partibus. Secundo, vt causa per accidens nō sit distincta à causa per se, sed eadem: at respectu diuersorum effectuum dicitur causa per se & per accidens, quomodo causa per se fossionis, dicitur per accidens inuentionis thesauri, & hæc causa per accidens reducitur ad seipsam, vt est causa per se, & de hac propriè intelligitur, quod causa per se est prior causa per accidens; non tamen causa per accidens, quæ est distincta, nam fractio Trabis, quæ est causa per accidens motus deorsum causati à grauitate, est prior natura, quam grauitas causans talem motum.

QVAESTIO VI.

De Fortuna, & Casu.

DVBITATIO I.

Quid sit Casus, & Fortuna.

ART. I. Continens opin. DD.

Prima opinio est dicentium esse diuinum quoddam numen, quo res humanæ gubernantur, à quo dicebatur, fieri ea, quorum ratio nascitur, ita vulgo putant, vt refert Arist. tex. 46. & 47. & iuxta hanc sententiam Arist. in lib. de bona fortuna, cum dixit esse naturalem impetum factum in anima nostra à Deo, vt est Motor totius naturæ, loquitur enim ex vulgarium hominum sententia, vt solet sæpè in moralibus, sicuti testatur Iauel. 2 physf. q. 23. Hinc 29. sect. prob. 9. ait, Diuitias prauis hominibus obtingere, quia fortuna cœca est; & Aristophanes fingit Platum, qui est diuitiarum Deus, cum à Ioue mittitur ad bonos, claudicare; cū ad malos protinus exilere. Vnde Aug. lib. 4. de Ciuit. cap. 18. redarguit eos, qui fortunam colunt, vt Deam, cum læta sit, quod etiam Plin. lib. 2. c. 7. adnotauit: eiusque simulachrum, vt refert, & explicat Alb. ita exprimebant. Simulachrum in Rota constituebant cœcum, ex vna parte album, & ex altera nigrum, propter fortunatum, & infortunatum, quæ sunt partes fortunæ Sed contra hanc optimè Plin. loc. cit. Lactant. de falsa Sap. lib. 3. c. 28. & 29. 1 *Quid sit fortuna ex Arist.*

Secunda est Anaxag. & Stoicorū apud Plat. de plac. c. 29. & Lact. loc. cit. ca. 29. esse causam quandam occultam, à qua huiusmodi effectus oriuntur, & Stoici apud Plut. lib. de repugn. Stoicorum dicebant esse vim quandam diffusam per Orbem, cuius munus esset humanam voluntatem inclinare ad vnam partem, sed hęc partim impossibilia dicit, nihil enim potest in humanam voluntatem præter Deum, nisi obiectiuè aliquid ab alio proponatur; partim sine ratione loquitur, cum possit ratio melior assignari.

Tertia est Boetij lib. 5. de cons. prosa prima, qui neque casum, neque fortunam putat esse causam per accidens, sed esse effectū per accidens, idest qui oritur præter intentionem agētis, vt cum quis tradit in forum, vt vendat merces, & inuenit denarium, inuentio denarij est fortuna quare definit, fortunam esse inopinatę; quæ opinio valde consonat cum vulgari cō-

mu-

muni modo loquendi de Fortuna, & Caſu,ſequitur Pompon.lib. de fato, & lib.arh.c.6.qui 2 ait,omnes effectus,qui dicũtur fortuiti, & caſuales habere certam,& determinatam cauſã, vnde ſequitur fortunam non eſſe cauſam per accidens, & iuxta hanc opinionem intelligitur illud fortunam,&c.

Quarta,eſt Ariſt.2.phy. tex.51. ex quo fortunæ definitio colligitur, vt ſit cauſa per accidens in ijs, quæ operantur ob aliquem finem ex electione,neque ſemper,neque vt plurimũ; vnde plures conditiones colliguntur,quæ conueniunt fortunæ. Prima,vt ſit cauſa.Secunda, vt ſit per accidens. Tertia, operans ex fine. Quarta, ex electione. Quinta, neque vt plurimum.quas tex.48. expræſſit, & mihi placet.

ART. II. Opinio Auctoris.

3 PRima Conc. Fortuna, nec Deus eſt, nec in ea eſt aliquid diuinitatis, vt finxit antiquitas. Prob.Aug.4.de Ciuit.c.4.quomodo ergo Dea Fortuna ſit aliquando bona,aliquãdo mala eſt,ſed in malignum dæmonem conuertitur.

Fortuna non eſt Deus, nec aliquod numen.

Confirm.Pontanus lib.1. de Fortuna cap.1. plura vide in Bart.ſybilla in ſpec.peregr. conſequent.decad.1. c.9.2.p. quæſt.1.

Secunda Concl.fortuna rectè ab Ariſt. tex. 52.dicitur cauſa per accidens in ijs, quæ operantur propter finem ex electione,neque ſemper,neque plerumque, quæ definitio non indiget alia probatione,quam explicatione:quare.

Not. primo fortunam variè accipi.Primo, pro ipſo effectu fortuito, vt accipit Boet. de conſolat.philoſoph. proſ. ſecunda. Secundo, pro ipſa cauſa effectus fortuiti, quam Ariſtotel. vocauit fortunam. Dubitatur tamen,an ſit cauſa efficiens, vel in omni genere cauſæ reperiatur fortuna. Ariſtot.enim inter cauſas tantum efficientes poſuit Iauel.q.25. in omni genere cauſæ putat reperiri, quod ex Boetio ſũpſit.vt v.g.in cauſa materiali. ſi Sutor intendat incidere veſtem, & inuenit pannum corroſum. in cauſa formali,vt ſi Pictor intendat ciconiam pingere, & depingat anſerem. 3. in cauſa efficiente, vt ſi eques fracto poſte fugiat,vt vadat ad puteum, & euadit manus hoſtium. in cauſa finali, vt ſi quis eat Romam, vt emat merces, & eligatur in Epiſcopum Ariſt. vero numeraſſe tantum genus cauſæ efficientis, quia in eo erat res manifeſtior, quare non negauit reperiri in alijs cauſis.

Perer.autem cap.6. putat tantum in genere cauſæ efficientis reperiri, nam fortuna eſt extrinſeca effectui; materia vero, & forma ſunt intrinſeca; finis eſt id, gratia cuius aliquid fit, & eſt intentus ab agente, quod procul eſt à ratione fortunæ, vnde Ariſtotel. putat referendam ad genus cauſæ efficientis, quare in alijs cauſis,ideo videtur reperiri fortuna,& caſus,quia concurrunt cum cauſa efficiente ad effectum,quapropter pannus non dicitur fortuito corroſus,niſi reſpectu incidentis veſtem: ſic etiam forma Cæſaris depicta reſpectu pictoris, idem ſentiunt Pontanus li.1.c.10.& 11.

A Ferr.hic q.6.Soto.q.5.Veracruc.ſpecu.5.Tol. q.9.Iand.q.12.& lib.de bona fort.q.4.Sed hæc ſunt in controuerſia, illud autem eſt certum, ꝙ cum nihil ſit in terra,quod non habeat ſuã cauſam, adhuc tamen multa ſunt caſualia, & fortuita. Vnde Auguſtin.5.de Ciu.c.9.ait,non enim fieri aliquid poteſt, cuius nõ aliqua cauſa præceſſerit; non enim eas cauſas, quæ fortuitæ dicuntur,quare fortuna nomen accepit, non eſſe nullas,ſed latentes,eaſque tribuimus, vel Dei veri, vel quorumlibet ſpirituum voluntati.

Not. 2. cauſam per accidens dicitur non, quia nihil effectui imprimit propria virtute,vt patet ex dictis de cauſa per accidens.ex qua B particula excluditur à ratione fortunæ,quæ neceſſario,vel plerumque attingit effectum. Dicitur autem cauſa per accidens, non quia accidit cauſæ per ſe, ſed quia accidit effectui per ſe intento,vt dicitur medicus per accidens ſanare muſicum,quare eadem eſt cauſa per ſe,& per accidens reſpectu diuerſorum effectuum; reſpectu enim effectus per ſe intenti dicitur cauſa per ſe; reſpectu vero eius effectus, qui per accidens coniungitur cum effectu per ſe intento, dicitur cauſa per accidens, vt bene Perer.& Iau.loc.cit. ſed quia effectus per accidens tripliciter poteſt coniungi cum effectu per ſe, vel neceſſario, vt homo per ſe generat C hominem, per accidens vero riſibilitatem, & homo mouens nauim, mouet etiam ſe:vel non neceſſario,ſed frequenter,ſeù vt plurimum, & vt mulier parit hominem,& eum lachrymantem pariat, & reſpectu horum effectuum non dicitur fortuna, vel caſus,quia dici poſſunt interpretatiuè intenti. Vel tertio raro, & indeterminatè, vt ſi dum homo generatur corruſcet cœlum,& reſpectu huius effectus fortuna dicitur cauſa per accidens: quare ad effectum per accidens plures cauſæ concurrunt,vt v.g. ad inuentionem theſauri non ſatis eſt foſſio, ſed requiritur etiam abſconſio theſauri, & ex hac conſoſſione fit vna cauſa completa inuen-D tionis theſauri effectus fortuiti, ſed quia vt ſic denominatur non debet ille concurſus cauſarum non eſſe intentus: neque ſequi,vt plurimum, ſed raro. Vnde ſi hyeme quis nauigaret, & fluctibus agitaretur nauis, etiam ſi hæc agitatio non fuiſſet intenta à nauta, non eſt effectus fortuitus, quia vt plurimum eſſe ſolet in tali tempore, quod ſi effectus,qui ſequitur,cõparetur cum cauſa vtraque ſimul iuncta non eſt effectus fortuitus, quia illæ cauſæ aptæ ſunt naturaliter illum effectum efficere; & non raro,vt v.g.per accidens eſt,vt lapis cadat ſupra caput pertranſientis, & ſimiliter per accidens eſt,quod ignis cadat ſuper ſtuppam,ſed per ſe E illam comburit; quare dicetur effectus fortuitus ſi comparetur cum alterutra cauſa,vt accidit lapidi cadenti frangere caput,& ſtuppa cõburi ab igne,quia per accidens,ideſt præter intentionem, vtriuſque cauſæ ſeparatim ſumptæ ponitur applicatio illa cauſarum, quod ſi applicato ſine præter intentionem vnius tantum cauſæ,

causæ, dicetur effectus fortuitus respectu vni', & si præter intentionem vtriusq; dicetur fortuitus respectu vtriusq. A

5 Contrarium docet Auic. 1. sufficient. c. 23. quia putauit effectum fortuitum, non solum esse in ijs, quæ raro contingunt, sed etiam in ijs, quæ ad vtrumlibet: putat enim effectum ad vtrumlibet dici, qui procedit à causa, quæ non est magis determinata ad vnum effectum quam alium; vel non magis est determinata ad operandum, quàm non operandum. At illum confutant Perer. c. 7. Tol. q. 10. Iauel. q. 21. Auer. 2. phys. 48. vbi Them. Alex. D. Thom. & alij, quia vel effectus comparatur ad causam determinatam, & iam non est ad vtrumlibet; vel ad causam indeterminatam, & non potest sequi effectus, atque adeo, neq; erit effectus per B accidens. Et conf. ex Per. quia virtus v.g. motiua, quæ dicitur potentia indifferens, vel habet finem dum operatur, & cum hic finis non sit aliud, quam ipsa operatio, non potest habere respectu illius rationes causæ per accidens. Videndus de hac re Tol. & Perer. q bene explicant hanc rem, & Sax. q. 16.

6 Not. 3. fortunam operari propter aliquem finem, non quidem, quod effectus fortuitus sit intentus, id enim est contra rationem fortunę, sed debet intelligi dupliciter. Primo, quia effectus fortuitus si fuisset præuisus, fuisset intentus ab agente quoad fugam, vel prosequutionem, vt significat Arist. 2. phy. & docet Perer. C c. 6. & Sotus tex. 69. siue primario, siue secundario intendatur, quod dico propter mortem, quæ primario non videtur posse intendi. Secundo, quia effectus fortuitus est coniunctus cum effectu per se intento; quare fortuna est in eo agente, quod agit, vel aptum est agere propter finem, nam causa, quæ dicitur per se respectu finis intenti dicitur fortuna respectu effectus non intenti, quod si esset agens non aptum recipere finem in sua operatione, tunc neque respectu eius daretur effectus fortuitus, sicut dici solet, si non esset motus naturalis, neque esset violentus.

7 Not. 4. ex electione, nam per hanc particulam differt casus à fortuna, nam fortuna dicitur tantum respectu agentium per intellectũ; casus vero respectu agentium naturalium. Vn D de animalia, inquit Arist. tex. 58. & 59. non dicuntur fortunata, & tex. 52. fortunam, & intellectum versari circa idem, licet non eodem modo, quia intellectus per se, fortuna vero per accidens. Pro cuius explicatione not. in agente naturali idem esse actionem ex natura sua non esse ordinatam ad aliquem effectum, & effectum non esse intentum, quia agens naturale non agit gratia alicuius, nisi quia habet inclinationem, & virtutem producendi illud: in agente autem per intellectum non sunt idem, E quia potest agens per intellectum propter libertatem, quam habet ordinare actionem ad aliquem finem, ad quem per se actio non ordinatur, vt si quis foderet, vt inueniret thesaurũ; vnde si in agente per intellectum vtrumque requiritur, & vt ex se actio non ordinetur ad illum effectum, & vt neq; ordinetur ex agentis electione.

8 Ex his patet, quæ sint conditiones effectus fortunæ. Prima dicitur indeterminata, quia est causa per accidens, & quia effectus potest ex varijs causis emanare. Secunda dicitur ignota hominibus. Tertia ex se nihil agere, quia per accidens contingit ex illa effectus. Quarta agere temerè, quia quę certa ratione requiruntur, semper, aut plerumq; effectum attingunt, & eodem modo. Quinta dicitur cœca, quia assequitur effectum, quem non intendit. Sexta dicitur volubilis, vel insistere rotę volubili ob inconstantiam. Septima dicitur bona, quando euenit aliquid boni, dicitur mala, quando euenit aliquid mali. Bonam autem, & malam fortunam dupliciter solent aliqui explicare. Primo, quando aliquis subditus alicui summo malo, illud euadit, dicitur fortunatus; contra vero infortunatus, quando ei imminet acquisitio maximi boni, sed illud, non acquirit. Secundo alij, vt Vicomer. infortunatum dici, putat illum, qui parum absuit, quin reciperet maximum malum; contra vero fortunatum, quando parũ absuit, quin reciperet maximũ bonũ. 9

Effectus casualis, qui dicatur.

Secundo patet, qui dicantur effectus casuales, nam requirunt duas conditiones prima, vt non intendatur à causa, sed hæc non sufficit, quia corruptio non intenditur à natura, & tamen non est casualis; & peccatum non intenditur à reo, & tamen non est casualis, ideo secundo requiritur, vt sit improuisus; quare respectu Dei nihil est casuale, vel fortuitum. Vnde lib. de bona fortuna dicitur, vbi plurimus intellectus, ibi minima fortuna; vbi plurima fortuna, ibi minimus intellectus. Hinc Aegid. quodl. 4. q. 12. ait effectum fortuitum non referri ad causas simplices, quia singuli effectus habent suas causas determinatas, sed per accidẽs ad concursum plurium causarum, vt ex eo dicatur fortuitum casuale inopinatus concursus causarum.

ART. III. Referuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

10 Contra hanc definitionem obijc. primo cõtra illam particulam, quod sit causa per accidens ex Pomponatio. Multi effectus dicuntur casuales, & sunt per se intenti; ergo fortuna, & casus non dicuntur causæ per accidens. Antecedẽs patet, vt cum quis in ludo lucratur, quod certè intendit.

Conf. primo, ex Perer. c. 8. d 7. Si pictor laborans in dipingendo oculo, & cum nequiret indignans proiceret penicellum, itaque efformaret, certè illa efformatio esset fortuita, & tamen esset intenta; ergo in per se intentis est fortuna.

Conf. secundo ex eodem Pomp. apud Perer. d. 2. nam causæ effectus casualis, vel fortuiti sunt determinatæ, nam illæ causæ sunt determinatę, quibus positis, ponitur necessario effectus, sed effectus fortuitus, positis causis, necessario ponitur; ergo causæ illius sunt de

termi-

terminatę. Minor patet in singulis, posito enim lapide cadente supra caput, sequitur necessario fractio; neque dicas respectu vnius causæ dici casualem, nam sicut ab vna non sequitur effectus, ita neque posset esse casualis effectus.

Conf. 3. causæ naturales non impeditæ necessario operantur, positis requisitis, & si non sunt omnia requisita non operantur, quare necessario impediūtur; ergo non potest dari causa cōtingens in naturalibus, atque adeo, neq; casus.

11 Resp. cum Perer. & Iauello ad effectum fortuitum simpliciter duo requiri. Primo, vt accidat præter intentionem agentis. Secūdo, quod raro accidat. Quare si alterum desit non dicitur simpliciter fortuitum, sed secūdum quid. Vnde si quis intendit lucrum in ludendo non dicetur lucrum simpliciter fortuitum, licet raro accidat, & sit incertū, quod Them. tex. 65. adnotauit, dicens, qñ effectus non sequitur per se ab actione, & si intendatur ab agente, nō esse effectum fortuitum respectu agentis, sed respectu actionis, quod si quis haberet artem ludendi, & intenderet lucrum, tunc esset effectus per se, & nullo modo fortuitus.

Ad effectũ fortuitũ duo requiruntur.

Ad 1. conf. resp. in ea actione non intendi à pictore exprimi oculum, quare casu accidit exprimi.

Ad 2. confirm effectum dici per accidens, tum quia est præter intentionem agentis, tum quia est per accidens concursus illarum causarum: tum etiam quia multæ aliæ causæ potuerunt concurrere, vt fieret ille effectus, vt docet Arist. 2. phys. 50. & 65. nam fossio v. g. potest ex infinitis causis oriri, vt quod plantentur arbores, vt fodiatur sepulchrum, vt ædificetur, ideo licet effectus pendeat à passione determinatè, tamen hæc passio potest habere infinitas causas.

12 Dices primo quilibet effectus casualis est à causis determinatis, quia alias non posset poni in esse, nam si ponitur in esse ab aliqua causa particulari certè fiet.

Resp. effectū fortuitum, quādo actu fit semper habere aliquam causam determinatam, quia producitur ab agente determinato ex aliquo fine, sed dicitur habere causam indeterminatam, quia est præter intentionē agentis; quare agens est indeterminatus ad illum effectum determinatè, quæ sumitur ex parte finis, vt ex tex. 54. colligitur. Secundo dicitur habere causam indeterminatam, quia non habet necessitatem, vel vt plurimum connexionem, cum causa illa operante propter illum finem, ita vt posita causa, ponatur effectus, quare illa causa non est ex se determinata ad illum effectum, sed per accidens est determinata, quia. s. illi cōiūgitur alia causa, q̃ est abscōsio v. g. thesauri.

Dices 2. habetur fortuna pro causa, cū qua habet necessariā connexionē, non. n. pōt esse effectus fortuitus, nisi à fortuna.

Resp. cū fortuna sit causa indeterminata, cū haberetur pro causa, fortuna habetur vt causa indeterminata, sicut effectus contingens nō habet causam necessariam, & necessario non habet illam, sed contingenter.

Resp. casum oriri ex concursu contingenti causarū, licet. n. cōiunctæ necessario operētur, tñ non necessario contingunt. quare respectu vnius causæ, vt coniungitur cum alia habet causam contingentem, &c.

Obijc. 2. contra id, quod dicitur esse in ijs, quæ raro. Nam eclypsis, & alia, quæ raro sunt essent effectus casuales. 13

Conf. quia si sint duo lusores, quorum vnus lucratur, alter perdit; qui in pluribus perdit, ꝑdit à casu, cum tñ non intendat perdere; ergo casus est in pluribus; similiter si quis frequenter, dum it in agrum, serpentem inueniat, à casu inuenit, quia nunquam intendit inuenire.

Conf. 2. quia illa verba semper, & in pluribus videntur superflua, nam cum dictum sit esse causa per accidens, in eo continetur, non causare effectum semper, vt in pluribus.

Resp. dupliciter dici aliquid raro fieri. Primo rōne tēporis, quia scilicet actio, qua efficitur effectus raro ponitur in esse; & hac ratione dicitur eclypsis raro fieri, quia scilicet raro ponit causa, sed ea posita necessario sequitur effect'. Secūdo ratione causæ, quia posita tali causa raro existit effect', & huiusmodi raritas efficit effectum casualem: quare effectus fortuitus vtroque modo fit raro, vt colligitur ex tex. 48. 51. 56. & 57.

Dices quid si sępè fit; & ad illā raro cōsequitur effectus an ille effectus dicatur casualis, an ad effectū casualē sit necessariū etiā, vt actio raro etiā fiat. Simpl. & Them. in tex. 51 putant vtrumq; esse necessarium, quod Arist. ibidem dicat, si ille qui casu recipit pecuniam in foro venisset, vt reciperet pecuniam, aut solitus fuisset semper, vel frequenter venire in forum, cū venit si reportat pecuniā, non esse effectū fortuitum, quia si solitus est frequentare forū, ꝓbabile est inuenturum aliquando debitorē, & recepturū pecuniā. Sed Alex. apud Simpl. tex. 48. & D. Tho. & alij latini putant non esse necessariam, sed satis esse si id fiat raro effectus, nā Arist. tex. 48. quæ, inquit, talia sunt, idest, quę neque semper, neque vt plurimum fiunt esse à fortuna, & quæ à fortuna esse talia, quod si esset necessarium, vt fierent effectus raro, modo posito, id esset falsum, nam multa raro fierent, & tamen essent à fortuna, si actiones, ad quas raro sequuntur huiusmodi effectus raro fiant, vt si quis sæpius cum soleat ambulare per aliquam viam, & casu cadat tegula, à qua interficiatur: quare ille effectus maximè erit fortuitus, cum sit præter intentionem, & habeat causam maximè indeterminatam.

Ego dico quadrupliciter potest considerari actio, & effectus. Primo si raro fiat actio, sed effectus necessario, vel sæpe, & vt plurimum sequatur, & tunc certum est nō esse fortuitū, quia etiā si non sit præuisus explicitè, indirectè tamen est præuisus, & volitus. Secūdo si actio sæpe fiat, & semper consequatur effectus, & idē dico siue sit explicitè intentus, siue nō, modo sit indirectè intentus, quod dico, nam posset esse casus, vt ex actione sequatur effectus, vt plurimū. Vnde agēs, neq; ꝓiudicat, neq; posset 14

Quadrupliciter consideratur effectus.

præiudicare ob aliquam causam, nam tunc licet respectu actionis non sit fortuitus, est tamē respectu agentis. Tertio si actio sæpe fiat, sed raro consequatur effectus. Quarto si actio raro fiat, & etiā raro cōsequatur effectus, & tūc in vtroq; casu dicetur effectus fortuitus, neq; Arist. cōtrariū in tex. 51. dixit, sed solū voluit, cū quis semper, aut frequēter venit in forū, vt recipiat pecuniam, vel soluat illam recipere, si recipit aliquando non esse fortuitum, quia tūc huiusmodi effectus, aut non erit præter intentionem, aut non raro fiet: quare de ratione causæ fortuitæ est, vt intendat vnum, cui neq; primario, neque secundario aliud adiungatur; vnde peccator non est causa per accidens offensæ Dei, quia secundario coniungitur actui. Similiter, & rerum corruptiones, imò vt non sit fortuitus effectus aliqui dicunt sufficere si sit præuisus, etiam si nō sit intentus, quare peccatum respectu Dei non est fortuitus, quia omnia Deus præuidet; sed errant, quia Deus non est causa, neque per se, neque per accidēs peccati; quare respectu Dei non habet rōnē effectus, atq; adeo, neq; fortuiti, neq; nō fortuiti

Ad conf. eum non dici à causa perdere, quia licet sit præter intentionem primariam, nō tñ præter intentionem secundariam, nam quādo effectus secundarius, vt plurimum sequitur ad effectum primarium censetur sub eadem intentione compræhendi, & licet perdere sit cōtra bonum, non tamen refugit propter speciē lucri, sicut qui non refugit frigiditatem aquæ in hyeme animo capiēdi pisces; & idem resp. ad exemplum de inueniente serpentem.

Ad 2. conf. rectè fuisse addita, nam non omne rarum est per accidens, vt patet de eclypsi; neque omne per accidens est rarum, nam homo generans hominem per accidens generat risibile, quantum, & tamen non est rarum.

DVBITATIO II.

An dentur casus, & fortuna.

1 *Opinio negās* PRima sententia est quorumdā apud Alb. negantium dari casum, & fortunam, quam antiqui etiam tenebantur dicere, cum putarunt omnia fato euenire. Contrarium Arist. 2. *Opinio affirmans* phy. tex. 40. 41. & ibi Doctores. Et Perer. c. 1. quia experientia nos docet multa casu, & p̄ter intentionem euenire, quis. n. mortaliū omnia potest perdere. Secundo, quia omne ens, aut necessario agit, aut nō est necessarium, sed datur aliquod agens, quod potest in sua actione frustrari. Primū tamen rōni repugnat, quod perfectus non esset mūdus, cū non omnes entium gradus reperiantur, tū experientiæ; ergo secundum; ergo datur effectus fortuitus, & casualis. Neque dicitur fieri à fortuna, quod cū non fiat ab aliqua causa, id enim est impossibile, sed quia non fit à causa determinata, & operante ex intentione illius, & licet thesaurus v. g. vt ens sit aliquod determinatum, & ens per se, & habeat causas determinatas, scilicet, quod fuerit reconditus in terra, quod alius fodiat terram, quibus concausis positis, necessario sequitur inuentio thesauri, tamen est aliquid indeterminatum respectu eius, qui fodit, quia est extra intentionem illius, non enim fodiens terram, vel semper, vel vt plurimum inuenit. Vnde inuētio thesauri potest habere innumerabiles causas per accidens; quare sicut effectus fortuitus est per accidens, ita repugnat illi causa per accidens, & indeterminata; cum autem inuenitur per artem magicā, quā dari putat Alb. 3. de min. c. 1. non est effectus fortuitus.

2 Dices primo omnis actio est ob aliquem finem; sed actio fortuita non est ob aliquem finem; ergo nulla est actio fortuita.

Resp. omnem actionem habere aliquem finem, sed finis duplex est, alter intentus ab agente; alter minimè: actio igitur fortuita habet finē, idest terminū, sed non finem intentum ab agente. Vnde Arist. 2. phy. 23. & 1. de part. c. 1. finem naturalem definit esse terminum motus continui, & non impediti, & licet intentio nostra non mutet esse rei sin se, tñ variat rōnem effectus, quatenus producitur à cōsilio, vel nō.

Dices secundo inferiora pendent à cœlo, sed cœlum necessario agit; ergo nihil erit in inferioribus indeterminatè.

Resp. 1. ex motu cœli nō pendere actiones humanas, vt humanę sunt, in quib' est fortuna. Resp. 2. & si cęlum necessario mouet, & agit, tamen ille motus non recipitur necessario in his inferioribus, sed contingenter, quia hæc inferiora propter potentiam materiæ indeterminatam impediri possunt, quia quidquid recipitur per modum recipiētis recipitur, de qua re nos alibi interim videatur Perer. c. 3. & 4.

Dices 3. omne ens per accidēs reducitur ad ens per se; ergo cum effectus sit per accidens debet reduci ad causam per se. 3

Conf. quia casus, & fortuna repugnant pręscientiæ Dei, nam fortuitum dicitur, quod nō est præscitum, & intentum, sed nihil potest fieri, nisi præscitum, & volitum à Deo; ergo. propter quod argumentum Cic. 2. de diuin. negat præscientiam Dei.

Resp omnem effectū per accidēs vel reduci ad causam per se, idest Deum, à quo effectus illi, & cognoscuntur, & intendūtur, & permittuntur, vel reduci ad causam per se, & non respectu fortuiti, sed alterius intenti per se, ad quem sequitur effectus per accidens; vnde resp. ad conf. casum, & fortunam non poni respectu Dei, vt benè Boet. 5. de consol. prosa 1. sed respectu causarum particularium, nā fortuna dicitur respectu hominis, casus respectu naturalis agentis.

Dices quarto in cœlo nihil est à casu; ergo. Consequentia probat. quia inferiora reguntur à cęlo. Antecedens prob. quia motus cœli semper est eodem modo.

Resp. Sax. q. 18. probari nihil esse in rebus à simpliciter, sed benè respectu huius, vel illius agentis, sed de hoc nos infra.

DV-

DVBITATIO III.

An caſus, & fortuna verſentur in ijs, quæ poſſunt fieri ad vtrumlibet.

COnſtat ex dictis hæc non verſari in ijs, quæ neceſſario,vel vt plurimum,vt hominem naſci cum quinq; digitis;ſed in ijs,quæ raro,nunc inquirendum,an etiam in ijs, quæ ad vtrumlibet.

1 *Opinio affirmans.* Prima opinio affirmatiua,ita Simpl.hic c.5. Auic.lib.1.ſuæ ſuffic.c.13.qui illam tribuit Ariſtot.vt actiones contrariæ.ſ.ambulare, comedere, & ſimiles,ſubiacere fortunæ abſurdum quis exiſtimat aſſerit has operationes poſſe referri, vel ad voluntatem, à qua determinantur vt fiant,& ſic non fiunt à caſu. Secundo ad potentias exequutiuas, & exteriores,& vt ſic non ſunt determinatæ ad vtrumlibet, cum potentia exterior non ſit magis determinata ad ambulandum,quàm ad quieſcēdum; vnde putant etiam reſpectu cauſæ materialis dari effectum conſimilem, eo quod aliquod ſubiectum,vt ſuperficies æque poteſt eſſe alba,& nigra. Fundamentum ex Ariſtot.2.phy. c.5.vbi negat fortunā,& caſum in neceſſarijs, & quæ plerumque,vel ſemper fiunt,at quæ ad vtrumlibet non ſunt huiuſmodi.

Conf.ex communi modo loquendi; nam ſi progrediamur ad ſalutandum amicum,& illū comedentem,vel aliud facientem,inuenimus, dicimus caſu repertum illa, & illa faciendum.

2 *Opinio negās.* Secunda opinio negatiua,ita Alex. hic cap. 5.& 6.Themiſt.Philop.Auer.& D.Tho.com. 48.Bruxellenſis hic q.2.vbi Sot.q.5.Valleſ.Villalpand.& Vicom.& alij,quia fortuna eſt cauſa ordinata ad certum effectum, cui incertè, & contingenter copulatur alius effectus reſpectu cuius,cauſa dicitur fortuna, & caſualis,vt patet,nam voluntas,ex vi cuius,inuenitur theſaurus,tendit ad effectum certum,vt foſſionē, cui contingenter coniungitur detentio theſauri, ſed cauſa indeterminata ad vtrumlibet non eſt determinata ad vnum effectum,vt patet ex terminis,ſed determinatur ad illum, ad quem poteſt cauſa determinari à voluntate.

Conf.quia inde ſequeretur fortunam habere imperium ſupra intellectum,& voluntatē, at hoc eſſe abſurdum concedit etiam Auic. ergo. Sequela maioris patet, nam actiones voluntatis ſunt ad vtrumlibet,& inde habent cæteræ potentiæ,vt ſint ad vtrumlibet, ergo ſi fortuna habet vim ſupra cauſam ad vtrumlibet haberet etiam vim ſupra voluntatē.

Conf.ſecundo,quia effectus debet denominari à cauſa,à qua principaliter ortum habet, ſed deambulatio, quæ poteſt per vtramque partem euenire,ortum habet ab imperio voluntatis,vt determinante,&à potentia motiua, vt exequēte;ergo ab illa debet iudicari:ſed ſecundum Auic. hic actus vt ſubiacet voluntati, non ſubiacet fortunę; ergo ſimpliciter non oritur à fortuna.

Conf.3.Suar.quia caſualis effectus non dicitur reſpectu materialis cauſæ, ſed efficientis, reſpectu cuius nullus eſt effectus ad vtrumlibet,niſi ſint cauſæ liberæ, quia cæteræ omnes ſunt determinatæ ad vnum, ſed quam vim hæc ratio habeat dicetur infra.

Ad fundamentum aduerſariorum.Reſpon. Ariſt.per ea,quæ non neceſſario,nec frequenter eueniunt, intelligere quæ raro, non quæ ſunt ad vtrumlibet,imo neq: intelligit omnia, quæ raro,vt patet ex eclypſi Solis,& alijs coniunctionibus aſtrorum,quæ raro accidunt, & non ſunt caſualia,quia neceſſario eueniūt,ſed quæ raro eueniunt ex talis cauſæ poſitione raritate contingentiæ. 3

Ad conf.reſp.id dici, non ratione indifferentiæ ad vtrumlibet, ſed quia præter præuiſionem, nam occupatio illa non erat præuiſa ab amico, qui vadit ad quærendum amicum.

DVBITATIO IV.

Quæ ſint cauſæ,reſpectu quarum datur caſus,& fortuna.

ART.I. Explicatur ſenſus quæſtionis.

NOt.1.ex cauſis,alias eſſe particulares, alias vniuerſales: & ex his vnā eſſe increatā, q̄ eſt De⁹;& alias eſſe creatas,q̄ reuocāt ad corpora cęleſtia, & intelligentias corporum cœleſtium motrices.

Not.2. certū eſſe reſpectu Dei, nullū effectū eſſe caſualē,vel fortuitū.ita DD. 1. d.39. vbi Alb.Mag.Bon.Scot.Ricca. & Dur.D.Th. 1.p.q.22.ar.2.vbi oſtendit oīa eſſe ſubiecta diuinæ prouidētiæ,quia ſicut nihil pōt exiſtere, q̄n ſubiaceat diuinæ cauſalitati; ita nihil,q̄ effugiat diuinā ꝓuidentiā,etiā quoad indiuiduorū principia,quia omnis actio eſt propter finē aliquē intentū;vnde cū actio diuina,vt cognitio,ad oīa ſe extēdat,oīa ſimiliter cognoſcit, & intēdit; at effectus fortuitus,& caſualis dicitur,qui eſt ꝑter finē à cauſa cognoſcente,& intentū.Sequitur Bagn.& alij,ibi Fer. 2.phy.q.5. Soto q.5.Tol.q.9. Maſ.q.3.ex Boetio lib.5. de conſol.philoſph.& optimè Tol.explicat exēplo eūtis ad forū cā emēdi aliqd,cui occurrit debitor ſoluēs pecuniā,hæc receptio pecunię eſt illi fortuita,at à Deo intenta,dū nouit Petrū,vt iret ad forū;fortuiti.n.effectus ſunt reſpectu eius,qui habet defectū prudentiæ, rōne cuius minus ꝓuidet, q̄ futura ſunt.vnde Ariſt. 8.mag.mor.c.10.dixit ibi minus eſſe fortunā, vbi plus eſt intellectus.Conf,ex Sap.8. 1 *Reſpectu Dei nullus eſt effectus naturalis*

Not.3.eſſe etiā certū reſpectu cauſę particularis dari effectū caſualē, & fortuitū, caſualis quidē reſpectu cauſarū naturaliū;fortuitū vero reſpectu cauſarū,quæ agūt per intellectū. Patet ex dictis,nā detectio theſauri dr̄ effectus fortuitus reſpectu hoīs fodientis terrā, & caſualis reſpectu leonis terrā vnguibus fodiētis, Et rō eſt,quia multa poſſunt cōtingere pręter intentionē taliū cauſarū, quia poſſunt impediri in ſuis actionibus virtute aliarū cauſarū potentiarū,vnde prouenit generatio mōſtruorū. 2 *Reſpectu cauſæ particularis datur effectus fortuitus.*

Dices,an idē effectus,qui eſt caſualis,vel fortuitus reſpectu cauſæ particularis,ſit intentus, & nō fortuitus reſpectu Dei. Reſp. affirmatiuè,quia pōt Deus ordinare particulares cauſas

secúdas ad effectũ aliquẽ pducẽdũ, quẽ tñ effectũ nulla particulariũ casuarũ sm se intẽdat; sicut, inquit, D. Th. occursus duorũ seruorũ in foro respectu ipsorũ est fortuitus, at nõ ita est respectu Domini, qui illos eo misit, vt tali
3 sint in foro, quia cognoscit ex tali ordinatione futurum occursum tali hora.

Dices secundo: An Deus sit causa effectus casualis, & fortuiti, vt sic. Resp. Masius ex Bon. 3. d. 37. ar. 2. q. 2. & Ricc. ar. 3. q. 2. in effectis huiusmodi duo distingui. Vnum est entitas effectuum. Secundum est formatio debiti ordinis, vel finis. Vt v. g. in inuentione thesauri, est motus fodiendi terram, iacti ad sepeliendum cadauer, & priuatio finis. i. intentionis thesauri, quæ tamen potest institui, vt finis, effectus igitur fortuitus secundum entitatem est à Deo, quia à Deo facta sunt omnia Ioan. 1. At ratione priuationis debiti finis, nõ esse à Deo, quia priuatio non fit à Deo, iuxta illud, sine ipso factum est nihil. Sed hæc doctrina non est vsquequaq; vera; tum quia licet respectu priuationis moralis in actu libera Deus non sit causa, quia non est causa peccati, tamen cognoscitur ab ipso, ac permittitur, & permissionem ordinãdo ad aliquod minus bonum ordinatione, quæ secundum rationem non antecedit scientiam, sed sequitur, vt Suar. loc. cit. nu. 4. notat Bag. 1. p. q. 22. ar. 2. ex Caiet. ibi, non quia mala naturalia, & pœnalia directè intendantur à Deo propter aliquem finem; vnde effectus casuales, & fortuiti, etiam vt sic respectu causarũ naturalium intendũtur à Deo, vt optimè Ferr. 1. contra gent. c. 86. §. considerandum tertio, neque doctrina illa est S. Bona. & Ricc. in loc.
4 cit. ab eo. ex quibus patet solum difficultatem esse respectu cœlorum, & intelligentiarum mouentium cœlos.

Fortuitus effectus secũdum entitatem est à Deo.

Dices tertio esse casuale, & fortuitũ est aliquid in effectu; at nihil est in effectu, quod nõ sit à Deo; ergo Deus est causa effectus casualis, & fortuiti, vt sic.

Resp. 1. illas rationes nihil addere effectui, nisi denominationẽ sumptã ex habitudine ad coniunctionem causarum, vel causam talẽ mediante effectu ab illa per se intento.

Resp. 2. q casualitas accipiatur pro contingentia effectus tunc causatur à Deo, vt est respectu ipsius casualis, quia ipse intendit illum sic fieri à causa, sed esse casualem respectu cau-
5 sæ creatæ, à qua non intenditur.

Alij negant fortuitum respectu cœlorũ Auicen.

ART. II. Quid DD. sentiunt.

Prima opinio est dicentium respectu cœlorũ, ac intelligentiarum, vt mouentium cęlos nihil esse casuale, vel fortuitum. est Auic. x. suæ metaph. c. 1. & refert D. Tho. 3. cont. gen. c. 86. sequitur Picus Mirandulanus lib. quarto aduersus Astrologos cap. secundo. Tol. hic q. 9. conc. 2.

Probat Auic. quia omnes effectus eueniunt ex necessitate influxus corporum cœlestium, nam si effectus huiusmodi impeditur, vel est per causam naturalem, vel per voluntatem, sed omnis talis causa reducitur ad aliquod cęleste principium ex D. Thom. 2. 2. q. 109. ar. 1. quia omnes causæ secundæ subordinantur cęlestibus, pręcertim primæ, & quoad motus corporum, vnde tàm fossio, quàm absconsio thesauri est concurrentibus cęlestibus influxibus: ergo si totus ordo cœlestium corporũ, simul accipiatur, impossibile est, quod eius effectus vnquam cesset.

Conf. ex ratione antiquorum casum, & fortunam, relata ab Arist. 7. met, tex. 4. & infra, quod omnis effectus habet causam determinatam, posita autem causa, de necessitate ponitur effectus.

Conf. 2. Tol. exemplo Sartoris consuentis vestes ex panno, quod accipit ab alijs, si accidat, vt aliquis, qui putat offerre pannum albũ offerat nigrum, hic præter intentionem, & fortuito, accipit vestes nigras, & sic respectu Sartoris, ita dicitur de effectibus respectu causarum particularium, quia monstra cũ non intẽdantur à causis particularibus respectu illorũ sunt casuales, at à cęlis intenduntur, quia materia ad tale monstrum disponitur à causis cęlestibus. Hi tamen diuisi sunt, nã aliqui negant fortuitos, & casuales effectus respectu influxus omnium cęlorum ad eundem effectus, at respectu singulorum cęlorum dari fortuitos, & casuales effectus, ita videtur sentire Auic. At alij negant etiã respectu particularis cœli influentis, dari fortuitum, & casualem effectum 6
propter determinationem ad vnum.

Opinio affirmans D. Tho.

Secunda opinio est dicentium fortuitos, & casuales effectus dari respectu cęlorum, non solũ singulorũ secundum se, sed etiam omniũ vt simul cõcurrentium ad effectus, ita D. Th. 1. p. q. 115. ar. 6. vbi Caiet. & Bag. & 6. met. in digressione, de hac re, & 1. perih. c. vlt. 3. contr. gẽt. c. 86. vbi Fer. & 2. phy. q. 5. Aeg. q. l 4. q. 12.

Sed inter hos est dissentio in fundamento, nam aliqui id probant, quia non omnes actiones agentium inferiorum pendẽt ab influxibus cęlorum, quod verum putant, non solũ de actionibus liberis, de quibus est certum, sed etiam de actionibus naturalibus, nã quæ necessitas influxus cęlestis in igne, vt cõburat? vel in aqua, vt refrigeret? de cuius fundamenti veritate dicendũ à nobis est in lib. cœlorum.

Alij vero probant ex finitudine virtutis influxus cęlestis, quia ob eius finitudinem impediri potest, tũ ex indispositione materiæ; tũ ex alijs causis inferioribus, vnde cęli frustrari possunt sua actione.

Alij 3. probant ex contingenti connexione cęlorũ cũ alijs causis, quoad productionẽ alicuius effectus, vt si ex motu cęli pars ignitæ impressionis detrudetur ad aliquam terræ partẽ, in qua reperiatur stuppa, quæ cõburetur, talis. n. stuppæ combustio est cœlo casualis, nõ quod sit casuale igni cõburere stuppam, quia id est connaturale, sed quia est casuale, vt ibi reperiretur stuppa, dum ignis decidit.

ART. III. Opinio Auctoris.

Prima concl. respectu cęlorum non solum singulorum secundum se, sed vt simul cõcurrentium dantur effectus casuales. 7

Datur effectus casualis respectu cælorũ simul concurrentium.

Prima pars patet, quia influxus vnius potest impe-

impediri, tum ab influxu alterius cœli, tum ex indiſpoſitione materiæ; ergo poteſt oriri effe-A ctus, ad quem non ordinatur ex natura ſua virtus vnius influxus. Conſequentia prob. quia reſpectu cauſarum particulariũ, ideo dicitur effectus caſualis, quia per virtutem earum non attingitur effectus, ad quem ex natura ſua virtus cauſæ ordinatur, ſed impeditur ex aliquo impedimento.

Confi. quia alibi oſtendemus non omnes effectus inferiorum cauſarum, non ſolum, quæ libertatem habent, ſed etiam naturalium indigere in ſuis actionibus influxu cœlorum.

Conf. 2. ex dicendis in 2. p. concluſionis.

Secunda pars prob. ex Ariſt. c. 2. de diuinat. per ſomnium, vbi probans, quod ea, quæ per ſomnium apparent, non erunt, ſubdit. B *Neque enim eorum, quæ in corporibus ſunt ſignorũ, & cœleſtium, veluti quæ aquarum, & quæ ventorum, ſi enim alio vehementior illo acciderit motus, à quo futuro factus eſt non acciderit ſignum.*

Conf. ex Ptolomæo in Quadripartito, negat effectus, qui ex ſuperioribus corporibus eueniunt, euenire ineuitabiliter, & in centiloquio oſtendit, ſigna cœleſtia eſſe media inter neceſſarium, & poſſibile; ergo reſpectu cœlorum dantur effectus cõtingẽtes, atq; adeo caſuales.

Secundo prob. illi effectus, qui proueniunt præter intentionem agentis, dicuntur caſuales; ſed multi effectus proueniunt in inferioribus, præter intentionem, influxus omnium cęlorũ; ergo reſpectu omniũ dantur effectus caſuales. Minor probat. ab Aegid. primo ex parte diſpoſitionis materiæ, quia ex alia, & alia diſpoſitione materiæ, poſito eodem influxu cœli oriũtur alij, & alij effectus; ergo illi effectus ſunt caſuales reſpectu influxus cęleſtis, quia materia indiſpoſita non accipit formam ab influxibus cœleſtibus. Vnde Ptolomæus in centiloquio, agens de Aſtronomorum Iudicio, ait eſſe expellendum iudicium ex ſecundis ſtellis, vel inferioribus cauſis, ex quorum diſpoſitione variantur effectus. Secundo ex parte agentium naturalium; nam ſicut ſol, & homo generant hominem, ita Sol, & Bos, generant bouem; at poteſt in generatione bouis fieri monſtrum, ideſt bos ſine circulis ex aliqua diſpoſitione cęli, vt ſi non ſit bonus aſpectus cœli, cum generatur bos, & poteſt in menſtruo, quod eſt natura bouis fieri aliqua corruptio, vnde oriatur monſtrum, ex quarum cauſarum coniunctione per ſe oritur monſtrum, ſed quod iſta concurrãt, poterit eſſe caſuale, & per accidẽs, vt quod Bos det operam generationi eo tempore, & loco, in quo non eſt bonus aſſenſus cęlorum, nec bona diſpoſitio menſtrui ſit caſuale. Tum ſecundo cum agentia inferiora ſint inuerſa, nec omnino regulata in agendo impedire poſſunt effectus cœleſtis influxus, nam oriuntur, vt intenti à virtute cęlorum.

Tertio prob. ex effectibus, qui pendent à libertate humana, vt alibi ſuſius oſtendemus cõtra iudiciarios Aſtrologos.

Conf. quia influxus cœleſtes, etiam ſi inclinent ad aliquas actiones, vt v.g. ad foſſionem terræ, tamen non poſſunt inclinare ad omnia, q̃ per accidens ſunt cõiuncta cũ foſſione terræ, vt v.g. inuentio theſauri, & cauſa naturalis eſt determinata ad vnum; ergo inuentio theſauri, vt eſt caſualis reſpectu fodientis terram; ita reſpectu cęli influentis ad foſſionem terræ.

Secunda concl. effectus caſuales, ſeu fortuiti poſſunt etiã eſſe reſpectu intelligentiarum 8 prob. Fer. q. 5. quia virtus inferior non ſe extẽdit ad omnia, ad quæ ſe extendit virtus ſuperior, vt patet inductione, vt virtus ignis non ſe extendit ad quæ virtus ſolis, ſed virtus Angelica eſt inferior ad diuinam; ergo non ſe extendit ad omnia ad quę diuina virtus, ergo poterit Deus vti miniſterio intelligentiarum ad aliquem effectum, qui ſit præter intentionem earum, vt ſi vtatur miniſterio Angelorum ad deſtruendam Ciuitatem, quæ dat occaſionem bellorum inter Principes, vt diſtincta illa Principes reconcilientur, ſed non manifeſtat finem deſtructionis, tunc reconciliatio Principum erit illis fortuita; at effectus qui eſt cauſa præter intentionem eius dicitur illi caſualis, vel fortuitus, ergo.

ART. IV. Soluũtur fundamẽta aduerſariorũ.

9 *Satisfit obiectis ab Auic.*

AD fundamentũ Auic. Reſp. multa ibi aſſumi, vel ſupponi falſa. Primo, quod omnes effectus inferiores ſint ab influxibus cęlorũ, nã id eſt falſum non ſolũ in actionibus liberis C formaliter, ſed etiã in alijs, vt dictũ eſt, & oſtendemus in lib. cęlorũ. Secundo, omnes effectus oriri ab influxibus cęlorũ neceſſario, & ineuitabiliter, quia infra cũ de fato oſtendemus id eſſe falſum, non ſolũ quoad actus liberos, ſed etiam quoad actus agentiũ naturaliũ, tũ quia cauſæ naturales ſunt variæ, ex quarũ varietate variari neceſſario effectus influxus cęlorũ, tum quia etiamſi cauſæ naturales eſſent eędem, adhuc tñ ob variã diſpoſitionẽ, quã habere ſolẽt cauſãtur varij effectus, vnde nõ regulariter, ſed irregulariter operãtur, quã variam diſpoſitionem habent per accidens, & vario concurſu, & fortuitu cauſarum. Tertio effectum vnum D per accidens habere cauſam per ſe, nam licet quidquid exiſtit habet per ſe cauſam ſui eſſe, atq; adeo in effectu vno per accidens ſingulæ partes illius habent propriam cauſam, tamen reſpectu illius, vt vnius nõ datur vna cauſa, ſed plures, quare ſicut vnio cauſarũ eſt per ſe per accidẽs, & caſualis, ita coniũctio effectuũ, qui sũt ab illis, eſt caſualis, vnde D.Th. 1. p. q. 116. ar. 1. negat vnũ per accidẽs habere propriè cauſã, quia omne, q͏ eſt per accidens nõ eſt ꝓpriè ens, neq; vnũ. *Omnis aũt actio natura terminatur ad aliquod vnũ.* Vnde impoſſibile eſt, q͏ vnũ per accidẽs ſit effectus per ſe alicuius naturalis principij agentis: quare cõcludit impoſſibile eſt, q͏ virtus cœleſtis actiua ſit cauſa eorũ, quæ hic agũtur per accidens, ſiuè à cauſa, E ſiuè à fortuna; dum autem omne per accidens reducit ad per ſe, non vt eſt per accidens, ſed ratione partium per ſe, & per ſe ſumptarum. Quarto ex determinatione naturæ ad vnum, malè infert non dari effectus caſuales, nam

licet natura ſit determinata ad vnum reſpectu effectus per ſe, & non reſpectu effectuum, qui coniungi poſſunt cum effectu per ſe, quia hi poſſunt eiſe quaſi infiniti, vt v.g. calor eſt determinatus ad productionem caloris, & combuſtionem, at quod ex calore comburatur ſtuppa, vel ſanguis, vel lignum, vel quid ſimile, id eſt determinatum à natura, ſed determinare per accidens ex applicatione materiæ, quę applicatio poteſt eſſe caſualis.

Ad conſ. reſp, ex dictis, quia non omnis effectus habet cauſam determinatam, vt oſtendit D. Thom. quia quando effectus eſt per accidens non habet cauſam determinatã, ſed indeterminatam, & per accidens.

Ad 2. conſ. reſp. exemplum eſſe verum, ſed non eſſe ad rem noſtram, quia hic non eſt aliquod agens intendens vnire illa duo, ſed per accidens, & præter intentionem eſt vnio duarum formarum in ſubiecto, ſicut per accidens eſt vnio cauſarum producentiũ illas formas.

QVAESTIO SEPTIMA.

De monſtris, quæ in natura contingunt.

DE monſtris lege Ariſt. 4. de gener. animal. c. 4. & ibi Auer. 2. prob. ſect. 2. phyſ. tex. 84. & ſequ. & ibi Niph. Sax. q. 17. Alb. 2. phyſ. tract. 3. c. 3 Iand. q. 14. Bruxellenſis q. 2. art. 3. Zim. q. 32. Burid. q. 12. Tol. q. 13. Perer. lib. 9. cap. 10.

Quid ſit caſus, & fortuna fusè à nobis declaratum eſt, & ab Ariſt. c. 6. ſolum aduertẽdum ſæpius nomine caſus ſumi pro effectu, vt voluit Alex. tex. 62. ab Ariſtot. tamen vt teſtatur Simplic. ſumi pro cauſa per accidens, nunc monſtra explicanda ſunt, eaque eſſe in rebus naturalibus patet, nam videmus in omnium animantium genera naturam à ſuo fine deficere, qui defectus ſi inſignis fuerit, dicitur monſtrum, quinimo neceſſe eſt huiuſmodi effectus in natura contingere, nam neceſſe eſt, id, quod defectibile eſt aliquando deficere.

DVBITATIO I.

Quid ſit monſtrum.

1 *Monſtri definitio.*

REſp. monſtrum ab Ariſt. definiri in 4. de gener. animal. c. 4. eſſe oblæſionem rei, præter eius naturam, in ijs, quę non ſemper, ſed vt plurimum agunt eodem modo, vel ex 2. phyſ. 82. Monſtrum dicitur peccatum naturæ agentis ob aliquem finem, qui tamen fruſtratur aliquo principio corrupto.

Dicitur primo: *Propter læſionem naturæ,* vt denotetur cauſa monſtri.

Dicitur ſecundo: *Res præter naturam,* nam ex 2. phyſ. tex. 5. ſecundum naturam dicitur, quod conuenit rei naturaliter, & ſecundũ inclinationem propriam rei, vt habere duo capita conuenit homini, ſed non ſecundum naturam, ideo conuenit præter naturam.

Dicitur tertio: *Vt plurimum,* quia in rebus neceſſarijs non ſunt monſtra.

Dices: vnde fit vt oriantur, tàm infinita mõſtrorum genera.

Reſp. quia cum ad generationem rerum naturalium multa concurrant varij poſſunt eſſe defectus. Primus enim eſt quantitas, in qua defici poteſt, tã in termino magnitudinis, vt Gigantes, quàm paruitatis, vt Pigmæus: & præterea defici poteſt in numero, vt ſi ſex digiti, vel duo homines ſimul iuncti naſcantur. Secundo eſt figura, & in hac defici pōt primo ex parte coloris, vt ſi homo naſcatur omnino rubeus, Secũdo in ſitu, vt ſi membra tranſpoſita naſcãtur, Tertio in ijs, quę conſequuntur ætatem, vt ſi homo dentatus, vel barbatus naſcatur, Quarto rectitudo non ſeruetur, vt ſi homo pronus naſcatur. Tertio in ſexu, vt ſi homo incerti, vel medij ſexus naſcatur. Quarto in qualitate, vt ſi nimium craſſus.

2 *Vnde oriatur monſtrum.*

Hæc autẽ ex varijs oriri poſſunt capitibus. Prima cauſa eſt abundantia materiæ, vel defectus, ſiue in toto effectu, ſiue in aliquo mẽbro. Secunda ex aliqua mala qualitate, & diſpoſitione materiæ, quæ non poſſit conſequi à virtute formatiua. Tertia ex virtute formatiua, vel nimis vehemens eſt nimis exigita. Quarta ob prauitatem matricis, in qua fœtus continetur, ad quam pertinet etiã membranæ, ſeu ſecundarũ defectus, qua tegitur fœtus, qua dirupta confunditur ſemen, vnde fiunt mõſtra ex quatuor pedibus, vel duobus capitibus, ſicut in pullis videmus, qui cum naſcantur ex ouo, quod habeat duo vitella, ſed non perfectè diſtincta per pelliculam quaternis pedibus, vel duobus capitibus naſcuntur. Quinta ex aliqua paſſione matris, ſiuè ſit timor, ſiue deſiderium, ſiue infirmitas aliqua; vnde cum cupiunt aliquid vehemẽter ſi tangant ſe, ea pars pueri inficietur colore eius rei, quam deſiderat, quod quomodo fiat alibi videbitur. Cõtra has cauſas plura Niph. 2 phy. 83. Primo tunc non erraret agens in ſuo fine, quia agens, quod agit ſecundum capacitatem paſſi non errat in agendo, quia formæ dantur ſecundum capacitatẽ materiæ. Secũdo contra definitionem materiæ, quia ibi poteſt ſtare vita animalis, poſſunt ſtare omnia membra, quibus exercet opera vitæ, ſed cum tanta materia poteſt ſtare vita: ergo & omnia membra. Tertio, non eſt cauſa natiuitatis, nam videmus eſſe maiorẽ in natiuitate. Quarto neq; qualitas ſeminis, qui ſi poteſt in vitam, quæ eſt maius, poterit etiã in minus, q̃ eſt tẽperare materiã, &c. Quinto, & vltimo: Aſtrologi ponunt aſpectus aſtrorum, quibus producitur qualitas contraria fœtui, nam ipſi putant generationi, cuiuſuis animãtis eſſe propriam cõſtellationẽ, quæ ſi deſit, cum fit generatio animalis, & adſit aliena, fit animal imperfectum.

DVBITATIO II.

In quibus rebus reperiantur monſtra.

1 *Dãtur mõſtra inter rerũ naturæ*

PRima concl. monſtra reperiuntur in rerum natura, nã de facto videmus inter animalia.

Secun-

In quibus nō ſunt monſtra. Secunda Concl. monſtra non omnibus in rebus reperiri.nam primo in elementis nō reperiuntur, cum ſint ſimplicia, & homogenea; neque vt dicitur communiter requirunt certam quantitatem, vel figuram, niſi monſtruoſum velimus vocare elementum, quod nō habet omnes qualitates alteratiuas, & motiuas in gradu perfecto; in mixtis etiam inanimatis propter eandem rationem, neque reperiuntur monſtra, & ſi ſunt adeo ignota, vt eo nomine non appellentur.

Sed obijcit Niph. nam Ariſt. probat in plantis eſſe monſtra, quia in illis eſt finis.

Reſp. primo, ex eo, quod ſunt monſtra naturam agere propter finem.

Reſp. 2. in plantis reperiri quidem, ſed nobis non ſunt adeo manifeſta, ſicut in animalibus, cum enim ignoremus naturam plantarū, minus etiam animaduertimus, quæ præter naturam illis accidant: quare in animalibus proprie monſtra vocamus; tum quia plura organa requiruntur, & membra in certa quantitate, figura, & diſpoſitione: Tum quia cum generetur ex ſemine, quod molle eſt, facile lædi poteſt à multis cauſis. Vnde plura, inquit, Ariſt. 4. de gener. animal. c. 4. reperiuntur mōſtra in illis animalibus, quæ producunt plures fœtus ſimul. Vnde in Aegypto, vbi fœminæ ſunt fœcundiores frequentius monſtra ait cōtingere. Hinc etiam in aquatibus ob mollitiē materiæ, probabile eſt multa contingere, nobis tamen ignota ob habitum item ipſorum à noſtris ſenſibus remota. Hinc factum eſt, vt in moralibus, & artificialibus, dicantur etiam reperiri monſtra, ſed id metaphoricè intelligendum eſt.

1 Dubium tamen eſt an plura monſtra reperiantur in plantis, quàm in animalibus. Quidam, vt Auer. 2. phy. 83. dicunt plura reperiri in plantis, quia non eſt magis ſollicita de animalibus, cum ſint nobiliora, nam Ariſt. ibidem contra Empedoclem probat reperiri in plantis, quia reperiuntur in animalibus.

Plura mōſtra ſunt in animalibus, quā in plantis. Contrarium Alb. ibidem; tum quia ſemen animalium mollius eſt, quàm plantarum, atque adeo magis expoſitū alterationi, & corruptioni; Tum quia facilius eſt deficere in re difficili, & vbi plura requiruntur, quàm in facili, & vbi pauciora, ſed generatio animalis eſt operoſior, & plura requirit, quam plantarum; ergo, & quamuis natura maiorem adhiberet diligētiam, quod non eſt philoſophicè dictum, tamen cum res ipſa ardua eſt facilius peccatur, vt patet in artibus, in quibus etiam ſi adhibeatur maior diligentia in re difficili, tamen ſæpius peccatur in illa. Neque Ariſtot. contrarium docet, ſed tantum ibi improbat opinionē Empedoclis circa generationem plantarum, volebat enim ex duabus plantis actu exiſtentibus natura efformare vnam plantam; & ſecundum experientiam id dici oportebat, ſiquidem illud aſſerebat in animalibus.

A

DVBITATIO III.

An monſtrum intendatur à natura an vero fiat à caſu.

Conimbr. 2. phyſ. c. vlt. q. 6. Ruuius c. 9. q. vnica, Maſius ibidem diſp. vlt. ſect. 1. q. 5. Tolet. q. 13.

1 Prima opinio eſt Simpl. 2. phyſ. 64. negantis monſtra fieri à caſu, ſed ex certis definitiſque cauſis euenire. ſequitur Perer. c. 10. & Niph. 2. phy. tex. 83. vbi ait monſtra eſſe intenta à virtute ſeminis, non quidem, vt inſtrumentum parentum, ſed aeris continentis, & virtutis cœleſtis. *Opinio negās monſtra fieri caſu.*

B

Secunda opinio ex Themiſt. 2. phyſic. 64. & ſequitur Burl. 2. phyſic. tex. 82. quod fiant præter intentionem agentis, atque adeo caſualiter ſequitur Tol. q. 13. Sot. q. 16. Bruxellenſ. q. 2. ar. 3. Veracruc. ſpec. 6. *Opin. affirm.*

Tertia opinio eſt dicentium reſpectu naturæ vniuerſalis eſſe per ſe intenta, at reſpectu particularis non ita, ſed caſu ita D. Tho. q. 6. de potentia ar. 2. ad 8. vbi hæc habet, *quod monſtra licet fiant contra naturam particularem, non fiunt contra naturam vniuerſalem.* *Opinio diſtinguens.*

Qua c. Not naturam eſſe duplicem, vnam vniuerſalem, alteram particularem. Vniuerſalis dicitur concurſus omnium cauſarum. Particularis vero quædam determinata ſecundum ſe.

C

2 Prima Concl. monſtra non ſunt à caſu reſpectu naturæ vniuerſalis, quia natura vniuerſalis impedit per ſe, quæ fiunt ad bonum cōmune; ſed monſtra pertinent ad bonum commune, quia faciunt ad decorem vniuerſi, cum inde magis appareat perfectio aliorum effectuū, à quibus deficiūt monſtra; ergo non ſunt præter intentionem illius. Vnde forte 8. phyſi. com. 47. nullam ſpeciem fieri caſu apud Niph. quod Sax. explicat exemplo artis, ſicut in arte, inquit, magiſter præcipit diſcipulis, vt faciant v. g. imaginem turpem, & diſcipulus neſcius ad quem finem, dolet quod huius imaginem effingere debeat, rectè facit, cum præter intentionem, ſed poſtquam productæ ſunt omnes imagines, & inter eas collocatur turpis imago, propter quam omnes aliæ pulchriores reddūtur, tunc animaduertit cauſam cur picta fuerit, quod ab initio præuiderat, ſi diſpoſuerit magiſter, ita cum in natura producitur monſtrum cauſa vniuerſalis optimè præſcit vniuerſum reddi pulchrius ex monſtris. Confirm. D. Th. 1. p. q. 12. art. 2. ad 2. ex malo pœnæ, quod à Deo eſt inſtitutum, vt intentum, ſed nō à cauſa particulari. *Monſtra non ſunt præter intentionem naturæ vniuerſalis.*

D

E

3 Secunda Concl. reſpectu cauſæ particularis monſtra partim ſunt à caſu, partim non ſunt à caſu. Pro cuius explicatione not. ex Sax. in monſtro duo includi. Primo, entitas illa, quæ eſt ens quoddam naturale. Secundo, defectus quidam rei debitæ tali entitati, nam omnis entitas habet conformitatem cum propria eius idea; ſed debitā ſpeciei, ſub qua eſt illa entitas *Reſpectu particularis cāa monſtra partim ſūt caſu, partim non.*

tas. hoc posito prob. 1. pars. primo, quia neq; semper, neque vt plurimum eueniunt, neque ex necessitate, sed ex inordinatione aliqua, quæ accidit in generatione: natura enim tendens ad suum finem, cùm impeditur digreditur ad monstra generanda. Vnde Arist. 4. de generat. animal. c. 4. vocat monstra naturæ ob læsionem quandam idest naturæ excursiones, quia cum natura non potest, quod vult, producit quod potest.

A

Conf. quia quodlibet producit sibi simile, saltem intentione.

Secunda pars prob. 1. quia quæ sunt à casu non habent causam determinatam, sed monstra semper habent causam determinatam, nã quod redundent membra semper est ex materiæ copia, & quando desunt ex defectu. Secúdo, quia licet monstrum non intendatur à virtute perfecta intenditur tamen à virtute iam læsa; quare respectu illius virtutis est effectus proportionatus, neque intenditur illa negatio perfectionis, sed illa entitas realis effectus.

B

4 Tertio, quia effectus casualis dicitur sequi ad effectum per se intentum, at monstrum nõ est coniunctum cum alio effectu per se.

Quarto, effectus casuales dicuntur ab aliqua causa extrinseca 2. phy. 61. & explicat Iauell. q. 24. Vel quia fiunt gratia finis, qui est extrinsecus effectui casuali. Vel secundum Burl. dicitur causa esse extra effectum non quidem secundum esse, vnde tex. 54. ait effectus casuales dicuntur à natura, quæ est principium intrinsecum, sed extra secundum intentionem. Sed in monstris causa est intrinseca. Vnde 7. mor. Eud. c. 17. vult eos, qui habent defectus naturales non debere vocari infortunatos, sed habere malam dispositionem. Demum dicuntur casuales respectu agentis remoti, & principalis, & instrumẽtalis, sed per se respectu proximi, & imperfecti.

C

D

QVAESTIO VIII.

De Fato.

CVm dictum sit de Casu, & Fortuna, & huic opponatur Fatum; meritò hic de Fato differimus, cùm opposita ad eandem pertineãt tractationem.

De hac D. Thom. 1. p. q. 116. per totam, & 3 cont. gent. q. 90. & 91. & opusc. 2. c. 138. Suar. dis. 19. met. sect. 11. Masius 2. phy. c. 9. q. 4. Alb. Mag. tract. 2. c. 19. Pontanus lib. 1. de fort. c. 19. Plut. Iul. Seren. Aphrodis. & alij opusc. de Fato Bartholom. Sybilla decate 1. c. 9. q. 3. quæst. 3. Picus Mirandul. lib. 4. aduersus Astrolog. Molina optimè 1. p. q. 14. ar. 13. disp. 1. Fons. 6. metaph. c. 2. q. 2. sect. 5.

E

DVBITATIO I.

Quid sit Fatum, & an sit.

ART. I. Explicatur sensus Quæstionis.

NOt. 1. Fatum à fando dicitur, vt notat August. lib. 5. de Ciuit. c. 9. & li. 2. contra Faustum c. 5. nam ea Fato fieri dicuntur, quæ ab aliquo prædefiniente, fuerint ante prolocuta. Vnde Fatum dicitur, quasi effectum diuinę prouidentiæ. Vel quia antiqui per illud habebant de futuris effari, vt notat D. Thom. 1. par. loc. citato. 1 *Vnde dicatur Fatum.*

Not. 2. ex D. Thom. loc. cit. Fatum dupliciter sumitur. Primo, astronomicè pro certa stellarum, & syderum compositione, iuxta quam omnia fiunt, nec possunt aliter euenire, quàm ibi fuerit ordinata, & ità ponere solum presertim in humanis actionibus est contra fidem. Secundo, Theologicè, & ordine rerum, quæ in tempore sunt futuræ, in mente diuina latente, iuxta quem Deus in mente disposuit ab æterno, qua ratione singula suis temporibus sint euentura. Vnde Boetius definit Fatum, quod sit rebus mobilibus inhærens dispositio, vt supra, & D. Thom. quod sit ordinatio diuina rerum, quæ sunt futuræ in tempore, iuxta suas causas. quare D. Thom. 1. p. q. 116. ar. 2. ait distingui a diuina prouidentia, quod ratio gubernationis in mente diuina est prouidentia, sed in secundis causis est Fatum; quæ duplex definitio explicat duplicem Fati considerationem. *Fatum vel Astronomicè, vel Theologicè sumitur.*

Not. 3. dupliciter posse Fatum considerari. primo, secundum essentiam, & est connexio secundarum causarum ad suos effectus producendos, à diuina prouidentia prouidente. Secundo, secundũ causam, & est dispositio mentis diuinæ de rebus, quæ in tempore fiunt, quæ mentalis dispositio dicitur Fatum, quia est cã Fati secundum essentiam, vnde Fatum est vnũ secundum causam, & multiplex secundum essentiam, & tot, quot sunt causarum dispositiones ad effectus varios producendos.

Not. 4. in Fato posse tria distingui. Primo, effectus, qui dicitur esse à Fato. Secundo, causam illorum effectuum, quæ potest esse proxima, & remota. vnde patet necessitatem fatalem esse duplicem. Vnam, quæ se tenet ex parte effectus: alteram, quæ se tenet ex parte causæ. Nos hic non inquirimus de effectibus fatalibus, qui sint, & an dentur, sed de causa illorũ, siue proxima, siue remota, an scilicet detur aliqua causa necessaria concurrens ad effectus inferiores necessario, a qua effectus habeãt esse necessarium, & inuariabile, quæ causa dicitur fatum. 2

Not. 5. duplicem esse ineuitabilitatem, & necessitatem. Vnam simplicem, quæ oritur ex natura rei, nulla suppositione facta. Alteram quoad efficere, & oritur ex aliqua suppositione, & hanc etiam esse duplicem. Vnam, quoad esse suppositionis, à qua res dũ est dicitur necef-

cessario esse. Alteram, quoad conseruari suppositionis, & dicitur necessitas immutabilitatis, quæ ponitur in Deo, q postquã decreuit, non potest mutare decretum; non sic autem causæ inferiores, quæ sunt mutabiles.

Not.6.Fatum posse sumi dupliciter. primo actiuè.secundo passiuè.Primo, quidem significat dispositionem, & ordinationem quandam
3 ex parte causarum,quem alij posuerunt in cælestium Orbium virtutibus,& influxibus. Alij in diuina prouidentia,vt necessitate omnes inferiores causas,etiam liberas ad agendum, cuius erroris post Christum natum primus auctor, seù renouator fuit Simon Magus apud clement. libr. tertio recognit. & sequuti sunt Mahomectani, & postea Manichæi, deinde Vuiclephistæ, & denique Luterani, & Caluinistæ.

Fatum vel actiue, vel passiue sumitur.

Alij in diuina prouidentia,quæ attingit a fine ad finem fortiter omnia suauiterque disponens,id est ex August.lib.5.de Ciuit.c.1.finem, cuique rei præscribendo, easque congruenti ordine,& modo,iuxta cuiusque naturam ad illud obtinendum dirigendo. ex quibus patet eadem posse applicari fato passiue accepto,nã aliqui illud in causis inferioribus, quæ cœlestibus Orbibus mouentur. Alij respectu prouidentiæ diuinę necessitatis.Alij respectu prouidentiæ diuinæ gubernantis suauiter, iuxta propriam cuiusq; causæ exigentiam.

Not.7.Fatum magis se tenere ex parte effe-
4 ctus, quàm causæ, quia est infallibilis executio diuinæ prouidentiæ,iuxta naturam cuiusq; rei,quæ in aliquibus est necessaria,quia in illis prouidentia diuina necessarias causas præparauit, in alijs est contingens, quia in illis præparauit causas contingentes, sed semper est certa,& infallibilis, non tamen dicitur ineuitabilis, quia hoc nomen necessitatem quandam importat, at infallibilitas solum certitudinem effectus.

Not. 8.tria principia, tum fide diuina; tùm lumine naturali cognita esse supponenda, ex quibus destruuntur omnes opiniones antiquorum, ponentium ex Fato necessitatem interri omnibus causis inferioribus,etiam liberis.primum est omnia pendere à Deo,vt primo principio,non solum,quoad entitates,& potentias, sed etiam quoad actiones, dispositiones, & ordinationes, & connexiones Secundum, Deum non agere ex necessitate,sed libere Tertium,in homine esse liberum arbitrium,quod ex natura sua libere agit, ex quibus tribus principijs euidenter reijcitur Fatum,vt ab antiquis positum,& ab Hæreticis reipsa receptum, tanquã Fidei Catholicæ,& rationi naturali repugnãs.

ART. II. *Quid alij senserint de natura Fati.*

5 PRima opinio est dicentium nullum esse fatum, siuè quia omnia casu euenire putarent, vt Democritus apud Arist. 2.phys. t.44. & sequentibus,& primo cœl.& 1. de par.animal.c.1. siuè quia impossibile putabant esse aliquid certum ex parte causarum ordinatum, quin destruatur libertas inferiorum causarũ: Vnde Cicero negat Deum præsciuisse ab ęterno,quæ futura sunt in tempore, ne negaret libertatem hnmanarum actionum, vt Cicero apud Augustinum lib.5.de Ciuit. c. 9.,qui, vt hominem faceret liberum, fecit, inquit, Aug. sacrilegum.

Secunda, Veterum sententia fuit, naturam Fati consistere in connexione, & ordine causarum,præcipuè astrorum,& syderum secundum situs,& aspectus,& ordinem dispositorũ. Vniuersi,à quibus omnes effectus vniuersi, dicebant,ex necessitate oriri, nam omnes causæ inferiores subordinantur superioribus lationibus 1.meteor. c.1. atque adeo à cœlorum motibus,& influxibus, quoad earum actiones pẽdent,at motus cœlorum, ex quibus oriuntur varij aspectus syderum,& influxuum sunt necessarij; ergo causæ inferiores, quoad omnes actiones,& effectus sunt necessariæ, atq; adeo effectus ex illarum connexione,necessitate ineuitabili proueniunt.ita Stoici apud Cic. lib.de diuinat. sub finem,& Laert.lib.7.in Zenon.vide Apulen.ex opin.Stoicorum Alber.2.phys. tract.2.cap.10.fatum definiebat esse causarum colligationem ex astrorum motibus, & vt efficientiam trahit; & ad hanc opinionem reuocari possunt Thal. Milesius, qui necessitatem quandam omnipotentem esse dicebat, & Parmenid.cum omnia necessitate fieri existimaret fatum iudicium,& prouidentiam esse dicebat. tribuitur Ptholom.& Apul.& Alb.loc. cit. sequuti sunt Hæreticis Bardessanistæ, & Prisillianistæ apud Prateolum in proprijs verbis; & apud Castro lib.7.vfatum.

Inter hos autem est dissidium, nam aliqui solum hanc necessitatem tribuebant, quoad effectus naturales,non autem quoad actus humanæ voluntatis. Alij etiam,quoad actus tam bonos,quam prauos humanæ voluntatis, in quam putabant cœlos non solum indirectè influendo,scilicet in corpus,vnde alterant appetitum sensitiuum,sed etiam directè influere, vt refert Plot.Aeneade 3.& Aug.lib.4.confes.c.5. & 5.de Ciu.c.1. 6

Secundo differunt, nam alij negarunt harũ causarum dispositionem habentium fatalem necessitatem ortam à diuina sapientia, & voluntate, sed illam conuenire ex intrinseca natura ipsarum causarum, vt refert Augustinus loc.cit.

Alij vero agnoscebant quidem hanc dispositionem pendere à diuina sapientia, & voluntate,at non libere,sed necessario, ità vt Deus non potuerit aliter res condidisse, quam condidit; nec aliter gubernare, quam gubernat, quare ex conditus, & gubernatus non posse effectus aliter euenire,quàm eueniunt.videtur Senec.lib.4.cap.7. qui fatum,dicit, esse seriem implexam causarum,inter quas non est Deus, à quo cœterę pendent.quem Antiquorum errorem suscitauit Petrus.

Tertia sententia est dicentium, fatum esse ne- 7

7 *Fatum necessitas, est proueniens ex diuina voluntate secundum Platonem.*

necessitatem, quæ non ex astris prouenit, sed ex diuina voluntate. videtur Plat. dialog. vlt. de Rep. c.36. vbi, *Actum existimo necessitatem rerum omnium, astrorumque, quam nulla vis recipit.* quod explicat exemplo fluminis currentis, vnde c. 35. *seruant cursum ineuitabilem: ex destinato fluunt, quoad modum rapidorum aqua torrentium, & se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem, superueniens præcipitat hunc ordinem rerum æterna series rotat. cuius prima lex est, stare decreto, nam si sapientis sententia aliquid negãtis mutari non potest, quanto magis Dei, cùm illius diuinitati omne sit præsens.* Vnde lib. 4. de benefic. c.7. putat hic dici Iouem statorem, quod stant beneficio eius omnia.

Hunc errorem suscitauit Caluinus, dum omnia ex necessitate euenire asserit, non solũ ex cœlorum influxu, sed ex superiori Dei influxu mouentis, & applicantis omnes causas secundas, & voluntatem ad agendum. quæ nihil possunt agere, nisi id, ad quod mouentur, & impelluntur.

Inter hos autem est dissidium, nam aliqui volunt hanc necessitatem esse, non solum respectu secundarum causarum, sed etiam respectu Dei.

Alij autem dicunt respectu diuinæ voluntatis non esse hanc necessitatem absolutam, quia liberè se determinat ad hanc, vel illam rẽ, sed solum esse necessitatem immutabilitatis diuini decreti, at totam esse necessitatem in omnibus inferioribus.

8 *Fatum est dispositio causarum naturalium, quatenus diuinæ prouidentiæ subdũtur.*

Quarta sententia est dicentium fatum esse dispositionem causarum naturalium, quatenus diuinæ prouidentiæ subduntur, quæ iuxta illius præordinationem, vel permissionem, & præscientiam infallibiliter operantur, ita Diu. Thom. 3 contra gent. c.93. opusc. 2 c.140. & 1. p.q. 116 ar. 1. vbi, *Omnia, quæ hic aguntur, vt diuinæ prouidentiæ subduntur, tanquam per eum ordinata, & quasi præloquuta, fatum possumus appellare*, licet hoc nomine Sancti DD. (idest Gregor.) ibi recusauerint, propter eos, qui ad vim positionis siderum hoc nomen retorquebant, vnde Aug. 5. de Ciuit. c. 1. vbi, *qui Dei voluntatem, & potestatem fati nomine appellat sententiam teneat, linguam corrigat*, idem Boet. lib. 4. de consolat. pros. 4. *Fatũ*, inquit, *est inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam prouidentia suis, quæq; nectit, ordinibus.* Neque ab hac videtur discedere Seneca, qui loc. cit. c. 27. ostendit Vota, & Expiationes proficere aliquando ad submouenda pericula, aliquando ad leuanda, aliquando ad differenda; & infra, *quædam enim à Dijs, ità suspensa relicta sunt, vt in bonum vertant si admotæ Dijs preces fuerint, si vota suscepta* & infra, *Aut futurum*, inquit, *est, aut non. falsa*, inquit, *est ista interrogatio; quia illam mediam inter ista, exceptionem præteris: futurum vnquam, sed si vota suscepta fuerint. hoc quoq; necesse*, inquit, *est, si fato comprehensum sit, vt suscipimus vota, vel non.* Vnde Aug. 5. de Ciuit. c. 10. putat Stoicos, quos sequitur Seneca, non abstulisse libertatem arbitrij, & forte hanc docuit Plato, dũ apud Plut. lib. de fato dixit in Phædro, quod fatum, sit ratio diuina ineuitabilis propter causam, cui obsisti non potest, & clarius Arist. lib. de mundo ad Alex. c. vlt. qui necessitatem ait, non esse aliud quam Deum, cui *ἀνάγκη*, ex eo nomen est, quod natura quædam sit immobilis, & ad hoc reuocari põt Chrysippus, qui apud Plut. lib. 2. de placitis c. 28. vim spiritalem esse dicebat ordinem Vniuersi dispensatum].

ART. III. Opinio Auctoris.

9 *Non omnia à casu fiunt.*

PRima Conc. non omnia à casu fiunt, sed ex certa, & infallibili causarum connexione ad finem ordinata. Patet ex dictis supra de fortuna, & casu, & ex dicendis de causa finali.

Secunda Concl. hæc certitudo, & infallibilitas, siue ex parte effectuum, siue ex parte causarũ non oritur ex necessitate independenter à prima causa. Patet ex principijs tùm fidei, tùm lumine naturali cognitis, quibus infra probabimus nullum esse ens, quod non pendeat à Deo in fieri, & cõseruari, non solum remotè, quatenus dedit virtutem causis inferioribus, sed etiam proxime, quatenus actu concurrit ad actiones omnes causarum inferiorum, vt infra.

Tertia Concl. neque sumenda est cum necessitate effectus in inferioribus dependente quidem à Deo, sed ineuitabile etiam respectu Dei, non solum fidei repugnat, sed etiam philosophiæ naturali, quia tam secundum fidem, quam secundum lumen naturale Deus est agẽs liberum effectiuum ad extra, ergo non necessario necessitate simpliciter cõcurrit ad actiones inferiorum causarum; tum suspendendo cõcursum, sine quo causæ inferiores nihil possunt tùm opponendo causas contrarias, tùm alijs actionibus, de quibus alibi.

Dices Deus multas causas instituit, quæ necessario agunt, & decreuit cum illis concurrere; at hoc decretum Deus non potest mutare; ergo Deus nunc necessario concurrit cũ causis necessarijs; ergo etiam respectu Dei effectus habent necessitatem, & ineuitabilitatem.

Resp. 1. ex scriptura constare Deum, ità decreuisse concurrere cum causis secundis, vt sibi reseruauerit pro libido suspendere concursum iuxta leges suæ prouidentiæ, vt patet ex facto in fornace Babylonis, in qua noluit cõcurrere cum igne ad vrendum pueros Hæbreos.

Resp. 2. etiam si esset tale absolutum decretum, ibi non esset ineuitabilitas simpliciter, quia libere decreuisset, sed esset solum immutabilitas suppositionis, & immutabilitatis.

10 *Fatalis necessitas non põt poni respectu omnium inferiorũ ex cælis*

Quarta Concl. non potest poni fatalis necessitas ex influxu cœlorum, & aliarum causarum naturalium, respectu omnium causarum inferiorum, siue naturalium, siue liberarum, etiam si hęc necessitas ponatur pẽdere à Deo, & ab eo mutabilis. Primo, quia id est contra fidem, & rationem naturalem, nã inde destruitur libertas humana, vt patet, & horum sentẽ-

tia

tia est damnata à Concil. Bracar. 1. cap. 9. & à Leone I. epist. 91. c. 11. & 12. fuse Chrysostom. oratione de prouid. Aug. 5. de Ciuit. per totum Greg. Nyss. lib. 6. suæ philosophiæ Boet. 6. de consolat. Euseb. lib. de præparat. Euang. c. 5. & seq & 2. phy. c. 6. vbi interpetres Alex. lib. de fato Plut. de fortuna. Secundo, destruit animæ immortalitatem, nam hi ponunt cœlos habere immediatum, & directum influxum in voluntatem humanam; at huiusmodi esse non pót. nisi in res materiales, vt alibi. Hoc patet esse damnatum.

Neq in influxu suprimæ cãa necessitante.

Quinta Concl. Neque est ponendum esse ex influxu primæ causæ, quæ ex sua prouidentia ordinat causas ad effectus, necessitate illas, & voluntates rationales ad suas actiones, quia hæc fatalis necessitas, tanquam contraria libero arbitrio damnata est, tùm à Trident. sess. 6. can. 4. & 5. tùm ratione naturali, nam omnes causæ, vt operentur indigent tali motione necessitante, & sic nulla datur causa libera, vel nulla est, quæ indiget; & tunc omnes causæ, quæ sic mouentur, & applicantur à Deo extrahuntur à suo modo cõnaturali agendi, quia ipsæ operantur ex motione, qua ex natura sua non indigent. Hoc autem videtur contra rationem, & suauitatem prouidentiæ diuinæ, quæ omnibus prouidet, de ijs, quæ sunt necessaria cuique naturæ: vel aliquæ indigent tali motione, & aliquæ non, & tunc sequitur non omnia esse ex fatali necessitate, quod est contra positionem ipsorum. Sed hæc ratio potest solui si dicatur, causas non exigere talem motionem, sed tamen illis non repugnare; quare quando illam motionem habent, non extrahuntur extra suum connaturalem modum operandi, sed perficiuntur, quatenus certos suos fines assequuntur. Verum instari potest, quia huiusmodi necessitas non repugnat omnibus causis, tamen causæ liberæ repugnat, atq; omnis causa libera extraheretur extra connaturalem modum operandi.

11

Certitudo infallibilis in effectis oritur ex dispositione infallibili, quam diuina prouidentia tribuit omnibus causis creatis.

Sexta Concl. hæc certitudo infallibilis in effectis oritur ex ordine, & dispositione infallibili, quam diuina prouidentia tribuit omnibus causis creatis, tam naturalibus, quam liberis ad suos effectus producendos.

Prob. quia omnia, quæ fiunt sunt ab æterno, non solum cognita à Deo secundum totam perfectionem, quam habent in proprijs differentijs temporis, sed etiam ab eo ordinata, siue per prædefinitionem absolutam, siue per permissionem; ergo omnia ordinantur ex infallibili ordinatione diuinæ prouidentiæ.

Dices multæ causæ applicantur ad effectus, quæ frustrantur effectu, eo quod impediantur ab alijs causis; ergo nõ omnia oriuntur ex certa Dei prouidentia.

Confir. quia causa libera habet in sua potestate operari, & non operari; ergo non est ex certa Dei dispositione.

Resp. hanc diuinam prouidentiam infallibilem, nec tollere, quin causæ sint impedibiles, & de facto aliquando impediuntur, nec tollere libertatem humanam, quia quod per diuinam prouidentiam constitutum est, vt fiat per causas impedibiles, vel liberas, id infallibiliter fiet; & quod ordinauit impediendum, vel non faciendum certo, & infallibiliter impedietur, & non fiet; nam ità applicat causas impedibiles, vt impediendo non permittat, & cum talibus circumstantijs applicat causas liberas, vt videns effectus infallibiliter sequuturos, vel non sequuturos.

Dices quomodo voluntas operatur, cùm infallibiliter eius operatio sit à Deo definita, quod sit futura, cùm, stante eius prædicatione non potest operatio non sequi.

Resp. hic supponi vt certum ex definitione Dei, & scientia rei future non tolli libertatem, modus autem, quo id fiat, non est huius loci examinare, quia variæ sunt de ea re Theologorum sententię; de quibus nos suo loco.

Septima Concl. Fatum actiue sumptum cõsistit in ordinatione, qua Deus per prouidentiam diuinam definit effectus per determinatas causas efficiendas. Patet, quia hæc certitudo, & infallibilitas effectuum non potest prouenire ex natura effectu um, quia præter Dei naturam, nulla res creata habet existentiam infallibiliter, sed omnes creaturæ, vt liberè sunt à Deo, ita contingenter existentiam habent, & ex se potius habent non esse, quam esse. Vel secundo, illam infallibilitatem habent ab aliquo extrinseco; & hoc non potest esse, nisi, vel causæ particulares, à quibus immediate pendent effectus, vel à causa prima. Non primum, quia multi effectus pendent à causis, tum impedibilibus, tum liberis mediatè, vel immediate; ergo ab illis potius habent fallibilitatem; ergo solum relinquitur, vt infallibilitas oriatur à causa prima, à cuius cognitione, & decreto, quod est immutabile, & infallibile pendent. Neque enim potest esse alia causa extrinseca necessitans, vel dans infallibilitatem respectu effectus liberi, vt patet ex dictis contra antiquos ponentes fatalem necessitatem ortam à cœlis, ab astris, vel alijs causis. 12

Conf ex D. Thom. 1. p. quæst. 116. ar. 1. vbi ait, Dei voluntatem, & potestatem fati nomine posse appellari ex Aug. 5. de Ciuit. Dei c. 1. & probat, quia omnia, quæ hic aguntur, reducuntur ad causam præordinantem, quæ est prouidentia Diuina, quia etiam hic aliqua fortuitò, & casu fiunt, tamen respectu Dei non ita, quia omnia sunt præuisa; & ab eo ordinata; & quia solus Deus potest voluntatem immutare vt D Thom. ostendit 1. p. q. 105. ar. 4. & 106. ar. 8. & q. 111. ar. 2. ideò ad solum Deum pertinet ordinare humanos actus, quorum principium est voluntas; quare omnia inferiora quatenus diuinæ prouidentiæ subduntur, tanquam per ea ordinata, & quasi pręlocata fatum possumus appellare, & art. 2. ad 1. causaliter potest Dei voluntas, & potestas fatum appellari, sequuntur omnes Theologi, tùm ibi, tùm alibi, & alij infra citandi.

Octaua Concl. fatum passiuè acceptum, seù vt loquitur D. Thom. essentialiter, consistit in ipsa dispositione, seù serie, idest ordine causarum 13

rum secundarum ad effectus producendos, ita D. Thom. q. 116. ar. 2. nam ipsa ordinatio causarum secundarum non potest habere rationē fati, nisi vt pendet à Deo, quia ab hac dependentia habent infallibilitatem, quoad operationes suas, sequitur ibi Caiet. Molina q. 14. ar. 13. disp. 1. Suar. loc. cit. Ruuius Conimb. c. 6. q. vnica ar. 2. vnde sequitur fatum esse in ipsis rebus creatis, vt notant prædicti Doctores.

Neque contra hanc concl. aliquid obijci potest, nisi quæ iudiciarij Astrologi obijcere solent contra libertatem arbitrij, sed nō sunt solida, vt alibi ostendemus.

DVBITATIO II.

An Fatum sit immobile.

1 *Opinio negās.* PRimo, aliqui dixerunt Fatum esse mobile non solum habito respectu ad causas secundum se, sed etiam secundum quod à diuina prouidētia depēdet, ita Aegyptij apud Gregor. Nissen. lib. 6. suæ philosophiæ c. 2. qui dicebant fatum sacrificijs quibusdam posse mutari, nam alioqui frustra adhiberentur vota, & preces apud Deum.

Secundo alij dicunt fatum esse immutabile. Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui hanc immutabilitatem referunt in necessitatem causarum secundarum, vnde sicut quilibet effectus habet suam causam, ita ea posita, necesse est effectum poni.

Alij vero hanc immutabilitatem referunt in diuinum decretum, cui repugnat mutabilitas.

Tertio, alij distinguūt fatū dupliciter posse accipi. primo, vt est in causis secundis absolutè, & ita est mobile. Secundo, vt subest diuinæ prouidentiæ, & ità est immobile, non quidem absoluta necessitate, sed conditionata, seù immutabilitatis, ita D. Thom. loc. ci. ar. 3. & probat ex Boetio qui, ait, fatum esse seriem mobilem, quæ tamen ab immobilis prouidētiæ proficiscatur exordijs; ergo ab hac prouidentia habet immutabilitatem.

2 *Fatum rōne causarum secundarum est mobile.* Prima Concl. Fatum ratione causarum secundarum secundum se est mobile, quia ex 2. top. c. 3. loco 24. *motis nobis, mouentur ea, quæ sunt in nobis*. sed fatum est dispositio inhærens rebus mobilibus, ex Boet. cuiusmodi sunt causæ secundæ; ergo.

Confirm. ex eodem Boetio lib. 4. de consol. prosa 4. Fati seriem mobilem se habere ad ꝓuidentiæ stabilem simplicitatem, vt tempus ad æternitatem, & circulus ad punctum.

Dices multi effectus pendent à causis secūdis necessarijs; ergo fatum, vt est dispositio harum causarum non est mobile, sed immobile, quia nulla maior immobilitas, quam necessitas.

Resp. etiam si multæ sint causæ, quæ necessario agunt, tamen dupliciter possunt habere mobilitatem. Primo, quatenus sunt impedibiles ab alijs causis. Secundo, vt habent dependētiam à causis liberis, præcipuè à Deo, à quo necessario pendent, non solum antecedenter, idest, quoad applicationem, quomodo pendēt ab alijs causis liberis, sed, etiam formaliter, quo ad ipsas actiones.

Contrarium docuere antiqui, qui fato necessitatem absolutam tribuebant, vt refert Plut. loc. cit. Et fundamentum esse poterat, quia licet vna, vel altera causa sit impedibilis, tamen tota series causarum non est impedibilis; vnde Stoici dicebant esse seriem causarū, idest tenorem, & compaginem insuperabilem. 3

Respon. 1. hoc argumentum non includere causas liberas, quia etiam si ponatur dispositio omnium causarum antecedens ad actum liberum, semper ipsa liberè agit, atque adeo mobiliter.

Resp. 2. neq; hoc argumentum habere vim respectu concursus diuini, qui potest etiam positis omnibus causis secundis per absolutā potentiam à Deo negari, quoad actiones illarum, vnde fit, vt solum possit habere vim quoad causas naturales respectu effectuum independentium à voluntate creata, & dependentium à voluntate diuina secundum ordinariam potestatem, & modum concurrendi huiusmodi causis connaturaliter debitum; nam hi effectus necessario proueniunt ex tali positione causarum, vt rectè notat Suar. loc. cit. nu. 9. sed hæc necessitas suppositionis, quæ non tollit contingentiam, & mobilitatem simplicem.

Secunda Concl. fatum, vt dicit dispositionē causarum secundarum, quatenus sunt subditæ ordinationi diuinæ prouidentiæ habet immobilitatem, quia sicut diuina scientia falli non potest, nec volūtati eius absolute resisti potest; ita quod à Deo præscitur futurum, vel ab ipso decernitur non potest non esse eo modo, quo ipse decernit: sed omnes effectus causarum secundarum, sunt à Deo præuisi, & à Diuina prouidentia, vel prædefinita, vel permissa, vt fusè ostendemus 1. p. cum D. Thom. q. 23. ar. 4. & q. 19. ar. 7. & 8. Ex quo patet ad fundamentum aduersariorum, adduntur enim vota, & preces, non ad mutandam voluntatem Dei absolutam, sed ad adhibenda media, quæ forsan sunt ordinata à Deo, vt effectus aliquos consequamur, sed de hac re plura dicemus in 1. parte. 4 *Vt sunt subdita causa secunda primæ causæ earum dispositio est immobilis.*

DVBITATIO III.

Quid nomine Fati primario intelligatur relatio ne, an vero applicatio causarum ad effectus, An infallibilitas.

ART. I. Explicatur quid alij sentiant.

PRima opinio est dicentium nomen Fati nullo modo esse vsurpandum, quia primarium eius significatum est connexio causarum secundarum, quæ necessitant causas inferiores ad suas actiones, ita videtur sentire Aug. 5. de Ciuit. c. 9. & tract. 27. in Ioann. Nissen. lib. 6 suę Philosophiæ c. 2. & expræsse Gregor. Magn. homil. 10. in Euang. vbi negans stellam, quæ 1

Magos

Magos duxit ad Præsepe Christi habuisse influentiam in Christum natũ, vt ponunt Astrologi. Absit, inquit, à fidelium cordibus, vt Fatũ esse aliquid dicant, quia inde tolleretur libertas arbitrij, & supernaturalitas mysterij Incarnationis, & denique libera Dei dispositio circa res humanas, tam naturales, quam supernaturales.

2 Secunda opinio est dicentium nomen Fati posse vsurpari si eius significatum catholicè explicetur, iuxta dicta in dub. 1. Vnde August. apud D. Thom. q. 116. ar. 1. concedit dari Fatum, idest quo nomine putat significari Dei voluntatem, & potestatem, sed monet, vt sententia teneatur, & lingua corrigatur. ità omnes Catholici.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui dicunt Fatum formaliter significare ordinem, quem habent causæ inter se, cõnotari vero ipsas causas, sicut album formaliter significat albedinem, & connotat subiectum, ità Conimb. hic c. 6. q. vnica ar. 2. ex D. Tho. ar. 2. ad 3. vbi ait, *quod fatum dicitur dispositio, non quæ est in genere qualitatis, sed secundum quod dispositio designat ordinem, qui non est substantia, sed relatio.* Quiquidẽ ordo, si consideretur per comparationem ad suum principiũ, est vnus, & sic dicitur vnum fatum. Si autem consideretur per relationem ad effectus, vel ad ipsas causas medias, sic multiplicatur, per quẽ Poeta dixit,

Te tua fata trahunt.

Alij vero dicunt formaliter significare causas, vt applicatas cum tali, vel tali proportione ad producendos effectus, nam secundum omnes fatum pertinet ad genus causæ efficientis, at in relatione non inest virtus effectiua, sed in entitate causarum, quæ est fundamentum relationis, ergo non relatio, sed hoc fundamentũ formaliter significatur. ità Suar. loco cit. ex D. Thom. opuscul. 28. cap. quinto, sed ibi ait. *In veritate causa non est, sed est aliquid causæ.*

3 Tertia opinio est dicentium Fatum essentialiter. Primo, includere quattuor genera causarum sub certo ordine inter se dispositarum, tam ordine particularium causarum cum vniuersalibus, quàm omnium secundarum cum prima. Secundo, includere ipsum ordinem; quę est relatio inter ipsas causas. Tertio, accomodationem, & dispositionem earundem causarũ ad producendos effectus, quæ dispositio est fundamentum relationis. Ex quibus primum est quasi materiale; duo alia pertinent ad rationem formalem. ità Ruuius loc. cit. num. 20. Probat à simili, nam fatum se habet, vt exercitus institutus ad depellendum inimicũ. Exercitus autem primo dicit milites. Secundo, ordinem militũ inter se, & ad Ducẽ. Tertio, dispositionem, & accomodationem illorum sicut oportet ad exercitium belli, ex quibus milites significantur materialiter, cœtera vero formaliter.

ART. II. Opinio Auctoris.

4 *Nomen fati quo modo sit vsurpandum.* Prima Concl. nomen Fati, vt significat connexionem causarum, quæ inferant necessitatem rebus inferioribus non est vsurpandum, quia contrarium est Fidei Catholicæ, vt supra probatum est, & in hoc sensu Sancti Patres illud abominantur, atque ab ore Christianorum abalienandum esse præceperunt.

Dices aliqui Doctores Catholici asserunt aliquos homines esse à natura fortunatos, aliquos infortunatos, vt Scotus quodl. 21. & Veracruc. specul. 5. concl. 5. & patet, quia aliqui homines semper sunt ad virtutem inclinati, & proni tam secundum opera externa, quam interna; Alij vero contra, cùm ferè sint in continua cogitatione malorum, & rerum in honestate; sed hæc inclinatio non potest esse, nisi ex constillatione cœlesti, quæ vnum ad prosperitatem, alium ad aduersitatem ducat.

Resp. 1. non esse contra fidem concedere naturales inclinationes, cùm hinc non tollatur libertas arbitrij, *cum sapiens*, ex Ptholomæo, *dominetur astris*, & Genes. 3. dicatur *sub te erit appetitus tuus, & dominaberis illius.* Neque id est contra physicam rationem, quia inclinatio oritur ex complexione membrorũ, & organorum, vnde fit, vt alij sint aptiores alijs ad scientiam. Alij alijs fortiores in corpore. Alij alijs saniores.

Respon. 2. bonam, & malam fortunam sæpè oriri ex aliqua exteriori causa, quę mouet sensus internos, & suggerit bona, vel mala, vt docet Arist. lib. de bona fortuna, & nos alibi explicabimus.

Resp. 3. hanc inclinationem non posse dici esse à fato, vt illud ponebant antiqui, quia illi asserebant inde necessitari volũtatem ad operationes, & cœlos influere in ea, quæ nulla ratione cœli habere causalitatem possunt, vt fusius ostendemus, & confutabimus in lib. de cęlo. interim videri potest D. Thom. opusc. 28. art. 4.

DVBITATIO IV.

An omnia Fato subdantur.

ART. I. Referuntur opiniones DD.

1 *Opin. affirm.* Prima opinio est dicentium, nihil esse, quod fugiat vim fati, sed omnia fato fieri, ita Heraclitus apud Plut. 2. de plcit. c. 17. quod Plato apud Plut. loc. cit. etiam in animis hominũ, & vita admittit; nam si quid effugeret vires fati, id esset, quia ex 4. phy. esse in tempore est mensurari à quadam parte temporis, tempus autem non est, nisi motus circuli cœlestis, qui motus est tanquam vita omnibus existentibus; ergo per circulum motus cœlestis causatur, & mensuratur esse, & vita hominum. Hoc autem esse falsum patet.

Resp. ex motu cęlestis circuli produci quãdam dispositionem in inferioribus, sed homo

vincit quamlibet dispositionem, sicut ět vincitur à dispositione materiæ, vnde fatum excluditur.

Sed contra, inferiores ordinantur ad superiora, vt materialia ad formalia, & vt mota ad mouentia; at formalia, & mouentia semper vincunt; ergo omne esse, & vita inferiorũ vincitur, & inchoatur ad dispositionem agentium superiorum.

Dices id verum quoad corpora iuxta dictũ Aug. 5. de Ciuit. c. 1. & 9. non tamen quoad animam; Sed contra, quia anima vegetatiua, & sensitiua non agit extra corporei organi dispositionem, vt alibi. Sed hæc armonia regitur ex influxibus cælorum; ergo & anima vegetatiua, & sensitiua, idem de rationali, quia ex Arist. intellectus noster est cum continuo, & tempore, & Alber. de intellect. & intellig. tract. 3. c. 53. col. 2. & prob. quia non discit, nisi per exempla sensibilia, vnde Arist. de memor. & reminis. ait intellectio nõ est sine phãtasmate. Verum hæc opinio satis est ex dictis confutata, nam ostendimus influxus cælorum non inducere necessitatẽ in omnibus, præsertim quæ pendẽt à libertate causarũ secundarũ. Quare.

2 *Opinio negãs* Secunda opinio est dicentium fatum posse accipi tripliciter. Primo pro dispositione causarum naturalium, præsertim cælestium, & sic corpora omnia subdita esse fato, vt hoc significat dispositionem causarum secundarũ, præsertim cælestium, & inde habere necessitatem, ět quoad suas conditiones à suo connaturali modo operandi, nã non impediuntur à causa superiori, quia de potentia ordinaria Deus nõ denegat concursũ connaturaliter debitum inferioribus causis, licet aliquando de potentia absoluta, & miraculose illum deneget ex summa prouidentia; at vero agentia cætera nõ subduntur huiusmodi fato quoad suas actiones. Secundo, accipitur pro dispositione diuinæ prouidentiæ de futuro processu, esse, & vitæ omnium inferiorum, quæ dispositio, cum sit æterna nihil ponit in rebus, sed cum explicatur in effectu, tunc in effectu completur per suas causas suo loco, & tempore, sicut præordinatio alicuius in mente de tractando negotio per Nuncium, nihil ponit in Nuncio, sed tantum per Nuncium cõpletur, quando Nuncium dirigit, & ita omnia sunbdũtur fato, quia omnia diuinæ prouidentiæ subduntur, vt alibi. Tertio accipitur pro ordinatione secũdarum causarum ad effectus diuinitus præuisos, & ita non omnia subduntur fato, quæ subduntur causis secundis; sed nõ omnia subduntur causis secundis, nã aliqua immediate fiunt à Deo, vt rerum creatio, glorificatio, &c. ergo

Confirm. ex Boet. 4. de consolat. prof. 4. *quædam sunt, quæ sub prouidentia locata, fati seriem excedant*, & infert, ea, quæ sunt primo diuinitati propinqua stabiliter fixa sunt, & ordinem mobilitatis excedunt, ita D. Thom. q. 116. a. 4. & opus. 28. c. 1. & 2. Vnde infert ꝙ quando aliquid longius à prima mente descẽdit nexibus fati maioribus implicetur, quia magis subijcitur necessitati secundarum causarũ, sequitur Suar. & Mas. loc. cit. conclus. 3. & 4. Quare.

A Ad fundamentum primæ sententiæ Resp. multos implicari errores, tum contra fidem; tũ contra naturalem rationem, vt patet ex dictis: nam primo negatur vitam humanã subdi, adeo necessario cælestibus influxibus, vt inde omnino regatur quoad substantiam, & operationes illius; quia etiam si vita humana maxime pendeat à dispositionibus materialibus, & hæ ab influxu cælorum, tamen sunt alia multa, à quibus etiam pendet. Vnde impediri potest, & frustari influxus cælestis. Hæc autem sunt dispositiones materiæ seminales, secundo virtutes actiuæ eiusdem seminis, tertio, extrinseca agentia, & adiacẽtia, quarto cæli, quinto educatio, sexto animi passiones excitatæ ab extrinsecis causis casualiter applicatis, septimo violentia pendens ex libera voluntate aliorũ, quæ ferro, vel veneno inferri potest. octauo, est libera voluntas Dei, in cuius manu vita, & mors; & alia multa, de q̃bus tractatur in p. p. D. Th. & ab alijs Theologis cum de prouidentia diuina, de qua nos Deo bene adiuuante alibi, vbi dilucidè ostendemus rei veritatem. Hinc illud est quidquid recipitur per modum recipientis recipitur, ergo non tantum res pendet a causa efficiẽte secundum se, sed ẽt à materiali, & eius dispositionibus. Vnde influxus cælestes recepti in natura mutabili mutabiliter recipiuntur. & hinc D. Tho. q. 28. ar. 2. diuinæ perfectiones, q̃ in Deo sunt immutabiliter, à creaturis participantur mutabiliter, quod ẽt concessit Ptolomæus, dicens, *Secundum virtutem stellarum per aliud*, idest per sphærã actiuorũ, & passiuorũ *fiant in inferioribus, & per accidens*, i. accipit esse in influxibus cõtingenter. 3

B

C

Ad replicã resp. licet inferiora nata sunt obedire superioribus, hoc vero multipliciter pòt esse. Primo, quoad formã, quam inferiora habent à superioribus, & sic conceditur, quod si superiora mouent, etiam inferiora mouentur. Secundo, quoad aliam formã, quæ refertur ad superiora, vt res directa ab illis, & sic pòt impedire per cõtrarium potentius recipere motum superioris, vt v. g. calidum, quod ex natura sua est congregatiuũ homogeneorum, &c. potest ex aliqua dispositione materiæ impedire, ne habeat illos effectus. Hinc Ptolomæus sapiens dominabitur astris; quare sapiens medicus videns corpus ex influxu cælorũ dispositum ad quartanam, disponit illud per contrarias qualitates ad sanitatem, & licet fortiora sint superiora, quam inferiora, tamẽ adhuc retardari possunt effectus ab inferioribus.

D

Secundo, errant ẽt in consequentia, quia ẽt vita humana penderet à cælestibus influxibus ineuitabiliter, vt dicunt, adhuc tamen operationes eius non ita penderẽt à cælo; tum quia, vt alibi ostendemus, non oẽs operationes pẽdent ab influxibus cælorum; tum quia non pẽderent ex illis, nisi vt causa vniuersali, at hæc determinatur à virtutibus causarum particularium, & causa vniuersalis concurrit, quatenus particulares concurrunt, vt infra.

E

Tertio,

Tertio, ẽt si operationes vegetatiuæ, & sensitiuæ pendeant à qualitatibus organorum, tñ neq; hæ qualitates sunt à solo influxu diuino, neq; operationes sunt à solis illis qualitatibus, quia concurrunt ẽt aliæ concausæ, vt potentiæ animæ, instrumenta illarum species, & similia. Hinc videmus corpus alterari à venerea imaginatione mulieris conceptu, & alij ex Auicen. ex imaginatione lepræ, alium leprosum euasisse legimus, & Galenus prohibet patientibus fluxum sanguinis aspectum rubicundorũ, quare per huiusmodi imaginationes possunt impediri effectus cælestes.

A

Quarto, errant extendẽtes influxus cælestes ad intellectus operationes; nã si intelligant de influxu indirecto, quatenus cæli influunt in organa phãtasiæ, à qua pẽdet obiectiuè cognitio intellectus, nõ dissentio, vt in libris de anima, si vero de influxu directo, & immediato, omnino errant, quia corporeum agens non agit naturaliter in spiritualia, vt suo loco.

Quinto errant, quia videntur ponere influxus in actiones voluntatis, & ab illis auferri libertas, de qua re infra plura.

DVBITATIO V.
An fatum sit vnum, vel plura.

1 ANtiqui cũ Platonicis apud D.Tho. opusc. 28. de fato a.2. plura ponebant fata, dum finxerunt tres esse sorores Parcas appellatas, Erebi, & noctis filias ex Cic. ꝙ tria sint tẽpora, in quibus omnia voluantur; quarum prima dicitur Clotho, cui vitæ principiũ tribuebant, secunda Lachesis, cui progressum, tertia Atropos, & huic finem, quod mutari non possit: de quibus intelligitur illud Martialis lib.6.

Si mihi lanifices ducunt non puella sorores: Stamina. Verum hæ fabulæ sunt, quibus illa antiquitas suam philosophiam vegebat; neque fatum hic accipitur hoc modo .s. pro mortis dispositione.

Alij cum D. Tho. dicunt fatum accipi dupliciter. Primo causaliter, & est vnũ, quia vnũ est primum disponens, & ordinans oẽs causas, ergo ex tali ordinatione habet, vt cõsequatur infallibiliter suos effectus. Secũdo essentialiter, & ita sunt plura, quia fatum essentialiter dicit ipsas causas ordinatas infallibiliter ad effectũ, vt sunt plures causæ ordinatæ ad effectus, imo tot, quot sunt effectus, qa singulę cõbinationes causarũ sunt determinatę ad singulos effectus, ita D.Th.p.p.q.116.a.2.ad 3. qui ita explicat illud. Te tua fata trahunt, & hæc mihi placet.

D

2 Dices, oẽs causæ sic ordinatæ non habent rationem fati, nisi vt habẽt infallibilitatẽ, quia hæc est forma constituens illas in rõne fati, sed in omnibus est eadẽ rõ infallibilitatis; ergo est vna rõ fati. Resp. ẽt si infallibilitas sit rõ formalis fati, & hæc oriatur ab vno principio, .s. Dei prouidẽtia causas ordinãte, tñ hæc vt extrinsecè denominat varias cõbinationes causarũ iuxta exigentiã effectuum, accipit quãdam multiplicitatem rõnis ex multiplici materia; sicut eadem est cognitio, qua Deus cognoscit hominem, & leonem, tñ vt denominat hominẽ cognitum restringitur rõne à seipsa, vt denominat leonem.

De fato legite Alex. Aphrodis. opusc. de fato ad Seuerũ, & Antoninũ, Iulium Serenũ lib. de fato. Pontanũ lib.1. de fortuna c.19. vbi refert ex Rossidonio Stoico tria esse Principia rerum Deum, Naturã, & fatum. Albert. 2. phys. tr.2.c.19. Castro lib.7. de hæres. verb. fatũ, vbi referunt opinionẽ Astrologorum, ponentium certas cæli, & astrorũ imagines, & figuras, sub quibus quilibet oritur, cum tanta subiectione, vt nihil possit illa declinare. Vnde Senec. lib. de consolat. mutare fata non possumus, stant dura, & inexecrabilia. & Lucanus

B

Præceps agit omnia fatum.

Et Ouidius de Tristibus.

Ratio fatum vincere nulla potest. contra quos Alex. lo. cit. Plotinus, & Plutarcus opusc. de fato Põtan. loc. cit. Picus Mirand. lib.4. cõtra Astrologos, Greg. Nis. lib. de hac re, Bart. Sibilla in Speculo Pereg c.9. decad. primæ q.4. sed præcipuè D.Aug.5. de Ciuit. Dei, vbi fusè Lud. Viues, D.Th.p.p.q.116. & 3. cõtra gent. c.90 91. & opus. de fato.

C

DVBITATIO SEXTA.
Vnde sumenda sit necessitas in naturalibus ex fine ne, an ex materia.

DE hac Arist. lib.2. phys. c. penult. & vlt. vbi Saxo. q.18. Aegid. t.91. ibid. Venetus, Burl. tex.88. tract.6.c.2. Masius de casu, & fortuna sect. 2. q. vlt.

ART. I. In quo refertur opinio Arist.

ARist.2. phys. à tex.88. incipit inquirere causam necessitatis in naturalibus, & primo 1
ostendit necessitatem, quæ est in his rebus esse ex suppositione, & primario sumi ex finẽ, vbi notat Burl. necessitatẽ, quæ est ex materia esse necessitatem simpliciter; quæ vero ex fine esse ex suppositione, quia res naturales necessario habent materiam, atq; adeo est necessitas ineuitabilis. Vnde corruptio, quia oritur ex materia dicitur simpliciter necessaria; at non sic necessitas, quæ est ex fine, quia non est necessarium quamlibet rem attingere finem suum, nã impediri potest, vt patet exẽplo animalis, cui necessario inest visio: quare non est necessariũ simpliciter habere oculum, qui ordinatur ad videndum, sed est necessarium ex suppositione, scilicet finis.

Hinc secundo proponit dubium. An quando aliquid necessario euenit in rebus naturalibus, an eueniat propter aliquem finem certũ, an vero eueniat, posito quod non haberet talem finem, propter materiam.

E

Tertio, refert opinionem antiquorũ dicentium necessitatem oriri ex materia; vt quod domus sit tali modo facta, vt lapides sint deorsum, & ligna sursum, & cœmentum in medio ex necessitate materiæ non ex fine, nam lapides ob grauitatem sunt deorsum, ligna

vero sursum propter leuitatem. & cæmentum in medio, quia medio modo se habent quoad leuitatem,& grauitatem; & quia natura est similis arti, ideo in artificialibus partes graues sunt constitutæ in parte inferiore, & in superiore partes leuiores, vbi Auer. notat antiquos errasse, nam in multis naturalibus accidit oppositum, scilicet, quod grauiora sunt in parte superiore, vt patet ex animalibus habētibus testam, quæ est terrestris, & in homine superemi net caput, qđ est osseum, quare hæc dispositio
2 non pōt oriri ex natura materiæ, sed ex fine.

Quarto Aristot. ostendit necessitatem in materialibus primario sumi ex fine, sed non sine materia. Primo, ex arte factis, nam si quæratur, cur domus est sic facta. Respondetur, quia facta est causa protegendi homines ab iniuria temporum, & causa abscondendi res possessas; & ideo est necessaria talis materia ad constructionem domus, quia finis est causa omnium aliarum causarum.

Secundo in tex. 89. nam finis in operabilibus se habet, vt principium vero in speculabilibus; sed necessitas conclusionum non sumitur ex principijs; ergo nec operabilium ex fine. vbi notabitur contrario modo hæc se hare, nam in ijs, quæ sunt priora, sequuntur ex posterioribus; at contra in doctrinis, nam finis, qui est posterior est causa aliorum, quæ sunt ad finem; vnde hæc se habent, vt se habet conclusio in speculabilibus, quæ sequitur ex præmissis.

3 Quinto explicat duo esse genera principiorū. Vnum dicitur cognitionis, & dicitur finis, ad quem sequuntur alia. Alterum est principium operationis, & dicitur domus, sed potius ad vltimum sequuntur alia, scilicet est domus; ergo est fundamentum, lapides, ligna, & cætera.

Sexto ostendit exemplo, finem se habere in operibus, vt se habent principia in doctrinis, quia sicut sequitur, sunt vera principia; ergo, & conclusio vera, non tamen contra, ex veritate conclusionis sequitur veritas principiorū; ità si domus fit, necesse est materialia, idest lapides, ligna &c. esse; sed non oportet, quod si sint materialia, quod sit domus.

Septimo necessitatem materiæ sumi ex fine, quia talis est materia necessaria in opere, qualem requirit finis operis. Et hinc fit, vt necessitas in naturalibus dicatur sumi ex materia.

Octauo in tex. 91. scientiam naturalem debere considerare finem, & materiam, quia res naturales depēdēt ex materia, & fine; sed magis versari circa finem, quam circa materiam, quia magis pendent ex fine; nam materia est propter finem. i. formam, non tamen contra: Quod dictum Burl. intelligit de fine propinquo; nam de remoto tractat primo Philosophus.

Conf. quia necessitas sumitur à definitione rei, cum hæc sit medium in demōstratione, ex quo sumitur necessitas demonstrationis; definitio præcipua sumitur à finali causa.

Nono text. 92. docet aliquando materiam ingrèdi definitionem, quasi partem, & hoc in
A ijs, in quibus finis non completur, nisi per materiam, & formam: vt finis serræ, qui est diuidere lignum, non perficitur per serram, nisi habeat dentes duros; sed hos non potest habere, nisi sit ferrea, & ideo in definitione serræ debet poni materia, & forma; non enim rectè definitur serra, quod sit instrumentum habens dentes; sed quod sit instrumentum ferreum habens dentes.

ART. II. Referuntur opin. DD. & Auctoris.

NOt. 1. necessitatem effectus semper sumēdam esse ex causa ipsius, & necessaria cō 4 *Necessitas effectus vnde sumatur.*
B nexione, quam habet cum illa: vnde effectus demonstrari potest à priori per omne genus causæ, cum qua habet necessariam connexionem, vt patet ex dictis de medio demonstrationis; nam constat necessitatem oriri etiam à materia, quia sine materia, non possent esse operationes naturales, vt patet ex arte factis, nam non possent dentes serræ esse duri, & acuti, nisi esset ex materia ferrea.

Not. 2. ex hoc principio sequi controuersiā inter Arist. & Antiquos non esse de necessitate quacunque effectuum naturalium, quia tam Arist. quam antiqui agnoscunt ad illam concurrere materiam; sed esse de præcipua, & vltima causa necessitatis, in qua dum quæritur
C propter quid effectus animus vltimo conquiescat. Vt v.g. propter quid serra est taliter disposita, & sunt illi necessariæ tales dispositiones. qua in re.

Prima opinio est Antiquorum dicentium in rebus naturalibus totam necessitatem sumi à materia, & fine, quia oīs necessitas debet sumi à causa intrinseca; necessitas enim est prædicatum intrinsecum rebus; at causa intrinseca est materia, & forma, & ex his materia est prior forma; ergo origo prima necessitatis est materia. 5 *Alij ponunt necessitatem in rebus naturalibus à materia, & fine,*

Secunda opinio est dicentium sumi ex forma, quia est præcipua causa intrinseca, & con- *Alij ex forma*
D stituens essentiam indeterminatam specie.

Tertia est dicentium sumi ex materia, & forma, sed præcipuè ex forma, non tanquam forma, sed vt causa finali. Est Arist. loc. cit. quia causa materialis pendet à finali, ad quam ordinatur; forma pendet ab efficiente: hoc autem pendet à fine in sua operatione, quia causa efficiens non operatur, nisi propter finem, nam ideo hanc rem hoc modo, illam vero alio modo facit, quia ordinatur ad diuersos fines; ergo prima causa, propter quam efficiens operatur est finalis; ergo vltima causa, quæ reddi potest cuiuslibet effectus, in qua magis animus quiescat, est finalis; si enim effectus redduntur aliæ
E causæ, nisi reddatur finalis, semper animus est suspensus, vt patet in artificialibus; nam si quis petat, cur horologium moueatur. Resp. id esse, quia à ponderibus deorsum tendentibus, eius rotæ impellūtur. Sed adhuc quæri potest, cur à ponderibus mouentur rotæ. Si respon. quia pondera naturaliter tendunt deorsum, & *Alij ex materia, & forma*

secum

secum ferunt quidquid illis est alligatum, adhuc non omnino quiescit animus; nam adhuc quæri potest, cur pōdera illa sint alligata rotis. Si resp ad designandas horas, & tempus diei, & noctis: adhuc scire cupit, cur horæ designātur; & nunquam animus quiescit, nisi vltimus finis assignetur Et similiter in alijs artificialibꝰ, ex quibus ducitur argumentum ad naturalia, quæ nobis sunt ignotiora, quia hæc necessitatē etiam sumunt à fine, quem intendit Deus auctor ipsarum.

6 Dices, si quæratur, cur tali rei conuenit talis passio, & operatio? Recte resp. quia ratione talis essentiæ: at hæc non est finalis, sed potius efficiens: ergo necessario sumitur ex efficiente. Resp. cum essentia ipsa producit passionem propter finem intētum ab auctore naturæ, adhuc quæri potest, cur talis essentia producat talem passionem. Non quiescit animus, nisi respondeatur vltimus finis. Resp. secundo rectè hinc probari necessitatem materiæ sumi etiam ex alijs causis.

Dices secundo, non potest impediri à suo fine propter contrarium ob impedimentum vt patet in monstris; ergo necessitas non potest in omnibus sumi à fine. Resp. Aliqui negando naturam frustrari fine, quia sequeretur Deum frustrari suo fine; quia finis intentus à materia, est idem, ac intentus à Deo: sed falluntur, quia non rectè colligit ex frustratione naturæ Deū frustrari; quia non ita Deus intendebat effectū, vt nollet impedire eius actionem; nam potest id velle propter alios fines suæ sapientię notos: quare Deus semper assequitur finem, quem vult efficere, non autem illum, quem intendit, vt se attemperet causis partialibus; vt si fortis adiuuare vellet puerum in eleuatione ponderis, ita vt possit impediri, tunc puer si pondus non eleuaret ex impedimento frustraretur fine.

Ego resp. etiam si aliquando agens naturale frustraretur vltimo fine propter aliqua impedimenta, non tamen fit, quin agens assumat talem materiam, & in ea producat tales dispositiones propter talem finem, etiam si in introductione illarum aliquando impediatur.

QVÆSTIO NONA.

De diuisione causæ in primam, & secundam.

DVBITATIO I.

Quid intelligatur nomine causæ primæ, & secundæ, & an detur causa aliqua prima.

1 *Causa prima & secunda.* PRimo not. Inter causas principales, aliam dici primam, aliam secundam; aliā dici vniuersalem, aliam particularem: Causa prima dicitur à primitate, quæ dupliciter sumitur; Primo negatiuè, qua ratione negat aliud prius ante se, quomodo in Euangelio dicitur: *Virgo peperisse primogenitum*, quia ante illum, alium non genuerat: Secundo positiuè, & præter negationem anterioris, dicit respectū ad aliquid, A quod subsequitur, qua ratione ab Apostolo: *Christus dicitur primogenitus in multis fratribus*.

Vnde dicatur causa prima. Secundo not. Causam primam dici à duplici primitate, scilicet negatiua, & positiua, nam ante se nullam causam, & cæteras omnes habet post se sequentes: Hæc autem causa prima, ex D.Th.1.p.q.19.ar.8.& 2.d.1.q.1.ar.1. adhuc dupliciter dicitur; primo simpliciter, quæ.s. nullam omnino habet ante se, & omnes alias post se; & ita tantum Deus dicitur causa prima: Secundo dicitur prima secundum quid, in aliquo, scilicet determinato genere rerum, quia .s. in illo genere non habet aliam priorem, & omnes alias se posteriores; quare B ratione inter causas corporeas primum mobile dicitur prima causa, quia non habet aliam in eo genere priorem, & aliarum causarū causalitates, secundū multos ab eo pēdent.

2 Tertio not. Causam secundam necessario dicere ordinem ad priorem, vt patet ex vi nominis, hæc autem adhuc dicitur dupliciter; primo simpliciter, qua ratione omnes causæ creatæ, siue corporeæ, siue incorporeæ dicūtur secundæ, quia omnes supponunt Deum, vt causam primam, à qua pendent quoad esse, & operari: Secundo dicitur causa secunda, secundum quid, & in aliquo genere; quo modo elementa dicuntur causæ secundæ in genere C corporearū, quia supponunt concursum cœlorū, tanq̃ prioris causæ; & hinc oritur diuisio causę secundæ in magis proximam, proximā, & remotam, quæ diuisio sumitur in ordine ad effectū, ad quem vna causa concurrit magis proximè, quam alia, & quæ magis proximè ad effectum concurrit, dicitur secunda respectu remotæ, quæ dicitur prior.

3 *Diuisio causarū secundarū.* Quarto not. Ex causis secundis alia dicitur vniuersalis, alia particularis; seu, vt loquitur Arist. alia dicitur posterior, alia prior, quas explicant Sot.q.3. diuis.3. Tol.q.7.fund.5. Albert. tr.2. c.8. Suar. disp.17.met.sect.2. Masius c.3. q.4. & quidem vniuersalis alia in prędicando, D vt omnia prædicata, quæ conueniunt pluribus causis, vt sciens, & artifex respectu medici; Alia in causando, cum scilicet res potest producere plures effectus, & si sit singularis in essendo, vt Deus, cœli. Ex quo patet dupliciter etiam dici causā particularē oppositā cāæ vniuersali; vnā in prædicando; alterā in causando; causam vniuersalē in prædicando differre à causa vniuersali in causando; nā vniuersalis in prædicando attenditur respectu effectus illi adæquati, vt artifex dicitur per se causa operis artificiosi, & per accidens dicitur respectu effectus inadęquati, vt artifex respectu nauis; nam concurrit E ad nauem rōne differentiæ additæ artifici; qua rōne Arist.1.post.tex.30. negat animal esse causam per se respirationis; sed causa vniuersalis in causando per se concurrit ad omnes, & singulos suos effectus particulares.

Quinto not. Causam vniuersalem in causando dupliciter dici posse; primo, vt respicit plures effectus: & hac ratione causa vniuersalis

potest dici, siue sit superior, siue inferior, quomodo potentia intellectiua dici potest potentia vniuersalis in causando, quia potest determinari per plures species ad plures actus; & particularis dicetur, quæ potest in vnum determinatum effectum. Secundo respectu causarum: & ita causa vniuersalis in causando dicitur sola, quæ concurrit cum causis inferioribus, quoad illarum actiones, & effectus: cuiusmodi est prima causa, & cœlestes orbes; cui opponitur causa particularis in causando, quæ solum dicũtur illæ, quæ sunt in inferioribus; & ita accipitur causa particularis ex vsu Philosophorum. Aliæ differentiæ inter hæc duo genera causarum legi poterunt apud Bon. 1. dis. 45. artic. secundo, quæst. 2.

4 Ex his patet, quomodo causa vniuersalis nequeat dici proxima causa; nam respectu effectus immediatè producti habet rationem causę particularis, vt cœlum respectu illuminationis; Quare habet rationem causæ vniuersalis respectu effectuum mediatorum; vnde nunquam vt causa vniuersalis concurrit immediatè; nisi nomine causæ vniuersalis intelligatur Deus, quia immediatè immediatione virtutis, & suppositi concurrit, vt dicemus.

Ex his etiam patet diuisio causæ in proximã, & remotam: seu mediatam, & immediatam, de qua Tol. & Sot. diuis. 3. & 4. vbi etiam disputat, an in omni genere causæ possit signari proxima, & remota, atque in efficiente, & fine id dicit patere, sed in materia negat dari, nisi impropriè, in forma vero dari formam proximam, & remotam in prædicando, vt humanitas respectu hominis, & animalitas; sed in causando nequaquam: potest enim tripliciter dici proxima, vel ratione suppositi, vel virtutis, vel vtriusque, vt alibi. Hæc autem diuisio non est eadẽ cum diuisione causæ in vniuersalem, & particularem, quasi vniuersalis sit remota, & particularis sit proxima, nam Deus concurrens cum alio igne ad productionem ignis, proximè, & non remotè in suo genere, & ordine causæ primæ cõcurrit. Dicitur proxima inter quam, & effectũ nulla causa mediat; remota quando mediat, vt auus respectu nepotis, & orbes cœlestes respectu generationis v.g. ignis; nos igitur hic expẽdemus naturam causæ secundæ, & primæ, quare sit.

5 Sexto not. necessario ponendam esse aliquã primam causam rerum omniũ creatarum, quæ à nulla alia causa trahat principium. Patet ex 2. phy. tex. 43. & 44. & ratione, quam, ibi affert; *Sunt enim, inquit, qui mundi huius, aliorumque omnium causam in casum referant: conuersationem enim, & motum eum, qui vniuersum distinxit, & in hunc ordinem redegit, casu esse: & hoc sanè admiratione maxima dignum est; quod enim animalia quidem, & plantas, neque esse, neque fieri à fortuna, sed aut naturam, aut mentem, aut aliquid aliud tale causam esse affirmet, propterea, quod è cuiusque semine non quoduis fiat, sed ex tali oliua, ex tali autem homo: cœlum vero, & ea, quæ inter se sensilia diuiniora sunt, casu effici censeat, talium que eorum nullam, qualis plantarum, & animalium est causam esse.* Ex quibus patet, dari primum principium huius mundi; nam si domus, aut horologium, & similia fieri non possũt casu, qua ratione casu poterit esse ordinata series tot creaturarum.

Conf. ex repugnantia processus infiniti in causis per se, vt infra ostendemus; nam, cum omne, quod est productum, ab alio producatur, debet in huiusmodi productione sisti in aliquo producẽte improducto, nam creaturę, non solum sunt productæ secundum indiuidua distributiuè sumpta, sed etiam secundum totas earum species, atq; adeo secundum omnia indiuidua collectiua sumpta, vt v.g. species hominis tota est producta, atque adeo non potest dari aliquis homo, qui producat totam illam, quia produceret se ipsum; neq; potest dari aliquis, qui non sit productus, quia non esset eiusdem speciei cum alijs indiuiduis; ergo debet dari aliquod principium rerum omnium creatarum, quod sit improductum.

DVBITATIO II.

An causæ secundæ habeant vim productiuam, & elicitiuam operationum.

De hac DD. 2. phy. c. 3. vbi Conimb. q. 10. Murcia disp. 4. q. 3. Riuius tractat. 4. q. 2. Hier. Pla disp. de causis p. 3. q. 1. Tolet. c. 3. q. 8. Masius sect. 3. qu. 2. Font. 5. met. c. 2. q. 7. Suar. disp. 18. sect. 1.

ART. I. Explicatur sensus Quæstionis.

Primo Not. nomine causæ particularis posse intelligi eam, quæ distinguitur contra causã vniuersalem, cuiusmodi sunt cœli, & astra, quæ ad plures effectus concurrunt; quare nomine causarum particularium intelliguntur causæ inferiores, & sublunares, & de his putat Hiero. Pla. intelligi quæstionem Secundo posse intelligi, quæ distinguitur contra primam causam: & hac ratione nomine causæ particularis intelliguntur causæ secundæ, de quibus quæritur, an habeant virtutem actiuam, qua influant in effectus.

Secundo Not. quæstionem intelligi de influxu in genere causæ efficientis; nam in alijs generibus causarum non est difficultas, quod causæ influant, vt patet de materia, & forma in proprio genere.

Tertio Not. nomine influxus intelligi veram communicationem existentiæ effectus, ita vt existentia effectus sit ex vi illius causæ.

Quarto Not. effectus productionem posse tripliciter considerari; primo secundum totam entitatem, tam materiæ, quam formæ, & ita cõstat non produci à causis secundis, quia cum materia non sit producibilis ex subiecti potentia, deberent creari; at causæ secundæ non habent virtutem creatiuam: Secundo secundum formam substantialem educibilem de potentia mate-

materię. Tertio, secundum eius accidentia, siue proxima, & dispositiua, siue consequentia, & de his duobus modis potest quæstio intelligi.

Quinto Not. causas aliquas esse inanimatas, vt elementa, & mixta; alias animatas; & ex his aliæ sunt necessariæ, aliæ liberæ.

ART. II. Opiniones DD.

Alij aiunt cãs secundas nihil operari, sed Deum ex pacto ad ipsarum præsentiam.

2 PRima opinio est dicentium causas secundas nihil propriè, & elicitiuè operari, sed Deũ omnia operari ad præsentiam ipsarum ex pacto inito in ipsarum creatione, & ob hanc pręsentiã effectus illis tribuuntur, & ob tale pactum dicuntur naturales. Ita quidam Arabes apud Auer. 9. met. com. 7. & disp. 3. c. 18. & Alber. hic tr. 2. cap. 3. inclinat Gabr. in 4. d. 1. q. 1. tribuitur Trismegistr. & Petro Aliacen. in 4. sen. q. 1. Fundamentum sumitur, ex generali principio Nominalium, quod frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora; cum igitur ad omnia opera Deus concurrat, isque habeat sufficientem virtutem, non est, cur aliæ causæ concurrant.

Confirm. 1. quia creatura à solo Deo habet necessariam dependentiam, cum sine illo fieri nequeat, & præcisa, alterius causalitate ex vi solius diuinæ esse potest; ergo non requiritur efficientia ab aliqua creatura.

Confirm. 2. ex 1. ad Corinth. 15. qui operatur omnia in omnibus: & 2. ad Corinth. 3. nõ sumus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis. & Isaiæ 23. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine.

Confir. 3. à priori; quia productio est communicatio existentiæ; sed hæc non potest cõmunicari ab aliqua virtute creata; tum quia est effectus vniuersalissimus, cum conueniat enti, vt ens; atque adeo requirit virtutem supra totum ens producibile, qualis non est virtus finita creata, sed solum infinitas Dei; Tum quia cum effectus non præexistat in materia, sed de nouo producatur, eorum productio esset creatio, quia formæ producerentur ex nihilo sui.

Opinio Durãdi contraria.

3 Secunda opinio est Durandi 2. d. 1. q. 5. Tribuentis totum influxum necessarium ad effectus ipsis causis secundis, nihil cum illis Deo cooperante, quia effectus non excedunt perfectionem causarum cum causæ, vel sunt eiusdem speciei cum effectu, quãdo causa est vniuoca, vel superioris, & maioris perfectionis, quando est æquiuoca, sed contra, hanc conclusionẽ infra fusius, vbi ostendemus necessitatem concursus diuini in effectus causarum secundarum.

Creaturæ spirituales habent actiuitatem secundũ aliq.

Tertia opinio est dicentium, creaturas spirituales habere actiuitatem, non autem corporales; quam virtutem spiritualem, dicunt, esse diffusam in omnibus corporibus. Est Auicembron. in lib. font. vit. apud D. Thom. 1. p. q. 115. a. 1. & videtur aliquo modo Platonis, qui ponentes ideas dicebant esse aliquo modo causas effectuum proportionatorum suæ speciei, sed differt Plato ab Auicembron. quod Plato solas formas substantiales ponebat separatas, accidentia vero in materia. Fundamentum, quia agens debet esse intimum passo; at quantitas impedit hunc illapsum; ergo agens non debet habere quantitatem.

Confirm. quia corporeum est infimum in substantia, & dissimillimum primo agẽti; quare neque substantiam inferiorem, in quam agit potest habere, neque similitudinem cum Deo; vnde Aug. 5. ciuit. c. 9. corporales causas negat numerandas inter causas efficientes.

Corporibus negant aliq. productionẽ substãtiæ, sed tantum accidentis.

4 Quarta opinio Auicen. 1. suff. c. 10. & 9. metaph. c. 4. & 5. qui concedit corporibus productionem accidentium, sed negat productionem substantiæ, quam concedit substantijs spiritualibus, quas, colchodeas vocabat; & hanc Toletus Themistio tribuit. 1. de an. c. 24. & 3. de an. c. 52. sed Themistius loquitur de anima mundi, quæ vitam tribuit viuentibus inclinat Philo. lib. 2 allegor. nam corporea agentia nihil agunt, nisi medijs accidentibus, quæ non possunt producere substantias.

Confirm. ex genitis, ex putri materia, quę nõ habent ab his inferioribus, nisi materiam dispositam.

Quinta opinio concedit causis secũdis actiuitatem, est D. Thom. 2. contr. gen. cap. 69. & q. 3. de pot. a. 7. & 1. p. q. 105. a. 5. & q. 115. a. 1. 2. d. 1. q. 1. a. 4. Alber. 2. phy. tr. 2. c. 3. Duran. in 2. d. 1. q. 5. ex quibus D. Thom. putat opinionẽ negantium causis secundis actiuitatem esse stultam. sequitur Ruuius 2. physi. tr. 4 de caus. effic. q. 1. Masius c. 3. sect. 3. q. 2. Hieronym. Pla disp. de causis p. 3. q. 1.

ART. III. Opinio Auctoris.

Agens liberũ vere effectiue concurrit ad suos actus.

5 PRima Concl. Agentia creata libera, quoad actus liberos concurrunt per veram efficientiam. Probatur primo ex Trident. sess. 6. can. 4. vbi ait, *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo excitanti Deo, atque vocãti, quod ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac præparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereq; passiuè se habere, Anathema sit.*

Secundo, quia alioqui tolleretur libertas voluntatis; nam hæc non potest consistere in passione, & receptione formæ ab alio, sed in actione, & receptione actus à seipso agente, vel cooperante, vt nos alibi fusè probabimus, ex quibus patet, contrariam opinionem esse errorem in fide.

Causæ necessariæ habent efficientiam in aliquos effectus.

Secunda Concl. causæ secundæ necessariæ habent efficientiam in aliquos effectus. Primo, ex scrip. Gen. 1. *Germinet Terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum*: vbi nota ly *faciat*, quod significat veram causalitatem. nam eodem modo dicitur de Deo, *cuncta, quæ fecerat*: vbi not. est differentia inter terram, & lignum; nam terra dicitur producere, & germinare, quæ non semper significat pro-

propriam causalitatem; nam terra non ipsa effectiuè producit herbas, tamen ita apparet; quia nó est agens, quod videatur illas effectiuè causare, ideoque actio ipsi tribuitur, cum tamen germen sit vera causa, quod à terra alimentum accipiens augetur, terramque scindit; & quia illud germen continetur infra terram ideo terra dicitur germinare, mediante .s. germine, quod in se continet.

Confirmatur, quia infra dicitur Adamo, *Crescite, & multiplicamini, & replete terram* Marc. 4. *vltro enim terra fructificat, primam herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum, & cum se produxerit fructus, statim mittit falcem, &c.* & idem Luc. 13. Matt. 13. & Luc. 21. *videte ficulneam, & omnes arbores cum producunt iam ex se fructus, scitis quia prope est æstas*: vnde Aug. 7. de ciu. cap. 30. Sic Deus, inquit, administrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipsa proprios motus exercere sinat. Idem Damasc. 3. fid. cap 15. Basil. hom. 9. in exameron Anselm. lib. de concord. præsc. & liber. arbitr. ex quibus scripturæ locis, & Patrum auctoritate contraria opinio putatur nō solum temeraria, quia contra communem, sed etiam erronea, quia contra scripturæ testimonia.

6 Secundo Probatur ex auctoritate Aristot. 2. phys. tex. 26. Sol, & homo generant hominē, 2. cœl. c. 3. vnumquodque quorum opus, operis est gratia; & idem 1. Ethic. c. 1. omnia, inquit, esse propter suam operationem.

Confirm. quia productio animæ rationalis, distincta est ab aliarum formarum productione, quia ad illam solus Deus, sed ad has etiam causæ secundæ.

Tertio probatur ex Auer. quia patet experientia, ignem habere vim comburendi, non aquam. Neque dicas, Deum efficere illā actionem ad præsentiam ignis, & similiter in alijs, quod Deus producat res ad præsentiam rerū similium; tum quia, quæ proportio est inter currū, & equū, vt Deus ad pſentiā equi trahat currū; similiter cur ad præsentiā astrorū quędā corrumpuntur, quædam generantur, quę enim est hæc similitudo. Tum quia cur ad præsentiam albedinis non producit albedinem, vt dicatur albedo habere vim producendi albedinem. Tum quia hæc similitudo non potest habere locum in causis æquiuocis, in quibus non est similis forma, neque est necessaria similitudo eminentialis si non est actiua. Tum quarto quia aliquando apparet virtutis præsentiam non sufficere, sed requiri concursum partialē, at si præsentia similis formæ esset præcisa ratio, cur Deus ageret, tunc deberet produci effectus ad præsentiam cuiuscumque, etiam partialis.

Respondent id non oriri ex natura rerum, sed ex pacto, & decreto Dei, vt ab ortu cuiuscumque rei actiuæ ex sua libertate statuerit, ad horum præsentiam producere hoc, vel illud; & ideo dicitur productio huius, vel illius, esse naturalis huic, vel illi, quia naturale dicitur, quod rei conuenit à natiuitate.

Sed contra, tum quia sic destrueretur omnis conditio naturalis, & necessaria passio; tum quia omnia possent facilè saluari, atque adeo periret tota philosophia, recurrendo ad voluntatem Dei, neque esset necessitas inuestigādi causas particulares effectuum, & passionum.

Respondent secundo alij, omnem differentiam oriri ex potentia passiua.

7 Sed contra, tum quia est indifferens ad omnes formas, ergo non potest esse causa determinati effectus, vt potius hæc, quam illa forma producatur à Deo habente potētiam productiuam omnium formarum; ergo determinatio aliunde debet oriri: Tum quia eadem potentia materiæ ad præsentiam niuis recipit frigiditatem, ad præsentiam ignis calorem; ergo illa differentia oritur, non ex potentia passiua, sed rerum præsentium. *Oppugnatur efficientiam causarum naturalium non oriri ex pacto Dei.*

Quarto probatur à posteriori ex resistentia rerum, nam oporteret, vt Deus ageret, & sibi ipsi resisteret, quia videmus res inter se ipsas agere, & resistere.

Confirm. ex defatigatione, quam animal in operando patitur; at nulla esset defatigatio, si nihil operaretur, sed tantum ad eius præsentiam alius operaretur; atq; adeo non esset rō; cur ipsum animal defatigaretur.

Quinto, idem probatur ex natura actionū vitalium, & similiter actionum immanentium, quia si causæ secundæ nihil omnino agerent, tolleretur distinctio actionum immanentium, & transeuntium, vitalium, & non vitalium.

Confirm. ex duobus operationibus, quæ in Christo agnoscuntur à Concilijs ob duplicem naturam; ergo debet in illo poni duplex principium respectu illorum, vnum creatum, aliud non creatum.

Sexto, ex defectibus effectuum naturalium, qui non eueniunt, nisi ex ignorantia artificis, 8
vel ex defectu virtutis actiuæ; sed huiusmodi defectus non possunt esse ex causa prima, cum sit omnium perfectissima; ergo est ex causis secundis; quod magis patet ex defectibus moralibus, qui non possunt referri in Deum:

Neque dicas oriri ex libera voluntate Dei, quod noluerit defectus naturales vitare in effectis; nam id dici non potest de moralibus, neque etiam de naturalibus, quia cum ex scriptura pateat Deum perfectè efficere sua opera, quæ ab ipso sunt immediata; *Dei enim perfecta sunt opera*, Deut. 32. non est ratio cur dicatur velle efficere imperfecta.

Denique probatur à priori, quia si non habent virtutem actiuam, vel esset quia virtus actiua non est naturaliter rebus communicabilis; vel quia etiamsi sit, tamen noluit Deus, vt auctor naturæ illam communicare: non secundum, tum quia non decet bonitatem Dei rebus non tribuere vires connaturales, & illas producere in statu perfecto; nam videtur contra illud Genes. *& vidit Deus cuncta, quę fecerat, & erant valde bona.* Neque primum, tum quia sicut nō implicat, perfectionem substantialem esse communicabilem, in qua consi-

sit

stit essentia creaturarum, ita neque implicabat
A communicare perfectionem actiuam, quæ est accidentalis; quia nulla est ratio, cur perfectio maior sit communicabilis, & non minor; tum quia perfectio actiua non includit in seipsa repugnantiam, neque in respectu connaturalitatis cum substãtia increata, imo potius inuoluitur repugnantia in negatione connaturalitatis; nam vnicuique est connaturale habere media necessaria, imo & vtilia ad finem, ad quem ordinatur; at perfectio actiua est necessaria ad finem, ad quem res sunt ordinatæ, tum ratione propriæ conseruationis, tum ratione conseruationis speciei, tum ratione conseruationis Vniuersi, ad quam ordinantur omnia, vt partes ad conseruationem totius.

B Confirm. quia præcisa mutua actiuitate omnia essent ex natura sua æque incorruptibilia, quia eatenus corrumperentur, quatenus per actionem Dei libere ab ipso eliciiam corrumpuntur, vnde fit, ex natura sua non magis esse incorruptibile cœlum, quam elementa inferiora.

9 Tertia Concl. substantiæ corporeæ possunt habere physicam efficientiam. Patet ex dictis, quia quantitas non impedit, sed potius est cõditio iuuans applicationem causæ ad subiectũ; quæ applicatio non debet fieri per illapsum, sed per appropinquationem; neque secundũ se totam est in infimo gradu substantiæ, sed tñ
C secundum materiam, quia secundum formam habet maiorem perfectionem.

Creatura non potest producere substantiam secundũ se totam.

Quarta Conclusio, Creaturæ non possunt producere substantiam secundum se totam, & per se primo, quia sic crearent, quia tota substantia non potest fieri ex subiecto, vt patet; & ideo substantia spiritualis non potest spiritualem producere; nec materia produci ab aliqua causa secunda; quia causæ secundæ non possunt nisi ex materia præsupposita generare.

ART. IV. Soluuntur argumenta Aduersariorum.

10 *Virtus actiua cãusa secũda nõ est frustra*

D AD primum primæ opinionis Resp. virtutẽ actiuam causæ secundæ non esse frustra; tum quia huius perfectio est necessaria ad cõplementum substantiæ creatæ, & vniuersi, vt dictum est; tum quia concursus Dei ad effectus non est simpliciter adæquatus, sed secundum quid .s. in ordine causæ primæ: quare necessarius est concursus causæ secundæ, nam effectus fit ab vtraque causa adæquate, & totaliter, sicut cathedra fit à serra, & fabro; neque id oritur ex imperfectione, & defectu virtutis diuinæ, sed perfectione virtutis, ac bonitate, quia pertinet ad omnipotentiam Dei producere effectus, non solum immediate per suam
E virtutem, sed etiam mediatè communicando virtutem productiuam creaturis, in quo maximè commendatur diuina bonitas.

Quomodo creatura dependeat essentialiter à solo Deo.

Ad primam Confirm. dependentiam creaturæ essentialẽ esse à solo Deo, dupliciter accipi; primo positiuè, & negatur; quia licet quoad dependentiam in genere causæ primæ, & vniuersalis non possit pendere ab alio, quam à Deo, & etiam in genere causæ particularis, quoad actionem creatiuam (de qua re alias) non tamen quoad alias actiones eductiuas. Secundo, negatiuè, quatenus creatura, vt sic, nequeat habere essentialem dependentiam ab alio, nisi illam habet etiam à Deo, & sic conceditur, sed non excluditur actio, & dependẽtia à causa secunda, quia posset esse dependentia ab vtraque causa secundum diuersum modum concurrendi.

Ad secundam Confirm. inde potius colligi contrarium, nam negat ex nobis habere sufficientiam, sed affirmat sufficientiam esse à Deo; tum quia ab eo accipimus virtutem operandi; tum quia concursus causæ secundæ non est sufficiens, sed completur per concursum Dei, tamquam primæ causæ; & licet Deus dicatur operari omnia à se, non tamẽ dicitur, quod ipse solus operatur, sed quia cõcurrit, vt causa prima ad omnia opera, quę nos efficimus.

Resp. 2. loqui de operibus gratiæ, & meritorijs vitæ æternæ, ad quæ necessaria est gratia excitans, & concomitans, vt dicitur in materia de gratia; & ratione gratiæ præuenientis dicitur omnia opera in nobis operari; non autẽ ex eo, quod operatur Deus sine nostra cooperatione, vt patet, ex Trid. sess. 6.

Ad tertiam Confir. Resp. negando existentiam non posse produci à causa secunda. 11
Ad primam probationem Resp. existentiam, vt est quid vniuersale in prædicando, produci per se, & adæquatè à causa vniuersali in prædicando, idest quæ habet potentiam productiuam; sicut artifex ex Arist. dicitur causa per se operis artificiosi, causa autem productiua potest esse, tam Deus, quam creatura: si autem accipiatur, vt est determinata ad aliquam speciem, & vt supponit personaliter confusè, vel determinatè, ita potest produci à causa secunda, vt patet ex descensu, qui fieri potest sub hac propositione (Existentia potest produci à causa secunda): si autem accipiatur, vt supponit personaliter distributiuę, ita existentia non potest produci, nisi à Deo; quia Deus solus potest producere existentiam cuiuslibet rei; cæteræ autem possunt producere hanc, vel illam, de qua re fusè in metaph. cũ de existentia.

Ad secundam probationem Resp. etiamsi forma producatur ab agente naturali ex nihilo formæ, non tamen creatur; quia ad creationem non satis est exclusio præexistentis entitatis productæ, sed exclusio subiecti concurrentis ad productionem entitatis, vt alibi.

Ad argumentum secundæ opinionis infra 12
patebit necessitas concursus diuini ad effectus productos à causis secundis.

Ad fundamentum tertiæ opinionis, ex dictis patere, non requiri illapsum causę respectu subiecti, vel effectus producti, sed sufficere approximationem; quia hæc satis est, vt sit intra sphæram actiuitatis; & ex his patet ad argumenta aliarum opinionum.

QVAE,

QVAESTIO DECIMA.

An substantia creata sit immediatè actiua per suam essentiam.

DVBITATIO I.

An substantia sit immediatè actiua respectu accidentium.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 PRimo Not. actionum, quæ conueniunt substantiæ, alias esse accidentarias, alias substantificas, quæ scilicet sunt productiones, vel accidentium, vel substantiarum, & de vtrisque potest esse difficultas; nos hic primum agemus de productione accidentium.

Secundo Not. accidentia, alia produci per resultantiã naturalem, quo modo relatio producitur à fundamento, figura ex diuisione quantitatis, vel ex termino motus, & passiones ab essentia. Alia produci per actionem propriam, & per se, vt sunt quæ intenduntur ab agente per se, vt v. g. qualitates alteratiuæ, lumen, quod producitur per illuminationem, & vbi, quod producitur per motum localem: Alia produci concomitanter, quæ scilicet producuntur ab agente, tanquam termini secundario intenti, vt v. g. dicitur produci forma ad productionem compositi, & quantitas dicitur comproduci cum materia.

2 Tertio Not. omnem actionem habere aliquem terminum, qui vel recipitur in extrinseco subiecto, vel in proprio, in quo est potentia productiua, & ex his alię dicuntur actiones naturales, aliæ vitales; vitales dicuntur, quæ procedunt à viuente vt sic, vt visio, &c. Naturales vero, quæ procedunt à quacunque alia potentia, vt calefacere, &c.

Quarto Not. cõstare suppositum, atq; adeo substantiam concurrere ad has actiones, saltẽ denominatiuè, & remote; quarè solum manet difficultas, de principio proximo, per quod substãtia immediatè concurrat, & attingat huiusmodi actiones, & terminos earum; an scilicet illud principium proximum, & immediatum sit ipsa essentia substantiæ, an vero sit aliquod accidens superadditum essentiæ.

Quinto Not. ex accidẽtibus aliud dici physicum, quod scilicet habet suam entitatem distinctam realiter ab entitate substantiæ: Aliud dici metaphysicum, quod scilicet non est distinctum realiter à substantia, sed vel formaliter, vel secundum aliquos, ratione, quatenus eadem substantia potest concipi duplici conceptu, vno primario, per quem constituitur eius essentia; altero secundario, qui cum supponat primarium, & concipiatur illi aduenire, habet aliquam rationem accidentis; quomodo aliqui ponunt attributa conuenire essentiæ diuinæ; vnde dubitatio intelligi potest, tam de accidente physico, quam metaphysico.

ART. II. Opiniones DD.

A PRima opinio est dicentium, nullam substãtiam creatam esse immediatè operatiuam per suam essentiam; sed omnem actionem elici immediatè per aliquam potentiam accidentalem, siue sit in proprio subiecto, siue in alieno, siue per dimanationem, siue per propriam actionem, ita communiter Thomistæ, vt Capr. in 1.d.3.q.4. Heru. quodl. 1.q 9. Aegid. quodl. 3.q.10. Sot. q.2. cap. de Propr. ex D. Thom. 1. p.q 54.a.3.q.77.a 1. vbi fusè Caiet. Fundamentũ sumitur ab experientia, qua videmus omnes actiones fieri per accidentia; vt patet ex actionibus alteratiuis, & motu locali elementorum; similiter Cœli agunt per lumen, & B mixta inanimata per qualitates secundas, quæ intenduntur, & remittuntur, imo & corrumpuntur manente substantia; & idem videtur dicendum de actione mixtorum animatorum. 3 *Nulla substantia est immediate actiua per suam essentiam.*

Confirm. quia debet seruari proportio inter potentiam, & actum; at omnis actio pertinet ad prædicamentum accidentale; ergo similiter, & potentia. Maior patet, quia potentia per se ordinatur ad actionem: at substãtia, nec proportionatur accidenti, nec ad illud potest ordinari.

Confirm. 2. quia si essentia substantiæ esset potentia actiua accidentium, deberet definiri per additamentum, quod repugnat Aristot. sequela maioris probatur, quia potentia actiua C definitur per actum ad quem ordinatur; vnde si essentia substantiæ est potentia actiua, deberet definiri per actum, ad quem ordinatur; atq; adeo per aliquid diuersi generis, quod est definiri per additamẽtum, vt patet ex ijs, quæ docet Arist. de definitione per additamentum accidentium.

Confirm. 3 quia in hoc distinguitur substãtia creata ab increata, quod substantia increata non completur per accidentia, sed suum complementum totum habet per suam substantiam; creata vero non habet suum complementum per suam substantiam, sed indiget D accidentibus, vt patet ex experientia: sed non indiget accidentibus, vt compleatur, quoad suum esse in se, quia hoc totum habet per suã substantiam, & modos substantiales; non enim potest compleri quoad suum esse per accidentia, quia ita non esset vnum ens per se; ergo debet compleri, quoad actiones; ergo non est actiua per suam substantiam, sed per accidentia.

Secunda opinio est dicentium, substantiam esse immediatè operatiuam per suam essentiã, neque indigere accidentibus à se distinctis realiter, nisi quoad actiones aliquas sensibiles. Videtur opinio eorum, qui negant, potentias E animæ distingui realiter ab anima, vt Gregor. in 2.d.16.q.3. Scot. q. vn. & in 4.d.45. quæst.3. Marsi. in 1.q.2.art.7. & in 2.q.17.a.2. Duran. in 1.d.2 q.2. & in 2.d.3.q.1. sequuntur multi ex Recentioribus. 4 *Opin. affirm.*

Fundamentum est, quia in hoc distinguitur forma substantialis à materia, quod materia sit re-

receptiua formæ tam substantialis, quam accidentalis, forma vero sit actiua; ergo tam termini substantiales, quam accidentales: Neque dicas, formam esse actiuam, vt principium radicale, at proximè esse actiuam per accidentia; nam materia est receptiua formarum immediatè per suam essentiam; ergo similiter erit forma immediatè actiua.

Respondent, esse diuersam rationem, nam materia cum sit essentialiter imperfecta potest habere actum recipiendi per suam essentiam, quia recipere supponit imperfectionem in principio; at vero actio, cum sit maxima perfectio supponit maximam perfectionem in principio, sed hanc perfectionem non potest habere creatura per suam essentiam, cum sit finitæ perfectionis, non solum in tota latitudine entis, sed etiam secundum talem rationem, & speciem; & ideo indiget accidentibus, vt compleatur in sua perfectione.

5 Sed contra, quia ideo forma est perfectior materia, quia habet vim agendi, & ideo non mirum, si actio supponat perfectionem in principio; at si forma non esset actiua per suam essentiam, sed tantum per accidentia, tunc nõ excederet in perfectione materiam, quia ipsa secundum suam essentiam non haberet, nisi virtutem receptiuam accidentium, per quæ fieret actiua, qua ratione etiam materia sit actiua.

Confirm. quia immediata actiuitas, vel negatur substantiæ, ex eo, quod poneret imperfectionem in illa, & non; quia illud conuenit Deo: vel ex eo, quod poneret perfectionem excedentem naturam substantiæ creatæ, & neque; quia immediata actiuitas conuenit accidentibus, non solum instrumentaliter, sed etiã principaliter; at accidentia non solum carent summa perfectione, sed etiam sunt imperfectiora, quam sit substantia.

Confirm. 2. quia non potest negari immediata actiuitas respectu propriarum passionum vt infra; ergo multo minus debet negari actiuitas respectu eorum, quæ fiunt per passiones substantiæ, quia passiones cum sint principia, debent esse vel perfectiores, vel saltem æquè perfectæ, ac sunt effectus producti ex actiuitate passionum. Neque dicas esse diuersam rationem; nam passiones proprias producit in se ipsa, at alios effectus deberet producere in extrinseco subiecto. Nam maior perfectio est, agere in seipsum, quam in extrinsecum subiectum, quia illud pertinet ad vim reflexiuam, quæ est participatio quædam virtutis spiritualis, & vitalis; hoc autem pertinet ad virtutem materialem, & quasi mortuam.

Cofirmat. 3. quia infra ostendemus, formæ substantiali tribuendam esse virtutem immediatam generandi substantiam; ergo multo magis debet illi tribui virtus immediata producendi accidentia; quia hoc exigit minorem perfectionem, quam illud.

6 Hi tamen Doctores inter se diuisi sunt; nam aliqui agnoscunt distinctionem formalem inter essentiam formæ, & principiũ hoc immediate actiuum, quod realiter est substantiale,
A formaliter vero induit rationem accidentis metaphysici. Ita Scot. cum suis.

Sed alij cum Gregor. & Nominalibus nullã agnoscunt inter illa distinctionem à parte rei, sed solum distinctionem rationis, vnde videntur ponere huiusmodi potentias habere rationem accidentis metaphysici.

Tertia opinio est dicentium, formam substantialem respectu accidentium, neque esse omnino expertem immediati concursus, neq; illum habere respectu omnium effectuum; nam aliqua accidentia fiunt immediatè à substantia; alia vero fieri medijs accidentibus; sed quænam fiant immediatè, quæ vero mediatè à substantia, non facilè dignosci potest ex vi ra-
B tionis naturalis ductæ ex principijs à priori, sed partim recurrendum est ad principia priora lumine naturali cognita, partim ad experiẽtiam: quare Primo docent, omnia accidentia, quæ proximè afficiunt, & complent perfectionem substantiæ in actu primo effici immediatè à substantia per naturalem dimanationem, seu resultantiam, vt intellectus respectu animæ, quantitas respectu materiæ, vel formæ, quia respectu horum nõ potest assignari aliud immediatum principium, quam substantiale; quia non resultant ex aliqua dispositione accidentali prærequisita in subiecto. Ita D. Thom. 1.p.q.78.a.6. loquens de potentijs animæ, hæc
C dicit, *Actualitas formæ accidentalis causatur ab actualitate subiecti, ita quod subiectũ inquantum est in potentia est susceptiuum formæ accidentalis. In quantum autem est in actu, est eius productiuum. Et hoc dico de proprio, ac per se accidenti: nam respectu accidentis extranei subiectum est susceptiuum tantum: productiuum vero talis accidentis est agens extrinsecum*, ex quo colligitur, idẽ dici posse de quacunque alia simili proprietate immediatè connexa cum substantia. 7

Alia accidentia fiunt immediate à substantia, alia medijs accidentibus per alios.

Secundo docent, idem dicendum esse de illis proprietatibus formarum, quæ supponũt quidem aliquod accidens in subiecto, sed ex-
D pers actiuitatis, vt primæ qualitates respectu formarum elementariũ, quę supponunt quantitatem.

Tertio docent, accidentia, quæ supponunt in subiecto alia accidentia, etiamsi producantur in eodem subiecto per dimanationem, nõ produci immediatè per formas substantiales, sed medijs accidentibus. Ita patet ex secundis qualitatibus, quæ resultant ex mixtione primarum, & idem asserunt de figura, & vbi, quę resultant ex quantitate, de quibus nos alibi (nã fortè hæc fiunt concomitanter ab agente, qđ mouet, vel efficit quantitatem, & eius partes, quia quantitati denegatur actiuitas.)

E Quarto docent, omne accidens, quod producitur per propriam actionem distinctam à naturali dimanatione, non produci immediatè à forma substãtiali, sed medio accidente; idque probant tum experientia, & inductione; ex qua colligunt substantiam creatam ex limitatione sua habere, vt per se ipsam non possit es- 8

se principium totale, & proximum actionis accidentalis, quia illi improportionata, sed fieri proportionatam per accidentia; vnde proprium esse dicunt substantiæ infinitæ, quæ cōtinet omnem perfectionem, immediatè influere in omnem effectum, quia excedit omnem proportionem.

Quinto docent, quoad actiones vitales animam partim influere per accidentia, partim immediatè per suam essentiam; & ex hoc influxu, habere, vt actio sit vitalis. Ita Suar. disp. 18. met. sect. 3. per totam, quem sequitur Hurtad. disput. 9. phys. sect. 3. sequuntur Recentiores.

A R T. I I I. Opinio Auctoris proponitur.

9 *Substantia habet aliquam operationem per seipsam.* PRima Concl. substantia habet aliquam operationem per seipsam. Patet ex reductione aquæ ad suam frigiditatem. Secundo, ex productione propriarum passionum; nam necessariò debet deueniri ad aliquod principiū substantiale, ne procedatur in infinitum; rectè enim Scot. in essentialiter subordinatis secundum causalitatem oportere dari causam essentialiter perfectiorem effectis, existentem extra totum ordinem illorum, alias esset processus in infinitum.

Confirm. ex 7. met. tex. 32. *Cæterum ex his proprium substantiæ accipe est, quod necesse est præexistere semper aliam substantiā actu existentem, quæ facit, v. g. animal si animal fit: quale vero, aut quantum non est necesse, nisi potentia solum.*

Responderi potest hæc accidentia, licet immediatè connectantur cum substantia, non tamen per efficientiam substantiæ in accidentia, sed per naturalem aptitudinem, & inseparabilitatem, vt dicitur de materia, & quantitate, qua ratione sufficit potentia receptiua, nulla posita efficientia in substantia, sed solum in agente producente substantiam, quod concomitanter producit passiones.

Sed contra, quia ponimus passiones dimanare à substantia, non solum materialiter, & formaliter, sed etiam effectiuè per naturalem resultantiā immediatè, vel mediatè, vt D. Th. 1. p. q. 77. a. 6. fatetur & est consonum rationi, vt actus primus qualis est forma substantialis habeat hanc efficientiam in actum secundum, qualis est passio; nam in his, in quibus est ordo per se, id quod est primum, habet virtutē sufficientem in actu primo, vt ab eo depēdeat posterius; at inter essentiam, & passiones est ordo per se: ergo, &c. & hoc modo melius intelligitur connexio inter illa, neq; argumentum de reductione aquæ sine efficientia saluari potest, quia accidens de nouo existens debet habere causam efficientem; at hoc efficiens nō potest esse generans, quia tunc non adest, & forte interijt.

Resp. 2. alij, in huiusmodi rebus imprimi à generante qualitates occultas, quibus se possint reducere ad connaturalem statum. Ita Iauellus.

A Sed contra, quia ex nullo effectu hæc qualitas cognoscitur, nisi ex hac operatione, quæ cum possit tribui essentiæ. non est, cur multiplicetur aliud principium; nam hæc occulta qualitas, quæ infrigidat aquam, non infrigidat aliud subiectum, nisi per frigiditatem productam in aqua; quod idem dicimus de ipsa substantia aquæ se infrigidante.

Confirm. quia hæc qualitas, vel negatur esse intensibilis, & remissibilis, & est contra rationē qualitatis, quæ omnes, preter vitalēs, intenduntur, & remittuntur; vnde aqua glaciata grauior est se ipsa dissoluta, cū tamen partes aquę sint æquales, imo plures partes aquę dissolutę, minus sunt graues, quam pauciores glaciatæ: B vel conceditur intendi, & remitti, vnde quæritur, à quo intendatur, quod si dicāt, à Deo, idē dici potest de frigiditatte, atq; adeo tollenda est hæc qualitas.

Respond. 3. hæc fieri per naturalem resultantiam. 10

Sed contra, quia hæc naturalis resultantia, vel est per veram efficientiam, vel non: si primum, habetur intentum, quia causalitas effectiua in actione consistit: vel secundum, & ita videtur dicere Caiet. 1. p. q. 54. a. 3. dum ait, esse per naturalem sequelam absque operatione media; & hoc est falsum; tum quia, vbi non est vera efficientia, non est naturalis sequela causalis, sed tantum illatiua, quod posito vno C ponitur aliud: tū quia ibi est terminus distinctus à substantia, ergo habet causam dantem illi esse: vel igitur illi dat esse substantia ipsa, vel agens producens substantiam, quod habeat duas actiones se inuicem concomitantes; quia repugnat rem distinctam fieri sine distincta actione, quando ex illa re nō componitur primarius terminus alterius actionis, quia actio est solum modus ipsius termini formalis: tum quia hæc resultantia aliquando fit per se sola, & separatim à productione rei, ex qua resultat, vt quando aqua se reducit ad frigiditatem concedente Caietan. q. 54. a. 3. qui idem ait de motu grauium ablato impedimento; at hoc nō D potest intelligi sine noua actione, quia incipit esse aliquid in subiecto, quod prius non erat per se, idest non producta simul alia re. Et hinc patet, idem dicendum de quacunque alia resultantia, etiamsi fit in eodem instanti coniuncta, quia simultas in duratione non tollit distinctionem, cum supernaturaliter saltem possint separari.

Tum quia termini illarum actionum sunt distincti, nam vnius est substantia, alterius est accidens; & vna actio est creatio, altera eductio; vna à Deo solum, altera ab ipsa substantia, quæ non producit se ipsam: Ex quo patet non consequenter loqui Caietan. cum qu. 77. E a. 1. ad. 2. & 3. ait, hanc resultantiam esse per effectionem, sed sine actione; neque ibi D. Tho. negat actionem, sed transmutationem aliquā.

Dices: ergo relatio quando aduenit fundamento ex positione termini, ibi est noua actio per se.

Resp. concedendo iuxta opinionem dicentium

tium relationem distingui à fundamento, sed negari, iuxta opinionem dicentium non distingui, nisi ratione.

Ex his patet duos esse modos resultantiæ; Primus rei, quæ potest separari ab alia, & tunc non censetur per se actio: Secundus rei, quæ potest separari à priori, & tunc censetur per se actio, & propria mutatio; quę differentia non sumitur ex re ipsa, sed ex denominatione sumpta ex separatione, vel concomitantia.

Secundo patet, hanc resultantiam esse per veram efficientiam, quando quod resultat est à parte rei distinctū à re, ex qua resultat; quia vbi non est distinctio, non potest intercedere realis actio, sed tantum secundum modū concipiendi, quæ dicitur efficientia, & denominatio metaphysica, non physica.

Tertio patet, hanc resultantiam naturalem à substantia esse respectu accidentium connaturalium, quæ simpliciter supponunt substantiam, cuius sunt proprietates, nam dispositiones, quæ per alterationem fiunt, & terminantur in instanti generationis ad talem gradum, non dimanant à forma, etiamsi sint connaturales proprietates, quia iam supponuntur prius natura, quam sit substantia.

At Dices, an saltem deinde conseruentur?

Resp. licet nihil certi possit statui, tamen videtur probabile, conseruari, quia ita apparet, cur qualitas magis resistat suis contrarijs, dum est in subiecto connaturali, quam in alieno, licet hoc, dici possit, non esse per influxū aliquem, quo modo Sol conseruat lumen in aere, sed per præsidentiam suæ virtutis, quo modo calidum approximatum alteri, illud cōseruat, ne corrumpatur, ita facile à contrario.

12 Sed difficultas est de conseruatione passionum, quæ dimanant à forma. Respond. Suarez, etiam probabilius esse, conseruari, quia vt fuerunt productæ ab illo principio, ita ab eodem conseruantur, quia est coniunctum, & semper habet eandem vim.

Passiones conseruantur ab eodem principio producēte.

Confirm. quia debent conseruari à Deo, ergo connaturalius est, vt conseruētur per principium illud intrinsecum. Sed hæ rationes, neque aliquid probant, vt patet, quia dici posset illas qualitates non indigere conseruante, quia postquam sunt productæ, si ex vi contrariorum non tolluntur, semper permanent. Ad Confirm. conseruationem Dei non conuenire creaturis, vt alibi.

Quarto patet, hanc naturalem resultantiam distingui à principio efficiente, termino, & informatione, quia hæc omnia esse possunt sine resultantia, nam frigus est in aere informans illud, & tamen non manat ab illo, calor vero est in aere informans, & tamen dimanat; ergo dimanatio est aliquid distinctum ab illis.

Respondent licet illa dimanatio distinguatur ab illis, quando accidens extrinsecè informat subiectum, at in accidente informante subiectum proprium, non distinguitur; nam dimanatio est ipsum accidens, vt informans.

Sed contra, quia informare pertinet ad rationem causæ, dimanare ad rationem effectus.

A Secundo, Dispositio vltima est accidens proprium informans, & non dimanans, quæ tamen deinde resultat, ergo. Tertio, potest Deus impedire hanc resultantiam, cum non fiat sine efficientia primæ causæ, & deinde per solam suam efficientiam ponere intellectum in anima; quia non repugnat efficere se solo, quod efficit per animam in genere causæ efficientis præcise; tunc enim esset informatio sine dimanatione. Ex quo colligitur hanc resultantiam non esse sine aliqua actione, quia id, quod addit supra entitatem formæ est hæc dependentia à causa efficiente.

B Dices: ergo omnis actio non libera fit per naturalem resultantiam; nam vt posita forma resultat proprietas, & ex hac alia proprietas, vt Diu. Thom. 1. par. quæst 77. a. 7. ita posito Sole, ponitur lumen in aere.

Resp. in hoc cōuenire, sed differre, quia resultantia naturalis est omnino intrinseca, & aliquando pertinet ad consumatam productionē rei, quæ tendit ad ponendam rem in connaturali statu sibi debito ex vi generationis, vnde tribuitur generanti ex illo, quod, *qui dat formam, dat consequentia ad formam*; at actio propriè dicta supponit rem constitutā in cōnaturali statu, vnde est magis extrinseca.

C Secunda Concl. Potentia, à qua est resultantia, est essentialis substantiæ, non quidē primario, sed cōcomitanter. Prima pars probatur, quia hæc dimanatio, seu resultantia est ab aliquo principio, cum nō possit esse à se ipsa; sed hoc principiū non potest esse accidentale substantiæ, quia de illo adhuc queri posset, ex vi cuius principij resultet, & conueniat substantiæ; quare vel procedendum erit in infinitum, vel sistendum in principio substantiali, quod sit essentiale substantiæ. 13

Potētia à qua est resultātia cōcomitanter est essentialis substantiæ.

D Secunda Pars probatur, nam cum substātia secundum suam essentiam non ordinetur primario ad huiusmodi dimanationes, & effectus, vt alibi, fit, vt non possit essentialiter constitui primario per ordinem ad huiusmodi dimanationes. Ex quo sequitur probatio tertiæ partis, vt scilicet hic ordo essentiæ conueniat secundario, & concomitanter, quia non est alius modus, quo possit illi conuenire.

Conf. nam multa alia entia sic constituūtur; quantitas enim primario constituitur per extremitatem partium, vt alibi, & tamen per suā essentiam est receptiua accidentium, atq; adeo hic ordo ad accidentia non conuenit illi primario, sed secundario, & concomitanter, sed de hac re fusius in metaphysica.

E Tertia Concl. quando substantia operatur per propriam operationem distinctam à naturali resultātia, debet poni principium aliquod efficiendi, quod sit accidens. Patet ex D. Tho. qui ponit in creaturis proximum principium operandi distinctum à forma, ita p. p. q. 54. a. 3. q. 77. a. 1. vbi Caiet. Capr. 1. d. 3. q. 4. Sot. cap. de Propr. q. 2. Aegid. quodl. 3. q. 10. Henr. quodl. 1. q. 9. & probatur inductione, nā elemēta nullā exercet accidentalē actionem propriam, nisi per qualitates, imo ipsum localem motum per 14

Substantia præter hanc resultantiam operans operatur per accidens aliquod.

Kkk qua-

qualitates motiuas; similiter cœlum agit per lucem, vnde argumentamur, virtutes occultas esse etiam qualitates; similiter mixta inanimata, vt aurum, &c. nam experimur, illas virtutes intendi, & remitti, ac destrui in quo pendent à temperamento qualitatum; quod idem argumentum fieri potest in plantis, quæ operantur per qualitates.

Confirm. ex Eucharistia, vbi corrupta substantia, manentibus accidentibus, manet tota vis agendi.

Hinc probatur de animatis, nam vegetatiua operatur per calorem vitalem naturalem, & per qualitates expellit excrementum, & attrahit alimentum, vt patet ex remissione, & intẽsione harum actionum, & etiam ex diuersitate, qua huiusmodi actiones conueniunt indiuiduis eiusdem speciei. Similiter sensitiua, vt patet ex diuersitate, tum operationum, tũ organorum. & hinc colligimus proxima principia intellectionis, & volitionis esse accidentia.

15 Secundo probatur, quia substantia præter generationem substantię non habet, nisi actionem accidentalem; ergo principium huius est accidens. consequentia probatur, quia proximum principium generationis substantialis est accidens, tum parando viam ad generationem per alterationem, tum cooperando instrumentaliter ipsi substantiæ ad eductionem formæ substantialis; ergo multò magis principium accidentalis operationis, quia substantia magis improportionata est ad operationem accidentalem, quam substantialem.

Tertio probatur à priori ex generali ratione substantiæ creatæ, vnde fit Deum non posse producere substantiam, quæ per se ipsam operatur, quod videtur incredibile cum ille modus operandi non videatur requirere perfectionem infinitam in genere substantiæ, vel entis; omnis autem perfectio, quæ hanc illimitationem non requirit non videtur non posse esse connaturalis creaturæ; tamen id potest probabiliter duci ex inductione facta, & ratio esse potest improportio inter substantiã, & accidentalem actionem, quæ non possunt coniungi, nisi per potentias accidentales; quare sola substantia infinita, quæ omnem improportionem excedit, potest illam distantiam superare.

16 Confirmari potest, nam omnis operatio substantiæ præter generationem substantialem, vel tendit ad generationem substantiæ, vel nõ: sed prima requirit principium accidentale, cum sit dispositiuè ad substãtiam; si enim substantia, quæ fit, requirit, vt fiat per accidentia, disponentia, cur etiam substantia, quæ efficit, non efficiet per accidentales dispositiones. Neque hæc ratio habet vim solum in agente vniuoco, sed etiam æquiuoco, modo sit finitum; tum quia, vt continet eminenter formam substantialem per suã substantiam, ita dispositiones per sua accidentia perfectioris rationis; quia cum forma substantialis sit in se limitata, non potest continere perfectiones diuersorum generum; tum quia omnis forma substantialis cuiusque sit perfectionis, requirit dispositiones in materia, vt informet; ergo etiam, vt operetur, ad disponendam materiam pro forma substantiali vtetur dispositionibus accidentalibus. Ex quo fit, quod substantia producens accidens in extrinsecum subiectum necessario exigat potentiam accidentalem.

Quarta conclusio, substantia ad operationes non ordinatas ad substantialem generationem concurrit per potentias accidentales. 17

Substantia concurrit per potentias accidentales ad operationes nõ ordinatas ad substantialẽ generationem.

Probatur, Nam omnes hæ operationes pertinent ad operationes vitæ intellectiuæ, vel sensitiuæ, nam illuminationem, & productionem specierum, constat, fieri ab accidentibus, & operationes vegetatiuæ omnes tendunt ad generationem, nutritionem, vel augumentationem, quæ sunt generationes quædam.

Aliæ autem transeuntes actiones fiunt, vel alteratione per se primo terminata ad aliquam ex primis qualitatibus, vel solum consistunt in motu locali: quare de sensitiuis probatur primo ex varietate ipsorum, & varia dispositione organorum requisita pro illis; ergo non possunt esse immediata ab anima præcisa actiuitate accidentium. Secundo, quia cum sint immanentes si à formis solum elicerentur, ibi tantum reciperentur, vnde in homine essent spirituales, imò in omnibus essent tales, quia cum omnis forma haberet operationem independentem à materia subiectiuè, esset etiam independens à materia, atqueadeo subsistens, nam ex hoc principio colligitur spiritualitas animæ rationalis.

Secundo, de operationibus partis intellectiuæ ex varietate ipsarum; nam vbi operatio intellectualis, est accidentalis, est magna varietas in operationibus illius gradus, cum igitur substantia sit ex se indifferens ad has operationes, debet determinari per proprias facultates, species, & habitus; nam debet habere potentiam per se primo ordinatam ad illam operationem; quia cum instituatur propter operationem, non debet institui sine virtute per se primo ad illam ordinata; at virtus per se primo ordinata ad accidentalem operationem, accidens est, cum ab illa speciem sumat.

Confirmat Duran. quia anima rationalis per suam substantiam informat, & non per intellectum, & voluntatem; alias hæ potentiæ essẽt organicæ.

Hinc patet, motum progressiuum animalis esse etiam à virtute accidentali; nam si operationes magis intimæ sunt à tali virtute, multo magis motus.

Confirm. quia in elementis est virtus motiua accidentalis.

Ex his patet necessitas harum potentiarum, non enim sumitur à priori, sed à posteriori inductione facta in cæteris animantibus; nec obstat perfectio substantiæ; quia non semper, quod perfectius est, potest ꝑducere, quidquid potest res imperfectior: Deinde ex eo probatur esse principium radicale. 18

Dices

Dices essentia producit potentias; ergo & operationes; quia continens eminenter potentias, continet quidquid potest potentia.

Respond. primo, negando consequentiam, quia potest esse limitata ad producendam perfectionem proprij suppositi, & ad talem modum actionis, vt grauitas mouet proprium subiectum, & non aliud. Secundo, non sufficere quamlibet continentiam ad producendam actionem, vt agens, & phantasma producunt species, & non intellectionem per se. Tertio, essentia non continet eminenter passiones, sed tantum instrumetaliter, cum illa actio tribuatur generanti, tanquam principali.

19 *Substantia animæ per se ipsam concurrit ad actus vitales.*

Quinta Conclus. substantia animæ per seipsam, præter concursum potentiarum, concurrit ad actus vitales. Patet experientia, nam ad videndum requiritur specialis animæ attentio, nam licet oculo sit præsens obiectum, etiamsi aliunde non impediatur, ex eo solum, quod est distractus, & alia cogitat, non operatur; ergo oportet, quod anima attendendo, aliquid operetur, & quasi vtitur potentia.

Confir. quia constat, non posse viuens operari per duas potentias æque perfectè, ac per vnam; cuius rei ratio solum est, quia anima est finitæ virtutis, ergo quo pluribus applicatur, eo est minor in singulis; vnde si daretur intellectus separatus ab essentia animæ, non posset intelligere. & ex hoc apparet vnio harum potentiarum; non enim voluntas potest aliquid amare, quod non fuerit præcognitum; cuius ratio est, quia idem est principium, quo vtitur intellectus ad cognoscendum, & voluntas ad amandum: & à priori ratio est, quia in hoc sita est essentia operationis vitalis, vt procedat à principio maximè intrinseco, quale est anima de qua re fusius in libris de anima.

DVBITATIO II.

Qua ratione accidens producat accidens instrumentaliter ne, an principaliter.

DE hac quæstione Georg. in 2. physic. q. 2. d. 1. Conimb. q. 18. a. 3. & 5. & q. 19. Suar. disp. 18. sect. 4. 5. & 6.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 *Duplex est actiuitas.*

PRimo notandum, duplicem esse actiuitatē, vnam per resultantiam; alteram per propriam actionem; nam vt diximus; à substantia resultare accidens, ita à quolibet accidente, quod est capax proprietatis, potest resultare aliud modaliter, vel realiter distinctum, vt à quantitate figura, vel relatio æqualitatis, nam vnaquæque essentia potest esse principium suæ proprietatis; vnde hæc actiuitas, nec ipsæ materiæ primæ denegatur. Dubitatio intelligitur de actiuitate, & efficientia per propriam actionem.

A Secundo Notandum, experientia constare, potentiam productiuam proximam accidentis esse aliquod accidens, vt optimè Arist. 2. de genet. tex. 3. nam calor ignis calefacit carnes in olla positas per elixationem: at illa actio non potest esse à forma ollæ, vel aquæ, cum illis aduersetur; sed difficultas, ad quod prædicamentum pertineat accidens actiuum.

Tertio notandum, cum sint nouem genera accidentium, non omnibus tribui actiuitatem: 2
patet inductione; nam quantitas non solum non est actiua, sed negatur ex probabili opinione posse de nouo produci per actiones agentium naturalinm, cum ponatur coæua materiæ; neque in augumentatione producitur quantitas, sed quantitas, quæ erat in vna

B materia, additur alteri, quæ additio semper fit ex vi alicuius causæ alterantis, vel generantis, vel mouentis localiter; neque in diuisione cōtinui, vel rarefactione termini fiunt per propriam actionem, sed per resultantiam; vel dicendum fieri concomitanter à diuidente, vel rarefaciente.

Quarto notandum, relationem non esse principium actiuum; nam vel sunt increatæ, & solum ponuntur ad subsistendum; subsistentia autem est terminus naturæ, non principium agendi; vnde opera Trinitatis ad extra dicuntur indiuisa: Vel creatæ, & hæ, vel sunt identificatæ cum fundamento, & hæ non possunt

C habere actiuitatem, nisi ratione fundamenti, vel sunt distinctæ, & vel producunt terminum absolutum, & non; quia hic secundum suam entitatem est perfectior relatione; vel aliam relationem, & neque; tum quia hæc non est producibilis per propriam actionem, sed tantum per resultantiam; tum quia relatio producta, vel est diuersæ speciei, & sic perfectior, non potest produci; vel eiusdem speciei, & sic imperfectior, neq; poterit; quia vel producit illam in alio subiecto, & non apparet aliqua ratio, cur entitati tam imperfectæ tribuatur tam magna sphæra actiuitatis: vel in se ipsa, & neque apparet, quomodo fundat rela-

D tionem eiusdem, vel imperfectioris speciei.

Dices relatio potest habere rationem finis; ergo, & efficientis; quia illa causalitas est nobilior. antecedens probatur in eo, quod operatur aliquid gratia honoris, quę relatio quędam est.

Resp. negando consequentiam, quia licet finis ratione alicuius bonitatis habeat maiorem perfectionem, quam efficiens; tamen efficiens ex modo, quo mouet, requirit maiorem quandam perfectionem entitatis, cum moueat per germanam actionem; quæ ratio causandi non potest conuenire relationibus, quæ sunt tantū habitus ad alium, minimæque perfectionis ex

E Auer. 12. met. 19. nam si relationes ob tenuitatem sui nequeant actionem terminare, multo minus, & inchoare, quia adhoc plus exigitur, quam ad illud.

Quinto Not. ex natura actionis constare, 3
ipsam non esse principium agendi; nā est cau-

ſalitas principij actiui; vnde comparatur ad terminum, vt via ad illum: Neque poteſt eſſe principium aliorum; quia naturaliter ex actione non ſequitur actio, ſed ad ſummum ex termino actionis; neque actio poteſt excedere ſuum terminum intrinſecum, quia cum illo identificatur, vt modus illius, atque adeo non poteſt idẽtificari cum duobus terminis diſtinctis realiter. Neque obijciant actiones immanentes, *quod intellectio dicatur efficere verbum, cognitionem efficere amorem, & delectationem, & omnes actus immanentes habitum, aſſenſus principiorum aſſenſum concluſionis*; Nam reſpondent aliqui excipiendo actiones immanentes, ſed non eſſe neceſſarium, quia non eſt ratio, cur eadem ratione effectus, qui procedunt à lumine, non tribuantur illuminãti, vt principio agendi: ex quo patet, minus placere, quod tribuitur Conimbr. concluſioné non intelligi de actionibus, quæ ſunt accidentia fluentia, ſed de accidentibus phyſicis, quas, putant, eſſe in genere qualitatis, ſicut illas in genere actionis. Sed reijcit Suar. quia non poteſt eadem actio identificari cum terminis diſtinctis realiter; neq; põt excedere actio ſuum terminũ. Sed replicãt Conimb. actiones immanẽtes reſpectu illorũ terminorũ nõ ſe habere, vt principia actiua, ſed vt actiones, ſed falluntur, quia non poteſt eſſe actio ſine termino, neque actio diſtingui realiter à ſuo termino; at habitus eſt diſtinctus à cognitione, & cognitio eſt ſine habitu: Quare Reſpon. vt illuminatio habet terminum intrinſecum, qui deinde eſt principium actionis vlterioris, ſi quæ eſt conſequens; ita actiones immanentes, vt actiones ſunt, habent ſuos terminos intrinſecos, qui sũt qualitates, quæ ſunt proxima principia vlterioris actionis; vt cum de actione; nam vt in habitu diſtinguimus rationem qualitatis à productione ſeu dependentia à ſua cauſa; ita in actu diſtinguimus rationẽ qualitatis ab actione, quæ fit à ſua potentia. Ex quo patet idem dicendum de paſſione, cum ab actione diſtinguatur, vel ratione, vel tantum formaliter: ſolum obijcitur motus localis, qui eſt paſſio quędam; at latio eſt cauſa caloris; Sed Reſpond. eſſe tantum viam ad vbi, vnde eſt conditio neceſſaria, vel vtilis ad applicandum principium actiuum, vel ad remouenda impedimenta, & hoc modo aliquando calorem, aliquando etiã frigus cauſat.

4 Sexto Notandum, multò minus actiuitatem tribui poſſe loco, vt ſic; quia vel locus accipitur pro extrinſeco, & non diſtinguitur à ſuperficie, niſi per reſpectum continentiæ; quare ſicut ipſa quantitas non eſt actiua, ita nec locus: vel accipitur pro intrinſeco, & non diſtinguitur ab vbi, ſeu præſentia locali; at vbi patet, non eſſe actiuum; quia eſt tantum modus, & per ſe non affert propriam entitatem; neque apparet effectus illius, quia non poteſt producere aliud vbi in aliud corpus, cum vbi ſit terminus motus; at vbi non elicit motum localem, ſed virtus motiua; ex quibus patet idem de ſitu, tempore, vel quando, & de habitu, vt eſſe veſtitum ſecundum rationes præciſas, quibus prædicamenta conſtituunt; quia ſitus in re non diſtinguitur ab vbi, niſi ſecundũ denominationem aliquam, vel relationem, vel figuram, & ſimiliter habitus addit tantum denominationem extrinſeçam, & duratio, vel nõ diſtinguitur à re, vel ſecundum modum; quare vt ſic non ſunt actiua, ſed res ipſæ, quarum sũt modi, poſſunt eſſe actiuæ.

Septimo Notandum omnem potentiã actiuam accidentis per propriam actionem eſſe in genere qualitatis. patet ex dictis, quia excluſimus hanc actiuitatem à ſingulis alijs prædicamentis accidentium. 5

Confirm. nam actiones omnes ſenſibiles videmus prouenire à primis qualitatibus, vel alijs, quæ primas qualitates virtualiter continent; & ſimiliter actiones vitales; & ratio à priori eſt, quia actiones conueniunt compoſito ratione formarum ſubſtantialium; at formæ ſubſtantiales dupliciter poſſunt concurrere ad productionem accidentium; vel remotè, & indigent virtute proxima, qua determinentur ad talem actionem, hæc autem virtus eſt qualitas quædam: vel concurrunt proximè, & vel adæquatè, & hoc formæ ſubſtantiali nõ conuenit, vt infra; vel inadæquatè, vt dicuntur concurrere ad actus vitales, & tunc indigent inſtrumento, cum quo ſimul concurrant; hæc autem inſtrumentalis virtus non poteſt pertinere, niſi ad prædicamentum qualitatis. Maior probatur, nam omne compoſitum naturale, cum conſtat ex materia, & forma, vt principio actiuo, & paſſiuo, illis tributa ſunt duo principia adminiſtrantia, ſcilicet materiæ quãtitas, per quã recipit accidentia; & formę qualitas, per quam operetur.

Dices omne obiectum concurrit ad intellectionem ſui ex Auguſt. 15. de Trinit. cap. 26. ſed cœtera præter qualitates ſunt obiectum.

Reſp. & dico primo, ſpeciẽ immediatè cõcurrere ad intellectionem.

Dico ſecundo, non omne obiectum, quod intelligitur per ſpeciem dicitur actiue cõcurrere ad intellectionem, ſed tantum, quod producit proximè, vel remotè ſpecies; nam ita ſpecies cenſentur eorum inſtrumenta.

Octauo Not. licet potentia actiua proxima pertineat ad prædicamentum qualitatis, non tamen omnes ſpecies qualitatis ſunt actiuæ; nã figura nõ eſt per ſe principium alicuius actionis ex Diu. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 96. art. 2. & 2. contr. gent. cap. 76. 3. contr. gen. cap. 105. vbi Caietan. & Ferrar. Scot. 4. diſt 1. quæſt. quinta, Thien. 4. col. cap. vlt. & probant ex 12. met. tex. 14. 6 Ethic. c. 6. 2. phy. 2. dum, ait, artefacta, vt ſic, non habere principiũ motus; & ratio, quia figura ex 1. phy 46. non addit rei, niſi quandam compoſitionem, & ordinem partium, ex quo conſurgit modus quidã qui eſt modus quantitatis. 6

Confirm. quia non apparet effectus, qui fit à figura; non enim ſtatua facit ſtatuã, vel aliud, imo figura rotunda, vel acuta, neque motus localis eſt principium, (quidquid dicat Albert.

4. cœl.

4. cœl. & Dur. 1. d. 45. q. 2.) sed solum ex dispositis ex parte instrumenti, vt facilius moueatur, vel moueat, vel quia minus resistat, vel ei resistitur; ideo enim figura aucta iuuat incisionem, quia quo pauciores partes tangit, eò minorem resistentiam inuenit, vt Aristoteles 4. cœl. tex. 44. vbi Auerr. & in mechan. qu. 8. de qua re nos alibi. Similiter sigillum imprimit figuram, quia quædam partes illius sunt acutiores alijs, & aliæ prominentes, aliæ depressæ, vnde facilius scindunt, & deprimunt quasdam partes ceræ, quam alias; & hinc figura non per se producitur à figura, vt falso Duran. sed quia motis partibus secundum diuersa loca consurgit talis figura; cuius signum est, quod figura in cera, quasi contrario modo consurgit, ac est in sigillo, nam quæ eminent in sigillo sunt depræssæ in cera, & è contra: vnde ablata actiuitate à figura in cœteris speciebus qualitatis, reperiuntur aliquæ qualitates actiuæ; nam habitus potentiarum eliciunt actus, & actus, qui sunt dispositiones, producunt habitus: in genere potentiæ sunt actiuæ, quæ producunt habitus, & actus. In genere passionis est calor, &c. sed in ijsdem generibus sunt qualitates nō actiuæ: nam in specie habitus sunt habitus, qui proximè ordinantur ad aliquod esse, vt sanitas, &c. & gratia inter supernaturales; & in genere dispositionum sunt aliqui actus non producentes habitum, siue quia potentia non indiget, vt in potentia visiua; siue quia habitus non est factibilis, vt in supernaturalibus: similiter in genere potentiæ passiuæ, quæ non est principium agendi; & etiam resistitiua, de qua dicitur, an sit actiua: similiter in genere passibilium qualitatum aliquæ non sunt actiuæ sui similium, vt colores, sed specierum intentionalium, aliæ vtrumque, vt lux, & calor; quædam, quæ realiter tantum, vt potentiæ vegetatiuæ; quædam, quæ neutrum, vt caracter, & incorruptibilitas corporum Beatorum ex Conimbric. Quorum omnium rationem reddere est difficile: solum in vniuersali dici potest, substantiam ad suum perfectum statum requirere hanc varietatem accidentium propter diuersos effectus, vt per alias ageret, per alias ornaretur, per alias conseruaretur. Et hinc fit, vt hæ qualitates omnes pertineant ad formam; participantes aliquam conuenientiam cum forma, quare dicuntur actus: vnde etiam fit, non esse otiosas, neque frustra esse, vt monet Aristot. 2. cœl. 17. 1. Ethic. c. 7. quamuis id (quod nihil sit frustra, sed sit propter operationem) de substantia intelligatur ex Conimbr.

ART. II. Opiniones DD.

7 PRima opinio est dicētium, accidens semper esse instrumentum substantiæ, siue producat substantiam, siue aliud accidens; quia omnes actiones sunt suppositorum tanquam principalis agentis; at nullum accidens est suppositum, sed solum substantia.

pinio affir- mans accidēs semper esse instrumētum substātia.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui putant, accidens ad nullam actionem concurrere, ad quam simul non concurrat substantia, vt principale agens. Refert illam Rubion. in 4. d. 2. q. 6. nam sicut accidens in esse dependet à substantia, ita etiam in operatione.

Alij vero dicunt, semper accidens habere rationem instrumenti, etiamsi producat accidentia sibi proportionata sine concursu substantiæ, quia semper est instrumentum suppositi, tanquam principalis agentis.

Secunda opinio est dicentium, accidens esse agens principale, quoad illas actiones, quas potest producere se solo sine concursu substantiæ; quia quoad illam actionem non habet subordinationem respectu substantiæ, nisi finalem, vel materialem, quæ non sufficit ad rationem instrumenti actiui, nam hoc requirit subordinationem in genere causæ efficientis; sed quoad actiones, quas non potest producere sine concursu substantiæ, habere rationem propriam instrumenti, quia subordinantur in genere causæ efficientis: vnde licet actiones omnes tribuantur supposito, vt agenti (quod) tamen non omnes tribuuntur accidenti, vt instrumento, sed aliquæ illi tribuuntur, vt potētiæ, & virtuti principali, tanquam agenti (quo) nam suppositum, cum immediatè non agat, sed tantum mediatè, & denominatiuè, indiget potentia, per quam mediatè, & physicè influat in effectum; at hæc potentia, per quam agit principale agens, cum constituat illud in ratione agentis principalis, non potest concurrere, nisi principaliter, tanquam id, per quod principale agens agit, & constituitur: neque principale agens distinguitur contra potentiam sui constitutiuam, sed contra agens instrumentale; at si accipiatur principale agens (vt quod) tunc distinguitur, non contra instrumentale, sed contra principale agens (vt quo); quæ opinio mihi placet, nec potest habere magnam difficultatem; solum difficultas esse potest in explicandis actionibus, quas potest accidens se solo producere, & quas cum auxilio substantiæ: vnde est. 8

Opinio neg[ā]s.

9 Tertia opinio est dicentium, ad actionem naturalem qualitatis, v.g. caloris, quando est coniunctus cum forma, cui est connaturalis, concurrere calorem, & formam, v.g. ignis, etiā in extrinsecum subiectum; quando vero est separatus calor æquè agit, ac coniunctus. Ita Maior. 4. d. 12. q. 2. conclu. 3. & 6. Probat primam partem; quia substantia concurrit ad accidens sibi connaturale in seipsa, vt supra; ergo etiam in extrinseca susceptiua subiecta; nā sunt agentia naturalia, quæ appetunt omnia sibi assimilare; vnde fit, fortiorem esse actionem in extrinsecum cœteris paribus, quam in seipsam; quia ad illam actionem sunt duo agentia, scilicet accidens, & forma substantialis: Dixi (cœteris paribus) quia potest aqua esse magis disposita ad recipiendam frigiditatem, quā subiectum extrinsecum.

Accidēs æquè agit coniunctum, ac separatū per alios

Confirm. ex Rubion. quia qualitas debita formæ secundum intensionem summam est producibilis in subiectum extrinsecum, sed non potest produci ab ipsa qualitate vniuoca,

etiamsi æqualiter intensa propter naturalem rationem; ergo debet dari aliud principium: quare omne vniuocum posse producere sibi effectum æqualem intelligitur de principio, quod non habet intensionem.

10 Secunda pars probatur experientia ex calefactione facta ab aqua calida; nam illam elicit solum calor, nihil omnino adiuuante forma substantiali, quia forma substantialis aquæ non continet virtualiter calorem, cum hic sit naturæ illius destructiuus; ergo si accidens existit, potest exire in actum; & quia est agens naturale æqualiter aget, siue sit in subiecto, siue extra.

Confirm. Rubion. quia Deus potest impedire causam secũdam ne exeat in actum sibi debitum, nulla alia impedita, quæ ab illa realiter distinguitur; sed subiectum, & accidens sunt causæ realiter distinctæ efficientes eius rationis virtualiter contentiuæ; ergo subiecto impedito potest accidens non impediri; sed omnis causa necessaria non impedita potest exire in actum circa passum sibi proximum, & dispositum; ergo.

Confirm. 2. quia quando ad aliquem effectũ concurrũt plura realiter distincta, ita vt quodlibet eorum attingit aliquem effectus gradũ, non in virtute alterius, sed tantum per seipsum, tunc quodlibet illorum ab alio separatum potest per se in illum effectum secundũ gradum, in quem poterat coniunctum cum alio principio productiuo, vt patet in luminosis idem medium illuminantibus, quorum quodlibet ab alio separatum est productiuum in medio luminis secundum eundem gradum, in quem poterat non coniunctum: & constat ratione; quia quod est sic productiuum, ẽst per se productiuum, siue alteri copulatum, siue non; quod enim non potest sine alio in effectũ, non est per se illius contentiuum; sed sic est subiectum, & accidens, cum vtrumque possit per se producere effectum secundum certum gradum vnicuique proprium.

Neq; contra hanc rationem instabis exemplo duorum trahentium nauim, quorum quilibet per se ad tractionem huiusmodi operatur, sed neuter sine altero; Nam hæc inæqualitas actionis ideo est, quia id, quod vnum agit in tali motu, non potest mobili indiuiso manẽte separari ab alio, quod fit à concausa, at hæc forma producta potest produci intensior, & remissior; vnde potest vnus gradus produci sine alio.

11 Eamdem videtur sequi Rubionius loc. cit. a. 2. concl. 1. addit tamen concl. 2. subiectum sine accidente posse in intensiorem effectum, quam accidens sine subiecto, quia quanto causa continens virtualiter aliquem effectum est perfectior, tanto potest in perfectiorem effectum; sed subiectum est perfectius continens effectum, quam accidens illi connaturale, ergo. Minor probatur, quia causa æquiuoca est perfectior, quam vniuoca, & quia subiectum est causa accidentis, &c. Neque obstat, quod aqua non potest infrigidare frigiditate ab ea

A remota, quia id est propter impedientem calorem in illa existentem, quem non potest expellere in instanti; sed si abesset ab ea frigiditas non addita forma contraria, iam infrigidaret, per suam formam substantialem.

Quarta opinio est dicentium ad actionem accidentalem in subiectum extrinsecum, vel non vitalem, concurrere solum accidens, quod æqualiter agat, siue existat in subiecto, siue nõ; nam experientia constat æqualem esse actionem caloris, siue existat in aqua, siue in igne, modo sit æqualitas in gradibus, & densitate, imo ferrum candens fortius agit, quam aer & ignis, quibus est connaturalis calor; & quia dicere possent in his esse fortiorem actionem ob B materiæ densitatem; ideo probatur ex actione, quæ fit à sacramentalibus speciebus, quæ æqualis est post consecrationem, ac ante; & quia dicere quis posset, suppleri efficientiam formæ à Deo ad occultandum mysterium; ideo probo ex experientijs positis, quia licet maior densitas conferat, tamen ex alia parte est maior intensio, & actiuitas formæ, quæ secundum aduersarios maxima est. Ita Alens. parte quarta, quæst. 40. a. 1. memb. 2. §. 2. ex Innocentio, vbi ait accidentia, prout sunt mirabiliter non priuantur virtute, nec proprietatibus naturalibus, naturaliter exeunt in huiusmodi opera, quia eis sunt propria per naturam. D. Thom. 3. p. q. 77. a. 3. quia retinens idem esC se cum omni suo modo naturali ad actionem physicã accomodato, potest exire in actus suæ naturæ conuenientes. Dixi (cum omni suo modo) propter corpus Christi, quod manet in Eucharistia, sed non potest naturaliter habere omnem suam operationem, quia non habet illud esse modo connaturali ad agendum. 12

Accidens solũ c-ncurrit ad actionem non vitalem per alios.

Quinta opinio est Suarij disp 18. sect. 5. distinguentis actiones vitales, & non vitales: Primo, ad vitales non sufficere potentiam accidẽtalem, sed requiri ipsam animam, quæ per suã substantiam proximè in suo ordine concurrat, vt experientia colligitur, quia posita præsentia obiecti aperto oculo, adhuc non sequiD tur visio, si anima non attendat: quod si dicatur, id esse, quia species obiecti sensibilis non prouenit ad sensum internum; tunc instes, id esse, quia species non communicatur sensui interno, nisi mediante actu sensus externi; vnde exterior prius natura sentit, quam interior cooperetur; quia hæc subsequitur illam; ergo ratio, cur sensus exterior non sentit non oritur ex interiori sensu, sed potius contra; ergo alia causa quærenda est, scilicet, quia tunc anima non influit; neque referas defectum sensationis in spiritus animales necessarios; qui tunc desunt, nam hoc ipsum confirmat experientiã adductam, quia ad actus non sufficit influxus E potentiæ, sed requiritur concursus spirituum, qui non casu illuc confluunt, sed virtute alicuius facultatis ministrantis spiritus ad illos actus; ergo debet esse aliquod cõmune principium, quod actu vtatur illis duabus facultatibus, & ex naturali inclinatione, vel sympatia ordinans actum vnius ad actum alterius. 13

Opinio Suar. distinguens actiones vitales & non vitales.

Con-

14 Confir. experientia in homine, qui ex nimia attentione ad opus vnius facultatis impeditur quoad aliud; neq; id tribui poteſt ſpiritibus, quia etiam operatio intellectus, quo abſtractior ab imaginatione, eo magis impedit operationem ſenſus, & nutritiuæ partis; quod ſi quælibet facultas ſuam haberet operationẽ, nõ eſſet ratio, cur impediri debeat; quia multiplicatis principijs, ſi vnum ab altero non pẽdet, neq; ambo à tertio, cuius virtus vtrique applicata minuatur in ſingulis, non eſt, cur eorum operationes non ſint perfectiſſimæ.

Confir. 2. ex connexione operationum aliquarum; nam voluntas excitatur ad amorem ex intellectione intellectus; quod non eſt, niſi quia eadem anima per vtramq; potentiã operatur; nam ſola radicalis vtriuſque dimanatio ab vno principio non eſſet ſatis ad hanc excitationẽ, vt patet in alijs potentijs, quæ operãtur ſine influxu formæ; & hinc fit, vt nihil poſſit amari, niſi cognitum.

15 Secundo probatur à priori ex proprio modo operationis vitalis, quæ requirit hanc intimam connexionem cum ſuo principio principali formali, vt fiat modo ſibi connaturali, & vt ſuum principium vitaliter afficere poſſit; nam in hoc conſiſtit actualis vita, & primaria differentia viuentium à non viuẽtibus.

Confirm. quia omnes putant potentiam vitalem ſeparatam nõ poſſe operari; ergo. Quod ſi quis petat, cur igitur ſunt neceſſariæ potentiæ accidentales?

Reſp. quia forma influit vt vniuerſale principium, potentiæ vero vt particulare, & magis accommodatum, ac proprium: neque id eſt propter defectum perfectionis in potẽtia; quia conſtat eſſe maiorem, quam in actu, ſed propter ſpecialem modũ actionis vitalis; neq; repugnat formæ ſubſtantiali immediatè influere in actionem, ſi habeat potentiam accidentalem, qua proximè determinetur ad illam actionem; neq; forma accidentalis dicitur immediatè influere, quia ſola immediatè influat, ſed quia eſt principium determinans formam ad talem actionem, vt cauſa particularis, & dicitur proxima reſpectu primæ, non quia prima non immediate influat, ſed quia particularis eſt in ſuo genere determinans actionem.

Sed de actionibus accidentalibus non vitalibus dicit poſſe fieri à ſolis accidentibus; nam calor producit calorem ſolus, albedo ſpeciem ſine ſuperiori concurſu; vnde duæ qualitates exiſtentes in eadem forma, ita perfectè agunt vnitæ, ac ſolæ.

Ratio à priori, quia ad communicandam perfectionem effectui ſufficit virtus accidentis ſimilis, vel eminentior; neque dicas id etiam eſſe in actibus vitalibus; quia hi requirunt influxum formæ ex peculiari modo actionis vitalis; at in his non eſt tam intrinſeca dependentia.

16 Dices, an ſaltem calor exiſtens in igne iuuetur in agendo à forma ignis, ita vt cæteris paribus fortius agat.

Reſp. ex Rubione affirmatiùe, quia forma habet vim pductiuã caloris in quodlibet ſubiectum ſuſceptiuum caloris. Sed Suarius negat, quia non apparet aliquod ſufficiens ſignũ huius actionis, & poteſt confirmari ex eo, quod forma agat in extrinſecum ſecundum menſuram graduum caloris, quos habet, ita vt non poſſit producere plures in ſubiecto ijs, quos habet in ſe.

Confirm. 2. ex eo, quod videmus accidentia ſeparata à propria forma agere vehementius ob denſitatem, vt patet in ferro candenti, & in euchariſtia: neque hîc dicatur ſuppleri efficientiam à Deo ad occultandum myſteriũ; nam vbi non eſt neceſſarium, non eſt recurrẽdum ad diuinam cauſalitatem.

Et hæc opinio mihi placet, quare reſp. ad argumentum ſecundæ opinionis, formam eſſe productiuam accidentium in ſe, non tamen in extrinſecum, quia ad hoc habet accidentia ſuperaddita, de qua re non eſt locus hic diſputandi, ſed Deo dante agemus in metaphyſica, cum de natura ſubſtantiæ, & accidentis.

ART. III. Opinio Auctoris

17 *Accidẽtia habent impropriam rationem inſtrumenti reſpectu ſuppoſiti, quoad omnes actiones.*

PRima Concl. accidentia quoad omnes habent impropriam inſtrumenti rationem reſpectu ſuppoſiti; quia ſuppoſitum denominatur agere per accidentia, & ſuas potentias; ſicut agens principale denominatur agere per ſuum inſtrumentum; ergo tam accidentia, quã inſtrumenta habent aliquam proportionem reſpectu alterius agentis, quia vtriſq; conuenit eſſe id, per quod agens agit. Dicitur autem hæc ratio inſtrumentalis, impropria; quia virtus, per quam ſuppoſitum agit, eſt forma conſtitutiua illius in ratione principalis agentis; atque adeo proprie eſt virtus principalis; dicitur autem participare rationem inſtrumẽti impropriè, quatenus eſt id, per quod, in quo conuenit cum ratione inſtrumentali, licet diuerſo modo hanc rationem participet inſtrumentum, ac virtus principalis; nam inſtrumentum participat illam propter ſubordinationem virtutis ad virtutem, virtus autẽ principalis illam participat, tanquam forma conſtituens principale agens.

Secunda Concl. accidentia quoad actiones, & effectus, quos non attingunt ſine concurſu ſubſtantiæ, habent rationem propriam inſtrumenti. Patet ex dictis, quia indigent eleuatione, vt poſſint prodire in illas actiones, & effectus. Conſequentia patebit ex dicendis de ratione inſtrumenti, quæ conſiſtit in ſubordinatione vnius ad alterum agens eiuſdem ordinis, & generis quoad actionem.

18 *Accidens non eſt inſtrumẽtum reſpectu alterius accidentis.*

3. Concl. accidentia in productione accidentium ſimilium, vel inferioris perfectionis, non ſunt inſtrumenta propriè, ſed principalia agẽtia principalitate virtutis, & proportionis. Patet ex terminis; vnde benè Scot. in 4. d. 52. q. 3. Palud. q. 4. Maior. q. 1. Aegid. quodl. 3. q. 1. & theor. 43. Suar. diſp. 18. ſect. 6. Dixi (principalitate virtutis) quia conſtat accidens prin-

principalitate suppositi, non esse causam principalem; quia id conuenit subiecto, quod formaliter est causa per accidens, quod est principium (quo) talis actionis. Probant primo aliqui, quia immediatè subordinatur concursui vniuersali Dei. Secundo alij, quia propria virtute efficiunt aliud, quia perfectio effectus non excedit perfectionem causę, ergo nec virtutem, & ad hanc reducitur assimilatio effectus ad causam. Sed hæc ratio difficultatem pati posset de instrumentis artis, quorum proprius effectus, & immediatus nō superat perfectionem ipsorum, quia vt plurimum est motus localis. Tertio alij, quia ignis ita perfectè agit per calorem, & siccitatem, quæ simul habet, ac si solum haberet calorem; ergo signum est ad huiusmodi actiones non concurrere formam; quia huius actio dissiparetur, & minueretur in plura. Quarto alij, quia albedo efficit species intentionales, omnino per accidens ad illas se habente substantia; nam si hæc concurreret, iam ipsa terminaret immediatè visionem, quia immediatè repræsentaretur à specie; & cum idem constet de alijs ex dictis, non apparet, quæ sit ratio instrumenti in illis, nisi solum sit controuersia de nomine: vnde affertur ratio à priori, quia quando causa se sola dat esse effectibus sine eleuatione alterius causæ, est causa principalis, & non instrumentalis; sed huiusmodi sunt accidentia quoad actiones, quas producunt sine concursu, & eleuatione alterius. Maior probatur, quia in hoc distinguitur causa instrumētalis à principali, vt suo loco; Minor probatur, quia calor v. g. productus non excedit perfectionē producentis; tum quia etiam quando est separatus à forma producit similem effectum, vt patet ex speciebus sacramentalibus, & aqua calefacta; imo in ferro candenti vehemētius calefacit; ergo signum est quoad hanc actionem habere sufficientem virtutem, & non pendere ab actuali influxu formæ.

19 Cōtrariū docet Fonsec. 5. met. c. 2. q. 6. sec. 6. & videtur Sot. 2. phys. q. 4. conc. 2. inclinat D. Thom. in 1. d. 3. q. 4. a. 3. ad 2. Primo, quia accidens est ex natura sua subordinatum substantiæ quoad essentiam; ergo etiam quoad actionem; quia actio sequitur esse, ergo talis est actio, quale est esse.

Confir. quia accidens totam suam naturam, & virtutem habet à substantia in genere causæ efficientis, materialis, & formalis; ergo est instrumentum substantiæ, quia instrumentum dicitur, quod habet virtutem operatiuam à principali agente: Neque dicas, hinc sequi, causam secundam esse instrumentum primæ, quia habet virtutem à prima; quia causa prima, & secunda sunt diuersi ordinis, atq; adeo vtraq; potest esse principalis in suo ordine; at accidens, & substantia sunt eiusdem ordinis: vnde cum inter illa sit subordinatio, nō potest in vtraq; esse ratio causæ principalis; ergo in vna, idest in accidente, erit ratio causæ instrumentalis, & in substantia ratio causæ principalis.

Confir. 2. ex communi proloquio Philo- A sophorum dicentium, actiones esse suppositorum ex 1. met. cap. 1. at supposita non sunt accidentia, sed substantiæ.

Resp. hinc rectè probari, rationem instrumentalem impropriam reperiri in accidentibus: non tamen reperiri propriam, quia hæc solum reperitur in ijs, quæ habent virtutem in sufficientem, & subordinatam virtuti alterius agentis eiusdem ordinis, cuiusmodi non est accidens quoad omnem suam actionem, vt dictum est; Vnde resp. quod licet accidens secūdum suam essentiam, & virtutem pendeat à substantia, non tamen quoad omnem actionē, quia quoad aliquas actiones, iam habet in se sufficientem virtutē, licet dependenter à sub- B stantia; virtus autem sufficiens iam habita potest exire in actum sine noua dependentia à substātia quoad actionem; vnde in omnibus, talis est actio, quale est esse: & hinc patet ad primam Confirmationem.

Ad secundam patet ex dictis in prima conclusione.

2. Obijciunt Thomistæ, res per id principaliter agit, per quod principaliter est; quia cum agere sequatur esse, per illud habet agere, per quod habet esse; sed omne agens habet esse per formam substantialem, ergo. Respondeo dupliciter dici principaliter agere; Primo radicaliter, & mediatè, & ita vera est C maior. Secundo, formaliter, & immediatè, & ita falsa; nam agens non agit immediate quācunque actionem per formam substantialem, sed per formam, per quam constituitur in esse proxime actiuo, non per quam constituitur in quocunque esse; vnde aqua calida, licet constituatur per formam substantialem in proprio esse, tamen per calorem constituitur in esse calefactiuam.

Dices: An potentia respectu actionum vitalium sit principale agens? 20 Resp. aliqui, has potentias habere mediam quandam naturam; nam quatenus pendent in agendo ab actuali influxu substantiæ, habent similitudinem cum D instrumento; & quia inter illa duo principia principalius est forma, cui subordinatur potentia, ideo potest dici instrumentum, vt significetur illa subordinatio, & dependentia; quatenus vero concurrunt ad actionem inferioris perfectionis, quam sint ipsæ, habent rationem principalis virtutis saltem partialis; vnde simpliciter puto debere dici principia partialia particularia particularitate potentiæ; & forma dici potest principium partiale vniuersale, respectu potentiarū, & partiale respectu concursus primæ causæ; quare vtrumque potest dici totale, & sufficiens in suo ordine.

Dices 2. quæ sunt actiones, ad quas potest E accidens se solo concurrere, & quæ ad quas non potest sine concursu substantiæ.

Resp. non esse huius loci id determinare, sed de ea re in metaphysica, vbi de ratione communi accidentium agetur.

DVBITATIO III.

Quod ſit principium, per quod cauſæ ſecundæ producunt ſubſtantiam.

ART. I. Explicatur ſenſus quæſtionis.

1 PRimo, ponendum in omnium opinione, ſuppoſitum eſſe illud, quod denominatur operari ex 1. de anim. 64. *humanitas*, inquit, *non ambulat, ſed Socrates*; & ratio, quia illi tribuitur agere, cui tribuitur eſſe, ſed ſuppoſito tribuitur ſimpliciter eſſe, ergo: & quia in ſuppoſito materiali, de quo inſtituitur operatio (nam de ſpirituali ex alibi dicendis conſtabit non eſſe productiuum alicuius ſubſtantiæ) ſunt variæ rationes, nam ibi eſt materia, & forma; exiſtentia, ſubſiſtentia, & accidentia, nunc dubitatur, quænam ex his rationibus ſit principium formale, & immediatum agendi.

Secundo, hic non quæri principium actionis accidentalis, ſiue naturalis, ſiue vitalis; nam conſtat ex dictis, naturaliũ ſola accidentia eſſe proximum principium; vitalium vero præter potentiam proximam, poni etiam ipſam animã per ſuam ſubſtantiam: ſed quæri principium proximum actionis ſubſtantialis, per quã immediate attingitur ſubſtantia; nam omne ſuppoſitum agens dirigit aliquod principium, per quod immediate elicit actionem.

Tertio ponendum, conſtare, exiſtentiã, vel ſubſiſtentiam non eſſe principium huius productionis; nam ex omnium ſententia ſubſiſtentia non eſt tale principium, ſed modus quidã, & terminus naturæ, vt infra; & licet de exiſtẽtia ſoleat dubitari, an ſit principium actionis, an vero ſit conditio, tamen eſt difficultas communis, tam reſpectu actionis accidentalis, quã ſubſtantialis; quare ſolum dubitatur, an hoc principium ſit forma accidentalis, an vero ſubſtantialis; nam de materia omnes conſentiunt, non eſſe principium actiuum, ſed paſſiuum, cum ex hoc maximè diſtinguatur à forma: ex quo fit, principium, quo ſubſtantia producit ſubſtantiam non poſſe eſſe, niſi formã aliquam.

2 Quarto, cum principium actionis aliud ſit inſtrumentale, aliud principale; & hoc vel eſt principale principalitate ſuppoſiti, vel principale principalitate virtutis, de vtroq; inſtituitur quæſtio, quomodo accidentalis forma, vel ſubſtantialis concurrat ad productionem ſubſtantiæ. Hic non intelligitur quæſtio de prinpio principali principalitate ſuppoſiti, quod ſolet dici agens (vt quod) ſed de principio principali principalitate virtutis, quod ſolet etiam dici principale (vt quo) & formale; & de hoc quæritur, quodnam ſit reſpectu productionis ſubſtantialis.

Triplex modus agendi cauſarum proximarum. Quinto ponendum, triplicem eſſe modum agendi cauſarum proximarum, ſeu immediatarum; quædam agunt immediatione virtutis, & ſuppoſiti, quæ .ſ. ſunt præſentes paſſo per proprium ſuppoſitum, & virtute propria illud attingunt, vt cum ignis ex ligno producit ignẽ: Quædam agunt immediatione ſuppoſiti, non virtutis, quæ .ſ. per ſeipſas ſunt præſentes paſſo, vt ſerra ligno, quæ non attingit opus artificioſum per propriam virtutem, ſed per virtutem receptam ab artifice: Quædam agunt immediatione virtutis, & non ſuppoſiti, quæ .ſ. ſuppoſito diſtant à paſſo, ſed attingunt effectũ per virtutem alteri communicatam, quomodo arbor producit arborem per ſemen, & proijciens producit motum in proiecto.

Sexto ponendum, inſtrumenta alia eſſe coniuncta, alia ſeparata à principali agente; ex quibus alia ſic ſunt ſeparata, vt non producant effectum, niſi poſt ſeparationem; alia vero producunt, & dum ſunt coniuncta, & dum ſunt ſeparata, vt calor. 3

Septimo ponendum, à nemine negari formam ſubſtantialem eſſe principiũ (quo) principalitate virtutis reſpectu actionis, tã ſubſtantialis, quam accidentalis; nam cum operationes ſint ſuppoſitorum, illi debet tribui principaliter (vt quo) per quod principaliter conſtituitur ſuppoſitum, quia operatio ſequitur ad eſſe, at hoc conſtituitur principaliter per formam ſubſtantialem. ergo:

Confirm. quia forma ſubſtantialis habet aliquam rationem principij, cum ſit radix totius eſſe, & proprietatum; ſed non poteſt eſſe inſtrumentale, quia intra idem ſuppoſitum non ſupponit aliud principium prius ſe, niſi materiam, quæ cum ſit imperfectior, non poteſt habere rationem principij principalis; ergo forma habet rationem principij principalis; quia omne principium actionis, vel eſt principale, vel inſtrumentale; neque inter hæc datur medium. Ex his patet, tria præcipuè in hac quæſtione controuerti. Primo, an accidentia attingant productionem ſubſtantiæ. Secundo, quomodo attingat, an vt inſtrumentaliter, an vt principaliter. Tertio, quomodo forma ſubſtãtialis ſit principium principale .ſ. an per immediatam attingentiam ſubſtantiæ, an vero ſolũ remote, & denominatiuè.

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 PRima opinio eſt dicentium, cauſas ſecũdas attingere productionem accidentium per formam accidentalem, & per eam diſponere materiam ad formam ſubſtantialem; ad quam diſpoſitionem conſequitur forma ſubſtantialis producta, non quidem ab accidentibus, ſed à cauſa ſecunda per formam ſuam ſubſtantialem, vel deficiente hac cauſa, produci à Deo, vt auctore naturæ concurrente iuxta exigentiã ordinis naturalis, ad cuius prouidentiam ſpectat ſupplere defectus cauſarum ſecundarum naturalium; vnde putant accidentia non attingere ſubſtantiam intrinſecè, ſed tantum extrinſecè, ſeu diſpoſitiuè; & hac ratione dicitur attingi animam rationalem ab homine, & à ſole, cùm tamen intrinſece ſolum attingatur à Deo per creationem, & hæc dicuntur inſtrumenta ad attingendam ſubſtantiam, quia operantur diſpoſitionem accidentalẽ, vt ſubordinata for-

Opinio dicentiũ cauſas ſecundas attingere productionem accidentium per formam accidentalem.

mis

mis ſubſtantialibus, ita Scot. 1.d.37.& 2.d.18. & fuſius 4.d.12. q.3.& ibi Tatar. quem ſequitur Dur.4.diſt.12.q.2. 2.d. 2.q.3. Occh.q.23. Franc, de Mairo. 4.d.12.3.p.q.2. Rubion.q.6. Antonius Andr. 3. met.q. 11. Tromb.12.met. q.6.c.4.Bacc.2.d.18.q.vnic. Achil.3.de elem. du.4. Paueſ.diſp.3.met.c.21 .Burid.2.phy.q.5. indicat Alenſ.7.met.c.32.Iand.1.de anim. q.8. qui negant, accidens vllo modo attingere productionem ſubſtãtiæ,ſiue principaliter, ſiue inſtrumentaliter,ſiue in virtute ꝓpria,ſiue in virtute ſubſtantię Valleſ.cõtrou.14. Hurtad.diſp. 9.met.ſec.5.6.53.ex Duran.in 2.d.1.q.4.n.13.

5 *Prob. accidẽs non attingere ſubſtantiã.* Primo, accidens non poteſt producere ſubſtantiam virtute propria, quia ignobilius non poteſt producere nobilius, vt infra dicemus; Neque in virtute ſubſtantiæ; Tum primo, quia eſſe virtutẽ ſubſtantiæ non poteſt intelligi eſſe, niſi accidẽs; ſed accidens vt ſic non poteſt producere ſubſtantiam, quia ignobilius; ergo neq; vt virtus ſubſtantiæ. Tum ſecundo, quia nihil poteſt dici virtus eius, quod non eſt; ſed ſæpe fit, vt producatur forma ſubſtantialis, neque poteſt aſſignari forma exiſtens, in cuius virtute producatur, vt patet cũ ex calore ferri candentis producitur ignis; non enim ille calor ꝓducit ignem in virtute ferri, vt patet, neque in virtute ignis, quia non eſt coniunctus cum aliqua forma ignis, & cum ignis producitur ex linea reflexa; & pręterea, res eius debet dici virtus, à quo ipſa eſt; ſed ſæpe calor oritur à lumine, & non ab aliqua forma ſubſtantiali præcedenti; ergo.

Confirm. 1. quia natura nõ rectè diſpoſuiſſet res naturales, ſi ad effectum perfectiſſimum tribuiſſet virtutem imperfectam; nam eadem ratione potuiſſet animæ rationali tribuere potentiam materialem ad intelligẽdum; quia magis excedit ſubſtantia in perfectione ipſum accidens, quam accidens ſpirituale excedat corporale; & videmus rebus tributas eſſe varias virtutes magis, vel minus perfectas pro varietate actionum, quæ ſunt magis, vel minus perfectæ; quod ſi imperfectius potuiſſet producere perfectius in virtute perfectiori, non fuiſſet id neceſſarium, ſed ſuffeciſſet, imperfectã virtutem tribuere ad perfectum effectum, quia potuiſſet agere in virtute alterius ꝑfectiſſimi.

Confirm. 2. quia in productione rerum ex putri materia non poteſt hoc dici, nam nõ apparet, cuius virtute producatur animatum; non enim poteſt dici, produci virtute cæli, quia quodlibet animatum eſt nobilius cælo: neque produci à cælo virtute alterius, quia cælũ eſt ſuppoſitum per ſe perfectè ſubſiſtens; quod ẽt patet, ſi fiat aliquod ex prima commixtione elementorum, quam non præceſſerit alia forma mixti.

6 *Probatur idẽ ab Occhamo.* 2. Probat Occh. non eſt ratio, cur hæc actio negetur ſubſtantiæ; ergo magis ſubſtantiæ, quã accidenti eſt tribuẽda, cum ſit magis proportionata ſubſtantiæ, quam accidenti: antecedẽs probatur, quia vel negatur ſubſtantiæ actio immediata propter perfectionem ſubſtantiæ; & non; quia tribuitur Deo immediatè agere: vel propter imperfectionem ſubſtantiæ, & neque; quia immediata actio tribuitur accidentibus, quæ ſunt imperfectiora ſubſtantia.

Confirm. 1. quia in ſubſtantijs nunquã daretur generatio vniuoca, quia ſemper ſubſtantia producitur ab accidentibus, à quibus diſtinguitur ſpecie, & augetur difficultas, quia inter agẽs, & patiens debet eſſe aſſimilatio rõne formalis principij agendi: ergo formale principium producendi ſubſtantiam non eſt accidens, ſed ſubſtantia.

Confirm. 2. quia 2.phyſ.tex.70.formam, finem, & agens, ait, coincidere; ergo forma ſubſtantialis eſt actiua; vnde 3. phyſ. 17. *formam*, inquit, *ſubſtantialem eſſe principium (quo) mouens mouet, vt homo actu, facit hominem.*

Confir. 3. forma eſt principium primæ paſſionis ſine vllo accidẽte, imo & accidentis ſenſibilis, vt cum v.g. aqua ſe reducit per propriã formam ad frigiditatẽ; ergo etiam poterit immediate producere ſubſtantiam ſibi ſimilem.

Confir. 4. quia ſi actio negetur à formis, imperfectior erit materia, cum nihil præſtet cõpoſito, imo accidentia erunt omnibus perfectiora, quia præcipua rerum perfectio conſiſtit in actionibus.

Confirm. 5. quia quidquid perfectionis eſt in accidente debet tribui ſubſtantiæ, cum accidens ſit effectus ſubſtantiæ; ſed immediate producere ſubſtantiam eſt perfectionis in accidente; ergo immediata productio debet tribui ſubſtanriæ.

Hi tamen inter ſe diuiſi ſunt, nã aliqui hanc rationem inſtrumentalem diſpoſitiuã tribuunt accidentibus, quæ ſunt in ipſa materia, in qua recipitur forma ſubſtãtialis, ita Philopon. 2. phyſ. tex. 27. qui hæc inſtrumenta reuocat potius ad cauſam materialẽ, quã ad efficientẽ.

Alij vero hanc rationem inſtrumentalem tribuunt accidentibus, quæ ſunt in ipſo agente producente diſpoſitiones in materia, vt Scotus, & alij.

Secunda opinio eſt dicentium, principium formale, quo ſecundæ cauſæ agunt, eſſe ſolum accidens in virtute propria, non ſolum reſpectu productionis accidentis, ſed etiam ſubſtãtiæ. Eſt Perrer, lib.8.c.13. Ioan.Maior.4.d.12. q.3. quia ignem videmus generari à ſolo calore genito per refractionem luminis, aut per confractionem duorum corporum, vel per calorẽ ferri igniti, & idem patet ex actione, qua aqua conuertitur in vinum à ſpeciebus vini conſecrati, 7 *Opinio affirmans principium formale, quo cauſa ſecundæ agũt eſſe ſolum accidens in virtute propria.*

Confirm. 1. quia ſubſtantia producitur per actionem, quæ eſt inter contraria, lib. de ſenſ. & ſenſibil.c.4.vbi ait, *ignem non agere, vt ignẽ, ſed vt habet contrarietatem*, id eſt vt ibi Alex. quatenus calidus eſt, & ſimile quid docet in 1. de gener. tex. 50.

Confir. 2. quia idem eſt agens diſponens materiam, & inducens formã ex Auer.7. met.31. 12. met. 18. ſed accidens virtute ſua diſponit materiam; ergo inducit formam. Confir.3.& 7. met. 31. vbi ait ſemen facere actu animatum per calorem naturalem.

Tertia

8 *Accidens se solo producere substantiã, vt virtus substãtiæ est.* Tertia est media inter has .s. accidens se solo producere quidem substantiam, sed nõ virtute sua, sed virtute substantiæ, in quo esse virtutem, non est aliquid superadditum, sed est ipsa entitas accidentis, quod ex natura sua est virtus substantiæ, ita D. Thom. p.p.q.77. art.1. q.54. ar.3. & 3.p.q.77. a.3. & illis locis Caietanus, & in 4. d.12. q.1. vbi Capr. & 1.d.3. q.3. a.2. nu.3. & 4. d.1. q.1. a.3. ad 5. Durandi; & 4. contra gent. c.56. vbi Ferr. Sot. hic q.5. Tol. & ad hanc accedit Fons. qui præterea dicit accidens etiam in productione accidentis esse instrumentum, ita sec.6. Fland. 7. met. q.17. a.7. & 8. Aegid. quodl.3. q.1. & 2. d.1. q.2. a.5. Soncin. 7. met. q.7. & 29. Auer. 7. met. 31. Zimar. theor.14. Mars. 2. de gener. q.14. Iand. de sens. & sensat. q.23. putat probabilem Gabriel. 2. d.18. Heru. quodl.3. q.2. Hier. Pla. 2. phys. 3. p. disp. de causis q.2. Hér. quodl.17. q.1. Argen. in 4. d.12. q.5. Palud. q.4. Hispalen. q.1. a.3. Riccar. a.3. q.2. Et ante hos Alber. in 2. d.12. a.12. sequitur Ruu. 2. phys. tr.4. q.4. & 6. Conimbr. 2. phy. c.7. q.18. a.1.

9 *Differentia horum Auctorum.* Hi tamen inter se Primo discrepant in hac virtute accidentis, quia Capr. vult. communicare quandam fluentem virtutem, Caiet. negat sed ipsam essentiam accidentis esse ipsam virtutem, ita vt cum dicitur, in virtute substãtiæ sit constructio in transitiua.

Secundo discrepant, quia Perrer. vult virtute propria; alij virtute substantiæ.

Tertio, quod alij accidens volunt producere omnem actionem in virtute substantiæ; Alij virtute sua producere effectus accidentales, substantiam vero virtute substantiæ.

Quarto differunt, quod alij volunt actionẽ, per quam attingitur substantia non esse distinctam ab ipsa alteratione, sed esse terminum huius, eo ꝙ forma substãtialis resultet ex motu alterationis, vt terminus ex via, ita Caiet. p.p.q. 54. a.3. & idem est principij via, ac termini, quã sequuntur multi ex recentioribus Thomistis.

At alij probabilius putant eas actiones distingui inter se realiter sicut termini earum, tũ quia Aristoteles vbique distinguit alterationem à generatione substantiali, vt 5. phys. & 1. de gener. tum quia terminus generationis, qui est substantia, distinguitur realiter à termino alterationis, qui est qualitas sẽsibilis, ergo & actiones, quia hæ identificantur cum suis terminis.

10 *Tam accidẽs, quam substãtia, vt principium formale immediatũ.* Quarta opinio est dicentium, neque formã substantialem esse principium formale, quo solum immediatè producatur substantia, neque formã accidentalẽ, sed vtramq; esse principiũ formale immediatũ; substãtialẽ quidẽ esse principium principale, accidens vero esse instrumentale. Ita Suar. disp.18. sect.2. nu.14. & 21. vbi primo docet, accidentia proximè, & immediatè attingere eductionem formæ substantialis, tanquam instrumenta substantiæ; Deinde docet, etiam formam substantialem habere suã propriam, & principalem efficiẽtiam proximè, & immediatè circa eductionem formæ substãtialis. Tertio docet, accidentia aliquando esse instrumenta coniuncta substantię, aliquãdo vero esse separata; dum vero sunt coniuncta concurrunt simul cum forma substantiali, cui subordinantur ad productionem substantiæ; cum vero sunt separata, quia non possunt iuuari à principali forma, cuius est instrumentum, iuuantur à causa superiori supplente defectum concursus inferioris causæ, siue illa causa sit cęlum quoad effectus aliquos, qui continentur infra actiuitatẽ illius; siue Deus vt prima causa supplens defectum causarum secundarum. Sequitur Murc. 2. phys. disp.5. q.10. du.2. vbi ait, accidens operari in virtute substantiæ, & eleuari à substantia, quatenus illi communicat suã actionem, ita quod vtrumq; eadẽ actione operetur, vt agentia subordinata, quia accidentia non possunt producere substantiam, nisi adiuuentur à substantia cooperante cum illis.

11 *Formæ substãtiales immediate attinguntur à prima causa.* Quinta opinio est dicentium formas substãtiales, nec immediate attingi ab accidẽtali forma, nec à substantiali causæ secundæ, sed à prima causa solum. tribuitur Platoni, dum hanc productionem tribuit ideis, Philop. 1. phys. in fine, qui tribuit naturæ vniuersali. Themistio 1. de anima c.24. & lib.3. c.2. qui illam tribuit animæ mundi, expresse illam docuit Auic. vt supra retulimus. Fundamentum, quia non põt tribui solis accidentibus, vt Scotus ꝓbat, neq; solum formæ substantiali, vt contra Scotum probatur ex illo principio, quia agens, & passũ debent esse simul, at sæpe forma substantialis est distans à materia. Neq; vtrisque, quia in ea opinione sunt difficultates omnium opinionũ. *Explicatur talis opinio Platonis.* Quod si dicant, quando forma substantialis nõ existit, vel non est applicata materiæ, tunc formam produci à prima causa; tunc obstat illis, ꝙ melius sit semper hanc productionẽ tribuere primæ causæ, sicut dicitur in productione animę rationalis, quia sic magis à miraculis recedimus; neque obstat, quod vna substantia dicitur gignere aliam; nã eodem modo videtur homo generare hominem, quia ad hanc denominationem satis est concurrere ad vnionem animæ cum corpore, neque dicas esse diuersam rationem, quod anima rationalis producitur per creationem, ad quam requiritur minor virtus, quam ad eductionem, qua producuntur cæteræ formæ, quia concursus materiæ ad eductionem non adiuuat virtutẽ actiuam in genere causæ efficientis, atq; tanta virtus actiua requiritur ad producẽdam formam ex subiecto, quam extra subiectum, quia cum tota entitas formæ producatur à causa efficiente, siue sit in materia, siue extra, habet eandem perfectionem, atq; adeo exigitur eadem perfectio in causa efficiente; nam materia solum cõcurrit ad recipiendum effectum, qui in seipso subsistere nequit.

Confir. quia actio productiua formarũ non tribuitur nobilissimis substantijs, quales sunt intelligentiæ, ergo neq; debet tribui substantiæ materiali.

12 *Refellitur.* Verum contra hanc opinionem diximus supra, dum ostendimus causis secundis tribuendam esse virtutem actiuam, tam circa formas accidentales, quam substantiales. Neq; rationabi-

nabiliter ponitur recursus ad causam primam, nisi vbi deficit causa secunda, nam alioqui poneretur duplex miraculum, vnum, quo impeditur actio causæ secundæ, alterum, quo præstatur concursus à causa prima sine necessitate; imo sicut nõ est miraculosa creatio animæ rationalis, quia fit iuxta exigentiã causarum naturalium, ita neq; concursus causæ primæ deficiẽte causa secunda, quia præstatur iuxta exigentiam causarum naturalium, neq; est eadem perfectio formæ ex natura sua subsistentis, & inhærentis, vt patet, licet forma per se inhærẽs possit per accidens non inhærere, vt patet in accidentibus hostiæ consecratæ, in quibus licet sit eadem perfectio quoad speciem, non tamen quoad modum essendi, & ideo ratione modi essendi requiritur in causa efficiente, cuius est dare existentiam maior perfectio.

Ad Confir. resp. inde sequi non posse produci à causis materialibus, nisi motum, quia intelligentiæ non possunt producere in inferioribus nisi motum, at illud patet esse falsum, ob multas formas accidentales, quæ producũtur, quare dicendum est intelligentijs nõ fuisse tributam vnitatem substantificam, quia sint incorruptibiles, at non sic inferiora.

ART. III. Ostenditur accidens dispositiue, & etiam immediate attingere formam substantialem.

13 *Accidens cõcurrit ad dispositiones substantiæ.*

PRima Concl. accidens concurrit ad dispositiones, quæ sunt in materia, quibus præparatur ad recipiẽdas formas substãtiales; quia licet aliqui velint, aliquam ex his dispositionibus esse substantialem, de qua re nos alibi; tamen ex omnium consensu dispositiones communes omni formæ substantiali sunt accidentales; at accidentia sunt infra actiuitatem accidentium sibi similium, vel perfectiorum; productio autem harum dispositionum dicitur alteratio.

Actio dispositiua distinguitur ab eductiua.

Secunda concl. Actio dispositiua est distincta ab actione eductiua formæ substantialis; nã sicut termini sunt distincti, ita & eorum productiones, quia actiones distinguuntur ex terminis, sed dispositiones accidẽtales distinguũtur à forma substantiali, ergo & productiones illarum.

Confirm. ex Aristot. qui 5. phys. distinguit generationem, quam dicit esse mutationom, nõ autem motum; quia non est ex subiecto in subiectum, ab alteratione, augmentatione, & motu locali; & in primo de gener. distinguit generationem substantialem ab alteratione, vt nos alibi fuse probabimus,

14 *Opinio Caietani non distinguentis eductiuã à dispositiua.*

Contrarium docet Caiet. p. p q. 54. a. 3. dicẽs, generationem substantialem nõ propriã actionem, sed terminum præcedentis alterationis, ex qua forma substantialis resultat, & mouetur, vt inde possit probare, accidentia posse producere formam substãtialem; nam idem est principium viæ, & termini illius viæ; sed accidentia sunt principiũ alterationis; ergo & formæ, quæ terminat alterationem. Sequuntur audacter recentiores Thomistæ assumentes mediũ improbabile ad probandam opinionem probabilem; nam primo æquiuocant in ratione termini, nam idem est principium viæ, & termini, quando terminus est intrinsecus viæ; secus autem si extrinsecus; at generatio, & forma substantialis non sunt termini intrinseci alterationis; nã alterationis terminus, vel est ipsa qualitas, quæ est forma producta, vt per illam constituatur compositum accidentale, vel est aliquod mutatum esse, quod dicitur terminare indiuisibiliter motum, extrinsecè quidem quoad existentiam, quia non sunt simul; intrinsece vero quoad necessitatem conceptus, quia non potest intelligi viam continuari, & terminari sine huiusmodi indiuisibilibus ex cõmuni opinione; sed generatio neutro modo pertinet ad alterationem, quia neutro modo illam perficit, sed tantum dicitur terminus extrinsecus, quia sequitur post alterationem, sed per hanc sequelam non tollitur, quin generatio sit actio per se, & distincta ab alteratione, cum sit eductio nouæ formæ realiter distinctæ à præcedẽti, quæ fit in subiecto distincto, idest immediate in materia prima, & tendat per se primò ad nouum compositum per se vnum.

15 *Refellitur opinio Caiet.*

Dices, non esse propriam actionem; quia generatio est per resultantiam ex priore alteratione.

Forma substantialis non resultat ex vi prioris alterationis.

Sed contra, tum quia in opinione Thomistarum in instanti generationis non manent accidentia prius producta per alterationem; ergo non potest forma substantialis, & eius generatio resultare ex vi prioris alterationis; quia hæc resultantia requirit aliquod principiũ per se influens, atque adeo existens in illo instanti; sed in illo instanti nec est alteratio, nec aliquod accidens terminans alterationem; ergo nõ potest ex illa resultare. Neque dicas, resultare ex illa, quia succedit illi; quia successio sine dimanatione nõ sufficit, vt dicatur resultare ex alio; alias forma geniti resultaret ex forma corrupti, cui succedit. Tum quia hęc accidentia cõcurrunt, vt instrumenta ad producendam formã; at secundum Thomistas instrumentum nõ concurrit ad principalem effectum, nisi pręuia aliqua actione; sed hæ dispositiones, etiamsi manent in materia, nullam habent propriam actionem præuiã, per quam eleuentur ad effectum principalem. Tum tertio, quia constat, illam eductionem esse nouam actionem distinctam ab omni præcedenti, & præcipuè intenta à natura; ergo est propria actio, siue vocetur dimanatio, siue sequela, siue resultantia. Tum quarto, quia etiamsi tam generatio, quam alteratio sit ab eodem principio, iam est ab illo secundum diuersam rationem; nam generatio est ab accidente in virtute substantiæ, alteratio vero virtute propria; generatio intenditur vt finis, alteratio vero vt medium. Tum denique, quia si nutritio, & auctio sunt proprie per se actiones, etiamsi fiant præuia alteratione, cum tendant ad generationem partialis substantiæ, multo magis ipsa generatio erit per se actio, cũ tendat ad totalem substantiam.

Tertia

16 *Accidens attingit substātiā immediatè, & intrinsecè, non solū dispositiuè.*

Tertia Conclus. Accidentia attingunt substantiam, non solum dispositiuè, sed etiam immediatè, & intrinsecè, est contra Scotum, & suos, tamen est communis Peripateticorum, à quibus sine euidenti ratione non est recedendum, præsertim cum id fiat probabile primo per experientiam. Nam si carbo extinctus ponatur intra ollam æneam, quæ vehementi igne calefiat, apparet carbonem illum igniri, ita, vt stuppam comburat, non tamen ignita olla, sed tantum calefacta. Nunc, vel in carbone est verus ignis; & quæro, à quo producatur, & cum agens, & patiens ex 7. physic. 10. debeant esse simul, non potest assignari aliud, quam calor, qui recipitur in olla; vel si in carbone non est verus ignis, a quo ignitur stuppa? neq; aliud potest assignari, nisi calor carbonis; & hanc experientiam clarius probat actio, qua species vini consecrati producunt vinum vbi nulla est substantia.

Confirm. nam semen separatum à principali, imo illo corrupto, videmus producere perfectiorem, scilicet rem animatam, vt 2. de anima tex. 10. 7. Metaph. tex. 31. & 3. de generat. anim. vbi semen, ait, esse instrumentum, quo vnum animal generat aliud: & patet ex ouis, ex quibus excluduntur pulli, vbi clarè apparet imperfectius producere posse perfectius: Neque dicas à gallinis fouentibus oua produci, quia constat, excludi pullos ex ouis, sub fimo conditis, & in furnulis, vt refert Scalig. exer. 23.

Confirm. 2. quia conseruatur ab accidentibus, ergo producitur, licet hæc ratio non valeat, quia est conseruatio extrinseca, non illa intrinseca, quæ est productio.

Resp. ad hoc argumentum, primo negando agentia proxima semper esse simul cum passo. Sed hæc responsio repugnat principijs Aristotelis, qui vult agens, & passum debere esse simul, vt alibi ostendimus.

Secundo, negando viuentia produci à semine, sed vltimas dispositiones produci à cælo, animam vero produci à Deo, qui supplet causalitatem agentium naturalium, vbi illa desunt.

Sed contra, tum primo, quia imperfecta viuentia maiorem haberent actiuitatem, quam perfecta, cum illa producant sibi similia, vt plantæ, &c. Tum secundo, quia agentia naturalia non producunt sibi similia, nisi per motum, qui intrinsece terminatur ad accidens, extrinsecè vero ad substantiam; valde tamen consentaneum est naturæ, vt eadem sit virtus attingens dispositionem, & primarium terminum illius, ad quem dispositio ordinatur; quæ ratio non debet intelligi ad mentem Caietani, p. p. quæst. 54. art. 1. ad secundam rationem, Scot. & Fonsec. hic, quod productio substantiæ non sit operatio distincta à productione accidentis; quia sicut termini sunt distincti, ita etiam actiones, quibus producuntur termini: dico tamen esse ab eadem virtute, quæ prius attingit dispositionem, & deinde formam substantialem, siue per se ipsam, siue per accidentia.

Confir. quia eadem actio productiua vnius; est corruptiua alterius formæ oppositæ; sed actio corruptiua est ab accidente, cum actiones corruptiuæ sint inter contraria, 1. physic. 47. 4. physic. 10. 4. de generat. animal. cap. 31. & 1. de gen. tex. 50. vbi actionem scilicet corruptiuam, ait, esse tantum inter contraria.

Respondere possunt accidentia non corrūpere formam substantialē immediatè ponendo formam oppositam, sed mediatè, & dispositiuè quatenus ponūt dispositiones oppositas, ex quibus sequitur corruptio dispositionis conseruātis formam oppositam.

Sed contra, nam dispositiones habent rationem mediorum respectu formarum, quia sunt accidentia instituta à natura ad formas substātiales. At à natura eadem potentia est instituta ad media, & ad finem, vt patet ex appetitu rationali, sensitiuo, & naturali, nam natura non appetit media, nisi propter finem, nec appetit finem, nisi per media. Hic appetitus naturalis non est nisi ipsamet potentia, seu perfectio rei, quæ per suam virtutem inclinatur in finem, siuè illa virtus sit perfectiua, siuè receptiua, siuè aliter causatiua.

17 *Probatur ratione.*

Secundo Probatur ratione, quæ à priori nulla potest esse conuincens, sed persuasiua, ea vero ducitur ex mutua connexione rerum, quæ sunt in vniuerso; natura enim ita instituit res creatas, vt vna altera indigeat; cum enim sint partes vniuersi, mutuo in se amore naturali cōnecti debent, qui fundatur in mutua indigentia ipsarum; hæc autem indigentia consistit, tam respectu existentiæ, quam actionis; cum igitur accidens indigeat substantia ad sui existentiam, & non indigeat quoad multiplicationem suæ speciei, sequitur, vt substantia indigeat accidente, non quidem quoad sui existentiam, nam cum substantia sit prior, non potest pendere ab accidente tanquam ex causa; ergo substantia pendere debet ab accidente quoad actionem, qua multiplicat sui speciem; & licet aliquod accidens sit prior aliqua substantia, tamen in toto genere substantia est prior accidente.

Confir. quia sicut datur ens, quod per suam essentiam solam est productiuū principaliter, vt Deus, & accidens respectu accidentis sibi similis, & aliud ens, quod est productiuū per suā essentiam, sed non principaliter, vt accidens; ita debet dari agens, quod est principale, sed agēs nō per suam essentiam, sed per aliquid superadditum suæ essentiæ, cuiusmodi est substantia in productione substantiæ;

18 *Probatur idē à posteriori.*

Tertio probatur à posteriori, quia nisi tribuatur actio accidētibus respectu productionis substantiæ, sequeretur sæpè totam efficientiam substantiæ tribuendam esse causis vniuersalibus, vel primæ; at hoc est contra rectam dispositionem vniuersi, in quo ex lege naturali omnia administrantur per causas secundas particulares, quando id commodè, & connaturaliter fieri potest: at tribuere aliquo modo accidentibus respectu productionis substantiæ est valde connaturale, vt patet inductione, nam cæteras actiones substantia exercet per

accidentia; quia accidentia tribuuntur substantiæ non solum ad ornamentum, sed etiam ad operandum.

Respondent, esse diuersam rationem aliarum actionū, & huius; quia hæc est substantialis, atque adeo debet habere principium proximum substantiale, vt seruetur proportio inter principium, & actionem; nam sicut terminus actionis est superioris ordinis, quam accidens, ita debet esse principium, hac enim ratione proximum principium intellectionis est intellectus, qui est potentia spiritualis, quia intellectio est spiritualis; neque recte instituisset natura hominem, si substantiæ animæ spiritualis tribuisset potentiam materialem respectu actionis spiritualis.

19 *Quod principium debet esse eiusdem perfectionis cum termino.*

Sed contra hanc responsionem instatur, quia licet principium principale debeat esse eiusdē perfectionis, vel maioris cum termino, actionis; tamen principium instrumentale necessario exigit, vt sit inferioris rationis; sed accidēs respectu productionis substantiæ est principiū instrumentale, quia omnes fatentur generationem substātialem esse nobiliorem omni actione, quam potest accidens producere virtute sua, vt 2. physic. tex. 14. 8. physic. tex. 62. Auer. 4. physic. comm. 129. Simpl. 5. physic. tex. 8. & Thomistæ apud Capreolum 2. dist. 13. a. 3. ad argumenta contra primā concl. Soncin. 7. metaph. quæst. 22. Ferr. 2. contra gent. cap. 17. & probat Scotus, quia perfectio actionis spectatur ex termino; ergo accidens debet habere proportionem respectu actionis substantialis, quæ conuenit instrumento, atque adeo vt sit inferioris perfectionis quoad essentiam, & in ratione entis; licet forma accidentalis, & substantialis conueniant in modo essendi, quod vtraque pendeat à subiecto, & commensurantur quoad subordinationem dispositionis, & formæ; atque adeo commensurantur etiam in ratione virtutis instrumentariæ, & effectus; nam connaturale est, vt sicut substantia per accidentia disponit materiam ad formam substātialem, ita per illa attingat instrumentaliter.

ART. IV. Afferuntur, & soluuntur argumenta contra actiuitatem accidentium in formam substantialem.

20 *Accidēs posset etiam attingere vnionem animæ rōnalis cum corpore.*

SED contra hanc conclusionē primo obijciunt, quod si accidentia instrumentaliter, & intrinsecè attingunt substantiam, possunt etiam attingere hoc modo vnionem animæ rationalis cum corpore, quia hæc etiam educitur ex subiecto, & non est perfectior, quam ipsa substantia formæ materialis; at hoc patet esse falsum, quia cum vnio identificetur cum anima rationali, erit spiritualis, sicut & ipsa anima, cum qua identificatur; atque adeo ipsa vnitio erit actio spiritualis: sed actio spiritualis non potest esse à principio proximo materiali; ergo.

Refellitur resp. Scot.

Respondent aliqui concedendo totum, dicentes, animam vniri materię ab ipso Deo producente animam. Ita Scot. 4. dist. 43. quæst. 3. art. 3. & 2. Riccard. ar. 3. quæst. 2. Conimbr. 1. physic. quæst. 11. art. 3. Henr. quodlib. 11. quæst. 14. qui supponit non attingi per accidentia, sed resultare ab ipsa anima, vt alibi explicauimus; neque tamen hinc fit, generationem hominis non tribui ipsi homini, quia ad hoc satis est, quod homo disponat materiam, & producat organa, quæ exigunt vnionē animæ rationalis cum materia, quæ vnitio dicitur hominis generatio.

Respondent secundo alij cum Capreol. in 1. dist. 15. qu. vnic. art. 3. & in 4. dist. 43. a. 3. ad argumenta Henrici, & Aureoli contra secundam conclus. accidentia materialia attingere vnionem animæ rationalis cum corpore; quia licet sit spiritualis essentialiter, tamen terminatiuè est materialis, quia pendet in fieri, & esse à materia propter essentialem, & actualem habitudinem ad illam, à qua habitudine habet quandam extensionem, cum alia pars vnionis sit in anima respectu pedis, & alia respectu capitis; at quod est hac ratione spirituale potest attingi ab accidentibus instrumentaliter, quod patet ex opinione eorum, qui dicunt, phantasmata attingere instrumentaliter species intelligibiles: neque est eadem ratio de potentia respectu intellectionis; tum quia intellectus est quodammodo causa principalis respectu intellectionis; tum quia inter potentiam materialem, & intellectionem nulla potest esse proportio, neque in ratione subiecti, neque in ratione dispositionis, vel in alio genere, vt inquit Suarius; Verum hæc Suarij ratio non placet; tum quia intellectus non potest dici causa principalis, cum indigeat concursu ipsius substantiæ animæ, vt alibi; tum quia, quod sicut phantasma producit speciem impræssam, quæ est dispositio ad intellectionē, ita posset attingere intellectionem: Denique, quod licet intellectus sit causa principalis, tamen quæritur ratio, cur nequeat intellectio produci per potentiam materialem instrumētaliter, sicut producitur species per phantasma. Verum quid sentiendum sit, dicetur alibi, nunc satis sit, posse probabiliter defendi vtramque opinionem circa attingentiam vnionis animæ rationalis cum corpore; at vero existimo, intellectionem non posse instrumentaliter attingi à potentia materiali, quia est eiusdem rationis in anima separata, & in corpore; at constat intellectionem, quæ est ab anima separata non posse esse à potentia, quæ est proximè materialis; ergo.

21 *Resp. Author.*

2. Obijciunt multa, quibus ostendunt imperfectius non posse attingere perfectius. Propter hoc sit

ART. V. Ostenditur accidens non principaliter, sed instrumentaliter attingere substantiam.

4. CONclus. Accidens non potest virtute propria, & vt principale agens attingere 22

gere

gere productionem ſubſtantiæ. Quia omnis cauſa principalis, vel eſt æquiuoca, vel vniuoca; ſed accidens reſpectu ſubſtantiæ, neque eſt cauſa æquiuoca, cum hæc ſit nobilior effectu; neque vniuoca, cum hæc ſit æqualis nobilitatis cũ effectu; accidens aũt eſt ignobilius ſubſtantia. Maior probatur, quia cauſa principalis cõtinet perfectionem effectus, cũ illi det eſſe, & nemo det, quod non habet; ergo vel continet effectum virtualiter ſecundum eſſe eminentiale, & ita eſt perfectior; vel continet virtualiter ſecũdum ſuum eſſe formale, & ita habet æqualem perfectionem cum effectu ſecundum prædicata formalia.

Accidens dupliciter dat eſſe ſubſtantiæ. Confirmatur, nam dupliciter poteſt intelligi, accidens dare eſſe ſubſtantiæ; primo formaliter, & non poteſt intelligi illud eſſe, quod cauſa communicat effectui, eſſe vel diuerſæ rationis, vel perfectius in effectu, quam in cauſa formali, cum oriatur à forma per communicationem ſui ſecundum ſuum eſſe eſſentiale. Secundo effectiuè, & multo minus poteſt effectus eſſe nobilior ſua cauſa; tum quia eſſentia diuina non poteſt communicare alteri perfectius eſſe, quam ipſa in ſe habeat; ergo multo minus cauſa creata, quæ habet imperfectiorem virtutem agendi, quam ſit ſuum eſſe. Tum quia ſi quando cauſa communicat ſeipſam totam ſecundum ſuam eſſentiam intrinſece, non poteſt dare effectui perfectius eſſe, quam habet in ſe, qua ratione poterit communicare eſſe perfectius in genere cauſæ efficientis, in quo genere non ſe communicat ſecundum ſe totam, ſed ſecundum ſui participationem, præſertim quando eſt æquiuoca; tum quia illam perfectionem maiorem, quæ eſt in effectu, non habet effectus à ſeipſo; quia non eſſet producta, ſed improducta; neque à cauſa imperfectiori; quia cum talis cauſa non habeat in ſe illam perfectionem excedentem, non poteſt alteri communicare, quia nemo dat, quod non habet, & continet formaliter, vel virtualiter: & licet contra hanc propoſitionem afferantur aliquæ inſtantiæ; tamen, vt rectè notat Scotus, in illis non apparet ratio cauſæ adæquatæ, & principalis; ſed ſunt agentia partialia, quæ indigent concurſu concauſæ.

23 Reſpondent aduerſarij, accidentia eſſe quidem ignobiliora in ratione entis, non tamen in ratione productiui.

Effugium aduerſariorum. Refellitur. Sed contra obijcit Scotus, quia virtus productiua, vel eſt entitas cuiuſcunque producentis, vel ſequitur entitatem; nam ideo ex virtutibus perfectioribus, vel imperfectioribus colligimus eſſentias rerum perfectiores, vel imperfectiores; vnde calidiora magis calefaciunt, & doctiores plura, & perfectius docent.

Confirm. quia à ratione productiui non poteſt præſcindi ratio entis, nam id, à quo præſcinderetur remaneret non ens.

Reſp. 2. effectum intrinſecum non poſſe eſſe perfectiorem ſuæ cauſæ, at extrinſecum poſſe; ſubſtantia autem eſt effectus extrinſecus accidentis, nam effectus eius extrinſecus eſt accidens; quia ſubſtantia non producitur ex vi accidentium per actionem, ſed per reſultãtiam, tanquam terminus ſecundarius.

Subſtantialis terminus primariò fit. Sed contra, tum quia ſubſtantialis terminus non fit ſecundariò, ſed primariò, cum ſit finis præcipuè intentus; terminus enim primarius non dicitur, qui eſt magis immediatus, ſed qui magis intenditur, cum terminus dicatur id, ad quod tendit actio agentis, ſiue ex inſtitutione naturæ, ſiue ex libera voluntate agentis: tum quia falſum eſt fieri per reſultantiam, vt dictum eſt ſupra: tum quia etiamſi fieret per reſultantiam debet habere cauſam, quæ immediatè det illi eſſe, & de hac quæritur quænam ſit cauſa ſubſtantiæ.

Secundo probatur concluſio, quia accidentia ſunt ſubordinata ſubſtantiæ quoad ſuum eſſe, cũ ab hac pendeant in omni genere cauſæ; ergo etiam quoad virtutem agendi; ſed agens ſubordinatum alteri quoad virtutem agendi eſt inſtrumentum illius: ſed hæc ratio habet inſtantiam in cauſis ſecundis, quæ ſunt ſubordinatæ cauſæ primæ, & tamen ſunt cauſæ principales; licet reſponderi poſſit hanc ſubordinationẽ eſſe in diuerſo ordine, & ideo manet cum principalitate agendi; at ſubſtantia, & accidens ſunt in eodem ordine agendi: ſed manet alia inſtantia, quod hinc ſequeretur accidentia eſſe inſtrumenta ſubſtantiæ, etiam dum producunt accidentia, quia quoad hanc vim productiuam pendent à ſubſtantia. 24

Tertio, probant alij, quia ſi accidentia eſſent principalia agentia quoad generationem ſubſtantiæ, tunc formis ſubſtantialibus nullo modo tribueretur actio, neque inſtrumentaliter, neque principaliter; at hinc tolleretur generatio vniuoca; ſecundo, falſum diceretur naturã eſſe principium primum motus; vel formas in triplici genere cauſæ, ſcilicet efficientis, formalis, & finalis eſſe cauſas contra Ariſtotelem 2. phyſ. tex. 71. Verum hæ rationes habent aliqͅ effugium, ſicut ẽt illa, quod actiones ſunt ſingularium ſubſiſtentium, non ſolum quia in illis recipiuntur, ſed etiam quia ab illis proficiſcuntur, vt probat Fonſec. 1. metaph. cap. 1. quæſt. 5.

ART. VI. Soluuntur argumenta ſecundæ opinionis.

EX his Reſp. ad argumẽta ſecundæ opinionis. Ad primum Reſp. inde rectè probari accidentia attingere productionem ſubſtantiæ, ſed non virtute propria, ſed ſubſtantiæ; quia licet ibi non appareat ſubſtantia, quę cum producat ſimul cum accidentibus ſubſtãtiam, tamen ibi non deeſſe actionem, infra conſtabit; vnde D. Thom. 3. par. quæſt. 78. artic. 3. ait, aquam conuerti in vinum ab accidentibus virtute ſubſtantiæ tranſubſtantiatæ in corpus Chriſti, de qua re nos infra. 25

Ad 1. Confirm. Reſp. rectè probari contra Scotum formam ſolam, ſcilicet non immediatè agere, ſed per accidentia, vt principia agendi, ſed non negare Ariſtotelem, ipſam actio-

nem, quæ est inter contraria, esse aliquando virtute substantiæ.

Idem accidẽs producit dispositiones, & formā diuersa virtute. Ad 2. Confir. resp. idem esse, tamen diuersa virtute formaliter producit dispositiones, & formam; nam dispositiones virtute propria, formā vt virtus substātiæ; quomodo et patet id, quod dicitur ab Arist. 7. met. 31. A

Dices 1. actio omnis est inter contraria; sed actio, qua immediatè producitur substātia, nō est inter contraria; ergo non pōt dari alia actio immediata respectu substantiæ. Resp. actionem omnem esse inter contraria positiuè, apertè falsum est; quare intelligi debet, vel de alteratiua, vel inter contraria virtualiter, vel formaliter, & aliquo modo opposita. Neq; accidens producit substantiā calefaciendo v. g. sed substentando, quia vt dictū est alteratio, qua producūtur dispositiones, non est formaliter substantialis generatio, sed præuia ad illam. B

Dices 2. accidens est agens materiale, ergo eodem modo agit dū producit dispositiones, ac dum producit formā substātialē; quia omne agens naturale habet vnū modum producendi. Resp. negando agentibus naturalibus cōuenire vnum tm̄ modum agendi, sed sufficere vt agāt ex necessitate naturæ, atq; adeo non sit in potestate ipsorum mutare modum agēdi; vnde modus agnedi, qui illis conuenit respectu vnius effectus, & positis eisdem circumstantijs, semper illi conuenit.

36 *Accidens producit substantiam instrumentaliter.* 5. Concl. accidens producit substantiam instrumentaliter, & in virtute substantiæ, seu tāquam instrumentū substantiæ; quia omnis causa efficiens attingens effectum; vel est principalis, vel instrumentalis; sed probatum est, accidens non esse causam principalem; ergo erit instrumentalis; sed non potest esse instrumentum quoad hanc actionem, nisi substantiæ; tum quia illi terminus productus assimilatur in perfectione; tum quia non potest esse instrumentum alterius accidētis; quia omne accidens est imperfectius substantia; tum quia infra dicemus, accidens eleuari à substantia ad productionem substantiæ; at virtus eleuata est instrumentum causæ eleuantis. C

Confirm. tum quia nisi admittatur, aliquid virtute alterius posse producere se perfectius, non bene natura res disposuisset; nam sicut dedit naturalem appetitū omnibus rebus, vt speciem conseruent; ita etiam debuit dare virtutem, qua assequi possent illum finem, quæ virtus deficeret in plantis, animalibus, & perfectioribus entibus, cum tamen illa virtus sit tributa entibus imperfectioribus. D

Dices, produci animalia à substantia matris. Sed contra primo, tum quia id in plantis dici nequit; tum quia mater perfectior erit viro; tum tertio, quia in animalibus corruptibilibus tenetur communiter, animam esse ætherogeneam, vt est corpus; quare non satis apparet, quomodo pars animæ, quæ informat oculum producat in fœtu formam oculi sine actione circa medium, & sæpe mater caret bracchio, non tamē fœtus, à quo igitur producitur bracchium fœtus. E

Dices 2. non esse mirum entibus perfectioribus, hanc virtutem fuisse negatam, quia scilicet habent virtutem dispositiuam ad nobiliorem formam, vt dicitur de homine. 27

Sed contra; quia ea virtus negatur homini, quia anima rationalis non est producibilis per agens naturale; quare producit omnes alias formas educibiles de potentia materiæ; sed forma cæterorum animalium sunt intra latitudinem obiecti agentis naturalis; ergo debet virtus productiua illarum tribui agentibus, quæ habent inclinationem naturalem ad illarū productionem.

Confirm. tandem ex cap. 4. de sensu, & sensibil. & 7. metaph. 31. vbi dicitur in seminis potestate contineri formam, quod ibi optimè Alexand. & Auerr. docent, & 1. de generat. animal. cap. vltim. ait, masculum habere se, vt mouentem, & agentem: & hæc sufficiunt; nam explicare, quomodo semen concurrat ad generationem, & per quid, est alterius loci; solum notat Soncin. 7. metaph. quæst. 29. ad 2. in eo instanti, in quo producitur fœtus esse formā seminis, ne dicere cogatur aliquid agere, quando non est in se, neq; in alio.

Deniq; probatur ex argumētis, quibus Scotus probat accidens non posse producere substantiam per perfectionem, vel virtutem, quam in se habet, sine concursu substantiæ eleuante virtutem accidentalem ad producendā substantiam; quare omnia eius argumenta petunt, vt explicetur quid sit, accidēs producere substantiam in virtute substantiæ, quod sequenti dubitatione explicabitur.

ART. VII. Ostenditur substantiam per suam substantialem virtutem attingere principaliter substantiam.

6. Concl. principale agens producens substantiam, est ipsa substantia; quia quælibet actio, & effectus debet habere causā principalem à qua oriatur; sed hæc causa principalis non est accidens, vt probatum est supra; ergo erit substantia; quia non potest esse aliud, cum omne ens sit, aut substantia, aut accidens. 28 *Principale agens substantiæ est substantiale.*

Confir. quia accidens in productione substantiæ dicitur instrumētum substantiæ; instrumentum autem refertur ad causam principalē. Neq; contra hanc conclusionem aliquid solidū obijci potest, nisi quod respectu aliquarū productionū non facilè assignatur substantia principaliter concurrens ad actionem, sed de hoc infra.

7. Concl. Principium elicitiuum actionis, quo substantia constituitur in ratione agentis principalis, non potest esse forma accidentalis, patet ex dictis; nam cum accidens sit virtus instrumentalis, non potest constituere formaliter agens principale, quod non potest dare effectū formalem sibi oppositum. 29 *Accidens non constituit substantiā in ratione agentis principalis.*

Confir. quia virtus constituens agens principale debet vel adæquare, vel excedere perfectionem effectus, cum agens principale à sua vir-

virtute constitutiua in ratione agendi habeat rationem agentis principalis; sed accidens est imperfectius; ergo.

Confir. 2. quia si accidens esset forma constitutiua agentis principalis, tunc non accidens produceret substantiam in virtute substantiæ, sed potius substantia in virtute accidentis; tum quia accidens non reciperet virtutem agendi formaliter à substantia, sed potius substantia reciperet formaliter virtutem ab accidente; tũ quia experientia constat, accidentia producere substantiam, etiamsi ibi non adsit substantia, vt dictum est; at non constat quod aliquãdo substantia produxit aliam substantiam præciso accidente; ergo potius substantia in agendo pen-
29 det ab accidente, quam contra. Neq; dicas, accidens recipere virtutem à substantia radicaliter; substantiã vero ab accidẽte formaliter, quia perfectiori modo accidens tribueret actiuitatẽ substantiæ, quam contra. Neq; dicas 2. imperfectius posse producere perfectius; quia hinc destrueretur ordo vniuersarũ scientiarum; quia nulla relinqueretur via ad inuestigãdas perfectiones rerum ex operationibus; neq; esset ratio, cur musca non posset producere leonẽ; & cõfirmatur ex dictis supra, quia ostendimus nullo modo imperfectius posse producere ꝑfectius.

Dices, causa principalis agit per instrumentum; ergo virtus instrumentalis constituit agẽs principale in ratione agentis; quia ly (per) significat virtutem effectiuam, quæ mediat inter causam principalem, & effectum.

Quid significat agens per instrumentũ agit.

Resp. ly (per) significare quidem virtutem actiuam mediam, sed quæ agit instrumentaliter, non quæ principaliter; vnde debet dari in agente principali alia virtus constituens illud in ratione principalis, per quam eleuatur virtus, quæ est in instrumento; quare idẽ dicendũ est de substantia, quæ producit substantiã, mediante accidente, tanquam instrumento.

Substãtia per formam substantialẽ immediate concurrit ad effectum.

30 8. Concl. virtus, qua substantia immediate concurrit ad effectum substantialem, est forma substantialis. Probatur primo ex dictis; nam cum ad effectũ concurrere debeat agens principale, & non per virtutem accidentalem; ergo per virtutem substantialem; hæc autem in cõpositis physicis est forma substantialis, quia cõstat, nec materiam, nec vnionem materiæ cum forma esse actiuam.

Confirm. ex 2. phys. tex. 70. & 7. met. 30. vbi forma dicitur esse finis, efficiens, & formalis; sed est finis, & forma per suam substantiã; ergo etiam est efficiens per suam substantiam.

2. Probatur, quia non est tribuenda maior perfectio virtuti inferiori, quam superiori, vt patet ex terminis; vnde D. Tho. p. p. q. 76. ar. 4. in corp. ostendit, quod quidquid potest virtus inferior, potest superior; sed accidentibus tribuitur actio immediata circa substantiam, vt probatum est; ergo multò magis huiusmodi influxus tribui debet formæ substantiali; tota .n. perfectio rerum consistit in eo, quod possint perfectiones alijs communicare, hoc .n. excedit forma materiam, quod forma sit actiua, non autem materia; alioqui in ratione subsistendi materia excedet formam.

A Confirm. nam si substantia non produceret immediatè substantiam per proprium influxũ, sed solum denominatiuè, sequeretur, formam substantialem nullam habere actiuitatem propriam, sed solum extrinsecè, & quasi per accidens; nam si Deus produceret, & conseruaret calorẽ non influendo immediatè ad calefactionem, non esset causa per se, sed per accidens illius; ergo similiter substantia esset efficiens remotum, & per denominationem extrinsecam, nam proximum principium impotentiam eius supplet; hoc autem videtur repugnare perfectioni substantiæ; nam vt rectè Scotus 4. d. 16. si forma accidentalis est immediatè producti-
B ua sui similis, cur non etiam substantialis, vnaqueq; .n. res suæ oꝑationis gratia est, 2. cæl. 17.

Confir. 2. quia actio sequitur esse; ergo primarium principium essendi erit ẽt & agendi.

Confirm. 3. ex 2. de gen. tex. 54. & 55. vbi re- 31
prehendens eos, qui efficiẽtiam formarum negabant, inquit, *hoc accidit, quod facultates, per quas res gignentur variè instrumentarias corporibus attribuunt, atque interea causam, quæ ad formam pertinet, aufertur;* neque obstat, quod accidens sit à substantia, quia actio essentialiter, & immediatè pendet ab accidente, & solum remotè, & per accidens à substantia, vt colligitur ex eo, quod si Deus conseruet calorem, conseruabitur etiam actio, quæ ab illo
C solo proximè procedit; ergo signum est, formã substantialem non per se influere in illam, ꝙ si substantia ad nullam actionem influit, nisi prædicto modo, non habebit veram, & propriam efficientiam, quod Arist. ibi reprahẽdit, Hinc. 2. phy. 71. ait, *formalem, finalem, & efficiens coincidere,* 2. de gener. 53. *materiæ est pati, formæ agere,* & 2. de anim. 36. 37. anima dicitur causa efficiens, vnde motus.

Confir. 4. quia non potest ostendi repugnãtia in hoc efficiendi modo; ergo debet concedi substantiæ propter eius perfectionem. Consequentia probatur; nam ita probatur, causas secundas habere efficientiam, quia hæc pertinet
D ad perfectionem creaturarum, vt habeant vim se communicãdi eo modo, quo illis est conueniens; quare similiter in forma substantiali. Antecedens probatur, quia non est repugnãtia ex parte formæ eductæ, nam est finita, & intra latitudinem potentiæ creatæ; neq; ex parte mo-
di agẽdi, quia similiter modus est finitus .s. per 18
eductionem; neq; ex parte educentis, quia illa non est minus perfecta; neq; est improportionata, cum sit eiusdem ordinis, & perfectionis; nam est actus materiæ nobilior, vel æquè nobilis, naturaliter propensa ad generandum sibi similem.

Confirm. 5. quia agere immediatè non repugnat substantiæ ob eius imperfectionem; quia
E hic modus agendi conuenit Deo, qui est perfectissimus; neq; repugnat illi propter eius perfectionem, quia conuenit accidenti, quod est imperfectius substantia.

Resp. Caiet. p. p. q. 54. a. 3. immediate agere 32
instrumentaliter, vt conuenit accidenti, repugnat

gnat substantię ob eius perfectionem; at immediatè agere principaliter, quod conuenit Deo, repugnat substantiæ creatæ ob eius imperfectionem; quare illi conueniet agere principaliter, sed mediatè.

Sed contra, quia accidenti non solum conuenit agere instrumentaliter, sed etiam principaliter immediatè respectu accidentis sui similis; ergo hic modus agẽdi non repugnat creaturæ, neq; repugnat ratione termini producti, quia hic continetur intra latitudinem potentię creatæ; & sicut accidẽs est effectus proportionatus formæ accidentalis; ita substantia est terminus proportionatus formæ substantialis; quia non est maior ratio vnius, quam alterius; imo quia substantia est perfectior accidente, illius actio erit etiam perfectior.

Confir. 6. nam illud est principium agẽdi, in quo passum assimilatur agenti, quia omne agẽs intendit assimilare sibi passū in principio agendi, sed terminus productus in materia est forma substantialis; ergo principium agendi erit forma substãtialis, vt finis respondeat suo principio, neq; effectus excedat suã causam; ergo. Respondent assimilationem effectus cum causa non attendi in principio proximo, sed in principali.

Sed contra, quia omne principium principale debet habere actionem sibi propriam respectu effectus; alioqui si nihil ageret, denominatiuè tantum esset principium; sed hæc actio propria non potest esse, nisi substantialis; neq; enim modus agendi perfectior potest conuenire accidenti, quam substantiæ; modus enim agendi immediatè, & verè influendi est perfectior, quam modus agendi remotè, & per denominationem.

33 Respondet Fonseca, repugnare hunc modū agendi, quia exigit virtutem infinitam, cum sit proprius Dei, qui vt continet omnem perfectionem, ita continet perfectissimum modum agẽdi, qualis est producere immediatè, & principaliter; creaturæ enim vel conuenit immediatè agere; & tunc non principaliter, sed instrumentaliter agit, vt accidenti; vel conuenit principaliter, sed non immediatè, vt substantia creata.

Sed contra; tum quia datur aliqua creatura, quæ participat hunc modum agendi perfectissimum, vt est accidens respectu productionis accidentis; tū quia hic modus agendi ex nullo capite exigere potest virtutem infinitam, quia tam effectus est finitus, quam modus agendi, s. productionem, neque immediatio, vel principalitas principij sigillatim sumpta dicunt infinitatem, vt concedunt aduersarij; quare neq; coniunctim sumpta, quia immediatio respectu effectus addita supra principalitatem non extrahit principium extra rationem creati, quia potest esse ad huc pendens à Deo, tam in suo esse, quam in sua actione.

Dices agere per suam essentiam est propriū Dei. Resp. negando antecedens, quia vt probatum est, conuenit etiam creaturis; producere enim omnem operationē per suam essentiam sine vlla indigentia accidentis est propriū Dei; non autem producere aliquid, vt proprias passiones, & formam sibi similem.

Tertio alij probant, quando agens non potest habere instrumentum, per quod attingat passum, tunc immediatè attingit terminū productum, sed in generatione substantiali accidens non potest attingere passum; ergo. Minor probatur, quia quidquid supponitur ab actu primo, supponitur ab actu secundo illius; sed omne accidens ex D. Thom. supponit in materia formam substantialem; ergo actio accidentis similiter; sed in generatione substantiali non supponitur forma substantialis, cuius virtute agat; ergo accidens non potest attingere illam virtute substantiæ, atque adeo substãtia ipsa immediatè attinget illam. Hæc ratio habet vim contra Thomistas, non tamen secūdum veritatem; quia illi dicunt dari resolutionem, vsque ad materiam primam, & produci formam substantialem ab accidentibus in virtute substantiæ non existentis. 34

Quarto probãt Conimbr. 2. phys. c. 7. q. 18. actio, qua producitur forma ignis, vel est à calore solum, & non; quia non est sufficiens præparatio: vel à calore, & siccitate; & neque; quia vna simplex actio non potest esse immediatè à multiplici principio. Sed hæc ratio non placet, quia satis cōstat ad vnam simplicem actionem concurrere plura principia, vt ad generationem formæ mixti, complexio qualitatum; imo ad quamlibet actionem concurrit causa prima, & secunda; neq; obstat, quod aliqui dicunt de motu locali simplici, quod sit à simplici virtute motiua; nam simplicitas motus localis formaliter attenditur ex simplicitate lineæ

ART. VIII. Afferuntur argumenta contra conclusionem.

SED contra hanc conclusionē primo obijcitur experientia, per quam apparet omnē huiusmodi actionem fieri per accidentia, etiam absente substantia, vt supra probatum est. 35

Resp. 1. hinc non probari, substantiã non esse actiuam, sed non agere, quando ipsa abest, quia deest conditio necessaria ad agendū; quare dici potest, quando accidentia sunt separata à substantia, actionem tribui accidentibus; at quando sunt coniuncta, tribui vtrisq; sicut illuminatio medij pōt tribui vni lucernæ, quando vna est præsens, & duabus, quando duæ.

Resp. 2. infra constabit, à quo producatur substantia, quando adsunt solum accidentia.

2. Obijc. omnis actio debet esse inter cōtraria, 1. de gen. t. 50 quia inter agens, & passum debet esse dissimilitudo, cum simile non agat in simile; sed substantiæ nihil contrarium, vt dicitur in prædicamento substantiæ; sed contrarietas illi conuenit ratione qualitatum, 2. de gener. 49. ratione quarum t. 24. dicuntur omnia elementa habere contrarietatem, quia eorum differentiæ sunt contrariæ. 36

Confirm. ex c. 4. de sensu, & sensib. vbi ignis dicitur agere, non qua ignis, sed qua calidus.

Resp.

Respond. alibi fusè explicabimus, quomodo actio sit inter contraria, nũc satis sit, ad actionem secundum se satis esse oppositionem priuatiuam, vt patet ex illuminatione; vnde non requiri contrarietatem propriè dictã, sed impropriè, qualis est omnis dissimilitudo; alioqui neque augumentatio, quæ est à quantitate esset actio, quia quantitati nihil est contrarium.

Explicatur dissimilitudo inter agens, et patiens.

Resp. Arist. loqui de actione alteratiua, quæ distinguitur à generatione, vt motu locali; illa enim est inter qualitates sensibiles, quæ sunt propriè contrariæ. Ad Confirm. Resp. loqui de actione sensibili, quæ dicitur alteratio.

Tertio obijc. substantia non est actiua per se
37 ipsam; quia omnis actiuitas est potentia quædam, quæ ordinatur ad effectum; at substantia est ens absolutum, & ad se, ex Augustino, atque adeo non ordinatur ad aliud, præsertim extrinsecum; quia absoluto repugnat ordinari ad aliud.

Confirm. quia ad alias operationes concurrit medijs accidentibus; ergo etiam ad generationem substantialem; quia si per suam essentiã non habet operationes perficientes se ipsam; multo minus perficientes alia extrinseca, qualis est generatio substantialis.

Confirm. 2. quia substantia per suam essentiam est indeterminata ad operationes plures; ergo debet determinari per aliquid superadditum essentiæ; hæc autem sunt accidentia; indeterminatum enim, vt sic, non potest operari, nisi sit agens liberum.

Confirm. 3. quia forma substantialis non habet, vt se sola producat accidentia in externũ subiectum, vt patet ex igne, qui producit calorem per calorem, & non per suam formã substantialem, ergo multo minus poterit producere substantiam, quæ est perfectior.

Resp. 1. nullum esse ens creatum, quod sit absolutum ab aliqua relatione transcendentali; quia dicunt essentialem dependentiam à Deo, saltem secundum aptitudinem.

Nullũ ens creatum absolutũ est ab aliqua relatione trascendentali.

Resp. 2. relationem trãscendentalem non repugnare enti absoluto, siue sit substantia, siue accidens; nam constat prædicamentum qualitatis esse ens absolutum, cum distinguatur à prędicamento relationis; & tamen eius species sunt relatæ trãscendentaliter, nõ solum respectu subiecti, sed etiam respectu aliorum terminorum, scilicet obiecti, effectus, & similiũ; quare ex eo, quod substantia sit essentialiter actiua, atqueadeo relata trãscendentaliter, adhuc potest esse ens absolutum, & ad se negatiuè, quia scilicet non est ens purè ad aliud, qualis est relatio prædicamentalis. neque illi negari potest ordo ad accidẽtia, quæ causat per resultantiam, qualiscunque ille ordo sit.

Resp. 3. rerum naturas spectari ex prædicatis, quæ primario rebus conueniunt, non autẽ ex ijs, quæ secundariò, & concomitanter, vt fusè probabimus in metaphysica; ita enim quantitas essentialiter constituitur per rationem partium impenetrabilium, quæ tamen essentia per se ipsam est concomitanter receptiua aliquorum accidentium; ex quo non habet nouam speciem, quia non conuenit illi primario, sed secundario: similiter essentia diuina constituitur per prædicatũ, quod omnino est absolutum à creaturis, & tamen concomitanter habet potentiam productiuam creaturarum, cuius conceptus non est absolutus à creaturis; quare idem dicendũ de substantia, quæ secundum se est ens absolutum ab omni accidente, vel alia creatura extrinseca, & tamen concomitanter habet, vt possit producere substantiam, per quam potentiam non constituitur in sua essentia; quia eius essentia non est à natura, ordinata ad generandum, sed ad subsistendum; vnde ex sua perfectione habet concomitanter, vt sit virtus operatiua, quod necessariò concedendum est secundum omnes ponentes potentiam obedientialem, quæ non distinguitur ab essentia creaturæ; non tamen est prædicatum constituens essentialiter creaturã, quia essentia creaturæ id non habet primariò ex sua constitutione, sed concomitanter; sicuti ensis essentialiter exigit fieri ex materia dura apta ad scindendum; quia tamen hęc habet, vt cõtrahat rubiginem, inde concomitanter habet ferrum rubiginem, cum tamen non sit de essẽtia ensis posse contrahere rubiginem, sed habet concomitanter, quia ensis non est institutus ab arte ad contrahendam rubiginem, sed ad scindendum.

Resp. 4. esse maximam perfectionem substã- 38
tiæ posse producere substantiam sibi similem, ex Arist. 2. de anim. quia in hoc differt potentia passiua ab actiua, quod passiua includat imperfectionem; actiua vero perfectionem; nam non est instituta ad recipiendam perfectionem, sed ad communicandam illam; vnde substantia esset ens omnium imperfectissimum, si nullam actionem haberet per suam essentiam, sed omnes per accidentia; quia non habebit nisi potentiam passiuam ad recipiendas perfectiones accidẽtales, qualis est etiam, imo & illimitatior in materia.

Ad Confirm. Resp. negando substantiã creatam omnes actiones habere medijs accidentibus; nam constat ex dictis, producere suas passiones; similiter concurrere ad actus vitales; quare non mirum si potest habere etiam actionem substantialem sibi maximè proportionatam, & necessariam ad conseruationem Vniuersi.

Ad 2 Confirm. Resp. duplicem esse indeterminationem; vnam per negationem perfectionis, quomodo materia est indeterminata ad operãdum, quia nullam habet in se perfectionem operatiuam, & quod est hoc modo indeterminatum debet in se recipere formam operatiuam, qua formaliter determinetur ad operandum; alteram per illimitationem virtutis ad plura; quia scilicet eius virtus potest plura producere, & huiusmodi ens indeterminatum, vt producat non indiget potentia operatiua, sed tantum aliquo alio determinante, siue illud sit subiectum, siue alia circumstantia, vt patet in calore, qui est indeterminatus ad producendum hunc, vel illum numero calorem; & ideo in-

Indeterminatio duplex est

indiget determinante, siue hoc sit subiectum, siue circumstantia temporis, siue causa prima, siue aliud, de qua re in metaphysica; non tamen indiget potentia actiua; quare idem dici potest de substantia indeterminata ad plures operationes; quia determinari potest ad operandum aliquam illarum ex aliqua circumstātia, inter quę poni possunt accidentia, non tanquam tribuentes primam actiuitatem, sed secundariam coagendo cum actiuitate immediata substantiæ; sicut species determinat actiuitatem intellectus coagendo ad cognitionem talis subiecti.

Ad tertiam Confirmationem Resp. optima
39 ratione à natura institutum fuit, vt formę substantiales haberent accidentia, quibus agerent in extrinsecum subiectum disponēdo illud ad formas substantiales, tum quia cum mutua inferiorum actio sit necessaria, tum ex necessitate naturæ, tum ad mixtorum conseruationē, si formę substantiales haberent vim alteratiuā perfectiores formæ semper agerent, & impedirent actiones formarum imperfectiorum, atq; adeo impediretur ordinata cōseruatio vniuersi; tum quia cum substantiæ sint necessariæ dispositiones ad sui conseruationē, merito actiuitas tributa est accidentibus, vt sua actiuitate etiam resisterent contrarijs, tum ob alias rationes, de quibus infra. Neque omne impotens ad producendum imperfectius, est impotens ad perfectius, quādo sunt inter se oīno diuersa, nam intellectus non potest producere sensationem, & tamen potest intellectionem, quæ est perfectior.

ART. IX. Ostenditur ad generationem substantialem concurrere accidens eleuatum per concursum immediatum substantiæ.

40 NOna Concl. Principium adæquatum substantialis generationis non est sola substātia, neque solum accidens, sed vtrumque, quod per proprias virtutes immediatè concurrit ad illam. Prima pars patet ex dictis, quia ostendimus, de facto accidentia concurrere ad generationem substantiæ; ergo non currit sola substantia.

Principiū adæquatū substātialis generationis, est accidens, & substantia.

An autem de possibili possit sola substantia concurrere positis dispositionibus in materia, dicetur alibi; nam si substantia haberet adæquatam virtutem, & applicaretur materiæ indispositæ, & abessent accidentia, quæ possent disponere, teneretur ex lege ordinaria causa prima disponere materiam, supplendo defectū causæ secundæ, & particularis, ne actio causæ substantialis adæquata applicata materiæ deficiat, sicut dicimus, causam primam supplere defectum causæ secundæ substantialis, quando adsunt dispositiones sufficientes ad formam substantialem; at constat illud esse contra experientiam; ergo signum est in substantia non esse virtutem adæquatam ad generationē substantialem: ex alia vero parte videtur esse diuersa ratio vtriusque casus; nam quādo adsunt dispositiones sufficientes, sunt corruptę dispositiones contrariæ conseruantes formam; atque adeo nisi causa prima suppleret defectum causæ secundæ, vel materia prima maneret sine vlla forma, vel forma sine sufficienti dispositione. sed de hac re alibi.

Secunda pars patet etiam ex dictis; nā ostendimus, accidentia sine concursu immediato substantiæ non posse producere substantiam. 41

Confirm. quia nulla forma instrumentaria per se solam, & quasi destitutam actuali cōcursu principalis agentis potest esse sufficiens in ratione causæ proximæ ad efficiendam formā se nobiliorem, quia si illa forma tunc non iuuatur actu à superiori, tātum influit per id, quod in se habet, quod cum sit quid imperfectū, non potest producere aliquid perfectius.

Confirm. 2. quia instrumentum repugnat efficere formam nobiliorem se propria virtute; sed quando se solo operatur sine influxu superioris formæ, tunc operatur propria virtute, quia nullam aliam habet, nisi illam, quæ est cōnaturalis suæ entitati, seu quam habet ex vi proprij esse.

Dices, illud esse habere à forma ignis, cuius vicem subit.

Sed contra, quia hoc solum addit calori supra propriam entitatem relationem quandam, seu denominationem, quæ nō possunt esse sufficientia, vt accidens destitutum auxilio superioris agentis sit principium proximum sufficiens talis actionis.

Confirm. 3. quia alias calor eodem modo esset virtus producendi substantiam, ac calorem, quia vtrumque habet, vt est virtus substantiæ, quod est quatenus ab illa suum esse participat; nam quod sit ab hoc, vel illo agente, non crescit virtus, quia virtus non est tanta, quanta est perfectio agentis, sed quanta est perfectio, quā recipit in se: alioqui omne agens, quod est à Deo posset producere infinita, neque illa substitutio euacuat difficultatem; quia hoc est repugnans, vt substituat sibi virtutem imperfectam, atqueadeo insufficientem ad illam actionem.

Tertia Pars probatur ex dictis; nam probatum est, tam substantialem, quam accidentalē concurrere ad generationem substantialem; ergo principium adęquatū integratur ex vtraque forma; hæc tamen integratio non est tanquam ex duobus principijs partialibus; sed tanquam ex principio instrumentali, & principali.

Sed contra, quia si forma substantialis per se ipsam influit, frustra est influxus immediatus accidentis; nam si calor Solis est principiū sufficiens calefactionis, cur forma substantialis nō erit sufficiens producendi similem, cum adæquentur in perfectione, & ponitur forma substantialis immediatè influere; natura enim abhorret superflua; quare si forma substantialis potest per se ipsam producere, non est, cur dicamus habere virtutem similem producendi per accidentia superaddita, sed hæc tributa esse substantiæ solū ad producendas dispositiones. 42

Obijcitur esse superfluū influxum accidentis.

Resp.

Respondetur. A Resp. actiuitatem instrumentariam accidentium fuisse necessariam, quia sunt data ad agẽdum, non solum in præsentia, sed etiam in absentia formæ substantialis, cum id sæpè sit necessarium ad generationes naturales. Neque

Probatur esse necessariã virtutem accidẽtalem. dicas, quod sicut quia virtus accidẽtalis est insufficiens, recurri debet ad primam causam, quæ supplcat defectum substantiæ; ita possit recurri ad causam primam, quæ præstet totum cõcursum necessarium ad productionem formæ substantialis, sicut dicitur de productione animæ rationalis. Non, inquam, id dicas; quia cum concursus instrumentarius non sit supra naturam accidentis, non debet illi denegari; recursus autem ad causam primam debet poni vrgente necessitate; alioqui omnia saluari debent per causas secundas, quantum fieri B potest.

Resp. 2. etiamsi forma substantialis haberet vim sufficientem ad productionem, atqueadeo non esset absolutè necessaria alia virtus; tamen quia respectu formarum educibilium virtus præparatiua materiæ, & instrumentalis eductiua sunt naturaliter coniunctæ, ideo cum virtus præparatiua sit necessaria, etiam concomitanter simul cum forma substantiali concurrit instrumentaliter ad eductionem. & licet posset dici, idem agens per vnam virtutem disponere, & per aliam producere formam, tamẽ pertinet ad dignitatem agẽtis naturalis vti instrumentali virtute ad huiusmodi productiones, C quæ, ne multiplicentur virtutes, est eadem cũ virtute dispositiue.

Resp. 3. esse necessariam virtutem hanc in-
43 strumentalem, quia virtus formæ non est sufficiens ob eius indifferentiam, cum sit generale principium actionum; quod non est ob defectum virtutis, sed ob plenitudinem illius; vnde sicut ex parte materiæ requiruntur formæ accidentales, vt dispositiones (licet forma accidẽtalis illas non requirat); ita ex parte principij actiui requiritur consortium, accidentalis instrumenti, vt de potentia materiæ educatur; hoc tamen habet instantiam, quia potest dici, primo, ex se esse determinatum ad hanc acti- D uitatem. Secundo determinari à Deo, vt determinatur ad hunc numero effectum producendum. Tertio, ex parte materiæ dispositæ. Sed argumentum probat, præter hæc determinatiua requiri determinationem intrinsecam in genere actiuo; hoc autem est instrumentum; sicut idem artifex per pennicillum pingit, & per serram secat.

Resp. 4. necessitatem posse etiã sumi ex perfectione effectus, qui requirit produci per accidentia ex parte agentis, vt instrumenta actiua, sicut per accidentia ex parte materiæ tan- E quã dispositiones huius, vt patet ex artefactis, ex quibus aliqua fiunt per instrumenta ab artifice, aliqua per proprias manus immediatè ẽtsi artifex sit perfectior quocunque opere artificioso.

Dico vltimo adhuc tamẽ est probabile, nullam actiuitatẽ accidentia habere respectu substantiæ, quia hoc argumentum nõ ita soluitur, quin remaneat in eo aliqua vis; probabilius tamen est oppositum.

2. Obijc. si substantia potest producere for- 44
mam, v. g. ignis, posset etiam producere calorem in extrinsecum subiectum; quia quod potest perfectius, poterit etiam imperfectius in eodem ordine, cuiusmodi est calor, & formæ ignis, cum ille sit dispositio ad hanc; at hoc ab omnibus negatur; ergo.

Confirm. quia sequeretur accidens esse perfectius, vel æque perfectum, ac substantia; nam cum aliquo modo concurrat ad esse substantiale, debet hoc esse in se formaliter, vel virtualiter continere; neque obstat, quod addatur concursus formæ substantialis; quia cum hic non auferat concursum formæ accidentalis, neque auferet virtualem continentiam; vnde ex hac opinione non tollitur, sed augetur difficultas; nam adhuc peti potest, quomodo accidens præstet hunc concursum, an virtute propria, an in virtute substantiæ.

Resp. negando consequentiam, quia non habet in se sufficiens principium ad productionẽ, v.g. caloris in extrinsecum subiectum, & ideo formæ ignis natura non tribuit virtutem producendi calorem in extrinsecum, sed in seipso; alioqui ab eodem possent oriri eodem tempore connaturaliter contrariæ actiones circa idẽ subiectum, vt v. g. ab aqua calida posse manus calefieri per calorem, & frigefieri per formam.

Ad Confirm. Respond. 1. effectum contineri in causa adæquata, & principali, non autem in instrumentali, quia hoc non producit effectum, nisi vt eleuatum. Resp. 2. effectum contineri in instrumento naturali inadæquatè, atqueadeo imperfecto modo; ex hac autem continentia non colligitur maior perfectio, sed potius minor, vt patet ex speciebus, quæ sunt ignobiliores, & tamen inadæquate cõcurrunt ad cognitionem. Dicitur autem accidens concurrere ad generationem non virtute propria, sed virtute substantiæ, quod sequenti dubitatione explicandum est.

3. Obijc. Nihil potest agere sine potentia: 45
quia actus secundus supponit actum primum; sed omnis potentia habet conceptum accidentis; ergo principium proximum generationis substantialis semper est accidens.

Resp. 1. negando minorem, vt patet ex potẽtia materiæ, quę ex communi etiam Thomistarum sententia est essentialis materiæ: quod si minorem intelligant de potentia actiua. *Omnis potentia non habet conceptum accidentis.*

Resp. 2. duplex esse genus potentiæ actiuæ; vnum earum, quæ secundum totam suam perfectionem, & entitatem ordinantur ad operandum, & hoc genus pertinet ad prædicamentũ qualitatis: alterum earum, quæ secundum totam suam perfectionem, & entitatem non ordinantur ad operandum, sed ad essendum, & vim operandi tantum habent concomitanter, & hoc genus non pertinet ad prædicamentum qualitatis, sed pertinet ad idem prædicamentũ, ad quod pertinet entitas secundum suam perfectionem absolutam, vt v.g. potentia recipiendi accidentia, quæ est in quantitate, pertinet ad

quan-

quantitatem; quæ in forma substantiali, pertinet ad substantiam; similiter potentia actiua, ex qua passiones resultant ex quãtitate est quãtitas, & illa, ex qua passiones formæ substantialis dimananl est substãtia, & eiusdem speciei cum forma, & idem patet de potentia, qua essentia animæ concurrit cum potentia accidẽtali ad actus vitales.

ART. X. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

46 AD primum, accidens producere substantiã virtute substantiæ; hoc autem est concurrente substantia simul cum accidente ad generationem substantialem, vt infra explicabitur.

Ad primam Confirm. optima ratione natura tribuit rei naturali virtutem imperfectiorem instrumentariam; quia de ratione instrumenti est, vt sit imperfectius effectu; neque tamen defecit, quoad virtutem principalem, quia ipsa forma substantialis per seipsam est virtus principalis; neque eadem ratio est virtutis materialis respectu actionis spiritualis; quia licet accidens materiale, & spirituale magis conueniant, quoad genus prædicamentale, quam accidens, & substantia; non tamen habent maiorem proportionẽ in ratione agendi, quia habent diuersum modum essendi: tum quia videmus, virtutem instrumentariã corporalem, vt est phantasma, attingere effectum spiritualem, scilicet species intelligibiles; neq; tamen hinc fit, quãlibet virtutem esse posse instrumentum respectu cuiuslibet effectus; nam requiritur etiam aliqua proportio inter effectum, & instrumentum, vt alibi.

Ad secundam Confir. Resp. infra constabit, quæ sit forma substantialis, à qua producuntur animalia ex putri materia.

Ad secundum argumentum Occhami Resp. rectè inde probari nostram cõclusionem, quod scilicet substantia immediatè agat; & inde patet ad primã, secundã, tertiã, quartã, & quintã Cõfirmationem; non tamen inde probatur, effectus produci ex vi solius formæ substantialis sine vlla cooperatione virtutis accidentalis.

DVBITATIO IV.

Qua ratione accidens dicatur producere substantiam in virtute substantiæ.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 *Sensus quæst.* PRimo Not. quadrupliciter intelligi posse accidens producere substantiam in virtute substantiæ: primo, attingendo solum dispositiones, ad quas consequitur forma substantialis ex vi alterius causæ operantis naturaliter ad exigentiam materiæ dispositæ, quomodo semen dicitur producere hominem in virtute hominis, à quo decisum est semen; & ita voluit Scotus, accidens producere substantiam, non quidem formaliter, & intrinsecè attingendo, sed tantum denominatiuè, quomodo suppositum dicitur operari; licet ipsa suppositalitas non sit principium suppositiuum operationis, & ratio, quia principale agens non communicat instrumento nisi ordinationem quandam, vel determinationem virtutis ad agendum, vt medicamenta dicuntur instrumenta Medici, quia cõtemperantur à medico, vt efficiant sanitatem, sic ignis contemperatur, dum in fumulis excludit pullos.

Secundo, Attingendo intrinsecè substantiam per virtutem, quam in se connaturaliter, & intrinsecè habet, quæ dicitur virtus substantiæ; quia accidens ex essentia sua est virtus, potentia, & instrumentum substantiæ; nam est ens quoddam, nõ formaliter, sed participatiuè substantia, sicut semen est participatio quædam animalis, seu substantia viuentis.

Tertio, Dicitur accidens in virtute substantiæ attingere substantiam, quia dum producit substantiam communicatur illi virtus per modum intensionis transeunter, per quam eleuatur ad producendam substantiam, vt dicitur de instrumentis artis, vel cõmunicatur virtus permanens distincta ab entitate accidentis, sicut astris communicatur lumen à Sole.

Quarto, dicitur in virtute substantiæ, quia accidens non potest habere actionem substantificam, nisi adiuuetur ab aliqua substantia cooperante cum accidente; per quam cooperationem eleuatur virtus accidentalis ad actionem substantialem; vnde actio substantialis est ab vtroque principio, ab accidente quidem instrumentaliter, à substantia vero principaliter; quomodo dicunt Theologi, intellectum posse eleuari ad visionem beatificam, tum intrinsecè per lumen gloriæ, tum extrinsecè per virtutem diuinam cooperante cum intellectu ad visionem beatificam: qua ratione instrumẽta dicuntur recipere actionem à principali agente, non formaliter, sed effectiuè; quia dum est coniunctum cum principali agente corroboratur, vt possit producere effectum, quem alioqui non posset, vt pars ignis admota metallo, illud liquere non potest, nisi coniuncta cum alia parte ignis, quia totũ debet tribuere actionem huic parti, quia sine eo pars illa non concurrisset ad liquationem. Dixi (effectiuè, non formaliter) nam illa actio formaliter non est in parte ignis, sed in metallo; & ita fortasse sunt potentiæ vitales, quæ non operantur, nisi coniunctæ cum essentia animæ; vnde possunt dici instrumenta animæ:

Secundo Not. hanc controuersiam non esse cum Scotistis, quia contra hos disputatum est supra, dum probauimus, accidens attingere immediatè substantiam, quod Scotistæ negant, tribuentes totam actionem ipsi substantiæ: sed esse inter alios philosophos, tum Thomistas, tũ Auerroistas, qui concedentes accidenti virtutẽ attingendi immediatè substantiam, non quidẽ virtute propria, & principaliter, sed in virtute substantiæ, & instrumentaliter, dissentiunt in explicando modo attingendi substantiam, cuius rei veritas à nobis hac Dubitatione est inquirenda. 2

Ter-

Tertio Not. accidens dupliciter posse considerari, primo, vt coniunctum cum principali agente: secundo, vt separatum ab illo; & quando primo modo est coniunctum, apparet in aliquibus dependere quarto modo dependentiæ à principali agente; quia experientia constat accidens separatum a substantia non posse efficere aliquas operationes, quas potest coniũctum; calor enim separatus ab anima nutrire non potest; quia tamen hæc dependentia suppleri potest à Deo, hinc fit, vt etiam si aliquando separata agant, vt species sacramenti nutriunt: id agant in virtute substantiæ. Hæc autem quarta dependentia nõ æquè reperitur in omnibus; nam quædam ita determinant sibi substantiam, virtute cuius agunt, vt alteri coniungi non possint, vt vitales animæ potentiæ; quædam vero, quæ licet determinant sibi substantiam aliquam, cuius vi naturaliter operantur, eam tamen in certa specie, non requirunt, v. g. calor determinat sibi aerem, & ignem, vi quorum naturaliter operatur, vt tamen simpliciter operetur, non requirit determinatum subiectum; vnde calor ẽt existẽs in ferro põt ignire.

2 Verum hæc dependentia non efficit, vt aliquid dicatur instrumentum alterius; nam alioqui cum duo trahunt trabem, quam quilibet per se non posset trahere, vnus alterius diceretur instrumentum, nisi inter illa sit aliqua subordinatio; at vero quando accidentia sunt separata à substãtia, tunc maior est difficultas, in virtute cuius substantiæ agant, & quomodo eleuentur ad producendam substãtiam; ex difficultate deterritus Scotus putauit, accidentia non dici instrumenta substantiæ, nisi extrinsecè, quatenus ordinatur eorũ actio accidentalis, & dispositio, vt ad productionẽ substantiæ; nam cum quælibet substantia plura sibi quærat accidentia, eaque in certo gradu, cũque illam coniunctionem, & contemperationem non habeant accidentia ex se, necessario illam habere debent ab alio; hoc autem præcipuè substantia erit, ad quam ordinatur, & cui talis complexio proportionatur; quare non debet respici quodlibet agens producens illã, cum casu possit sæpè accidere, ex applicatione elementorum, sed debet inspici agẽs, à quo naturaliter tota illa complexio manare deberet; sicut licet aliquãdo imago aliqua casu fiat, hinc tamen non fit, etiam non fieri à pictore, vt à principali agente, cum imago iuxta modum, quo naturaliter producitur à pictore per ideã fieri debeat; ex quibus patet, concursum accidentium esse maximè similem concursui seminis; nam vt semen nihil recipit præter propriã materiã, & dispositiones, sed se ipso est instrumentum alterius, ita & accidentia: Secundo, vt semen agit separatum, ita & accidens, atque vt semen semel productum non indiget amplius generationis distinctæ, ita & accidens: hoc tamẽ discrimen, quod semen est determinatum ad vnum producendum, accidens vero non, sed vt coniunctum cum diuersis diuersas complexiones constituit, ita habet vim producendi diuersas substantias: vnde oportet, vt modificetur à substantia, quod cum augeat depẽdentiã à principali agente augebit etiam rationem instrumenti: secundo, vt semen etiamsi productum à Dio, non dicitur instrumentum Dei, sed eius, à quo ex natura sua postulat ꝓduci, idest cui effectum assimilat, ita & accidens.

ART. II. Opiniones DD.

3 Prima opinio est communis Thomistarum, quos Dubit. 3. citauimus, qui cum Caietano 1. p. q. 54. & 77. dicunt, accidens per solam suã virtutem adæquatè attingere substantiam in virtute substantiæ, non quod ly (in virtute) sit aliquod superadditum ipsi accidenti, sed quia ipsamet entitas accidentis, vt ex natura sua est aliquid substantiæ, ita agit vt aliquid substãtiæ; vnde potest dici causaliter substãtia, licet formaliter esset accidens, nam accidens tributum est à natura ipsi substantiæ, vt esset principiũ, ꝑ quod substantia operetur, & speciem suã conseruet; & rectè, dicunt, fecisse naturam, dum rebus tribuit principia agendi imperfectiora rebus productis, quia sunt principia instrumẽtalia, quæ necessario debent esse imperfectiora effectis; neque enim inter hæc requiritur proportio in ratione entis, modo adsit proportio in ratione productiui, & producibilis, quę maior est inter accidens, & substantiam, quam inter accidens corporale, & spirituale, vt colligitur ex experientia, ex qua etiam colligimus, vt hæc qualitas sit dispositio, & productiua huius substantiæ, & non illius.

Opinio Thomistarum esse virtutem substantiæ nõ est superadditũ aliquod accidenti.

Sed in hac opinione non conueniunt in assignanda substantia, in cuius virtute dicitur accidẽs producere substantiam; nã aliqui volunt agere in virtute eius formę substantialis, quę est in eodem subiecto, in quo est accidens productiuum substantiæ; sed his repugnat; nam accidens productiuum, vel est illud, quod est in eodem subiecto, in quo recipitur forma producta; & non; quia sæpe illi repugnat accidẽs, & per consequens etiam forma, quæ producitur, vt cum in materia aquæ producitur aer per calorem receptum in aqua: vel est illud, quod est in agẽte extrinseco, quod agit in virtute formæ substãtialis subiecti; & neq; tũ quia sæpe illa forma est corrupta, at quod non existit, sicut non potest agere, ita neque potest id, in virtute cuius aliquid agit; Tum quia fieri potest, vt Deus se solo producat calorem extra subiectum; tunc enim certè ageret accidens, ac si esset coniunctum cum subiecto, sed non apparet, in cuius formæ virtute agat.

4 Alij cum Fonseca dicunt, produci in virtute eius substantiæ, in qua existit, si est illi connaturale; sin minus, in virtute substantiæ, à qua accidens producitur, seu est connaturale; nam licet Deus produceret accidens sine vllo subiecto necessario, tamen illud deberet esse cõnaturale alicui formæ substantiali, à qua sit naturaliter producibile: Sed hic modus dicendi habet difficultatem; nam contingit produci dispositiones à diuersis accidentibus, quæ non habent vim producendi formam, ad quam illa com-

complexio disponit, vt v.g. cum ex terra, & aere producitur dispositio ignis; illa enim complexio non potest producere ignem in virtute terræ, vel aeris; ideo.

Alij 3. dicunt, non produci in virtute eius substantiæ, à qua producitur complexio illa, sed in virtute substantiæ vagè. Sed habet difficultatem; tum primo, quia substantia vagè accepta non habet virtutem actiuam, nisi sit singularis, & existens; tum secundo, quia illa dispositio non potest ab vlla substantia productiua formæ substantialis ignis produci; cum hic numero calor dicat ordinem ad hoc numero agens, vt tenent communiter: Neque dicas, produci in virtute substãtiæ, quæ producitur, quia vt res non potest seipsam producere, ita neque potest esse, vt accidens in virtute illius ipsam rem producat.

Respondent, sufficere si singularitas sit in eo, à quo immediate fluit actio, neque requiritur in agente remoto; sicut neque requiritur existentia illius in seipsa, quare producitur virtute substantiæ proportionatæ in ratione productiui.

5 Secunda opinio est dicentium, accidens dici producere in virtute substantiæ, non solú quia ipsum est virtus quædam substantiæ, sed etiam quia dum producit, recipit à substantia, cuius est instrumentum, virtutem quamdam fluenté, quam vocant intentionalé, per quam accidens eleuatur ad producendam substantiam, quia putant huiusmodi virtutis communicationem esse necessariam cuilibet instruméto, dum operatur instrumentaliter. Ita Ferr. & aliqui Thomistæ, sequentes Capreolum; idque probant ex instrumento artis, quod non potest operari, nisi actu moueatur, & recipiat virtutem motiuam ab artifice. contra quos fusè à nobis est disputatum in quæstione de causa instrumentali, vbi ostendimus, illum motum non esse necessarium in omni actione artificiosa, vt patet ex effectis productis à causis naturalibus, artificiosè applicatis; nam licet illa applicatio fiat per motum, tamen actio productiua effectus artificiosi est à virtute intrinseca, & connaturali rerum applicatarum, non autem ex motu: Deinde etiamsi talis motus esset necessarius artificiosis instrumentis, nó tamen naturalibus; quia omnis virtus, quæ communicaretur accidentibus, non excederet perfectionem accidentalé; atqueadeo esset insufficiens ad eleuandú aliud accidens respectu productionis substantiæ.

Alij ponũt virtutem aliquã intentionalẽ.

6 Tertia opinio est dicentium, accidens dici producere in virtute substantiæ, quia eleuatur per virtutem substantialem ad productionem substantiæ; consistit autem illa eleuatio, quod simul cum virtute accidentali concurrat etiam virtus substantialis ad eliciendam actionem; atqueadeo virtus accidentalis ex se insufficiens completur per virtutem substantialem, ita ex vtraque virtute fiat vna virtus adæquata productiua substantiæ, non quidé tanquam ex duabus virtutibus partialibus, sicut fit vna virtus ex duobus trahentibus nauim; quia inter virtutes partiales nó est subordinatio, at inter accidens & substantiam, quoad hanc actionem, est subordinatio in eodem ordine causæ particularis; & ideo fit vna virtus adæquata, constãs ex instrumentali, & principali. Ita Suar. & alij citati in superiori dubitatione opin. 4. & hæc opinio mihi placet.

Alij explicãt per eleuationem.

ART. III. Opinio Authoris.

7 PRima Concl. accidens non potest producere substantiam in virtute substantiæ per se solum, ex eo, quod secúdum essentiam est virtus substantiæ, quia ly esse in virtute substantiæ nihil perfectionis addit supra propriam perfectionem accidentis; ergo neque addit aliquid actiuitatis, nam actiuitas fundatur in perfectione formæ; quare si accidens non potest in virtute sua attingere substantiam, neque poterit in virtute substantiæ. Antecedens probatur; nã quod accidens sit virtus substantiæ, id habet ex sua essentiali perfectione.

Accidens non est virtus substantiæ secundum essentiã.

Contra Caiet.

Confirm. nam calor, v.g. non recipit à forma substantiali aliud esse, nisi esse caloris; ergo non habet aliam virtutem, nisi propriam caloris; ergo esse virtutem substantiæ non est alia virtus à propria virtute, neque potuit forma, dando tale imperfectum esse accidenti, dare adeo perfectam virtutem, & actiuitatem.

Confirmat. 2. quia virtus debet esse proportionata effectui; at hæc virtus non est proportionata: ergo. maior probatur, nam hæc virtus accidentalis, cum sit virtus principalis agentis (cum aduersarij dicant, agere in virtute substãtiæ, quia est virtus substantiæ) debet esse proportionata effectui, sicut est ipsum principale agens; nam agens principale proportionatur effectui formaliter per virtutem actiuam; non enim rectè natura instituisset species Vniuersi, si ad producendum perfectissimum effectum tribuisset vim imperfectã, vt patet in alijs actionibus; non enim ad producendum effectum immaterialem tribuit virtutem materialem; cũ tamen maior sit distantia in perfectione inter accidens, & substantiam, quam inter corporale accidens, & spirituale. Hinc videmus rebus varias tributas esse virtutes, easque magis, vel minus perfectas, iuxta variã perfectioné actionum; quod si perfectum potuisset produci ab imperfecto, suffecisset imperfectam virtutem tribuere ad perfectum effectum.

8 Respondent, accidens posse considerari dupliciter; primo, vt est species quædam entis secundum se habens propriam perfectionem; & ita non potest producere substantiam: secundo, vt est subordinatú substantiæ; ex qua subordinatione habet perfectionem quandam, qua potest in effectum perfectiorem se; quia ab ea subordinatione habet, vt sit virtus instruméntalis, de cuius ratione est, vt attingat aliquid se perfectius; quod non potest propria virtute.

Respondent aduersarij habere id accidẽs vt subordinatũ substantiæ.

Sed contra primo, quia accidens ex specifica sua perfectione, vt est in genere potentiæ, ita est subordinatum substantiæ, cuius est potentia; ergo si non potest producere substantiam, vt species quædam entis, neque poterit producere,

Impugnatur.

cere, vt est subordinatum substantiæ.

Secundo, quia non apparet quid sit, & qua ratione subordinatio perficiat accidés, nisi ponatur, cum accidente concurrere ad effectum etiam virtutem substantialem, nam vel subordinatio est denominatio quædam, & hinc non potest habere virtutem agendi; vel est specialis perfectio fundans hanc denominationem, & non apparet, quid sit hæc perfectio, præter ipsam specificam perfectionem accidentis; nam ordinem trãscendentalem ad substantiam habet accidens ex natura sua, siue sit in genere causæ efficientis, siue formalis, siue materialis; ordinem vero prædicamentalem potest quidẽ habere, sed & est superadditus essentiæ accidẽtis, & non potest tribuere virtutem actiuam; Deinde quidquid sit illa subordinatio non potest excedere perfectionem accidentis, atqueadeo ex illa non potest habere maiorem actiuitatem, illa, quæ conuenit accidenti vt sic, quia non tribuit perfectionem maiorem accidentali; quare si accidens non potest in virtute propria attingere substantiam, neque poterit ex illa subordinatione in virtute substantiæ.

Explicatur talis subordinatio accidentis ad substãtiã.

9 Respondent 2. posse formam imperfectam in virtute formæ perfectioris producere effectum se perfectiorem, modo non excedat perfectioné illius, in cuius virtute agit; sicuti imago habet perfectiorem effectum in virtute prototypi repræsentati, quam habeat in virtute propria, etiamsi illa repræsentatio nihil addat supra propriam perfectionem imaginis; & ratio est, quia virtus instrumentalis non assimilat sibi effectum, sed principali agenti, in virtute cuius agit.

2. Respondẽt aduersarij.

Refellitur responsio.

Quomodo virtus instrumentalis possit attingere perfectiorem effectum.

Sed contra, quia licet virtus instrumentalis possit attingere perfectiorem effectum in virtute principalis agentis, illud est, quia virtus principalis agentis adiuuat virtuté instrumentalem; at secundũ aduersarios negatur concursus virtutis principalis agentis.

Secundo, cum virtus instrumentaria non cõstituat formaliter principale agens debet esse distincta à virtute constitutiua principalis agẽtis; ergo non potest attingere effectum nobiliorem adæquatum principali agenti, nisi concurrente virtute principalis agentis; quia cum vtraque sit virtus actiua, debet vtraque agere ad dandam perfectionem adæquatam agenti.

Tertio, si effectus est simpliciter perfectior, etiamsi sit simplex, potest per intellectum diuidi in duos conceptus; primus est, in quo effectus adæquatur causæ perfectiori. Secundus, in quo excedit; tunc si secundum primum adæquat causam; ergo ratione secundi, vel erit à seipso, vel à nullo; quia ab illa causa non potest esse, nam causa non potest aliquid vltra effectum sibi adæquatum, vt Auicen. 6. met. 8. & hoc confirmát omnes rationes, quibus probauimus, imperfectum se solo non posse producere imperfectum, neque principaliter, neque instrumentaliter.

Neque obstat exemplum allatum de imagine, quia illa, vt est ens physicum non habet

A diuersos effectus physicos secundum se, & vt imago; vt vero est ens morale, habere quidem potest diuersos effectus, sed ad eos non cócurrit physicè, sed moraliter, nec sine concursu morali prototypi, vt alibi.

10 Secunda Concl. Accidens non dicitur agere in virtute substantiæ, quasi à substantia recipiat aliquam vim sibi intrinsecam superadditã suę essentiæ, dum producit substãtiam. Est cótra aliquos Thomistas; & licet hæc conclusio probata sit ex dicendis de causa instrumentali, hic tamen probatur illo argumento, quod hæc virtus addita, vel est substantialis; & non potest recipi in forma accidentali: vel est accidentalis; & recurrit argumentum de illa, cum sit imperfectior.

Accidens non recipit aliquã vim sibi intrinsecam superadditam à substantia.

B Respondent esse formam substantialem in fieri, seu fluxu, seu per modum intentionis, sicut motus instrumenti est ipsa forma artificiosi operis in fieri.

Ista virtus non est forma substantialis in fieri.

Sed contra, tum quia forma in fieri non est virtus, sed actio; at actio non est virtus agendi, quæ inquiritur respectu generationis substantialis; tum quia forma substantialis in fieri est motus generationis; ergo si hic est à principali agente, & communicatur accidenti, accidens respectu illius non se habet effectiue; sed subiectiue, & est recipiens, non producens. Neq; dicant, esse virtutem fluentem; tum quia explicanda est, qualis sit hæc virtus; tum quia virtus
C fluens non est, nisi motus, nisi velimus abuti vocabulis; tum quia generatio est in instanti, in quo non potest esse aliquis fluxus, sed de hoc fluxu plura diximus loc. cit. Non potest intelligi fluxus sine termino fluente, cum fluens intelligatur tamquam modus rei fluentis; quod si dicant fluxum esse ipsammet formam, vt habet partium existentiam non simul, sed successiue, tunc quæritur, quid sit hæc forma? nam vel est ipsa forma substantialis, quæ producitur, & hác constat non recipi in ipsa virtute accidentali, sed in materia, atqueadeo non habere accidens maiorem perfectionem intrinsecã, sed extrinsecam, quæ cum sit terminus actionis substan-
D tialis non potest esse principium illius; alioqui idem produceret seipsum, vel non est ipsa forma substantialis, quæ est terminus generationis, sed aliquid præuium ad illam, & tunc quæritur, quid sit hæc forma fluens, seu existens per partes; vt dictum est: quia non potest esse substantialis, nam produci deberent duæ formæ, vna immediate ab agente formaliter, altera mediate, quæ est terminus generationis, & præterea generatio non esset immediate, & adæquate à sola virtute accidentali, sed etiam ab hac forma substantiali deberet hec habere aliquod subiectum, quod nullum potest assignari, vt dictum est, neque esse potest accidentalis, quia
E est imperfectior, & habet easdem difficultates.

11 Tertia Concl. Accidens dicitur agere in virtute substantiæ, quatenus coniungitur cũ virtute aliqua substantiali ad eliciendam generationem substantialem. Probatur primo, ex dictis, nam ostendimus, non posse accidens se so-

lo producere substantiam; ergo requirit aliam virtutem, per quam adiuuetur; sed hæc virtus non est aliqua perfectio, illi intrinsecè communicata ab agente; ergo erit virtus illi, vel intrinsecè coniuncta, vel assistens; nam non est alius modus, quo duæ virtutes coniùgantur ad producẽdum vnum effectũ; sed hæc virtus coadiuuans non potest esse accidentalis, quia semper est infra perfectionem substantiæ; ergo erit substantialis.

Confirm. quia alibi ostendimus, instrumenta tam naturalia, quam supranaturalia hoc modo eleuari ad producendum effectum in virtute principalis agentis.

2. Probatur. Id, in cuius virtute instrumentũ agit, debet habere vim, qua concurrat ad effectum productum ab instrumento; sed hæc virtus non exigitur, nisi vt adiuuat instrumentum ad productionem effectus; alioqui frustra exigeretur. Maior probatur, nam si instrumentũ agit in virtute principalis præter virtutem instrumenti requiritur virtus principalis; quia non potest aliud agere in virtute alterius nullam habentis virtutem agendi.

Confirm. quia nisi ponatur aliqua substantia determinata, quæ simul cum instrumento concurrat ad effectum, non posset assignari substantia, in cuius virtute accidens producat; nã vel est substantia, in qua inhæret accidẽs; & nõ; quia sæpè ei accidens repugnat, & sæpè non habet vim ad productionem formæ, vt patet cũ ex calore recepto in ferro producitur ignis; & similiter cum producitur ignis à calore in aere producto ex reflexione luminis; aer enim non habet vim producendi formam ignis: vel est à substantia, quæ producit accidens; & neq; vt patet, cum generatur mixtum ex prima elementorum commixtione; illa enim accidentia fiunt à formis elementorum, formæ autem elementorum, cum contineantur in inferiore specie rerum, quam sit mixtum, non adæquant perfectionem mixti; & similiter cum ex putri materia generatur mus; non enim apparet, in cuius substantiæ virtute accidẽtia murẽ producant; nam etiam cœlum, quod sæpè producit illa accidentia, est imperfectius viuente, vt alibi.

12 Resp. Fonsec. accidens nõ producere substantiam in virtute substantiæ, à qua producitur, sed eius, cui illud accidens, seu complexio est naturalis; putat enim omne accidens productum à Deo esse connaturale alicui substãtiæ indiuiduæ, à qua naturaliter produci potuisset.

Sed contra, nam sæpe contingit, dispositiones produci à diuersis agentibus, quæ non habent vim producendi formam, ad quam complexio illa disponit, quæ complexio naturaliter à nulla alia substantia produci potest, cum effectus indiuiduetur ab agente, vt dum ex Terra, & aere producitur dispositio ignis; illa .n. dispositio non potest attingere ignem in virtute terræ, vel aeris.

Resp. 2. alij, produci in virtute substantiæ vagæ.

A Sed contra, nam instrumentum non potest habere maiorem vim, quam habeat id, in cuius virtute; sed nulla res vagè sumpta potest habere aliquam actionem, nisi sit singularis, & existens; ergo neque potest efficere, vt aliud agat in virtute ipsius, si ipsa nõ est singularis, & existens.

Confirm. nam licet dici solet, aliquam propositionem esse aliquando veram vagè sumpto subiecto, vt ad equitandum requiritur equus, exercitium tamen semper requirit aliquod determinatum indiuiduum; nõ enim actio equitandi esse potest in equo vagè sumpto; ergo similiter, vt substantia vage sumpta nullam habere potest operationem, ita neque aliud potest agere in virtute substantiæ vagæ; non enim

B potest dare alteri maiorem perfectionem agẽdi, quam in se habeat.

Confirm. 2. nam sæpè dispositio illa naturaliter non potest produci ab vlla substantia, etiam vagè, quæ habeat vim producendi effectum, vt in casu posito; siccitas enim terræ, & calor aeris ita indiuiduantur à proprijs causis, vt à nulla alia causa naturaliter produci possint.

Resp. 3. producere in virtute substantiæ, ad quam producendam ordinatur dispositio illa; nam illi substantiæ proportionatur.

Sed contra, nam sicut nulla res potest producere seipsam, ita neque accidens in virtute

C illius potest producere eamdem rem.

ART. IV. Afferuntur argumenta, & soluuntur.

Contra hanc cõclusionem primo obijcitur; Accidens disponit ad formam substantialem sine concursu substantiæ; ergo etiam producit formam substantialem sine tali concursu; quia agens per eamdem virtutem disponit materiam, & producit formam, ad quam disponit, tũ quia eadem est materia, quæ recipit dispositiones, & formã, cuius sunt dispositiones; 13 Obiec. 1.

D tum quia ratio mediorum sumitur à fine; cum igitur non producatur dispositio, nisi vt introducatur forma substantialis, sicut agens per accidentia disponit, ita per illa producit formã substantialem.

Confirm. quia natura, ideo substantiæ tribuit accidentia, vt operetur per illa, ergo substantia non habet virtutem operandi per suam essentiam, quia frustrà natura tribuisset accidentia, vt enim Deus, quia operatur per suam essentiam non indiget accidentibus, ita neque substantia creata indigeret illis, si posset per suam essentiam producere.

E Confir. 2. quia quoad alias actiones sufficiunt sola accidentia; ergo etiam quoad generationem substantiæ; nam vel generatio substantiæ est perfectior alijs actionibus, vel imperfectior; si primum, sicut substantia habet vim producendi substantiam, ita etiam & alias actiones imperfectiores, quia quod potest maius, potest & minus; cur enim forma ignis, quæ potest producere

d.cere formam ignis in materia externa, non poterit in eadem producere calorem, quo disponitur materia ad recipiendam formã ignis: A si vero dicatur secundum; tunc accidens poterit producere substantiam, sicut potest actiones perfectiores.

Confirm. 3. quia idem est principium introducendi formam, quod expellit formam illi incompossibilem, sed sola accidentia expellunt formam incompossibilem, quia hæc desinit esse in materia, cum desunt illi dispositiones necessariæ ad conseruationem; sed dispositiones necessariæ corrumpuntur ex sola virtute accidentium; ergo.

14 *Dispositiones non producũtur per eãdẽ virtutem per quam producitur forma.*

Resp. negando per eandem virtutem produci dispositiones, & formam, vt patet ex generatione hominis; & ratio, quia generatio for- B mæ est noua actio distincta ab actione dispositiua, adeoque exigit distinctum principium effectiuum. vide Pauef. disp. 3. met. c. 19. & 20. an idem agens disponat, & inducat formæ. & Zim. theor. 114.

Ad primam probationem Resp. esse diversã rationem principij passiui, & effectiui; nam passiuum disponitur, vt recipiat, atqueadeo debet esse idem principium, at effectiuum nõ disponit, vt ipsum efficiat, sed vt materia disposita recipiat, quod fieri potest ex vi alterius agentis, quod manifestè patet in artefactis; nã vnus artifex disponit materiam, & alius introducit formam, ad quam ordinatur materia disposita: C Deinde negatur semper subiectũ disponi per idem principium; nam potentia sensitiua disponitur ad operandum per species receptas in organo, & tamen producit sensationem per potentiam existentem immediatè in anima.

Ad secundam probationem rectè inde sequi media debere esse proportionata fini, non tamen per idem principium produci media, & finem, vt patet ex artefactis.

15 *Accidens operatur operationes proportionatas.*

Ad primam Confirmationem, naturam tribuisse quidẽ substantiæ accidentia ad operandum, sed operationes accidentibus proportionatas; non autem improportionatas; nisi fiant proportionata per concursum alterius causæ, D cuiusmodi est generatio substantialis, ad quam accidẽtia se sola sunt improportionata, & ideo proportionari debent adiuta, & eleuata per concursum substantiæ. Ad probationem Resp. accidentia non esse frustra; tum quia per illa producuntur alij effectus; tum quia etiam cõcurrunt simul cum substantia ad productionẽ substantiæ, vt dictum est; neque est eadem ratio de Deo; tum quia Deus habet virtutem adæquatam ad producendum omnem effectũ; substantia autem non ita, sed indiget accidentibus ad producendam substantiam; Tum quia

Accidens est velut semen substantia absentis.

etiam si forma substantialis esset sufficiẽs principium generationis substantialis, non tamen E semper est præsens, & approximata cuilibet materiæ, quare data sunt accidentia, vt semina, per quæ producantur formæ substantiales in materia, à qua abest substantia, vt infra; at Deus est vbique præsens; Tum denique, quia Deus est incapax accidentium propter infinitatem suæ perfectionis essentialis; non sic substantia creata: Deinde etiamsi Deus posset producere se solo omnem effectũ, tamen respectu plurimorum effectuum assumit sibi socias causas secundas, vt magis eius perfectio, & bonitas appareat; ergo etiamsi forma substantialis haberet adæquatam virtutem, præcisis accidentibus, producendi substantiam; tamen optima ratione natura associauit illi accidentia ad hãc productionem ad commendandam perfectionem substantiæ, quæ vtitur accidentibus tanquam ministris subordinatis tamen substantiæ in agendo.

Ad secundam Confirm. Resp. esse diversam rationem, quia aliæ actiones sunt infra perfe- 16 ctionem accidentalem, non sic generatio substantialis; deinde supra ostendimus ad multas actiones concurrere immediatè formam substantialem per suam essentiam, vt actio vitalis, & similes. Ad probationem Resp. generationem substantialem esse perfectiorem illis, ad quas sola accidentia concurrunt, non tamen sequitur ad omnes impfectiores actiones posse concurrere formam substantialem per suam essentiam; licet concurrat ad perfectiores, quia imperfectiores non continentur in perfectioribus actionibus; & cum dicitur, quod potest maius potest minus, non dicitur nisi de minori contento in maiori; nam aliàs patet id esse falsum, nam leo producit leonem, non tamen potest producere muscam.

Quod producit maius producit minus contentum in maiori.

Dices substantia per suam essentiam producit sibi suas passiones, quæ sunt potentiæ operatiuæ; ergo continet non solum perfectionem potentiarum, sed etiam actionum, quæ sunt ex potentijs; ergo non solum potest producere ipsas potentias, sed etiam actiones potentiarum.

Resp. quod qualis est ordo in continendo, talis est ordo in producendo; cum igitur actiones non contineantur, nisi ratione perfectionis continentis potentias, ideo nõ potest illas producere, nisi per potentias, ratione quarum cõtinet actiones, vt patet exemplo artificis, qui potest producere instrumentum, & tamen non potest actionem instrumenti sine instrumento.

Ad tertiam Confirm. accidentia esse principium expellendi formam substantialem dispositiuè, effectiue autem corrumpi à producente formam incompossibilem, vt infra dicemus.

Secundo Obijc. experientias, quibus appa- 17 *Objicitur ex experientijs.* ret, sæpè produci formas substantiales, vbi nulla apparet substantia; siue quia nulla existit, vt in vino consecrato dum conuertit aquam in vinum; siue quia etiamsi aliqua existat, non tamen est applicata, vt cum producitur ignis in carbone intra ollam æneam, vt supra; siue quia etiamsi aliqua substantia sit applicata, tamẽ est imperfectior, vt cum producuntur animalia ex putri materia, vel etiam ex semine. Neque dicas in talibus casibus, Deum causam primã supplere defectum causæ secundæ, sicut supplet in generatione hominis; quia non est philosophicum, tam sæpè concurrere ad causam primam; nam quod dicitur de productione animæ rõnalis,

directe ab intellectu, & idem Auic.p.p.doctr. 6. cap. 4. nam ibi dici posset, omnem illam organizationem contineri eminenter in semine, siue ratione formæ substantialis, siue accidẽtalis, vt instrumentum animæ sufficiens ad efficiendum temperamentum primarum qualitatum connaturale membris organicis, & solũ requiritur diuina applicatio, vt eadem virtus possit tam varia membra diuerso modo, & ordine effingere; ideo ad hoc fortè iuuatur ab aliqua naturali facultate, vel cœlesti influxu, vel directione Auctoris naturæ, cum præcipuè tota organizatio non perficiatur sola virtute seminis, sed tantum alicuius partis principalis, in quã introducta anima sensitiua, deinde paulatim totum perficit, vt D. Thom. 1. p. q. 118. a. 1. d. 4. sed quoad productionem animæ sensitiuæ, non solum deest virtus in semine, quoad modum actionis, sed etiam quoad subiectum, ideo indiget ope superioris causæ.

21 *Recurritur ad causam superiorem in absentia inferioris proximæ.*

Dico 3. vbi deest causa proxima inferior debere recurri ad causam superiorem, & primo quidem ad astra, quæ cum habeant vim alterãdi corpora inferiora, non est mirum si possunt etiam producere formas substantiales corporũ inferiorum.

Dices si id potest cœlum; vel per accidentia; & remanet difficultas; quia non sunt perfectiora, quam substantia, vt supponitur; vel per propriam formam; & videtur incredibile formam Solis per se immediatè producere aurum in visceribus terræ adeo distantibus; neque est eadem ratio de accidentibus, quæ penetrant vsq. ad viscera Terræ, quia hæc diffunduntur per medium, vsq; ad viscera Terræ.

Cœlum influit in inferiora immediatione virtutis.

Resp. 1. formam cœli simul cum accidentibus influere immediatè in hęc inferiora immediatione virtutis, etiamsi non sit coniuncta immediatione suppositi; sed de hac re infra.

Cœlestis influxus adiuuatur et à causa prima.

Resp. 2. non effici solo cœlesti influxu, sed concurrere causam primam, adiuuãdo, & supplendo virtutis causæ secundæ defectum; quare hi effectus cœlo tribuuntur, vel generali ratione, vt Sol, & homo dicuntur generare hominem; vel speciali titulo, dum adhibet totam efficientiam dispositiuam, vel eductiuam formæ per instrumentarias qualitates, quam habere solent causæ secundæ per easdem qualitates instrumentarias.

22 *Qua ratione cœli influant in viuentium formas.*

Dices 2. quomodo cœli influant in viuentium formas. Resp. aliqui cœlum ratione differentiæ specificæ esse perfectius simpliciter his viuentibus, videtur D. Tho. 1. p. q. 115. a. 3. ad 3. vbi ait, corpora cœlestia continere in sua virtute, quidquid in inferioribus generatur, & quæst. 105. a. 1. ad 1. quæ ex putri, & plantas assimilari cœlo secundum virtualem continentiam.

Sed contra, quia non potest res inferioris gradus continere rem superioris gradus, quia continens eminenter aliud, continet illud non tantum secundum totam potentialitatem eius, sed secũdum actualem, & præcisam perfectionem eius.

Resp. 2. alij virtute intelligentiæ ex D. Tho. p. p. q. 70. a. 3. ad 3.

Sed contra, quia intelligentia nihil imprimit cœlo, nisi motum localem, qui tantum ad applicandum inseruit, vt significatur 2. de gener. tex. 55. neque effectus cœli est, vt effectus instrumentorum artis, qui fiunt ab instrumentis per motum; quia forma artificiosa nó est aliud, quam modus resultans ex vario situ. Secundo, Cœlum non est ex natura sua instrumentum intelligentiæ, quia non habet naturalem habitudinem ad illam; neque aliqua intelligentia est ex natura sua coniuncta cœlo, sed tantum ex beneplacito Dei; neque ratione solius motus localis fit instrumentum; alias ignis applicatus esset instrumentum physicum applicantis.

Resp. 3. alij, agere in virtute Dei, vt Auctoris naturæ, & prouisoris, qui suo maiore concursu supplet, quidquid virtutis deest in proximis causis; quare deficientibus causis inferioribus, cœli concurrunt, quoad effectus sibi proportionatos, quoad alios vero excedentes suppletur concursus à Deo, non solum in ijs, quę per accidens fiunt, sed etiã, quæ per se consequuntur ex naturali modo agendi causarum; vnde quandoque hic concursus est debitus ex generali ratione naturæ vniuersalis, ne peruertatur ordo Vniuersi, vt v. g. ne materia maneat sine forma, ne detur vacuum, &c. aliquãdo ex propria natura, & conditione agentis particularis, quod alio modo non est aptum se communicare, vt in generatione animalium perfectorũ, vt constat de homine, ad quem requiritur non solum maior concursus, sed etiam altioris ordinis, scilicet per creationem. Ex his patet ad primum, in hoc non esse inordinationem, sed esse naturalem indigentiam generationis, quã petit natura sua talis species rei, vt ad productionẽ hominis requiritur creatio animæ; quare talis actio non est extraordinaria, sed debita ex communi lege, posita institutione talis naturæ; vnde sicut in homine non est ex imperfectione priuatiua, vt non habeat principalem virtutem, ita neque in alijs, si tamen habent efficientiam instrumentalem, ad quam sunt sufficienter proportionata, quia animalia hæc medium locum obtinent inter hominem, & inanimata, & in hoc sensu causæ secundæ possunt dici instrumenta primæ. 23

Resp. alij produci ex semine; & in alijs, vt in plantis forma producta, non excedit virtutem seminis, vt patet ex frumento.

Dico 4. quando non potest effectus referri in cœlum, tunc ad Deum referri debet, vt Auctorem naturæ, cuius est supplere defectus cãrum particularium. Neque hoc est nouum in Philosophia; nam primo animalia genita ex putrefactione tribuuntur cœlo ob defectum causæ particularis proximæ, & vniuocæ: idem de mineralibus omnes sentiunt, & etiam aliqui de forma cadaueris; nam si accidentia habent sufficientem vim generandi substantiam, tunc generatio auri debet tribui accidẽtibus disponentibus ad illius formam, & non cœlo: contra communem.

24 *Effectus refertur in Auctorem naturæ supplentẽ defectum cãa particularis.*

Secundo, quando causa particularis est indeterminata, pertinet ad Deum, vt Auctorem naturæ determinare, vt hic effectus, non ille A producatur ab hac causa, vt Aliac. 4. qu. 1. a. 2. du. 3. & ibidem Adamus; sic etiam in opinione dicentium, gradus esse homogeneos, vt prius hic, quam ille corrumpatur.

Tertio, D. Thom. 1. p. q. 113. a. 5. ad 3. ait, sola Dei voluntate esse factum, vt hæc pars materiæ sit sub hac forma, & illa sub alia, quia omnes partes materiæ sunt eiusdem rationis.

Quarto, cum species vini consecrati frigefiunt, vel alia ratione à proprio naturali statu deturbantur; remoto alterante reducuntur ad propriam qualitatem debitam formæ vini, id fieri à Deo supplente efficiētiam formæ ob defectum connaturalis principij, vt Suar. 3. p. tom. B 3. disp. 52. a. 1. vnde patet ad difficultatem propositam in secunda obiectione.

Ad Confirm. Resp. ad inanimata producenda, quia imperfectiora, sufficere imperfectiora agentia, quam ad animata, quę sunt perfectiora; ideo.

25 Dices 3. animalia producunt fœtus mediante semine, & non per suam formam immediatè, quia nunquam potest esse applicata materiæ, ex qua educitur forma fœtus.

Resp. aduersarij in illis suppleri actiuitatem per causam superiorem. Sed contra, quia actiuitas, quam habet forma substantialis esset frustra, quia nunquam in aliquo indiuiduo potest C reduci ad actum; Neque dicas illam potentiā reduci ad actum in nutritione, & augmentatione, quæ sunt aggenerationes quædam, & per accidens est, quod non reducātur ad actum circa externam materiam, nā cū huiusmodi actiones sint partiales quædam generationes debent sequi naturā totalis, & perfectæ generationes, quæ cum sit à causa prima, debet etiam, & ipsa esse à causa prima.

Resp. infra constabit quomodo semen concurrat ad productionem prolis, Nunc satis sit si dicamus, primo, posse concurrere animam matris, quæ in se concipit semen. Secundo, vbi hæc abest suppleri à causa prima, neque tamen D sequitur nutritionis, & auctionis actus debere esse à causa prima, quia qn̄ adest causa secūda, non est necessarius concursus causæ primæ, quia hic tunc solum ponitur, quando abest cā particularis, qa est concursus suppletiuus, atq; adeo poni debet, vbi est defectus supplendus.

Verum de concursu, & natura feminis in sequenti dubitatione dicetur in libris de generatione, vbi ostendetur, vtrumque semen, & fœmineū, & virile concurrere effectiuè, & materialiter; nam vtrumque est ætherogeneum, in quo pars corpulentior habet rationem materiæ; pars vero spirituosa rationem efficientis, quam partem Medici vocant complantatum; Aristoteles vero calorem vitalem. Ita Alber. lib. E 5. de gener. anim. Vallesl. lib. 2. medicarum controuersiarum c. 6. & 18. Vega lib. 1. de art. medend. cap. 3. Fernel. lib. 3. physiol. ferè per tot. & idem docet Arist. de semine plantarum, in quibus non est distinctio sexuum, quod proportionetur semini mixto, ex virile, & fœmineo; ita 1. de gen. anim. c. 18. & 20.

Secundo, ostendemus organizationem corporis ita fieri à virtute seminis, vt adiuuetur ab Auctore naturæ, vt causa vniuersali; & idcirco virtus seminis dicitur diuina; & Galenus libr. de formatione fœtus, & li. 3. de vsus partium admiratur sapientiam supremi artificis in animalis corpus efformando; non posse operationem illam effici à causa rationis experte. 26

Tertio ostendemus, productionem viuentiū perfectorum, quæ generantur, ex commixtione sexuum, debere præcipuè tribui animæ fœminæ, in qua recipitur semen viri.

Quarto ostendemus, animam vegetatiuam plantæ produci à semine, quod ponitur ab aliquibus animatum, vt docet Vall. 2. controuers. c. 8. Argenter. in artem paruam Galeni, Vega lib. 1. c. 3. Scalig. exercit. 280. ex Galen. lib. 2. de natural. facult.

Quinto ostendemus, animalia imperfecta, quæ carent distinctione sexus, non produci ex semine, sed ex animalium concepto, quod intra se generant.

Denique, Deum, vt causam supplentem defectum causarum secundarum, producere animalia, quæ generantur ex putri.

DVBITATIO V.

Quæ sint accidentia, per quæ attingitur instrumentaliter forma substantialis, ea quæ sunt in agēte extrinseco, an vero, quæ sunt in materia, in qua recipitur forma.

DE hac dubitatione dicemus in libris de generatione, vbi ostendemus, non dari resolutionem, vsque ad materiam primam, sed produci ab accidentibus, quæ sunt in materia, in qua recipitur forma; & inde etiam patebit principium formale expellendi formam esse ipsam formam productam, principium vero effectiuum esse idem, ac illud, quod producit formam; dispositiuum vero, quod producit dispositiones. 1

QVAESTIO XI.

De concursu causæ primæ ad actiones naturales causarum secundarum.

DE hac diximus tom. 1. opusc. disp. 1. quare non est cur plura addantur.

QVAESTIO XII.

De causa instrumentali.

DE ratione instrumenti fusè agemus tom. 1. opusc. disp. 2. quare hic aliqua breuiter perstringemus, vt Scolastici aliquam illius cognitionem habeant.

Primo Notandum, Instrumenti natura constituitur per habitudinem ad agens principale, 1

cui

cui subordinatur, & ad effectum proportionatum agenti principali, sed excedentem perfectionem instrumenti. Et quia triplex est genus A agentium. Naturale, artificiale, & supranaturale; ideo triplex erit genus instrumenti. Naturale scilicet, quod ex natura sua respicit effectum, vt calor dicitur instrumentum animæ ad operationes vitales. Alterum artificiale, quod ab artifice absumitur ad perficienda opera artis, quæ ex Scotistis nō dicuntur actiua ex propria virtute, attingendo effectum, sed solum, vt recipiunt motum ab agente principali, atque adeo omnem ipsorum actionem primo, & per se esse motum localem. Tertium genus dicitur supranaturale, quod à Deo, vel absumitur, vel instituitur ad effectus supranaturales.

2 Secundo Notandum in instrumentis duo B posse distingui. Primo, est ipsa actio. Secundo, est effectus productus, & circa actionē primo est substantia operationis. Secūdo, modus operationis, substantiam operationis appello ipsam operationem secundum se, vt calefacere, secare &c. modum voco ipsam modificationem, qua operatio tali, vel tali modo fiat, ita scilicet temperata, vt resultet effectus intentus ab agente, vt in serra non solum est secare, sed ita aptè, vt fiat arca, & modus operationis aliquando est à principali agente solum, aliquādo verò partim à principali agente, partim ab instrumento, vt patet in calamo, nam dum scribitur, motus ille est à principali agente, Modus verò partim est C à principali agente, hoc vel illo modo mouente, partim à figura calami, vnde characteres fiūt maiores, vel minores, benè, vel malè formati, & hoc in omnibus instrumentis, quæ carent actiuitate; in instrumentis verò actiuis substantia operationis est ab ipso instrumento, modificatio verò est solum ab agēte, quod applicat huiusmodi instrumenta cum tali, & tali proportione, vt producant effectum intentum, vt calefactio est à calore, quod vero fiat in tanta proportione, vt generet carnem, oritur à principali agente.

3 Et ex his patet quid dicendum sit de effectibus, nam duo effectus tribui possunt instrumento; alter immediatus, alter verò mediatus, D & vltimatè intētus, vt effectus immediatus serræ est scissio ligni; vltimatus verò, & mediatus est opus artificiosum; aliquando verò effectus immediatus instrumenti, & agentis principalis sunt idem realiter, vt patet in scriptura, quæ est immediatus effectus, & calami, & manus, & quando quis proijcit lapidem, impetus, seu impulsus, est quasi instrumentum proijcientis, & effectus immediatus eius impulsus est, qui vltimè intenditur à proijciente, scilicet motus lapidis, & terminus motus.

4 Est tamen inter hæc instrumenta discrimen, nam instrumenta primi generis, si comparētur E ad actionem proximam ab illo procedentem, habent potius rationem principalis agentis, quam instrumenti, licet comparata ad effectū vltimatè intentum habeant se, vt instrumentū, etiam si non alio modo concurrant, quam efficiendo suum immediatum effectum, ita tamē, vt tota eius actio subordinetur motioni agētis principalis, à quo ordinetur ad effectum principaliter intentum. Instrumenta verò secundi generis, non propriè habent rationem instrumenti, sed potius virtutis proximæ actiuæ, quæ est in principali agente, vt impetus est virtus, qua proximè proijciens mouet lapidem; sic ēt virtus motiua calami, qua efformatur substantia linearum, dicitur virtus principalis agentis, respectu autem compositionis linearum, & totius scripturæ resultantis, dicitur instrumentū, vnde respectu totius scripturæ, idest secundū totum esse, quod includit calamus se habet, vt instrumentum.

Ex quo discursu colligi potest in omni instrumēto, tàm artis, q̄ naturæ semper inesse aliquam virtutem, seu aptitudinem ad id, quod 5 proximè, & immediate efficit, & illud idem agendo, quod potest propria virtute cum subordinatione ad motionem agentis superioris concurrit instrumentaliter ad effectum illius, qui effectus excedit aliquo modo perfectionē effectus ipsius instrumenti, quod vt clarius cōstet, id in singulis instrumētis explicandum est, vnde.

Notandum tertio, in agentibus naturalibus tria posse distingui. Primo, suppositum, q̄ 6 habet virtutem agendi, & dicitur propriè principale agens. Secundo id, quo agit, impropriè dicitur virtus agentis, seu potentia agentis, neq; propriè dicitur instrumentum, nisi cui propriè respectu scilicet suppositi. placent vocare instrumenta, quomodo Aristoteles manum appellauit instrumētum, & potentias animæ vocauit organa, vt benè Tatar. lo. cit. Ex his igitur virtutibus, plurime possunt esse in eodem subiecto, & quadam sunt tributa à Natura, quædam vero sunt ab ipsa arte, vt habitus &c. Tertio, hæ ipsæ virtutes possunt comparari cum duplici affectu, si comparantur cum termino intrinseco propriarum operationum, vt calefactio cum calore, habent rationem, principalis agentis. Si vero comparantur cum effectu cōsequente proprias operationes, habere possunt rationem instrumenti, vt patet in calore, dum producit substantiam.

Quarto Notandum, hæc artis instrumenta ad tria posse deseruire. primo, ad expellendum 7 aliquod corpus, quod fit introducendo instrumentum in locum occupatum ab illo corpore, vt patet in scissione serre, quæ non aliter diuidit lignum, quam expellendo partes ligni à loco, in quem ipsa se collocat, & ad hæc reuocari possunt instrumenta, quæ imminuunt aliquod corpus. Secundo, alia deseruiunt ad defendum aliquod corpus, seu ad coniungendū vnum corpus cum alio, quomodo deseruit calamus, & pennicillus, & alia, quæ deseruiunt ad trahendum aliud, vt rotæ horologij, ex quibus fit motus artificiosus. Tertio alia deseruiunt ad efficiendam collisionem corporum per motū localem, vt inde resultet sonus maior, vel minor, iuxta differentiam collisionis, vt patet in fidibus, & ad hæc reuocari possunt ea instrumenta, quæ non agunt, nisi dum mouentur, &

hæc

hæc omnia ordinantur, vt efficiunt actiones ex quantitate, figura, duritie, & alijs proprietatibus, hæc igitur considerans Scotus, negauit ab instrumentis propriam actiuitatem. Verum de his omnibus, & pluribus alijs quæstionibus circa hæc tria genera instrumentorum legenda sunt quæ scripsimus loc. cit.

QVAESTIO XIII.

De causa ideali.

1 HAec q̃stio quatuor dubitationibus absoluetur. Prima, quid nomine ideæ intelligatur, & an detur, & in quibus agentibus. Secunda, cui conueniat esse ideam. Tertia, cuius rei est idea. Quarta, ad quod genus causæ reuocetur. De his D. Tho. 1. p. q. 15. vbi Molin. Bann. Zumel. Suar. disp. 25. Conimbr. q. 3. & 4. Ruuius.

DVBITATIO I.

Quid nomine Ideæ intelligatur, & an detur.

ART. I. Explicantur termini quæstionis.

1 PRimo Not. ideæ nomen esse grecum, deductum ab ido, quod est video; & secundum vim vocabuli propriè intuitum significat, vt Viues l. 7. de ciu. Dei c. 28. vbi Aug. ex Cic. lib. 1. Tusc. quæst. ideæ vocabulum à Platone fuisse inuentum tradit; licet alij, vt Socrates de re ipsa tractauerint ante Platonem ex Eus. lib. 11. de præparat. Euang. c. 15. & D. Aug. lib. 83. qq. quæst. 46.

Hinc falsum est, vt idea dicatur species, seu simulacrum, & imago. Alij vero apud Tatar. deducunt ex aqua, quæ variè formabilis est.

Secundo Not. tam certum esse dari ideam, quam certum, Deum non produxisse mundũ sine scientia, & ratione, vt Boet. li. 3. de consol. metr. 9. & quam certum, artifices creatos operari, quia non operantur, nisi forma per mentẽ concepta, per artem efficienda, vt Arist. 7. met. corporis sanitatem fieri à sanitate, quæ est in mente.

2 3. Not. exemplar, aliud esse extrinsecum, vt est imago, vel sculptura oculis obiecta ad imitandum, de quo Exod. 25. *Inspice, & fac secũdum exemplum.* Aliud internum, quod scilicet animo formatur, de quo est præcipua quæstio; nam licet ex prima impositione exemplar extrinseco prius fuerit impositum; tamen quoad munus causæ interno magis conuenit; nam hoc per se, illud per accidens, & remotè concurrit.

Quarto Not. Exemplar in communi esse in mente artificis, & ideo dicitur internum; quam ob causam Augustinus exemplar mundi vocat mundum intelligibilem, & Clem. Alex. mentẽ dixit esse locum idearum; neque enim agens artificiale agere potest, nisi concepta similitudine operis faciendi.

3 Quinto Notand. varias afferri à Philosophis

A ideæ definitiones, vt à Plut. lib. 1. de plac. c. 3. & 10. didicimus. Primo, Stoici dicebant, esse notiones in animis nostris anticipatas. Secundo, ex Platonicis esse substantias corpore in diuinis sensis animæ, mentisq; Dei. Tertio, ab Alcinuo de Doctr. Plat. c. 9. idea dicitur exemplar eorum, quæ secundum naturam fiunt: & dixit (secundum naturam) quia Plato noluit, rerum artificialium dari ideas, neque rerum casualiũ, aut fortuitarum, neq; entium imperfectorum, nec eorum, quæ destruunt naturam, vt bilis, &c. Quarta definitio apud Fossiũ in Thimæũ reperitur, quod sit forma æterna à materia separata, in mente diuina residens, causa rerum in triplici genere, scilicet, vt exemplar, vt finis, & vt forma. Dicitur (vt exemplar) quia res ha- *Definitio ideæ multiplex*

B bent talem determinationem, quia habent talẽ in mente agentis similitudinem. Dicitur (vt finis) quia omnia sunt facta, vt participent, & exprimant aliquo modo bonitatem, & sapientiã Dei, quæ est idea. Dicitur (vt forma) quia ponebant, esse formam expertem omnis materiæ, dantem esse rebus sensibilibus, tanquam forma extrinseca: sed melius explicatur à Theologis, licet non conueniant in conditionibus requisitis ad ideam.

ART. II. Opiniones Doctorum de conditionibus necessarijs ad ideam.

C PRima opinio est dicentium cum Durand. in 1. d. 36. q. 3. nu. 6. ex Senec ideam esse exem- 4 *Opin. Durandi.*
plar, ad quod inspiciens artifex operatur; quam descriptionem sequi videtur Caiet. p. p. q. 15. a. 1. vbi ait, de ratione formæ exemplaris esse, vt concipiatur ab agente, vt ad eius similitudinem aliquid effingat; quare conuenit illi, esse formatiuum proximè, vt est in mente agentis, licet art. 2. dicat deinde, hanc cognitionem exemplaris debere esse in actu exercito. sequitur Occh. in 1. d. 35. q. 5. & probat ex D. Aug. lib. 83. qq. q. 43. sequitur etiam Bacc. d. 36. q. 1. Gabr. q. 5. a. 2. Camerac. q. 6. a. 3.

Secunda opinio est negantium esse necessa- 5 *Opin. D. Tho.*
D rium ad rationem ideæ, vt sit id, quod cognoscatur ab artifice, sed simpliciter dicunt, ideas esse formas, ad quas aliquid formatur, idest exemplaris, ad cuius imitationem aliquid constituitur, idest est forma, quam efficiens imitatur ex intentione agentis, qui determinat sibi finem: & hanc dixit D. Thom. q. 3. de veritate, quæ est de Ideis art. 1. esse communem acceptionem, & ferè Sene. epist. 66. sed quia aliquid imitari formam aliquam, dupliciter contingere potest: Primo, ex intentione agentis, sicut pictura fit ab agente, vt imitetur aliquem, cuius
E figura depingitur: Secundo, præter intentionẽ, & per accidens, quando scilicet pictor casu facit imaginem similem alicui; & ex hac imitatione non dicitur imago formari ad illud imitandum; quia ly (ad) videtur importare ordinem ad finem; vnde forma exemplaris dicitur habere imitabilitatẽ passiuam per se: sed quia operari propter finem dupliciter contingit; Primo, quod ipsum agens determinet sibi finẽ,

vt est

vt eſt in omnibus agentibus per intellectum; Secundo, quod finis determinetur ab alio agẽte, vt ſagittæ determinatur finis à proijciente, & omnes operationes naturales ſunt determinatæ ad certum finem; ideo quando fit aliquid ad imitationem alterius ab agente, quod determinat ſibi finem, tunc illud, quod imitatur paſſiue, habet rationem ideæ, ſecus vero non habet rationem ideæ; & hoc dicit, ſiue illa forma ſit intra agentem, ſiue extra: vnde colligit definitionem ideæ eſſe formam, quã aliquid imitatur ex intentione agentis, qui determinat ſibi finem; quare qui volunt rationem ideæ conuenire tantum exemplari intrinſeco, addunt eſſe formam in mente conceptam; neque per formam volunt intelligi, quæ informat, & conſtituit rem, ſed forma concepta, & extrinſeca effectui, ad cuius imitationẽ fit effectus ex propria intentione agentis; vnde ſi caſu aliquid fiat ſimile alteri, non fit ex idea; & ſimiliter ſi ex ſola actione naturali agens facit effectum ſimilem.

6 Hinc colligunt, ideas rerum naturalium eſſe tantum in intellectu diuino, quia ſolus Deus eſt cauſa illarum per intellectum; nam rationales creaturæ, licet poſſint concipere intentionales formas, verè, ac propriè repræſentantes naturales effectus, quia tamen non habent virtutem effectiuam illarum, ideo non poſſunt illas formas applicare ad opus, hinc illæ formæ non habent rationem idearum; Ex quo ideo dicitur forma practica, quæ opus dirigit; licet alij putent, ſufficere vt poſſit applicari; agentia vero naturalia carentia intellectu, licet habeãt vim efficiendi formas ſibi ſimiles, non tamen poſſunt per ſe ipſa dirigere actiones ſuas, vt ſuos effectus ad imitationem talium formarum efficiant; & ideo in illis non habet locum exemplar, niſi per metaphoram, vt rectè Diu. Thom. loc. cit. qui in artifice creato reſpectu artificialium exiſtimat ponendas eſſe ideas per quandam participationem idearum, quæ ſunt in mente diuina, ſicut omnis perfectio creata eſt participatio quædam perfectionis diuinæ. Eadem ſequitur Scotus 1. d. 8. quæſt. 4. §. contra iſtam, & d. 35. q. vn. §. contra iſtud arguitur, vbi definit ideam eſſe rationem in mente artificis, ſecundum quam aliquid eſt formabile ad extra, ſequitur ibid. Tatar. Sed patebit ex dicendis quomodo vtraque poſſit conciliari.

ART. III. Opinio Auctoris.

7 *Conditiones Ideæ ad mentem Auctoris.*

PRima Concl. Idea eſt forma in mente artificis, quam aliquid imitatur ex intentione agentis, qui determinat ſibi finem. Hanc definitionem omnes recipiunt, vt patet ex dictis; & licet alij alias conditiones addant; omnes tamen has admittunt.

Dicitur (forma in mente artificis) forma autem dupliciter poteſt eſſe, vel intrinſeca, & inhærens; vel extrinſeca, & obiectiua; & Scotus dicit, eſſe (Rationem) quia Deus omnia poteſt cauſare, non irrationabiliter, ſed rationabiliter; quare habet rationem, ſecundum quam cauſat, illa autem ratio eſt idea.

Dicitur (quam aliquid imitatur) ideſt, vt ait Scotus, & Occh. & alij, ad cuius ſimilitudinem aliquid producitur ad extra.

Dicitur (ex intentione agentis) vt excludantur à ratione Ideæ illa, quibus aſſimilatur effectus, ſed per accidens; vt ſi pictor cum intenderet pingere leporem, pinxit vulpem.

Dicitur (qui determinat ſibi finem) vt excludantur illæ formæ, quibus producitur aliquid ſimile ex intentione naturæ ſuperioris, & non ex intentione agentis proximi, quod ſibi præſtatuat finem; quare tantum in efficientibus per cognitionẽ videtur debere poni ideã, quas particulas Scot. Occh. & alij explicant his verbis (ſecundum quam aliqnid eſt extra formabile ſecundum propriam rationem eius. vbi Tatar. explicat ly (ſecundum quã) accipi multipliciter; primo, vt dicit rationem eius, ſecundum quam potentia attingit obiectum, vt ſpecies dicitur ratio, ſecundum quã intelligimus; Secundo, vt dicit potentiam, vt intellectus dicitur ratio, ſecundum quam intelligimus; Tertio, vt dicit rationem obiecti, ſecundum quam attingitur, vt ſpecies dicitur producere intellectionem ſecundum eſſe repræſentatiuũ. Quarto, vt dicit rationem obiecti, quod terminat; & hac ratione ideæ dicuntur eſſe id, quod intuetur agens, dum operatur. Sed malè, quia in illa definitione ly (ſecundum quam) dicit tantum, vt benè D. Thom. q. 3. de ver. a. 1. notauit, circumſtantiam cauſæ finalis, vel circumſtantiam regulæ, quia tunc res producta dicitur vera, quando eſt ſecundum ideam, ideſt vt requirit idea.

8 *Idea non eſt in agentibus ſine cognitione.*

Secunda Concluſ. Idea ponenda non eſt in agentibus ſine cognitione. Patet, quia in earum actionibus, cum nihil cognoſcant, non intendũt ex propria cognitione aſſimilare alicui effectum.

Confirm. quia idea eſt aliquid ſuperadditum potentiæ agẽtis, per quam determinetur ad aſſimilandum ſibi effectum; ſed in naturalibus determinatio eſt ab ipſa natura potentiæ, & ſimiliter aſſimilatio, quæ ſæpe etiã deficit, vt patet in æquiuocis agentibus.

Sed contra, quia omne agens intendit aſſimilare ſibi effectum; ergo in omnibus eſt forma aliqua, cui effectus ſimilis ſit.

Confir. 1. quia id, quod præſtat idea in agente per intellectum, quod, ſcilicet determinat agens ad talem, vel talem actionẽ, præſtat forma in agentibus naturalibus.

Confirm. 2. quia ſicut ratio finis reperitur in omni agente, etiam ſi non cognoſcatur finis, & intendatur per actum elicitum, vt infra, ita etiã ratio ideæ, etiam ſi nõ cognoſcatur ſimilitudo illa effectus, & intendatur per actum elicitum ab agente.

Impropria Idea poteſt dari in agẽte ñõ naturali.

Reſp. propter hoc argumentum, ſiquis diceret, in naturalibus eſſe aliquo modo rationẽ imperfectam ideæ, non grauiter eſſet reprræhẽdendus; ſed quia ſi ideam tantum appellamus id, cui aſſimilatur effectus agentis per cognitionem, illud propriè non eſt concedendum;

quia

quia non quælibet assimilatio effectus ad aliud efficit rationem ideæ, sed quæ intenditur per cognitionem, & appetitum elicitum.

Ad primam Confirmationem Resp. habere aliquod commune cum idea, non tamen omnia, vt sit determinatio agentis per cognitioné.

Ad secundam Confirm. Resp. aliqui, hac ratione ab Aristotele finem magis propriè reperiri in naturalibus, quam rationem ideæ; quia finis constituit nouum genus causæ; quare vbicunque reperitur aliquo modo ratio illius, debet dici simpliciter causa finalis, vt omnes causæ in singulis rebus naturalibus reperiantur; sed ratio ideæ non constituit nouum genus causæ, sed reducitur ad efficientem, vel formalem, & ideo tunc tantum habetur illius ratio, & denominat aliud, cum est quid superadditum illis causis; nam hac ratione etiam imperfectè participant rationem illarum causarum.

9 Secundo Resp. alij, & colligitur à Simpl. 2. phys. tex. 19. & 28. vt in illis datur ratio finis, ita etiam & ideæ ratio; nam finis dicitur esse in naturalibus, quatenus intenditur ab intelligentia, quę dirigit illa, ita etiam effectus productus ab agẽte naturali assimilatur ideæ, quam habet intelligentia, & prima causa mouens res naturales; putauit enim Simplicius, agentia naturalia esse instrumenta agentium abstractorum: quare melius Philoponus tex. 27. qui cum tribueret agentibus naturalibus actionem, vt principalibus agentibus negat ab illis ideas.

Resp. 3. alij, & mihi placet, id dici, quia ratio finis non consistit, vt concipiatur, sed tantum sufficit, vt sit aliquod bonum, ad quod media sint ordinata siue naturaliter, siue liberè; sed ratio ideæ requirit, vt sit determinatio agẽtis per intellectum, cui intendat effectum assimilare.

Dices 2. Natura comparatur arti ex 2. phys. 11. & 12. sed ars operatur per ideam; ergo, & natura.

Confirm. quia natura non casu operatur, sed certo modo ad certum finem; ergo natura debet habere ideam rei faciendæ.

Resp. facilè patere responsionem ex dictis; nam cõparatio non est quoad omnia, sed quoad aliqua, quare dicitur imitare naturã quoad effectum, non autem quoad omnem modum faciendi.

Ad Confir. naturam non operari casu, quia per determinata media tendit ad finẽ, nisi aliũde impediatur; at huiusmodi tendẽtia non necessario exigit concursum ideæ, vt dictum est.

10 *Dantur ideæ in agentibus intellectualibus.* Tertia Concl. Ideæ dandæ sunt in agentibus per intellectum: & quidem dari in Deo probat D. Thom. p. p. q. 15. & 44. a. 3. & q. 3. de verit. per totam. Doctores in 1. d. 35. Mars. 1. q. 1. a. 1. in 2. p. articuli. Aliacen. q. 6. a. 3. Altisiodor. tribus quæstionibus additis post primũ librũ. Alen. 1. p. qu. 23. Henr. quodl. 9. q. 2. Alij d. 35. vbi Scot. q. vn. Bonau. q. 1. Gabr. q. 5. Rubion. q. 2. Alij deinde d. 36. vt D. Thom. Duran. licet id temerè neget Aureol. vt rectè confutat Capr. 1. d. 35. & ratio, quia omne agens per intellectũ debet cognoscere id, quod operatur; alioqui temere operaretur; & agens indeterminatum debet determinari ad hoc, vel illud opus; ergo agens per intellectũ proprie habet ideas. Consequentia est nota ex significatione ideæ, & eadem ratione probatur in omni agente per intellectum dari ideam; nihil enim potest artifex producere; nisi præconcipiat, quod est faciendum; hoc enim est agere per cognitionem, scilicet producere, quod præcognoscitur: &

Cõf. ex Arist. 7. met. tex. 23. & 30. & 12. met. 18. & 28. *agẽtia artificialia producere sibi vniuoca*, quod non nisi ratione ideæ intelligi potest: & 12. met. 24. *id quod agit*, inquit, *in artificialibus, esse ideam*.

Dices, an in animalibus brutis sit ratio ideæ. 11 *Bruta nõ agũt per ideam proprie.* Affirmant quidam, quia agunt per cognitioné sensitiuam; nam hyrundo, cum facit nidum, concipit nidum. Contrarium propriè dicendum est; tum quia non agunt ex cognitione finis, determinando sibi finem, sed instinctu naturæ ex delectatione, quam capiunt in illa operatione; vnde semper eodem modo faciunt effectum, siue prius fecerint, siue non; quod non est in agentibus per artem, & per ideam: Tum quia cognoscere rem futuram, vt futurã, præordinando media ad finem, est proprium intellectus; licet in his possit magis dici, esse aliquã rationem ideæ imperfectæ, minus, quam in naturalibus. Quare est notandum, agentiũ, quædam esse, quæ agunt sine vlla cognitione sui effectus, sed tantum quia ex natura sua sunt determinata ad talem actionem, vt elementa, &c. quędam esse, quę licet habeant aliquam cognitionem, tamen supposita cognitione impetu naturali operantur, non conferendo media cũ fine, neque cognoscendo, quomodo effectus debeat fieri, & ita sunt bruta animalia: quædam tandem operantur, quia cognoscunt effectum, & præterea tali, vel tali modo esse operandum, quam possunt corrigere, conferendo media cũ fine, & ita sunt agentia per intellectum, in quibus proprie reperitur idea.

DVBITATIO II.

Cui conueniat ratio ideæ.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Not. Cum constet ideam esse in mente, & in mente sit conceptus obiectiuus, & formalis; & obiectiuus esse possit duplex, vel eadem res cum re, quæ fit per artem; vel alia res, ad cuius imitationem res fieri debeat; hinc fit, vt ratio ideæ tribui possit, vel conceptui obiectiuo distincto à re facienda, quod tamen cognoscitur ab artifice, vt ad instar illius aliquid fiat; sicuti imago exemplata à pictore ad aliam efformandam; Secundo, ipsimet rei producendæ præconceptæ, vt ad instar illius ipsamet producatur in esse reali. Tertio, ipsimet conceptui formali rei producendæ; nam sicut terminus cognitionis speculatiuæ dicitur verbum mẽtis; ita practicæ dicitur idea; vnde ommissis antiquorũ opinionibus, quas refert Aristot. 7. met. & Mars. q. 1. prolog. a. 2. apud Peri- 1

pa-

pateticos sunt variæ opiniones.

2 2. Not. magnam esse controuersiam, an de ratione formali ideæ, seu exemplaris sit, vt cognoscatur; nam aliqui Thomistę putant, id esse necessarium, quia ideo dicitur esse id, ad quod respiciens artifex operatur; qui tamen inter se differunt, quod alij Thomistæ velint debere cognosci per cognitionem directam, eoquod putent, vt sicut per cognitionem speculatiuã nullum obiectũ in se immediatè cognoscitur, sed quodlibet cognosci in verbo mentis, quod immediate cognoscitur, & in quo cognoscũtur obiecta externa repræsentata per illud; ita ideam putant esse terminum cognitionis practicæ, in quo repræsentantur opera artificiosa: verũ hæc doctrina nec satis intelligitur in cognitione speculatiua, vt alibi; nec videtur hic modus cognoscendi necessarius ad rationem ideæ; nam eo præciso, rectè potest intelligi artificem operari ad imitationem alterius; Quare alij dicunt, illam cognitionem esse directã, quatenus directe tendit in obiectum imitabile, siue hoc sit exemplar extrinsecũ, siue ipsemet effectus producendus: verum neque cognitio potest esse necessaria, vt ratio formalis constitutiua ideæ; tum quia illa cognitio supponit ideam, quæ est imitabilis; tum quia idea constitui debet per eas perfectiones, quæ sunt exprimendæ in effectu, vt per illas assimiletur ideæ; at effectus nõ assimilatur obiecto cognito quoad denominationem illam extrinsecam cogniti; sed quoad pfectiones intrinsecas obiecto, quod cognoscitur, & recipit denominationem cogniti. Alij deinde dicunt, hanc cognitionem non esse directam, sed reflexam, per quam artifex applicat cognitionẽ suam ad efficiendum opus; verum licet hæc reflexio aliquando adsit, vt infra, non tamen est ratio formalis constitutiua ideæ, quia supponit ideam iam constitutam, quia sicut finis non constituitur formaliter per cognitionem, sed per bonitatem, quæ cognoscitur, quia ab hac mouetur appetitus; ita neq; cognitio reflexa constituit ideam, quia non est imitabilis ipsa cognitio reflexa, sed res cognita per ipsam. Quod confirmatur ex imagine externa quando habet rationem exemplaris, quia licet, vt ipsa suo modo causet, debeat videri, & cognosci; tamen non constituitur in esse exemplaris, per denominationem, quam accipit à visione, sed per talem figuram, colores, & similia, ratione quorũ est imitabilis ab effectu exemplato.

3 3. Not. cognitionem rei imitabilis actualẽ, vel habitualem esse necessariam ad rationem ideæ, vt conditionem sine qua non. Patet primo, ex proportione inter exemplar, & finem, quod sicut finis non potest mouere appetitum, nisi cognoscatur; ita neque exemplar dirigere artificem. Confir. quia de ratione exemplaris est, vt sit id, ad cuius imitationem produci debet effectus, vnde dicitur forma, ad quam intuendo artifex operatur. Verum hi inter se dissentiunt; nam qui dicunt, ideam esse ipsum obiectum siue efficiendum, siue extrinsecum, volunt hanc cognitionem esse directam; at vero qui dicunt, ideam esse ipsam formalem cognitionem effectus producendi, consequenter dicunt hanc cognitionem esse reflexiuam, quia artifex non potest vti exemplari ad commensurandam, & definiendam formam, quam debet præbere suo effectui, nisi comparet ideam cum effectu producendo; hæc autem comparatio non fit per cognitionẽ directam effectus, quia nec seipsam cognoscit per illum actum, nec respicit duo obiecta; at cognitio comparatiua respicit duo obiecta. Verum alij negant, hanc cognitionem reflexiuam esse per se necessariam; tum quia cognitio directa effectus producendi est sufficiens ad dirigendum artificem absque alia reflexione; nã sufficit ad mouendum appetitum, & imperandum potentiæ exequutiuæ, vt operetur formã secundum cognitiones, secundum quas est cognita, cum sit cognitio practica; tum quia est contra experientiam, nullus enim artifex, dum operatur, habet cognitionem reflexiuam, quod ipse cognoscat se cognoscere imaginem v.g. tali modo depingendam. Neque obstat, quod in Deo semper sit necessaria illa quasi reflexio; quia illa necessitas non oritur ex indigẽtia ideæ, vt possit causare, sed ex infinita perfectione diuinæ cognitionis, quæ non potest terminari ad aliquod obiectum, nisi seipsam etiam sub omni ratione repræsentet; quia in Deo est vna simplicissima respectu omnium rerum cognitio, licet ex nostro modo concipiendi ratione distinguatur ex distinctione obiectorum.

Cognitio rei imitabilis, vel habitualis est necessaria ad rationẽ ideæ, vt conditio sine qua non.

Dices, intellectus non potest intueri obiectum externum, nisi prius intuetur internum, quod dicitur species expressa, idq; tam cognitione practica, quam speculatiua; ergo semper requiritur cognitio conceptus formalis. 4

Resp. ex dictis id esse falsum, quia intellectus immediate fertur circa obiectũ extrinsecum, vt alibi; quia obiectum illud intrinsecũ, cum non habeat conuenientiam formalem cũ obiecto extrinseco, qualem habet imago Cæsaris cum Cæsare, non potest esse obiectum, in quo cognoscatur externum.

Resp. 2. etiamsi cognitio tali modo fieret, adhuc ea necessitas non oriretur ex peculiari indigẽtia ideæ, sed ex ratione cognitionis communi ad practicam, & speculatiuam.

Dices 2. artifex, vt v.g. ædificator, dum operatur, semper debet respicere modulum comparando illum ad opus, quod fit; ergo est per se necessaria cognitio ideæ.

Resp. necessitatẽ illius respicientiæ non oriri ex indigentia quam habet idea, illius cognitionis, sed ex imperfectione artificis, qui non est aptus ex se formare ideam operis, sed indiget auxilio extrinseci moduli, qui tamen non habet rationẽ ideæ. Quare ego dico, cognitionem esse necessariam ad ideam; vt causet, ex D. Tho. p. p. q. 15. ar. 2. ad 2. vbi distinguit artẽ ab idea, quod ars sit (vt quo) idea vero (vt q) Deus cognoscit, nam Deus cognoscendo suã essentiam format conceptus creaturarum, per quos directè illas cognoscit; conceptus autem illi dicuntur exemplaria, seu ideæ creaturarũ

hæc

hæc autem cognitio necessaria, secundum eos, qui dicunt ideam formaliter esse ipsas creaturas cognitas, est directa respectu ideæ, vt probant argumenta Scotistarum; at vero secundũ eos, qui dicunt, ideam formaliter consistere in ipso formali conceptu creaturarum, nõ potest esse directa, sed necessario est reflexa, idest cognitio cognitionis, seu conceptus. Dico 2. hæc reflexio, satis est, vt sit virtualis, nam ex dictis patet, non requiri formalem; ergo requiritur virtualis; vnde D. Thom. loc. cit. loquens de scientia Dei, docet, cognitionem diuinam ob suam perfectionem, dum fertur in creaturis, ferri etiam in seipsam, vnde prius secũdum rationem in Deo sunt exemplaria formalia, & deinde cognitio ipsarũ per reflexionẽ, licet id fiat vno simplicissimo actu; & hinc ponitur idea in Deo, non tantum formata, sed etiam cognita, quia vt sic habet totũ id, quod requiritur ex parte intellectus, vt in genere ideæ perfectissimo modo causet; nam est forma existẽs in mente diuina, & ita applicata, vt possit ad illam respiciens efficere rem repræsentatam per conceptum idealem. Dices tertio; an idem dicendum sit de artifice creato? Resp. habere quidem reflexionem virtualem, sed imperfectam, qualis est in omni cognoscente, qui dum cognoscit obiectum, virtualiter cognoscit se cognoscere; at in Deo hæc reflexio est perfectissima, quia per vnam simplicem cognitionẽ fertur in omne obiectum cognoscibile; non solum confuse, & implicitè, sed explicitè.

ART. II. Referuntur opiniones Doctorũ.

5 *Opinio dicentium ideã esse obiectum extrinsecum.*

PRima sententia est dicentium, ideam esse obiectum illud extrinsecum rei producẽdæ, ad quod respicit artifex, vt ad eius similitudinem rem producat, vnde exemplar extrinsecum dicitur idea respectu exemplati. Hæc sententia debet esse omniũ, qui dicunt, in Deo ideam esse ipsammet essentiam cognitam, vt imitabilem à creaturis; quia Deus non potest in sua cognitione, & productione pẽdere ab aliquo extrinseco; vnde vidẽtur supponere (quod etiam expresse videtur dicere D. Tho. q. 3. de verit.) respectu intellectus, qui potest pendere ab extrinseco in sua cognitione, rationem ideæ conuenire obiecto cognito, quod sit extrinsecum rei producendæ. Hæc sententia dicitur esse Aegid. d. 36. a. 2. q. 2. Argentinæ q. 1. ar. 1. Mars. q. 1. prolog. ar. 1. in 2. parte articuli, vbi ex professo impugnat Scotũ, Henr. quodl. 9. q. 2. Riccard. dist. 36. ar. 2. q. 2. & 3. Bassol. d. 36. a. 2. & 3. Maior. q. vn. qui omnes tenent, ideã in Deo esse essentiam ipsam diuinam, vt participabilẽ à creaturis. Ad hanc sententiam accedit Petrus Aliacen. in q. 6. a. 3. vbi expresse ait, dupliciter posse poni ideam v. g. primo aliam domum, ad cuius similitudinem aliquod fit; secundo, ipsammet domum, quæ fit, prout antequam fiat, concipitur mente, vt ad instar illius aliquid fiat: idem dixit Occham. a. 3. responsione ad 2. dict. & clarius Heru. quodl. 2. q. 3. ar. 2. dum ait ideam esse medium, quo cognoscitur res producibilis, non actum, quo cognoscitur. Ratio, quia idea est formaliter exẽplar; sed vna domus ad extra potest esse exemplar respectu alterius; ergo. Antecedens probatur, quia potest esse id, ad quod artifex aspicit, vt consimilem operetur. Ad hanc accedit opinio Mairon. d. 47. q. 1. Caietan. p. p. q. 15. ar. 2. Ferr. 1. cont. gent. c. 54. Bonau. 1. d. 35. ar. 1. q. 1. Henr. quodl. 9. q. 1. Capr. 1. d. 36. q. 1. & alij, qui tenẽt ideas esse ipsam essentiam Dei, quatenus est ratio, cur cognoscantur, & producantur creaturæ; vnde dicunt, consequenter ideã pertinere ad primarium obiectum cognitionis diuinæ.

6 *Molinæ opinio exponitur.*

Ad hanc accedit opinio Molinæ loc. cit. disput. 2. qui docet primo respectu intellectus diuini proprissimam rationem ideæ conuenire essentiæ diuinæ respectu creaturarum, non autem ipsis creaturis; quia prius conuenit creaturis posse fieri à Deo, quam habere rationẽ entis, & consequenter cognoscibilitatem; nã ideo est ens, quia esse potest; & ideo esse põt, quia fieri potest, nam si fieri nequiret, non haberet magis rationem entis, quam chimera; ergo exẽplar primum, in quo à Deo res conspiciuntur fieri posse, atq; adeo in quo conspiciuntur habere rationem entis, non est ipsa natura v. g. humana habens rationem entis, sed essentia diuina, in qua virtute continetur, cuius potest esse participatio, eam suo modo imitando.

Confirm. quia Deus cognoscit creaturas in sua essentia, tanquam in causa virtualiter continente illas; ergo conspiciendo possibilitatem earum, & modum, quo esse possunt ab essentia, eas intuetur, ergo prius est ex sua essẽtia intueri modum, quo esse possunt, & quo eas põt producere, quam vt tales, vel tales naturas intueatur; ergo essentia diuina, vt antecedit cognitionem creaturarum est idea, quam creaturæ possunt imitari; & in qua inspicitur modus, quo potest res producere; neque Deus, ex naturis rerũ præcõceptis cognoscit eas esse posse & modum, quo fieri possunt, sed ex possibilitate illarum, quam habent in sua potẽtia, & essentia, illas cognoscit possibiles, & modũ, quo fieri possunt, vnde possibilitatẽ rerũ cognoscit, tanquam secundarium obiectum cognitum in essentia, quod est primarium.

7 Secundo docet, in artificialibus creatis ideã non esse naturam rei producendæ præconceptam, sed exemplar ab illa distinctum, quia pictor ad pingẽdam imaginem semper sibi aliam proponit tanquam exemplar, cuius effigiem exprimere conatur; ergo.

Confirm. quia artifex non concipit eandem rem, quam est producturus, quia pendet ex varijs circumstantijs temporis, loci, materiæ, &c. quæ non possunt præconcipi.

Tertio docet, si Deus infunderet alicui cognitionem eiusdem numero effectus, quem est producturus, natura illa præconcepta habere posset rationẽ ideæ respectu sui ipsius, vt producendæ in esse reali, quia ex illa operatio melius dirigeretur quoad omnia ea, quibus opus illud constare debet.

Dicet

Dicet, cur non idem dicitur in Deo. Resp. quia Deus scientiam non accipit à rebus, vnde non concipit ex illis, quomodo faciendæ sint, sed in sua essentia, & potentia modum, quo res pro suo arbitrio possunt emanare, intuetur; at artifex creatus accipit scientiá à rebus, vnde ex naturis illarū concipit quomodo sint faciédæ.

8 Quarto docet, ideis diuinis cõuenire, vt sint principium cognoscendi res producibiles, quia obiectum primarium cognitionis est idem, ac principium efficiendi, nam cum essentia diuina sit obiectū primariū, in quo Deus intuetur res producendas, consequēter est ratio cognoscēdi creaturas, & modum, quo sunt efficiendæ; & cum scientia diuina sit causa rerum, fit, vt quatenus est Deo ratio cognoscendi modum, quo fieri possunt, sit & principium efficiens earū.

Quinto docet, in creatis non esse rõnem cognoscēdi artefacta sm indiuiduationes, sed tm inde põt concipere modum in specie, quẽ res est habitura, & quodammodo vagè.

Sexto docet, in creatis habere rõnem efficiētis, quatenus cognitio exēplaris dirigit potentiam exequutricē ad opus; quare idea non immediatè concurrit ad opus, sed mediante cognitione, vnde habet rationem causæ efficiētis, quasi moralis, & quatenus est terminus imitationis passiuæ, quæ est in effectu, reducitur ad causam formalem.

9 *Idea est ipsa res producenda in esse cognitiuo*

Secunda est dicentiū, ideā conuenire ipsi rei, quæ est producenda, quãus concipitur, vt ad instar illius res fiat in esse realis existentiæ; nã antequam artifex producat rē in esse reali, illam producit in esse obiectiuo, ꝙ esse obiectiuum deinde cognoscit, vt ad similitudinē illius producat creaturas in esse reali. Hãc vt problema tractat Rice 1.d.36 a.2.q.2. Maior.d.35.q.1.& videtur D.Th.q.3.de verit.a.2. Quare idea, & ideatum sunt eadē res, sed tm in modo essendi differūt, sicut vniuersalis, & particularis natura sunt idē, sed tm in modo essendi -s. contracto, & abstracto differunt. Ita Scot.in 1.d.35.q.vn. §.ad ista, vbi Tatar.& Licchet. Occh.& Gabr. q.5.D.ir.d.36.q.3.Bass.q.2.a.Aliac.q.6.a.3.Bac Con.d.6.a.1.& d.39.a.2.qui oēs duo requirunt ad rõnem ideæ, primo vt sit obiectum cognitū secundo, vt ad instar illius res fiat; quæ duæ cõditiones tm rei faciendæ, vt cognitæ cõueniūt nam præciso omni alio ab agente artificioso, si operatur ex pcognitione effectus faciēdi, rectè intelligitur operari rõnabiliter, & per ideā: & ꝙ si pscindatur cognitio effectus, posita pcognitione cuiusq; rei, nõ dicetur operari rõnabiliter, & per ideā; ergo nihil aliud hēt rõnem ideæ, ꝗ ipsū obiectū cognitū, vt ad instar illius res fiat.

Secundo, idem concipit artifex in mente, ꝙ producturus est; sed rem producit; ergo illam præconcipit; idea autem est id, quod necessario præconcipitur ad effectum.

Tertio, quia artifex producit sibi simile vniuocū rõne ideæ, sicut agens nãle rõne formæ; sed forma est eiusdē speciei cū forma pducta; ergo & idea Maior patet ex 7.met.23.& 30.12. met 13.18.&24.1.de part.c.1. 2.de gen.an.c.1. & Conf quia si esset alterius speciei nõ inferuiret artifici, qa effectus non posset illi assimilari.

Quarto, ex Marf. quia idea est relucentia effectus in mente; hæc autem relucentia non A videtur esse aliud, quam ipse effectus cognitus.

10 Quinto, ex proportione finis, & ideæ; nã vt finis non mouet, nisi cognitus, ita & exēplar nõ dirigit, nisi cognitū: & vt in fine ratio formalis non est esse cognitum, sed bonum repræsentatum per cognitionem, ita nõ dirigit operationē esse formale cognitionis, sed forma ipsa cognitioni obiecta, quia illa est, quæ p cognitionem proponitur, vt imitanda; ergo, vt finis nõ est ipsa cognitio, sed res cognita, ita & idea nõ est cognitio, sed obiectū. Conf. quia exēplar dr, ꝙ imitatur artifex; hoc aũt est forma, ad quam intuendo artifex operatur; at artifex nõ intuetur suū formalē conceptū, sed obiectum, quia ille nõ põt cognosci, nisi per reflexionem, quæ B nõ est necessaria. Conf. 2. quia in Deo ponūtur plures ideæ, ex Aug. lib. 83.qq.q.46. at non sunt plures, nisi rõne obiectorū, quæ plura sunt, nā in cõceptu formali nulla est ēt rõnis distinctio, nisi ratione obiectorum. Confir. 3. quia Beati videntes Deum, si acciperent virtutem effectiuam creaturarum, haberent ideas; sed in illa visione non formatur verbum; ergo verbum, seu conceptus formalis non est idea.

11 *Alij ideā aiūt esse cognitionem agentis practica operis faciendi.*

Tertia sentētia est dicētiū, ideā esse ipsā cognitionē agētis practicā operis faciēdi, seu terminū ipsum cognitionis practicæ. Videtur esse D.Th. in agētibus creatis q.3 de poten.a.1. & 1.p.loc.cit. sequitur Altisidior.loc.cit.q.2 §.so- C lutio dicimus. Alen q.23.mēb.2.a.4.& mēb.4. a.1.pſertim §.4. Maior q.vn.conc.2.refert illam Her.loc.cit. & mihi videtur expſſe esse Dion. de diu.nom.c.5.nõ lõge à fine, vbi diuinas ideas vocat diuinas pdestinationes, & volūtates rerū effectrices, q modus loquēdi indicat ideas esse actus mētis. Citatur Clem. lib 4.strom. qui mētē diuinā vocat locū idearum, lib.6 ait, esse Dei intelligentiā. Aug lib.5. Genes. ad lit.c.14. vbi explicat illud, *quod factū est in ipso vita erat*, & hãc vitā appellat ideā. & ibid. cõparat Deū artifici arcæ, & c.13. vocat *incommutabiles, æternasq; rõnes*, & l.83.qq.q.46.vbi *ideas* dicit *rõnes sm quas res conditæ sunt, has autē esse in* D *mente diuina, non .n. quidquā extra se positū intuebatur, vt secundum id constitueret, quod constituebat: & has non solum dicit esse ideas, sed vere esse, quia æternæ, & incommutabiles sunt, quarum visione fit homo mēs beatissima*; & lib.12.de Ciu.c.26 vocat *artem, qua cuncta sunt condita*, & lib.11.c.28. Angelus verius res in ipsis ideis cognoscere, quā in ipsismet rebus & Sancti id videtur dicere in illud Io. 1. *quod factum est in ipso vita erat*, cum res creatas dicunt esse in ipso Deo, vt vitā Dei, quod nisi de ideis creaturarum intelligi non potest: & hi ferè omnes loquuntur de ideis diuinis, vt Aug. tract.1. in Io. Tribuitur Henr. quodl. 9 q.2. & E Marf. loc. citat. & mihi videtur esse ipsiusmet Marsilij arg.2 contr. opin. Occh. qui ideo dicit ideam esse essentiam, quia æterna cognitio lapidis est ipsa essentia; & clarius argum. 4. vbi ait, lapidis præcognitionem esse ideam. Vide Bagn. s. p. q. 15. ar. 1.

12 Sed inter hos est discrimen, nā aliqui volūt, speciem expressam, quæ est idea, esse obiectum

 imme-

immediatũ cognitionis, in quo intellectus intuetur modũ rei faciendæ; vnde inquiunt, ideã nõ est species impræssa, neq; aliquid vicẽ eius A
12 gerens, neq; ipsa cognitio, neq; res extra intellectum cognita, sed species expræssa, cui conuenit esse obiectum (vt quod) & esse formam propriã intellectus intrinsecã. Ita aliqui Thomistę, qui vt putant intellectũ cognoscere speculatiue verbum mentis, & in illo cognoscere obiecta ad extra, ita putant ideam esse terminũ intrinsecum cognitionis practicæ, in quo cognoscitur opus producendum.

Alij vero volunt hanc cognitionem esse ipsũ verbum mentis, quod est forma quædã intellectus, non in qua, sed per quã cognoscitur obiectum, tanquã per formã, quæ per sui informationẽ facit intellectum formaliter cognoscẽtẽ. B

2. Differunt; Nam aliqui dicunt, ideam for-
13 maliter non esse ipsum opus, sed similitudinẽ passiuam inter opus apprę̃hẽsum, vt faciendũ, & opus ipsum productum in esse reali, ita vt opus sit fundamẽtum, cognitio sit rõ fundãdi, similitudo ipsa sit idea formaliter, quæ similitudo est relatio quædam: Ponuntur autem in idea, sicut in alijs causis; primo substantia ipsa, & est ipsa operis similitudo, q̃ est relatio rõnis, vel relatio transcendentalis, & in hoc consistit ratio ideæ. Secundo conditiones requisitæ ad agendum, & hæ duæ sunt, prima vt sit in mente artificis; secunda, vt sit rei producibilis propter finem, vt D. Tho. q. 3 de verit. a. 1. & 1. p. q. 15. C a. 1. & 2. Tertio, causalitas; & hæc alia respectu agentis, & est determinare agẽs, & eius virtutẽ integrare; alia ex parte effectus, & est causalitas in genere causæ formalis, quatenus .s. effectus terminatur ad illam. Hæc sententia tribuitur D. Tho. 1. p. q. 15. a. 1. in corp. ꝙ dicat, ideam esse similitudinẽ, prout habet esse intelligibile in mente. & Fons. 1. met. c. 7. q. 1. sect. 5. ad 3. qui dicit, rationem ideæ consistere in imitabilitate passiua, & refert Occh. vt cõem, & eandem sequitur Molin. 1. p. q. 15. disp. 1. qui ait, ideæ nomen esse connotatiuũ formaliter significans respectum imitabilitatis in re ad effectum, qui ex intentione agentis per intellectum, & volunta- D tem imitatur talem rem; materialiter vero significare rem ipsam, ad cuius imitationem talis effectus producitur.

Secundo, alij dicunt, rationem formalẽ ideæ
14 consistere in esse determinatiuo idealiter actionis, qua efficitur opus; est autem determinatio idealis, non actiua, quæ conuenit volũtati, sed directiua, qua operatio dirigitur, vt ideæ sit simile opus; quia hæc causalitas prius conuenit ideę, quam causalitas imitabilitatis passiuæ, quæ est in ordine ad effectum; sed in illo priori illa causalitas est ab idea; ergo formaliter idea est constituta ante imitabilitatẽ passiuam.

Confir. ex sententia eorum, qui dicunt reduci ad efficiẽs, quia illa est prior, & præcipua causalitas ideæ. E

Tertio alij, rõnem formale ideæ, dicunt esse & proprietates intrinsecas absolutas, & cõnotare relationem imitabilitatis. Ita Mars. loc. cit.
21 ex Aug. qui dicit esse principaliter formas.

Quarto alij apud Mars. connotari effectum imitatiuum essentiæ diuinæ.

A Tertio, est aliud discrimen in conditione re- 15
quisita ad ideam, an .s. sit necesse ad rõnẽ ideæ, vt agens, qui eam sibi imitãdã proponit, liberè agat: negat Molina id requiri, quia si agens per intellectum, & voluntatẽ necessario ageret, vt dicitur de Deo sm̃ Aristot. adhuc res cognita, quam ex necessitate naturæ in rebus efficiẽdis imitari intenderet, haberet rõnem ideæ. Alij id reqrũt, vt dicunt de cognitione practica, q̃ nõ hẽt rõnem practicæ, nisi qñus est in agente libero, ꝙ põt aliter, & aliter operari; hac .n. rõe in brutis negatur cognitio practica, ẽt si imaginationem aliquam habeant operis faciendi.

ART. III. Opinio Auctoris.

B PRo solutione Not. ex Maiore loc. cit. hanc 16
q̃stionem ferè esse de nomine, nã ad effectũ artificiosum, clarum est, concurrere necessario, ipsã mentis cognitionẽ, quæ eũ debeat aliquid cognoscere, ẽt obiectum illius videtur aliquo modo cõcurrere; sed quia sæpe artifex aliquid extrinsecum inspicit, vt formet opus, ẽt illud extrinsecum concurrit; Dubiũ tñ nunc est, cui tribui debeat rõ ideę, & p̃cipuè difficultas oritur ex eo, quia idea est ens connotatiuũ, quare diuersa hẽt munera. Nos ne in quæstione satis difficile difficultatẽ quæramus, tria idearũ genera putamus posse fingi, ꝙ notat Mol. loc. cit. Primũ dicitur intrinsecũ agenti, & est cognitio C ipsa, qua determinatur agens, vt hoc magis, q̃ illud producat. Alterum extrinsecum, & est res obiectiuè cognita, ad cuius imitationẽ res exprimitur, & de hoc ait Viues loc. cit. dici à spectando, & hoc vel remotum, & est exẽplar aliq extrinsecum effectui, & agenti, cui similis producitur effectus. Tertium extrinsecum agenti tm̃, & est ipsemet effectus mẽte præcõceptus, vt illi similis p̃ducatur in esse realis existẽtiæ: quã distinctionẽ, colligo ex Alẽs. 7. met. 28. q. 1. vbi ex Arist. sententia ponit exẽplar debere esse coniunctum, neq; requiri separatum, vt voluit Plato, sed ipse defendit Platonẽ, ꝙ exẽplar cõiunctũ est imago q̃dã exẽplaris separati: vnde

Triplex genus idearum distinguitur.

D 2. Not. dupliciter posse dici ideam intrinsecã; Primo respectu agentis, & ita est cognitio, & obiectũ est idea extrinseca. Secũdo, respectu effectus, & dicitur intrinseca tã cognitio, quã obiectum eius, quæ sunt necessaria ad effectũ; extrinseca vero idea conuenit exẽplari, ex quo sumitur occasio formãdi ideã intrinsecã; & ex hac varietate acceptionis cõueniunt variæ conditiones, & p̃prietates ideis; nam idea dicitur determinare agẽs ad operationẽ; secundo illud dirigere; tertio mẽsurare veritatem, quoad esse & proprietates rei factæ; quarto esse principiũ operationis; quinto, quod sit cognitum ab agẽte, vt imitabile; sexto, vt sit simile.

Idea intrinseca dupliciter dicitur.

E 1. Concl. idea intrinseca agenti est cognitio, 17
vel effectus, vel exemplaris extrinseci. Probari põt primo ex Patribus, qui loquentes de ideis diuinis dicunt, mentẽ esse sedẽ idearum, ideas esse rõnes incommutabiles, æternas, formas intellectuales, &c. August. lib. 83. qq. q. 46. vbi ait posse dici λόγοι, quæ est cognitio mẽtis, simili-

Idea intrinseca agenti est cognitio.

ter

ter contineri in diuina intelligētia, quæ est idē ac cognitio, licet ēt ibi addat *no cōtineri quidquam positum extra se, vt secundum id constitueret, quod constituebat; nam hoc opinari sacrilegium est*, quibus verbis significat ideæ nomine significari etiam essentiam obiectiuè cognitam, & contineri in diuina intelligentia, ait, etiam ex sententia Platonis lib. 12. de ciu. c. 26.

2. Dionys. c. 9. de diu. nom. volens ostendere rationes omnium rerum esse vnit, & eminenter in Deo, ait, in Deo esse omnium rerum exēplaria, tanquam in prima rerum omnium causa; *Exemplaria*, inquit, *dicimus esse essentiæ rerū effectrices rationes, quæ in Deo coniunctæ ante fuerūt, quas scriptura prædestinationes appellat, diuinasq; ac bonas voluntates, quæ cōstituunt, & faciunt omnia*, quibus verbis significare videtur ideæ nomen conuenire, tū essentiæ diuinæ, tū diuinæ arti, idest cognitioni determinatæ ad productionem harum, vel illarū rerum per liberam volūtatem; nam ab hac habent essentia, & cognitio, & sunt exemplaria actu. Quod Confir. ex Aug. loc. supracitatis, & idē sentisse Platonē docet Rodig. lib. 16. antiq. lect. c. 17. Eugub. lib. 1. de perenni Philos. c. 12.

18 2. Prob. auctoritate Arist. 7. met. 23. vbi explicans, quid sit fieri ab arte, resp. *esse respectu eorum, quorum species est in anima*; speciē aūt vocat scietiam rei, qua cognoscimus, & rem, & oppositum illius, vt scientia sanitatis facit etiā aliquo modo, vt cognoscatur infirmitas; vbi Alens. optimè explicat differentiam inter naturalia, & artificialia, in naturalibus, inquit, forma in effectu existens est causa formæ in conceptu; vnde res naturales mensurant intellectum; sed in artificialibus res in conceptu est causa rei in effectu; vnde res artificiata mensuratur à forma intellectus, & non contra: quare illa dicuntur artificiata, quæ sunt causata à conceptu, & specie existente in anima; & subdit, duplex esse quid rei, alterum reale, & hoc in effectu; alterū intentionale, quæ est similitudo illius, quæ habet esse intentionale, & formaliter existit in intellectu.

Probatur auctoritate Aristotelis.

Confir. ex Arist. ibid. vbi postquam explicauit modum, quo producuntur res artificiales, subdit, *quare accidit modo quodam sanitatem fieri ex sanitate, & domum ex domo, sine materiam habentes medicinalis enim, & ædificatoria, idest artes, sunt species sanitatis in anima, & domus*, & illam speciem vocat, *quod quid esse rei artificiatæ*, & licet deinde dicat, *intelligentiam effectus fieri à specie, & intellectu*, tamen se explicat, assignando differentiā inter ea, quæ casu fiunt, & quæ ab arte; nam ad artem duo concurrunt actio .s. intelligentiæ, & factio, quæ incipit ab vltimo intellecto, q si factio inciperet ab illo sine intelligentia, tunc esset à casu.

Confir. 2. nam idea ponitur in agente per intellectum, vt producat effectum sibi similē, sed nō potest alio modo effectus artificialis esse similis agenti intellectus, quam propter cognitionem, quæ est similitudo expressa effectus; ergo cognitio effectus est idea. Maior patet ex 7. met. 30. vbi ait artificialia non fieri ex omnino vniuoco, sed ex parte vniuoco; quia .s. est tantum similitudo repræsentationis: & clarius 12. met. 18. vbi ait non requiri ideas Platonis propter similitudinem inter effectum, & causam; quia sufficit ars, quæ est in mente artificis, vt ars medicinalis, quę est causa sanitatis, existētis in materia, vbi Alensis, & Auerr. optime, & tex. 24. vbi speciem, ait, esse causam mouentem in ijs, quæ à mente fiunt. Minor probatur, quia supponimus hanc similitudinē non esse in natura; nam agens artificiale distinguitur in natura ab opere artificioso; neq; est similitudo rōne obiecti, quia cum illud sit extrinsecum agenti, effectus non erit similis agenti, sed obiecto; similitudo aūt debet esse inter effectum, & agens ratione principij, quo producitur effectus.

Confir. 3. quia secundum Theologos, ideæ etiam ponuntur, vt sint id, per quod cognoscitur effectus; at cognoscitur per cognitionem, ergo. Sed de hac re fusius in prima parte, dum probabimus, in Deo rationem præcipuā ideæ habere ipsam cognitionem.

3. Prob. ex munere ideę; nā ad hanc pertinet determinare, & dirigere agens ad operandū, vt nō fiat irrationabiliter, & casualiter; sed id pręstat cognitio effectus, vel exemplaris; ergo illa cognitio est idea. Minor prob. quia vt res naturales determinātur per suas formas, & qualitates naturales, ita agens intellectuale per formam intellectualē ex D. Tho loc. cit. nec dirigitur agens, nisi per actualem repræsentationē mentis, quæ est veluti lumē ostendens viam, & modum, ac terminum operis, at hoc fit per cōceptum, seu cognitionem formalem. 19

Dices, quomodo cognitio dirigit agens. Resp. nō dirigere immediatè, sed mediatè; quia ostendit voluntati, quomodo res sit facienda, quæ appetendo rem producere, mouet potentiam exequutiuam ad effectionē operis, iuxta regulas præscriptas per cognitionē practicam.

Cognitio dirigit mediate agens ostendens voluntati, quomodo res sit facienda.

Dices 2. quomodo cognitio exemplaris cōcurrat ad directionem, & effectionem operis. Resp. illam cognitionem non dirigere operationē, qa est cognitio speculatiua, nā est reprēsētatiua exēplaris facti, & nō dictatiua de opere faciendo, & solum est necessaria artifici imperfecto, qui ex illa cognitione iuuatur ad formandā cognitionē practicam operis faciendi, per quam dirigitur potentia exequutiua; vnde artifices perfecti non indigent exēplari extrinseco ad formādā cognitionē practicam operis, sed propria inuētione illā cognitionē cōficiūt. Ex quo aliqui deducunt, Deum non indigere exemplari extrinseco ad producendas creaturas, quia est perfectissimus illarum artifex. 20

Dices 3. quomodo cognitio operis faciendi possit dirigere artificem ad opus, cum non cognoscat opus faciendū secundum indiuiduantes conditiones, secundum quas fieri debet.

Resp. sufficere, vt artifex cognoscat distinctè, & determinatè opus faciendum secundum perfectiones specificas; & confusè, ac vage secundum conditiones indiuiduantes.

Ex quo primo sequitur cognitionem exē-

plaris non dirigere potentiam ad opus; quia cognitio, qua pictor v. g. dirigitur, est ea, per quam cognoscit, qua parte sit linea adducenda, & quibus coloribus ornanda, at nõ cognoscit esse ducẽdam lineam exemplaris, sed imaginis faciendæ; ergo cognitio dirigens non est ipsius exemplaris, sed operis faciendi.

Secundo patet distingui artificem creatum à Deo, quod Deus operatur per claram, & distinctam cognitionem operis faciendi, etiam secundum cognitiones indiuiduantes; non sic autem artifex creatus.

21 *Idea quomodo cognoscẽda sit ab agẽte.* Sed cõtra hanc primo objicitur, quia de ratione ideæ est, vt cognoscatur ab agente; at cognitio ipsa effectus non cognoscitur. Resp. aliqui Thomistæ, cũ res cognoscitur, imediatius cognosci verbum mentis; quare non effectus immediatè cognoscitur, sed terminus illius cognitionis practicæ, qui terminus dicitur idea.

Sed hæc respõsio nõ placet Molin. loc. cit. disp. 11. nam Deus non producit verbum qua Deus, sed qua pater, sed hẽt ideas, qua Deus, vnde si per impossibile non esset Trinitas, non esset in Deo verbum, & tamen haberet ideas.

Confir. quia species expræssa in nobis nõ est obiectum cognitũ, quo vlterius cognoscimus externum obiectum, cuius est imago, vt experiẽtia constat; neq; ponitur, vt terminet cognitionem tãquã obiectum cognitum, sed vt terminet tanquam terminus intrinsecus cognitioni, vt calor calefactionem, quia nõ potest dari actio sine termino intrinseco; at terminus intrinsecus cognitionis est imago obiecti; vnde cognoscere non est, nisi expræssio imaginis rei cognoscendæ, vt fusè Molin. p. p. q. 12. ar. 2. & q. 27 ideo

Resp. 2. illam conditionem, vt sic conuenire exemplari extrinseco agẽti, vt magis patebit ex dicendis.

Resp. 3. non debere cognosci (vt quod) sed (vt quo) vnde dicitur esse virtualiter reflexiua, iuxta supra dicta, quia dum per illẽ cognoscitur res, cognoscitur etiã virtualiter ipsa, & hoc dixere Theologi, cum voluerunt, ideam esse rationem cognoscẽdi res, quæ fiunt; vnde propriè id, quo agens determinatur ad rationabiliter, & non temerè, & casu operandum.

22 *Similitudo repræsentationis requiritur inter ideam, & ideatum.* Secundo, inter ideam, & ideatum debet esse similitudo; sed non est similitudo inter res ad extra, & cognitionem.

Resp. non requiri similitudinem formalem, vel identitatem, sed virtualem, seu repræsentationis, vt ait Bonau. nã nos ponimus ideam ad determinandum agens proximè, & intrinsecè, quod præstat, siue sit similitudo formalis, vt calor ignis determinat ignem ad productionẽ caloris; siue virtualis, vt determinatur lumẽ ad producendum calorem. Imo Aristot. expræssè negauit debere esse talem similitudinem; nam dixit produci ex vniuoco in parte, idest non perfectè vniuoco; rectè .n. ait Molin. vt effectus imitatur exemplar, quod sibi artifex ad imitandum proponit, ita & cognitionem, quæ est imago huius exemplaris; vnde ars ipsa, vt cognitionem exẽplaris includit, appellari põt idea, quam effectus ex intentione, & directione agentis imitatur; nam artifex dum concipit,

A modum, quo res est facienda, intendit, vt res ipsa arti, & cõceptioni respondeat.

3. Objicies Aristot 7. me. 31. vbi ait causam proximam esse vniuocam cum effectu; at cognitio non est talis. Resp. Arist. vel loqui de idea obiectiua, vel nõ loqui de propria vniuocatione, sed quodammodo .s. ratione repræsentationis.

2. Concl. ratio ideæ extrinsecæ agenti, & rei artificiosæ conuenire põt ẽt exemplari extrinseco, quatenus cognoscitur ab agẽte, vt ad instar illius aliud fiat. Patet primo, ex cõi modo loquendi; vocant .n. oẽs exemplar, at idea, & exemplar idem sunt. Secundo, quia illi conueniunt oẽs proprietates ideæ extrinsecæ; nã de- 23 *Ratio ideæ extrinseca conuenire etiam potest exemplari extrinseco.*

B terminatur agens, vt producat effectum illi similem; neq; dicas determinari remotè; quia vt determinat remotè, ita est idea remota; tũ quia non est de ratione ideæ, vt proxime determinet; nam secundum aduersarios effectus producendus habet rationem ideæ, & tamen non proxime determinat agẽs ad operandum, quia pximè fit determinatio à cognitione effectus; & hoc clarè dixit D. Tho. p. p. q. 41. a. 3.

Dices, determinari agẽs ab illo tanquam ab obiecto in genere causæ naturalis. Sed contra, quia licet respectu cognitionis, qua apprahẽditur illa imago, seu exemplar, sit naturalis determinatio, non tamen respectu operis artifi-

C ciosi, quia sicut opus est artificiosum, ita concursus illius exemplaris ad hunc effectum est in genere artificiosi concursus. Confir. ex rationibus primæ opinionis.

Sed contra obijcit Fonf. lib. 1. c. 7. q. 1. sec. 5. qui tenet exẽplar extrinsecũ esse causam per accidens. Illud habet rõnem ideæ, q̃ per se cõcurrit ad opus; sed nullum exẽplar extrinsecũ concurrit per se ad opus; ergo. Minor patet, quia per accidens concurrit, nam præcisio illo adhuc posita cognitione effectus, esset productio artificiosi operis; ergo illud non per se, sed vt fiat apprahensio effectus, concurrit; vnde concurrit tantum, vt adiuuans intellectum ad 24

D formandam ideam.

Resp. dupliciter posse intellectum formare ideam effectus; primo, ex propria inuentione sine vllius exemplaris extrinseci inspectione, & hoc modo patet non concurrere, neq; per se, nec per accidens exemplar extrinsecum. Secũdo ex inspectione alterius extrinseci, siue sm partes, vt cum quis imaginẽ effingit, cuius partes vidit in varijs imaginib', & hoc modo neq; habet rationem ideæ, sed tantum adiuuantis ideæ formationem; siue secundum totum, vt cum quis imaginem, quam vidit integram secundum omnes partes, exprimit in effectu; & hoc dupliciter potest contingere. Primo, vt

E tantum ex illa adiuuetur, vt concipiat effectum producendum, & hoc modo neq; habet rationem ideæ, sed tantum conditionis adiuuantis ideæ formationem; Secundo, vt ex illa determinetur intellectus ad dirigendam actionem, qua formatur opus artificiosum, quare agens intendit imitari, & exprimere similitudinem illius *Exemplar extrinsecũ, qua ratione per se concurrat ad opus contra Fonsecam.*

illius in effectum, adeo vt ex illa emendet vitia operationis, & hoc modo dicimus habere rationem ideæ, & negatur vt sic concurrere per accidens, quia, vt patet ex 2. phy. causa per se dicitur, quæ concurrit ad effectum, ex intentione agentis; neque requiritur, vt effectus non possit produci sine illa causa, vt patet, nam vna actio pōt regulari per plures fines, & singuli haberent rationem causæ per se, præcipuè cum sunt subordinati; quod optimè explicauit D. Tho. q. 3. de veritate a. 1. exemplar extrinsecum esse causam per se, cum agens intendit effectum illi similem producere.

25 Ex his patet exemplar extrinsecum, & esse finem ideati, quatenus scilicet ideatum ordinatur ad illud repræsentandum; vel quia ipsum est prototypum; vel quia est repræsentatiuum prototypi, vt cum quis vna imagine Christi effingit aliā illi similiter, vt in illa intueatur Christum: & esse medium respectu existentiæ ideati, quatenus determinat agens, vt pducat ideatum ad similitudinem illius, & hac ratione habet rationem ideæ.

26

Effectus producendus respectu agētis creati, quomodo habeat rationem ideæ.

3. Conclus. effectus producendus respectu agentis creati habet rationém ideæ extrinsecæ agenti, & intrinsecæ effectui, vt concipitur tāquā id, ad instar cuius effectus in esse reali pducendus est. Probatur, quia illi conueniunt conditiones ideæ, nam determinat intellectū, atque operationem ipsam, qua formatur opus: & hanc confirmant orationes secundæ opinionis; nam artifex conatur exprimere per actionem, quod mente concipit, concipit autē rem illam, quam producit in esse reali, quod fortè voluit Arist. loc. cit. cum dixit domum ad extra fieri ex domo ad intra.

Sed contra hanc conclus. primo obijcitur, idea est causa effectus; sed res possibilis, vt cōcepta non potest esse causa sui, vt facta, quia nō posset Deus causare naturā nisi cum ipso creatura concausante; ergo.

Confirm. 1. quia exemplar debet esse distinctum ab exemplato; quia inter exemplar, & exemplatum debet esse relatio realis; sed eiusdem ad seipsum non est relatio realis.

Idea quomodo causa sit effectus.

Resp. Occh. ideam non esse propriè causā, nisi accipiendo causam largè pro omni eo, qđ præsupponitur, vt fiat effectus; hoc autem modo non est absurdum, idem esse causam sui ipsius, quia necessarium est, vt res antequā producatur, pconcipiatur; q; reperitur etiā in Deo ob maximam sui perfectionē, qui cum sit agēs intellectuale præconcipit effectum non confusè, vt creaturæ, sed distinctissimè, atque adeo, creaturæ in esse concepto præcedunt creationem actualem ipsarum; non tamen illæ creaturæ habent rationem causæ respectu creationis; quia non concurrunt ad cognitionē, sicut obiecta ad cognitionē creatam; & ideo diuersa ratio est in Deo, ac in creaturis, quod etiam patet in fine, qui est vera causa sui ipsius, vt suo loco.

Ad Confirmat. sufficit distinctio rationis, vt patet in fine; quia idea, & finis conueniunt in modo existendi requisito ad causandum, ratione cuius finis potest esse eadem res cum effectu.

A Dices, hæc differunt in modo causandi, quia finis ad se trahit affectum, at exemplar non sic, quia est mensura, & regula, vt finis, ita sit in cognitione, vt non sit necessario ipsa cognitio; at exēplar per se necessario est ipsa cognitio, quia est intellectualis regula, atque adeo debet esse distinctum a re regulata.

Sed contra, quia satis est distinctio rationis, quam habet res concepta à se ipsa, vt est in re.

Confir. quia illa distinctio sufficit, quæ sufficit ad hoc, vt vnum sit imitatio alterius; at ad hoc sufficit distinctio rationis, quia sufficit, vt obiectiuè proponatur imitandum, siue sit eadē res à parte rei cum effectu producto, siue di-

B stincta. ex his

Primo patet ideam esse aliquid reale, & esse cognitum esse conditionem sine qua non haberet rationem ideæ, quia idem est cum ideato, quod est ens reale. Ex his secundo patet, ideam propriè non influere in effectum, sed tantum terminare similitudinem effectus, & determinare agens.

Idea prior ideato secundum esse obiectiuum.

Secundo, idea est prior ideato, at idem non est prior seipso. Resp. ideam esse priorē ideato secundum esse obiectiuū; licet enim essentia sit eadem, tamen potest prius habere esse cognitum, quam esse realis existentiæ. 27

Dices potest concipi effectus, qui est faciē-

C dus in particulari, & vt existens.

Resp. potest quidem concipi vt existens, nō quod pro eo tempore existat, quo concipitur, quia non conciperetur, vt producendus; sed pro alio tempore, pro quo concipit effectum à sua causa recepturum existentiam. Vel dicendum est, effectum habere in mente existentiam in actu signato, non tamen in actu exercito, nisi dum producitur.

Tertio, idea est regula ideati, quia veritas rei consistit in conformitate cum sua idea; sed idem non potest esse regula sui ipsius; ergo idea non potest esse idem cum ideato. Minor probatur, quia idem semper est conforme 28

D sibi ipsi.

Confirm. quia motus ille, quo producitur effectus prodigiosus est cum cognitione effectus, quia præcognoscit effectum faciendum.

Resp. & pro huius argumenti explicatione, Not. aliud esse, effectum esse artificiosū; aliud, effectum esse conformem præceptis artis, per quam effici debet effectus; nam primum appello omnem effectum, qui est ab agente intellectuali, vt distinguitur ab effectu naturali, & ad hunc requiritur quidem idea, non ea, quæ formatur ex arte, nam potest formari ex inertia: secundum appello eum effectum, qui est aptus ad finem, ad quem ordinatur effectus; nā

E finis, inquit Arist. 7. met. 28. 30. est regula iuxta quam formari debet idea effectus, & effectus ipse debet produci; omnia enim in practicis ex fine regulam sumunt.

2. Not. posse aliquando contingere, vt aliquis habeat bonam ideam effectus, sed tamen in producēdo effectu potest fieri, vt erret; quia

scilicet potentiæ exequutiuæ non exequuntur imperium, & directionem intellectus propter aliquod impedimentū, ex quo intelligitur causalitas ideæ; primo enim agens concipit effectum confusè, vt bonū. Secundo voluntas vult illum effectum existere; vnde iubet intellectui, vt inuestiget, quæ sunt necessaria ad illum effectum producēdum. Tertio intellectus si ex arte operatur proposito sibi fine, ad quem dirigitur effectus, inuestigat, & iudicat, qualis debeat esse effectus, & per hūc actū constituitur idea; est enim idea, vel ille actus iudicij, vel obiectū illius; Quarto, voluntas mouet intellectū virtualiter, vt inuestiget per quæ media sit producendus; Quinto, intellectus inuestigat illa, tunc voluntas imperat potentijs exequutiuis, vt exequantur; quod si potētia exequutiua aliter exequitur, ac dirigit idea, efficitur, vt effectus non sit conformis ideæ; quare effectus, qui producitur nō est idem cum idea, sed effectus, qui debebat produci; & respectu illius effectus producti dicitur agens, causa per accidēs, quia præter intentionem eius euenit. Et ex his patet ad argumentum, idem vt conceptum est regula eiusdem, vt producitur, quia tunc res est, vt esse debet, quando producitur vt cōcipitur, & intenditur ab agente; & tunc est similitudo inter ideam, & ideatum; quod si aliter est effectus, non erit similitudo inter id, quod conceperat, & quod producitur.

Ad Confirm. resp. motum illum non sequi directionem cognitionis, & voluntatis.

29 Quarto obijcitur, in Deo effectus producēdus non habet rationem ideæ; ergo neque in creatis. Antecedens patet ex conditionibus, quas Sancti tribuunt ideis diuinis, vt patet ex dictis, & fusius in prima parte; quia creaturæ possibiles non possunt habere rationem concausæ in ipsa creatione rerum; at sine ideis, vt concausis Deus non potest creare. Consequētia probatur, quia est eadē ratio in ideis creatis, & diuinis, nam licet huiusmodi ideæ differant in perfectione, tamen seruant proportionem in modo existendi, repræsentandi, & causandi; nā sicut causæ secundæ sunt imitationes in genere causæ efficientis primæ causæ, ita ideæ creaturæ diuinarum idearum; vnde D. Th. p. p. q. 15. ar. 2. ad 2. explicat hanc identitatem rationis, quod sicut artifex, inquit, dum intelligit formā domus in materia, dicitur intelligere domum, dum autem intelligit formam domus à se speculatam, ex eo quod intelligit, se eam intelligere intelligit ideam, & rationem domus, sic Deus non solum intelligit multa per essentiam suam, sed etiam intelligit se multa intelligere per suam essentiam.

Confirm, nam sicut creaturæ, quia secundū omne esse habent rationem ideati, & dependentis, non habent rationem ideæ, ita etiam cū opus artificiosum sit veluti creatura artificis, quia opus vt opus dicit relationem effectus ad agens, non habebit rationem ideæ, quia etiam, vt est in mente artificis, est opus.

Resp. Scotistæ etiam in Deo rationem ideæ habere ipsas creaturas præcognitas, vt ad instar illarum produci debeat in esse reali; neq; tamē hoc ponit imperfectionem in Deo, quia efficit res, vt requirit natura ipsarum, quod est maximæ perfectionis in agente; neq; ob id ponitur dependentia operis Dei ab idea, sicut non ponitur dependentia actus voluntatis ab actu intellectus; nam quæ in creaturis reperiuntur cū dependentia, & imperfectionibus, in Deo sunt sine vlla imperfectione; vnde in creaturis dicimus, cognitionē speculatiuam pēdere ex obiecto cognito, non tamen cognitio speculatiua Dei pēdet ex obiecto; & licet totum esse creaturarum pēdeat secundum existentiā ab actione libera Dei, tamē secundum esse essentiæ nō pendent, nisi ex fine ad quem ex natura sua ordinantur; ex quo sumitur recta ratio ideæ; neq; est absurdum, creaturam præconceptam habere rationem directiui respectu agentis, quia hoc est necessarium dicere in qualibet sententia; nam si ponatur ideam esse ipsam cognitionem effectus, vel ipsam essentiam Dei, vt participabilem, adhuc necessarium est dicere, non posse effectum rectè, & rationabiliter produci, nisi effectus ipse præcognoscatur; quare necessario effectus, vt præcognitus, habet rationem directiui. Alijs tamen hæc doctrina non placet, vt Gregor. de Valen. q. 15. punc. 2. quod idem non possit esse sui ipsius idea, & regula; & quod idea debeat esse extrinseca ideato; & quod dicātur esse incommutabiles, & æternæ quæ certæ rationes non habent magnam vim, vt patebit in prima parte (vbi fusè examinabitur huiusmodi doctrina, præsertim, an creaturæ secundum essentiam pendeant à Deo.) Secundo alij resp. diuersam esse rationem agētis creati, & increati, quod creatū nunquā cōcipit res, vt sunt futuræ, nisi confusè; Deus vero cōcipit res secundum omnem conditionem, quā habere debent; nam Deus, vt perfectè cognoscat res, non expectat existentiam rerum. Sed ex hac rōne potius deberet colligi oppositum; tum quia possent res obiectiuæ in Deo habere perfectiorem rationem ideæ. Tum quia confusio, & distinctio per accidens pertinēt ad ideā, nam per se ad rationem ideæ pertinet, quod per se cadat sub intentione artificis, sed determinatio distincta ad talem numero actionem, non est huiusmodi, ergo. Tum quia cognitio distincta effectus, posset esse in Angelo, & etiā in homine supernaturaliter, eiusdem numero effectus. Tertio alij resp. esse diuersam rationem, quia perfectio totius esse creaturæ debet attendi ex conformitate ad exemplaria diuina; ergo aliquid aliud præter esse creaturæ debet habere rationem exemplaris; nam mēsura perfectionis debitæ ipsis rebus, non debēt esse ipsemet res, cum omnes possint esse imperfectæ, ergo debet esse aliquid supra ipsas res, idest exemplar existens in illorum causa. Sed neq; placet, quia etiam perfectio operis artificiosi pendentis à creatura attenditur ex conformitate ad exemplaria creata existentia in artifice; nam opus tunc est perfectum, quando conformatur suæ ideæ, etiamsi idea sit imperfecta, ed quod non sit commensurata fini.

In Deo creaturæ præcognitæ habent rationē ideæ per Scotum.

Resp.

30 Resp. 4. Alij diuersitatem rationis esse, quia A Deus non accipit cognitionem à rebus, sed in sua essentia cognoscit creaturas tanquam secundaria obiecta; at artifex creatus accipit cognitionem à rebus; vnde plerique Theologi dicũt essentiam diuinam habere rationem ideæ.

Sed contra, quia si quando cognitio sumitur à rebus potest res cognita esse exemplar sui; multo magis quando cognitio non sumitur à rebus ipsis; quia tunc ante talem cognitionẽ nullo modo supponuntur res esse secundum eorum esse formale; sed per cognitionem exprimuntur, & quasi formantur, quod Scotus forte dixit produci in esse obiectiuo: vnde si in Deo res cognitæ non habent rationem exemplaris, multo minus in artifice creato.

B Confir. quia potest esse artifex habens scientiam infusam, quæ non accipitur à rebus.

Sed responderi potest, debere attendi modũ operandi connaturalem agentibus; & quia homo connaturali modo operatur per scientiam acceptam à rebus, ideo ratio ideæ complens agens artificiosum debet attendi ex scientia accepta à rebus, etiamsi eandem, vel diuersam specie scientiam eiusdem rei possit habere infusam; & quia ratio ideæ habet rationem causæ, ideo debet habere aliquam rationem prioritatis, & independentiæ, cuiusmodi dependẽtia saluatur in rebus creatis respectu cognitionis humanæ, non autem respectu diuinæ; & C ideo creaturæ, vt præcognitæ, possunt habere rationem ideæ respectu agentis creati, non autem respectu increati: quia tamen hæc responsio non ita satisfacit, vt argumentum non habeat suam probabilitatem, ideo probabilius existimamus, cognitionem practicam habere vniuersalem, & præcipuã rõnẽ ideæ; quare sit.

31 *Cognitio practica effectus qua cognoscitur qualis esse debeat habet in Deo rationem Idea.*

4. Concl. Id quod habet in Deo rationem ideæ est cognitio practica effectus, qua cognoscitur qualis debeat esse; patet ex prima conclusione; nam in Deo rationem ideæ non habet effectus ipse producendus, patet ex tertia sententia, & argumento quarto contra tertiã conclusionem.

D Confirm. quia Deus non potest pendere in sua actione à creatura; at actio exequutiua effectus pendet ab idea.

Confirm. 2. quia totum esse creaturæ est dependens ab ideis diuinis; ergo nullũ esse creaturæ potest esse idea. antecedens patet, quia totum esse creaturæ est creatura, etiam esse obiectiuum creaturarum est effectus creaturæ. Hoc posito sic argumentor: In Deo est perfectissima ratio ideæ; sed in Deo non est idea, ipse effectus, qui præconcipitur; ergo neque in creaturis.

Resp. quidam negando consequentiam, & rationem diuersitatis assignant, quia essentia E Dei cum sit infinitè perfecta continet omnes creaturas producibiles, & secundum omne esse ipsarum; vnde Deus potest concipere essentiam, vt participabilem à creaturis; essentia igitur sic concepta habet rationem ideæ; nam essentia Dei concepta, vt imitabilis, seu participabilis à leone est idea leonis; concepta, vt participabilis ab aquila, est idea aquilæ; & hac ratione, licet sit vna essentia, sunt tamen plures ideæ. ita Aegid. Ricc. May. Bass. & alij. Hinc fit, vt Deus non emendicet ideas à creaturis; sed in creaturis maior perfectio est, vt idea, & ideatum sint idem; nam alioqui indigeret creatura aliquo extrinseco exemplari præter ideatum, nam essentia creaturæ agentis non continet eminẽter, vel formaliter esse rei pducẽdæ.

Sed hęc responsio supponit primum, in Deo ideam esse ipsammet essentiam, vt participabilem, quod rectè impugnat Scotus, & Occham. quia præcisa per impossibile cognitione suæ essentiæ à Deo, si Deus operatur ex cognitione effectus, dicetur rationabiliter operari, ergo cognitio essentiæ, vt participabilis nõ est idea; nam non determinat Deus ad operandum rationabiliter, quia videt essentiam, sed quia videt effectum; quare etiamsi non cognosceret suam essentiã, adhuc operaretur rationabiliter; vnde cum in Deo nõ sit ipse effectus, necessario erit ipsa cognitio effectus. 32

Secundo, Cum in Deo sit cognitio suæ essentiæ, vt imitabilis, & cognitio effectus; & tamen effectus ipse non est idea, vbi est perfectissima ratio ideæ; ergo nullibi erit idea, effectus præcognitus, sed aliquid aliud; nam hic quærimus rationem ideæ in communi.

Sed contra, primo, quia perfectiorem similitudinem habet effectus præcognitus, vt producendus cum seipso producto, quam cũ cognitione; ergo perfectior ratio ideæ est in ipso effectu præcognito. 33

Resp. inter illa non esse similitudinem, sed identitatem; nam similitudo requirit extrema distincta, saltem formaliter. Secundo, non requiri similitudinem entitatiuam, sed repræsentatiuam; nam hanc conformitatem intendit artifex in sua operatione exprimendo in esse reali, quod in mente illi repræsentatur. Tertio, non ex similitudine maiori debere attendi ideam, sed ex eo, quod integrat, & constituit agens per intellectum, ad quod sufficit similitudo virtualis, quia hæc determinat agens, vt formalis, vt patet in lumine, quod determinat subiectum ad calefaciendum.

Secundo, Idea est id, ad instar cuius aliud fit, ergo. &c.

Resp. 1. id conuenire ideæ extrinsecæ, qua vtuntur homines ob imperfectionem; & inde ortum duxit illa definitio, vt exemplar sit id, ad quod respiciens agens operatur, quod tamẽ constat ex dictis non esse per se necessarium, quia sufficit internum exemplar, cuius imitatio immediatè intenditur, atque adeo satis esse si cognoscatur (vt quo); quod si debet perfectè intelligi, vt exercens munus exẽplaris, id fieri debet per cognitionem reflexam.

Respon. 2 conuenire etiam cognitioni effectus, quatenus per reflexionem intuemur nostram cognitionem, qua cognoscimus effectũ, vt producẽdum, & tunc habet rationem obiecti, quod cognoscitur, alioqui sufficeret esse id, quo cognoscitur effectus, nam est ratio cognoscendi effectum.

Tertio,

34 Tertio, ex Mars. Idea videtur esse id, quod relucet in mente, seu quod mente formatur; nam solemus dicere, formari ideam domus, talem, & talem.

Resp. Ideam esse terminum nostræ cognitionis, qui dicitur à Nominalibus, & etiam aliquibus Thomistis cognosci à nobis, & esse id, quod relucet in mente etiam absente obiecto, quod cum non recipiatur ab omnibus, dico aliter, ideam .s. formari à mente, quia cognitio effectus est à mente; vndè dicimus, cùm volumus explicare ideam, artificem fecisse rem, vt concepit, vel aliter, quam conceperat; quare idea erit ipse conceptus effectus producendi, videtur autem idea esse illa relucentia, quia sæpè fit, nobis etiam non aduertentibus, reflexio, qua confusè noster ille conceptus concipitur.

35 *Idea formaliter est determinatiua agẽtis, vt exẽplar*

6. Conclus. Ratio formalis ideæ est esse determinatiuum agentis, vt exemplar. Explico, non enim cognitio sub quacunque ratione est idea, sed vt determinat agens; neque determinatio quolibet modo, quia etiam determinatio quolibet modo, quia etiam determinatur à fine, & à voluntate, sed vt exemplar; hoc autem est, vt agens in productione effectus tali, & tali modo regulet potentiam exequutiuam, & exprimet similitudinem ideæ in effectu.

Dices; Idea est ne relatiuum, an absolutum ens? Resp. esse ens relatiuum secundum dici: Patet ex dictis, quia esse determinatiuum, & exemplar dicit relationem secundum dici, seu imitabilitatis passiuæ; est tamen accidens in creaturis, quia cognitio est accidẽs, in Deo aũt est substantia, quia cognitio Dei est ipsamet essentia Dei.

ART. IV. Soluuntur argumenta aduersariorum.

36 ETsi ex dictis patere potest solutio argumẽtorum, tamen, vt clarius intelligatur solutio, respondendum est ad singula. Ad primum, nam licet vna domus ad extra possit esse exẽplar adiuuans formationem ideæ; non tamen est per se necessaria ad fabricandam domum.

Quæritur aliter an creatura ideo sit possibilis, quia Deus potest producere an è contra.

Ad fundamentum Molinæ relatum in prima opinione Resp. ex vi illius peti solutionem difficultatis Theologicæ, an creatura ideo sit possibilis, quia Deus potest producere illam, an vero contra, de qua Andr. de nouo Castro 1. d. 38. q. 3. & 4. Conimbr. 2. physic. c. 7. qu. 17. Henr. quodl. 8. q. 3. Scotus 1. d 43. q. 1. vbi Bassol. dist. 42. q. 2. Mayron, d. 44. q. 2. quod cõmuniter dicunt producibilitatem consequi entitatem, vt risibilitas rationalitatem; quare vt natura humana est causa intrinseca, cur homo sit risibilis, ita natura cuiusque, vt sit producibilis, sed quia producibile dicit ordinem ad productiuum, inde fit, vt nihil sit producibile, nisi in ordine ad suas causas; & quia inter causas prima est Deus, ideo res dicuntur producibiles primo, in ordine ad Deum, secundo, ad causas creatas: & hinc etiam patet expositio illius rationis, per quam res dicuntur producibiles, quia non implicant termini, vt non est negatio repugnantiæ inter lapidem, & candorem, sed est inter lapidem, & rationalitatem; nam ratio, cur inter illos terminos non sit repugnantia; & inter hos sit, est, quia naturam illorum terminorum consequitur producibilitas, vt inuicem coniuncti produci queant, & non consequitur naturam horum: hinc Mayronus ait, impossibilitatem rerum oriri ex ratione formali terminorum, qui inuicem sunt incompossibiles.

Vndè facilè Resp. ad argumentum: Sed addunt Conimbr. naturam terminorum secundũ se sublata omni existentię consideratione habere essentiam diuinam, vt causam exemplarẽ, & fontẽ totius esse, quia omne ens est adumbrata quædam Dei similitudo, & ideo creaturæ dicuntur relata transcendentia respectu Dei; qđ non esset, nisi penderent essentialiter à Deo, hæc autem dependẽtia à diuinis ideis, non quidem practicis, sed speculatiuis; nam creaturæ præcisè secundum suas essentias non pendent ab ideis practicis, quæ ad artem diuinam, & ad actionem exequutiuæ potentiæ spectant, sed à speculatiuis, quæ antecedunt nostro modo intelligendi artem, & potentiam exequutiuam Dei, quia diuina essentia ante omnem actũ alterius potentiæ continet omnem entitatem, vt fons totius esse; vnde est absolutè imitabilis à creaturis, in qua imitabilitate, vt obijcitur diuino intellectui, consistit præcipuè ratio ideæ speculatiuæ.

Verum hæc doctrina non caret difficultate examinanda in prima parte, pręcipuè quoad id de idea speculatiua, & practica; nulla enim datur idea speculatiua, cum omnis idea, vel est cognitio practica, vel obiectũ cognitionis practicæ; quod autem dicunt de dependentia essentiali creaturæ à diuina essentia, alibi explicabitur. Quare ego Resp. creaturas contineri in diuina essentia non tanquam in idea, sed tãquam in causa, perfectiori tamen modo, quam continentur effectus naturales in suis causis naturalibus. Vel Resp. contineri in diuina essentia, vt idea, tanquam diuina essentia habet rationem cognitionis; & hinc patet ad Confir. quia ante cognitionem essentia diuina non est imitabilis idealiter, sed naturaliter .i. ad modũ causarum naturalium; & ex dictis patet ad ea, quæ afferuntur à Molina in 2 & 3. dicto.

Ad argumenta secundæ opinionis Resp. cognitiones ideæ, quæ in ea opinione supponuntur, non conueniunt omni ideæ, sed tantum extrinsecæ, & inde prodijt, vt negent cognitionę esse ideam, cum tamen conditio communis omni ideæ sit determinare agens, vt rationabiliter operetur iuxta regulas artis; & hinc habet idea, vt ad instar illius aliud fiat; hoc aũt nõ exigit, vt idea cognoscatur (vt quod) sed satis est, vt sit (quo) opus faciendum cognoscatur. 37

Ad secundum Resp. negãdo omne id, quod necessariò præconcipitur, habere omnem rationem ideæ.

Ad tertium, artificem producere sibi vniuocum opus, non perfectè, sed quodammodo, vt locis ibi citatis dicitur ab Aristotele, quod non potest

potest intelligi ratione obiecti, sed cognitionis: nam obiectum est perfectè vniuocũ, imò omninò idem cum effectu producto; vndè potius retorquetur argumentum.

Ad Confirm. Resp. satis esse similitudinem repræsentatiuam in idea, vt sequatur effectus similis.

Ad 4. Resp. relucentiam esse ipsam cognitionem, effectus autem non est relucentia, sed id, quod relucet.

Ad 5. patet ex dictis, quomodo idea distinguatur à fine.

Ad 1. Confirm. effectum imitari cognitionẽ illius repræsentatiuam; nam effectum vt præconceptum non imitatur ipse effectus productus, sed potius identificatur, vnde ex hoc potius probatur ideam non esse ipsum effectum præconceptum, sed aliud exẽplar extrinsecũ.

Ad 2. Confirm. patet ex dictis, cur in Deo ponantur plures ideæ ratione distinctæ, quia scilicet sunt plures cognitiones pro ratione obiectorum.

Ad 3. Confirm. negatur à Beatis non formari verbum, nam licet id concedatur à Thomistis, quod expugnare videtur argumentum, tamen ab alijs negatur.

DVBITATIO III.

Quarum rerum sint Ideæ.

1 IN hac dubitatione potest quæri de Deo, & de agente creato; primũ pertinet ad Theologum, de quo D. Thom. q. 15. a. 3.

Deus habet ideam omniũ possibilium, non tamẽ negationũ quas cognoscit per positiua opposita.

Vbi Resp. 1. esse omnium possibilium, quia omnia illa cognoscit, non tamen habet ideam negationum, & priuationum, quia illa cognoscit per positiua opposita.

Dicit 2. magis esse ideam eorum, quæ fient, quam eorum, quæ non fient .i. cognoscantur, vt factibilia. Sequtur Aeg. d. 36. q. 2. q. 3. Dur. q. 4.

Dicit 3. singulorum indiuiduorum esse distinctas ideas, sequitur Bonau. q. 4 quia cognitiones ratione distinguuntur ex terminis; licet contrarium Her. quodl. 2. q. 1. dicens vnam ideam esse respectu omnium indiuiduorum vnius speciei.

Quarto Addunt, esse diuersam ideam respectu diuersorum ideatorum, quoad esse, & cognoscibilitatem; vnde partium essentialium, vt distinctè produci posse concipiuntur, sunt distinctæ ideæ; simpliciter tamen idea totius compositi vna idea est appellanda; imo omniũ accidentium, quæ pertinent ad perfectum statum vnius compositi, dici potest vna idea, licet non ita propriè, præsertim respectu accidentium, quæ non necessariò consequuntur substantiam indiuidui. Hæc autem proportionaliter applicanda sunt composito, quod est vnũ per accidens; quare potest esse vna idea vnius rei publicæ; imò & totius vniuersi, prout concipitur ordo, & proportio partium, vt constituens illas, vt vnum.

Quinto addo, eadem proportionaliter applicanda esse agentibus creatis, licet hæc non possint in aliud producere nisi motum, atqueadeo applicare actiua passiuis, & ratione illius applicationis idea dari potest.

2 Dubium est apud Occhamum, an idea habeat rõnẽ ideæ, antequã effectus producatur.

Idea habet rõnem Ideæ antequã effectus producatur.

Resp. affirmatiuè Occh. & Gabr. quia ita est communis vsus loquendi, vt idea non tantum dicatur respectu actualiter ideati, sed etiam respectu ideabilis, idest effectus, qui põt produci.

Secundo dubitatur, An ideæ in creaturis sint singularium.

Idea in creaturis est tam singularium, quam vniuersalium.

Resp. quidam nõ esse, nisi vniuersalium; Occhamus vero non nisi singularium, quia singularia producuntur: Ego dico posse vtrumque dici, licet perfectior sit ratio ideæ, quando descendit ad singularitates ideati, sed quia humana cognitio communiter non cognoscit singularitates, & circumstantias omnes operis à se producendi, ideo idea in agentibus creatis est tantum respectu operum, vel secundum conditiones specificas, vel secundum conditiones indiuiduales, & vagè sumptas ponenda est.

DVBITATIO IV.

Ad quod genus causæ reducatur idea.

ART. I. Opiniones DD.

1 PRima sententia est negantium esse causam; quia concurrit, vt idolum, &c. sed hoc nullam dicit causalitatem.

Opinio negãs esse causam.

Sed contra, quia est propria ratio, cur effectus in tali perfectione producatur; ergo est vera causa determinans certam effectus productionem. Secundo, quia est per se requisitum ad productionem rei, quia, vt finis requiritur ad mouendum agens, ita idea ad dirigendum. Tertio, ex modo loquendi; dicimus enim imaginem esse rectè depictam, quia est conformis ideæ, ad quam agens inspexit. Quarto, ex parte agẽtis, quia in ijs, quæ per intellectum operatur, per se necessarium est exemplar, vt rationabili modo possit actionem suam in definitum terminum dirigere; nam cum tale agens ex natura sua ad tribuendas effectibus determinatas formas non sit determinatus, vt sunt agentia naturalia, oportet vt suo proprio, & intelligibili modo determinetur; nã licet, quoad exercitium suarum operationum determinetur à voluntate, non tamen quoad specificationem, & directionem, sed ab intellectu; quare sunt necessaria propria exemplaria talium effectuum, vt in intelligibili, & artificioso modo operetur.

Refellitur.

Respond. Senec. epistol. 66. hic solum probari, exemplar esse aliquid requisitum, non autem reponi inter causas; alioqui multa alia possent numerari inter causas per se.

Sed contra, quia infra constabit, quem causalitatis modum participet, quia .s. determinat agens, & effectus perfectio ab ea pendet.

2 Secunda sententia est dicentium, causam exemplarem esse causam distinctam ab efficiẽte, finali, materiali, & formali. Est Plat. in Thim. init.

init. sequitur Alcin. de doctr. Plat. c. 11. Bassar. lib. 2. contr. Calumniat. cap. 1. Philopon. in proem. phy. & 2. phy. 27. & Simplic. qui tex. 20, & 23. probat dari ideam, & tex. 68. esse causam distinctam ab aliis; & Tolet. q. 7. ad primũ, qui ob id in agẽtibus artificialibus ponit quinque genera causarum; Vallesf. hic primo, quia habet distinctam causalitatem, scilicet dirigere agens, & dare effectui esse extrinsecè, vt terminus dat esse relationi, fundamentum sumitur ex argumentis, quibus infra probatur non reuocari ad aliquod genus ex prædictis quatuor.

3 Tertia sententia est Peripateticorum negãtium esse genus causæ distinctum, sed reduci ad aliquod ex iis, quæ assignauit Aristoteles.

Alij reducunt ad vnum ex quattuor generibus causarum.

Differunt ad quod genus reducatur, & primo Vicom. tex. 28. reducit ad finalem, & videtur D. Thom. q. 3. de verit. a. 1. vbi dicit ly (ad) quod ponitur in definitione ideæ, cum dicitur (*ad instar cuius*) denotare causalitatem causæ finalis, & videtur Alexand. 5. met. comm. suo. 3.

4 Alij secundo, ad causam formalem; nam distinguunt duplex genus causæ formalis: Alterũ formæ intrinsecæ, qua s. res constituitur in esse, vt homo per animam. Alterum formæ extrinsecæ, cuius est causare terminando dependentiam effectus; sita autem est dependentia in imitatione actiua effectus, & passiua ideæ. Ita Alber. 1. d. 20. q. 1. D. Thom. 5. met. lec. 2. & Caietan. p. p. q. 6. a. 3. & q. 44. a. 3. Arg. 1. d. 45. a. 2. Aegid. prop. 37. de Eucharistia, & Fonsec. 1. met. c. 7. q. 1. sec. 5. qui præterea addit exẽplar non reductiuè, sed directè, & per se pertinere ad genus causæ formalis; nam hoc est commune ad causam formalem intrinsecam, & extrinsecam; quare idea est species quædam huius causæ, sequũtur Conimbr. hic q. 7. & supponũt ex Suario hi Doctores exemplar esse obiectũ cognitum, quare non potest habere efficientiã, ergo solum habet causalitatem formalem extrinsecam, quæ consistit in hoc, quod per imitationem passiuam concurrit ad dandam speciem, & similem formam effectui; imo Henric. quodl. 9. q. 2. putat per se cõstituere totum genus causæ formalis, & dicitur extrinsecum, quia solum nomine conuenit cum formali intrinseca.

5 Alij tandem reduci ad efficiẽs, quia integrat virtutem proximam agentis. Ita Scotus 2. d. 2. q. 2. & d. 36. q. 1. a. 1. & ibi Heru. Bonau. 3. d. 11. a. 1. q. 3. Flandr. 7. met. q. 14. Paris. 2. phy. qu. de nu. causarum. & citatur D. Thom. p. p. q. 44. a. 3. & ibi Caiet. Carpent. in Alcineum cap. 10. Tat. 2. phy. q. de nu. causarum. D. Thom. etiam q. 3. de verit. a. 1. in 4. argum. vbi probat, dandas esse ideas, quia causa vniuersalis, vt Deus, debet determinari ad producendos determinatos effectus.

ART. II. *Ostenditur Ideam non habere rationem causæ distinctam à quatuor generibus ab Arist. positis.*

6 PRo solutione Not. nomine causæ posse nos plura intelligere; primo omne id, quod est

A necessarium ad productionem alicuius rei; & hac ratione quantitas, priuatio, & conditiones causarum dicentur causa. Secundo, id quod influit in effectum; & hac ratione priuatio non erit causa, sed instrumentum erit causa. Tertio, id, quod primò, & principaliter influit in effectũ, proprio, & peculiari influxu, & hac ratione aliquid non potest dici causa, nisi habeat peculiarem modum influendi, vnde non posset reduci ad aliam causam, & ita accipimus, dum quærimus, an idea sit distinctum genus causæ.

Probatur, & explicatur tertia opinio.

1. Concl. Idea habet rationem causæ. Patet ex dictis contra primam opinionem, & ex infra dicendis de eius causalitate. 7

Idea habet rationem causæ

B Dices, siue idea sit ipsa cognitio, siue obiectum cognitum nõ potest habere effectum extra intellectum, quia cognitio est actio immanẽs, quæ non solum caret operatione ad extra, sed trahit ad se obiectum extrinsecum.

Resp. rectè hic probari, ideam non habere influxum immediatum in genere causæ efficiẽtis in opus ad extra; non tamen probare, quod non compleat agens, vt sit proximè operatiuũ, nec terminet imitationem effectus, vt infra.

2. Concl. Idea non constituit nouum genus causæ ab illis quatuor Aristotelis distinctum. Primo, quia Aristot. cognouit agentia artificialia, neque vnquam posuit quintum genus causæ: neque placet, quod dicit Simpl. fuisse ab Arist. ammissum, quia causalitas illius non pertinebat ad physicum, sed ad eum, qui agit de C productione omnium rerum, & Vniuersitum, quia hic vniuersaliter agit de causis, quare vt distinxit naturalia ab artefactis, ita etiam causas debuisset distinguere: tum quia in metaphysicis meminit; vnde in 5. met. numerat omnes causas in genere entis, & tamen hanc omittit. 8

Non constituit nouum genus causæ.

Secundo, quia eius causalitas reducitur ad aliquod ex generibus causarum numeratis ab Aristot. & nunc patet, quia ad agendum duo requiruntur. Primo, virtus agendi. Secundo, vt possit exire in actum sine errore, & attingere perfectionem effectus, & aliquo istorum deficiente non intelligitur agens perfectè constitutum, sed exemplar dat agenti, vt possit attingere perfectionẽ effectus, quia ad artificij pro- D ductionem non tantum iuuat virtus agentis, sed etiam regulæ actionis.

Confirm. quia id, quod facit, vt effectus sit similis agenti, complet virtutem agentis; quia ad virtutem causæ pertinet, vt in se contineat effectum; quod fit per similitudinem effectus formalem, vel virtualem, & ideo in naturalibus non requiritur exemplar, quia per formam naturalem habent sufficientem similitudinem cũ effectu; illud autem, quod est alteri causæ principium ratio agendi, non ponitur distinctum genus causæ ab illo, vt patet inductione; nam E forma, potentia, instrumentum, & alia pertinẽt ad efficiẽs, quia hæc omnia complent eius virtutem, vt proximè agat.

Sed contra primo ex Simpl. Illa causa est distincta, per quam respondetur ad interrogationem propter quid, & non reducitur ad aliam causam; sed huiusmodi est causa exemplaris, nã in- 9

interroganti, Propter quid hæc imago est sima? Respondetur, quia idea pictoris est sima. A Dices, posse responderi causam finalem, quia scilicet est facta ad repræsentandum Socratem simum: sed hoc non obstat, quia vni interrogationi potest satisfieri per plures causas, vt cur homo animal respirat. Respondetur, quia habet pulmonem, & vt viuat: quare sufficit ad distinctionem causarum, si sit diuersus modus causandi; qualis cernitur in exemplari.

2. Confirm. quia non videtur posse reduci ad agens, quia agens concurrit, vt influens in effectum; idea vero nequaquam, sed est id, ad cuius similitudinem agens operatur.

Confirm. 2. quia potest causalitas efficientis separari ab idea, vt cum à natura producitur sanitas, ibi est tota causalitas efficiētis sine idea; B quod si aliquando eidem conueniunt, non sufficit, vt sint idem genus causæ; nam ratio finis, formæ, & efficientis eidem conueniant, & tamen sunt diuersæ rationes causandi.

10 Respon. solui quidem quæstionem, *propter quid*, sed eā qua quæritur, vel est aliquid pertinens ad causam efficientem, vnde respondetur idea, vt aliquid pertinēs ad causam efficientem, vt imago est talis, quia est facta ab agente sic determinato, sicut si dicerem, propter quid homo est corruptibilis, & responderem, quia constat ex potentia contradictionis, non diceré aliud causæ genus à materiali causa: vel potest quæri causa formalis, vt si quæra ur, propter quid imago est sima, quia pendet tanquā C à forma extrinseca ab idea, cuius est imitatio; quare triplex quæstio potest proponi. Prima, quæ pertinet ad causam finalem, vt si quæratur, cur est facta ita imago, vt repræsentetur Christus. Secundo, potest responderi causa formalis. s. idea tanquam exemplar, quod imitatur imago, nam terminatur repræsentatio ad ideam, & non curando, an in ea intuear Christum, an non. Tertio, à quo determinator agēs ad illam efficiendam, & quærentur, quod pertinet ad causam efficientem, & respōdetur idea, vt pertinens ad causam efficientem: Vel simpliciter necessaria, vt idea intrinseca; vel ad benè D esse, vt est idea extrinseca, ex cuius inspectione artifex formauit ideam intrinsecam; vnde.

11 Ad 1. Confirm. Respond. non omnia, quæ reducuntur ad aliquod genus causæ habere eundem influxum omnino, sed sufficit, si adiuuent influxum causæ principalis, quare idea non influit eliciendo operationem formatiuam effectus, sed dirigendo illam, vt determinato modo eliciatur.

Ad 2 Confirm. agentia naturalia non habere ideam, quia ex forma propria determinantur ad agendum; illa autem ponitur in agentibus per intellectum, quia in plura possunt, & non sunt determinata ex forma intrinseca; neque quia separantur in aliquo agēte, ideo efficitur, E vt vbi sunt coniuncta, constituāt diuersa genera causarum; nam Deus potest efficere aliquid sine instrumento, non tamen sequitur in creatis rationem instrumenti efficere nouum genus causæ.

Secundo, si non esset genus causæ distinctū, 12 hoc maxime, quia reducitur ad agens, vt determinans illum; sed hac ratione etiam finis non deberet constituere nouum genus causæ; nam etiam determinat causam efficientem, quia nūquam agens ageret, nisi propter finem.

Resp. aliam esse determinationem finis, aliam exemplaris, quia finis mouet, vt bonum, atque mouet agens, per actum voluntatis quasi actiuæ, vt operetur; quare supponit agens iam perfectè constitutum in sua virtute actiua; sed idea non supponit integram virtutem, sed tantum virtutem indeterminatam ad effectum; quare constituitur, vt sit proxima virtus respectu effectus per ideam, ex qua determinatur ad effectum, quare dicitur determinare, seu cōstituere determinatam virtutem actiuam, nec diuerso modo concurrit ad effectum, quam ipsum agens. Ex quo patet, agens artificiale non posse esse principium motus, nisi habeat ideam; neque idea habet rationem causæ efficientis, nisi quando concurrit ad effectum cum ipso agente, sicut dispositiones, quæ determinant materiam, eodem modo concurrunt, quo materia; nam faciunt, vt materia habeat perfectam rationem materiæ; licet deinde nulla causa, etiā constituta in suo esse, possit effectum producere sine concursu aliarum causarum.

Tertio, causalitates efficientis, & ideæ habēt 13 *Satisfit obiectionis in contrarium.* diuersas, & oppositas conditiones; ergo non potest causalitas vnius reduci ad causalitatem alterius. Consequentia patet, quia oppositū nō reducitur ad oppositum. Antecedens patet primo, quia efficiens est principium motus, idea est imitabilitas passiua, seu ad similitudinem cuius aliquid fit. Secundo, causalitas ideæ manet post actionem; nam dicimus imaginem esse simam, quia est imago Socratis; sed non manet causalitas efficientis. Tertio, res, quæ producitur ab idea, habet veritatem, quia res talis est, quia habet talem ideam, atque adeo est vera, quia est conformis ideæ; sed ab efficiente habet existentiam; ergo.

Resp. quia habent distinctas conditiones, ideo dicimus, non esse idem, sed vnum reduci ad aliud, quod non est inconueniens, quando oppositum est necessarium ad aliquod munus alterius; vnde.

Ad primum Resp. etiam ideam esse principium motus suo modo, quia. s. integrat principium motus.

Ad secundum patet ex dictis.

Ad tertiū, rem habere, & existentiam, & veritatem à causa integra; nam idea requiritur, vt agens det effectui existentiam; quia ab eodem res habet esse, & ea, quę consequuntur ad esse, cuiusmodi est veritas; nam ideo res habet verū esse, quia habet talē actum ab efficiente per talē formam, à qua veritate res denominatur, etiam præterita actione; quia iam habet in se verum esse, in ordine tamen ad propriam ideam in genere causæ formalis, vt infra.

Quarto, intellectus determinatur ab arte; 14 sed idea non est ars; ergo.

Resp. artem apud Aristotelem variè accipi;

Primo,

Primo, pro habilitate acquisita ex actibus 2. Ethic. cap. 2. siue in intellectu, vt 2. ethic. cap. 6. & ita dicitur habitus intellectus, quo artifex promptior redditur ad cognoscendum quomodo opus sit faciendũ: siue in potentijs exequutiuis, qui habitus integrat artem, & proximè elicit actionẽ formatiuam operis artificiosi, & hæ non necessariò requiruntur in artifice, neque sufficiens illum constituunt proximè operatiuum. Secundo, sumitur ars pro eo, quo agens artificiale distinguitur ab agente naturali; distinguitur autem ex præcognitione operis; vnde ars est ipsa cognitio rei faciendæ, quam ideam vocauimus; nam tunc agens dicitur agere ex arte, quando agit ex præcognitione effectus; agens vero naturale agit ex impetu naturæ; & hoc modo Arist. loc. cit. dixit, agens determinari ab arte, idest ab idea, quam vocat artem.

ART. III. Ostenditur non pertinere ad genus causæ materialis, vel finalis.

15 Tertia concl. exemplar, nec per se pertinet, nec reductiuè ad causam materialem. Patet, quia non concurrit, vt quid potentiale, & recipiẽdo, sed potius vt formale quid, & actuando, ac determinando.

Exẽplar nullo modo ad materialem pertinet.

Quarta Concl. propria causalitas ideæ non reducitur ad finalem. Probatur primo, quia finis mouet agentem, vt actione sua agens nitatur assequi illum; sed exemplar non ita mouet; nam non intendit agens assequi ideã, sed ideatũ, quod est simile ideæ, quare agens non operatur gratia ideæ, sed ideati; finis autem est id, gratia cuius agens operatur.

Confirm. quia sic omnis forma esset idea, cõtra supradicta, cum agens semper intendat acquirere aliquam formam.

Secundo, finis mouet secundum esse reale futurum; idea autem secundum esse præsens.

Confirm. quia, vt forma, qua determinatur agens ad effectum talis, vel talis speciei, non reducitur ad causam finalem; ita & idea, quia par est vtriusque ratio, nam causalitas ideæ consistit in determinatione actionis agentis 1. p. qu. 44. a. 3.

16 Sed contra primo, quia quærenti cur agens fecerit imaginem simam? respõdetur, vt repræsentet Petrum simum; sed hæc petitio, & responsio pertinet ad causam finalem; ergo.

Obijcitur reduci ad finalem.

Confir. 1. quia imago fit, vt referat imaginatum, quod est exemplar; ergo exemplar est id, cuius gratia fit imago.

Confirm. 2. Munus ideæ est, vt ad eius similitudinem effectus fiat; sed hæc est habitudo finis, nam D. Thom. 3. contr. gen. c. 19. hac ratione putat omnia tendere in Deum, vt vltimum finem, quia omnia appetunt illi assimilari; ergo cum Deus concurrit, vt illi assimilentur effectus, est causalitas finalis; quia idẽ est esse imitabile, & esse id, cui effectus assimilatur.

Resp. Suar. ideam posse dupliciter considerari; Primo, vt principium dirigens, & regulãs actionem, & ita est idea. Secundo, vt terminum, ad cuius imitationem tendit actio, & ita est finis; nam cum pingitur Christi imago, vt eum nobis repræsentet, tunc Christus habet rationem finis, vt probat D. Thom. 3. contr. gent. c. 21. cum ex consimilitudine, quam intendunt creaturæ respectu Dei, colligit Deum esse vltimum finem omnium; quare negat causalitatẽ exemplarem cõsistere in passiua imitatione rei factæ ad instar illius, quia hæc passiua imitatio pertinet ad finem, quia in ea nihil aliud intenditur, nisi eius repræsentatio; & ideo in passiua imitatione distingui debet, an debeat sumi, vt alliciens affectum, vel vt determinans actionẽ, & formam productam per actionẽ. Hinc putat distinctam causalitatem exemplaris à fine per se reperiri in interno conceptu formali rẽ repræsentante; nam licet per actionem intendatur conformitas rei cum conceptu, non tamen, vt finis actionis; nam finis est ipsa forma, in qua est conformitas, sed solum ipsa conformitas est commensuratio quædam, & quasi regula formæ inducendæ; at in exemplari extrinseco, quando intenditur eius repræsentatio, est finis, maximè si propter honorem, &c. fit effectus; at quando intenditur tantum vt regula; tunc est exemplar, vt cum artifex format paruum idolum domus, quia tunc intendit conformitatem domus ad illud idolum, vt ad regulam.

Hinc colligit, idẽ dicendum in diuinis ideis; quia quatenus conceptus est idea, tunc habet causalitatem exemplarẽ; quatenus est essentia, tunc habet rationem finis, & sic intendimus similitudinem creaturarum ad Deum, vt ad suũ finem; nam sub priori ratione intenditur, vt creatura talis sit, qualis repræsentatur in idea; sub posteriori vero intenditur creatura, vt ipsũ repræsentat diuinum esse, & ideo ordinatur ad Deum, vt finem. 17

Hinc etiam patet, in actionibus, & effectis Dei, vt ab ipso sunt, nihil posse habere causalitatem exemplarem propriè, quia nihil extra ipsum potest esse regula actionum, sed ipse est exemplar suarum actionum; vnde si aliquid creatum dicitur exemplar alterius, vt Christus dicitur exemplar iustorum, intelligitur vel latè accipiendo exemplar pro fine proximo, nam iusti sunt in honorẽ Christi; vel respectu causarum secundarum, quomodo Christus est nobis propositus, vt exemplar, quod imitemur.

Tertio sequitur, quãdo exẽplar habet rationem finis, vt bonum mouere appetitum; quia .s. repræsentatio illa exemplaris est bona; qua ratione pictor effingit imaginẽ Christi, vt orantes in illa, agnoscant Christum.

Vnde patet ad Confirmat. primam, cũ enim fit imago ad ostendendam ideam, tũc idea habet rationem finis, sed illud non est causalitas propria ideæ; non .n. intendimus ideam rei assequi, vel cognoscere. 18

Ad secundam Resp. Suar. argumentum procedere, ac si idea esset res cognita, & non cognitio; sed adhuc eo admisso respondet, licet contingat, eandem rem esse exemplar, & finẽ, vt argumentum probat tamẽ sub diuersa causali-

salitate; quia vt finis mouet ad efficiendam sui repræsentationé; sed vt idea determinat actionem agentis, & quodammodo dat speciem effectui; vnde rationem finis exercet, vt bonum, & exemplaris, vt forma.

19 Secundo finis, vt moueat debet coniungi cũ agente; hæc autem coniunctio fit per cognitionem finis; sed idea est finis cognitus, vel cognitio finis; ergo idea pertinet ad causam finalem; nam cognitio finis etiam reducitur ad causam finalem, vt id, per quod fit applicatio finis.

Resp. cognitionem rei faciendæ alia ratione ad finem spectare; alia vero esse ideam; vt est conditio, qua finis applicatur agenti pertinet ad causam finalem; sed vt sic, non est idea; vt autem determinat agens tanquam forma, qua dirigitur actio formatiua effectus, est idea; & idem dicimus, si idea est ipsa res cognita; nam habet rationem finis, vt bonum, quod mouet appetitum, atqueadeo actiuè mouet potentias exequutiuas, medio scilicet actu voluntatis; sed est idea, vt determinat agens ad assimilatiuam actionem, qua effectus assimiletur agenti, sicut forma naturalis, vt dat esse materiæ habet esse formæ; vt mouet agens, tanquam id, quod est bonũ, & appetitur, vt acquiratur, dicitur finis.

20 Dices omne agens intendit assimilare sibi effectum; ergo assimilatio est finis agentis; sed idea est causa assimilationis; ergo concurrit, vt finis.

Resp. effectum similem agenti esse finem, non autem ideam; sed hæc est causa effectiua illius finis, sicut etiam ipsum agens naturale effectiuè concurrit ad effectum sibi similem. Sed obstat huic responsioni Aristotelis auctoritas 2. de anima 34. vbi diuinum esse dicit esse finẽ omnium, quia illius causa omnia agunt.

Respond. finem non esse ipsum secundum se diuinum esse, cui assimilatur, sed diuinum esse participatum, seu similitudo diuini esse; omnia enim appetunt perpetuitatem. Vel diuinum esse est finis qui, qua ratione etiam idea habet aliquam rationem finis, vt dictum est; sed tunc idea est formaliter, & materialiter.

ART. IV. Ostenditur quomodo ad genus causæ formalis pertineat.

21 *Ostenditur reduci aliqua ratione ad cãm formalẽ.*

4. Conclus. Idea reducitur aliqua ratione ad causam formalem. probatur ex 2. physic. 28. & 5. metaph. 2. vbi explicans numerum causarum ait, *alio modo dicitur causa sicut forma, & exemplar*, vbi exemplar ponit in genere causæ formalis; & similiter 7. metaphys. 23. ideam vocat, *quodquid erat esse effectus*; vnde Plato, & alij antiqui ideas putarunt esse formas rerum.

Respondent, non dici formam, ex eo, quod concurrat in genere causæ formalis ad effectum, sed quia ideæ nomine generaliter significat formam; vel quia Plato ita ponebat formas exemplares, vt in eis constitueret rerum essentias, & species; tamen Aristoteles semper numerat artes inter efficientes, vt 7. metaphys. dixit, sanitatem extra, fieri à sanitate, quæ est in mente.

Secundo, quia causalitas exemplaris consistit in imitatione passiua; quare concurrit, vt quædam ratio prototypa, quæ dat esse effectui, vt terminans essentiam effectus; quare dat illi esse per se in suo genere, scilicet, vt exemplar; vnde nascitur, vt det etiam esse per formam intrinsecam effectui, quæ est participata quædam similitudo prototypi: Vnde hæc opinio facit duplex genus formarum; quoddam, quæ dant esse intrinsecè, & constitutiuè; quoddam, quæ dant esse extrinsecè; & prototypum dat esse ideato, quia fit ad imitationem illius; quæ duæ rationes causandi conueniunt in dare esse. 22

23 *Objicitur non reduci ad formam.*

Sed contra objicitur primo, res non potest esse sine eo, quod illi dat esse; sed potest domus v.g. esse, corrupta idea; ergo, &c.

Respon. artificialia dupliciter posse concipi; primo, vt entia naturalia sunt, & ita & fieri, & concipi possunt sine idea. Secundo, vt entia artificialia sunt, & ita neque fieri, neque concipi possunt sine ordine ad ideam; imo res artificiosa semper dicit ordinem ad ideam, quam habuit artifex, atque ab illa sumit veritatem, etiamsi idea sit corrupta, quia hic ordo non est realis, sed rationis; & si est realis, est transcendentalis, qui non requirit terminum existentẽ.

Secundo, Forma non est ante rem, cuius est forma; sed idea est ante rem, imo potest esse, vt post ideæ existentiam non existat deinde ideatum.

Confirm. quia etiam simplicium, & intelligentiarum essent dandæ causæ formales.

Respond. ea non esse absurda in forma extrinseca; nunquam tamen habet actualem causalitatem, nisi existat effectus.

Ad Confirm. id necessariò est dicendum, negatur tamen in illis esse formam intrinsecè cõstitutiuam; nam omnia creata respectu Dei sunt opera artificiata, quia procedunt à Deo per ideam.

Tertio, vel sunt formæ, quia sunt de essentia terminatiuè, & ita etiam materia esset de essentia formę, atqueadeo forma formæ: vel quia dant esse non solum terminatiuè, sed tali modo terminando, vt scilicet ratio prototypa, quæ est causa formalis, vt mensurat essentias; & hac ratione deberet constituere diuersum genus causæ; quia licet exemplar dicatur forma, tamen re magis conuenient materiæ, & formæ in ratione causandi, cum vtraque det esse intrinsecè, quam forma intrinseca, & exẽplar; nam forma intrinseca dicitur, quia essentialiter, & intrinsecè constituit; exemplar vero, quia extrinsecè repræsentat, vel mouet ad faciendum aliquid simile. 24

Resp. rationem causalitatis formalis non sitam esse tantum, quia terminat, sed quia radix essentiæ, quæ est intrinseca rebus: & ad instantiam respondetur, non constituere diuersa genera cãrum, quia illæ duæ rões cãsandi cõueniũt in dare esse; sicut agere sine materia, vel cũ materia, & finis cuius, & cui cõueniũt in

vna ratione causæ; proportio autem causandi illarum formarum sita est in dare esse formaliter, tanquam id, quod determinat essentialiter A rem ad tale esse; hæc autem determinatio potest fieri, vel ab aliquo intrinseco, vel ab aliquo extrinseco.

25 Quarto, obijcit Suar. quia hæc sentẽtia fundatur in falso principio, .s. quod idea sit res directa cognita; nam patet ex dictis esse falsũ; nam etiam increato artifice non esset necessarium externum exemplar; quia quod huiusmodi artifices solent exterius sibi effingere, solum est ad iuuandum internum conceptum rei, & conseruandam memoriam; quod si absq; eo posset rem concipere, & præsentem interius habere, id non esset necessarium; neque est necessarium etiam interius concipere aliquid B distinctum ab effectu faciẽdo; nam licet sæpius id contingat, tamen illa quasi distinctio est per accidens, quia artifex non intendit effectum, nisi quatenus est omnino idem, & in eo, in quo est diuersitas non procedit ex causalitate exẽplari; neque id est necessariũ in Angelis, quia hi possunt distinctè concipere effectus faciendos; & sic etiam Christus Dominus, si vt homo, aliquid opus facere voluisset; ergo hæc causalitas non est per se ab obiecto extrinseco, neque ab eodem numero, vt supra; ergo non consistit huius causalitas in illa ideati informatione extrinseca, quæ est quasi per comparationem, & imitationem vnius formæ ad aliam. C

Respond. primo, negando id supponi, quia eadem dependentia potest esse à cognitione.

Resp. 2. posse esse effectum ipsum, vt supra dictum, & similiter exemplar extrinsecum potest habere rationem ideæ extrinsecæ, vt supra explicatum est, non quod sit simpliciter necessarium, sed ad bene esse.

26 Quinto obijc. Idem Suar. extrinsecum exẽplar nihil potest circa effectum artis; ergo. Antecedẽs probatur, quia sensibile exemplar primo mouet ad sui cognitionem, & hoc effectiuè; deinde immediatè ad conceptionem similis, & respectu huius, vel se habet vt efficiens remotum, vel vt finis; nam ad conceptionem D rei mouet effectiuè, licet remotè, vt patet in conceptione imaginis facta ex varijs partibus prius disiunctim conceptis; ad effectum vero finaliter concurrit quatenus voluntas ex imagine cognita mouetur ad faciendam illi aliam similem.

Confirm. quia illa causalitas, vel est circa cognitionem, & est effectiua; vel circa effectum rei, & nulla est; tum quia per accidens se habet ad illam, nam artificiata non regulãtur proximè, nisi ex cõceptione mentis; tum quia seclusa causalitate finis dum artifex intendit assimilare effectum obiecto extrinseco, solum est denominatio extrinseca ab actu voluntatis, quæ E ad nullum genus causæ pertinet, nedũ ad formalem; quia non addit dependentiam vnius obiecti ab alio; nam artifex, vt sic solum intẽdit inducere talem formam in effectu, ad quã solum indiget conceptione talis formæ; quod autem hæc forma assimiletur alteri per accidens est ad causalitatem artis, vt sic; ergo etiam ad causalitatem exemplaris.

Resp. hic optimè probari non esse necessarium externum exemplar ad causalitatem artis, non tamen quod aliquando non concurrat vt id, quod effectus imitatur, non tantum in genere causæ finalis, sed etiam formalis extrinsecæ, vt dixi.

ART. V. Ostenditur quomodo pertineat ad efficiens.

QVinta Concl. Idea reducitur etiam ad efficientem, probatur primo ex 1. de par. cap. 1. & 7. met. 23. & 30. vbi ait, agentia naturalia producere sibi simile ratione formæ, vt artificialia ratione ideæ, & 12. met. 18. & 24. reduci ad agens artificiale; vnde ibidem inquit, *non esse necessarias ideas Platonis, quia in agẽte est ratio producendi sibi simile, vt ars condendarum statuarum in statuario*, & 9. met. tex. 3. & 10. & 16. vbi artem dicit esse principium, quo agens agit, per artem autem ideam operis intelligit, cum ars, vt significat habitum, non sit necessaria, vel saltem ars non causat, nisi mediante idea; nam ars docet fabricari in mẽte, tum rem faciendam, tum viam, & modum exequendi illam; & hinc dicitur principium artificiosi operis, vt D.Thom. 3. p. q. 75. a. 2. vnde exemplar comparatur ad artificem, vt proxima forma, per quam suo modo operatur; vnde 7. met. 23. *Sanitas ad extra dicitur effici à sanitate, quæ est in mente*: hinc dicuntur effectrices rationes; hinc Deus dicitur causa per intellectum, & voluntatem. 27 *Idea reducitur etiam ad efficientem.*

28 Secundo probatur: id, quo constituitur virtus agentis, vt producatur determinatus effectus, reducitur ad efficientem; sed idea est huiusmodi; ergo. maior patet in omnibus causis inductione; & ratio est, quia efficiens dicitur, quod habet virtutem integram in suo genere ad productionem effectus; integra autem est virtus cum potest tribuere existẽtiam effectui, existentia vero non conuenit, nisi rebus singularibus, & determinatis in specie. Minor probatur, tum ex locis Aristotelis citatis; tum quia agens intellectuale est ex se indifferens ad hũc, vel illum effectum, quare ab idea determinatur; nam vt agens naturale completur in ratione efficientis per formam, ratione cuius cõtinet effectum, & ad illum determinatur; ita intellectuale per exemplar habet similitudinẽ effectus, & recipit determinationem ad illum, non quoad exercitium, quod sit à volũtate, sed quoad specificationem.

29 Pro cuius explicatione Notand. perfectam rationẽ agentis consistere, vt sit, id vnde principium motus, idest sufficiens principium productiuum rei, ad hoc autem requiritur aliquis actus, quo constituatur in ratione principij productiui, ideo vnumquodque dicitur agere per actum; & quia res, quæ producuntur, non sunt

sunt vniuersales, sed singulares, ideo non sufficit habere virtutem productiui in communi, sed debet esse principium determinatum ad hunc, vel illum effectum; alias nihil vnquam producet: sed quia duplex est agens, naturale s. & artificiale; ideo diuersa est determinatio vtriusque; nam hæc licet conueniant primò, quod vtraque efficiant determinatum effectũ; Secundo, effectum sibi assimilent. Tertio, quod ex aliqua forma determinantur: tamen differunt primo, quia agens naturale determinatur ad operandum per formam naturalem, quæ est principium elicitiuum actionis; artificiale vero determinatur per ideam, vnde fit, vt cum plures sibi possit ideas cõfingere, ad plures se effectus possit determinare: Hinc secundo fit, vt agens naturale per suam formam necessario operetur; artificiale autem liberè per ideas.

30 *Idea pertinet ad completã rationẽ agentis ex electione.*

Ex his patet, ideam pertinere ad completã rationem agentis ex electione; tum quia se habet, vt forma in naturalibus; tum quia agens artificiale est indifferens ad multos effectus; ergo vt sit causa propria huius, vel illius indiget determinatiuo aliquo.

Confir. à simili, vt enim manus non est completa causa figuræ, quæ ceræ imprimitur, sed indiget sigillo; ita etiam in casu nostro est idea; & idem patet de specie respectu potentiæ visiuæ; complet enim species potentiam visiuam, vt idea complet virtutem agentis.

Non est principium elicitiuum operationis.

Secundo colligitur, ideam non esse principium elicitiuum operationis, qua formatur effectus; nam cum illa sit motus localis, eius adæquatum principium est potentia motiua; sed idea concurrit determinando agens, & dirigẽdo operationem formatiuam; vnde idea dicitur esse principium modificationis in motu, qui secundum substantiam producitur à virtute motiua; & in hoc distinguitur forma naturalis ab idea, quod forma non solum determinat agens, sed etiam est principium, quo elicitur operatio, at idea non sic.

31 Dices eadem ratione finis non constituet nouum genus causæ, sed complebit causam efficientem, nam vt agens intellectuale sit sufficienter constitutus ad agendum, debet à fine moueri, & determinari.

Resp. 1. negando consequentiam, quia finis non constituit agens, vt sit proximè aptum ad agendum, sed potius supponit illud constitutum, & mouet, vt agat in actu secundo; at exẽplar non supponit completè cõstitutum, quoad suum peculiarem modum agendi, scilicet artificialem.

Secundo, effectus comparatur ad finem secundum peculiarẽ modum dependentiæ, quatenus propter illum est; at non sic respectu exemplaris, sed tantum, quatenus dirigit, & determinat actionem; vnde sicut voluntas non constituit per se nouum genus causæ, sed determinat talem modum agendi, scilicet voluntariè; ita ars, seu exemplar non constituit nouũ genus causæ, sed complet peculiarem modum efficiendi, scilicet artificiosè.

Confir. 1. per ideam distinguitur agens artificiale à naturali.

A Confirm. 2. quia omnis effectus per se debet habere aliquam causam determinatam 2. phys. 38. sed effectus artificiosus non habet causam determinatam, nisi per ideam.

Confirm. 3. quia electio in artifice est principium requisitum ex parte artificis 9. metaph. 10. sed eo modo idea concurrit ad effectum, vt electio, quia electio supponit ideam; nam ad actionem artificiosam tria concurrunt, scilicet ars, voluntas, & potentia exequutiua; sed volũtas, vt mouens potentiam exequutiuam, pertinet ad efficiens; ergo etiam ars, vt dirigens; at dirigit medio exemplari; ergo.

Obijc. non pertinere ad efficientem, quia non agit. 32

Sed contra primo, nam idea non agit; ergo B non pertinet ad causam efficientem; quæ habet influxum in effectum.

Resp. non omne, quod reducitur ad aliquã causam debere participare eamdem causalitatem formaliter, sed sufficit, si adiuuet causalitatem, vt figura serræ reducitur ad causam efficientem, quia licet figura non sit actiua, adiuuat tamen actionem agentis, disponendo illum; similiter electio, & imperium voluntatis pertinent ad causam efficientem, cum tamen non influant in effectum, nisi applicando potentias actiuas; & ita ideam dicimus pertinere ad agens; imò magis, quia integrat virtutem agentis, vt in se contineat determinatum effe- C ctum.

Secundo, quia Plato ideas reducit ad formalem, de quo Aristoteles 12. met. tex. 15. laudat Platonem.

Explicatur Platonis sententia.

Resp. à nobis explicatũ esse quomodo pertineat idea ad causam formalem, & hac ratione benè dicebat Plato pertinere ad causam formalem; neq; Aristoteles improbat, imò laudat illum, quod posuerit formas, quæ non generarentur, neque corrumperentur; nam inquit Aristoteles, formæ artificiales habent duplex esse, primum esse intentionale in mente, & ita non generantur, neque propriè corrumpuntur; secundum habent esse in materia, quo- D modo generantur, & corrumpuntur.

Tertio Aristot. 2. ph. tex. 28. explicans causã formalem ponit exemplar. 33

Resp. Suar. id dici, vel respectu agentis, qui constituitur per illud, sicut per formam, à qua determinatur, quia est forma agentis, à qua non formaliter, sed effectiuè procedit effectus: vel si loquitur respectu effectus nõ est propter causalitatem formalem circa illum, sed quia illum continet in se per modum imaginis in esse, scilicet repræsentatiuo, at omnes imagines solent dici formæ, vnde quarta species qualitatis dicitur forma, & figura.

Ego Resp. ex dictis patere, cur exemplar di- E catur forma; quia iuxta illud formatur effectus.

Sexta Conclusio: Præcipua causalitas ideæ reducitur ad genus causæ efficientis probatur, 34 quia prima causalitas ideæ est; vt integret virtutem agentis, ex qua deinde consequitur assimilatio effectus; & hac ratione Arist. loc. citat.

semper artem, idest ideam dicit pertinere ad efficientem, & esse principium motus in alio. Vnde Scotus 1. d.39. putat efficientem, & exẽplarem causam esse vnam, atque causa vnius effectus, est etiam causa alterius effectus.

BREVIS EXPOSITIO Textus.

CAPVT TERTIVM.

In quo soluuntur dubitationes de Causa Finali.

text 75 PRobatum est supra, physicum considerare omnes causas: nũc reprahendit antiquos considerantes solum materiam, despiciẽtes finem; & primo proponit intentionem suam dicẽs, dicendum quomodo natura agat propter finẽ, deinde, quomodo res se habet in physicis; An operationes naturales magis proueniant ex necessitate naturæ, an finis, contra antiquos dicentes omnia euenire ex necessitate materiæ, vt quod in plantis flores, & folia sint superiores, quia sunt partes calidiores; sicut radices, inferiores, quia sunt frigidiores; & non ratione finis: & licet aliqui tetigerint aliam causam, scilicet effectiuam, vt litẽ, & amicitiã, Empedocles, & intellectum, Anaxagoras; nullus tamẽ attigit finem.

text.76 Secundo, proponit tres rationes antiquorum negantium, naturam agere propter finem. Prima, ex pluuia, quia maximè esset propter messas, sed his sæpè nocet, quare ex necessitate materiæ; quia vapores calefacti, & leuigati ascendunt superius, & ibi frigefacti descendunt: quod autem augeatur frumentum descendente pluuia est per accidens; sicut accidit, quod descendente pluuia pereat frumentum im campis, vel aceruo: quare & augumẽtum, & perditio est à casu.

Secunda, ex partibus animalis, quæ non ex fine, sed materiæ necessitate sunt; nam dentes anteriores sunt acuti, & maxillares obtusi; non quia illi diuidunt cibum, ac hi cõterunt; sed quia plus materiæ casu ad maxillares concurrit, quam ad anteriores: & idem ex alijs partibus dicendum, quod aliæ sursum propter leuitatẽ materiæ, aliæ deorsum propter grauitatem.

Tertia, ex animalibus, quæ ex necessitate materiæ & non finis sunt facta; quia omnia genita casu sunt ex necessitate materiæ, quia præter intentionem, vt patet ex manu cum sex digitis, vel homine bicipiti; sed omnia animalia sunt casu; nam in prima mundi constitutione fuerunt constituta diuersa animalia inordinata, quæ erant partim homo, partim bos, vel vipera, ob partes inordinatè dispositas, quæ perierunt; alia fuerunt ordinata, & bene composita, quæ videmus, sed illa diuisio facta, & ordinata, quia vtriusque partes casu euenerunt.

A Tertio, confutat opinionem antiquorum. Primo quia, quæ fiunt à natura, fiunt semper, & frequenter, vt pluuia in hyeme, & calor sub Leone. Hinc putat, pluuiam, non casu, sed propter finem fieri, & messes non augeri casu ex pluuia, quia frequẽter; & inductione etiam ostendit, quod alia sint casu, scilicet monstra; quæ vero propter finem, vt ordinata, quia eueniunt semper, & frequenter: & idẽ dicendum de acutie, & obtusitate dentium. text.77

Secundo, in quibus est aliquis finis, ibi quod agitur, est propter finem. text.78

Tertio, quia ars, quæ agit propter finem, imitatur naturam. text.79

Quarto, inductione araneæ, muscæ, hyrundinis, foliorum, & similium. text.80

Natura est materia, & forma, quæ est idem cum fine; sed agens agit propter formam; ergo propter finem: quas rationes fusè explicauimus in disputationibus. text.81

B Incipit soluere in specie argumenta antiquorũ. Primo, quia monstra sunt à natura & propter finẽ. Secundo, multa facit casus; ergo illa non facit propter finem. Tertio, quæ sunt ex necessitate materiæ non sunt propter finem; at omnia, quæ sunt à natura, sunt ex necessitate materiæ; ergo. Quarto, Natura non cognoscit; ergo neque agit propter finẽ. text.82

Resp. ad primum, etiam in arte contingere peccatum, & tamen constat, operari propter finem; ergo ex peccatis naturæ non rectè arguitur, non agere propter finem.

Hinc tex 83. infert animalia non fieri casu; Tum quia fiunt ordinatè & debito modo; nam primo fit semen, deinde non fit animal statim, sed prius fit molle, vt ex eo natura melius possit operari. Secũdo, ex plantis, circa quas natura minus sollicita est, cum minor articulatio, & distinctio partiũ requiratur; & tamen in plantis est operatio propter finem, cum in illis non dentur vitiginæ, & oliuiginæ, sicut dantur in animalibus, secundum Empedoclem bouiginæ &c. text.83

C Tertio, quia animalia habent causam determinatam; quia animal determinatum fit ex determinato semine, & non contingit fieri ex semine idest, non fit contingenter ex hoc, vel illo semine. text 84

Hinc infert, quia negant, naturam operari propter finem, & omnia ex necessitate materiæ, destruunt naturam, & naturalia, quæ ab aliquo in se ipsis principio mota perueniunt ad aliquem finem; & licet non sit idem omnibus finis, nec quilibet; tamen idem semper tendit ad eundem, nisi aliquid impedierit. Neque dicas, quod licet aliquid fit à determinato principio, & ad determinatũ finem, tamen id esse casu, & præter intentionem naturæ, sicut si aliquis venisset, non intendens balneari, & recedat balneatus, videtur venisse propter hunc finem, sed non venit, nam quæ sunt semper, & frequenter, non sunt casu; at natura omnis mouetur à determinato principio ad determinatum finem semper, & frequenter, ergo &c. text.85

D Probat ex eo, quod natura non deliberet, malè negari, quod agat propter finem; nam ars non deliberat, & tamen non agit propter finem, vt patet ex arte habituali texendi, & secandi, &c. text.86

E Confir ex Medico sanante seipsum, cui assimilatur natura; vnde concludit, naturam esse causam, quæ agit propter finem.

Caput

CAPVT QVARTVM.

Ad quam causam necessitas in rebus naturalibus determinans referatur.

tex. 87. POstquam probauit, naturam agere, tum propter materiam, tum propter finem, hic incipit explicare, an necessitas operationum naturalium sit simpliciter, idest ratione materiæ, an ex suppositione, scilicet ratione finis; & Primo, aliqui negant esse ex necessitate finis, nam necessitas in naturalibus est sicut in artificialibus; sed necessitas operationum artis est ex materia, non ex fine, vt patet ex domo, quæ ex necessitate materiæ hēt lapides deorsum, quia grauia, & ligna sursum, quia leuia.

text. 88 Hic ostendit ex vtraque sumi necessitatem, sed principaliter ex fine, vt patet ex artificialibus; nam domus licet necessariò fit ex lapidibus, & lignis; non tamen principaliter propter hæc, sed propter finem, vt abscōdantur possessa, & habitatores defendantur à nociuis; nam quærenti, propter quid est domus, respondetur, quod propter defensionē, &c. & non respondetur propter materiam; sic serra necessariò exigit materiam, sed principaliter propter finem, scilicet, vt diuidat dura; nam impossibile est assequi finem, nisi sit ferrea; & dicitur necessitas principaliter sumi a fine, quia habet necessitatem, vt serra sit ferrea.

text. 89 Secundo, probat ex similitudine scientiarum; nam finis se habet in operabilibus, vt principia in scientijs speculatiuis: sed necessitas conclusionis principaliter sumitur ex principijs, quia conclusio est vera ex veritate principiorum, non contra, vt explicat exemplo trianguli; ergo necessitas in operationibus sumitur ex fine, & non contra; & quia posset obijci, quod ad principia in doctrinis sequuntur vltima, Respondet id esse verū in principijs cognitionis, non autem in principiis operationis.

text. 90 Quod tex. 90 Probat hoc exemplo; nam valet consequentia (*Si Domus exiSHs, necesse est exsistere ea, ex quibus domus fieri debet.*) alioqui esset domus sine lapidibus, & tecto; non tamen sequitur, ex eo, quod sint materialia, scilicet lapides, &c. esse domum: quare ex vltimo sequuntur prima. At contra accidit in doctrinis; nam si præmissæ sint veræ, necesse est, conclusionem esse veram, sed non contra. Secus est in operabilibus, necessitas principaliter est ex fine, non ex materia, etiamsi ex non existentia materiæ sequatur non esse finem, tamen finis nō est propter materiam.

text. 91 Ex tex. 91. Infert, physicum debere sollicitum esse, circa materiam, & finem, sed magis circa finē, quia finis est causa, cur sumenda sit talis materia, non tamen contra, quia demonstrationes, & definitiones in talibus debent sumi ex fine; nam ex eo, quod domus debet deseruire tali fini, exigit fieri ex tali, vel tali materia; & quia hæc sanitas inducenda, debent sumi talia .s. medicamenta, & sic etiam in alijs.

text. 92 Hic explicat, quot modis materia ingreditur definitionem rei; nam in aliquibus ingreditur consequutiuè; at in alijs, in quibus finis non completur, nisi per materiam, & formam, ingreditur materia tanquam pars, vt v.g. quia finis serræ est secare dura, quæ secatio non potest perfici per serram, nisi habeat dentes duros; & hoc non est, nisi sit materia ferrea; necesse est, vt serra definiatur, quod sit instrumentum habens dentes ex ferro; at hæc materia pertinet ad speciem, non autem ad indiuiduū.

A

Difficultates Textuales in caput tertium, & quartum.

PRima Difficultas in tex. 75. *An antiqui omnes causas reduxerint ad materiam, cum ponerent calidum, & frigidum, quæ sunt causæ formales, & aquam sursum congelari, quod sit effectiuè.*

Resp. cum antiqui negarent finem, dicentes omnia fieri ex necessitate materiæ, negabant consequenter formam, propter quam est materia; & licet ponerent calidum, & frigidum; tamen hæc ponebant ex parte materiæ, & nos
B *dicimus esse materiam secundam alterationis, non compositionis, quæ est proximè materia, & materiam esse, & disponi propter formam, vt finem; & licet ponentes aquam congelari, implicitè ponerent efficiens; non tamen explicitè. Deinde licet ponerent agens; tamen huius actionem dicebant esse necessariam ex necessitate materiæ, vt pluuiæ descensus ex frigiditate, & grauitate incorporata illi.*

Secunda Difficultas: An motus aquæ sursum sit naturalis.

Resp. quadrupliciter dici motum naturalē: Primo, per se primò, qui inest rei ratione speciei, vt descensus elementorum grauium; & sic
C *non est naturalis: Secundo, per se non primò, qui conuenit alicui ratione generis, vt secundū aliquos motus ad omnem differentiam positionis est naturalis cuilibet corpori ratione vacui. Tertio, est naturalis per accidēs ab intrinseco, qui dicitur is, qui conuenit ratione sequelæ; sic motus aquæ per foramē vacui est naturalis aquæ; nam aqua naturaliter mouetur ad situm partium connaturalem illis, & accidit, quod in tali motu moueatur sursum; vnde aliquid potest esse in loco naturali, vt significat superficiem corporis continentis in loco naturali, qui est situs, & partium distantia ad centrum mundi; & tamen non esse in loco natu-*
D *rali, qui est situs, vel positio, aut distantia partium inter se per comparationem ad centrum proprij corporis. Quarto, dicitur motus naturalis per accidens ab extrinseco; & dicitur is, qui conuenit corpori per virtutem impressam, ab extrinseco agente, vt motus vaporū ex exalatione sursum, posito, quod vapor sit substantialiter aqua, & exalatio sit terra, quibus imprimitur calor, ex quo simul cum humiditate, & siccitate consequitur leuitas; & sic aquæ est naturalis motus sursum, quia conuenit illi à leuitate sibi intrinseca; & cum dicitur, quod vni corpori simplici conuenit vnus motus simplex, intelligitur per se primò, nam per se non primò, vel per accidens cuilibet corpori possunt*
E *conuenire omnes motus, sed de hac re alibi.*

Tertia Difficultas: Cur antiqui negabant dentes esse tales propter finem.

Resp. quia videbant aliquando animalia non habere dentes anteriores, vel posteriores, vt patet in pueritia, & senectute; sed incipiunt pueris post aliquot annos, & senibus decidunt; at

at si à natura intenderentur propter finẽ, semper in animalibus esset, quia semper est necessitas finis, ad quem ordinãtur. Ita Venetus tex. 76. vers. dubitatur.

Quarta difficultas: animal compositum ex boue, & homine, ad quam speciem pertineret?

Resp. si pars anterior esset figuræ humanæ cum operibus illius proprijs, esset homo; alioqui esset brutum, non quidem bouinum, sed innominatum; quia accidentia, & operationes maximè conferunt ad cognoscendam essentiam.

Dices: quid si essent duo, quorum quodlibet haberet partem anteriorem figuræ humanæ, & posteriorem diuersarum figurarum, an essent eiusdem speciei.

Resp. esse eiusdem speciei, vt duo homines, quorum vnus haberet omnia membra ordinata, & alius haberet ex influxu cœlesti caudam equi, & pedem aquilæ.

Quinta difficultas: an pluuia sub cane non sit casu, quia fit à causa determinata; aliter Astrologi non possent prædicere.

Resp. 1. pluuiã esse non solum propter generationem, & augumentum plantarum, ac messum, sed etiam propter æqualitatem elementorum; nam si ex aqua semper extraherentur vapores, & non redirent deorsum, tandem exhauriretur, atqueadeo deficerent mixta, quæ exigunt aquam, & deficientibus mixtis, deficerent omnia elementa; quia, cum hæc sint propter mixta, frustra darentur; & hinc destrueretur mundus superior; quia hic est propter influxum in mundum inferiorem: quare hoc deficiente, deficeret cælum; quia frustra esset cælum per totam æternitatem, & cælo deficiente, deficerent intelligentiæ motrices. Hæc Venetus tex. 77. ex Arist.

Dices. Sicut non deficit terra, licet ex illa semper eleuentur exhalationes, & non regrediantur; ita dicendum de aqua.

Resp. quod sicut aqua conseruatur per pluuias; ita terra per ventos, in quos resoluuntur exhalationes; licet hoc non sit ita sensibile; nã etiamsi aqua ex terra, & terra ex aqua generentur, tamen hoc non sufficeret ad conseruationem illorum sine reuersione prædicta; nã maior esset extractio, quæ ex illis fieret per vapores, & exhalationem, quã generatio mutua; quia omne finitum per ablationem partium finitarum tandem finitur.

Dices 2. messes sunt ab arte, & pluuia à natura. Resp. Auerr. hæc se mutuo adiuuare, nam natura multa cõplet, quæ sunt ab arte; & contra hæc perficit opera naturæ; & ratio est, quia aliqua sunt inchoatiuè à natura, & completiuè ab arte, vt culter, statua &c. nam ferrum, & lignum est à natura, at forma ab arte, & ideo ab illa denominãtur artificialia. Alia autem sunt inchoatiuè ab arte, & completiuè à natura, vt sanitas, & messes, respectu quarum ars se habet, vt applicans actiua passiuis, atq; adeo se habet, vt causa per accidens; natura aũt, vt causa per se, & ideo ab illa denominãtur simpliciter naturalia.

Resp. 2. Pluuiam sub cane esse casualẽ, quia est rarò, vt probat Arist. quod intelligendũ est

A respectu vnius causæ, s. syderis influentis excessum caloris, resoluentis potius nubes, quam congregantis: ã alioqui respectu alterius planetæ esset effectus per se intentus, vt probat argumentum. Hinc et fit, quod licet excessiuus calor in hyeme sit casualis respectu Solis, non tamen respectu Martis, vel alterius planetæ existentis in signis calidis: & hinc Arist. nõ dixit simpliciter esse casuale, sed fortè. Addit tamen Auer. ly (fortè) addi, quia nõ est casualis strictè, sed largè; nã ad rõnẽ casualẽ strictè exigit, vt sit raro, & præter intentionẽ, at ad casualẽ largè sufficit alterum illorum.

6. Diff. quomodo tex 80. probat, naturã agere propter finem inductione ex animalibus, cũ

B tantũ duorum, vel triũ animalium meminerit.

Resp. Auer. rectã esse illã probationem, quia probatio per inductionẽ est demonstratiua, non quidẽ perfectè, sed imperfectè; nã est à singularibus ad vniuersale: cuius inductionis necessitas satis patet ex ijs, quæ docet Arist. in logicis in fine 1. post. vbi asserit principiũ demonstrationis probari inductione: quare inductio ingreditur demonstrationem perfectã non formaliter, sed virtualiter; quia singulare non est principiũ scientiæ s. intrinsecũ, sed extrinsecum; quia est principiũ inquisitionis vniuersalis, quod est principium scientiæ. Vnde ad argumentum Resp. non esse necessariũ induci oĩa singularia,

C sed satis esse, vnũ, vel aliud, quando idẽ iudicium est de cæteris, eo quod non sit maior ratio de vno, quam de alio; vnde hæc, omnis homo currit, est probanda inductione omniũ; at hæc, omnis homo est intellectiuus, probatur per aliqua: Hinc fit, vt aliqua vniuersalis probetur per plura, & aliqua per pauciora; oritur autem hæc diuersitas tum ex natura principij: nam alicui vniuersali statim natura assẽtitur ex natura suorum terminorum absq; cognitione alicuius singularis; aliqua vero requirit quidem cognitionem singulariũ, sed paucorũ vt oĩs ignis est calidus, aliqua aũt indiget cognitione pluriũ, vt omne reobarbarũ est purga-

D tiuũ coleræ. Tũ ex natura intellectus cognoscẽtis: nã cũ nõ oẽs hoẽs sint consimiles discursus, & solertiæ; ideo quidã ad cognitionẽ vnius vniuersalis indigẽt multis singularibus; alij vero paucis, vt solertes: est .n. solertia ex Arist. habitus inueniendi medium ad conclusionem in non perspecto tempore.

7. Diff. an animalia agant propter finem ex cognitione, an ex instinctu naturæ: & quid sit instinctus naturæ. De hac dictũ est in disputationibus.

8. Diff. an mõstra sint producta à casu. Resp. affirmatiuè Arist. tex 81. quia & raro eueniũt, & nõ intendũtur à natura; natura .n. nõ inten-

E dit peccatũ, & defectũ. at hæc sunt defectus, nã dicũtur, quãdo natura nõ peruenit ad finẽ intẽtũ; quia error, peccatũ, & inordinatio nõ sumũtur, nisi per cõparationẽ ad finẽ; nã tũc debitè, & ordinatè agit, quãdo debito modo peruenit ad finem; cõtra vero, dicitur inordinatè agere, quando fine priuatur actio; causæ autem sunt,

Pri-

Prima, defectus materiæ in toto corpore, vel parte. Secunda, abundantia materiæ siue in toto corpore, siue parte. Tertia, dispositio agentis ad passum, vt si regnante constellatione pro generatione canis generetur homo referens canem. Quarta, ex dispositione materiæ, vt si nimis humida, generatur homo longior, quam requirat proportio aliorum membrorum; si nimis sicca, generatur breuior, quia siccitas impedit extensionē: si in semine est excessiuus calor, generatur homo maleficus, & mulier barbata, vel propter nimiam frigiditatem generetur homo imberbis. Quinta, est malitia continentis, siue ex parte corporis: vnde generātur homines leprosi: siue ex parte animæ, vt quando ex forti imaginatione mulieris prouenit effectus disconueniens; vnde ex Alberto, mulier peperit puerum habentem caput arietis coloratum colore albo, & nigro ex forte imaginatione matris de illo animali.

Dices: eadem species non potest esse à natura, & casu ex Auer. 8. phys. tex. 46. at homo monstruosus, & naturalis sunt eiusdem speciei; ergo non est à casu.

Confir. quia monstrum est finis actionis naturæ; ergo intenditur.

Confirm. 2. quia si non intenderet, non continuaret, & perficeret suam operationem; quare completis quinque digitis, non faceret sextū, nec nutriret. vel augeret.

Confirm. 3. quia natura intendit semper id, quod melius est, at melius est operari monstrū, quam nihil; ergo intendit monstrum.

Resp. id verum esse per se, non autem per accidens; monstrum autem est à natura per accidens, quatenus ab ipsa non intenditur; quare licet ille homo, qui est monstruosus, sit à natura per se, non tamen homo monstruosus; quia nō vt monstruosus est per se à natura, vnde logici concedunt, Natura monstrum intendit, sed non intendit monstrum, *ob variam appellationem.*

Ad primam Confirm. resp. Venetus negando consequentiam, quia licet intendat finem suæ actionis, sed non intendit monstrum. Sed sequitur, quod monstrum intendit, idest terminum actionis, qui est per accidēs monstrum. Ego Resp. naturam intendere finem actionis impeditæ vt sic; non autem finem actionis formaliter impeditæ; at monstrum est finis actionis impeditæ ex aliqua indispositione causarum.

Dices, omnis actio habet suum finem: sed omnis actio est ab aliqua natura; ergo finis illius intenditur ab aliqua natura.

Respondent quidam, monstrum intendi à natura vniuersali, cum fiat ex cōcursu pluriū causarum, quæ vniuntur ex intentione causæ vniuersalis; at non intenditur à causa particulari.

Respondent secundo alij, concedendo intendi etiam à natura particulari, non quidem primario, sed secundario; quia melius est agere aliquid, quam nihil; quare cum non potest attingere ordinatè finem intentum, attingit quē potest.

A *Respondent tertio alij, non intendi à causa particulari formaliter, sed materialiter, quia non intenditur ipsa deformitas, & defectus, qui cum habeat rationem mali, non potest intendi: & hinc oritur modus respondendi Summulistarum,* monstrum intendit, sed non intendit monstrum, *quia in prima appellat materiale, in secunda formale.*

Ad secundā resp. ex dictis. nam continuat actionem secundario, vel non intendit producere, & nutrire sextum digitum, vt dicit defectum in manu, sed hoc indiuiduum substantiæ, qui licet sit sextus digitus, tamē vt illi accidit esse sextum; ita natura, illum producere vt sextum.

B *Ad tertiam resp. ideo intendi secundaria intentione, idest, vt cum nequeat habere finē, quem intendit, habeat, quem potest.*

Dices, an Arist. tex. 83. neget monstra in plantis. Resp. non negare, nam si dantur in animalibus, multo magis in plantis, quæ sunt imperfectiora, sed negat in his esse ita notam monstruositate, sicut in animalibus; quia cū nō habeant organa ita distincta, sicut animalia, non apparet tam euidens monstruositas: vel negat fieri monstra in plantis, vt dicebat Empedocles, ex coniunctione naturæ, plantæ, & animalis, vt sicut datur animal compositum ex rana, & homine; ita ex vite, & homine; quia magis cōuenit homo cū quolibet animali, C *quam cum vite, vel alia planta; nā ex Arist. 4. met. magis, & minus dicuntur comparatiuè ad aliquod simpliciter, sed aliter in positiuis, & aliter in priuatiuis, vnde bonitas maior, & minor mensuratur ex bono simpliciter; malum autem non ita; quia non requiritur malum simpliciter, & ideo mensuratur per recessum à bono simpliciter; cum igitur detur in natura magis, vel minus ordinatum, & inordinatum, debet dari regula huius; hæc autem est finis: vnde id est magis, vel minus ordinatum, quod magis accedit ad finem; & inordinatum, quod magis, vel minus recedit à fine: quare seclusa fine, nulla erit inordinatio.*

D *Nona difficultas, cur Arist. necessitatem ex materia, vocat necessitatem simpliciter; & quæ ex fine, vocat ex suppositione.*

*Resp. quia posita re, necessario ponitur materia, vt si datur animal, necessario debet habere carnem, ossa, &c. Sed non est necessariū, quod habeat oculos, nisi ex suppositione finis, idest visionis; quia si debet videre, necessaria debet habere oculos, & sic in alijs. Similiter non est possibile serram esse, quin habeat materiam; sed non est necessarium, vt sit ferrea, nisi ex suppositione finis, s3 quod diuidat dura. Hinc fit, vt non possit impediri res, quin habeat materiam; nam habere materiam præ-*E *cedit motum; potest autem impediri à consequutione finis, quia finis consequitur motum, à quo possunt impediri. Hinc Auer. com. 88. distinguit operationes naturales, quod quædā sint propter finem; & hæ non sunt necessariæ simpliciter; sicut non est simpliciter necessariū, vt attingatur finis. Quædam vero non sint* pro-

propter finem, vt quæ consequuntur materiã, & hæ sunt necessariæ simpliciter, vt mors, quæ consequitur materiam compositam ex cõtrarijs.

Decima difficultas, an mors, & corruptio sint propter finem. Quidam affirmant; quia contrarium corrumpendo suum contrarium, intendit corruptionem illius propter formam generandam; quia hæc non potest esse in materia, nisi corrumpatur præcedens.

Confirm. quia dispositiones præuiæ ordinãtur ad formam, quia hæc non potest esse in materia sine illis: sed corruptio formæ præcedentis se habet, vt dispositio ad sequentem.

Confirm. 2. ex 1. de generation. vbi corruptio vnius dicitur esse generatio alterius, idest propter generationem alterius. Hæc videtur Burl. qui vniuersaliter ait, omnem effectum, qui est à materia, & fine, principaliter esse propter finem; vt corruptio, & mors, & potentia ad non esse: vnde cum Auer. negat, mortẽ esse propter aliquid, intelligitur propter operationem illius.

Secundo alij cum Aegid. dicunt, effectum naturalium, quosdam principaliter intendi à natura, vt rerum generatio, conseruatio, & perfectio, & hos licet sint à materia, & fine; principaliter tamen à fine: Aliquos vero non principaliter intendi, sed secundario, vt mors, & corruptio; & horum necessitas est principaliter propter materiam.

Tertio Venetus in tex. 88. negat, mortem esse propter finem, siue per se primo, siue per se non primo, sed esse tantum per accidens; nam sicut musicus est causa per accidens statuæ; & euacuatio humorum, sanitatis; quia coniunguntur causæ per se: ita mors est per accidens propter finem; quia coniungitur cum dispositionibus, & generatione formæ, quæ est per se propter finẽ.

Confirma. quia finis includit rationem optimi, atque adeo, quæ sunt ad finem, debent habere rationem boni; cuiusmodi non est mors, cum sit priuatio vitæ.

Dices: quod licet corruptio priuatiuè sumpta, idest pro priuatione formæ non sit propter finem, nisi per accidens; tamen corruptio positiuè sumpta, vt est species mutationis, quatenus est transitus de esse ad non esse, debet esse propter finem.

Resp. corruptionem hoc modo sumptam includere mutationem, qua corrumpitur forma præcedens, & generatur noua; & ita est propter finem; non tamen per se primo, sed per se non primo: nam semper principaliter tribuitur hic effectus materiæ; ad quæstionem enim, Propter quid moritur animal, aut corrũpitur ignis, non respondetur per finem, sed per materiam: hac enim ratione finis dicitur esse causa principalis dentaturæ serræ: quia ad quæstionem, cur serra sit dentata. Resp. non quia ferrea, sed quia est diuisiua duri; & licet ab Arist. generatio dicatur corruptio, illa propositio non est nec formalis, nec per se, sed causalis, & per accidens, licet tale per accidens, sit necessarium. Neque his obstat, quod corruptio luminis in medio non sit propter finem, nec per se, nec per accidens: cum ad illam non sequatur aliquis effectus, nec ratione sui, nec ratione causæ coniunctæ; quia non est corruptio propriè dicta: nã hæc dicitur respectu substantiæ, aut formæ habentis contrarium, quã natura ordinat ad esse formæ sequentis.

Vndecima difficultas, qua ratione Physicus magis debeat considerare finem, quam materiam, eo quod habeat magis rationem causæ.

Resp. intelligi de fine propinquo, & intrinseco, qui est finis generationis; non autem de fine remoto, aut extrinseco, aut rei genitæ, vt est fælicitas respectu hominis; quia magis debet considerare materiam, quam hunc finem, qui pertinet ad moralem, vel metaphysicum.

Duodecima difficultas: Cur definitio sumpta ex fine dicitur formalis.

Resp. Venetus ex Auer. tex. 92. hic non dici definitionem formalem, quæ sumitur tantum ex forma; neq; materialem, quæ sumitur tantum à materia, sed quamlibet definitionẽ, quæ imponit necessitatem alijs dici formalem, & eam, cui imponitur necessitas, dici materialem: & quia finis imponit necessitatem omnibus alijs causis, vt dictum est; ideo quæ datur per finem, dicitur formalis respectu aliarum, sicut aliæ dicuntur materiales: & quia esse principaliter sumitur à forma, & secundario à materia, ideo in doctrinis, quæ procedunt ex causa finali, necessitas earum demonstrationũ sumitur principaliter ex definitione finis; & secũdario ex alijs definitionibus materialibus. Hinc patet, cum operatio sit finis formæ, sicut forma est finis materiæ, definitionem sumptam ex operatione, esse principalem respectu sumptæ ex forma: sicut sumpta ex forma est principalis respectu sumptæ ex materia.

Decimatertia difficultas, an omnis operatio naturalis proueniat principaliter à materia, vel ex fine.

Resp. 1. operatio intenta à natura, principalius est ex fine, quam ex alijs causis, quia finis est causa causarum, imponens necessitatẽ alijs.

Resp. 2. non solum aliqua operatio priuatiua, sed etiam positiua est principaliter à materia. Patet ex morte, corruptione, & monstruositate, quia ad quæstionem factam de his, respondetur per materiam.

Resp. 3. aliqua operatio priuatiua principaliter non pendet ex parte materiæ, vel finis, sed ab agente. Patet ex corruptione luminis in medio, quod pendet principaliter ab agente cõseruante; nam cum non ordinetur ad aliquem finem, non est principaliter ex fine: & cum non exigat transmutabilitatem materiæ, non pendet ex materia; nam etiam si materia esset intransmutabilis, adhuc lumen corrumperetur, vt patet ex corruptione luminis in luna, quæ est intransmutabilis. Hoc tamen non caret difficultate; quia carentia luminis nocturna, ordinatur à natura ad quietem animaliũ, ad refrigerationem segetum, & alia huiusmodi: sed id non hic examinandum.

Resp.

Resp. 4. aliqua operatio positiua principaliter non est, nisi ex forma. Patet ex operatione Mathematica, ad quā sola forma concurrit; nam licet ibi adsit materia intelligibilis; tamen illa non accipitur, vt materia, sed vt forma.

TRACTATIO XIII.

De Causa Finali.

DE hac tractat Arist. in 2. phys. vbi primo docet tex. 29. esse causam. Secundo tex. 31. & 51. met. 36. 3. de anima 54. esse primam causam. Tertio à tex. 75. ad 87. naturalia operari propter finem. Primo, quod quæ natura fiunt, semper vt plurimum fiunt; quæ autem sic fiunt, alicuius gratia fiunt, quia non casu. Secundo, quia vnumquodq; in Physicis agitur, vt aptū est agi; & cōtra vt aptum est agi, ita agitur, nisi quid absit; sed quod fit à natura, ita se habet, vt huic vel illi rei deseruiat, ac si ad illam natura ordinata esset; vt si domus à natura fieret, vt fit ab arte, igitur aptum est eius rei gratia fieri.

Vbi de causa finali agat Arist.

Confirm. ex artibus, quæ operantur propter finem; hæ vel imitantur naturam, vel perficiunt naturam in ijs, quæ à natura nō possunt perfici. Tertio, ex operibus causarum, quæ sine consilio operantur, sed naturæ ductu, & tamen propter finem, & similiter plantæ folia ad protegendos fructus. Neque obstat, quod sit natura expers consilij; nam etiam ars tex. 86. est expers deliberationis. Quod etiam patet 3. Ethic. c. 3. in ijs scilicet, quæ per certa media in finem tendunt. Quarto, docet à tex. 87. ad finem, necessitatem sumendam esse non solum à materia, sed etiam ex fine, imò præcipuè ex fine, ob quem natura est.

De hac Doctores 2. phys. à tex. 29. vbi Iand. Burl. in tex. Arist. vbi Bald. frater Samuel. Minol. Conimbr. cap. 7. quæst. 20. & seq. Idem Aristot. 5. Met. cap. 2. vbi Scot. Ant. Andr. Flandr. Sonc. Fons. q. 10. Suar. tom. 1. Met. disp. 23. Scaliger. exercit. 250. Theologi cum D. Tho. in 1. 2. q. 1.

QVAESTIO I.

De essentia causæ finalis.

DVBITATIO PRIMA.

Quid nomine finis intelligatur.

1 *Finis variè sumitur.*

PRimo Not. ad euitandam æquiuocationē, quæ in progressu disputationis potest incidere, debet ex Aristotelis præcepto 2. post. c. 14. nomen æquiuocum prius distingui. Vnde ex Gabr. in 2. d. 38. quæst. vn. finem primo accipi pro vltimo cuiuslibet rei; vt punctum dicitur finis lineæ, & mors finis vitæ, iuxta illud Psalm. 118. *Omnis consumationis vidi finem.* & Iob. 7. *Sicut mercenarius præstolatur finem laboris sui.* Secundo, accipitur pro bono appetibili, quod mouet agens ad operādum, seu pro scopo, ad quod tendit operantis intentio; & ita accipitur hic, qua ratione mors non dicitur finis: quare Arist. 2. phys. tex. 29. irridet Poetam scilicet Euripidem ex Philopono ibi, & Fonseca 5. met. c. 16. tex. 21. quod dixerit de morte, esse extremum, ob quod homo natus erat, fatumq; petiuit.

2. Not. rationem nominis sumptam esse à finibus, & limitibus, quibus agri terminantur; nam vt agri vltra terminos nō extenduntur, ita vita nō extenditur vltra mortem, nec operatio vltra consequutionem boni intenti: Alij vero volunt translationem esse sumptam à consumatione, & perfectione, seu absolutione rei, quod τελος Græcè idem sit, ac perfectio, & τελεω idem, ac perficio; nam vt res suam perfectionem consequitur, cum consumatur, ita operatio, cum attingit scopum intentum, qui meritò dicitur finis.

3. Not. finem definiri 2. phys. tex. 29. & 31. *esse id optimū, cuius gratia aliquid fit, vel est, vt ambulandi, sanitas, propter quid. n. ambulat? dicimus, vt sanus fiat; ita enim loquuti, opinamur causam assignasse*, & idem colligitur ex 2. Met. c. 2. tex. 5. & 8. & 1. Ethic. c. 7. 2. de anim. tex. 37. Cic. de finibus bonorum, ac malorum lib. 1. August. 8. de Ciu. c. 4. & alij. Ex quo primo infertur, finem habere rationem causæ. Secundo infertur in tex. 31. omnem finem debere esse, vel bonum secundum rem, vel saltem secundum apparentiam; nam malum sub ratione mali nullo modo appeti potest; etenim appetitus habet actus duplicis generis: Vnū prosequutionis, & nō potest esse, nisi circa bonum. Alterum abhominationis, siue fugæ, & non potest esse, nisi circa malū vt sic: finis igitur, quia est obiectum prosequutionis debet esse aliquod bonum.

2 *Definitur finis ab Arist.*

Dices, sicut operamur ad prosequutionem alicuius boni, ita etiā ad fugam alicuius mali; ergo sicut finis habet rationem boni, ita etiam habet rationem mali.

Duplex actus in appetitu.

Resp. negando consequentiam, quia omnis fuga mali oritur ex amore boni oppositi; vnde hoc bonum, quod est obiectum amoris, habere debet rationem causæ finalis; quia hoc est primum in intentione, quod mouet per amorem sui ad cæteros actus; vnde habet rationē causæ, quia hæc ratio conuenit primo mouenti, nam cætera habent potius rationem mediorū. Cur autem Cicero inscripserit suum librum de finibus bonorum, & malorū, dicetur alibi. Illud autem debet esse certum, non dici finem malorum, quasi ipse finis habeat rationē mali.

Omnis fuga mali oritur ex amore boni.

4. Not. Per hanc definitionem explicari adæquatè, causalitatem finis; nam *esse id, gratia cuius*

cuius omnia fiunt; extenditur ad omnes effectus finis: solum potest esse controuersia, an causalitas hæc finis extendatur solum ad media, quæ fiunt, & eliguntur gratia finis; an autem extendatur etiam ad actum intensionis, & alios, qui sunt immediatè circa finem; sed de illa dicetur infra; nam Suar. disp.23.sec.3.n.8. & 16. cum Conimbr.c.7.q.22.a.1.vult in causa finali includi duplicem habitudinem, vnam, vt ametur propter se; alteram, vt alia amentur propter ipsum, & vtramq; habitudinem explicari per illa verba; *esse cuius gratia aliquid fit*, quia gratia finis, non solum fit electio mediorum, sed etiam amor, & intentio finis: sed alij concedunt quidem, in fine includi duplicem hanc habitudinem, sed negant, sub vtraq; habitudine exercere rationem causæ finalis, sed tantum vt dicit habitudinem, qua alia eliguntur gratia finis; ita Arimin. 1. d. 1. q.1. art. 2. Fons. 5. met. c.2.q.10.sect.2.Vasq.1. d.3. c 2. & Ferr.2. contr.gent.c.44. & 75. apud quem, idem est, *cuius gratia, ac cuius amore*, vnde

4 5. Not. Illam particulam, *cuius causa*, non explicari ab omnibus eodem modo; nam ab aliquibus sub ly *cuius gratia*, dicitur explicari (*propter bonitatem*) vt sensus sit, finis est id, propter cuius bonitatem aliquid fit, vnde effectus, qui fit, pendet à bonitate finis, ita Conimbr.2.physf.c.7.q.22.a.1.§. hæc autem controuersia. Suar. & omnes, qui dicunt amorem simplicis complacētiæ circa finem esse effectū causæ finalis, quia fit gratia bonitatis illius; & hoc dicunt sufficere, vt finis dicatur mouere metaphoricè, quia scilicet mouet voluntatem alliciendo, & trahendo, siue voluntas trahatur ex bonitate finis immediatè, siue mediate amore illius, qua motione nō dicuntur cæteræ potentiæ moueri à suis obiectis; quia nec trahuntur, nec alliciuntur à suis obiectis. At alij ly, *cuius gratia* significare amorē illius, quo mouetur potentia, vt aliquid faciat; quare solum effectus finis dicuntur illa, quæ fiunt à potentijs motis ex amore finis; ita Occham.in 2.q.3. a.1.lit.C. & a.2.lit.E. Arim.1.d.1. q.1.art.2. in probatione primæ conclus. lit. P. Gabr.2.d.1. q.5.a.1.corrol.5.lit.B. & notab.1.lit.F. Heru, quodl.2.q.1.a.2.§. primo sic, & §.ex his ergo, & q.8.art.1. post principium, sequitur Ferr.1. contr.gent.c.44.§. sciendum secundo; Iauel.5. met.q.5.Sonc.q.2. Fonsec.cap.2. q.10.sec.2.§. minor est dubitatio, Medin.1.2.q.1.a.1.§.quæstio alia, Vasquez disp.3.c.2. post principium, Perrer.lib.8.de principijs c.2.& 3.Varacruc 2. physf.specul.3.Zumel 1.p.q.5.a.4.quæstiunc.2. conclus.2.Fundamentum est, quia alioqui non potest explicari motio metaphorica propria causæ finalis; nam ad hanc non sufficit moueri à fine voluntatem absolutè ad se, illam alliciēdo, nam hoc conuenit cuilibet obiecto respectu suæ potentiæ proportionatæ, nam quælibet potentia mouetur iuxta suam naturam in suū obiectum; at non quælibet dicitur moueri motu metaphorico; ergo finis dicitur mouere voluntatem motu metaphorico, quia mouet mediante amore sui.

DVBITATIO SECVNDA.

An ratio finis sit idem cum ratione boni.

DE hac D.Thom.1.p.q.5.ar.4. vbi Molin. Zumel, Bagnes, Caiet. Alen. 1.p.quæst.7. membr.3. Conimbr.in ethic.disp.2. q.1. & 2. physf.c.7.q.21. Fons. 5. met.cap.2.q.10.sect.4. Ferrar.3.cont.c.17.Caiet.1.2.q.1.a.1.vbi Vasq. disp.3 cap.3.Salas tract.1.disp.6.sec.2.num.34. Ægid.Lusitan.lib.1.de fin.q.5.a.2.Suar.tom.1. met. disp.3. c.3.

ART. I. Explicatur diuisio boni.

PRimo Not. bonum sumi posse. Primo absolutè, de quo non constat apud Doctores per quid constituitur, vt dicemus in met. Secundo relatè, & constituitur per conceptū conuenientiæ; Hoc autem diuiditur ab Arist. 2.ethic.c.3.& 8.ethic.cap.2.(omissis alijs diuisionibus) in honestum, iucundum, & vtile, quā defendit, & explicat D. Tho.1.p.q.5.a.6.Suar. tom.1.met.disp.10.sec.2. Conimbr.loc.cit.Alber.1.p.sum.trac.6.q.26.membr.1.Capr.1.d.3 art. 1. 1 *Bonum dupliciter sumitur.*

2. Not.membra hæc non explicari ab omnibus eodem modo, tamen reiectis aliorum explicationibus in met. communiter nomine boni honesti intelligi putant, quidquid habet honestatem moralem obiectiuam, propter quam obiectum est propter se expetibile secundum rectam rationem; cuiusmodi sunt omnes virtutes morales, & intellectuales, & earum actus eliciti, ac obiecta debitè circumstantiata; similiter vita, valetudo, & aliæ corporis perfectiones naturales; quia licitè expetuntur propter seipsas, ex Nauar. & Arist. 3. politic.c.4. dicente, *Forsan inest vitæ aliqua particula honesti.*

Tertio Not.nomine boni iucundi, seu delectabilis intelligi, secundum aliquos, ipsam delectationem, vt significat D.Thom.& Conimbr.1.ethic.disp.1.q.3.a.4.concl.2. sed hinc sequeretur, bruta non appetere bonum delectabile; quia nec cognoscunt delectationem consequētem, nec appetunt illam, cum nullam reflexionem habeant supra suos actus: at secundum Mol.& Suar. intelligitur illud, quod est actu causare, & inducere delectationem; sed neque alijs placet, quia inde sequeretur, bonū delectabile esse idem cum vtili, quia catenus est appetibile, quatenus conducit ad delectationem. 2 *Quid sit bonū iucūdum, seu delectabile.*

Sed Resp. Suar. & Mol. huiusmodi bonum distingui ab vtili, quia seclusa quacunque habitudine ad aliud, vt ad finem, inducatur conueniens, & appetibile per se ex iucunditate, quam efficere potest; at vtile bonum dicitur ex habitudine, & conuenientia ipsius ad finem.

Sed contra; tum quia bruta non possent appetere bonum iucundum, quia non iudicant de aliquo bono, quod sit aptum ad generandam delectationem futuram; tum quia sequeretur gustum, gloriam inanem, & honorem esse bo-

an

na honesta; quia sunt per se amabilia, etiam præcisa habitudine ad delectationem, vel alium finem: quare nomine boni delectabilis intelligitur quidquid est propter se, & vt finis, expetibile, & non secundum rectam rationem: vt sũt delectationes sensuales, & motus corporales, ad quos consequuntur illæ delectationes ex D. Tho. 1. 2. a. 2. & 3. apud Nau.

Quarto Notand. nomine boni vtilis intelligi
3 quidquid ad bonum honestum, & delectabile potest conducere: vnde fit, vt licet honestum, & vtile adæquatè possint conuenire eidem rei, secundum diuersas rationes; vnde Scot. ait, posse quodlibet obiectum propter se, & aliud appeti pro libertate voluntatis, nunquam tamẽ bonum delectabile, & honestum posse conuenire eidem; quia includunt oppositas rationes, vt possit propter se expeti secundum rectam rationem, & non secundum rectam rationem; Verum D. Tho. putat, posse coincedere, quod honestum pariat iucunditatem; sed hæc examinare non est huius loci; necessarium tamẽ fuit, quid alij sentiunt, referre, vt naturam finis intelligeremus.

Bonum vtile quid sit.

4 Quinto Not. hanc diuisionem à D. Thom. applicari bonis humanis, quæ respectu hominũ sunt conuenietia: & ratio esse potest; tum quia respectu diuini boni, cum hoc semper posse appeti honestè, non potest hæc diuisio conuenire; tum quia bonum diuinum nõ potest ordinari ad aliud, vt finem, adeoque illi repugnat appeti honestè, vt bonum vtile.

Sexto Notan. finem accipi posse dupliciter; primò in actu primo, idest pro re habente virtutẽ finalizandi: secundo in actu secundo, idest pro re, quæ actu finalizat: & de vtroque quæritur, an sit idem cum bono.

ART. II. Opiniones Doctorum.

Prima opinio est dicẽtium, esse idem forma-
5 liter. Ita Med. 1. 2. q. 1. a. 1. dub. 1. sequuntur alij, expræssè dicentes, non differre, nisi in modo significandi, nam fini conuenit in actu signato, esse id, cuius gratia aliquid fit; quod conuenit bono in actu exercito; quia bonum est id, propter quod aliud fit, vt colligitur ex Caieta. 1. p. q. 5. a. 4. dum ait, habere rationem causæ finalis, posse accipi dupliciter; primo, in actu signato; secundo, in actu exercito; & ita explicat D. Tho. dicentem, bonum habere rationẽ causæ finalis.

Alij rationẽ finis idem esse cum bono aiunt.

Confir. ex D. Thom. 1. p. q. 5. a. 4. vbi ait, bonum importare rationem finis.

Confirm. 2. ex 2. phy. 31. 5. met. c. 2. 1. ethic. c. 25. vbi de fine, & bono agit indistinctè, tãquã de eadem re.

Sed hæc opinio reijcitur ab alijs, quia eorũ rationes constitutiuæ sunt formaliter diuersæ; nam ratio boni consistit in conuenientia respectu illius, cui res dicitur bona: vt nos in metaphysicis, & tradit D. Thom. 3. contr. gent. c. 3. & Fonsec. 4. met. c. 2. q. 7. sect. 5. Suar. & alij: At ratio finis consistit in ratione, gratia cuius aliquid; vnde addit supra rationem boni, ordinẽ

Impugnatur hic dicendi modus.

ad motionem agentis, facientis aliquid.

A Confirm. quia infra constabit, rationem finis fundari super rationem boni; vnde D. Thom. 1. p. q. 5. a. 4. non quærit, an bonũ sit ratio causæ finalis, sed an habeat rationem causæ finalis, idest, an fundet, & exerceat rationem causæ finalis, quare:

Resp. ad argumenta aduersariorum, negãdo 6
non differre, nisi in modo significandi, sed potius, vt principium, & vt passionem.

Ad primam Confir. Resp. bonum importare rationem finis, non formaliter, sed fundamentaliter; nam, vt patet ex responsione ad primũ, eodem modo, ait, bonum importare rationem finis; quomodo pulchrum, rationem causę formalis: at hoc formaliter non est causa forma-
B lis, sed se habet ex parte causę formalis, seu reducitur ad formalem causam, tanquam in id, quod fundat hanc causalitatẽ: & similiter bonum: ita colligitur ex Caietan. Mol. Zumel. Bagnes ibi. Ferr. 3. contr. gent. c. 77. Conimbr. c. 7. q. 21. a. 2. At instabis D. Thom. 3. contr. gent. idem, ait, esse operari propter bonum, & propter finem; & sæpè docet bonum, & finem esse obiectum voluntatis.

Bonũ dicitur finis fundamentaliter.

Resp. id non dici, quod eadem sit formaliter ratio boni, & finis, sed quod sint idem fundamentaliter.

Ad secundam Resp. 1. Conimb. id dici, quia sunt idem fundamentaliter, & materialiter, nõ
C autem, quia idem formaliter.

Resp. 2. Alij; id dici, quia vbicunque est finis, ibi est bonum; & è contra: si bonum sumatur præssius, pro eo, quod est propter se amabile.

Secunda opinio est dicentium, esse idem, bonum & finem, non formaliter, sed fundamenta-
liter, & materialiter; quia ideo res habet ratio- 7
nem finis, & virtutem finalizandi, quia est bona: ita Fonsec. 5. met. c. 6. lit. D, & 2. met. cap. 2. lit. Q Conimbr. Mol. Zumel. tribuitur Vasquio, & Caiet. p. p. loc. cit. & Bagnes ibi; & Fer. 3. cõt. gent. c. 17. Aegid. & alij. At hi inter se diuisi sunt; Alij volunt, finem acceptum secundum potentiam reciprocari cum bono, non autem
D secundum actum; quia nihil est bonum, quod nõ possit habere rationem finis; & è contra, nihil est finis, quod non habet rationem boni. Ita Mol. Conimbr. lo. cit. Alij vero negant, hanc reciprocationem ex 1. magn. mor. *bonorum*, inquit, *quædam sunt finis, quædam non*; & ratio, quia bonum diuiditur in iucundum, honestum, & vtile, ex 2. ethic. c. 3. D. Thom. 1. p. q. 5. a. 6. at inter hæc, licet honestum, & iucundum possint habere rationem finis, non tamen bonũ vtilè ex 8. ethic. c. 2. ibi. *Quare fit, vt amabilia sint ipsum bonum honestum, & iucundum, vt fines, quia hæc sunt amabilia propter se; at vtile non est propter se amabile*; vt ibi Arist. Caiet. & Petr. Sot. apud Med. 1. 2. q. 1. ar. 1. Fon-
E sec. loc. cit. 4. met. c. 2. q. 7. sect. 2. Suar. disp. 23. sect. 5. num. 16. & 17 Vasq. 1. 2. disp. 4. c. 2. Salas tract. 1. disp. 6. sect. 2. Alens. 3. met. t. 2. docet esse idem re, sed distingui ratione ex Auic. nam dicitur bonum dum comparatur cum recipiente, nã perficit illum, omnis autem perfectio

Alij bonũ, & finem idẽ esse aiunt materialiter.

est

est quædam bonitas rei perfectibilis. Dicitur finis respectu agentis, quia respectu illius habet causalitatem finis. at respectu motus non dicitur finis, sed terminus, nam termino existente cessat motus, at finis non destruit, sed perficit rem, cuius est finis.

Tertia opinio est dicentium finem posse accipi dupliciter: primo, vt dicit virtutem causatiuam, & ita est idē formaliter cum bono; quia virtus causatiua non est formaliter aliud, quam bonitas per se amabilis: secundo, vt dicit actualem causalitatem, & ita distinguitur à bono; nā Deus ab æterno fuit bonus; & tamen non fuit ab æterno causa actu finalizans.

ART. III. Explicatur opinio Auctoris.

8 *Finis in actu secundo non est idem formaliter cum bono.*

PRima Conclus. finis in actu secundo non est idē formaliter cum bono: Patet, quia Deus ab æterno fuit bonus, & tamē non fuit ab æterno actu finis.

Confirmatur, quia finis actualis dicit causalitatem, & effectum, quæ per accidens coniunguntur cum ratione boni, at id, quod per accidens conuenit alteri, non est idem formaliter cum illo. Ex qua ratione colligitur, non esse necessario idem realiter; quia finis actualis includit effectum, & causalitatem, quæ realiter sæpe distinguuntur ab ipsa entitate finis. Dixi (non necessario) quia aliquando idem est realiter finis, & effectus, vt asserit Aristot. 2. physic. 69. de forma, quæ est idem cum fine.

Finis in actu primo non est idem formaliter cum bono

2. Conclus. finis in actu primo non est idem formaliter cum bono. Ita Molin. p.p. quæst. 5. Primo, quia ratio boni dicit rationem conuenientiæ; at ratio finis dicit habitudinem ad medium, quod in finem ordinatur. Secundo, probari potest conclus. ex eo, quod ratio boni, vna est absoluta; altera relatiua; vnde ratio boni in communi abstrahit à ratione absoluta, & relatiua: at ratio finis est ratio relatiua: ergo non potest esse idem formaliter cum absoluta, vel abstrahente ab absoluta, & relatiua. Neq; dicas, esse idem formaliter non cum omni ratione boni, sed cum relatiua; quia inter bona relatiua ponitur bonum vtile; & hoc distinguitur à fine, quia illud habet rationem medij; ergo. Quod si dicatur, esse idem formaliter cum ratione boni propter se, quod est honestum, vel delectabile: Tunc contra; quia ratio finis consistit in appetibilitate propter se: at ratio boni est causa huius appetibilitatis; ideo .n. est appetibile propter se, quia est bonum, & conueniens alteri propter se, & non propter relationem ad aliud bonum. Ita Capr. 2. d. 34. q. 1. a. 3. ad secundum contr. 2. Ferr. 1. contr. gent. c. 37. Caiet. p.p. q. 1. a. 1. Vbi ostēdunt appetibilitatē esse passionem boni. Mol. Conimb. Suar. Vasq. Fonsec. 4. met. c. 2. q. 7. sec. 8. & lib. 5. c. 2. q. 11. sec. vlt. sed causa non est idem formaliter cum effectu. Confirm. quia appetibilitas, vel est denominatio extrinseca à potentia appetente, vel est non repugnantia, vt appetatur, ex Molin. sed neutro modo potest esse de essentia boni, sed passio consequens.

A Dices ab Aristot. bonum definitur *esse id, quod omnia appetunt* 1. ethic. c. 1. Resp. 1. hanc definitionem boni non ab omnibus recipi; nam Diogenes definit, esse id, quod est natura absolutum: & illud probat Cicer. 3. de fin. & Simpl. in epictetum cap. 5. & alij cum Plotino Æneade sexta lib. 7. c. 19. definiunt, esse participationem primi boni, quod est per se bonū. & alij cum Dionys. de diuin. nomin. c. 4. quod sit sui diffusiuum, quod explicat D. Thom. 3. contr. gent. c. 24. & Durand. in 2. d. 34. q. 3. 9 *Explicatur definitio boni, esse id, quod omnia appetunt.*

Respondent 2. alij, hanc definitionem non conuenire bono in communi; quia non singula bona à singulis appetuntur; sed summo bono, idest Deo, quia hoc omnia appetunt; nam cum singula bona sint participationes quædam summi boni, huius appetitus virtualiter B continetur in appetitu singulorum bonorum; & ideo illud dicitur esse, quod omnia appetunt: vt colligitur ex August. 11. de Trinit. c. 6. D. Thom. 1. 2. q. 1. a. 6. & alij ita Eustratius. Sed hæc explicatio non est ad mentem Arist. nam bonum definitum diuidit in bona, magis, vel minus appetibilia; & licet definitio hæc non conueniat primò singulis bonis; quia non singula à singulis appetuntur; tamen conuenit bono in communi, quod ab omnibus appetitur in singulis speciebus.

Instabis. Definitio, quæ conuenit generi, debet conuenire singulis speciebus. Resp. definitionem, quæ conuenit generi secundum præcisam rationem, non eodem modo conuenire singulis speciebus, sed in sensu accōmodo: vnde singula bona sunt ab aliquibus, quibus sunt bona, appetibilia, non tamen ab omnibus, quia singula non sunt omnibus bona: sicut patet ex definitione principiorum, quæ dicuntur, non esse ex se, vel ex alterutris, sed ex illis omnia. quæ definitio accomodatur singulis, vt singula sunt, ex quibus fiunt, vel constant aliqua. 10

Respondent 3. alij, non esse recipiendam prædictam definitionem ab antiquis positam, & ab Arist. probatam, quæ traditur de bono in communi à posteriori per passionem; nam cum D ratio boni consistat in conuenientia vnius rei, respectu alterius, cui dicitur res esse bona; ex hoc oritur appetibilitas; sicut ex natura coloris oritur visibilitas, vt D. Thom. 1. ethic. cap. 1. notauit: vnde cum D. Thom. 1. p. q. 5. a. 1. docet, rationem boni consistere in appetibilitate, intelligi debet à posteriori; vel loquitur de appetibilitate fundamentaliter, quæ est ipsa conuenientia.

Confir. quia finis non solum dicit appetibilitatem propter se, sed etiam dicit ordinem ad alia, quæ appetuntur propter finem; vnde dicit causalitatem respectu mediorum: at hoc non est de ratione boni formaliter.

E 3. Concl. finis est fundamentaliter, & realiter idem cum bono. Ita Doctores citati, & patet ex dictis; nam ostendimus finem dicere appetibilitatem propter se, quæ est passio boni; passio autem non dicit perfectionem distinctā realiter ab entitate bonitatis; etenim non habent mutuam separabilitatem. 11 *Finis fundamentaliter est idem cū bono.*

Dices

Dices, bonum est commune honesto, iucundo, & vtili: at bonum vtile non potest habere rationem finis; quia finis est amabilis propter se, vtile autem propter aliud; quia vtile dicitur, quod ad aliquem finem acquirendum conducit: ergo finis non potest esse idem formaliter cum bono. Respondetur propter hoc sit.

Finis adæquate est idem cũ honesto, & delectabile.

4. Conclusio, finis est adæquatè idem cum bono honesto, & delectabili; vt benè Suar. quia quidquid est propter se amabile, est finis; & è contra, quidquid est finis, est propter se amabile, sed talia sunt bonum honestum, & delectabile. Minor probatur: omne enim bonum honestum, cum sit propter se appetibile, potest habere rationem finis; & idem patet de bono delectabili, quod est propter se appetibile; vt D. Thom. 1. 2. q. 2. ar. 6. ad 1. vbi Caiet. & Naui. cap. inter verb. concl. 6. num. 27. & Arist. 10. ethic. cap. 2. vbi ex Eudoxo: *stultum*, ait, *esse quærere propter quid voluptas appetatur; nam ipsa per se habet, vnde appetibilis est*, & idem 1. Ethic. c. 7. & 8. Ethic. cap. 2. fusè Suar. disput. 23. sect. 7. num. 16. & 17.

12 Dices, nomine delectabilis intelligitur res, & obiectum, quod causat delectationem; at hoc non appetitur propter se, sed vt medium ad delectationem, quam causat.

Respondent aliqui cum Salas, obiectum delectabile dupliciter posse amari, primo vt medium ad delectationem, & sic non habet rationem finis; vt probat argumentum. Secundo secundum se, quatenus est in se delectabile, & conueniens per se; & ita amatur vt finis, iuxta illud, *Trahit sua vnumquemque voluptas*, sed non omnino explicant, qua ratione sit secundũ se, & per se amabile; quia cum obiectum ametur vt delectabile, & non sit delectabile, nisi vt causa delectationis, fit, vt non ametur, nisi vt medium. Quare

Respondent alij, nomine boni delectabilis non intelligi, quod obiectum causet delectationem, sed ipsam delectationem, quæ distinguitur à bonitate honestatis; quia habet peculiarem vim mouendi appetitum, vt appetitus est potentia particularis, cuius proprium bonum est delectatio; at honestas habet vim mouendi appetitum, vt est potẽtia vniuersalis totius suppositi.

Confirmatur, quia conuenientia delectationis habet terminum distinctum à conuenientia honestatis; nam honestas respicit naturam rationalem, quam benè constituit secundum esse naturale, & morale; at delectatio respicit appetitum sensitiuum; vel si delectatio accipitur vniuersaliter, & vt communis ad omnem cuiusq; boni delectationem, respicit assequutionem boni, etiam honesti, quia ex illa resultat.

13

Bonum delectabile sumitur pro toto obiecto, & nõ pro operatione tantum.

Ego respondeo primo, bonum delectabile accipi pro toto obiecto; tum quia sic bonum honestum accipitur pro obiecto, & non pro operatione honesti; quæ fit ab obiecto honesto; tum quia diuisio illa bonorum nõ est operationum, sed rerum, circa quas versantur operationes animæ.

Resp. 2. obiectum delectabile esse per se amabile; quia obiectum delectabile non accipitur, vt præcisum à delectatione possibili; sed vt includit delectationem, vt patet ex vi nominis; at vt includit rationem formalem iucunditatis, & delectationis est propter se amabile; quia appetitus fertur in illud sibi per cognitionem repræsentatum, etiam si nihil aliud cogitetur; atque adeo in eo appetitus per suum actum sistit.

Dices 2. Plato apud Arist. 10. ethic. c. 2. & 3. existimauit, nullam delectationem esse bonum per se; & licet ibi Arist. vniuersaliter id neget, tamen in fine cap. 3. asserit aliquam delectationem non esse per se bonum, *voluptatem igitur*, inquit, *nec summum bonum esse, nec expetibilem omnem, & voluptas nonnullis, esse per se expetibilis, perspicuum esse videtur*: ergo non omne delectabile potest habere rationem finis. 14

Opinio Platonis de bono delectabili.

Confir. quia delectabile ordinatur ad operationẽ, vt finem; quia delectatio est data à natura ad perficiendas operationes, vt significat 10. ethic. c. 4 vbi S. Thom. lect. 6. id probat; & 3. contra Gent. c. 26. vbi Ferr. & 4. d. 49. q. 3. a. 4. quæstiunc. 3. vbi Capreol. quæst. 2. artic. 3. ad secundũ contr. primam, quem sequitur Caiet. 1. 2. q. 4. ar. 2. Medin. & alij, Valent. 1. 2. disp. 1. q. 4. p. 1. Occham. 1. d. 1. q. 3. a. 4.

Confirm. 2. quia delectabile bonum amatur propter hominem.

Resp. non negari à Platone, delectabile esse per se amabile, vt finem, & in genere rei, quia habet naturalem conuenientiam cum appetitu, quem perficit in genere rei; sed negat esse per se amabile in genere moris, idest perseitate bonitatis moralis; nam repugnat opinioni Eudoxi dicentis, summum bonum consistere in voluptate, atq; adeo omnem voluptatem esse per se amabilem perseitate bonitatis moralis; inter quos mediam elegit Aristot. viam, dicens, aliquam voluptatem esse per se bonam, aliam vero nequaquam, idest quoad bonum morale, sed potius habet malitiam moralem: at quod est per se bonum in genere rei, potest esse finis, etiam si sit malum in genere moris.

Ad 1. Confir. Resp. ab Arist. non fuisse decisam hanc quæstionẽ; an voluptas sit propter operationem, an operatio propter voluptatem: sed si ponatur prima pars quæstionis vera, dicimus, quod licet ex intẽtione naturæ voluptas ordinetur ad operationem, vt argumentum probat; tamẽ adhuc potest homo ex sua libertate intendere operationem propter voluptatem: nam sæpe finis, ad quem à natura res instituitur, est diuersus à fine operantis, vt dicemus, etiã si in ea ordinatione sit maxima inordinatio moralis, vt patet in copula carnali instituta à natura ad bonum prolis, quæ tamen ordinatur præcisè in delectationem; lege Suar. disp. 23. sect. 6. 15

Ad 2. Confir. Resp. ordinatio *in finem cui*, non tollit à bono rationem finis, *cuius gratia*, vt dictum est, etenim etiam bonum honestum

amatur propter perfectionem hominis, & tamen habet rationem veri finis.

Bonum vtile non potest habere rationē finis.

5. Concl. bonum vtile non potest habere rationem finis, est communis. Et primo explicatur; nam vtile potest accipi dupliciter. Primo, vt habet coniunctam aliam rationem boni honesti, vel delectabilis: vt cibus, qui non solū est vtilis sanitati, sed etiam est in se delectabilis gustui. Secundo, vt non habet coniunctam aliam rationem boni: vt est medicina, quæ est insuauis gustui. Iam conclusio non intelligitur de bono vtili secundum bonitatem illi coniūctam; quia sic constat appeti posse, vt finē; sed de eo, quod non habet aliā rationem boni; vel si habet nō appetitur secundum illam, sed præcisè secundum vtilitatem, & ita intelligitur cōclusio, primo ex 8. ethic. c. 2. vbi *vtile*, inquit, *idem esse videri potest, per quod bonū aliquod idest honestum, vel voluptas efficitur; ita vt bonum, & iucundum amabilia sint vt fines*: ergo vtile, vt sic, non est amabile, vt finis, sed vt medium, quia ex vi illius illationis excluditur vtile à ratione finis; cum intentio agentis non sistat in illo, sed in aliud tendat.

Confir. ex 1. Magn. mor. c. 2. vbi ait, *bonorum, alia sunt fines: alia non: quemadmodum sanitas quidem finis: at sanitatis causa, idest media, ne vnquam finis est*.

Confir. 2. ex 2. phys. tex. 29. 2. met. c. 2. vbi omnia intermedia inter agens, & finem esse, ait, gratia finis.

16 2. Probatur ratione; nam illud solum potest exercere causalitatē finalem, quod in se habet bonitatē propter se, & nō propter aliud, amabilem, vt patet ex ratione finis, & 1. ethic. c. 7. vbi significat vltimum in vnaquaq; serie dici finem; quia omnia in ea serie fiunt gratia ipsius; nam intentio agentis in eo sistit: vt colligitur ex 2. phys. c. 3. & 5. met. c. 2. sed res habens rationem boni vtilis; vel non habet in se intrinsecā bonitatem; vel si habet, illa est amabilis dependenter ab alio, vt fine: ergo habens rationem boni vtilis non potest exercere causalitatē finalem. Minor probatur, quia si media non habent bonitatē intrinsecam, sed solum extrinsecè denominātur à bonitate finis, vt forma immediata, vt putat Suar. disp. 10. met. sec. 2. n. 22. 23. & 24. & disp. 23. sec. 6. n. 6. & 12. Iam constat media nō habere amabilitatem propter se, sed propter bonitatem finis: si vero dicātur media habere intrinsecam bonitatem, sed dependentem à bonitate finis, iam etiam sequitur, non habere amabilitatem, nisi dependenter à fine, atque adeo gratia finis, & non gratia sui, amari.

Medium duplex.

17 Contrarium docent aliqui dicentes, media esse duplicis rationis: vnū quod omnibus subordinatur, nullum sibi subordinans; quod est primum in executione, & hoc non potest habere vllam rationem finis, nec vltimi, nec intermedij. Alterum quod alijs quidem subordinatur, sed aliud sibi subordinat; & hoc docent habere rationem medij, sed non finis, respectu omnium, quibus subordinatur; at habere rationem finis intermedij respectu eorum,

Finis, & subfinis.

quæ sibi subordinat: vt v.g. ambulatio est medium ad attenuationem humorum, & hæc ad sanitatem; quare ambulatio ita habet rationem medij, vt non habeat rationem finis: at attenuatio respectu sanitatis est medium, & respectu ambulationis dicitur finis sub fine, seu intermedius. Ita Occham. 2. quæst. 3. art. 2. & 3. Gabr. 2. d. 1. quæst. 5. Ægid. d. 38. quæst. 2. art. 3. & tribuitur D. Thom. 1. 2. quæst. 12. a. 3. vbi ait, *simul autem intendit aliquis, & finem primum, & vltimum: sicut confectionem medicinæ, & sanitatem*, & 3. contra Gent. cap. 2. in quarta ratione, *omnia intermedia inter agēs & vltimum finem, sunt fines respectu principiorum, & principia actiua respectu sequētiū*. Neque dicas cum Suar. D. Tho. loqui de fine, non vt habet rationem causæ finalis, sed puri termini; quia terminus quando terminat intentionem sub ratione boni, semper habet rationem causæ finalis: & ex contextu clarè patet non accipi sub ratione puri termini, sed causæ finalis, vnde patet non probari, explicationem Valen. quod ibi D. Thom. loquatur de intentione latè sumpta; tum quia id falsum esse patet ex contextu; tum quia parum refert, quod sit intentio latè, vel præsè, modo D. Thom. illa media appellet fines respectu priorum aliorum mediorum, quæ respiciunt. Opinio sic explicata, probatur primo ex 2. physic. tex. 29. vbi assignans ea, quibus ratio finis conuenit, ait, *quæcunque mouente alio, intermedia fiunt ipsius finis, vt sanitatis macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa; omnia enim hæc finis gratia sunt: differunt autem adinuicem, quia alia quidem sunt opera, alia vero organa*: quibus verbis significatur, rationem finis conuenire omnibus, quæ inter efficiens & finem sunt respectu præcedentium; vt finis purgationis est attenuatio, & finis medicamentorum est purgatio, & medicamenta sunt finis instrumentorum, per quæ conficiuntur; vt Sotus ibi ex D. Thom. lect. 5. & idem docet Arist. 5. met. c. 2. vt optime explicat Fonseca in textu lit. L.

18 Confirmatur primo ex 1. Ethic. cap. 7. vbi distinguit triplex genus finis; vnum eorum, qui simpliciter sunt imperfecti, vt diuitiæ, tibiæ, instrumenta omnia, quæ solum expetuntur propter aliud, & non propter se. Alterum eorum, qui sunt absolutè perfecti, idest perfectissimi, qui scilicet ita appetuntur gratia sui, vt numquam expetantur gratia aliorum, vt vltimus finis: Tertium eorum, qui sunt perfecti, medium locum tenentes inter prædictos; qui scilicet ita sunt per se expetibiles, vt non repugnet, eos expeti gratia aliorum, non quidem ex sua natura, sed ex intentione operantis, & sub primo genere constituuntur bona vtilia, quæ licet expetantur gratia aliorum, tamen finalizant media, quæ sunt gratia ipsorum; vt patet ex laboribus, qui assumuntur propter diuitias congerendas, & ideo dicuntur quidem fines propriè, sed quia semper expetuntur gratia aliorum dicuntur imperfecti.

Confir.

Confirm. 2. quia illud *gratia cuius*, aliquid fit, est verè, & propriè finis: sed media respectu priorum sunt id, gratia cuius fit medium prius: ergo medium posterius respectu priorũ habet veram, & propriam rationem finis. Maior probatur ex definitione finis ad definitum. Minor probatur, nam ambulatio verè est propter attenuationem humorum: etenim voluntas mouetur ad eligendam ambulationem propter humores extenuandos. Neque dicant, medium posterius non amari propter se, quia non habet intrinsecam bonitatem; quoniam id falsum esse patet, quia habet in se bonitatem distinctam à bonitate finis, ad quem ordinatur.

19 Respondeo, propter hæc argumẽta, & propter auctoritatem Doctorum, præsertim D. Thom. qui illam docent, satis probabiliter dici possunt fines intermedij, propter quos priora media eliguntur. Nec obstant verba Diui Thomæ 1. p. quæst. 5. art. 6. ad secundum, Vtilia dicuntur, quæ non habent in se, vnde desiderentur, sed desiderantur, vt sunt ducentia ad alterũ; sicut sumptio mædicinæ amaræ, quia non negat, quin respectu præcedentium possint desiderari, non quidem simpliciter, sed cum dependentia ab vltimo fine; quare inde negatur, habere bonitatem independentem ab alio fine; atque adeo habere rationem vltimi finis. His fauet distinctio communis finis vltimi, & medij, seu proximi, ex quibus aliqui sunt medij ex natura sua; & hi nunquam possunt esse vltimi: alij non sunt medij ex natura sua, sed ex libertate operantis; & hi possunt esse vltimi. Ex quibus soluitur argumentum aduersariorum: etenim Aristoteles 8. Ethicor. cap. 2. loquitur de fine vltimo, qui est absolutè perfectus, non autem de alijs: vnde ibidem cap. 3. fatetur, bonum vtile esse bonum amabile, & c. 4. significat bonum vtile posse amari vt finem; nam ibi ait, *vnum hominem posse amari ab alio homine propter vtilitatem*. Neque obstat, quod inde infert, *bonum, honestum, & delectabile esse fines vltimos*, quia inde non sequitur, bonum vtile non esse finem medium, iuxta dicta 1. Ethic. cap. 7. & inde etiam soluitur locus Magn. mor. ibi enim loquitur apertè de fine vltimo in aliqua serie, cũ ibi intendat inuestigare finem simpliciter vltimum. Neque ratio obstat; nam illa procedit de fine perfecto; at nos bonum vtile, dicimus, esse quidem finem, sed imperfectum; est enim finis respectu præcedentium; sed quia semper est gratia alterius, dicitur imperfectus. Hæc pro huius sententiæ probabilitate: sed quoniã opposita est probabilior, soluenda sunt argum. Vnde ad 1. ex 2. physicorum.

20 Resp. ibi oppositum probari; nam dicitur, quod omnia, quæ sunt intermedia, sunt gratia finis, at quæ sunt gratia finis, non sunt finis, sed media; ergo intermedia non sunt finis; etenim quod ibi dicitur à D. Tho. & Fonsec. de causalitate vnius medij respectu alterius, non asseritur ab Aristotele, sed ab ipsis, neque versio antiqua est admittenda, cum non respondeat textui Græco, vt notat Vasq.

Nullum datur medium ob se appetibile.

Ad primam Confirmationẽ Resp. inde reddi maximè probabilem opinionem oppositam, tamen respondetur, nos non negare habere rationem finis, sed dicimus illam esse impropriã, & secundum quid; quam improprietatem expressit Aristoteles nomine imperfectionis: & ratio est, quia imperfectio in ratione formali distrahit significatum à propria ratione, vt patet inductione: sed imperfectio, quam habent media in participatione finis, est quoad rationem finalem; ergo media habentia rationem finis perfectam, non sunt propriè, & verè finis, sed impropriè. Minor probatur, quia ratio perfecta finis consistit in appetibilitate propter se; & inde oritur, vt alia appetantur propter ipsum: sed media, vt vtilia, non habent appetibilitatem propter se simpliciter, sed secundum quid, & imperfectè, scilicet respectu mediorum priorum; ergo neque contrarium voluit Aristot. dum distinguit triplicem illam rationem finis.

Ad secundam Confirm. ratio formalis finis non consistit præcisè in eo, quod alia appetantur propter ipsa, sed quod ipsum appetatur propter se; & hinc fit, vt alia appetantur propter ipsum, ex 2. metaph. tex. 8. quare medium posterius non potest habere veram rationem finis respectu prioris, quia licet prius appetatur propter posterius, idest ambulatio propter attenuationem, tamen non appetitur propter se, in quo consistit vera ratio finis; nam omnia intermedia appetuntur propter finem vltimum, idest sanitatem.

Vltima Conclus. Finis non adæquatur cum ratione boni. Patet ex dictis, quia bonum latius patet, quam finis; cum non compræhendat sub se bonum vtile, cui non conuenit ratio finis, vt patet ex dictis. 21

Finis non adæquat rationem boni.

Confirm. ex 1. Magn. mor. bonorum, quædam fines, quædam non, ita Fonsec. Med. Pet. Sot. loc. cit.

Contrarium docent aliqui cum Molin. 1. p. quæst. 5. art. 5. disput. vnica, sequuntur Conimbr. loc. cit. dicentes, quod licet in actibus diuinis ad intra non sit talis reciprocatio; cum ibi sit ratio boni sine causalitate finis, tamen in humanis nihil est bonum, quod nequeat habere rationem finis possibilis; & è contra nihil est finis, quod non habeat rationem boni. Prima pars probatur ex 1. Ethic. cap. 7. vbi inquirens, *quodnam sit vnicuique bonum*, respondet, *esse id, cuius cætera aguntur, vt in medicina sanitas*: at nisi omne bonum esset finis, non rectè Aristoteles respondisset: vnde D. Thom. 3. contra Gent. cap. 17. ait, bonum vt sic, esse finem: at reduplicatio infert vniuersalem. Secunda pars, quod omnis finis sit bonus, patet ex dictis, & Arist. 2. phys. 31. 2. met. c. 2. tex. 3. & 1. ethic. c. 7.

Confirmatur ex 2. met. tex. 8. cap. 2. vbi dicitur, qui ponunt infinitum, auferre finem; vnde consequenter boni naturam auferunt; at hoc non esset verum, nisi bonũ, & finis essent adæquatè idem.

Resp. quod licet omnis finis sit bonus;nõ tñ omne bonum in cõi esse finẽ; vt patet de bono vtili,vt dicitur 8.Eth.c.2.& 1. magn.mor.c.5. Neq; obstat locus ex 1.Ethic. c.3. quia ibi loquitur de bono summo, in quo consistit vltimus finis.de quo intelligitur D.Tho.vel ly(vt) non accipitur reduplicatiuè, sed specificatiuè, quatenus ratio finis nulli conuenit, nisi vbi est ratio boni;at specificatiuè,non infert vniuersalem, vt patet in hac: Homo, vt habens capillos, est crispus, non infert, quod omnis habẽs capillos est crispus.

Ad Conf.resp.argum.Arist. non habere vim ex conuertibilitate finis cum bono secundum entitatem,sed secundum consequentiam, quia si auferatur omnis finis, aufertur omne mediũ, quia hoc non est,nisi ad finem; at qui ponit infinitum in ea re,aufert omnem finem;ergo etiã omne bonum.

DVBITATIO TERTIA.

An sit de ratione finis, quod sit obiectum voluntatis.

ART. I. In quo explicantur termini quaestionis.

1 PRo solutione Not. obiectũ duplex, vnum, quod dicitur motiuum potentiæ; alterum quod dicitur terminatiuum. Primum dicitur, quod mouet potentiam ad actum circa illud obiectum; siue illa motio sit per speciem sui; vt sensibilia respectu cognitionis ipsorum;siuè per cognitionẽ sui; quomodo bonum cognitũ mouet ad amorẽ sui;alterũ dicitur,quod terminat aliquẽ actũ potentiæ, qua rõne quælibet substantia spiritualis põt dici obiectum intellectus humani existentis in corpore: Inter quæ illud est discrimen, quod obiectum motiuũ semper est terminatiuũ alicuius actus potentiæ, at terminatiuũ non sẽper est motiuũ:vt patet in rebus insensibilibus, quæ cum cognoscantur per species sensibiliũ, nõ mouent ad eorum cognitionẽ. Hæc igitur quæstio intelligitur de obiecto terminatiuo, respectu cuius attẽditur adæquatio potentiæ.

Obiectum duplex motiuũ, & terminatiuum.

2.Not. obiectũ dupliciter posse mouere ad actum. Primo immediatè, quatenus per seipsũ mouet ad actum circa ipsummet. Secũdo mediatè, quatenus per vnum actũ mouet ad actũ circa aliud obiectum;quomodo principia mouent immediatè ad sui cognitionem;& mediãte sui cognitione ad cognitionem cõclusionis, & finis immediatè mouet ad amorem, & intẽtionem sui,& mediatè his actibus ad electionẽ mediorum:& secundum hanc rõnem intelligitur quando dicitur obiectum motiuum voluntatis.

Obiectum dupliciter mouet ad actũ.

2 3. Not. in obiecto potentiæ considerari rationem materialem,& formalem, vt alibi explicatum est. Materialis dicitur illud, quod cadit sub potentiam,quatenus informatur ratione formali:Formalis est,quę tribuit rationi materiali formalitatem, rõne cuius terminat actũ potentiæ:hęc autem ratio formalis duplex ponitur, vna (quæ) idest quæ attingitur à potentia, vt color à visu:altera (sub qua) & est ratio, ob quam illa prior ratio attingitur, vt in colore visibilitas: nam color attingi potest, tam ab intellectu, quam à visu, sed sub diuersa ratione formali. Hinc deducitur, vt ratio(quæ) respectu rationis (sub qua) habeat rationem materialis obiecti:at respectu subiecti,cui conuenit, habet rationem formalitatis. Secundo deducitur rationem materialem vnam non attingi à potentia, sed se habere per accidens ad rationem formalem, vt est illa perfectio, cui conuenit ratio formalis (quæ) qualis est substantia, cui conuenit color respectu visus: alteram attingi à potentia,nec se habere per accidens, vt est ratio (quæ)

In obiecto est ratio materialis,& formalis.

4. Notand.finem dupliciter dici: vnum, qui habet vim mouendi voluntatem,non solum ad sui amorem; sed etiam ad electionem mediorum; & dicitur finis motiuus; quia non solum terminat actum voluntatis,& mouet ad illum, sed etiam mouet ad actus circa alia obiecta;alterum, qui non habet vim mouendi ad actum circa aliud obiectum, sed mouet ad actum, quem terminat, & dicitur finis terminatiuus actus.

Finis motiuus & terminatiuus.

5.Not. obiectum adæquatum potentiæ esse duplex, vnum quod dicitur adæquatum secũdum quid,quod.f. adæquatur secundum causalitatem, eo quod sit aliquo modo causa omnium actuum potentiæ, vt lux dicitur obiectũ adæquatum visus, quia est causa omnium colorum, & visibilitatis eorum: alterum dicitur adæquatum simpliciter, & est ratio, quæ participatur formaliter ab omnibus obiectis actuũ potentiæ, ita nullus actus potentiæ potest ab illa esse, nisi circa obiectum, quod participat formaliter illam rationẽ, saltem in esse repręsentatiuo: vnde adæquatio obiecti simpliciter attenditur, non quoad motiuum, sed quoad terminatiuum, & hoc dicitur adæquatum per prædicationem. 3

Obiectum adæquatũ potentiæ duplex.

6. Not. hanc quæstionem agitari posse, tum in opinione D. Thom. tum secundum veritatem:si primo modo tractetur, dicunt communiter, D. Thom. dum ait,finem esse obiectum voluntatis, loqui de fine præsè sumpto, hoc est, qui significat causam finalem,& gratia cuius: ita Vasquez 1. 2. d. 1. c. 1. n.2. tum quia is conducit ad materiam moralem, de qua ibi D. Thom. tum quia inde D. Tho. concludit, omnem humanam actionem esse propter finẽ, idest gratia cuius; vt ex hoc fundamento inferat, dari vltimum finem, cuius gratia cætera fiunt; at hic finis non includit media,atq; adeo non est purè terminatiuus, qualia sunt media; tum quia de hoc fine docet Aristot. quod est primum in intentione, & vltimum in executione,& hic non est terminatiuus,sed motiuus, qui dicitur gratia cuius, sed id relinquamus Thomistis.

7. Not.

7. Not. si quæstio intelligitur secundum veritatem, partim est de nomine, partim de re; est quidem de re, dum inquiritur, quæ sit ratio, per quam formaliter, vel materialiter mouet, vel terminat voluntatem, an .f. sit ratio boni, vel appetibilis; & si hæc, an sit ratio appetibilis propter se, an etiã, quæ est appetibilis propter aliud: sed est questio de nomine, an sit dicendus finis id solum, quod mouet voluntatẽ; an etiam omne illud, quod terminat aliquem actum voluntatis.

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 *Finis formaliter non est obiectum voluntatis secũdum aliquos.* PRima opinio est negatiua; quia finis distinguitur formaliter à bonitate: at obiectum formale voluntatis est bonum: ergo finis non est obiectũ; nam alioqui voluntas haberet duplicem rationem formalem obiectiuam.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui putant, finem in actu signato non esse obiectum voluntatis; quia, vt sic, formaliter distinguitur à bonitate: sed in actu exercito esse obiectum; quia sic est idem formaliter cum bonitate. Ita Caiet. 1. 2. q. 1. a. 1.

Alij vero negant, finem siue in actu signato, siue exercito esse obiectum, quia sub vtraque ratione distinguitur à bonitate.

Alij distinguunt, finem fundamentaliter esse obiectum; quia idem cum bono; at formaliter non esse obiectum: ita Ferrar. 1. contr gent. c. 37. Mol. Bagnes, Zumel 1. p. q. 5. a. 4. Fonsec. Conimbr. loc. cit. ex Capr. 2. d. 34. q. 1. a. 3.

5 *Opinio affirmans.* Secunda opinio est affirmantium, finem esse obiectum formale volũtatis, siue in actu signato, siue exercito accipiatur, ita D. Thom. 1. 2. q. 7. a. 4, vbi agit de fine, sub ratione *cuius gratia*, idest formaliter, & dicit esse obiectum voluntatis; & idem 1. p. q. 48. a. 1. ad 2. & 1. 2. q. 1. art. 1. ad 2. & fundamentum est: quia in omni potentia datur obiectum materiale, quod est res terminans actum; & formale, quod est ratio sub qua res terminat actum: vt visus obiectum materiale est coloratum, & formale est visibilitas, & sic de alijs, vt Conimbr. 2. de anima c. 3. q. 5. a. 2. ergo similiter in voluntate datur obiectum materiale, quod est ipsum bonum, vt bonum; nam res, vt conueniens, appetitur: & datur formale, quod est appetibilitas; nam bonũ sub ratione appetibilis terminat actum amoris, & intentionis: at finis idem est formaliter, ac appetibile, ergo finis est obiectum formale; vnde bonum, & finis non sunt duo, sed vnum obiectum constans ex materiali, & formali; sequuntur alij communiter.

6 *Diuisi sunt auctores sententiæ affirmantis.* Hi tamen diuisi sunt. Nam aliqui volunt, finem esse adæquatũ obiectum voluntatis. Citatur D. Thom. 1. 2. q. 1. a. 1. vbi loquitur de obiecto adæquato; tum quia ad secundum asserit, se habere ad voluntatem, vt coloratum ad visum: tum quia inde infert, voluntatem amare omnia sub ratione finis, quia amat omnia sub ratione obiecti: at hæc probatio supponit, finem esse obiectum adæquatum.

Alij vero negant esse obiectum voluntatis adæquatum: nam voluntas fertur in media 1. 2. q. 8. a. 2. quæ distinguuntur à fine, 8. Eth. c. 2. & 1. mag. mor. c. 5. ita communiter Doctores, quos sequitur Vasquez disp. 2. c. 2. & D. Tho. interpretatur loqui de obiecto primario, quod sit finis, nam media putat esse obiectum secundarium.

Alij verò distinguunt, finem accipi dupliciter. Primo præcise, & significat causam finalẽ, quæ est id, gratia cuius aliquid fit; & dicitur finis, & obiectum motiuum. Secundo late, vt significat quidquid terminat actionem voluntatis, & dicitur finis, & obiectum terminatiuum, illud dicunt non conuerti cum obiecto adæquato; sed minus latè patere; hoc vero cõuerti cum obiecto; quia, vt omne obiectum terminat actum voluntatis, ita potest dici finis illius. Quare finis, siuè accipiatur, vt abstrahit à motiuo, & terminatiuo, siuè pro terminatiuo, est obiectum adæquatum voluntatis. Est Corradi 1. 2. q. 1. a. 1. & ibi Med. §. resp. ad secundum. Videtur Greg. 2. d. 38. q. vnica, ar. 1. Gabr. q. 1. a. 1. not. 2. dum aiunt, obiectum cuiusq; volitionis posse dici finem eius, latè sumendo finem, & tribuitur Victoriæ, ex qua sententia facilè omnes opiniones conciliantur; sed tamen Caietano non placet, quod ipse putat, D. Th. loqui de fine præcisè, & formaliter sumpto. 7

Alij aliter distinguunt, dicentes finem non esse obiectum materiale adæquatum volũtatis; cum voluntas versetur etiam circa media; sed esse obiectum formale adæquatum; quia semper tendit in finem formaliter: Nã quoad actũ intentionis patet, sed quoad actum electionis, qui est circa media. Probatur, nam circa media non fertur, nisi propter bonitatẽ finis; atq; adeo finis est ratio formalis volendi media. Ita Suar. disp. 23. met. sect. 7. num. 17. & ad hanc reuocari potest opinio Caietani, qui 1. 2. q. 1. art. 1. §. ad hoc dicitur, finem esse adæquatum obiectum, vel in se, vel in alio, idest in medijs; & ad eandem reuocatur sententia dicentium, finem adequari cum obiecto motiuo, non autẽ cum terminatiuo, quia solus finis ex sua bonitate mouet voluntatem ad volendum omnia, quæ vult; sed tamen non ipse solus terminat omnem actum voluntatis, vt patet ex obiecto electionis. 8

Tertia opinio est dicentium, finem non solum latè sumptum, idest, pro termino actus, sed etiam præcisè sumptum, idest, pro eo, gratia cuius omnia amantur, esse adæquatum obiectũ voluntatis, non solũ formale (vt dicebat Suar.) sed etiam materiale; quia voluntas non solum tendit in omnia sua obiecta sub ratione finis; sed etiam versatur circa rem, quæ est finis; etiã quando versatur circa media; quia licet sint media respectu intentionis; tamen sunt finis respectu electionis; quia hanc finalizant ratione suæ intrinsecæ bonitatis, quæ est distincta à bonitate finis: ita communis apud Ægydium Lusitanum lib. 1. de fine, quæst. 5. ar. 4. 9 *Finis etiam sumptus pro eo gratia cuius omnia amantur ẽ obiectum voluntatis.*

ART. III. Opinio Auctoris.

10 *Finis præsè sumptus est obiectum formale voluntatis.*

PRima Concl. finis præsè sumptus est obiectum formale voluntatis: patet ex dictis in secunda opinione. Nam vel finis est idem formaliter cum bono, & erit obiectum eo modo, quo est bonum, vel distinguitur à bono, & dicit appetibilitatem, quæ est ratio formalis, cur bonum appetatur; neque hinc sequitur, esse duo obiecta formalia voluntatis, sed vnum integratum, & ratione formali (quæ) & ratione formali sub (qua) illa est bonitas, hæc est appetibilitas.

Potest etiam dici obiectum motiuum.

2. Conc. finis præsè, potest dici obiectũ formale adæquatum motiuum; quia voluntas nullum actum potest elicere, nisi ad illum moueatur à fine, siuè immediatè, vt est amor, & intentio, consequutio, & delectatio finis, siuè mediatè, vt est electio mediorum, vsus, & similes.

Finis latè sũptus est obiectum adæquatum terminatiuum.

3. Conclus. finis latè sumptus est obiectum adæquatum terminatiuum voluntatis: Nam finis huiusmodi includit omne obiectũ, quod terminat aliquem actum voluntatis: at obiectũ huiusmodi est adæquatum potentiæ; Nequè contra hanc aliquid obijci potest, nisi quod male loquatur, accipiendo finem non pro causa finali, sed pro obiecto qualicũq. actus volũtatis.

4. Concl. finis præsè sumptus est obiectum adæquatum secundum quid, idest, secundum causalitatem voluntatis; quia est origo cæterorum actuum voluntatis, vt patet ex dictis in secunda conclusione.

11 *Finis præsè sũptus ẽ obiectũ adæquatum secundũ quid voluntatis.*

5. Concl. finis præsè sumptus non est obiectum adæquatum simpliciter, voluntatis, quia obiectum adæquatum simpliciter, debet prædicari de obiectis omnium actuum potentiæ, vt diximus in 5. notab. quia debet formaliter conuenire singulis obiectis: sed finis præsè sũptus non est huiusmodi; ergo non potest esse adæquatum simpliciter. Minor probatur, nã inter actus voluntatis datur electio, quæ formaliter nõ versatur circa finem, sed circa medium, quod habet aliam rationem formalem terminandi electionem ab ea, quæ est in fine.

Finis præsè sũptus nõ est obiectum adæquatum simpliciter volũtatis.

Resp. 1. Caietanus bonitatem finis reperiri in medio nõ per essentiam, sicut est in fine, sed per participationem; atq; adeo eadem bonitas est in fine per essentiam, & in medio per participationem.

Sed contra, quia vel hæc participatio dicit diuersum modum essendi eiusdem formæ, quod scilicet eadem bonitas sit intrinseca fini, & extrinseca medio, & tum idest falsum, vt infra, tum malè loquitur, quia forma participans sẽper distinguitur ab ea, quæ est participata; vt patet ex perfectionibus creaturarum, quæ sunt participationes diuinæ essentiæ, vel intelligit, per finem in alio participatũ, perfectiones mediorum, quæ dicuntur participare bonitatem finis terminatiuè; & ita constat perfectiones, & bonitatem mediorum distingui à bonitate finis participata, sicut habitudo distinguitur à suo termino, ad quem ordinatur.

Explicatur bonitas, quæ reperitur in medijs.

12 Resp. 2. alij, negando media esse obiecta per se voluntatis, sed per accidens, vt paries dicitur obiectum visus. Sed reijcitur à Suar. disp. 23. sec. 6. nu. 17. & Vasquio 1. 2. disp. 1. c. 2. quod obiectum per accidens potentiæ non attingitur secundum se, & in se per actum potẽtiæ, sed solum in alio, cui accidentaliter est cõiunctum, vt visus non attingit substantiam parietis, sed albedinem, cui per accidens coniungitur, at voluntas immediatè, & per proprium actum attingit perfectionem mediorum in se, & secundum se, idest per electionem, quæ est actus distinctus specie ab intentione finis.

Resp. 3. Suar. media esse obiectum materiale; finem vero formale: vnde finis non est obiectum adæquatum materiale volũtatis, sed formale; quia voluntas tendit in finem, & media, sed sub ratione finis; nam ratio formalis amandi media est bonitas finis; naturalis enim perfectio, quæ est intrinseca medijs, licet habeat rationem boni naturalis respectu ipsorum; non tamen respectu appetentis, respectu cuius habet rationem boni humani; quia vt sic non habent rationem boni, nisi quatenus iuuant ad bonum honestum, aut iucundum: vt v. gr. in reubarbaro vis expellens bilem respectu ipsius non est bonum vtile, sed connaturale; sed habet rationem boni vtilis respectu hominis appetentis illam, vt conuenientem ad causandam sanitatem.

Verum cõtra hanc doctrinam multa Arim. in 1. dist. 1. q. 1. a. 2. §. ad probationem dico, Vasquius disp. 1. c. 2. ostendentes, in medijs dari bonitatem propriam distinctam à bonitate finis. Quod Arist. diuidat bonum in tria membra 8. ethic. c. 2. & quia alioqui omnia media essent æqualiter bona. Sed hæc non vrgent; quia illa tria membra nõ necessariò dicunt distinctam bonitatem, sed satis est, vt sit diuersus modus participandi eandem formam, sicut si diuideretur sanum in cibum, medicinam, & alia. Neq; est necessarium, vt omnia media sint æqualiter bona, quia possunt participare eandem formam inæqualiter; quia quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur. 13

Ideo respondent Secundo alij, quia omne medium intrinsecè includit aliquã perfectionem distinctam à perfectione finis, vt concedit Suar. disput. 10. sec. 2. nu. 23. sed hæc perfectio distincta habet distinctam conuenientiã à conuenientia, quam dicit perfectio finis: ergo & bonitatem distinctam. Consequentia patet, quia bonitas non est aliud, quam perfectio rei, vt connotat conuenientiam respectu alterius, cui dicitur bona, vt concedunt aduersarij, & tradit D. Tho. 1. 2. q. 29. ar. 1. Caiet. Fons. Suar. Vasquius, & alij omnes inquirentes rationem formalem boni. Minor probatur, nam hæc cõuenientia vel est idem formaliter, ac perfectio, vt putat Henr. quodl. 2. & inde sequitur, quod sicut est perfectio intrinseca medijs, ita & bonitas; vel est relatio rationis, vt ex D. Thom. putat Vasquius 1. p. disp. 23. cap. 4. & sequitur esse intrinsecam rei, tum quia subiectum non potest denominari relatiuũ, nisi à relatione sibi intrinseca; vt concedit Suar. disp. 47. sect. 12. num. 8.

num.8. ex D.Thom. 1. contra Gen.c.13. tum quia hęc conuenientia habet terminum distinctum à conuenientia, quæ est in fine; nam conuenientia medij respicit finem, v.g. sanitatem: At conuenientia finis, idest sanitas respicit subiectum. Vel hæc conuenientia est accomodatio quædam, & aptitudo, seu inclinatio perfectionis existentis in medio ad rem, cui est bona; & constat esse intrinsecam medijs, vt Suar. ex Caiet. 1.2.q.32.ar.1. concedit, eamque esse distinctam ab aptitudine, quam dicit finis ad subiectum, satis constat. Sed

14 Instat Suar. disp.10.sect.1. num.12. bonum vtile dicere quidem vim, & perfectionem; sed illam non habere rationem boni, nisi quátenus connotat commensurationé, & inclinationem finis ad medium, vt sanitatis ad medicinam.

Sed contra, tum quia illa conuenientia, sicut est intrinseca bono delectabili, ita & bono vtili: nam sicut delectabile dicitur esse ipsa res, vt habet conuenientiam cum natura sensibili; ita bonum vtile, quod habet aptitudinem, & conuenientiam cum tali fine. Vnde D.Tho.q.21. de verit.a.1, *Bonum, vtile, docet, esse bonum, quia natum est consequi finem.* tum quia commensuratio rei perfectibilis ad rem perficiené est commensuratio passiua; tum quia voluntas ex pluribus medijs, quibus potest consequi finem, præeligit vnum, ex eo, quod illud habeat maiorem conuenientiam cum fine. Neq; dicas, præeligi, quia bonitas finis magis ab vno, quam ab alio participatur, quia hęc maior participatio non potest consistere in alio, quá quia in vno est maior vis, & efficacia ad bonú cósequendum, quam in alio. In illa autem efficacia consistit conuenientia.

Confirm. quia ita se habet finis ad media; sicut principia ad conclusiones, sed conclusiones habent propriam veritatem distinctam à veritate principiorum. ergo.

15 Quare ego probo, quia media respiciút finem formaliter in genere causæ finalis. ergo nó possunt recipere bonitaté à fine in genere causæ formalis; quia, vt finis, & forma sunt causæ formaliter distinctæ, ita habent causalitates distinctas: Atque adeo finis, vt finis finalizare potest, formalizare non potest. Neque obstat, quod media dicuntur appeti propter bonitaté finis, quia ly (propter) non dicit dependentiam in genere causæ formalis, sed finalis.

Finis propriè sumptus non est adæquatú obiectum formale voluntatis.

Ex quibus patet, falli recentiores dicétes, finem propriè sumptum, esse adæquatum obiectum voluntatis, non solum materiale, sed etiá formale; nam ostendimus, bonum vtile esse formale obiectum voluntatis, & distinctum à bonitate finis propriè dicti. Neque obstat, quòd voluntas tendat in omne obiectum sub ratione propriæ bonitatis. Nam, cum propria bonitas aliquorum non sit bonitas finis, non omnis actus versatur circa obiectum sub formali ratione finis. Neque dicas, quod, sicut intentio versatur circa finem propter bonitatem suam, ita electio versatur circa medium propter suá bonitatem: At ly (propter) dicit causalitatem finalem: ergo bonitas medij respectu electionis, habet rationem finis: Non (inquam) id dicas; A quia ly (propter) non significat causalitatem finalem, sed formalem: sicut patet in actibus aliarum potentiarum, qui versantur circa propria obiecta propter formalem rationem ipsorum.

ART. IV. Soluuntur argumenta aduersariorum.

Medium est obiectum materiale volútatis, ex Aureolo.

Contrarium docet Aureolus in 1.dist.1. q. 2.art.3.& Suar.disp.23.sect.6.num. 17. & disp.10.sect.2.nu.22.& 23.dicentes, media, & bona vtilia esse solùm obiecta materialia voluntatis, quæ habent formalem rationem boni per denominationem extrinsecam à bonitate finis. 16

B Primo ex D.Tho.1.p.q.5.ar.6. ad secúdum vbi sic ait *Vtilia dicuntur, quæ nó habet in se, vnde desiderentur; sed desiderátur solú, vt sunt ducentia in alterum; sicut sumptio medicinæ amaræ.*

Conf. quia bonum vtile non dicitur à bonitate intrinseca, sed ab extrinseca bonitate finis; sicut medicina non dicitur sana, nisi à sanitate animalis.

Conf.2. quia quæ sunt bona vtilia, vt v.g. medicina amara, non sunt appetibilia propter propriam perfectionem, sed propter finem.i. sanitaté animalis, ad quam conducunt: ergo medicina, & alia media solùm sunt obiecta materialia, & non formalia voluntatis. C

Conf.3. ex adoratione imaginis, quæ formaliter fertur in prototypum, & materialiter in imaginem.

Conf.4. ex charitate proximi, quæ formaliter versatur circa Deum, & materialiter circa proximum.

Resp. ad primum. D.Thom. ibi non negare, bonum vtile habere intrinsecam bonitatem, sed negare bonitatem, ad quam voluntas tendit ratione sui, qualem habet bonum honestum, & delectabile; Nam bonitas vtilis appetitur ratione finis non in genere causæ formalis, sed finalis. 17

D Ad primam confirmationem resp. negando, non denominari à bonitate intrinseca, cum dicat propriam perfectionem, & conuenientiam distinctam à fine, dependenter tamen à bonitate finis; quia perfectio mediorum non habet rationem bonitatis, & conuenientiæ in ordine ad appetitum hominis, nisi per habitudinem ad finem: Nemo enim appeteret potioné amaram, nisi, quia est effectiua sanitatis, quæ appetitur. Quare vbi nullus datur appetitus sanitatis, nec datur ibi appetitus medicinæ.

Dices, qualis sit hæc dependentia? Resp. non esse in genere causæ formalis, sed finalis, quatenus bonitas mediorum ordinatur ad bonitaté E finis. tum etiam quodam modo in genere causæ efficientis quoad actum; quia amor finis cócurrit ad amorem mediorum in genere efficiétis. Quare fallitur Aegid. Lusit. dum putat, bonitatem mediorum pendere à bonitate finis in genere causæ formalis, radicalis, & remotæ, quia illa habitudo mediorum ad finem, pendet à fi-

pe non

ne nō in genere causæ formalis, sed finalis. Neque est eadem ratio de denominatione sanitatis; quia sanitas est adæquatio humorum, quæ solū est in animali, at bonitas dicit perfectionē, vt alteri conuenientem, quæ non solum est in fine, sed etiam in medijs.

18 Ad secundam Resp. ex Caiet. 1. 2. qu. 8. ar. 3. dupliciter media posse appeti propter finem; primo vno actu, & ita media materialiter appetuntur, & finis formaliter: secundo, duplici actu; & ita media appetuntur materialiter, & formaliter propter bonitatem intrinsecam.

Secundo Resp. dupliciter bonum vtile negari, quod moueat appetitum; primò, tanquam radix, à qua incipit motus appetitus; & ita cōceditur, media nec sic appeti, nec mouere appetitum; quia illud conuenit bonitati finis: Secūdo, tanquam ratio formalis appetibilis; & ita negatur, bonum vtile non sic appeti, nec mouere appetitum, vt ostendimus.

Ad tertiam resp. Vasq. 1. 2. disp. 1. c. 2. & lib. 2. de Adoratione, disp. 8 c. 3. esse discrimen inter adorationem imaginis, & electionem mediorum, nam circa imaginem secundum se solum versatur illa exterior submissio, sed interior submissio solum respicit imaginem, vt cōiunctam cum exemplari ex vi cogitationis; quia in se non habet excellentiam præter excellentiam exemplaris; & ideo est terminus, seu obiectum materiale adorationis; quia motus adorationis completur per spiritualem submissionem; at in medijs reperitur aliqua ratio bonitatis distincta à bonitate finis, idest bonitas vtilis: & ideò non solum sunt obiecta materialia, idest res volitæ, sed formalia .i. quod habent in se rationem aliquā boni, quæ est ratio formalis volendi.

Verùm alij Respond. Imaginem dupliciter posse sumi; Primo, in actu signato; .i. vt est similitudo Prototypi; & ita habere excellentiā propriam; inferiorem tamen excellentia Prototypi, ratione cuius debetur illi inferior adoratio. Secundo, in actu exercito, quatenus .s. in se ipsa proponit Prototypū, loco illius se sufficiendo; & tunc habere rationem obiecti materialis; quia adoratur sub formali excellentia Prototypi: & eadem numero adoratione adoratur imago, & Prototypum. Vndè media comparantur cum imagine sub priori ratione, & non sub posteriori; quia agimus de medijs, vt appetuntur diuerso actu, ac finis. Sed quæ verior sit sententia, patet ex dictis à nobis in tertia parte, quia non est huius loci ea de re disputare.

19 Ad quartam Confirm. Resp. Vasquius loco citato duplici amore posse amari proximum; primo, amore amicitiæ ex complacentia ipsius proximi, vt quando volumus illi supernaturalem bonitatem; & tunc constat, proximum non esse obiectum materiale, sed formale; quia bonitas, propter quam sic amatur proximum, est distincta, à bonitate, qua Deus ipse amatur amore amicitiæ; vt patet; quia bonitas, quæ est in proximo, est participatiuè, & vt in subiecto denominatiuè, & similiter communicatio Beatitudinis, in qua fundatur amor amicitiæ ex charitate; At in Deo est tanquam principio, & essentialiter, ex D. Thom. 2. 2. qu. 25. 26. & q. vni. de charit. art. 7. Secundo, potest diligi amore concupiscentiæ, quatenus volumus bonum proximo, non ex complacentia ipsius proximi, sed Dei; & respectu illius amoris; bonum proximi est non solum materiale, sed formale; quatenus proximum ratione sanctitatis, & esse supranaturalis est quoddam bonum, in quo Deus sibi complacet. Quare proximum est obiectum materiale, & formale, siuè respectu amoris amicitiæ, siuè concupiscentiæ; atqueadeo illud exemplum nobis fauet.

Dices: ratio formalis diligendi proximum ex charitate est Deus, ex D. Thom. 2. 2. qu. 25. ar. 1. quia diligimus proximum propter Deū. 20

Resp. hanc dilectionem posse esse concupiscentiæ respectu proximi, & amicitiæ respectu Dei; & tunc ly (propter) non dicit finem, *cuius gratia*, sed finem, *cui*: sicut amatur sanitas propter hominem; vel posse esse amicitiæ respectu proximi; & tunc ly (propter) nec dicit finem *cui*, nec rationem formalem, vel finalem proximè, sed tantum remotè, & radicaliter: Nam, vt ametur proximū amore amicitiæ, non est necesse, vt actu diligatur Deus; vt benè Vasquius lib. 3. de ador. disp. 1 cap. 6. num. 36. sed satis est virtualis dilectio: quia ratio proxima immediata est perfectio diuina participata; atqueadeo radix totius amoris charitatis est bonitas diuina in se ipsa, ad quam tanquam ad finem ordinantur omnes aliæ bonitates: vnde ly (propter) potest etiam dicere causam finalē remotam, sed de hac re alibi.

DVBITATIO IV.

An causa finalis sit distincta ab efficiente, materiali, & formali.

Resp. affirmatiuè ex Arist. 2 physic. t. 29. 31. & 5. met. cap. 2. vbi probat illam reprahendendo, illos, qui illam non distinguebāt ab efficiente; sed difficultas, an sit ità principalis causa, vt non sit reducibilis ad alias. Negat Plato esse reducibilem, sequutus est Aristot. & meritò, quia non est reducibilis ad causam materialem, quia reperitur in ijs, in quibus non est causa materialis, & eadē ratione, neq; ad formalem; & licet Arist. sæpè dicat, finem, & formam esse idem, vel intelligit in naturalibus; vel nomine finis intelligit optimum, vt ait D. Tho. p. p. q. 3. a. 2. & 1

Confir. quia materialis, & formalis sunt intrinsecè inclusæ in effectu, vel vnibiles effectui: At finis est causa extrinseca: ergo non reducitur ad eas, neque reducitur ad efficiens quia hoc semper ponit effectum differentem à se: ergo quidquid etiam inseruit causæ efficienti: at in causa finali non patitur, vt eius effectus sit distinctus à se.

Confirmāt alij, quia causalitas finis est respectu actionis diminæad intra; quia verè vult propter, nam non fortuitò, quia hoc ponit imperfe-

fectionem, tum quoad cognitur, tum quoad causalitatem effectiuam, nec imperfectio cognitionis, sed de hac ratione infra; at ibi nulla est causalitas effectiua.

Confirm. 2. quia non reuocatur ad efficientem, vt instrumentum, sed vt causa ipsius; nam, si petatur, cur agens agit? si

Resp. propter talem finem, redditur ratio à priori: ergo est distincta ab efficiente, quod si inter has causas debet poni aliqua reductio potius efficiens reduci debet ad finem, quam finis ad efficiens dicitur causa causarum, quia finis est prior in mouendo, vnde.

2 Contrarium docent, qui tenēt non esse causam realem, sed intentionalem. Verum disputatur de nomine, quia supra ostendimus, quid nomine causæ realis intelligatur.

Contrarium alij, quod sit determinatio causæ efficientis, vt dicitur de idea, sed soluetur cū de idea, nam est diuersa ratio, quia idea cōplet efficiēs artificiatū, at finis non cōplet efficiens, sed mouet illud ratione suæ amabilitatis, propter quam mouetur ad dandam existentiam effectibus.

QVAESTIO II.

De diuisionibus finis.

DVBITATIO I.

Quot modis diuidatur finis.

Diuisio finis. RESP. ex duplici capite diuidi potest finis; primo, ex ratione formali finis: secundo, ex ratione materiali, idest rebus, quæ causalitate finis exercere possunt.

Resp. 2. ex ratione formali finis dupliciter diuidi potest: primo, ex subordinatione in modo causandi, & diuiditur in proximum, & vltimum. secundo, ex modo causandi, & diuiditur in finem *cuius gratia*, & in finem *cui*.

Resp. 3. ex ratione materiali diuidi potest finis: primo, in naturalem, & supranaturalem: secundo, in operationem, & rem operatam. 1. eth. c. 1. nam aliquando intenditur sola operatio, ex qua nullum opus sequitur, vt est scientia, aliquando vero sequitur opus, vt ex ædificatione Domus. Tertio, in finem factum, & in finem acquisitum: Quarto, in formale, & obiectiuum; ille dicitur finis, vt adeptio, & vt *quo*, hic, vt res, & vt *qui*. Quinto, in finem generationis, & rei genitæ. Sexto, in finem operis, & operantis. Vltimo, in finem primarium, & secundarium. Quas omnes diuisiones non possumus hoc loco exactè explicare; aliquas tamē opportunitate temporis ostendemus.

DVBITATIO II.

De diuisione finis in proximum, & vltimum.

DE hac diuisione plura D. Thom. in 2. dist. 41. q. 1. a. 1. vbi Capr. d. 9. q. 1. ar. 3. Aegid. dist. 38. quæst. 2. ar. 2. Ricchard. art. 3. q. 3. Occh.

A dist. 3. ar. 2. idem D. Thom. 1. 2. q. 1. ar. 3. ad tertium q. 12. ar. 3. q. 21. ar. 1. ad secundum, 2. 2. q. 23. ar. 7. & q. 123. art. 7. Suar. in met. disput. 23. sect. 2. nu. 14.

ART. I. Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimo Not. hanc diuisionem intelligi posse, vel in eadem serie, vel in diuersa. Dicitur autem eadem series, in qua plura media subordinata, vel secundum se, vel ab operante appetuntur propter vnum finem; siuè eodē actu (vt multi volunt) siuè diuersis (vt mihi magis placet.) Dicitur verò diuersa series, quando 1

B eadem, vel diuersa media appetuntur propter diuersos fines; vel idē obiectum appetitur sub diuersa ratione bonitatis. Vndè in diuersa serie necessario requiruntur diuersi actus: vt v. g. si cibus appetatur propter sanitatem, & deindè appetatur propter iucūditatem; mutatur enim series; quia mutatur finis.

Contra vero, si idem medium secundū eandem bonitatem appetatur propter se; vt elemosinam propter honestatem intrinsecam, & eadem honestas elemosinæ ordinatur in satisfactionem peccatorum; tunc seruatur eadem series; quia non mutatur ratio bonitatis, propter quam appetitur medium, idest elemosina.

C Secundo Not. In fine medio duo considerari. Primo, rationem finis, quæ requirit bonitatē propter se expetibilem, & vt propter illam aliquid expetatur. Secundo, rationem medij, quæ requirit, vt ad aliud ordinetur. Quare videtur inuolui implicantia, quod aliquid sit finis, & sit mediū; in qua implicantia explicanda consistit difficultas quæstionis.

Tertio Not. Medium posse esse duplicis generis: Primo, quod habeat bonitatem propter se amabilem, qualis est honestas, & iucunditas, qualis est actus aliquis religionis: ex quo medium propter hanc bonitatem potest, vel ex 2 Medium duplicis rōnis.

D se, vel ab appetente referri in finem extrinsecū; vt actus religionis ad merendam gloriam, & potus aquæ iucundus ægroto ad extinguendā febrem; Secundo, quod non habeat bonitatem propter se expetibilem, sed solū propter aliud, vt amara medicina, vel abscissio bracchij propter sanitatem.

Quarto Not. Non posse vlla ratione hanc finis diuisionem in proximum, & vltimum negari; quia illam omnes Doctores citati admittunt; præsertim D. Thom. & Alber. 5. m. tr. 1. c. 2. vbi ait, *Finem vltimum dici, in quo quiescit mouentis intentio; & finem intermedium, qui est terminus mouentis cuiuscunque operis*

E *ad finem illum ordinatum, & sic fines dicuntur, quæcunquè, mouente aliquo, fiunt intra finem vltimum*. Neque recedendum est à communi modo loquendi propter aliquas rationes, sed potius retinendus est modus loquendi & explicandi iuxta sensum, quē rationes ostēdunt. &

Con-

Confirm. quia constat apud Aristot. huiusmodi diuisionem conuenire cuilibet generi causarum.

Nam efficiens diuiditur in proximum, & remotum: similiter materia, & forma, licet mēbra diuerso modo explicentur à diuersis Doctoribus. Quare solum explicandus est sensus huius diuisionis.

Quinto Not. finem accipi posse propriè pro eo, scilicet, quod propter se amatur, & alia propter ipsum; vnde dicitur causa finalis. Secundo, impropriè pro termino, scilicet actus voluntatis, vt ait Scot. q. 1. prologi ad primum contra rationes philosophorum: vel quia est causa, vt aliquid appetatur.

Sexto Notandum, finem vltimum diuidi in vltimum simpliciter, qui nec esse, nec esse potest gratia alterius, sed cœtera propter ipsum, & finem vltimum secundum quid, qui in aliqua serie est vltimus, quia omnia, quæ sunt in illa serie, ad ipsum referuntur, ipse vero actu non refertur alij in eadem serie, vt victoria in serie intentionis belli: Finis vero medius etiā diuiditur in proximum, qui immediatè, & primo intenditur, & remotum, qui dicitur, in quē finis proximus ordinatur, antequam perueniatur ad vltimum: quare finis remotus non est idem, ac vltimus, sed illi subordinatus.

ART. II. Opiniones DD.

3 *Alij negant finē proximū.* Prima opinio est improbantium hanc diuisionem; eo quod putant, nullum dari finem proximum, siuè medium; sed omnem finem esse vltimum, vel simpliciter, vt est Deus; vel in tali serie; ita Vasquius 1. p. disp. 82. c. 2. nu. 8. & disp. 4. c. 2. eo quod medium, vt medium non potest habere rationem finis; medium autem, vt medium dicit bonitatem vtilem. Dixi (medium, vt medium) quia in eadem re, cum bonitate vtili respectu alicuius finis potest coniūgi aliqua ratio boni iucundi, vel honesti, secundum quas potest habere rationem finis; sed tūc non accipitur ratione bonitatis vtilis.

Opinio admittens. Secunda opinio est dicentium, hanc diuisionem esse admittendam, non solum in finibus particularibus respectu finis vltimi, sed etiam in illis inter se comparatis. Ita Suar. loco citat. Fons. 5. m. c. 2. in t. litt. L. Conimb. & alij communiter ex D. Thom. loc. cit. præsertim 1. 2. q. 12. ar. 2. & 3. Fundamentum primo sumitur ex Arist. 2. phy. t. 29. & 5. m. c. 2. vbi diuidit finem in vltimum, & intermedium: sed ex dictis patet, non agnosci fines intermedios; sed omnia intermedia esse ratione finis vltimi, vt ibi Aphrodisæus, Scotus, Aegidius, Toletus, & Conimbr. Nam ibi Arist. explicans causam finalē, ait, *esse id, gratia cuius cœtera fiunt*; veluti deambulandi sanitas. *Cur enim deambulat? interrogati, quo valeat, respondemus*; atque si hoc pacto dixerimus, reddidisse causam, arbitramur; & quæcunque, mouente alio inter sunt finis; vt sanitatis attenuatio, vel purgatio, vel pharmaca, vel organa. Vniuersa enim hæc ipsius finis gratia sunt: vbi ly (finis in genitiuo)

A idem significat, ac propter finem; quia omnia illa sunt propter finem. Quare non loquitur de intermedijs respectu præcedentium, sed respectu vltimi finis.

Secundo, alij probant ex 1. eth. c. 7. vbi admittit, dari fines imperfectos, qui non gratia sui, sed aliorū expetuntur. Verùm, supra ostendimus, ibi loqui de fine secundum quid, & impropriè.

Tertio, alij probant, ex eo, quod non repugnet rationi finis, vt sic referri in vlteriorem finem ab agente; vt patet ex finibus particularibus, qui referuntur in finem vltimū: Imò vnus finis particularis potest referri in alium: vt si ægrotus eligat potionem amarā gratia sanitatis, & hanc propter se amet, & simul etiā propter studium: vbi electio potionis refertur in sanitatem, vt finem proximum, & in studium, vt in finem vltimum; & hæc ratio est fundamētalis.

B Tertia opinio est dicentium, illam diuisionē probari, quoad fines particulares respectu vltimi; vel quoad fines particulares inter se, quorum bonitas est amabilis propter se, & propter alia: non autem quoad ea media, quæ non habent aliam amabilitatem, nisi propter aliud. quare communis opinio diuidentium finem in vltimum, & proximum, debet intelligi respectu finis habentis propriam amabilitatem; non autem respectu mediorum habentium solam rationem vtilis: nisi impropriè appellando finem id, quod aliquo modo terminat actum voluntatis; vel est origo alicuius electionis: & hæc opinio mihi placet. 4 *Alij admittūt inter fines particulares.*

C *ART. III. Opinio Auctoris.*

Prima Conc. diuisio hæc potest intelligi primo, quoad finem impropriè sumptum, vt finis vltimus dicitur propriè; proximus verò impropriè. Nam in hoc sensu esse obiectum appetitus potest dici finis illius actus, quem terminat; & similiter quidquid est id, gratia cuius aliquid fit, potest dici causa finalis: 5

D Neque quo ad hanc conclusionem potest esse difficultas, nisi de nomine; sed quia Doctores, qui illam diuisionem tradunt, videntur intelligere de fine propriè dicto. ideo de hoc fine fit.

Secunda Conclusio: Hæc diuisio finis propriè dicti potest intelligi de finibus particularibus respectu vltimi finis simpliciter, quia ex 1. Cœli 64. omnia operantur, & sunt propter finem aliquem. Sed omnium operationum substantiæ finis est fœlicitas, seu finis vltimus simpliciter, quem per omnes operationes conantur consequi, 1. ethic. c. 5. 2. Cœli, t. 63. & fusè D. Thom. 3. contra gen. cap. 18. & 19. & qu. 22. de ver. ar. 3. & nos alibi ostendemus. Difficultas nunc manet de finibus particularibus inter se, de quibus fit.

E Tertia Concl. Quando media nullam habēt amabilitatem propter se, sed solum in ordine ad aliud, illa non possunt habere rationem finis propriè, vt patet ex dictis supra: Atqueadeo diui-

diuisio finis in proximum, & vltimum non potest intelligi de illis, & de his loquitur Aristot. 8. Ethic. cap. 2. cum negat, bonum vtile esse finem.

6 Quarta Conclus. Quando medium habet amabilitatem propter se; etiam si illa amabilitas dirigatur alio, potest dici finis propriè; quia directio ad alium finem nō aufert ab illis propriam amabilitatem propter se; sed superadditur ordo ad aliud; quod contingere potest dupliciter; primo, ex vi appetentis, quomodo quis potest amare sanitatem propter se, & propter studium: Nam optimè D. Thom. 1. 2. quæst. 12. art. 3. ostendit, posse duo simul intendi, vt patet ex natura, quę ex vno instrumento intendit duas vtilitates: vt per linguam gustum, & loquelam, 2. de anima 88. & 3. de anima in fine.

Medium amabile propter se, licet ad alterum directum propriè dicitur finis.

Secundo, ex natura talis bonitatis; vt patet ex opinione communi, qua dicitur natura intendere delectationem propter operationem; delectatio enim est per se amabilis; & tamen à natura ordinatur ad operationem, quam intendit.

Confirmatur ex D. Thom. loco ci. art. 2. vbi ait, finem esse terminum motus voluntatis, in quo dupliciter terminus accipitur. Primo vltimus, qui terminat totum motum. Secundo, respectu partis; eo quod sit terminus vnius partis, & principium alterius: vt patet in motu, ex A, per B. in C. Nam C. est vltimus terminus, B. autem est terminus non vltimus.

Dices: An sit necessarium, vt in omni operatione, præter proximum, detur vltimus?

Resp. 1. in omni operatione est necessarius aliquis finis vltimus, in quo intentio operantis sistat; quia in finibus non potest procedi in infinitum.

Resp. 2. Non est necessarium; vt omnis operatio habeat finem vltimum, & proximum: Nā potest intendi vnus finis, qui & sit proximus primo, & immediatè intenditur, & sit vltimus, quatenus non refertur ad alium, nec virtualiter, quomodo omnia referuntur in finem simpliciter vltimum; etiam si hic non intendatur actu, vel formaliter, quando scilicet intenditur per actum: Tunc enim finis proximus est distinctus ab vltimo, quando sunt diuersi fines subordinati in eadem serie.

ART. IV. Proponuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

7 SEd contra has conclusiones: De ratione cuiuslibet finis est, vt sit vltimus; quia ratio finis completur per negationem directionis in alium finem: 2. met. c. 2. ergo nullus datur finis medius, seù proximus; quia de rōne huius est, vt dirigatur alio, quod repugnat fini.

Obiectio ex ratione finis.

Confirm. quia finis vltimus dicitur, qui terminat omnes operationes illius rei, quæ ordinatur ad finem vltimum: Nam cum illa res sit instituta à natura propter vltimum finem, non solum essentiam, sed etiam omnes passiones, & potentia habet in ordine ad illum finē: ergo omnia habent ratione mediorum, atque

A adeo amabilitate amantur, tanquam bona vtilia ad vltimum finem: at bonum vtile repugnat cum ratione finis; vt dictum est supra.

Confirm. 2. ex Aug. 11. de Trin. cap 16. vbi ostendit, omnes nostras volitiones habere proprios fines speciales; atque adeo habent fines vltimos.

Confirm. 3. ex 2. phys. t. 29. vbi finem, dicit, esse, cuius gratia cœtera fiunt, ergo tantum datur finis vltimus.

Confirm. 4. Nam vtile, vt sic non est appetibile gratia sui: ergo, neque potest esse causa, vt alia appetantur gratia ipsius, ergo neq; potest habere rationem finis.

B Confirm. 5. quia alioqui, posset in Deo, præter suam bonitatem, dari alia res, quæ sit finis, & ratio volendi; quia posset velle vnam creaturam propter aliam, contra D. Thom. 1. part. q. 19. art. 5. & 1. contra gen. cap. 86. & 87.

Ad primum resp. Suar. loco cit. num. 18. non repugnare fini habenti propriam amabilitatem, amari etiā propter aliud; quia illa directio extrinsecè adueniens fini ex intentione operantis non aufert amabilitatem propriam ab ipso fine, quia non aufert honestatem, & iucunditatem, quam habet; vt patet in exemplis allatis de volente elemosinam propter propriam honestatem, & dirigendo honestatem illam in satisfactionem peccatorum, & in sumente medi- 8

Alij ex Suar. non repugnare fini dirigi ad aliud.

C cinam propter sanitatem, quā propter se amat, & vt vtilem ad studium.

Conf. Suar. n. 15. quia intentio agentis necessario debet circa aliquem finē immediatè versari. Quare ille dicitur proximus respectu illius intentionis: at nō repugnat, vt intentio illa vlterius progrediatur, quia, licet finis includat negationem amoris propter aliud, tamen respectu amoris, quo amatur propter se: tamen non repugnat, huic amori superaddi alium amorem eiusdem rei propter aliud.

Sed contra instat Vasquius: Nam, vt per distinctas res propter se, & propter aliud amatur; iam non sunt duo fines in eadem serie, sed

D in diuersa: at quæstio est de eadem serie.

Resp. negando, semper per diuersos actus constitui diuersas series: Nam, quando sunt sub eadem ratione bonitatis circa idem omnibus est eadem series, vt ostendimus in exemplis adductis: quando vero sub diuersa ratione bonitatis tunc fit diuersa series.

Ad primam Conf. Resp. dupliciter dici finē vltimum, vnum simpliciter, ad quem ordinatur ex natura rei, & de hoc procedit argumētum: sed ad hunc finem non solum ordinantur res, quæ nullam habent bonitatem, nisi vtilem; sed etiam, quæ habent bonitatem honestatis, vel iucunditatis; atq; adeo quæ sunt ama- 9

E bilia propter se. Alterum vltimum secundum qd, qui est particularis respectu vnius, vel alterius operationis, & ad hunc non omnia diriguntur, sed tantum ea, quæ cadunt sub determinata intentione agentis, & respectu vtriusq; potest ordinari medium, non solum, quod non habet, nisi præcisè vtilitatem, sed etiā quod habet

bet honestatem? & iucunditatem, vt diximus.

Ad secundam Confir. Resp. potius fauere, quia ex August. præter fines particulares datur finis vltimus vniuersales, ad quem omnia inclinantur ex naturali inclinatione voluntatis.

Ad tertiam in tex. Græco non poni ly (cætera fiunt) sed addita esse ab Argyropolo ex 1. Ethic. cap. 7. vbi finis dicitur esse id, cuius gratia cætera fiunt. Ita enim habet textus Grecus *τέλος ἐστὶ τοῦ ἕνεκα hoc est finis est, gratia cuius*. Neque obstat tex. 1. Ethic. cap. 7. quia ibi loquitur de fine simpliciter vltimo, de quo vere dicitur, cætera omnia esse illius gratia. & ita intelligunt locum 2. met. c. 2. cum finis dicitur non esse alterius gratia, sed de hoc loco diximus supra.

Resp. 2. etiam posita versione Argyropoli, ly *cætera*, intelligitur non absolutè, sed secundum quid, idest quæ referuntur ad illum finē, vt Conimbr. dicunt.

Ad quartam Resp. bona vtilia esse duplicia, alia simpliciter vtilia, quæ s. non habent appetibilitatē propter se, sed semper propter aliud, & hæc non possunt habere rationem finis: alia vtilia secundum quid, quæ s. habent in se absolutam rationem bonitatis, propter quā sunt amabilia propter se; sed quia non sunt omni ex parte perfecta, possunt referri ad alia bona, siue ex natura sua, siue ex appetente, & hæc possunt habere rationē finis; non quidem, vt alio referuntur, sed vt in eadem serie amantur propter se, quæ amabilitas non excluditur à fine, ex eo, quod refertur alio.

Ad vltimam, infra fusius, nūc satis D. Tho. dictum, *solam diuinam bonitatem esse rationē Deo volendi effectus*, intelligi de primis effectis, qui non supponunt alios, qualis est perfectio vniuersi; non autem de alijs, qui possunt in alium effectum, tanquam in finem reduci, vt ex 1. cōtra Gen. c. 86. 87. facile intelligitur, vt optimè Suar. relectione de liber. diuinæ voluntat. disp. 1. sect. 2. nu. 20. & 21. ex Dur. in 1. d. 41. q. 2. Caiet. in D. Thom. Curdub. lib. 1. quæstionarij, q. 56, opin. 5.

Resp. 2. etiam si D. Tho. traderet illam doctrinam, adhuc negatur consequentia, quia est dispar ratio: nam perfectiones creatæ respectu volūtatis creatæ sunt per se, & propter se amabiles: at vero respectu voluntatis diuinæ non ita, cū sola bonitas diuina sit amabilis; sed solum sunt respectu illius amabiles propter quādam decentiam, & conuenientiam ad diuinam bonitatem, vnde Suar. loco cit. nu. 21. infert, omnia creata respectu diuinæ voluntaais posse habere rationem puri medij: nam tota ratio volendi illa est diuina bonitas.

DVBITATIO III.

De diuisione finis, cuius gratia, & cui.

1 *Finis cuius gratia, & cui* NOtand. 1. ex 2. de anim. tex. 35. & 37. finem esse duplicem s. *cuius gratia*, & dicitur ex Philop. ibid. cuius gratia aliquid fit, vt finis ædificationis est domus, vel tegmentū.

A Finis vero *cui* dicitur id, in cuius vtilitatem aliquid fit, quo modo ab Arist. 2. phys. 23. omnia arte facta dicuntur, esse gratia hominis; & sanitas, quæ est finis gratia cuius, dicitur fieri propter hominem, qui est finis cui; vt Suar. disp. 23. sect. 2. diuis. 1. Fonsec. q. 10. sect. 1. Conimbr. q. 20. ar. 2. Tol. 2. de anima tex. 35. Vasq. 1. 2. disp. 12. c. 3. & disp. 33. cap. 1. & disp. 48. c. 2. nu. 5. & p. p. disp. 84. cap. 2. & significat D. Tho. 1. 2. q. 2. a. 7. ad 2. & 3. cont. gent. c. 36.

2. Not. ex Fonsec. 5. met. c. 2. q. 10. sect. 1. finem *cui* ex natura sua non necessario dirigi in alium finem: at finem *cuius* necessariò dirigi in alium finem, vnde amor *finis cuius*, dicitur amor concupiscentiæ; sed amor *finis cui*, est

B amicitiæ, aut quasi amicitiæ, ad quem semper dirigitur amor concupiscentiæ. Dixi (quasi amicitiæ) quia nos ipsi sumus finis *cui* nostrarum operationum, amicitia autem propriè nō est ad se, sed ad alterum; tum quia amicitia propriè est solum in agentibus liberis, cætera autem impetu quodam feruntur, vt patet, dum Hirundo construit nidum, causa prolis. Hinc Tatar. 2. phys. tract. 2. c. 3. tex. 22. dub. 2. dixit ex Burid. 2. phys. q. 2. *finem cui* esse finem gratia cuius, seu primaria intentione, propter quem amatum, amore amicitiæ, agens producit aliquid, qui ab Auer. dicitur finis rei operatæ: finem vero *cuius*, ipse vocat finem *quo*,

C secundaria intentione, propter quem amatum amore concupiscentiæ, agens operatur, & dicitur finis secundaria intētione, quia non primo intēditur, sed solum propter aliud, quod optimè declarat Sax. q. 13.

3. Not. verba Arist. quibus 2. de anima tex. 35. expressit hunc duplicem finem, quæ sunt huiusmodi *τὸ δ' οὗ ἕνεκα διττόν τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ* non ab omnibus eodem modo vertuntur, nā in versione Parionij, & Argyropoli, loco *cuius gratia*, ponitur *quo*, ita enim habet, *duplex est autem id, causa cuius cætera fiunt, atque vnum est (quo) alterum (cui)* & forte ne cōfunderentur vocabula, nam cum ibi diuidat 2 *Opinio Arist. de duplici fine.*

D finem, quem vocat *gratia cuius*, si membrum eodem nomine explicasset; oriretur confusio, quia posset nunc accipi pro fine in communi; nunc pro eius membro, quod distinguitur cōtra *finem cui*; vnde merito explicatū fuit illud membrum alio nomine, idest *quo*, sed quæ sit ratio nominis, nō satis patet; potest hæc ratio reddi, nam ly *quo*, sumi potest, vel aduerbialiter, & significat id, in quod operatio tendit ex Themist. quare idem est finis *quo*, & finis *in quem*, vel instrumentaliter, & est idem, ac id, quo aliud perficitur, seu acquiritur, quomodo sanitas dicitur *finis quo* homo perficitur & visio dicitur *finis quo* Deum, tanquam finē obiectiuum nobis acquirimus.

E At translatio antiqua, quā sequitur D. Tho. 3 loco *finis cui* vertit *finem quo*, sed non placet, quia ly *ᾧ*, non est ablatiuus, sed datiuus, & ideo verti debet *cui*, nam si verteretur in ablatiuo, non posset assignari ratio nominis: sed defendi potest hæc versio, si dicatur id, in cuius vtilitatem,

tem aliquid fit dici finē, quem alij vocant *cuius*: finem vero, quem alij vocant *gratia cuius*, in hac versione dici *finem quo*, nam ly ῷ, potest esse casus ablatiuus, & datiuus.

Verum non est cur à communi vocabuli, translatione recedamus; vt finem *gratia cuius* diuidat Aristoteles in finem *cuius gratia*, & finem cui, ille dicitur id, propter quod obtinendum, aliquid fit; vt sanitas dicitur finis, propter quam medicamēta sumimus, quo scilicet habito cessat motus, ex 2. physic. tex. 23. finem vero *cui*, id in cuius vtilitatem aliquid fit, vt homo cui acquiritur sanitas; neque nouum, vt species retineat nomen generis diuisi, vt in prædicamento qualitatis diuiditur dispositio in habitum, & dispositionem, quæ speciali modo dicitur dispositio.

DVBITATIO IV.
An finis cuius gratia sit finis simpliciter.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Opinio negans.* PRima opinio Occh. in 2. quæst. 3. dicentis *finem cui* esse proprium finem, cætera autem esse fines impropriè; sed sibi aduersatur, cum ibidem art. 2. corr. 2. dicat, sanitatem habere verissimè rationem causæ finalis: sequitur Gabr. 2. dist. 38. Arim. ibid. Heru. quodl. 2. quæst. 1. quem Suar. cit. nomine Henrici ex errore forte impressoris. Primo ex 2. met. tex. 8. finis dicitur, qui non est alterius gratia, sed eius causa cætera, idest alia sunt per ipsum, & notat ibidem Auerr. comment. 8. sed huiusmodi est finis *cui*, nam bonum aliud amatur propter illum, cui bonum operatur. Secundo, quia habet rationem medij, non enim sistit ibi intentio agentis, nam dirigitur in finem *cui*. Tertio, quia eadem ratione instrumenta deberent esse efficientia simpliciter; quia vt appetibilitas *finis cuius* dependet à *fine cui*, ita ius agendi instrumenti ab agente principali: vnde Heru. quodl. 2. quæst. 1. *finem cuius* dicit esse instrumentum *finis cui*.

Confirmatur, quia finis debet amari, saltem amore beneuolentiæ, idest propter se; & amor *finis cuius* est concupiscentiæ, qui nō est amor simpliciter, sed secundum quid, ex D. Thom. 1. 2. q. 26. ar. 4. & opusc. 18. c. 13.

2 *Opinio affirmans.* Secunda opinio est dicentium, finem scilicet *cuius*, simpliciter tantum, finem vero *cui*, latè dici finem: ita aliqui apud Fonsec. & Occham. & sequitur Vasquius 1. 2. disp. 2. idque ex auctoritate Aristotelis probant, nam 2. phy. 71. formam introducendam, esse finem intentum ab agente; Vnde 2. physic. cap. 3. & 5. metaph, cap. 2. causas esse sibi inuicem causas asserit; finis igitur pendet ab efficiente, finemq; primum esse in intentione, sed vltimum in exequutione, & 2. a. tex. 36. animam esse causam in triplici genere causæ, quæ omnia fini *cuius* conueniunt.

Confirmatur ex 2. physic. 24. vbi nos vocat quodammodo fines artefactorum; ergo *cui*, non verè finis, sed est subiectum, cui intenditur, & quod perficitur per rem, quæ intenditur, vt finis; ergo ad actum non habet habitudinem finis, sed alterius rationis.

Confirmatur 2. quia in *fine cuius* continetur etiam obiectum operationis, vt in visione Dei continetur Deus, quia amatur amore concupiscentiæ per spem; at homo non potest dici finis Dei, quia esset inordinatus amor; ergo *finis cui* non est propriè finis.

ART. II. Opinio Auctoris.

NOtandum circa principalitatem horum non posse comparationem fieri vel in ratione entis, quomodo non est necessarium, vt vnum sit perfectius altero; nam aliquando est perfectior *finis cui*, vt homo respectu sanitatis, aliquando imperfectior, vt cum quis operatur propter obtinendum Deum, & ratio, quia aliquando ex suppositione intendit sibi acquirere perfectionem, licet minorem se simpliciter; aliquando maiorem se, vt materia est finis *cui*, & forma est finis *gratia cuius*, quia si materia posset operari operaretur gratia consequendi formam. Secundo, in ratione causæ, & hoc idem est id, quod magis intenditur. 3 *Vnde sumatur principalitas finium cui, & cuius gratia.*

Prima Concl. primo ex vtroque aliquando coalescere vnum. 2. de an. tex. 35. sicut dicitur ex formali, & obiectiuo integrari vnum finē. Dices quis dicitur finis formalis? & quis obiectiuus? 4

Resp. formalis, dicitur ipsa operatio præsertim immanens circa obiectum extrinsecum; obiectiuus vero est ipsum obiectum, quod per operationem comparatur; & ideo operatio dicitur finis, quia per illam quasi comparatur, & possidetur obiectum secundum modum sibi proportionatum, vt D. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 3. ad 3. vbi aduertit, hos non tantum esse duos fines, quam vnum, quia neque obiectum attingi potest, nisi per actum, neq; actus esse potest, nisi circa obiectum; & ideo intentio agentis est ad vtrumque per modum vnius; quare complet vnam causam, licet, vt diuersæ sunt res, possint inter se comparari, & ad aliam ordinari: finis *cuius* alius supponitur operationi, qui intenditur, non vt efficiendus, sed vt obtinendus, vt finis obiectiuus, vt sunt omnia obiecta, vel materia circa quam, vt lignum circa quod versatur ars. Alius, qui fit per actionem agentis, vt omnis actio habet terminum intrinsecum, ex D. Tho. 3. contra Gent. c. 18. & colligitur ex Arist. 2. phys. vbi agit de fine, qui fit, & 2. cæli 64. & 12. met, 36. vbi Deus dicitur esse finis, gratia cuius cætera aguntur. *Explicatur finis formalis, & obiectiuus.*

Secunda Conclusio, vtrumque habere propriam rationem finis, quia vterque potest excitare voluntatem per se, & diligi propter se; vnde cum homo quærit sanitatem, se diligit, & sanitatem, quæ est ad sui commodum, quam per se appetit propter coniunctionem, quam habet in se sanitas; vnde differt à medio vt sic, quia medium purum est solum diligibile, quia vtile; at sanitas est propter se diligibilis, quia per se perficit hominem, qui est finis *cui*, vnde 5 *Tam finis cui, quam cuius gratia, habent propriam rationem finis.*

vnde fit, vt tantum homo sanus sit finis adæquatus illius actionis; sic potentia est propter operationem, vt cuius gratia, & operatio propter potentiam, vt ipsam perficit, & in vltimo actu constituit: vnde finis est potentia perfecte actuata; quare non repugnat duos fines esse etiam sibi inuicem fines, sub diuersis rationibus finitudinis; neque est absurdum, quia intentio agentis, quasi adæquatè fertur in compositum ex vtroque cum mutua habitudine componentium inter se, vt materia est propter formam, & forma aliquo modo propter materiam, sed non per se primo adæquatè intenditur.

6 Tertia Conclusio, vtrumque habere rationem finis principalis, licet cum subordinatione, nam *finis cuius*, est subordinatus *fini cui*, sicut causæ secundæ, licet sint subordinatæ causis primis, non tamen idcirco desinunt esse causæ principalis; & ratio est, quia per vtrumque eorum potest responderi ad interrogationem *cuius gratia*.

Finis cuius subordinatur fini cui.

Quarta Conclusio, absolutè finis *cui*, est magis finis, quam *gratia cuius*. Patet ex rationibus adductis pro prima opinione; solum obstat ratio de amore Dei, quia non potest dici; magis nos amari, quam Deum, quia esset inordinatus, atque adeo non esset à spe, quæ est virtus Theologica, sed respondebitur infra.

Finis cuius absolutè minus est finis, quam cui.

Quinta Conclusio, in particularibus bonis, quæ omnino incommodum alterius, vel præcipuè propter habitudinem ad aliud amantur, tunc finis *cui* est principalior, patet ex dictis.

7 Sexta Conclusio, quando finis *gratia cuius* est summum bonum, & vltimus finis, si ordinatè amatur, habere rationem principalioris finis, & magis trahere intentionem operantis; quia cum sit finis vltimus simpliciter, non potest ita referri in alium sub aliqua ratione finis, vt in alio principaliori sistatur, vt patet in amore concupiscentiæ Dei, in quo licet homo sit aliquo modo finis *cui* bonum illud intenditur, tamen absolutè potius homo se ordinat in illum, quia vult illi coniungi, vt vltimo suo fini, vnde licet in ea tendentia respectu mediorum, & operationum homo sit finis *cui*, tamen respectu Dei, qui principaliter quæritur, non tam debet dici finis, quam subiectum, quod ordinatur ad consequendum illũ finem, si tamen dicatur finis *cui*, ita debet intelligi, vt potius ordinetur ad finem vltimum obiectiuum.

Finis, gratia cuius, cum est summum bonum habet rationem principalioris finis.

ART. III. Soluuntur Argumenta Aduersariorum.

8 EX his soluitur tertia ratio sumpta ex instrumentis; non enim instrumenta dicuntur esse ea, quæ efficiunt, sed ea, per quæ res efficitur; quare effectus tribuitur principali agẽti.

Ad primum Resp. ibi Aristotelem loqui de fine simpliciter vltimo, vel de fine sub ratione finis; nam finis *cuius*, licet sit medium respectu finis *cui*, est tamẽ simpliciter finis respectu eorum, quæ ipsum præcedunt, & ratione ipsius fiunt. Vnde patet ad secundum.

A Ad argumenta autem aliorum, fateri nos, Aristotelem loqui sæpius de fine *cuius*, quia de illo maior esse poterat dubitatio.

Ad Confir. ly *quodam modo*, vel non imminuere rationem finis, sed cum egisset de fine *cuius*, aliam docet rationem finis, scilicet *cui*, quasi diceret, sumus & nos finis artefactorum, sed alio quodam modo, vel ly *quodam modo*, non imminuere rationem finis, sed eos, quibus conuenit ratio, finis scilicet non omnes homines esse fines *cui*, sed eos tantũ, qui vtantur rebus artificiosis; nam artifices, opera artificiosa, nõ simpliciter, sed quodãmodo propter alios efficiunt, simpliciter tamen propter se, & proprium lucrum operantur.

B

DVBITATIO V.

Quis dicatur finis generationis, rei genitæ, & generantis.

DE hac Scotus quæst. 1. prolog. & 1. dist. 1. quæst. 1. & 4. d. 49. Ant. Andr. 5. met. q. 2. Auer. 4. cæli 22. D. Thom. 4. d. 8. quæst. 1. a. 1. quæstiunc. 1. ad 1. & q. 2. de Verit. art. 3. ad 8. Conimbr. c. 7. quæst. 20. a. 2. Suar. disp. 23. a. 2.

Notandum 1. triplicem poni finem. Primus dicitur generationis. Secundus; rei genitæ. Tertius, generantis, 1. Ethic. cap. 1. & 1. Mag. moral. cap. 4. & 2. tex. 29. & 69. & 1. de Gener. 55. & 2. cæli tex. 27. *vnumquodque dicitur esse propter suam operationem*; qui aliquando coincidunt materialiter, aliquando vero distinguuntur, vnde fit, vt semper distinguantur ratione, quæ distinctio sumitur ex ratione materiali finium, nam alia operatio relinquit opus post se, alia vero non relinquit, saltem apparenter, & licet omnis operatio habeat suum terminum, tamen non semper ille durat, transacta operatione, & ideo non sumitur, vt finis distinctus ab ipsa operatione, & ideo 1. Ethic. & 1. Mag. mor. diuiditur finis in operationem generantis, & rei genitæ, & 2. phy. & 1. de generatione diuiditur in finẽ generationis, & rei genitæ.

1 Finis generationis, generantis, & rei genitæ.

C D

2. Notand. Finem generationis ab Aristotele dici formam, quia hæc terminat intrinsecè illam, qui explicari solet per verbum *cui*, vel *quo*, vel *quod*, vt finis medicationis *cui* est homo, & generationis, materia, quia illis tribuitur forma, vt eorum perfectio. Finis vero *quo* est ipsa forma, quia illa intenditur tanquam id, quo compositum generatur. Finis vero *quod* dicitur compositum, quod propriè intenditur; nam licet forma esset in materia, adhuc agens ageret ad productionem compositi, si non esset productum: Aristoteles autem non distinxit formam à composito, quia sub forma compræhendit effectum formalem illius, sicut in communi modo loquendi, idem est desiderare sanitatem, & esse sanum.

Finis generationis dicitur forma.

E

Dices, quid nomine generationis intelligatur. Resp. intelligi omnem actionem tam natura-

turalem, quam artificialem, quia omnis actio terminatur ad formam.

2 *Finis rei genita est operatio.*

3. Not. Finis rei genitæ in naturalibus semper est aliqua operatio, quia omnis creatura, quæ significatur nomine rei genitæ est propter operationem, vt per eam cōsequatur aliquod obiectū, vel perfectionem ratione illius, vt intellectio dicitur finis hominis: nomine autem operationis intelligitur, non solum vera actio, sed omnis vsus, ad quem res ordinatur, vt domus ad habitandum, & materia ad recipiendum; quia tamen omnes operationes sunt propter perfectionem operantis, ideo subiectum operans, dicitur finis *cui*, per operationem acquiritur bonum, & perfectio; & ideo operatio dicitur vltima rei perfectio, nō quod operatio nuda sit finis rei; sic enim perfectius ordinaretur ad imperfectius; sed quia res actu operans est finis rei secundum se, & absolutæ sumptæ. Dixi (in naturalibus) nam in artificialibus aliquando operatio est finis; vt calami scriptio: aliquando vsus, vt domus finis, est habitatio.

3 *Finis operantis quo sit.*

4. Notand. Finis operantis aliquando est idem cum fine operationis, & rei operatæ, quia nō intendit aliud, quam id, ad quod operatio, & opus ex se ordinantur ab Auctore naturæ; etenim idem est finis operis, ac finis Dei, vt Auctoris naturæ: aliquando diuersus, quando, scilicet, operans diuersum finem intendit, & dici solet extrinsecus; vt si quis dat pauperi eleemosinam, intrinsecus finis est subleuare miseriam: tamen si intendit satisfacere pro peccatis, erit finis operantis superadditus fini operationis, & rei operatæ: & ita videre Deum est finis hominis, quia ad hunc finem fuit homo ordinatus ab extrinseca intentione Dei; & ita etiam omnia propter hominem, & homo propter Deum sunt creata: nec mirum quia potest à generante res genita ordinari ad alium finem, ab eo, ad quem ex natura sua ordinatur; vt finis domus est habitatio, & tamen ab ædificatore ordinatur ad lucrum, quia operans pro suo arbitrio, potest opere vti ob varios fines.

4 *Finis qui non semper præexistit.*

5. Notand. Finem *quo*, seu *qui*, aliquando esse præexistentem, aliquando vero fieri ex vi actionis: meminit D. Thom. 3. contra Gent. cap. 18. vbi Ferr. & 12. metaph. sect. 6. vbi Scot. tex. 37. Conimbr. quæst. 21. articul. 2. Suarius disputat. 23. sect. 2. numero 3. in qua diuisione diuisum est, *finis cuius*, nam *finis cui* plerumque præexistit; quando vero præexistit, tunc per finem *quo*, non producitur, sed acquiritur, & coniungitur operanti, vt ver. gr. Deus dicitur finis creaturæ rationalis, quia illum acquirimus per intellectionem, & volitionem, quæ operationes dicuntur fines, *quo*, scilicet, consequimur beatitudinem obiectiuam, & idem dicitur de obiecto cuiuscunque potentiæ, qui dicitur finis potentiæ; respectu cuius, operatio dicitur finis *quo*: hic autem finis *quo* est duplex. Alter qui se habet vt medium, vt medicina dicitur esse id, quo acquiritur sanitas, & ille potius dicitur medium, quam finis: Alter, dicitur quo fit connexio

A perfecta inter finem, & subiectum tendens ad finem, & hic dicitur propriè finis *quo*: at quādo finis *quod*, non præexistit operationi, sed resultat ex illa, tunc finis *quo* est forma constituens illum effectum, & operatio ipsa est finis *quo* sub fine, idest forma: Hæc diuisio colligitur ex Aristotele 2. physic. 23. & 2. cæli 64. 5. metaph. 2. & 12. metaph. tex. 37. vt notant Conimbricen. & Suarius loc. cit. Aduertit autem D. Thom. loc. cit. hanc diuisionem non conuenire fini in ordine causandi, sed essendi nam finis, vt exercet causalitatem semper præexistit operationi in intentione agentis, cum sit primum mouens; quare hæc diuisio finis conuenit secundum existentiam realem, quod

B aliqui fines realiter præexistant operationi, vnde intenduntur, non vt efficiendi, sed acquirendi; alij vero vt efficiendi, vt sanitas, & sub priori membro continentur omnes fines, qui dicuntur obiectiui, & sub posteriori omnes fines, qui dicuntur res genitæ, & ipsæ operationes.

5 *In agentibus necessarijs idē finis est rei genitæ, & generantis.*

6. Notand. quod licet in agentibus liberis, finis rei genitæ possit esse distinctus à fine generantis, tamen in agentibus necessarijs, idem est finis rei genitæ, & generantis, quia agens necessarium, non potest, vt potest agens liberum ordinare rem genitam ad alium finem, quam ad eum, qui est connaturalis rei genitæ nam

C liberum potest non solum ordinare rem genitam, vt alium finem, sed etiam ad plures fines, & non solum eos, qui dicuntur fines *qui*, sed etiam, qui dicuntur fines *cui*: vt si quis intenderet acquirere scientiam propter diuitias non sibi, sed pauperibus applicandas, tunc finis diuitiarum *cui* essent pauperes, scientiarum vero esset ipsemet sciens.

Finis intrinsecus, & extrinsecus.

7. Notand. finem intrinsecum, & extrinsecum posse accipi, tam respectu operationis, quam operantis; nam finis intrinsecus operationis est terminus intrinsecus illius, vt ædificationis finis, est domus: extrinsecus vero operationis est is, ad quem terminus ille ordina-

D tur, vt ædificationis finis est habitatio, qui tamen est intrinsecus ipsi domui; & inter hos fines vnus potest esse magis proximus, vel remotus altero; vt arcere pluuiam dicitur finis remotus respectu ædificationis: vnde patet finem intrinsecum dici illum, ad quem immediatè res ordinatur. Aliquando vero finis extrinsecus generationis, vel rei genitæ attenditur ex intentione generantis; nam omnis ille finis, ad quem generans ordinat effectum præter naturam illius effectus, dicitur extrinsecus ipsi rei genitæ, & generationi, etiamsi respectu generantis præ-

E cipue sit intentus.

* *

DVBITATIO VI.

De diuisione finis, in finem, vt res, & vt adeptio rei.

DE hac diuisione D.Tho.1.2. q.2.ar.7. q.3. ar.1.& 8.q.5.ar. 1.q.34.ar.3.Henr.in sum. art.49.q.5.ad 3. & quæst.6. lit.G. vbi finem, vt rem, vocat *cuius*, & finem .i. est vt adeptio vocat *quo*: Vasquius disput.2.c.3. disp.11.c.6. num.30. & 31. disput. 15.cap. 3. & disput. 7. cap. 6. vbi finem, qui dicitur res, vocat *qui*, & qui est, vt adeptio, vocat *quo* ad vitandam vocabulorum confusionem, cum vterque hic finis dicatur *cuius gratia*, Suar. disput. 23.sect. 2. num.12. vocat finem obiectiuum, & formalem.

1 *Opinio negãs adeptionẽ rei habere veram rationẽ finis.* Prima opinio est negantium, adeptionẽ, seu possessionem rei habere veram rationem finis: ita Henr.loc.cit.tribuitur Soto in 4.dist.49.q.1 ar.1.quia adeptio finis ex natura sua ordinatur ad finem obiectiuum; nõ enim possessio pecuniæ appetitur, nisi propter pecuniam; nec visio Dei, nisi propter Deum.

Confirm.quia finis debet esse obiectum,non operatio circa obiectum.ergo.Antecedens patet,quia finis est bonum propter se concupitũ, cuius gratia alia amantur: Vnde est obiectum amoris concupiscentiæ:at operatio nõ est obiectum concupitum, vt patet in visione Dei,quæ nec est obiectum spei in via, nec visionis in patria, sed solum se habet vt conditio repræsentans voluntati obiectũ; vt Caiet.2.2. q.17.a.2. Scot.in 1.dist.1.q.1.a.2.Occham.q.4.a.3.Gab. q.1.a.2.docent.

Confir. 2. quia ratio finis non potest conuenire vtriq; membro, nec vniuocè, quia vt non habent bonitatem eiusdem rationis,ita nec vnã rationem finalizandi, nec analogicè; quia ratio finis, est quædam ratio vniuoca.

2 *Opinio affirmans.* Secunda opinio est dicentium hãc diuisionẽ esse bonam,quia admittitur ab omnibus,& verè vtrumq; mẽbrum est necessarium ad finem; quia nec obiectum potest habere rationẽ finis, nisi vt est adeptum, nec adeptio, nisi sit circa obiectum. Quare ex his integratur vnus finis totalis, & completus, vt rectè D.Thom. 1.2. quæst. 2. articul. 3. ad tertium, Caietan. 1. 2. quæst. 1. artic. 2. ad secundum, Corrad.1.2. quæst. 5. art. 2. & est vulgaris doctr. inter recentiores, de qua Suar. in metaphysic. disp. 23. sect. 2. num. 12. Vasquius 1. 2. disput. 2. cap. 3. vers. præterea hic finis, & disput. 11. cap.6.num. 30.& 31. & latius disput. 15. cap. 3. num. 13.

3 Ex his patet ad fundamenta aduersariorum, nam de fine obiectiuo nõ dubitant, cum sit bonum quoddam concupitum, de quo tanquam de proprio bono possidens delectatur: de fine vero formali, dubitant aduersarij,sed sine fundamento, tum quia Aristoteles 10. Ethic. c.7. & 8. super materia fœlicitatem posuit in contemplatione substantiarum separatarum; fœlicitas autem est vltimus finis propter se, & nõ propter aliud appetibilis, 1. Eth. c. 7. at constat, contemplationem esse finem *quo*, seu formalem 10.Ethic.c.8.vbi ait, *Deos, & homines contemplatione, tanquam summa beatitudine esse fœlices*, & Aug.11. de Trinit. c. 6. *ipsam Dei visionem, ait, esse finem vltimum nostræ voluntatis*, tum quia omnis substantia ordinatur ad operationem, tanquam ad finem; quod si operatio est circa obiectum, tunc vtrumque habet rationem finis partialis, ex quibus integratur vnus totalis: non enim auarus desiderat pecuniam in abstracto, sed habere illam: neq; homo desiderat Deum, sed videre illum,& ad hoc omnia sua dirigit, quia bonum non habet rationem finis, vt est in se bonũ, sed vt est proprium. Ex quibus patet, vnum non habere rationem medij respectu alterius; quia ex fine, & medio non integratur vnus integer finis: At ex adeptione, & obiecto integratur vnus finis; quia vterq; tanquam vnus intenditur ab operante. Vnde fallitur Sotus, negando finem formalem esse id, gratia cuius omnia fiunt. Nam ea, quæ fiunt gratia finis obiectiui, fiunt etiam gratia finis formalis.

Dices, naturæ institutor,finem *quo*, seu formalem, ordinauit ad finem *qui*,seu obiectiuũ.

Resp. Suar. disp.23. sect. 2. n.12. id concedendo; at vero nos loqui de fine operantis, & non de fine operis; eoquod homo operetur propter adipiscendum obiectum.

Ad primam Cõfirmationem respondeo negando,ipsam operationem non desiderari;quia ostendimus, non posse desiderari obiectum, neq; nisi desideretur possessio obiecti: vnde optimè Vasquius disput. 15. cap. 3. & 4. ex August. ostendit,visionem Dei esse obiectum desiderij in via, & delectationis in patria, cum habeat propriam bonitatem propter se expetibilem; neque visio Dei se habet ad desiderium, & delectationem Dei,sicut cognitio sanitatis ad desiderium illius, sed potius se habet vt adeptio,& inhærentia sanitatis, qualis est visio Dei; non autem cognitio sanitatis. Quare cognitio sanitatis se habet sicut cognitio, qua cognoscitur, visionem Dei esse bonam, ex qua cognitione oritur desiderium videndi Deum. 4

Ad secundam Confirmationem respondet Sanctus Bonauentura in 4. distinct. 49.artic.1. quæst. 1. hos partiales fines inter se analogicè conuenire, tum in ratione rei: Nam finis *qui*, est substantia; & finis vt *quo*, est operatio, vel quasi: tum in ratione causandi: nam finis *quo*, seu formalis est appetibilis, nam finis *quo*, seu formalis est appetibilis; quia nullus appeteret visionem Dei, tamquam beatitudinem, nisi Deus esset vltima beatitudo. Vnde sicut accidens est ens, quia entis, ita finis *quo*, est finis, quia est adeptio finis *qui*, seu obiectiui; atque adeo hic finis prius participat rationem finis, quam finis *quo*, & hinc patet, rationem communem finis non esse vniuocam ad omnes fines.

Ex his patet, hanc diuisionem finis *qui*, & *quo* posse accommodari alteri diuisioni, qua finis diuiditur in operationem, & rem opera- 5

tam

tam. nam in ipsa re operata possunt distingui hi duo fines: sanitas enim non est nobis bona, nisi sit nobis per operationem, vnita. Quare sicuti adeptio pecuniæ est in se formaliter bona, quia est adeptio rei nobis bonæ, ita adeptio sanitatis.

A

DVBITATIO VII.

De diuisione finis in principalem, & secundarium.

1 *Finis motiuus & impulsiuus*

DE hac D. Thom. quodlib. 5. art. 19. & quodl. 8. art. 11. & in 2. dist. 1. quæst. 2. art. 3. dist. 15. quæst. 1. art. 1. ad 6. & in 1. dist. 27. quæst. 4. ar. 1. ad 2. Nauar. in Manuali cap. 23. num. 101. & cap. inter verba, concl. 5. nu. 34. & tract. de finibus humanorum actuum, nu. 9. Suar. tom. 1. in tertiam partem disp. 5. sect. 4. & disp. 26. mct. sect. 5. Vasq. tom. 1. in p. par. disp. 10. c. 8. & 1. 2. disp. 70. c. 3.

B

Primo Not. hanc diuisionem tradi sub alijs verbis, tum à philosophis sub nomine causæ finalis, & impulsiuæ; tum à Iurisperitis diuidentibus finem in motiuum, & impulsiuum, qui inter se conueniunt, quod vterque dicit aptitudinem ad idem medium à voluntate intentum ob diuersos fines inter se, nec subordinatos, nec æqualiter, sed inæqualiter intentos, quod vnus primariò, alter secundariò intendatur. Ex quo patet, hanc diuisionem non tradi de finibus inter se subordinatis; quia et si vltimatus fortè est principalior, tamen intermedius non potest dici secundarius, seu impulsiuus: Nam hic supponit principalem, & illi adiungitur; vt patet in Clerico accedente ad horas primariò propter cultum Dei, secundariò verò ad lucrandas distributiones quotidianas.

C

Secundo patet, hos fines distingui ab illis, qui ex æquo per idem medium intenduntur: nam hic est æqualitas principalitatis, non autē vbi vnus est secundarius, seu impulsiuus. Difficultas manet in explicatione, quis dicatur finis principalis, & motiuus, quis secundarius, & impulsiuus.

D

2 *Finis principalis non dicitur in quē intellectus finaliter tendit.*

Prima opinio Bartoli in l. ambitiosa, n. 19. ff. de decretis ab ordine faciendis; vbi ait, finē principalem dici, in quem intellectus finaliter tendit.

Sed contra, quia finis, & media non pertinent ad intellectum, sed voluntatē, vt D. Tho. 1. 2. quæst. 8. art. 2. q. 11. art. 1. vbi Caietan. quæst. 12. art. 1.

Secunda opinio est dicentium, finem principalem dici, quo cessante, cessat actus: contra vero minus principalem dici, quo cessante, non cessat actus: ita Glos. in l. 1. ff. de negotijs gestis, & l. 1. §. origo, ff. de postulando, & cap. cupientes de elect. in 6. Bartol. in l. 2. §. vltimo, ff. de donat. & in extrauagante. Ad reprimendum, verbo, ne ex eorum, num. 13.

E

Canonistæ in cap. cum cessante de appellationibus. Ex Theologis Lorca 3. par. disput. 10. membro 2. num. 23. & videtur Vasquij 1. 2. disput. 70. cap. 3. num. 11. Verum communiter à Theologis reprobatur, præsertim à Maiore in 4. dist. 25. quæst. 2. & à D. Thom. in 2. dist. 38. quæst. 1. artic. 1. ad quintum, & quodlibeto 10. artic. 19. Primo, quia non conuenit omni fini principali: nam iuxta opinionem probabilem, quod possit voluntas moueri à duplici fine totali, sublato vno illorum, non tollitur effectus, quia adhuc manere potest alius finis totalis; vt fatetur Bartol loco citato, & Abbas in dicto capit. cum cessante, & patet; nam potest quis eodem die ieiunare ad satisfaciendum duobus præceptis, ex quibus si vnum tolleretur, altero remanente, adhuc fieret ieiunium. Secundo, non conuenit soli: nam, si aliquis moueatur à fine principali, & secundario, adhuc cessante secundario aliquādo cessare potest & effectus, vt patet in Canonico eunte ad chorum primariò, vt Deo seruiat, & vt lucretur distributiones secundariò, non iturus, si nulla esset spes distributionis; vt rectè D. Thom. loc. citat. Quare explicatio Legistarum de fine secundario habere locum solum posset in foro anteriori, ad præsumendum, an sit causa finalis, vel impulsiua; de quarum notis lege Bartol. loco cit. & Ioannem Andream in cap. post translationem de renunciatione. Hinc etiam intelligitur veritas illius regulæ, cessante causa, cessat effectus, idest, quando est vna causa principalis; sed id non habet causa, vt principalis, sed vt vnica: At nos hic agimus de causa principali, vt distinguitur à secundaria.

Tertia opinio est Nauarr. in dicto cap. inter verba, dicentis, principalem esse finem, gratia cuius solius fit, vel fieret opus: etiam si alius non concurreret actualiter, vel virtualiter, vel saltem tantum, vel æquè gratia eius, propter quem solum, vel tātum propter illum, ac propter alium fit opus, saltem quoad actionem operis. 3 *Opinio Nauar. de fine principali.*

Primo dicitur *finis*, loco generis. Secundo dicitur *propter quem solum*, ad significandum, dari finem totalem principalem. Tertio, dicitur, *vel tantum propter illum, ac propter alium*, vt significetur, dari fines principales partiales. Quarto, dicitur *saltem quoad actionem illius operis*, vt comprehenderetur finis principalis concurrens cum alio principaliori, vt ieiunium factum ad obediendum præcepto, & ad placendum Deo, quia licet placere Deo, cum sit actus charitatis, sit quid principalius, quam obedire; tamen quoad incitationem ad ieiunium, parificantur quodam modo.

Hinc docet, finem minus principalem esse incitationem, seu impulsionem ad faciendum aliud, siue fine illo fieret, siue non: vt timor inferni incitans ad amorem Dei.

Verum hæc explicatio, etiam si ad veritatē accedat, non est recipienda; quia rem multis verbis, nec sufficienter declarat.

Qqq 3 Quar-

4 *Opinio Vasq. de fine motiuo, & impulsiuo.* Quarta Vasquij in 3. p. loco cit. finem motiuum, ait esse propter quem, vt opus simpliciter fiat, sine quo aliàs non fieret; at impulsiuus propter quem opus, quod alias fieret, fit citius, alacrius, intensius, aut alio modo, quam ex illo fieret; & dicitur impulsiuum, quia non mouet animum simpliciter, sed motum impellit: vt tali, & tali modo faciat; vt si medicus vocetur ab ægroto amico, accedit ad illum; tunc morbus est finis motiuus accessus, at impulsiuus est amicitia; quia si non esset ægrotus, non accederet, etiam si esset amicus, sed si nõ esset amicus, accederet, licet non tam alacriter: sed falsitas huius patet ex dictis; nam ostendimus, aliquando opus non solum quoad modum, sed etiam quoad substantiam, desinere, cessante fine impulsiuo.

Finis principalis, qui independenter ab alio mouet voluntatem. Quinta opinio est dicentium, principalem dici, qui sua bonitate sine alia dependentia ad alium finem eiusdem ordinis, sufficiẽter, & totaliter mouet voluntatem ad opus: nam sicut causa principalis, & totalis alicuius effectus dicitur, à qua effectus recipit esse, independenter ab alia causa efficiente eiusdem ordinis: ita & finis proportionali ratione dicẽdus est principalis. Vnde finis secundarius dicitur is, qui per se non est sufficiens ad mouendam voluntatem, vt absolutè gratia illius solum, faciat opus, quod absolutè facit gratia alterius. Nam finis secundarius supponit principalem tanquã primario volitũ. Vnde intenditur, vt coadiuuãs motionẽ, quæ fit à principali, ex Suar. loc. cit. & vr̃ D. Th. lo. cit. vnde in 2. d. 38. q. 1. a. 1. ait, charitatẽ primario respicere vnionẽ mentis cũ Deo; secundario vero puritatem mentis, quia hæc disponit ad dictam vnionem, & ideo Maior finem secundarium appellat finem sub fine, & D. Thom. 2. 2. q. 27. art. 3. putat, reuocandum ad genus causæ materialis; & alij putant, non mereri propriè nomen finis, & mihi placet. Solum est aduertendum hanc distinctionem non habere locum, nisi quando volũtas mouetur ad operandum propter plures fines. Vbi enim est vnus finis, ibi non est primarius, & secundarius. Secundo, habere locum, quando vnus ex illis esset totalis, idest per se sufficiens ad mouendam voluntatem. Quod si neuter est sufficiens, sed simul sufficiunt, tunc ex illis integratur vnus totalis principalis ex duobus, partialibus.

5 Dices, quomodo vnus est sufficiens siue simplex, siue compositus, si opus non fieret sine altero, qui dicitur impulsiuus.

Finis impulsiuus adiuuat principalem. Resp. sicut dicitur causa efficiens habere sufficientem virtutem, etiam si effectus sit ab ea, sine approximatione, quia hæc est conditio, sine qua nõ: Ita finis principalis dicitur habere sufficientem virtutem, etiam si aliquando nõ moueret sine fine impulsiuo: quomodo lex prohibens mulieres aduocare fuit simpliciter facta, nisi Calfurnia dedisset occasionẽ, vnde dicitur fuisse causa impulsiua illius legis.

A

QVÆSTIO III.

An finis sit causa physica.

DE hac Arist. 2. phys. c. 2. & 3. vbi Burl. & Venet. tex. 29. vbi ex Burid. negat intermedia, quæ secundaria intentione intendũtur, esse propriè causam finalem, quia sunt signum intentionis agentis, quod fuit causa illarum operationum; quia alioqui hæc inferiora essent causa Dei, & intelligentiarum, quia sicut medicus per suas medicinas intendit sanitatẽ, ita Deus, & intelligentiæ per corpora cælestia intendunt hæc inferiora. Astudil. q. 6. Tol. q. 7. Conimbr. q. 20. Ruuius tract. 5. q. 1. Saxon. q. 13.

B Murc. disp. 5. q. 1. Hurtad. disp. 13. de anima sect. 5. Hier. Pla. disp. de causis p. 2. q. 4. Mass. sect. 4. q. 1. ex Metaphysicis Scot. 5. met. qu. 1. Antonius Andr. q. 2. ar. 2. Sonc. q. 2. & 3. Tròb. q. 1. Suar. disp. 23. sect. 1.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Not. finem posse considerari tam respectu actionum naturalium, quam voluntariarum, siue sint à voluntate diuina, siue humana: Nos prius agemus de causalitate respectu actionum humanarum; nam alia ratione 1

C infra, quia in voluntate humana notior est causalitas finis; etenim constat experientia, cum humano modo operemur. s. liberè, intendere certum aliquem finem, in quẽ actiones nostras dirigimus, & propter quem media eligimus; ergo mouemur tam ad intentionem, quam ad electionem, quæ motio non est aliquid fictum, sed reale. Vnde

2. Not. causam realem aliquando distingui contra fictam causam, sicut entitas realis distinguitur contra fictam, & ita constat, finem esse causam realem, idest non fictam, vt infra. Secundo, aliquando distingui contra causam intentionalem, quomodo finis non est realis, sed intentionalis, & tunc causa realis dicitur, quæ

D actu existit. Tertio, vt distinguitur cõtra causã necessariam ad effectum, sed nihil præstantem effectui, & ita potest hic disputari.

3. Not. causam realem spectari tum ex realitate causæ secundum se, & in sua entitate, tũ ex concursu respectu effectus; hic præcipuè non tractatur de realitate causæ secundum se; quia constat aliquem finem habere solum esse rationis, sed præcipuè quæritur de realitate respectu effectus, licet nos quæstionem decidemus sub vtraq; ratione. 2

4. Not. realitatem causæ respectu efficientis posse tripliciter accipi. Primo per realem cõmunicationem essentiæ effectui, ex vi actionis *Realitas causæ respectu effectus tripliciter sumitur*

E propriæ. Secundo per realem communicationem effectui non ipsius esse, sed amabilitatis. Tertio, per realem communicationem esse effectui, non ex vi propriæ actionis, sed alterius, ad quam aliquo modo concurrit finis in suo genere.

5. Not. causam physicam hic accipi, vt distin-

3 stinguitur cõtra moralē;vnde cū dupliciter dicatur causa moralis, dupliciter etiam dicetur causa physica; moralis igitur primò dicitur, quod non influit in effectum, & tamen illi imputatur effectus, quia præbet aliquam occasionem faciendi effectum, quomodo consulens, & mandans dicuntur causæ morales per imputationem. Secundo, dicitur moralis à modo influendi liberè, quæ influit in effectum, sed liberè, quo modo voluntas dicitur causa moralis respectu actuum, quos liberè facit: vnde dupliciter est causa physica. Primo per realem influxum in effectum, communicando illi aliquod esse, quomodo volūtas dicitur causa physica suorum actuum, etiam si sint liberi, & opponitur causæ morali per imputationem. Secundo dicitur causa physica à modo influendi necessariò in effectum, & distinguitur à morali ratione modi influendi, & ratio nominis est; nam ex communi modo loquendi influxus per modum naturæ distinguitur ab influxu voluntario, & libero: nam natura cum præcedat potentiam liberam, dicitur operari necessariò. Quibus positis q̄stio intelligitur de causa physica per realem influxum, vt distinguitur contra moralem per imputationem, non autem de physica quoad modum; nam constat, finem quoad actus voluntatis, siue intentionis, siue electionis concurrere liberè.

Causa moralis duplex. & sic etiam physica.

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 Prima opinio est negantium, finem esse causam realem; ex quibus aliqui omnino negant esse causam, vt Stoici, qui solum efficientem agnouerunt, vt refert Laertius in Zenon. Zitic. & sequitur Seneca lib. 8. epist. 66. Cicero in Topic. ad Trebat. & videtur orta à Socrate apud Platon. Dialog. de pulchro, & sequitur ipse Plato in Thimæo, vbi solum efficientem, exemplarem, ac materialem videtur agnoscere: significat illam August. lib. 83. qq. q. 29. quod solam causam efficientem videntur agnoscere. Fundamentum, quia nullum potest habere influxum in effectum, cum in se non sit: & hanc sequuti sunt antiqui illi Philosophi, qui omnia casu euenire asserebant, quos refert, & confutat Aristot. hic in fine, & 1. de part. c. 1. & 1. met. c. 3. ostendens, ex ignorantia finis in multos errores incidisse.

Opinio negās finem esse causam realem.

Alij secundo affirmāt, illam esse causam realem, sed non esse physicam, cum non causet, nisi intentionali motione, idest obiectiuè mouendo voluntatem, quod est proprium causæ moralis realis, non physicæ. Ita Hurtad. disp. 13. de an. sec. 5. & ideo dici mouere metaphoricè, quia motus intentionalis differt à motu physico; nam hic consistit in influxu actuali in effectum; at motio intentionalis consistit in apprehensione obiecti, ex qua sequitur appetitio illius; vnde nos mouent, quæ non sunt, imo aliquando, quæ nec esse possunt, ex quo negat ex eo, quod finis moueat, sequi causare physicè, quia non mouet physicè, sed per cognitionem, quæ tamen motio intentionalis non est ficta, sed vera, & realis; & dicitur metaphysica respectu motus physici; vnde effectū physicum concedit, pendere per se à fine, at nō per physicum influxum, sed per intētionalem motionem, per quā applicantur potentiæ influenter physicè in effectus.

Alij negant esse causam physicam cum causet obiectiuè.

Tertio Alij affirmantes, illam habere rationem causæ, negant esse realem, sed rōnis, quia nō potest habere perfectiorē rōnem causę, quę habeat in se esse; sed finis per se non exigit esse reale, quia illi satis est esse rationis, & apparēs, vt infra: ergo ex se non habet esse causæ realis, sed rationis.

Alij dicunt esse causam rationis.

5 Secunda opinio est dicentium, finē esse causam realem, & physicam, quia effectus physici, idest, qui sunt à natura, non possunt produci sine concursu finis, alliciendo agens ad productionem effectus, & communicando effectui amabilitatem, ita communis opinio Doctorū 2. physic. tex. 29.

Opinio affirmans esse causam realem, & physicam.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui distinguunt duplicem finem, vnum principalem, quem vocant *gratia cuius*, & nos diximus *cui*, qui præexistit motioni, vt Deus, vel ipsū agens, ad cuius perfectionem ordinatur operatio; & huic tribuunt rationem veræ causæ. Alterum secundarium, seu minus principalem, vocant *quo*, & nos *gratia cuius*, qui producitur per motum, & huic negant veram rationem causæ, quod non præexistat motui, sed dicitur causa per denominationem extrinsecam à fine *cui*, vt vrina dicitur sana à sanitate animalis, quia hic finis est signum intentionis agētis causantis illas operationes. Ita Saxon. q. 13. Burid. q. 7. & refert Venet. in tex. 29. Fundamentum est, quia sequeretur, hæc inferiora esse causā Dei, & inferiorum, nam sicut medicus causat sanitatem per medicamenta, & mediorum operationes, ita Deus, & intelligentiæ causant per motus cælorum hæc inferiora; ergo si sanitas est causa respectu medici, etiam hæc inferiora respectu Dei.

6 At alij vtrique fini tribuunt veram rationem causæ realis, ita communis cum Arist. tex. 29. vbi Venet. ex Auer. nam ibi inquit, sanitatem esse causam finalem ambulationis, & exercitij; quia ad quæsitum, cur ambulamus? Resp. propter sanitatem, & non respondetur, quia vult sanari, quoniam voluntas hæc effectiuè concurrit ad ambulationem, non finaliter.

Vterque finis habet rationē causæ realis.

Confirm. quia sicut in omni genere causæ datur causa vniuersalis, & particularis, vt alibi; ita in genere causæ finalis, pter finē vniuersalē, qui est Deus, debet dari finis particularis proprius, & principalis; quare non solum Deus est finis primaria intentione, sed etiam multi alij fines particulares: vnde ad fundamentum aduersariorum respondet Venetus, duplicē esse finem præuenientem; vnum, qui diuiditur in vniuersalem, qui est Deus, & particularem, qui est ipsum agens, & vterq; dicitur finis primaria intentione: Alterum terminantem actionem; & hic diuiditur in finem *quo*, qui terminat actionem agentis secundum partē, vt purgatio, &c. & in finem *gratia cuius*, qui terminat totam actio-

actionem, vt sanitas; qui finis, vt terminat actionem dicitur primarius, vt terminat intentionē, dicitur secundarius, sicut ipsum agens est finis primarius; Aristoteles igitur loquitur de fine, vt terminat actionem, non intentionem agentis, & ideo docet, respondendum per sanitatē, tanquam per finem proximum; nam vt sanitas est finis medici, ita hæc inferiora sunt finis Dei, non præueniens, sed terminans actionem, at ex hoc non sequitur, hæc inferiora esse causam Dei, sed operationum Dei, sicut sanitas est causa operationum medici; & denique addit, hæc inferiora comparata cum actione intelligentiarum, sunt finis primarius, at comparata cum intentione, sunt secundarius; sed veritas huius doctrinæ patebit ex dicendis: nā distinctio illa finis, vt est terminus actionis, & intentionis; explicatione aliqua indiget, cum non videatur ab agente intendi, nisi per operationes, & media.

7 Secundo differunt, quod alij volunt, omnem finem esse causā realē, nō solū quoad entitatē, sed ēt quoadmodum causandi: ita communis opinio Suar. loc. cit. sequitur Ruuius, Conimb. Murc. Pla, Masius, & omnes recentiores, sequentes Alber. tract. 2. cap. 5. & alias.

Alij autem distinguunt finem, dupliciter accipi. Primo, entitatiuè, & aliquando est realis, vt patet in fine præueniente actionem, & omni fine *cui*, & in alijs finibus realiter existentibus, vt cum quis gaudet de sanitate amici, & similibus; aliquando vero sunt entia realia secundum quid, quia licet secundum essentiam sint reales, tamen non existunt, & huiusmodi sunt fines facti per actionem; qui mouent ad actionem.

Secundo, causaliter, & ita negant, finem, vt sic, esse causam realem ob carentiam realis, & physici influxus in effectum. Ita Hurtad. disp. 13. de anim. sect. 6. non tamen explicat qualis causa dicenda sit: Vnde

Alij tertio, dicunt esse causam intentionalē, quæ reducitur ad moralem per imputationē; nam sicut cōsulens dicitur causa moralis, quatenus persuadet actionem proponendo conuenientiam illius in ordine ad finem, ita finis spectat ad hanc causam.

ART. III. Opinio Auctoris.

8 PRima Conclus. finis est causa. Patet tum ex Arist. 2. phys. tex. 29. tum ex ratione ipsius; nā causa dicitur id, per quod respondetur ad quæstionem factam de effectu, propter quid sit, vel operetur; vt patet ex communi conceptu causæ, sed talis est finis: nam quærenti, cur ægrotus sumit potionem? Respondetur, propter sanitatem.

Finis est causa.

Dices causa debet esse prior effectu, cum sit principium ad cuius esse sequitur aliud, idest effectus: sed finis non est principium, sed potius terminus actionis; ergo non est prior, sed potius sequitur actionem, respectu cuius ponitur causa, imo ex Arist. 3. met. tex. 3. finis, & principium opponuntur; de ratione enim finis, est esse vltimum 5. met. tex. 21.

Obijcitur ex eo, quod sit terminus actionis.

A Confirm. quia ex Arist. 2. phys. t. 27. & 34. causa in actu, & effectus in actu simul sunt, & non sunt; at finis non est simul cum motu, & operationibus, quia præsentibus habitibus in materia, cessat motus, 1. de gen.

Resp. hoc esse fundamentum Burid. & Sax. sed non est necessarium, quia facile soluitur, distinguendo finem habere duplicem rationem, scilicet effectus, & causę, nam est effectus, vt est in exequutione, & hoc modo est vltimum, & opponitur principio, ac habet rationem causæ, vt est in intentione, & sic dicitur principium, & prior, & ad hoc esse sequitur effectus eius, ex 7. met. tex. 23. finis dicitur primum in intētione, & vltimum in exequutione; nam sicut se habent principia in speculabilus, ita finis in

Resp. prioritatem esse intētione.

B practicis; quia vt ex præmissis sequitur conclusio, & non contra; ita ex fine sequuntur ea, quę sunt ad finem, & non contra; & ob id conceditur, finem esse id, ad cuius esse sequitur aliud, siue in essendo, vt alij, siue in inferendo, vt Venetus: Addunt Conimbr. cum Arist. finem, ait, opponi principio, accipit principium pro causa efficiente, cui finis relatiuè opponitur; finis .n. non solum refertur ad media, sed etiam ad efficiens.

Ad Confir. Respondent primo aliqui, finem esse causam in fieri, quare sufficit esse simul in fieri; sed non placet, quia omnis causa respicit effectum, non solum dum est in fieri, sed etiam 9

C dum est in termino, quod est primum sui esse, vel vltimum non esse.

Respondent secundo Alij ex Caiet. r. 2. q. 16. a. 4. quod vt bonum absens causat pręsens desiderium; ita finis non existens, effectum existentem.

Respondent tertio Alij fini, vt sic, non repugnat causare etiam dum existit, vt patet in fine *cui*, & quolibet fine respectu delectationis.

Respondēt quarto, sufficere fini existentiam intentionalem, & sic esse simul, quia potentia appetitiua, quæ applicat potentiam effectiuam, est talis naturæ, vt apta sit moueri ab obiecto existente in cognitione.

D Respondent quinto alij, illam simultatem ab Arist. affirmare de causa efficiente cum suo effectu, non autem de causa finali, & habet instantiam in forma, quæ est pricipium transmutationis, & tamen sequitur illam, vnde ly *causa* quando supponit pro efficiente, ampliat à parte prædicati, non subiecti; & contra, supponēs pro causa finali; & ideo non sequitur, sanitas causat ambulationem; ergo sanitas est, sed optime sequitur, quod sit ambulatio.

Ego Resp. causā & effectum esse simul secūdum existentiam requisitam in causa, cum igitur existentia requisita in causa finali sit intentionalis formaliter, vel virtualiter, finis secundum hanc, est simul cum existentia reali effe-

Respondetur ad mentem auctoris.

E ctus.

Difficultas est, qualis causa sit, realis ne, an rationis?

2. Concl. finis secundum se, & entitatiuè nō est per se causa realis realitate existentiæ. Hæc

concl.

concl. primo explicatur; nam dixi (entitatiuè,) idest secundum entitatem, quam includit. Dixi (per se) nam aliquando finis realiter existit, vt patet in fine *cui*, & fine *quo obiectiuo*, tamen id non est necessarium ad rationem finis, sed per accidens talis existentia est coniuncta cum fine, quæ conclusio sic explicata probatur. Nam finis mouet efficiens, mouendo appetitum eius, siue naturalem, qualis est inclinatio cuiuslibet rei, siue animalem, vel rationalem, vt patet ex dictis, & clarius ex dicendis; sed hæc motio nō requirit entitatem realem finis; quia ad motionem appetitus, requiritur, & sufficit existentia obiecti intentionalis, cum appetitus nō referatur in obiectum existens in se, sed in cognitione repræsentatum; & quia inclinatio naturalis dicitur appetitus quidam per proportionem ad appetitum animalem, & rationalem, ideo eius motio debet proportionaliter exigere finem, & explicari ac appetitus animalis.

11 Conf. quia omnis finis, vel est finis *gratia cuius*, vel finis *cui*: sed neuter per se exigit existētiam; ergo. Minor probatur, nam finis *gratia cuius*, vel est factus per actionem agentis moti à fine, & constat habere existentiam post causalitatem finis; vel non est factus, sed attingitur per actionem obiectiuè, non terminatiuè, & cū attingatur per cognitionem, non requirit per se existentiam, quia licet cognitio intuitiua requirat existentem obiectum, non tamen id habet ex vi cognitionis, sed vt intuitiua; quare cognitio secundum se ferri potest ad obiectum non existens; at hic finis obiectiuè existens, habet sufficientem vim ad mouendum appetitū; ergo. Neque hanc existentiam realem exigit per se finis *cui*, quia licet hæc existentia reperiatur in aliquibus, vt in ipso agente, qui dicitur finis *cui* suarum operationum, tamen id non est necessarium ex vi finis *cui*, sed est per accidens, nam datur finis *cui* non existens, vt patet in patre congregante diuitias, & honores in beneficium hæredum, qui nec sunt, & fortè nec erūt, iuxta illud Psal. *Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.*

12 3. Cōcl. finis entitatiuè nō est causa realis realitate essentiæ. patet quia sæpe homo operatur propter bonum apparens, quod nō est verè bonum; vt neque aurum apparens est verè aurum.

Finis entitatiuè non est realis realitate essentiæ.

Confirmatur, quia nullum ens secundum se impossibile, est ens reale; sed aliquando finis secundum se est impossibilis: ergo. Maior patet ex terminis; quia ens impossibile nō potest esse ens reale; neque creatum, quia sic esset possibile; neque increatum, quia solus Deus est sic; neque inter hæc datur medium, sicut neque inter esse à se, & ab alio: minor probatur, nā siquis crederet chimeram esse ens possibile, & generari ex leone, capra &c. posset multa operari, vt illam efficeret; & tunc chimera esset finis omniū illorum operum, & tamen secundum se est ens impossibile; similiter est impossibile, Deum esse vnius tantum personæ, & tamen Iudæi multa operantur propter Deum sic existimatum.

Dices hoc esse in ijs, qui falluntur in fine: sed contra, quia cum ij operentur propter finem, qui est secundum se impossibile ens, licet existimatum possibile cum deceptione; iam

A conceditur, non esse de ratione finis in communi, vt sit verum ens reale in se; quia quod est de ratione superioris, est etiam de ratione inferioris.

4. Concl. finis secundum se est causa realis realitate, quæ sit vera talis, vel appareat talis; 13 quia .s. vt causet debet iudicari saltem realis, & habere debet effectum realem; quoniam finis nunquam mouet voluntatem, nisi iudicetur possibilis; ergo dicitur causa realis, quia debet intelligi vt realis, & vt sic, intellectus habet effectum realem, non quidem realiter à fine productum, quia id est impossibile, cum finis non existat; sed obiectiuè causatur, qui est

Finis est causa realis, quia talis debet saltem apparere

B adeo imperfectus modus causandi, vt comparatus cum alijs dicatur metaphoricus: & ex his ratio sumi potest ex communi modo loquendi; etenim finis dicitur id, propter quod aliquid fit, vel est: at ly *propter* significat causalitatem, nam vnumquodque habet esse propter suam causam; ergo finis habet rationem causæ.

Confir. quia causa efficiens, nisi temerè agat, debet operari alicuius gratia; ergo effectus causæ efficientis, vt per se ab illa fiat, debet, fieri alicuius gratia; ergo effectus ille, vt per se pēdet ab aliquo efficiente, à quo, ita à fine, gratia cuius fit.

Difficultas manet de realitate finis in ratione

C causæ.

5. Conclus. finis est causa physica. patet ex 14 2. phy. 29. 31. & 78. 5. met. 3. vbi numeratur inter cæteras causas physicas; ex Platon. in Phedon. post med. & Probatur primo quia illud, per quod Resp. ad quæstionem factam *propter quid* de aliquo, est vera causa; quia *Propter quid* quærit causam ex. 2. poster. c. 1. & 7. met. tex. penult.: sed per finem respondetur ad illam quæstionem, nam quærenti, Cur Sortes ambulet? Respondetur propter sanitatē. Confir. ex 2. phy. tex. 89. vbi finem in operabilibus comparat principijs in speculabilibus: sed principium per se est causa conclusionis; ergo

Finis est causa physica.

D &c. Secundo omne per se agens (vt excludatur agens per accidens) agit propter finem, 2. phy. 49. quia omne agens, in cuius actione potest accidere error, agit propter finem. 2. phy. 62. ideo .n. dicitur frustrà gerere, & errare, quia non assequitur finem; ergo finis est causa per sè effectus; quoniam actio agentis pendet à fine, propter quem est, atq; adeo effectus, qui est ex vi illius actionis, pendet ab eodem fine, nam non alia rōne, effectus pendet ab efficiente, nisi quia est ex vi actionis, quæ pendet ab agente.

Confir. quia id, à quo effectus physicus per se pendet, est causa physica, vt patet ex definitione causæ: sed finis est id, à quo effectus phy-

Causa physica est à qua pendet effectus physicus.

E sici per se pendent; ergo finis est causa physica. Minor probatur, tum quia est causa, causalitatis agentis, quoniam hæc non esset, nisi agens moueretur à fine: at mouens est causa non solū motionis passiuæ agentis, sed cuiuslibet effectus per se sequentis illam motionem passiuam; tum quia effectus est propter finem; nam ita

pendet

pendet in sua existentia à fine, neque obstat, q finis non habeat existentiam, nam ad hanc causam non est necessaria, existentia, sicut est necessaria ad efficientem, & cæteras causas, quia habet diuersos modos physicè causandi, vt infra.

15 Dices quædã sunt, q̃ fiunt ex habitu sine illa appræhensione finis; & tamen effectus habet eamdem essentiam, ac si fieret ex fine.

Resp. Auer. 2. phy. 86. ita esse in quibusdam; vt ars textoria &c. aliæ tamen artes, vt nauigatiua, & medicatiua, non ita, sed semper debet præcognosci finis. vnde mẽsurantur media: sed non satisfacit, quia in illis remanet dubium: quare Tromb. in fin. ar. 2. Resp. sufficere, habitualem motionem, nam habitus generatus ex actibus concurrit loco actuum, sicut semen loco generantis.

Finis communicat realiter existentiã ex vi proprij cõcursus.

6. Cõcl. finis est causa physica effectus physici per realem communicationem existentię ex vi proprij concursus, ex 1. de gener. 55. vbi sanitas dicitur metaphorice mouere, quatenus finis est, quod non ob aliud dicitur, nisi quia causalitas in genere finis comparata cum causalitate efficiẽtus dicitur causalitas metaphorica; & licet ibi dicatur efficere metaphoricè, tamen non vult, quod causalitas efficientis fini conueniat, saltẽ metaphoricè; quia nullo modo causa finalis est efficiens; alias reduceretur ad efficiens; nam minus principalia analogata reduci debent ad primum analogatum.

16 Secũdo Probatur, quia implicat, quod nõ est in se existens, vt communicet esse alteri; quia à negatione superioris valet ad negationem inferioris; quare si nõ est in se ens reale; ergo neque causa realis: sed finis causat, quando non est in se. nec fuit, nec erit in actu, vt, cum quis sumit medicinam propter sanitatem, quam non consequetur, neque debet causare media ꝑ appræhensionem, quia appræhensio non causat realiter in genere causæ finalis, sed ad summum in genere efficientis; ergo per causalitatem realem appræhensionis, non potest finis causare realiter, vt causa finalis.

Confir. ex Deo, qui operatur propter finem, quia agens intellectuale ex. 5 met. c. 1. & fatentur Theologi. 2. d. 1. D. Tho. p. p. q. 44. a. 4. 1. 2. q. 1. a. 2. & patet ex symbolo, qui propter nos homines &c. sed nõ potest dari respectu voluntatis diuinæ aliqua causa realis, quæ illi communicet realiter actum; ergo finis non causat realiter id, cuius dicitur causa.

Confir. 2. quia impossibile est, vt idem sibi ipsi realiter communicet esse: sed finis intentionis potest esse causa suæ consequutionis, quæ aliquando est per veram productionem, atque adeo suæ existentiæ; ergo.

Finis communicat effectibus amabilitatẽ in genere causæ finalis.

17 7. Concl. finis est causa physica in ratione causæ, quia habet realem cõmunicationem effectuũ, communicando effectibus amabilitatẽ, non quidem in genere causæ formalis, vt supra ostendimus, sed finalis; nam agens non operatur, nisi motus ab appetitu ipsius effectus, siue effectus sit ipsa operatio, siue terminus operationis in communicãdo existẽtiam effectui mediante actione agentis; etenim hæc actio sicuti pendet elicitiue ab efficiente, ita pendet finaliter à fine, propter quem elicitur principiũ effectiuũ: quare falluntur fallacia consequentis, qui ex eo quod actio non sit à fine elicitiuè, negant effectum pendere à fine, vt à causa; quia pendet in alio genere causæ, sicut si quis negaret hominem esse animal ex eo, quod homo nõ est equus; arguendo ab inferiori ad superius negatiue.

Dices, In se non existit; ergo non potest habere causalitatem physicam, nec modo physico, quia non potest causalitas habere maiorem perfectionem, quam sit in causa.

Resp. aliqui, finem causare ꝑ appræhensionem sui existentem: sed contra, tum quia appræhensio non causat actum voluntatis, neque sic actum potentiæ exequutiuæ; tum quia non ipse finis, sed appræhensio, quæ distinguitur à fine, esset causa, at hic quæritur de fine, qui appræhenditur.

Ego Resp. satis illi esse existentiam obiectiuam ex modo causandi, quem habet, vt infra, neque causalitas habet existentiam à fine præcisè, sed ab alijs causis, à fine vero habet amabilitatem, ex qua motus fuit agens ad dandam existentiam effectui, in quo effectu sunt causalitates omnium causarum.

8. Concl. Non solum finis vltimus, & principalis, vt est Deus, sed etiam finis secũdarius, 18
& qui producitur per motum, habet veram rationem causæ finalis: Patet ex dictis supra; nam probauimus ex Arist. esse verum finem.

Confirmatur, quia si non est vera causa; vel est, quia non est vltimus, vel quia acquiritur ꝑ motum: sed neutrum obstat. Non primum, tũ quia licet nõ sit vltimus finis generantis, est tamen vltimus respectu motus; tum quia non solum mouetur agens à fine principali, sed etiam à bonitate finis secundarij: Non secundũ, quia de ratione finis non est præexistere, imo potius non esse; ideo omnis finis vel produci, vel saltem acquiri dicitur: quare producitur quodam modo idest quoad esse adeptum.

9 Concl. finis potest dici causa moralis moralitate libertatis, quia effectus liber, ac moralis pendet à fine, non solum in genere physico, sed etiam in genere moris, quia actus specificatur à fine quoad bonitatem, & malitiam moralem, de qua fuse alibi.

ART. IV. Proponuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

SEd contra primo obijcies. si habere bonitaté realem apparẽtem sufficeret ad realitatẽ 19
causæ, sequeretur priuationem esse causam realem mutationis, quia hæc habet entitatem similitudinariè, & abusiuè.

Cons. quia finis, ẽt non intellectus, vt realis pôt mouere voluntatem ad aliquod efficiendũ; nam homines aliquãdo operantur propter aliqua, quæ, certè sciunt, esse entia rationis.

Resp. satis secundum rem constare, quid sit in fine, & quid recipiant à fine, ea, quæ sunt propter

propter finem: nunc quęstio est de nomine; an ex his conditionibus debeat finis dici realis; & quia vsus nominis pendet ex intentione imponentis, dicimus, nomine causæ realis à Philosophis significari non solum id, quod in se est, vel esse posset ens reale, sed etiam id, cui attribuitur effectus realis, modo appræhendatur vt reale, licet falsò: vnde soluitur id de priuatione, quæ est non ens formaliter, tam secundum existentiam, quam secundum essentiam in se, & in existimatione aliorum.

Causa realis sufficit vt apprehendatur realis, & attribuatur effectus realis.

Ad Confir. Resp. primo cum hæc appetuntur, & homines propter illa operantur, semper appeti aliquod ens reale, scilicet vtilitatem nostram, & bonam opinionem apud alios, vel valorem pecuniæ, &c. quæ sunt entia rationis.

Resp. 2. semper hæc, quando appetuntur, intelliguntur affecta bonitate aliqua reali, vnde valor pecuniæ secundum se non mouet, sed vt affectus vtilitate, quæ ex illo sequitur.

20 2. Objicies ex Suar. de ratione causæ est, vt per se ac realiter influat in effectum, vt patet ex definitione causæ: sed finis nō sic influit; quia nō antequam sit; nam quod non est, nō habet realem influxum, cum fundamentum totius causalitatis sit esse; neq; postquam est, quia tunc cessat actio agentis.

Confir. quia nihil est causa sui: sed forma est finis generationis naturalis, per quam ipsa forma fit, vt sanitas, finis curationis, per quam fit.

Resp. Suar. negando minorem; nam influit, siue existens realiter, siue in cognitione, nam finis *cui* non causat, nisi quando existit; quia est ipsum agens, quatenus propter se, vel suum cōmodum operatur; at agens non potest operari, nisi existat, similiter finis obiectiuus pōt supponi etiam existens, quando finaliter causat; vt Deus, propter quem mouemur ad bene operādum; similiter finis formalis, seu consequutio finis non causat delectationem, nisi qnādo existit, quia delectatio non est, nisi de bono possesso; quod si sit in specie, tunc species habet operationem imperfectæ cōsequutionis: quare respectu horum non est difficultas, quia existēte fine obiectiuo, vel subiectiuo nō cessat operatio agentis, & post consequutionem, licet esset motus in finem per modum desiderij, non tamen per modum delectationis; quare solum finis formalis, seu cōsequutio eius causat, quādo nō est sui desiderium; & de hoc dicitur sufficere, quod in appræhensione, cum eius motio sit intentionalis & (vt sic dicam) animalis per sympatiam, & consonantiam intellectus, & voluntatis existentium in eadem radice, scilicet anima.

Finis influit effectum siue existens realiter, siue obiectiuè.

21 Ego Resp. nomine influxus cōtineri aequiuocationem, quia si intelligitur solū actio agētis, tunc conceditur, finem non influere; si autem quilibet concursus causæ, negatur, non influere; nam cum effectus physicus pendeat à fine, hic non solum influit simpliciter, sed etiā physicè, quia causa finalis, qua indiget effectus physicus, est physica; neque mirum, quia non omnes causæ habent eumdum modum cōcurrendi, vt patet, & ideo finis simplieiter cōcurrit vt amatus, & intentus, & vt id, gratia cuius effectus fit.

Influxus finis dicitur concursus ipsius ad effectum.

A Ad Confir. Resp. finem esse causam generationis, à qua forma distinguitur. Sed contra, quia nihil potest esse causa realis productionis, nisi sit etiam causa rei productæ; nam res non causatur, nisi per actionem, qua fit, sed forma non potest esse causa realis sui; ergo neque generationis sui. Resp. infra cum de fine agentiū naturalium, nunc sufficiat dicere finem immediatè causare sui desiderium, vel amorem, vel saltem affectum, erga ipsum: quare non causat immediate seipsum, sed aliquid à se distinctū.

3. Ob. finis dupliciter cōsiderari potest; primo vt principium mouens, & alliciēs agens ad operandum; secundo, vt terminus, ad quem tē- 22
B dit actio: vnde sicut in obiectis potentiarum distingui solet ratio motiui, & terminatiui; ita finis est motiuus, & terminatiuus, quia est obiectu volūtatis: sed neutra ratione potest esse causa realis; nam vt terminus potius habet rationem effectus, cum sit postremum, & non origo actionis; neque vt sic influit, sed potius terminat, & recipit influxum aliarum potentiarum: Neque vt mouens, tum quia ex 1. de gener. 55. fini conuenit motio metaphorica; ergo non realis; tum quia illa motio reperitur etiam in Deo, cum propter bonitatem suam mouetur ad dandum esse creaturis; tum quia hac ratione non potest habere rationem causæ respectu
C agentium naturalium; quia ibi nulla est motio, & allicitio.

Resp. infra, quantum attinet ad Deum, & naturalia agentia; nunc sufficiat dicere; causalitatem conuenire fini, vt habet rationem principij; atque adeo vt habet rationem mouentis; eius tamen motio dicitur metaphorica, nō quia non sit realis, sed quia motio ex communi cōceptu significat influxum effectiuum, qualis nō est propriè motio finalis, sed est ei similis, vnde dicitur motio per translationem, vt alibi explicaui: at hoc non aufert veram rationem motionis, & influxus communis omni causæ: & præterea eius influxus est per motionem intentionalē, & animalem, atque adeo est propria causalitas.

Finis est causa vt habet rationem principij mouētis cuius motio dicitur metaphorica comparata ad influxum effectiuum, non tamen est non realis.

4. Ob. Causa finalis præcipuè ponitur pro- 23
D pter agentia naturalia; at in his ponitur, quia non operantur fortuitu, sed per se tendunt per suas actiones in determinatos fines; quare in his ponitur causa finalis solū ratione termini; quia hoc sufficit, vt non operetur temere, etiam si nulla alia causalitas intercedat; vt pater tendit per sè, & definitè per generationem in talem terminum scilicet filium, nō ex causalitate finis, sed ex determinatione naturæ: & lapis definitè tendit in centrum, etiam si cētrum nullū genus causalitatis exerceat circa motū, sed solum ha-
E beat rationem termini, ad quem lapis habet naturalem propensionem; & similiter, quia operatur appetitu elicito, siue necessario, siue libero, ꝙ scilicet mouetur appetitu elicito circa obiectum, quia talis motus est conueniens inclinationi naturali potentiæ in tale obiectum absque causalitate illius obiecti in talem actū; ergo

ergo non est sufficiens fundamentũ, cur fini tribuatur vera causalitas.

Resp. quod attinet ad naturalia; An habeant finem, infra dicetur, nunc respondeo de fine respectu agentium intellectualium, quod horũ modus agendi nõ potest intelligi sine finis causalitate, quia verè alliciuntur, & mouẽtur à fine ad operãdũ, & licet hæc agentia habeãt naturalem propensionem ad finem; tamen illa naturalis propensio non potest operari in suo genere, id est effectiuè, nisi sufficienter applicet finem, & in suo genere concauset, vnde determinatio operationis, seu destinatio in certum scopum, qui cernitur in agentibus intellectualibus, procedit nõ solum ex inclinatione naturali, sed etiam ex causalitate finis.

24 *Quomodo finis sit causa, & non sit ens actu.*

5. Obijcies Omnis causa physica dicitur esse actu: sed finis, vt causa, non est ens actu: ergo nõ est causa physica. Maior probatur, quia causalitas sequitur entitatem; vnde non potest habere perfectiorem entitatem, quam causa: ergo si causalitas est actu, & entitas debet esse actu.

Confir. ex omnibus causis, nam causãt actũ, dũ existunt; Neque dicas sufficere si sit ens reale, licet non existat, nam argumenta contrariũ probant; & id excluditur cum quis proponit sibi finem, qui sit ens rationis aliquod, vt cum quis operatur, vti cognoscit naturam entis rationis, vel vt doctoratus cohonestetur.

Resp. ex Perrer. non omnem causalitatem sequi entitatem actu existentem in esse reali, sed sufficit, si sequatur in esse intentionali, quod præcipuè, idest verum in causa finali, quæ cõcurrit ad effectum, vt id, quod amatur, & desideratur, quare supponitur existere obiectiue, in congnitione, vel esse in inclinatione agentis, quando est agens sine cognitione.

Ex his patet ad Conf. nã diuersa rõ est in fine, & in alijs causis; nã materia, & forma cũ causalitatem habeant sui ipsarum communicatione, necessario debent existere, quod idem dicitur de efficiente; nam eius causalitas est, vt realiter influat in effectũ, & ideo necessariò debet existere vel in se, vel in sua virtute, finis vero neque se ipsum realiter cõmunicat vt materia, & forma, neque actiuè influit, sed tantum mouendo appetitum, vt obiectum bonum, ad quod non exigitur existentia realis, sed sufficit obiectiua, quia potentia appetitiua mouetur ab obiecto cognito, vt conuenienti, & bono, siue actu existat, siue nõ, modò possit, vel apprehẽdatur posse existere, ex his etiam patet ad instantias, non n. in illis actibus ens rationis est causa physica, sed perfectio intellectus, quæ prouenit ex cognitione entis rationis, neque qui vult insignia doctoratus appetit ens rationis, sed vel lucrum, vel existimationẽ aliorum circa ipsum, ex qua mouentur ad actus honorantes ipsum.

25 Dices, est causa actu realiter existens; ergo, & finis est existens, quia quod existit, non potest recipi in non existente.

Resp. negando esse causam actu realem existentem per existentiam realem; quia licet eius causalitas actu sic existat in ipso effectu existente, non tamen ipse actu existit; dicitur tamen causa actu extrinsecè à causalitate, quæ recipitur in effectu, qui actu existit, neq; absurdũ est, id, quod non existit, esse causam, cur aliud sit ens existens, quando non concurrit aliqua actione, dicitur autem causa realis; verè enim appræhenditur vt ens reale, & realiter agens operatur propter illũ finem; vnde realiter cõcurrit ad actum agentis, non quidem eliciendo illam, quia hoc est effectus, sed finalizando.

6. Ob. Eo modo est causa, quo modo mouet; sed ex 1. de gener. 55. mouet metaphoricè; ergo.

Confirm. quia finis est id, cuius gratia agens operatur; ergo tota operatio, & concursus ad effectum est agentis; quare finis non est causa.

Resp. aliud esse mouere, aliud causare; nam mouere, si propriè accipiatur secundum eius significationem, propriè pertinet ad causam efficientem, quia significat actionem mouẽdi, cui respondet esse motum passiuè, quare ex eo, q finis moueat metaphoricè, non fit, vt non sit propriè causa, sed quod non sit propriè efficiens, nam sicut non propriè mouet, ita non est propriè efficiens, quare analogia finis non consistit in ratione causæ simpliciter, sed efficientis quoad rationem mouẽdi, quã metaphoricè participat, quia ly motus ex vsu philosophorum significat influxum efficientis transeunter, vt alibi, sicut neq; materia mouet, & tamen nõ idcirco non est propriè causa, nam habet propriam suam causalitatem, sic etiam finis, licet impropriè efficiat, non tamen impropriè finalizat.

7. Obijc. inter effectum realem, & causam realem debet esse relatio realis: sed inter effectum, & finem non potest esse relatio realis, cũ finis non sit existens, & relatio realis requirat, & terminum, & subiectum existens, Neque dicas finem habere suam causalitatem realem, respectu eorum, quæ causat quando existit, vt respectu delectationis agentis, vel cum finis iã realiter præexistit, vt dicebãt Nominales, quorum est hoc fundamentum; non inquam, id dicas, tum quia Aristoteles præcipuam causalitatem ponit respectu actionis agentis, & mediorum assumptionem, quia per accidens est, q finis præexistat; eodem enim modo suscipitur actio propter finem, siue præexistat, siue non, vt v. g. pergo propter videndum templum, q existat, vel producetur interim. 26

Resp. Soncin. 5. met. quæst. 3. ad 1. concedendo habere relationem realem ad suum effectum, quia habet esse reale non in se, sed in anima, atque apertè requiritur ex dictis de realitate relationis. Quare Resp. non esse de ratione causæ realis, vt habeat relationem realẽ prædicamentalem ad effectum; nam Deus est vera causa realis, & caret relatione reali ad effectum; vnde in effectu semper est relatio realis transcendentalis ad causam, siue existentem, siue non: quod si causa existat, consurgit in effectum relatio realis prædicamentalis, non tamen consurgit relatio realis in causa finali, cuius diuersitatis varia ratio afferri solet; prima est identitas finis, & effectus, sed hæc ratio non

est in

est in omnibus, cum sæpe finis distinguatur, & deberet etiam impedire relationem realem in effectu, & verè, non est relatio realis effectus ad seipsum conceptum, vt finem; secunda esse potest, quia finis, vt finis non existit,; sed neq; tum quia aliquis existit; tum quia respectu alicuius effectus existit, vt respectu delectationis agentis; tertia, quia finis habet rationem mensuræ, & effectus rationem mensurabilis; mensura autem, vt alibi diximus non habet relationem realem ad mensuratum; vnde finis mouet immotus, & non ordinatur ad alia, sed alia ad ipsum; ex quo colligo primo, omnia media habere relationem prædicamentalem ad finem existentem, quod si media sunt ex natura rei, est relatio realis, sin ex voluntate agentis est relatio rationis. Secundo agens habere relationem transcendentalem ad finem, quia cognitio finis, & appetitus includunt relationem transcendentalem.

Dices cum Tromb. omnis dependentia essentialis est ad aliquid essentialiter prius: sed finis non est essentialiter prius ipso effectu, cũ sint idem in specie; dependentia autem essentialis non est, inter quæ sunt idem specie, & numero. ergo.

Resp. sufficere, si habeant diuersum esse, nã res, vt existens, dependet ab ipsa, apprahensa vt bona.

27 8. Ob. In operationibus Dei est causa finalis, & tamen realiter nihil est causatum, quia operatio Dei est ipsemet Deus; ergo finis, vt finis non est causa realis.

Deus mouetur à fine sine causalitate, & dependentia.

Resp. Soncin. 5. met. q. 2. ad tertiam cõcedẽdo bonum diuinum habere veram causalitatẽ respectu voluntatis diuinæ, sed non video, inquit Tromb. 5. met. quæst. 1. quomodo non sit hæresis, cum in Deo ponatur aliquid verè causatum.

Alij Respondent, Deum moueri à fine, superiori quadam ratione excludente omnem imperfectionem, quæ includi videtur in causalitate, vnde negant finem habere rationem causæ respectu Dei; & benè dicunt, licet, habeat rationem causæ respectu effectuũ; nam effectus prolatus pendet à fine, à quo Deus mouetur sine causalitate, & dependentia, vt cum vult gratiam propter gloriam; gratia enim pendet à gloria in genere causæ finalis, vt bene Heru. & Tromb. locis cit. sed de hoc argumento infra.

QVAESTIO IV.

De causalitate causæ finalis.

PRimo constat, causam finalem habere aliquam causalitatem; patet, quia est vera causa; at causa constituitur in ratione causæ actualis per causalitatem; ergo dari debet vera causalitas: Neque contrarium docent, nisi qui negant, finem esse verè causam, vt Hurtad. disp. 13. de anim. sec. 5. §. 31. quare inquirẽdũ est, in quo consistat.

A

DVBITATIO PRIMA.

In quo consistat causalitas causæ finalis.

ART. I. In quo explicatur sensus quæstionis.

PRimo Not. omnes difficultates huius quæstionis ad quatuor reuocari posse capita. 1 Primum, an intentio finis causetur à fine in genere causæ finalis, vel efficientis? & quam causalitatem habet finis respectu agẽtis: Secũdum, quæ sit causalitas respectu mediorum: Tertium, An habeat causalitatem respectu sui ipsius: Quartum An cessãte actione agẽtis B possit finis habere causalitatem, quæ infra sunt distinctè explicanda; nunc autem vt explicetur causalitas finis.

Causalitas causæ sumitur ex effectibus.

2. Not. causalitatẽ causæ spectari ex effectis causæ, Cum igitur finis sit id; cuius gratia efficitur aliquid, patet, ea dici effecta causæ finalis, quæ fiunt gratia alicuius: Verum difficultas est, quæ nam sint ea, quæ fiunt gratia alicuius; nam primũ ab agente est voluntas finis; Secundo est electio mediorum; Tertio est voluntas mediorũ, vt hic & nũc, qui actus dicitur vsus, & distinguitur ab electione; quia electio, licet versetur circa determinata media, tamen potest esse abstrahẽdo ab aliquibus circumstantijs, vt C dicitur in prima secundę: vnde electio est circa media, quæ non actu assumuntur ad consequẽdum finem; sed vsus est coniunctus cum actibus aliquarũ potẽtiarum: Quarto est ipsa operatio, qua producuntur, vel applicantur media: Quinto sunt ipsa opera effecta, vt v.g. domus, quæ ordinatur ad habitandum, Circa quæ est difficultas, quid intelligat Arist. nomine eorũ, quæ fiunt; nam aliqui volunt intelligi non ipsa opera, sed actiones, quibus opera producũtur, sed falluntur, quia non solum actio, sed etiam terminus actionis ordinatur ad finem, cum habeat rationem medij.

Confirmatur ex 1. mer. cap. 2., vbi ait, eo- D rum, quæ ordinantur ad finem alia esse opera, idest operationes, alia esse instrumenta, & sunt res ipsæ, vt v.g. equus ad iter agendum; quæ tamen non sunt actu media, nisi vel actu fiant, vel conseruentur gratia alicuius, vel agens illis vtitur ad finem.

Alij vt Fonsec., non solum actiones, quibus aliquod fit, sed intẽtio finis, & electio ipsa mediorum, dicunt esse effectus causæ finalis: vt v.g. cum quis nauigat gratia diuitiarum, non solum ipsa nauigatio, sed desiderium diuitiarũ, & ipsa electio nauigationis, & mercaturæ sunt effectus causæ finalis; modò hæc sint verè causata; quod dicit propter actus voluntatis diui- E næ qui non fiunt, & probat, quia illa, scilicet intentio, & electio, licet nõ fiant propriè, nec per eas fiat finis, tamen eo modo, quo de nouo habent existentiam fiunt, propter finem; nam interdum finis producitur gratia sui, electio mediorum propter finem: quare non omnia, quæ propriè media dicũtur sunt effecta causæ fina-

lis; etenim intentio, & electio mediorum antecedunt media.

Hinc patet, respectu agentis haberc duplicem causalitatem. Prima est, quia causat desiderium. Secunda, quia agens operatur propter illum; atque primũ seperari potest à Secundo, in agente enim per cognitionem potest esse appetitus elicitus, & in naturalibus inclinatio, & propensio ad finem, sine alia operatione, qua nitatur consequi effectum; quia scilicet impeditur, & in naturalibus verè est opatio cõsequutiua effectus, non tamen est vera causalitas respectu primi, quia finis nihil impressit agenti naturali; cum illam propensionem habuerit in sua productione à sua causa.

3 3. Not. finem præcognitum mouere agens, dupliciter posse intelligi. Primo vt obiectum, quod effectiuè concurrit ad actũ potentiæ circa illud; & hoc modo mihi videtur certum, nõ posse esse causalitatem finis, cum sit causalitas efficientis; & si Heru. quodlib. 2. q. 1. ar. 2. vult etiam hoc modo posse considerari dupliciter, vno modo, vt obiectum, quod effectiuè mouet agens: altero modo vt bonum, quod appetitur, & hac ratione vult esse causalitatem finis, sed nõ video, qua alia ratione finis sit obiectum voluntatis, nisi vt bonum: Secundo potest intelligi hæc motio metaphorice, quia scilicet nihil efficit in agente; sed agens ex bonitate finis cognita, trahitur tractu quodam desiderij, vnde finis est in voluntate per amorem, inquit Soncin. q. 2. qui licet concedat non omne agens habere voluntatẽ, tñ oportet omnia huiusmodi agentia moueri, & dirigi in fines suos ab aliquo agente voluntario, sequitur Flandr. 1. met. q. 9. ar. 3. & in hoc consistit difficultas, an causalitas consistat in hac motione, an in eo, quod agens operetur ad consequutionem finis.

Qua ratione finis præcognitus moueat agens.

4. Not. præter has causalitates reperiri alias causalitates circa media, quia dat illis appetibilitatem, seu vtilitatem; nam vtile non est aliud, quam appetibile propter aliud: quæ causalitas potest intelligi dupliciter. Primo vt tribuatur existentia medijs, quod fit, quando mediũ, quod est necessarium ad finem, non existit, sed debet produci per actionem agentis, quod intendit consequi finem; quare tunc medijs non solum tribuitur amabilitas, sed etiam existentia. Secundo, vt cum medium existit, tantum tribuitur à fine appetibilitas, vnde consequitur applicatio mediorum ad finem consequendũ.

4 Hinc patet, media specificari à fine, vt sint talia, vel talia huius, vel illius quantitatis, vnde dixit Arist. 1. polit. c. 6. finem expeti in infinitum, & sine mensura; media vero finita, & certa mensura.

Secundo sequitur, media sumere perfectionem à fine; quo enim finis est perfectior, eo media necessaria ad illum sunt perfectiora; similiter si finis est vniuersalis omnium; media ad illum sunt bona respectu omnium: si vero finis est supranaturalis etiam media.

Tertio sequitur, finem dare necessitatẽ medijs, siue sit necessitas simpliciter, quando scilicet finis est simpliciter necessarius, & habet tantum vnum medium; siue ex suppositione, quando scilicet finis non est simpliciter necessarius, sed supposita intentione illius necessaria sunt media.

5 5. Not. causalitatem finalem inuestigandam esse ex definitione ipsius finis, vt bene Fonsec. loc. cit. q. 10. sect. 4. tum quia per definitionẽ explicatur essentia rei; at essentia causæ constituitur per causalitatem, tamquam per formã; tum quia inductione id patet in alijs causis; nã causalitas formalis dicitur esse actuare materiã, quia ipsa ex natura sua est actus quidam, vt bene Suar. disp. 15. sect. 5. nu. 3. & similiter causalitas materiæ est receptio quædam in subiecto, quia eius essentia est potẽtia receptiua, & substẽtatiua, & similiter cãlitas efficiẽtis est actio, vel emanatio effectus ab ipso, quia eius essentia est esse id, vnde principium motus, idest, quod sit virtus actiua, &c. Cum igitur finis definiatur esse id, *gratia cuius aliquid fit*, ex hac definitione indaganda est causalitas finis.

6 6. Not. causalitatem finalem debere explicari per modum cuiusdam influxus in effectũ, quia illud est de ratione omnis causalitatis, vt benè Suar. disp. 23. sect. 3. num. 4. & 10. quia est via quædam inter causam, & effectum, vt patet inductione in alijs causis.

7. Not. hunc influxum explicari per motionem metaphoricam, tum quia id exprẹsse asserit Aristoteles 1. de gener. tex. 55. vbi ait, esse actiuam per translationem, atq; adeo eius causalitas est actio per translationem; tum quia id fatetur communis sententia antiquorum, & recentiorum, vt patet ex dictis; tum quia omnis causalitas est via quædam, per quam causa cõmunicat aliquid effectui; at in fine hæc via non potest melius explicari, quam per motionem quandam metaphoricam.

7 8. Not. dubitatum fuisse, cur hic motus, qui est finis vera causalitas, dicatur motus metaphoricus.

Respondet 1. Suar. loc. cit. nu. 14. quia est motus intentionalis. Sed contra, quia sicuti actio intentionalis est proprie actio, ita dicetur proprie motus, saltem sub vniuersali appellatione.

Resp. 2. Vasq. 1. 2. disp. 3. c. 2. & 3. ad 2. quia finis non per se ipsum mouet efficiens, sed mediante apprehensione, & sui desiderio, sed non placet; tum quia omnis causalitas finis fortè est per desiderium, vt patet, dum finis finalizat sui amorem; tum quia non apparet, cur motio facta per desiderium sit metaphorica, cum detur causa mediata.

Resp. 3. alij, quia hic motus potest esse sine causalitate, & vera motione, vt patet: quia voluntas diuina mouetur à sua bonitate ad effectus ad extra producendos; sed nõ placet, quia sequeretur finem non esse veram causam, cum illa motio non sit vera causalitas.

Resp. 4. alij, rationem esse, quia hæc motio non explicatur, nisi ad modum actionis, quę est cau-

causalitas efficientis, sed quia nō est vera actio, nisi grammaticaliter; ideo dicitur metaphoricè, quod significat Arist. 1. de generat. tex. 55. dum negat, finem esse propriè actionem; sed per translationem, neque idem asserit de causa materiali, & formali, quia hæ, cum intrinsecè causent; earum causalitas non explicatur per modum actionis, nam sunt causæ, per quas est effectus, non à quibus est effectus; at finis est extrinsecus, sicut est efficiens.

ART. II. Opiniones Doctorum.

8 *Alij negant posse explicari.* PRima Opinio est dicentium, hanc causalitatem non posse explicari aliquo nomine; sed illis verbis *propter quod aliud est* tribuitur Caiet. 2.2.q. 17. a. 5. sed non est recipienda, nā cōstat, ex multis explicari, & nominari, vt infra.

Secunda opinio est Aureoli 1. d. 3. q. 1. a. 2. dicentis in fine tria esse consideranda.

Primo fundamentum inclinationis in finem, & est quælibet res per suam propriam naturā, vt patet tam ex fine agentis, quod per propriā naturam inclinatur in finem, & ex hoc inclinatur in actionem, per quem attingitur finis, quā ex fine acti, vt patet.

Secundo, inclinationem ipsam in finem, quæ in natura cognoscente est actus elicitus, siue amoris, seu complacentiæ, siue desiderij, seu prosequutionis, at in natura experte cognitionis, est ipsa natura, quia non est respectus superadditus, nam hæc inclinatio est principium actionis, cuiusmodi non est respectus, neque aliquid absolutum additum naturis, quia hoc cum inclinetur in finem, deberet habere aliud superadditum, & sic in infinitum.

Tertio, terminū huius inclinationis aliquādo esse inhærentem, vt sanitas, aliquando subsistens, vt Balneum, ad quod inclinetur ægrotus propter se, aliquando subsistens, & inhærens, vt Balneum, per quod ægrotus intendit sibi acquirere sanitatem, vel aliquid Balneo, quare finis est terminus inclinationis naturarū in ipsum, ex qua inclinatione prouenit actio, ex quibus deducit causalitatem finis non esse id, cuius amore aliqd cæpit esse effectiuè ab alio, quia circumscripta omni effectione inuenitur sufficiens fundamentum; ex quo oritur ordo in finem; nam ex naturis rerum imperfectis, & perfectibilibus, siue sint productæ, siue non, oritur ordo in perfectiuum, tanquam in finē, neque dicas illam inclinationem communicari ab agente, quia inclinatio sicut nec alius respectus potest immediatè imprimi, sed dū fit natura, sic inclinatio. Neque natura habet imperfectionem, ex eo, quod est producta, quia res habent ex suis quidditatibus gradus perfectionis, & imperfectionis, atq; adeo circumscripto omni agente.

Conf. quia nō est de ratione finis esse acquiri, in se si est finis productus, vel illi, cui acquiritur, si est finis acquisitus, nam licet hoc verū sit de fine inhærente, vel quando est appetitus reflexus, at quando est inclinatio in vltimum finem propter se, & non reflexè, tunc non est

A de ratione finis, quod acquiratur in se, vel illi, quod ordinatur in finem, nam inclinatio, quæ transit in finem, quatenus acquiritur, & perficit ordinatum in ipsum, ille non habet pro vltimo fine, nisi ipsummet ordinatum.

Verum hæc doctrina, & si multa docet optima, tamen non satis explicat causalitatem finis, quid sit, & qualis, nam aliud est finis, aliud eius causalitas, vnde ipsemet Aureolus ibi subdit, opinionem communem intelligi de fine agentis, non autem de fine rei actæ, sed fallitur, nā finis rei actæ habet causalitatem suam, cum mouet agens, ad efficiendā rē, quæ dicitur acta.

Tertia Opinio est aliquorum apud Herue. quodl. 2. q. 1. a. 2. dicentium, consistere in cōmunicatione habitudinis effectus ad finē, tamquam ad aliquid se nobilius: sed nō placet Herueo; tum quia sequeretur finem non influere ad esse effectus, sed solum ad habitudinem, cū tamen probatum sit, effectum quoad esse pendere à fine; tum quia inde sequeretur semper causam finalem esse perfectiorem suo effectu, quod esse falsum ostendit Suar. disp. 26. met. sec. 1. & nos alibi: tum quia habitudo huiusmodi est in aliquibus, vt inter equum, & hominem sine causalitate finis. 9 *Alij ponunt in cōicatione effectus ad finē tamquam ad nobilius.* (B)

Quarta Est dicentium, causalitatem finis nō consistere in dando esse rei, sed in danda vtilitate medijs, vt v. g. secare, qui est finis securis, non dat securi ipsum esse, sed vtilitatem quamdam refert. At reijcit illam Heru. quia omnis effectus habet causam efficientem quantum ad esse; ergo etiam causa finalis, quia omnis efficiens respectu sui effectus habet causam finalē. Secundo, quæro quid intelligunt per vtilitatem in exēplo adducto; vel scilicet intelligunt ipsū secare, vel formam securis. Si primum; ergo finis est causa finalis sui ipsius, nam finis est ipsū secare, & effectus etiam est ipsum esse serræ. Si secundum; ergo finis est causa serræ quantum ad esse, quia forma pertinet ad quidditatem rei, & falsum supponit hæc opinio, nullū prius ens habet esse à posteriori ente, nisi in genere causæ efficientis, nam in genere causæ finalis nō repugnat, prius existens pendere à posteriorè existente. Denique reijcitur, quod nimis coarctat causalitatem finis ad media solum, quia infra constabit, extendi etiam ad alia, quæ nō sunt media. *Finis dat vtilitatē medijs, secundū alios* (C) (D)

Quinta est dicētium, causalitatem finis esse, dare bonitatem quādam. & appetibilitatē medijs, vt v.g. medicina non est bona, & amabilis, nisi in ordine ad sanitatem. Ita Heru. quodl. 1. q. 8. a. 1. & quodl. 2. q. 1. a. 2. vers. *ad illud, quod vlterius obijcitur*, vbi ait causalitatem finis est dare bonum, & appetibilitatem alteri, & quod aptum sit intendi: & citatur pro illa D. Tho. 1. p. q. 18. & 1. 2. q. 11. & 83. sed rectè reijcitur à Fonseca 1. met. c. 2. q. x. sec. 3. quod nimis angustè sumit causalitatē finis, quia non extenditur ad ipsam electionem mediorū, sed ad ipsa media, quibus tribuitur amabilitas. Secūdo nō agit de causalitate respectu mediorum, quæ actu sunt media, sed tamen potentia, quia amabilitas dicit potentiam; ergo po- 10 *Finis dat appetibilitatem medijs.* (E)

test medium esse actu amabile, & non exerceat actum medij.

Confirmatur, quia non omne id, quod actu amatur propter aliud dicitur actu medium, nisi accedat propositum agendi, seu vtendi illo propter alterum; nam non est actu mediú, nisi actu applicetur ad consequutionem finis; at nó applicatur ex simplici amore. Neq; dicas esse causalitatem finis circa media, etiamsi non applicentur ad finem; quia non est actualis causalitas circa media, nisi hæc sint actu media; at nó sũt actu, nisi actu applicantur. Hinc patet, neq; rectè dicere eos, qui ponunt causalitatem finis esse, vt media ad hibeantur propter illum finé. Tertio quia sequitur opinionem, quam reijcit; nam idem est dicere bonitatem medij, ac vtilitatem; etenim bonitas mediorum non est, nisi vtilitas.

11 Sexta est dicentium, causalitatem finis consistere in motu metaphorico efficientis ad agẽdũ aliquid, vt consequatur finem: ita D. Tho. q. 5 de poten. a. 1. & 1. 2. q. 1. a. 1. vbi Caiet. ar. 2. Vasq. disp. 3. c. 3. ad 2. & 1. p. disp. 82. c. 1. nu. 1. Scot. 4. d. 49. & clarius 5. met. q. 1. Anton. Andr. q. 2. Soncin. q. 1. & 2. Iauel q. 6. Ioan. Canon. 2. physic. q. 3. ar. 2. & mihi videtur esse Saxon. phy. q. 13. Burid. q. 7. Auic. 6. m. trac. 5. Lincon. in sum. 2. phys. Sot. q. 3. Occh. 2. q. 2. a. 2. Perrer. lib. 8. de princip. rer. nat. cap. 2. Hic autem motus metaphoricus multipliciter explicatur.

Mouet metaphoricè efficiens ad agẽdum.

Alij hunc motũ metaphoricum explicãt apud Suar. sect. 4. cap. 2. hac ratione, vt sit motio quædam, quæ antecedit actum voluntatis elicitum etiam tempore, quia naturali quadam necessitate ex causa finali sufficiẽter proposita resultat actus mouendi, sed actus voluntatis mouet in eius libertate; vnde hæc motio est actus secundus respectu finis, & primus respectu voluntatis; nam statim, ac bonitas finis est cognita, excitat voluntatem, & quantum in se est trahit causã ad sui amorem; sed voluntas, quia libera, potest suspendere actum; ergo hæc motio præcedit actum voluntatis. Antecedens patet experientia, & sumitur ex sympatia naturali inter intellectum, & voluntatem, quatenus in eadem anima radicantur. Consequentia probatur, quia quod proximè sequitur post est actus voluntatis, qui est effectus finis, non causalitas.

12 Sed hic modus explicandi non placet Suar. primo, quia D. Tho. explicans hanc metaphoricam motionem, ait, consistere in pati, & desiderari, vt causalitas efficientis in agente, ita q. 22. de verit. ar. 2. q. 5. de potentia ar. 5. & ratio est, quia implicat, finem esse in actu, & non esse aliquid actu causatum, quia causare, & causari sunt relatiua, & realis causalitas, ad aliquid reale terminari debet, alias esset nihil; sed antequam voluntas eliciat actum, nihil est in illa causatum, quia in ea non est, nisi actus, habitus, & dispositio, & passio aliqua; neque finis causalitas est in intellectu, vt patet; ergo non potest intelligi causalitas finis ante actum voluntatis.

Confirm. quia finis non causat actu, nisi efficiens etiam causet, 3. metaph. tex. 3. quia finis est causa alicuius actus; vnde 1. de generat. 55. cessante actione, cessat causa finalis; ergo non potest esse causalitas finis, antequam efficiens actu causet; sed anteqũ voluntas actu eliciat actũ, nulla causa efficiens mota à fine, operatur, neq; contra aliquid fit propter finem. ergo.

Confirm. quia ante actum elicitum à voluntate nihil est, nisi bonum repræsentatum per congnitionem; ergo nulla est causalitas distincta a iudicio; at iudicium nó est causalitas, sed est veluti approximatio finis, vt causare possit; ergo causalitas finis non potest intelligi ante actum voluntatis.

Dices hinc rectè probari esse aliquem actũ in ipsa voluntate, sed posse esse aliquẽ simplicem effectum, per quem vitaliter fiat propensio in finem, vt illum amet, & intendat. sed cõtra, quia talis effectus non potest esse nisi elicitus à voluntate, alias nó esset motio vitalis, sed qualitas quædam per modũ habitus, vel actus. 13

Resp. esse modum imperfectum per modũ velleitatis, at hæc opinio negat de actu pfecto.

Sed contra; tum quia ille actus, quicunq; sit, est effectus finis; ergo non est causalitas; quod si in illo distingui potest causalitas ab effectu, etiam poterit in actu perfecto: tum quia causalitas finis circa talem actum habet propriũ effectũ in illo; ergo ille nó est causalitas ad aliũ, sed ad summũ esset vt dispositio necessaria ad actum perfectum vlteriorem: tum quia vel ille est necessarius, vel liber; si primum, non potest esse per se necessarius ad causalitatem finis circa actum liberum, quia huiusmodi motus imperfectius insurgunt in nobis, vel ex coniũctione cum appetitu sensitiuo, vel ex superiori causa præueniente deliberationem nostram; quare sunt vtiles, vel necessarij, non ex natura rei ad causalitatem finis. Si Secundum, ergo non semper resultat ex sufficienti propositione finis, vt dicit illa opinio; neq; oportet, semper antecedat effectũ consumati actus electionis, vel intentionis; ergo nó est necessarius ad causalitatem finis, neq; formaliter potest esse causalitas finis.

Secundo Alij primo dicunt hunc motum nó poni in actu secundo, nisi dum voluntas in actu secundo mouetur. Secundo quando ponitur, non est distinctus realiter ab ipso actu voluntatis, nam vt dixi, cum de causa efficiente, sicuti idem actus, vt est ab agente, est causalitas eius, & vt est à materia est causalitas materiæ circa formam; ita idem actus causatur à fine, & à voluntate in diuerso genere; à voluntate quidem est causalitas efficientis, & est vera motio à proprio principio physico; at vt est à fine esse causalitatem ipsius; & dicitur metaphorica motio, quia est ab obiecto alliciente voluntatem. D. Tho. 1. 2. q. 9. a. 1. 3. contr. gent. c. 75. ration. 5. vbi desiderium, quo aliquid propter finem desideratur, dicitur causalitas finis, refert illam, & defendit Suar. disp. 23. sec. 4. met. &. 12. Auic 6. met. trac. 5. c. 5. Alber. 5. met. trac. 1. c. 3. Her. quodlib. 2. q. 1. & q. 8. Sonc. 5. met. q. 2. Alens. 1. p. q. 17. met. 3. Occham. 2. q. 3. a. 2. optimè qui ait, 14

qui ait, esse, mouere efficiens ad agendum, & illud moueri non esse aliud, quam ipsum finē, vel aliud propter finem amari ab agente: vnde non est prius tempore motio finis, quam agentis, idest quoad volitionem, qua vult effectum; Pro hoc modo dicendi duo sunt probanda. Primum, illam motionem esse causalitatem finis. Secundum, dici motionem metaphoricā. Prob. quia non est aliud, quod possit poni causalitas, neq; est necessariū aliud, vt intelligatur voluntas moueri à fine, & operari ꝑpter finem.

Confirm. quia cognitio pendet à potentia, & obiecto; quare causalitas vtriusque non est aliud, quam actio, vt est à potentia, & ab obiecto; sic actio voluntatis pendet à potentia, & fine, quod est obiectum, licet distinguatur finis ab obiecto potentiæ cognoscitiuæ, quod hoc concurrat effectiue per sui substantiam, vel suā entitatem; at bonum propositū voluntati, solum formaliter concurrit ad actum.

15 Dices, actus voluntatis potius est effectus, quam causalitas.

Resp. 1. in eo distingui actionem ab actu, qui est qualitas; actio autem, vt est in suo genere à fine, est causalitas eius.

Resp. 2. si ponatur, effectum esse ipsā actionem, & sine duplici ratione distincta à parte rei, tunc sufficere distinctionem rationis, vt dictum est de causalitate actiua, quia actio, vt est via, ita non quærit esse per aliam causalitatem à se distinctam.

16 Dices, ergo eadem omnino res est causalitas finis, & efficientis, & tamen hæ causalitates sunt diuersarum rationum.

Resp. non esse id mirum ob diuersos respectus, nam eadem actio est causalitas agentis, & materiæ, & finis. & eadem actio est causalitas causæ primæ, & secundæ, quia potest eadem actio per se ipsam immediatè causari à multis causis, & ab vnaquæq; in suo genere, vnde mediante illa causatur effectus ab omnibus causis. Et ex his patet, idē dicendum quoad alias causalitates. & effectus, vt infra.

16 Probatur 2. scilicet illam motionē esse metaphoricam, quia finis mouet efficientis voluntatem, vt alliciens illam, quod allicere, videtur tractus quidam, cum tamen non sit physicus tractus. Primo, nam verus motus est à causa efficiente; finis autē, vt sic distinguitur ab efficiente; non igitur potest mouere efficientem causam vero motu physico.

Conf. quia lꝫ aliquis finis, vt v. g. Deus, possit habere aliquam efficientiam, non tamen omnibus id potest conuenire, vt locus infimus est finis lapidis, non tamen illum physicè mouere potest; similiter res fictitiæ, quæ nullam per se efficientiæ vim habent, sed ab alijs reijcitur, tum quod in actibus diuinæ omnipotētiæ sit causalitas finis, at ibi non est motio respectu voluntatis diuinæ cum sit incausata.

Respondent, in diuinis operibus esse causalitatem finis, vt esse potest in illis causalitas, sicut causalitas efficiētis reperitur in Deo respectu operationum ad extra; nō autem ad intra; ita similiter dicenda de causalitate finis.

Sed cōtra, tum quia ex hoc non explicatur
A causalitas finis secundum rationem formalem, sed tantum secundum rationem materialem, tū quia nō explicatur quid sit depēdētia actus à fine; tū quia non explicatur, qualis sit causalitas immediata respectu effectuum, quæ sit distincta realiter à causalitate respectu actionis agentis: sed hæc non satis vrgent, vnde rei veritas patebit ex dicendis infra.

Tertio, alij differunt, quod putent in hoc motu metaphorico consistere adæquatè causalitatem finis; nā illa est prima causalitas, ex qua omnes effectus causæ finalis pendent; etenim sicut omnis effectus exigit, & supponit actionē agentis, ita supponit motionem finis, quæ mouet agens ad actionem; ita Soncin. loc. cit. & videtur S. Thom. 1. 2. q. 9. ar. 1. & alibi.

B Sed hæc opinio nō placet Fons. Suar. & alijs, 17
quia reperitur in aliquibus aliqua causalitas finis sine tali motione; ergo talis motio non est adæquatè causalitas: Antecedens probatur in operationibus diuinis ad extra datur causalitas finis, Prouerb. 16. *Omnia propter semetipsum operatus est Deus*; at voluntas diuina est principium illarum motionum sine vlla motione suæ voluntatis, nam actus diuinæ voluntatis, cum sint increati, non possunt pendere ab vlla causa, siue effectiua, siue finali, vt optimè Theologi ostendunt, diuinam bonitatem esse quidē rationem volendi operum ad extra, sed non esse causam finalem volendi talem operationē,
C contra temerariam opinionem, quæ tribuitur Soncinati, vt infra, ita Heru. quodlib. 2. q. 1. ar. 2. Fonsec. 5. met. c. 2. q. 10. a. 4. Conimbr. 2. phys. c. 7. q. 21. ar. 3. & q. 22. a. 2 Suar. disp. 23. met. sect. 9. nu. 9. neq; Arist. cum 1. de gener. tex. 55. dicit, *etenim sanitas non est effectiua, nisi secundum translationem*, loquitur de motione respectu agētis, sed mobilis; & licet Herueus, Alens. & Scot. 1. d. 1. q. 4. ad 2. dicant, finem metaphoricè mouere voluntatem, non tamen dicunt, in hac motione consistere adæquatè eius causalitatem; neq; illis fauet D. Th. dum 1. 2. q. 9. a 1. & q. 5. de poten. a. 1. ait, finem mouere agentem, nec esse causam, nisi in quan-
D tum illum mouet; nā ex his non colligitur causalitatem finis adæquatè consistere in motione, sed solum finem non causare, nisi præuia agentis motione, quam in omni agente exercet, non vt causa finalis, sed vt ratio finalis.

Impugnatur in hoc motu consistere adæquatam causalitatē finis.

At instat Sonc. nam ratio præposita supponit falsum, .s. respectu voluntatis diuinæ non 18
posse esse motionem metaphoricam, nam hæc motio non est aliud, quam allectio volūtatis ad operandū; at diuina voluntas allicitur propria bonitate ad operandum ad extra, ex D. Thom. 1. p. q. 19. a. 1. ad 3. & 2. ad 2. & Boetio lib. 3. de consil. prof. 3. *insitā bonitatē pepulisse Deum, vt res externas operaretur.*

E Confirm. finis est id gratia cuius aliquid ab agente fit, hoc non potest esse sine metaphorica motione agentis, quia nihil est aliud dicere, volo B, propter C, quam dicere C, mouet me ad volendum B, ergo causalitas finis adæquatè consistit in motione metaphorica agentis.

Respondent motionem illam diuinæ voluntatis esse sine vlla causalitate, & ideo omnino, & adæquate, idest secundum genus, & speciem est metaphorica; quia nec est vera actio, nec vera causalitas, at hæc motio, de qua quæritur, est vera causalitas, & secundum quid metaphorica, idest, vt benè explicat Suar. disp. 23. sect. 9. n. 6. esse metaphoricam secundum speciem, in genere .s. actionis, secundū quam motio conuenit solum agenti, sed est vera, & non metaphorica secundum genus, secundum quod motio significat causalitatem cōmunē omnibus causis, nam est vera causalitas explicata tamen ad modum motionis actiuæ, cum verè non sit talis, nisi secundum similitudinem, & grammaticaliter, & ita intelligitur Arist. 1. de gener. t. 55. sicut cum homo dicitur leo propter fortitudinem, tamen homo habet veram fortitudinem, sed leoninam non, nisi per similitudinem, at Deus dicitur leo, quia habet fortitudinē metaphoricè adæquatè, idest secundum genus, & leoninam, quia fortitudo diuina non est in genere qualitatis.

Ad Confirm. dicitur, finem esse veram causalitatem circa rem, quæ fit ab agente, & nō sic respectu agentis, sed solum est ratio volendi sine causalitate, & hoc significat illud, quod C, mouet ad volitionem B, tanquam ratio, non tanquam causa.

19 Quarto, alij distinguunt causalitatem finis, respectu agentis creati consistere in motione ipsius metaphorica, at respectu omnium agentium consistere in esse id, gratia cuius aliquid fit, ita Conimb. loc. cit. q. 2. a. 2.

Sed hæc opinio reijcitur ab alijs; nam duplex illa causalitas est eadē, & sequitur, quod sicuti dicit veram motionē cum causalitate respectu agentis creati, ita respectu increati, vel si respectu vnius est cū causalitate, & respectu alterius sine causalitate, non erit eadem, vel est diuersa, cum vna sit vniuersalis in omnibus, sequitur, in eadem causa respectu eiusdem effectus esse duplicem causalitatem, cum vna sit satis.

At Respondent, illam, quæ dicitur *gratia cuius*, esse genericam, nam contrahitur ad creatum agens cum vera causalitate; ad increatum sine causalitate; neq; obstat, quod huiusmodi causalitates sint simplices; nam non potest negari aliqua compositio metaphysica, vt patet, quia componuntur, ex essentia, & existentia.

ART. III. Opinio Auctoris.

20 *Causalitas finis adæquatè consistit in attractione quadam, vt res fiant propter ipsum.*

PRima Concl. causalitas finis adæquatè consistit in attractione quadam, qua ad se allicit, vt res fiant propter ipsum, seu gratia ipsius. Primo, patet ex definitione finis, qui dicitur id gratia cuius aliquid fit; ergo causalitas eius consistit in motione, qua res fiunt gratia ipsius. Secundo, ex virtute, qua finis finalizat, nam hæc est bonitas siue secundum se, siue bonitas, vt amata, & desiderata: sed bonitas sub vtraque ratione non mouet, nisi alliciendo, & trahendo ad se effectus, at tractio effectus non est, nisi quatenus fiunt gratia ipsius finis. ita communis opinio, Henric. 1. p. sum. art. 49. q. 6. lit. K. L. Sonc. Iau. Fons. Conimbr. Suar. Vasq. locis cit.

Hic attractio est causalitas finis vt respicit effectum.

2. Conclus. hic tractus per se primo, & adæquatè non est causalitas finis, vt respicit agens, sed vt respicit effectus, qui fiunt ab agente propter finem. Ita colligitur ex Fons. Tol. Perrer. & Conimbr. loc. cit. & alijs ponentibus causalitatem finis, in *esse id gratia cuius aliquid fit.*

Prima pars probatur, quia causalitas finis debet esse communis omnis agenti propter finē, at patet in agēte increato respectu cuius ad intra non potest dari causalitas aliqua; ergo neq; causalitas finis, & tamen eius actio transiens est propter finem.

Secunda pars probatur; nam de ratione finalizationis est terminari ad id, quod fit gratia ipsius; at hæc terminatio non est adæquatè ad ipsius agentis substantiam, vel aliquid illi innatum, vt supra probatū est, sed ad effectus, qui fiunt ab agente; ergo finalizatio est respectu effectuum, qui fiunt ab agente gratia ipsius finis.

Confir. quia effectus, qui fiunt gratia finis, quodammodo inclinantur à fine ad participationem ipsius finis.

Dices, tractio effectus non potest esse, nisi quia trahitur appetitus agentis ad productionem effectus; ergo prius finis exercet causalitatem respectu agentis, quā respectu effectus. Resp. & sit

3. Conclusio, non potest intelligi hic tractus respectu effectuum agētis, nisi intelligatur finis prius habere respectu agentis rationem volendi actionem propter finem. Patet, quia catenus effectus pendet à fine, quatenus fit ab agēte propter finem; sed non potest fieri ab agente propter finem, nisi velit finem, qui deinde fit ratio volendi effectus; ergo finis prius est agenti ratio volendi effectus, quam sit causa finalis effectuum, nam causalitas finalis est simul cum productione effectus, at productio effectus est posterior volitione effectus propter finem; tū quia potentia productiua applicatur ad agendum per voluntatem; tum quia potentia indifferens non operatur, nisi prius determinetur; at hæc determinatio fit per finem, vnde Tröb. loc. cit. ad argum. contra tertium ad tertiam, ait, quod vbi non est intentio agētis, vel rationalis, vel sensitiua, vel naturalis, ibi nulla sequitur actio in agente. 21

22 *Finis nō prius habet causalitatem respectu agentis, quā effectus.*

Dices Primo, ex his sequitur, finē prius habere causalitatem respectu agentis, quā respectu effectus. Resp. negādo consequentiā, quia finis est ratio volēdi effectus sine causalitate; nā bonitas Diuina est Deo ratio volēdi effectus, & tamen non habet causalitatem respectu voluntatis diuinæ, vt dictum est, sed solū habet causalitatem respectu operationis ad extra; quare patet hæc duo distingui .s. esse rationem volēdi, & esse causam finalem.

Dices Secundo An hæc ratio volendi possit dici motio metaphyorica. Resp. posse dici, sed magis improprie, quā respectu effectuum, quia est sine vlla causalitate; vnde dici potest motio

meta-

metaphyorica adæquatè, ideſt ratione generis, & differentiæ, vt dictum eſt ſupra.

Dices Tertio, An poſſit dici voluntas in his, allici ex eo, quod mouetur ſine cauſalitate. Reſp. poſſe, ſed non ita proprie ſicut dicitur, quando voluntas trahitur p cauſalitatem, nam vbi non eſt cauſalitas, eſt motio ſolum ſecundū noſtrum modum concipiendi.

Dices Quarto, etiā ſi reſpectu volitionis diuinæ finis non habeat cauſalitatem, tamē reſpectu volitionis creatæ, cum hæc ſit quid cauſatum ab agente, non eſt, cur non habeat cauſalitatem, nam habens cauſam efficientem habet etiam finalem. Reſp. & ſit

Finis prius habet cauſalitatem reſpectu voluntatis creatæ, quā effectuū ab illa pendētium.

23 Quarta Concl. finis prius habet cauſalitatē reſpectu voluntatis creatæ, quam reſpectu effectuum, qui fiunt dependenter à voluntate creata: Patet ex eo, ꝙ finis non poteſt cauſare effectus, niſi prius ſit agenti ratio volendi effectus; ſed finis non eſt voluntati creatæ ratio volendi effectus ſine cauſalitate aliqua reſpectu voluntatis agentis: ergo. minor probatur, quia finis poteſt conſiderari vel vt obiectum voluntatis, vel vt finis; ſed vtraq; ratione cauſat actū; nam de ratione obiectiua patet ex alibi dicendis; De ratione finali probatur; tum quia ratio finis forte non diſtinguitur à ratione obiectiua; tū quia etiamſi diſtinguatur, tamen illam includit addendo motionē reſpectu aliarū operationū; tum quia vbicunq; eſt actio agentis, ibi debet intelligi cauſalitas finis; at agens volendo habet actionem; ergo. Ita Molina p.p.q.5.diſp.vn.ad fin. quia diuerſa ratio actus diuinæ ac humanæ voluntatis, nam ille nec effectiuè, nec formaliter cauſatur, ac hic vt effectiuè, ita finaliter cauſatur.

Alij negant finem habere cauſalitatem reſpectu agētis.

Contrarium docent Alij negantes, finē habere cauſalitatem reſpectu agentis, ſed ſolum reſpectu effectuum agentis: ſed varijs fundamentis, nam Ant. Andr.5.met.q.2.negat ex eo, quod inde ſequeretur, idē eſſe cauſā ſui ipſius; nam cum finis ſit cauſa agentis, & hoc ſit cauſa finis, ſequitur, finē eſſe cauſā ſui, quia quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.

Refelluntur huius ſententiæ Auctores.

Reſp. multa Tromb. loc.cit. in argumentis contra tertiam, & nonam, quod licet eiuſdem ad ſeipſum ſecundum vnam, & eamdem rationem non ſit ordo eſſentialis, ſicut neque inter ea, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt ſic; tamen ſecundū diuerſas rationes poteſt eſſe ordo, vt fortes ſub ratione veri, fundat ordinem eſſentialem ad ſe ſub ratione boni; ſicut in eadem re poſſunt eſſe diuerſæ rationes formales ſpecificæ: quare forma vt eſt appetibilis in intentione agentis, poteſt eſſe finis mouens ad producendam ſeipſam ſecundum realē cauſam. quare idem erit cauſa ſui ipſius ſecundum diuerſū eſſe, vt colligitur ex.3.phy.tex.17.

24 Reſp. 2. alij cū Tromb. quod licet efficiēs cauſet finem, quoad ſuam entitatem, non tamē finis cauſat efficiens quoad entitatem, ſed quoad cauſalitatem ipſius, quare nō ſequitur, quod ſit cauſa ſui ipſius, quia non eſt cauſa illius rationis à qua cauſatur, nam illud *quidquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati*, intelligitur vbi cauſæ ſunt vniuocæ, & in eodem genere, non autē ſi æquiuocæ accipiantur, & in diuerſis generibus; nam ibi variatur prima reſpectu mediæ, & hæc reſpectu vltimæ, quia finis ſecūdum eſſe intentionale, nō cauſat entitatem efficiētis à qua cauſatur finis ſecūdum ſuam entitatem, ſed finis cauſat actionem efficientis, per quam ab effectu cauſatur finis ſecundum eſſe reale

Secundo alij contrarium ex alio fundamento docent, voluntatem liberam determinari à fine, tamquam ab obiecto ex D. Tho.1.2.q.10. a.2., ſed effectiuè à ſe ipſa eliciendo actum, & quia hic actus eſt liber non poteſt non eſſe volitus per volitionionē virtualem antecedenter reflexam, qua velit, ſe velle, vt optimè Caiet.1.2. q.6. nam eadem volitio eſt formaliter, quatenus liberè fertur in obiectum, & eſt volitio eſſentialis, quatenus voluntas eliciendo, vult virtualiter actionē illā; quare finis reſpicit actū ſub utraq; ratione, ſed vt reſpiciat voluntatem, & eſt circa obiectum, finis eſt cauſa finalis, at vt reſpiciat illum, & eſt volitio virtualis ipſius actus, ſic non eſt cauſa, ſed ratio volendi, quia illa volitio, vt ſic non habet cauſam efficientē, quoniam voluntas tracta à fine, determinatur ad volendum volitione virtuali actum illum.

Reſp. eodem modo eſſe cauſam illius volitionis virtualis, quo modo eſt cauſa volitionis formalis, quia volitio virtualis, nō diſtnguitur à formali, niſi ratione; at ea, quæ ſunt idem realiter, & finaliter, & ſolum ratione diſtinguntur, habent eaſdem cauſas à parte rei; ſed vt diſtinguitur ratione, ita habet cauſam ratione diſtinctā; nam eadem volūtas dicitur cauſa illius volitionis virtualiter, quatenus concipitur voluntas prius velle ſuum actum producere, atque adeo eodem modo cauſabitur à fine. 25

Ex quibus patet quid veritatis cōtineāt ſingulæ opiniones, & quid dicendum ſit ad ſingula argumenta, quæ ab Auctoribus illarum afferūtur ad ſtabiliendas ſuas opioniones, quod melius ex ſequenti dubitatione patebit.

DVBITATIO II.

De effectis, circa quos finis exerceat cauſalitatem finalem.

ART. I. Explicātur notabilia pro intelligentia quæſtionis.

PRimo Not. vt omnes actus, qui in ordine intentionis interueniunt, alios directè tendere in finem, ſiue ſecundum ſe, & abſolutè; vt eſt amor, ſeu conplacentia: ſiue vt conſequendum, & hoc ſiue ſit ſimplex deſiderium, ſiue intentio, quæ eſt circa finem, vt conſequendum per media ſaltem confuſè concepta, qui actus antecedunt non ſolum conſequutionem finis, ſed etiam electionem mediorum. Alios proximè circa media formaliter verſari; vt eſt electio, quam præcedit conſultatio, & inquiſitio mediorum, ac de illis iudicium; quæ conſultatio, & iudicium reuocantur ad media, quia ſūt vtilia ad finem; vt vero voluntaria, tunc ad electio- 1

ctio-

ctionem reuocantur; & hi actus pertinent ad ordinem intentionis, quia antecedunt non solum consequutionem finis, sed etiam exequutionem mediorum.

2. Not. post ordinem intẽtionis sequi ordinem exequutionis, in quo etiam possunt duo genera actuum distingui; nam quidam versantur circa exequutionem mediorum, qui dicũtur vsus: alij circa finem secundum se, vt assequutio, Alij circa finem, vt possessum, vt fruitio, vel gaudium, & etiam amor, qui in eo statu perseuerare potest:

2 *Ordo intentionis distinguitur ab ordine exequutionis.*

3. Not. ordinem intentionis, & exequutionis inter se distingui. Primo ille est in mente agentis; hic in exequutione operis. Secundo ille à fine incipit, & terminatur ad medium magis remotum à fine; hic incipit à medio magis remoto, & terminatur ad finis cõsequutionem, & delectationem; & hic dicitur finis primus in intentione, & vltimus in exequutione, ex D. Thom. 1.2.q.1.art.1.& q.16 a.4. Tertio actus pertinẽtes ad ordinẽ intentionis sunt immanentes à voluntate eliciti; at pertinentes ad ordinem exequutionis pertinere possunt ad alias potentias, & hinc ad ordinem exequutionis pertinere possunt non solum actus, sed & ipsa opera, 5.met.c.2.& 2.phy.tex.26.

Quarto Not. huius quęstionis difficultatem ex duobus capitibus posse dissolui: Primo ex effectis, quos finis habet in humana voluntate, quia hanc metaphorica motione allicit, vt ipsũ finem amet, & p media proportinata quærat, & in eo adepto quiescat. Ita Suar. loc.cit. Secundo ex definitione finis, quæ cum sit id cuius gratia aliqd fit, sequitur necessariò ea omnia esse effecta causæ finalis, quæ fiunt gratia alicuius; vnde inuestigandum mouet, quæ sint illa, quæ fiunt gratia alicuius. Ita Fonsec. 5. met. c.2,q.10.sec.2.init.

ART. II. Opiniones Doctorum.

3 PRimo Not. omnes effectus reduci posse ad duo capita; Vnum continet actus elicitos à voluntate; Alterum, actus aliarum potentiarum à voluntate imperatos; ex quibus illi dicũtur pertinere ad ordinem intentionis; hi vero ad ordinem exequutionis.

2. Not. in effectis posse duo cõsiderari; primò actiones, à quibus effectus ipsi sunt; secũdo, ipsam effectuum entitatem, & perfectionem. Vnde

Alij aiunt causalitatẽ finalem solũ versari circa ea, quæ pertinent ad ordinem exequutionis.

Prima opinio est dicentium causalitatem finalem solum versari circa ea, quæ pertinent ad ordinem exequutionis, refert Soncin. loc.cit.

Hi inter se diuisi sunt; nam aliqui putant solos actus, quibus res fiunt, esse effectus causæ finalis, non autem ipsas res effectas.

At alij addunt, etiam ipsas res effectas; vnde vtraq; negat intentionem finis, & electionẽ mediorum esse effectus causę finalis, quorũ fundamentum infra referemus.

4 Secunda opinio est dicentium, actus voluntatis, qui versantur circa finẽ non esse effectus causæ finalis, siue sit amor, siue desiderium, siue

A intentio finalis; sed omnes, & solos actus, qui versantur circa finem, siue sint à voluntate, siue ab alia potentia elicita, referunt Conimbr. 2. phys.c.7.q 22.a.1. tribuitur Gabr.2. d.1. q.5. a.1.& Greg.1.d.1.q.1.a. Heru.quodlib.1. q.8. & quodlib.2.q.1 Med.1.2.q.8.init.sed quid hi sentiant, patebit ex dicendis, cõtra quam multa Vasq. disp. 3. c. 3.

Intentio finis vt effectus causæ finalis per alios.

Tertia opinio est dicentiũ, præter actus potentiarum exequutiuarum, etiam intentionem finis, qua voluntas vult adipisci finem per aliqua media indeterminatè sũpta, causari à fine in genere causæ finalis, at amorẽ simplicis cõplacentiæ, vel desiderium simplex finis nõ causari à fine in genere causæ finalis, sed efficientis, B referunt Conimbr. loc.cit.& docuit illã Fons. loc.cit.& sec.2.5.sed dicendum est, & 5. quod vero obiectum, & fundamẽtum ipsius est, quia circa hos actus se habet vt obiectũ, & vt finis, cum non dicat ordinem ad media; at obiectũ concurrit ad actum in genere causæ efficiẽtis, & eamdem videtur sequi Ferr.1.cont. gent. c. 75. apud Suar. loc.cit. sec. 3. nu. 8. licet dicat desiderium causari à fine, tamen illud confundit cum intentione finis; nam nulla est causalitas finis, nisi vt amatur, vt ita alia amentur propter ipsum, sed per simplicem amorem, vel desiderium, non vt ita ametur finis, vt alia amentur propter ipsum; amatur autem hoc modo finis per actum intentionis; ergo. Et ad eandem sententiam reuocari possunt, qui solum C excludunt amorẽ finis ab illius causalitate, nihil asserentes de desiderio, quia confundunt illud, vel cum amore, & ita non causatur, vel cũ intentione, & ita causatur, Gabr.2.d.1. q.5.a.1. Arimin.4.d.1.q.1.ar.2. lit.P, Heru.quodlib.1. q.8.Cord.lib.1.q.42.Med.1.2.q.8 in præf.

Quarta opinio est dicentium, omnes actus pertinentes ad ordinem intentionis, & exequutionis causari à fine in genere causæ finalis etiã simplex amor eiusdem. Videtur Molinæ 1.p. q.5.disp.vn. ad fin. Suar.disp.23.met.sec.3.nu. 9. & tribuit Henr.ex errore impressoris 1.p.a. 46. q. 6. voluit citare q.49.q.6. Fundamentum D quia quidquid pendet ab agente pendet à fine vt causa, quia omne agens agit propter finem; sed simplex amor pendet ab agente; ergo. 5

Effectus implicitèr pẽdet à fine.

Quinta Opinio est dicentium, effecta dupliciter posse pendere à fine vt causa finali. Primo propriè, sed imperfectè, & ita est vera quarta opinio. Secũdo propriè sed perfectè, & est vera secunda opinio, quia finis solum circa actiones, quæ sunt circa media exercet perfectissimè suam causalitatem.

ART. III. De ijs quæ pertinent ad ordinem exequutionis.

PRima Concl. certa, quod in hoc ordine sũt aliqua, quæ necessario pendent a fine, vt patet ex medijs, quæ ad hunc ordinem pertinẽt; E nam media formaliter dicunt habitudinem ad finem; vnde in ijs adeo clare apparet causalitas finalis, vt aliqui putarint, finem in media solum suam exercere causalitatem. Et quidem primo est appetibilitas mediorum; secundo, 6

do, à voluntate est imperium, & vsus, quo potentiæ applicantur ad exequutionem. Tertio, ipsa applicatio mediorum, siue sint opera, vt medicina, domus, siue operationes, vt confectio medicinæ, &c. Quarto, adeptio finis .s. fruitio, & delectatio.

Amabilitas mediorum est effectus causæ finalis.

Secunda Conclus. Amabilitas mediorum est effectus causæ finalis. Ita Heru. quodl. 1. qu. 8. Sonc. 5. met. q. 2. Iauel. q. 5. Perer. lib. 8. de prou. c. 2. quia in hoc distinguitur bonitas finis à bonitate mediorum, quod illa est propter se; hæc autem propter finem, siue secundum se, siue in ordine ad appetentem; igitur pendet à fine; sed non nisi in genere causæ finalis, nam alibi ostédemus non pendere in genere causæ formalis contra Suar. neque in genere causæ efficientis; cum finis non sit, cum sunt media; ergo solum manet dependentia in genere causæ finalis: Neque dicam pendere in genere causæ terminatiuæ, quia non pendet nisi à fine, ad quem ordinatur ex natura, vel ex directione agentis extrinseca.

Confirm. quia medium formaliter constituitur per bonum vtile; hoc auté refertur ad terminum suum formaliter, vt ad finem.

7 *Contraria opinio refellitur*

Contrarium docent alij dicentes, non pendere in genere causæ finalis: ex quibus aliqui dicunt, hanc dependentiã reduci ad causam finalem. ita Conimbr. loc. cit. q. 22. a. 2. ad fin. ná non potest reduci ad aliam causam. Fons. q. 10. sect. 3. Alij autem negant etiam reductiuè pertinere ad causam finalem; videtur Suar. qui reducit ad formalem. Fundamentum vtriusque; nam vel media habent à se bonitatem, & illa non pendet à fine, vt causa finali, quia hæc causalitas non est, nisi dum est actio agentis; at media habent suam bonitatem intrinsecam ante vllam actionem agentis; ergo non pendét à fine, vt à causa; vel non habent in se bonitatem, sed illam habent extrinsecè ab appetente propter bonitatem finis, & pendent à fine, vt causa formali, quia formaliter amátur propter bonitatem finis per cognitionem, illis medijs coniunctam.

Resp. rectè dici sub vtraque ratione pendere à fine, vt causa finali; nam si quoad bonitaté intrinsecam pendet a fine, non solum dum facta sunt ab agente propter finem, sed etiam postquam facta sunt, vt patet, quia non solum ædificatio pendet ab habitatione, vt causa finali, sed etiam ipsa domus; sed sicut opus factum non semper est actu medium, sed aliquando in potentia, vt patet in domo, qua quis non vtitur ad habitationem; ita non actu causatur, sed solum in potentia; quia tunc pendet à fine possibili, vt causa possibili, & idem clarius est in materia, quæ ordinatur ad formam, vt finem, etiã nulla existente actione circa formam, vt finem; si vero sit in medijs bonitas extrinseca, tunc diximus supra, quomodo possit pendere à fine vt causa formali, & quomodo vt causa finali, nam ostendimus vtilitatem semper respicere terminum, vt finem.

8 *Imperium est effectus causæ finalis.*

Tertia Conclus. Imperium est effectus causæ finalis; nam imperium, vel non distinguitur ab electione efficaci, nisi ratione, nam electio dicitur actus, quatenus vnum medium præfert alteri; sed imperium, quatenus est impulsiuus ad exequutionem illius, quod electum est; at electio est propter finem. Vel imperium est actus sequens electionem, vt docet D. Thom. & etiã est propter finem, quia voluntas eadem intentione, qua mouet ad electionem, mouet imperando ad exequutionem medij electi.

Confirmatur, quia hoc imperium etiam habet rationem medij; nam dum voluntas eligit efficaciter medium, eligit virtualiter etiam imperium necessarium ad exequutionem medij.

Dices quomodo imperium sequitur voluntatem, cum sit actus intellectus ex D. Thom.

Resp. ex D. Thom. imperium esse intimationem quandam eius, quod est faciendum: hoc autem fieri potest dupliciter. Primo, indicatiuo modo per iudicium, quod res est faciéda; & hic actus præcedit electionem, & pertinet ad ordinem intentionis, cum sit iudicium de medijs, & dicitur impropriè imperium. Secundo, fit cum motione ad actionem, & exprimitur per imperium, vt fac hoc, & dicitur propriè imperium pertinens ad ordinem exequutionis, & exequens actum.

9 *Vsus est per se & propriè effectus causæ finalis.*

Quarta Concl. vsus est per se, & propriè effectus causæ finalis, quia actus hic non solum oritur ex affectu finis; sed etiam est medium ad finem: nam licet nomine vsus non solum intelligatur externa exequutio, sed etiam internus actus, quo voluntas applicat instrumenta ad exequendum medium; tamen tota actio constans ex actu imperante, & imperato verè, & propriè est medium ad finem; ergo est effectus finis.

Confirmatur, quia electio est de medijs; ergo quando media sunt talia, vt per vsum actiuum exerceri debeant, etiam ipse vsus actiuus sub electionem cadit; quia tota illa actio humana sub electionem cadit; ergo etiam actus internus voluntatis, quo proximé fit exequutio externa medij, habet rationem medij ad finem, atque adeo est effectus, quia vsus est.

Idem dicendũ de vsu tã passiuo, quam actiuo.

Dices an idem dicendum de vsu passiuo.

Resp. duplicem esse vsum vnum actiuũ, qui consistit in applicatione alicuius rei ad aliquid exequendum, siue illa applicatio fiat per volũtatem, siue per intellectum, siue per aliam potentiam, siue distinguatur ab electione, siue nõ, alterum passiuum, qui est operatio, quæ ad vsũ sumitur, quatenus ordinatur ad aliquid cõsequendum, vt ex Aug. 10. de Trin. c. 10. & 11. & lib. 1. de doctrin. christ. cap. 4. colligitur: quare dico idem dicendum de passiuo, ac de actiuo, quia totum sumitur ex affectu finis intenti.

10 *Actiones potẽtiarum imperatarũ a voluntate sunt effectus finis.*

Quinta Concl. actiones potentiarũ exequutiuarum, quæ à voluntate imperantur ad exequutionem finis, sunt effectus finis. Primo, ex 2. phys. tex. 28. 5. met. c. 2. vbi inter effectus finis ponit ambulationem factam propter sanitaté consequendam, & addit, *quæcunq; inter illud & finem media fiunt, vt attenuatio, purgatio, &c.* Secundo, quia oẽs huiusmodi actiones

nes

nes fiunt propter finem, cum imperentur ab intentione finis, & electione mediorum.

Refellitur opinio contraria. Contrarium alij, quia huiusmodi actus non habent realem dependentiam à fine; ergo non possunt causari à fine. Consequentia patet, quia non potest intelligi causalitas sine dependentia. Antecedens probatur, Tum quia huiusmodi actiones per se pendent a suis potentijs elicitiuis, & non nisi per accidens à fine; nam eatenus sunt à fine, quatenus sunt ab appetitu finis; sed hæ actiones non pendent per se ab appetitu finis, sed solum tamquam ab applicante potentias, cum illius imperio subdantur; at applicans dicitur causa per accidens: Tum quia finis immediate mouet appetitum, & hic potentias exequutionis; atque adeo finis remotè concurrit ad illas; at causa remota dicitur per accidens, vt auus dicitur causa nepotis. Tum tertio, quia finis nihil reale communicat huiusmodi actionibus, quia eiusdem speciei physicæ sunt, siue fiant casu, siue propter hunc, siue propter illum finem; vnde ab ordine ad finem non habent, nisi extrinsecam denominationem: consequentia patet, quia non pôt intelligi causalitas realis sine communicatione alicuius entitatis realis.

11 Confirmat. quia causalitas finis identificatur cum actione agentis ab vsu propter finem; at causalitas finis non potest identificari cũ actione externa, quæ non pendet à fine immediatè, sed mediatè.

Confirm. 2. quia causalitas finis consistit in metaphorica motione voluntatis; sed hæc motio licet possit intelligi, quoad actus elicitos, nõ tamen quoad imperatos à voluntate, & eorum effectus externos; quia finis non mouet metaphoricè potentias subiectas voluntati; sed hæc mouentur à voluntate non finaliter, sed effectiue, quatenus potẽtiæ applicantur ad suas operationes.

Resp. propter hoc argumentum Suar. disp. 23. sect. 3. num. 23. & sect. 4. num. 17. & 18. asserere videtur actiones externas non pendere à fine, vt causa physica, sed vt causa morali; nam actio externa physice est distincta ab imperante; tum quia moraliter censentur efficere vnã, cum eiusdẽ rationis sint scribere, & velle scribere in esse morali, fit, vt finis causando volitionem scribendi, causet etiam scriptionem, sed diuerso modo; nam in internam proximè, & physicè; in externã remotè, & moraliter, & hac ratione habent per se dependentiam à fine; vel melius in vtraque physicè concurrit, non quatenus inter se distinguuntur, sed vt sunt vnum moraliter, quia finis ad vtrumque mouet per modum vnius.

Ex quibus Resp. ad argumentum negando, huiusmodi actiones non habere realem dependentiam à fine, quia licet pendeant à suis potentijs elicitiue, tamen à fine pendent in sua entitate finaliter, quam dependentiam habent, dũ ordinantur per intentionem agentis ad finem; quare negatur, pendere solum, vt ab applicante, sed vt à mouente; neque finis remotè concurrit, si actiones illæ moraliter, & licet entitas physica actionis imperatæ, possit absolutè fieri sine dependentia ab hoc fine, non tamen, vt hic & nunc fit: Neq; obstat, quod varietur specie ex varietate finalis, quia non semper essentia effectus variatur ex concursu diuersarum causarum, vt patet ex calore producto à calore, & lumine.

Ad primam Confirm. Resp. etiamsi causalitas finis identificetur physicè solum cum actione interna, tamen moraliter identificatur cum externa, quatenus ex interna, & externa fit vna actio moraliter, ex D. Thom. 1. 2. q. 17. a. 4. & q. 20. a. 3. ad 1. 12

Sed hæc doctrina non placet alijs; Primo, quia non est vniuersalis; nam respectu actionũ Dei internarum finis non habet causalitatem vllam, & tamen causat actiones externas; ergo in has immediatè influit, & non mediante actu interno; vnde Suar. loc. cit. sect. 9. num. 9. concedit causalitatem finis identificari cum actione transeunte Dei; ergo similiter finis influit immediatè in actus externos à creatura imperatos; & sect. 4 num. 18 concedit, actionem creatam externam esse effectum causæ finalis, & causalitatem respectu termini producti, vt deambulatio est effectus sanitatis, & causalitas respectu digestionis; at non potest identificari cum effectu, in quem non influit immediatè.

Secundo, quia non habet solidum fundamẽtum, quoniam eadem ratione, qua inquisitio, & consultatio mediorum est propter finem, immo, & electio finis dicuntur esse propter finẽ, debent etiam dici operationes externæ; nam sicut actus intellectus, & electio non ordinantur in finem, nisi media intentione finis, & tamen sunt immediatè à fine; ita actus externi etsi ordinentur in finem media intentione, adhuc immediatè possunt fieri à fine.

Confirm. quia causalitas finis formaliter cõsistit in actione, qua operatio fit ab agente propter finem; sed nihil impedit, quo minus actiones externæ immediatè attrahantur à fine.

Tertio probatur ex distinctione fundamenti aduersariorum; nam aduersarij ideo putant, finem influere in actus externos, quia hi vniũtur moraliter cum internis, in quos finis immediatè influit, sed hoc est falsum; nam finis influit in aliquid, quia illud participat rationem, qua est causabilis finaliter; at hanc rationem ideo actiones participant, quia fiunt ab agente cum intentione consequendi finem; quare intentio non mediat inter finem, & actus externos, tanquam medium interpositum, *vt quod*, per quod finalizatum, finalizantur alia, sed vt medium assistens, & vt quo actus ordinantur in finem. 13

Quarto probatur, quia actiones, & opera variantur secundum entitatem factam ob vnum, vel alium finem. Aliter enim fit domus ad habitationem hominum, aliter ad habitationem equorum, nam iuxta exigentiam finis variantur opera, & operationes.

Ex quo soluuntur argumenta proposita, nã negatur non habere dependentiam à fine, cum immediatè attrahãtur, & fiant gratia finis: neq. 14

finis

finis per vnicam causalitatem influit in actus internos,& externos, licet causalitas in internos actus intentione præsupponatur ad causalitatem in externis.

A

Ad secundam probationem Respondetur, actum externum comparatum cum intentione imperante, vnde determinatur extrinsecè, cum per eam extrinsecè ordinetur in finem, sed cōparatum cum ipso fine, ab eo habet realem dependentiam, quoad suam entitatem, cum concurrat ad factionem eius, non elicitiuè, sed finaliter.

Ad tertiam Resp. posse eandem entitatem effectus permanere, etiamsi varietur causa, siue efficiens, siue finalis ex Suar. sect. 4. num. 18. at negamus, variato fine permanere eandem numero causalitatem, etiamsi inuariata maneat actio externa; nam idē numero effectus, qui erat effectus prioris finis, nunc est effectus posterioris, quare finis præter amabilitatem, comūnicat effectis entitatem suo tamen modo, & in hoc videntur errare aduersarij, quod existimāt causalitatem finis esse ipsam actionem agentis, cum hic sit effectus causalitatis, vt diximus.

B

Ad primam Confirm. Respondeo, pendere ex quæstione de subiecto causalitatis, de qua infra.

Ad secundam Confirm. Resp. potentias exequutionis moueri à fine mediante voluntate, non tamen medio formali, sed assistente, & vt quo; & sicut est idem motus ad id, quod est vt quod, & quod est vt quo, ita est idem motus, quo finis mouet voluntatem efficientem actus, & ad actum; nō quod illa sint vnum indenticè, sed inseparabiliter.

C

15 Ex quibus patet, effectus externos, qui sunt termini actionū externarum esse propter finē, vt optimè Fons. & Suar. loc. cit. Patet ex. 2. phy. 39. 5. met. c. 2. vbi effecta finis distinguit in opa idest actiones, & instrumenta. Secundo patet, nam negat nō solū ædificationē, sed ipsammet domum factam esse propter habitationem, & medicamenta propter sanitatem, nauim propter nauigationem.

Effectus externi actionū externarum termini sunt propter finem.

Contrarium Alij apud Fonsec. quia non potest explicari modus, quo finis influat in hos effectus.

D

Resp. Suar. loc. cit. sec. 4 nu. 15. finem influere in hos effectus mediante actione, qua producuntur, vel applicantur ad finem consequēdum. Fundamentum, quia cum non influat in effectus, nisi mediante causalitate sua; at causalitas finis est ipsa actio productiua, vel applicatiua agētis; ergo influit mediante actione agētis. Minor probatur, quia finis non causat actionē, nisi quamdiu agens actu causat aliquid propter finem; quare sicut cessante actione agentis cessat effectus permanens, nō causatur, sed fuit causatus; ita cessante illa actione nō causatur à fine, sed fuit causatus, & manet effectus ordinatus ad finem, vel per intrinsecam propensionem, vel per extinsecam denominationem. At dices, hinc nō sequi actionem agentis esse causalitatē finis respectu effectus: sed contra quia causalitas dicitur illa, qua mediāte effectus pēdet à causa; sed res pendet à fine mediante illa actione.

E

16 At hæc doctrina nō placet alijs. Primo quia licet finis non influat, nisi media actione agentis, concomitanter, nō tamen tamquam medio formali, nā finis immediate influit in illos effectus, posita, tanquam conditione necessaria, actione agentis; etenim dupliciter potest intelligi hoc mediū formale. Primo vt actio agentis sit causalitas finis, & patet ex dictis esse falsum, nō solum quatenus causalitas finis terminatur ad illā actionem effectus, & terminum suæ causalitatis, sed etiam vt influxus finalis terminatur ad ipsum effectum. Secundo huiusmodi effectus participant rationem effectus causæ finalis ex eo, quòd actiones, per quas fiunt sunt à causa finali, & id etiā esse falsum patet ex effectis Dei, qui sunt propter finem, & tamen actiones per quas fiunt, non causantur à fine secundum Thomistas dicentes, actionem, qua Deus producit effectus ad extra esse immanentem formaliter, & solum virtualiter transeuntem, & licet hæc opinio reijciatur communiter, tamē id saltem constat, non esse necessarium, vt effectus præcise ex ea ratione pendeat à causa finali, quia actio, qua fit, pendet ab illa causa; & ratio, quia causalitas, qua immediate effectus pendet à fine, non est actio.

Impugnatur modus Suar.

17 Ex quibus Resp. ad Fundamentū Suar. quod licet, si non existeret actio, non existeret causalitas finis, tamen hinc non sequitur esse medium formale, quasi illa sit dependentia formalis, per quam effectus pendet à fine, sed de medio necessario coexistente, & concomitante.

Dices quomodo effectus pēdet à fine. Resp. finem influere in actionem agentis, qua producitur effectus, & per eamdem numero causalitatem, qua influit in actionem, influit in effectum; quia eadem tractione, qua actio trahitur, vt fiat gratia finis, eius effectus etiam trahitur, vt similiter fiat; quia actio, & effectus non sunt duo, sed vnum obiectum totale ex vtraq; coalescens; nam vt dicitur de visione Dei, & Deo viso, ita de ædificatione domus, & domo ædificata; & hac ratione effectus causæ finalis non potest terminare causalitatem finalē, nisi vt stat sub actione agentis, ita Ægid. loc. cit. a. 6.

18 Verum hic auctor sibi in eodē cōtextu non satis constat, nam ibid. num. 5. probat, ex effectis Dei non esse necessarium ad dependentiā effectus à causa finali; vt actio, per quam producitur, pendeat à causa finali; & subdit; *nunquam tamen admittam, hos effectus in tantum pendere à fine, in quantum actiones, per quas fiunt causantur à fine, quasi dependentia finalis effectus per se, & veluti essentialiter pendeat ex dependentia finali actionis per quam fit,* deinde vero numero 7. fatetur, effectus nō pendere per aliam numero dependentiam, quā per eam, qua actio pendet à fine. Quare.

Dico Primo aliud esse actionem externā fieri propter finem; aliud, actionem dirigi in finem; nam directio actionis effectuum in finem potest esse, vel per habitudinem intrinsecam ad finem, vel per extrinsecam denominationē ab

Modus explicandi auctoris.

ab actu ordinante in finem : at fieri propter finem, semper est intrinsecum actioni, & effectui; quia verè illa entitas fit cócurrente agente, & fine; quia sine illorum concursu de facto non fit.

19 *Finis cócurrit ad actionem immediatè.*

Dico Secũdo finis cócurrit ad actionem nõ solum mediante motione, qua mouet agẽs, sed etiã immediatè. Primo, quia illa immediatè fit amabilis, & actrahibilis ex fine. Secundo quia modus agendi in habentibus cognitionem est, vt cognitus finis moueat appetitũ, & hic moueat potentias exequutiuas; ergo sicut cognitio cócurrit in genere causę efficiẽtis ad intẽtioné, & electionem, & cæteros actus voluntatis; & finis cognitus concurrit finaliter, ita appetitus cócurrit in genere efficientis ad actus potentiæ exequutiuæ, & finis in genere causæ finalis; ergo vt finis cócurrit immediatè ad actus potentiæ appetitiuæ, ita finis ad actus potentiæ exequẽtis; quia inter causam finalem, & actus potentiæ exequẽtis non mediat, nisi concursus in genere causæ efficientis, quæ non impedit immediatum concursum causæ finalis.

20 *Finis eodem concursu quo concurrit ad actionem, concurrit ad terminum.*

Dico Tertio, probabile mihi est, finem concurrere eodem concursu ad effectum, & terminũ actionis, quo concurrit ad ipsam actionem, qua fit; quia sicut causa efficiens non alio concursu cócurrit ad effectum, quam concurrendo ad actionem, qua fit effectus, & similiter materia, & forma; ita finis non alio concursu concurrit ad effectum, quam eo, quo concurrit ad actionem, qua fit effectus, vt optimè explicatum est.

Ex quibus patet, quod licet actiones imperatæ physicé, & secundum entitaté distinguãtur ab actu interiori voluntatis, qui est per modũ exequutionis; tñ in ratione actionis, & causalitatis finis, habent rationem vnius, & ab eadem causalitate oriuntur; nam idem est, finem mouere ad volitionem scriptionis, ac mouere ad scriptioné, quia sunt p modum vnius obiecti; sunt enim necessariò, & simpliciter coniunctæ, vt visio Dei, & Deus.

21 Secũdo Patet actum exteriorem esse per se, non per accidẽs à fine; quia per se, & necessario sequitur ex causalitate finis; etenim ita finis mouet voluntatem, vt simul, & per modum vnius moueat ad exequutionem actus imperati à voluntate. Neq; obstat, quod per hanc causalitatem nihil addatur actioni exteriori, nisi denominatio extrinseca; nam actio illa non dicitur esse à fine, solum, quia illa denominatio extrinseca est à fine; sed quia illa actio, vt hic & nunc fit, procedit ex motione finis in suo genere; & etiamsi possit secundum suam physicam entitatem fieri sine illa motione, quæ est propria causalitas finis; tamen de facto non fit sine illius causalitate.

Confirmatur, quia hæc causalitas non est in omnibus æquiparanda cum causalitate agentis, cum præcipuè hæc sit moralis, artificiosa, & intellectualis.

Tertio Patet, actus imperatos, vt hic, & nũc sunt, à tali agente, & fine, esse causalitatem finis respectu effectus propter illum finem; quia mediante illa pendet talis effectus à fine. Causalitas autem non est aliud, quam esse quasi viã, qua effectus est à tali causa in tali genere.

Dico quarto, in hac dependentia non est considerandus effectus, quasi materialiter, vt scilicet est talis entitas; nam sic, non semper requirit illam dependentiam per talem causalitatem, sed materialiter, vt hic, & nunc, tali modo fit, qua ratione includit necessariò ordinem ad talem actum, & modum operandi, vt melius patebit ex dicendis de causalitate finis circa effectus diuinos.

Dico quinto, semper tamen finis sic concurrens dicitur causa physica, quia concurrit suo modo ad effectum physicum.

22 Quinta Concl tam adeptio finis, quam finis adeptus est effectus causæ finalis. Ita Fonsec. lo. cit. sect. 2. Suar. sect. 3. num. 21. & 22. Conimbr. q. 22. art. 1. nam quidquid est effectus actionis agentis est effectus causæ finalis : sed adeptio passiua finis est effectus actionis agentis ex 2. ethic. ad Eudemum initio 2. phy. tex 23. vbi finis (id, est assequutus) dicitur terminus actionis, hinc sequitur, finem in esse reali esse effectum sui ipsius, vt est in intentione; quia nihil potest esse causa actionis, quin sit causa rei, quę fit per actionem.

Confirmatur, quia omne, quod per se habet causam efficientem, habet finalem, at adeptio, & finis adeptus, habent causam efficientem; ergo.

Contrarium docent alij, sed diuerso fundamento; nam aliqui probant, quia hinc sequeretur, idem esse causam sui ipsius; etenim aliquid non dicitur causa alterius, nisi quatenus est cã actionis, per quam fit; ergo si finis est causa productionis, erit etiam rei productæ; sed res producta est ipsemet finis, qui dicitur causa.

Confirm. quia in aliquibus finis non distinguitur ab ipsa productione, vt patet in contẽplatione, saltatione, citharizatione, &c.

Resp. 1. Suar. non esse absurdum in causa finali idem seipsum causare; nam repugnantia oritur, ex eo, quod in causa prærequiritur existentia ad causandum; at hæc existentia non reperitur in causa finali; nam finis *gratia cuius*, potius requirit actu non esse; etenim mouet, vt detur illi existentia.

23 Resp. 2. idem posse seipsum causare secundum diuersam rationem, cuiusmodi causalitas est in fine; Primo, quia causat, vt obiectiuè existit, sed causatur, vt existit realiter, & hoc dicitur esse primum in intentione, & vltimum in exequutione, & finis, & forma.

Secundo, quia causatur secundum suam entitatem præcisè; at causat vt intentus, & amatus; quare distinguitur aliquo modo à se ipso habente rationem, qua causatur, & qua causat; tum quia causatur præcisè secundum entitaté suam, at causat simul cum obiecto, vel fine cui, quare causa finalis adæquata est finis gratia cuius, qui deinde fit, & obiectum, vel finis cui, nam Deus visus est causa adæquata visionis p̃cisè, & sanitas desiderata est causa ipsius sanitatis secundum se. At instabis : Etiamsi intelligi

possit

posſit finem intentionaliter exiſtentem cócurrere ad actũ realem ſui; at non ſatis intelligitur quomodo idem ſit finis ſui ipſius, vt v. g. ſectio eſt quidem finis dolabræ, at non eſt finis ſui, ipſius. Sed finis non poteſt eſſe cauſa illius, cuius non eſt finis.

Reſp. poſſe dici, finem exiſtentem eſſe finem ſui, vt conſequuti, qua ab agente præconcipitur, vt finis.

Reſp. etiamſi finis non ſit finis ſui ipſius, tamen poteſt eſſe effectus, quia conſequitur ad actionem, quæ eſt effectus cauſæ finalis, vt ſupra.

Ad Conf. argumentum procedere de actionibus, quę non relinquũt opus poſt ſe, quæ dicũtur finis operãtis, de quibus dico, huiuſmodi actiones habere terminum intrinſecum, quod eſt qualitas, vel vbi, vt alibi oſtendimus, & hic ſit ex influxu agentis, & finis; quare nunquam reperitur, quod influxus ipſe ſit finis, qui non ordinetur ad alium finẽ; nam omnis cauſalitas ordinatur ad cauſatum, & in aliquibus præter hunc terminum datur finis obiectiuus, vt patet in cognitione, & ſimili, vnde finis adæquatus non eſt adeptio ipſa, & obiectum.

Reſp. 2. etiãſi dicatur, cauſalitatẽ eſſe finem, & per illam nullum produci terminum, adhuc non eſt abſurdum eſſe cauſam ſui, vt patet ex dictis.

24 At aliqui ex alio fundamẽto impugnant cõcluſionem; nam adepto fine ceſſat motus 1. de gen. tex. 55. at ceſſante motu, ceſſat actio agentis; hac autem ceſſante, ceſſat etiam cauſalitas finalis.

Reſp. Conimb. q. 23. ar. 2. adepto fine ceſſare actiones, quibus quæritur finis.

Sed contra; ergo finis adeptus non poteſt eſſe effectus cãæ finalis, quia tunc ceſſat cauſalitas finis.

Reſp. 2. omnes motus, vel eſſe formaliter inſtantaneos, & in his nõ eſt difficultas, quia actio inſtantanea eſt ſimul cum termino; actiones tñ, quæ aliquando ad illam præuiæ ſunt, vt in generatione formæ ſubſtantialis præuia alteratio, & viſione beatifica, quam præcedunt meritorię actiones, ceſſant dum forma exiſtit: vel eſſe formaliter ſucceſſiuos, & .l. hi ceſſant, qñ exiſtit forma sm̃ ſuum complementum, non tñ ceſſat actio inſtãtanea, qua acquiritur indiuiſibile cõplens formam, quod dr̃ terminus extrinſecus motus. Ita Suar. to. 3. ad tertiam diſp. 8. ſec. 2. §. *vltimus ergo, & verus dicendi modus*, & diſp. 18. met. ſec. 2. nu. 16. vnde diſp. 40. met. ſect. 4. n. 48. & ſec. 5 n. 50. ponit in vltimo mutato, & eſſe motus, mutationem inſtantaneam. Verum hæc doctrina de indiuiſibilium exiſtentia, in ſubſtãtijs, & qualitatibus non admittitur ab omnibus, & à multis reijcitur, vt noua, & contra communem philoſophiam, vt Vaſq. Aeg. Luſ. & alij, nam ſi in quantitate hac indiuiſibili probabiliter negatur, quanto magis in ſubſtantia, & qualitate, vt fusè Cap. 2 d. 2. q. 1. a. 3. ad tertiũ Greg. contra sm̃, & d. 18. q. 1. a. 3. ad tertiũ, cõtra primũ, Hiſpal. 2. d. 2. a. 4. Vaſq. 1. 2. diſp. 80. c. 5. n. 27. & 31. & diſp. 82. c. 6. n. 23. Burl. 1. phy. tex. 11. Sonc. 5. met. q. 20. ad primũ, & 4. Tolet. 6. phy. in tex. 23. quæſt. 1. ad 9. Conimbr. cap. 2. quæſt. 1. a. 3. ad 6. Fonſ. 5. met. c. 13. qu. 6. ſec. 4. quare.

Reſp. formam diuiſibilem, quæ acquiritur per motum, habere totum eſſe completum in inſtanti terminatiuo motus, ſine additione alicuius entitatis diuiſibilis, vel indiuiſibilis, ſed totum illud eſſe habet nouo modo, nam immediate ante inſtans eſt in motu, ſed in inſtanti habet illud idẽ in ſtatu quieto, & ſub acquiſito eſſe. Vnde etiam ſi in eo inſtanti ceſſet motus, non tamen ceſſat terminus eius eſſe effectus agentis, quia terminus motus eſt effectus agentis, quatenus eſt in termino motus; at vt eſt effectus agentis eſt etiam neceſſario effectus cauſæ finalis, ita Fonſ. 5 met. c. 2. q. 10. ſect. 2. in fine; & ratio eſt, quia effectus actionis ſucceſſiuæ non eſt, dum eſt ſucceſſio, ſed immediatè poſt actionem, quia in inſtanti terminatiuo nihil realitatis acquiritur in effectis, ſed ſolum nouus ſtatus eiuſdem rei, nam vt prius erat ſub motu, & actione, nunc eſt in termino, & quiete.

Conf. quia actio eſt via ad terminum; at via non eſt cum termino, ſed præcedit terminum. Ego addo, quod licet non ſit actio cum ſucceſſione; eſt tamen actio ſecundum conſeruationem termini.

Sexta Concl. Amor finis adepti eſt effectus finis. Probat Suar. diſp. 29. ſec. 3 nu 14. nã amor circa finem poſſeſſum, & non poſſeſſum, vel eſt idem numero, vel eiuſdẽ rationis; ſed amor circa finem non poſſeſſum eſt effectus, vt infra: vnde 1. 2. q. 23. a. 4. & q. 26. a. 2. tribuit cauſalitatem finis eodem modo in vtrumque amorem; ſed hæc non probat, tum quia ſupponit illos amores eſſe idem numero, vel eiuſdem rationis, quod à multis negatur; tum quia ſupponit amorẽ eſſe ſimplicẽ effectum, quod negant, neque Diuus Thomas explicat in quo genere cauſæ, vterque cauſatur, an efficientis, an finalis. 25

Amor finis adepti eſt effectus finis.

Secundo, probant alij ex duplici cauſalitate, quo finis influit primo, quoad aſſequutionem, quæ ceſſat ceſſante actione aſſequutiua: ſecundo, quoad conſeruationem, & hæc manet donec manet conſeruatio; ſed conſeruatio manet poſt finem adeptum; ergo etiam cauſalitas finis; ſed hæc doctrina non placet; tum quia aliqui non cognoſcunt hanc duplicem cauſalitatem, vt tribuitur Fonſec. contra Caiet. tum quia quæſtio non eſt de conſeruatione amoris, ſed de prima productione amoris circa finem conſequutum, vt notat Suar.

Tertio, probant alij, nam ſicut agens concurrit intrinſecè, & immediatè ad conſequutionem finis, & extrinſecè, & mediate ad amorem naturaliter reſultantẽ ex hac conſequutione, ita etiam finis cuius cauſalitas comitatur ſemper cauſalitatem agentis.

Confir. quia finis propter quem agens operatur non eſt ſimplex aſſequutio, ſed perfecta, & conſumata, ideſt cum omnibus connaturalibus pfectionibus, tã vt ex illis fit vnũ bonũ p-

fectum, ita eius finis: ex quo D. Tho. infert adequationẽ finis, & delectationem non esse duos fines, sed vnum, vt Caiet. 1.2.q.1.ar.1.6. ad quorum euidentiam, Fonſ. lo. ci. q. 10. ſec. 3.

Dices: Amor præuius ad exequutionem non est effectus causæ finalis: ergo neq; consequens, qui si essent duo amores in vtroque militat eadem ratio.

Resp. Suar. negando antecedens; sed quia id est contra dictum: ideò Respondent alij negádo esse eandem rationem; quia amor præuius non supponit alium amorem, ergo non potest esse gratia finis prius amati; at consequens supponit amorem, siue eundem numero, & illum perficit, nam prius non erat detentio obiecti, & nunc est, siue distinctum, & etiam perficitur, quia est comprehensiuus finis. Hæc alij, quod examinare non est huius loci.

26 17. Concl. Delectatio consequens adeptionẽ finis est effectus causæ finalis, nõ solum vt causantis adeptionem, sed & conseruationem eius.

Delectatio cõsequens adeptionem finis est effectus causæ finalis.

Primam partem, primo, alij probant, quia non distinguitur ab amore, vt Cap. 1. d. 1. q. 1. ad primum contra tertium.

Secundo, probat Suar. quia delectatio non vera passio, sed actus causatur in suo genere ab obiecto cognito inducente voluntatem, vt in eo quiescat propter illius bonitatem, & huiusmodi motio est causalitas finis.

Tertio, alij probãt, quia finis causat assequutionem perfectam cum omnibus suis perfectionibus, nam causalitas, quæ terminatur ad aliquem effectum terminatur, etiam extrinsecè ad omnia, quæ illum effectum perficiunt, & comitãtur; at delectatio ordinatur ad assequutionem, vt eius perfectio 10. eth. c. 4. quia dat illi facilitatem, & constantiam, vnde ex delectatione, & adeptione fit vnum obiectum completũ, & virtus finis consumatus, ex 1.2.q.2.a.6. ad 1. & q. 34. per totam & 4. d. 49. q. 3. a 4. quæst. 3. & 3. contr. gent. c. 26. vnde 7. eth. c. 11. & 12. delectatio dicitur finis partialis.

Secundam partem probant, quia delectatio est propter operationem, qua possidetur finis; ergo causatur ab operatione illa, vt fine, ex 2. eth. 3. & à D. Tho. 3. contr. gent. c. 26. Neq; contra hanc aliquid est solidi, quod obijciatur.

ART. IV. De effectis causæ finalis, quoad ordinem intentionis.

27 PRimo Not. in ordine intentionis posse distingui quatuor actus primus, est amor simplicis complacentiæ; secundus, desiderium inefficax consequendi finem; tertius, intentio, & desiderium efficax consequendi finem; quartus, electio mediorum.

Quatuor actus in ordine intentionis.

Secundo Notan. An circa hos actus versetur causa finalis, varias fuisse sententias, nam aliqui circa nullum ex illis habere causalitatem, quod causalitas finis sit tantũ circa media: hi actus non sunt media.

Alij affirmant circa omnes habere causalitatem finis: licet circa amorem simplicis complacentiæ non est proprie, vt circa intentionem, ait, Gabr. 2. d. 38. q. vn. a. 1. ex Arimi. apud Suar. At Suar. sec. 3. putat absolutè circa omnes actus esse causalitatem, & Heru. 2. p. ar. 4. q. 6. forte voluit citare art. 49. q. 6. citat etiam D. Thom. 1.2.q.1. a. 1. vbi, vniuersaliter ait, omnes actus humanos esse propter finem, at esse propter finem est esse effectus finis, sicut esse ab agente est esse effectum agentis. Mol. 1. p. qu. 5. d. 1. ad finem Conimb. lo. ci.

Alij deinde negant de amore simplicis complacentiæ, & affirmant de alijs. Occham. 2. q. 3. a. 2. Licch. Gabr. d. 1. q. 5. a. 1. not. 2. vbi ait, *Item causa finalis non dicitur causa amoris, quo ipse amatur ab agente, quia amor ille non amatur propter illum finem.* videtur Henr. quodl. 1. q. 8. vbi amori finis non tribuit causam efficientem. Arim. 1. d. 1. q. 1. a. 2. in confirm. primę cõclus. vbi causalitatem finis ponit in eo, quod aliquid fiat ex amore finis. Ferr. 1. contr. gent. c. 37. §. *ex antecedenti,* hæc simpliciter Fonsec. 5. met. c. 2. qu. 18. sect. 2. Vasq. 1. 2. d. 3. c. 2. Cord. lib. 1. qq. q. 42. ad secundum argumentum; fundamentum; quia deest causalitas finis, quæ supponit amorem præuium finis, vt ex eo aliud fiat.

Prima Concl. in ordine intentionis reperitur causalitas finis. Ita Fonſ. loc. cit. q. 10 sect. 2. & videtur communis, tum antiquorum, tum recentiorum, quia in hoc ordine multa fiunt ab agente gratia finis, nam consultatio, iudiciũ de consultatis, electio horum, quæ sunt iudicata, fiunt ab agente gratia finis. 28

In ordine intentionis reperitur causalitas finis.

Contrarium docent aliqui apud Fonsec. qui sola media, quæ in executione assumuntur, sint gratia finis; alioqui neque imperium, nec vsus, quibus applicantur media essent effectus causæ finalis.

Secunda Conclus. omnes actus, qui in ordine intentionis sunt causa media, sunt verè, & propriè effectus causæ finalis. Patet inductione, nam omnes sunt tres: Prima, est consultatio. Secunda, est iudicium. Tertia, electio: at hæc omnia sunt effectus finis: ergo. Minor probatur de consultatione ex 2. ethic. ad Eud. *&* *qui consultant, omnes gratia finis consultant. & scopum habent præfixum certum.* & infra. *Tendit eo consulendo, quomodo finis in ipsum adducatur, & quomodo ipse in finem producti possit.* Secundo, idem patet de iudicio circa cõsultata; nam multo magis est propter finem; etenim consultatio est, vt feratur iudicium de ijs, qua sunt apta ad consequutionem finis. Tertio, probatur de electione ex 2. phys. text. 49. *Horum, inquit, quæ fiunt, alia quidem propter aliquid fiunt, alia vero non, horum autẽ alia quidem sunt electio, alia vero non secundum electionem; ambo enim sunt in ijs, quæ propter aliquid.* & 6. ethic. c. 2. appetitus autẽ, eaque ratio, quæ alicuius est gratia, electionis principium est. & 2. ethic. ad Eud. *Nemo, inquit, finem, sed ea, quæ fini consequendo conferunt, eligit quemadmodum nemo sanum esse, sed ambulare, sedere sanitatis gratia, & in vniuersum declarat; semper eligens, quod alicuius gratia eligit.*

Media sunt effectus finalis causæ.

Con-

Confirm. ex natura electionis, quæ versatur circa media; at media formaliter non amantur, nisi propter finem; ergo electio est propter finem: at esse sic, est, esse effectum finis, quia hic influit in omnia, quæ fiunt gratia ipsius.

Secũdo, probatur rõne, quia finis est principiũ omnium actionum humanarum, 2. phy. 89. sed hi actus sunt humanæ naturæ; ergo sunt à fine, vt earum principio.

29 Conf. quia omnes hi actus maximè procedunt ex intentione finis.

Impugnatur contraria opinio alterum. Contrarium aliqui Electio eatenus causatur à fine, quatenus causatur ab intentione finis; sed ab hac causatur in genere causæ efficientis, vt ostendit Vasq. 1.2.d.23 c.4.n.41. ergo.

Conf. quia sequeretur medium causari etiã à fine.

Conf. 2. quia finis causat solum media, quia illa tantum sunt propter finem: sed electio, & cœteri hi actus non sunt media, sed actus circa media; actus autem distinguitur ab obiecto.

Resp. idem posse fieri de omnibus actibus circa finem, qui pendent à potentijs, vt applicatis à voluntate; quia hæc applicatio est ab appetitu in genere causæ efficientis; at patet illos esse propter finem, vt supra.

Resp 2. ex Vasq. electionem ab intentione causari effectiuè, sed à fine intento, finaliter, quare diuerso modo causatur ab vno, ac ab altero.

Resp. 3. Suar. hos habere triplicem dependentiam à fine; primo, effectiuam; secundo, directiuam, & vtramq; habet ratione intentionis; nam voluntas mouet, & dirigit potentias ad actus, imo seipsam per vnum actum ad aliũ; tertio, elicitiuè, & hoc modo electio, & alij actus sunt à fine ratione propriæ causalitatis; quare negatur, eatenus causari à fine, quatenus causantur ab intentione finis, si ly (quatenus) dicit rationem formalem, si vero dicit rationẽ concomitantem, facilè conceditur, vt supra.

Ad 1. Confirmat. medium posse considerari primo, secundum propriam entitatem, & hoc, quando fit per actum ex motione finis, causatur à fine: aliquando vero nequaquam, quando .s. præexistit, sed tamen applicantur, vt sunt medicinalia mixta, quæ applicantur ad sanitatem; secundo, secundum amabilitatem, & sic semper causatur à fine in potentia ab actuali, vt alibi est explicatum.

Ad 2. Resp. Suar. primo, negando maiorem, quia non tantum media sunt propter finẽ, sed quidquid essentialiter pendet à fine, & procedit ex amore finis.

Resp. secundo, negando minorem, quia vsus, & electio dici possunt media, vt supra, quia omnis actus elicitus à potentia formaliter libera, est intrinsecè voluntarius, id est voluntas per modum actus; ipsa igitur electio, cum sit elicita à voluntate, est etiam intrinsecè volita; sed non est volita, nisi propter assequendum finem; nam vt res eligitur propter finem, ita electio exercetur propter finem, vt v.g. qui eligit ieiunium, vt satisfaciat pro peccatis, non solum refert in eum finem ieiunium, sed etiam volitionem ieiunij, quia ad eum finem necessaria

A est illa electio, & in ea reperitur bonitas, quæ est in medio respectu finis.

Confirm. ex consultatione, quæ est medium ad finem, quod si consultatio actu directo appetatur, tunc illa volitio est circa medium ad finem, quia vult consultare, vt pateat sibi mediũ ad finem; ergo similiter, si reflexa voluntate, quis vult eligere hic, & nunc; tunc electio est quoddam medium; ergo similiter, quando hoc non fit actu reflexo, eo modo, quo electio est in actu exercito volita, ita est medium.

Tertia Concl. Intentio finis est effectus causæ finalis. Ita Fonsec. loc. cit. quæst. 10. sect. 2. *§. sed dicendum est*, Conimbr. q. 22. a. 1. opin. 1. Suar. disput. 23. sec. 3. nu. 8. & 9. & est sine dubio Heru. quodl. 1. quæst. 8. vers. *de hoc dubium est*, vbi ait, *ipsius actus intendendi nihil prohibet ipsum finem mouentem, esse causam efficientem, & finalem; efficientem, in quantum reducit effectiuè voluntatem de potentia ad actum; finalem vero, in quantum ipse amor potest habere aliquam proprietatem ex ordine ad ipsum finem.* Fundamentum, quia quidquid fit gratia, id est ex amore finis, est effectus finis; vt patet ex definitione finis: sed intentio finis fit gratia finis; quia agens allectus ex amore finis, vult consequi finem per media saltem indefinitè sumpta; intentio autem est volitio efficax consequendi finem: quare intentio non necessariò supponit aliam intentionem, vt putat Heru. sed amorem finis. 30 *Intentio finis est effectus causæ finalis.*

B

C Contrarium docent alij, qui citantur. Ster. apud Suar. sed falsò, vt diximus, ex quibus tamen aliqui omnino negant esse effectus, vt Vasq. 1.2. disp 3. c.2. & 3. quod deberet dari processus in infinitum; nam si intentio est effectus finis, & effectus hic procedit ex intentione, tunc intentio procederet ex alia, & ita de hac quæri potest in infinitum.

Respond. Heru. deueniri ad intentionem primagentis, quæ non causatur ab ipso fine, & ibi sistatur.

D At melius Fonsec. & alij negant necessario intentionem pendere ab alia causa, sed ab amore simplicis complacentiæ, in quo sistatur, neq; omnis amor est intẽtio. nã amamus virtutem et in hoste, quam tamen non intendimus consequi, nam intentio est causa finis cum ralatione ad media, per quæ consequitur; vnde non est impossibilium; at voluntas est primus actus, & potest esse circa impossibilia 1. mag. mor. c. 18. & 3 eth. c. 2.

E Alij vero concedunt, finem esse causam horum actuum propriè, non tamen proprijssimè, ita Conimb. loc. citat. nam ille est effectus proprijssimè finalis causæ, qui est circa media ex præhabita intentione finis; qui enim sunt circa finem, sunt quidem propriè effectus, non proprijssime, & perfectissimo modo: sed intentio finis non est huiusmodi; ergo non est effectus perfectissimo modo. Maior probatur ex peculiari habitudine finis ad media, tũ quia illæ actiones solum exercentur propter finem obtinendum.

Resp. negando antecedens, nam satis est, quod procedat ex amore finis, vt perfectissimo modo sit effectus finis: sed hi de nomine disputant, etenim constat, omnes effectus ab eadem causa non causari eodem modo; quod autem vnum modum vocant perfectum, alium perfectissimum, est quæstio de nomine, quando in vtroque effectu vocat causalitas eiusdem rationis.

31 *Desiderium finis est effectus finis.* Quarta Concl. Desiderium finis est effectus finis. Ita Ferr. 3. contr. gent. c. 64. §. circa, ad quod addit D. Thom. Suar. sect. 3. Conimbr. loc. cit. Vel enim desiderium est idem, ac intentio, vt aliqui volunt; & patet, esse effectum finis, vt est intentio; vel distinguitur ab intentione, vt putat D. Thom. 1. 2. q. 25. a. 2. & q. 26. a. 1. in corp. Conimbr. loc. cit. Fons. lo. cit. q. 1. sect. 2. §. quod obiectum, Vasq. disp. 40. c. 2. & probatur: Nam licet tam desiderium, quam intentio sit circa finem, vt consequendum, vt rectè Conimbr. contra Vasq. tamen differunt, quod desiderium sit volitio inefficax, idest non dicens relationem ad media, at intentio est volitio efficax dicens relationem ad media indefinitè; sæpè enim desideramus bonum amatum consequi, non tamen intendimus media adhibere ad illud consequendum, quia desiderium etiamsi sit inefficax volitio finis, procedit ex amore finis; nemo enim desiderat id, quod non amat ex Diu. Thom. 1. 2. q. 25. a. 2. & 9. & q. 26. a. 2. & 3 d. 22. q. 1. a. 1 ergo fit gratia finis, quia fieri gratia finis, nó est aliud, quam fieri, ex amore finis.

Contrarium Fonseca loc. cit. qu. 10. sect. 11. Vasq. disp. 7. c. 2. & 3. sed fundamentum eorum est falsum, quia falsò putant desiderium finis nó distingui ab amore finis, sicut desiderium mediorum identificatur cum electione mediorum.

Difficultas manet de amore simplicis complacentiæ circa finem, vnde sit.

ART. V. De amore simplicis complacentiæ circa finem, an sit effectus finis.

32 *Causalitas causæ finalis quomodo sumatur.* PRimo Not. maximam de hac re exagitatam esse controuersiam inter Recentiores, sed si rem benè consideremus non sine magna temporis iactura; nam pendet ex cognitione, quid nominis causalitatis finalis; si enim causalitas finalis dicitur quæcunque dependentia alicuius ab aliquo fine, sine dubio erit effectus causæ finalis, quoniam amor pendet à fine, cum sit illius obiectum; sicut cæteræ omnes cognitiones pendent à suo obiecto, cum hoc tamen discrimine, quod alij actus non sunt formaliter circa finem, sed circa eorum obiecta sub alia ratione formali: at amor est circa bonum, quod est finis non solum materialiter, vt obiectum cœterarum potentiarum, & actuum, sed formaliter, quia amor finis in intentione, vt conueniens, & appetibilis.

Secundo Not. finem accipi posse primo pro termino inclinationis, qua ratione, omne obiectum alicuius actus potest dici finis. secundo, pro causa finali, hæc dicitur id, cuius gratia aliquid fit.

A Prima Concl. Amor causatur à fine, vt habet rationem obiectam in genere causæ efficientis. Ita Heru Fons. sect. 2. Vasq. Gabr. 2. d. 1. qu. 5. concl. 1. Greg. Palud. Soncin. & alij. Probatur ex similitudine aliorum obiectorum, respectu actuum, qui sunt circa propria obiecta; nam vt ille exigit determinari ab obiectis, siue per species, siue alia ratione, vt possit elicere actus, ita volũtas exigit determinari ab obiecto proprio repræsentato per cognitionem illius; neque .n. apparet ratio, cur extra potentia sint forma insufficientia in genere causæ efficiẽtis sine obiecto; & voluntas sit in genere efficientis sufficiẽs principium sui actus quare dicimus, bonũ cognitum mouere voluntatem ad actum tanquã obiectum illius per cognitionem sui in genere B causæ efficientis, & hac ratione intellectus dicitur concurrere ad actum voluntatis, dum proponit illi obiectum. 33 *Amor causatur à fine, vt habet rationem obiecti in genere causæ efficientis.*

Contrarium alij, quod scilicet bonum apprehensum moueat voluntatem in genere causæ formalis, vel finalis tantum, vt Capr. 2. d. 25. qu. 1. Hysp. ibid. Torrens. de Trin. cap. 27. a. 2. Iauel. 9. met. q. 6. Bagn. 1. p. q. 80 ar. 2. quia etiamsi alia obiecta concurrant ad actum effectiuè, nó tamẽ obiectum voluntatis; quia obiectum huius est bonum; at hoc non est virtus actiua, sed finalizatiua respectu actus, quem terminat; ergo non concurrit in genere causæ efficientis, sed finalis; nam concursus dicitur esse propor- C tionatus virtuti concurrenti. Minor probatur ex D. Thom. 1. p. q. 82. a. 4. vbi ait, aliquid dicitur mouere dupliciter. primò per modum finis, sicut dicitur, quod finis mouet efficientem, & hoc modo intellectus mouet voluntatem, quia bonum intellectus est obiectum voluntatis, & mouet ipsam, vt finis. 34 *Refellitur opinio aliorum*

Resp. Caiet. 1 p q. 82. a. 4. & q. 80. a. 2. quod non mouet finaliter, quoad exercitium actus, sed actiuè quoad specificationem actus voluntatis: sed non placet, quia ex D Thom. 1. 2. q. 9. a. 1. obiectum mouet determinando actũ ad modum causæ formalis, & hoc conuenit obie- D cto, vt sic, tam respectu voluntatis, quam aliarum potentiarum; quare differentia inter voluntatem, & alias potentias solum esse debet de motione quoad exercitium actus.

Ego Resp. moueri voluntatem ab obiecto, quoad exercitium actus primo cõplendo principium actiuum, & ita finis concurrit effectiuè. secundo, attrahendo principium completũ, & sic mouet finaliter, vnde 1. 2. q. 9. a. 3. ad 4. dicitur; *Non eodem modo mouetur voluntas ab intellectu, & à seipsa*; sed ab intellectu quidem mouetur secundum rationem obiecti; à seipsa vero quantum ad exercitium actus, quantũ ad rationem finis.

2. Concl. Amor causatur à suo obiecto, et vt E obiectum habet rationem finis. Patet, quia finis dicitur terminus inclinationis potentiæ: at huiusmodi est obiectum respectu actus volũtatis. 35

Confirm. quia ex Aug. lib. 11. de Trinit. c. 6. voluntas videndi non habet finem nisi visionẽ, siue referat ad aliud, siue non; sic voluntas videndi fenestram habet pro fine fenestrã, inquit Gabr.

Gabr.2.d.38.q.vn.not.2.vnde omne obiectum voluntatis hac ratione poteſt dici finis reſpectu actus tendentis, in illud obiectum.

Confirm.2.ex D.Thom.3. contr. gent. c. 2. vbi ait, *finem eſſe id, quo tendit impetus agentis*;at per hunc amorem voluntas tendit in obiectum.

Confirm.3.quia omne agens agit propter finem,vt infra ex D.Thom. 1.2.qu.1.a.1. ad ſecundum,ſed voluntas producendo hunc amorem,eſt agens;ergo agit propter finem;ſed non habet alium finem, quam obiectum ; ergo reſpicit obiectum,vt finẽ. Minor probatur, quia in amore poteſt conſiderari. Primo, influxus voluntatis, qui eſt cauſalitas. Secundo, terminus huius, & eſt qualitas quædam; quæ dicitur terminus intrinſecus influxus. tertio,eſt obiectum,qui dicitur terminus exequutionis:ſed illa cauſalitas reſpicit ſuum terminũ tam intrinſecum,quam extrinſecum, vt finem, *qui*,nam voluntas influit, vt habeat obiectum, & illud poſſideat.

Confirm.ex D.Thom.q.22 de verit.a.2. vbi ait,quod ſicut influere cauſæ efficientis eſt agere,ita influere cauſæ finalis eſt appeti ; at finis vere appetitur per hunc amorem; ergo finis eſt cauſa.

Difficultas manet, an habeat veram rationẽ cauſæ finalis,quam diſtingui à fine putat Gab. 2.d.1.q.5.not.1.eoquod finis eſt terminus rei, ſeu operationis, vt forma ; vel effectus productus eſt terminus motus, ſeu operationis, quo producto ceſſat motus,vel operatio;at cauſa finalis dicitur id, quo agens mouetur ad operandum,ſiue referatur alio, ſiue non.

36 *Primus amor ſimplicis complacentiæ obiecti cauſatur ab obiecto in genere cãa finalis.*

Tertia Concluſio,probabile eſt, primum amorem ſimplicis complacentiæ obiecti, cauſari ab obiecto in genere cauſæ finalis propriè. Probatur primo,ex natura finis; nam hæc conſtituitur per bonitatem amabilem propter ſe ; ſed amari propter ſe, eſt gratia ſui amari : ſed amari gratia ſui, eſt cauſalitas finis; quia amor ille fit gratia bonitatis finalis ; finis enim eſt id, *gratia cuius*, ideſt propter cuius bonitatem aliquid fit ; ergo amor circa finem cauſatur à fine in genere cauſæ finalis.

Confirm.quia ly(propter) ex Ariſtot.ſignificat cauſalitatem finalem,vt cum quæritur,propter quid medicina appetitur, & reſpondetur propter ſanitatem, cenſetur cauſam finalem aſſignare.Sed aduerſarij dicunt ly (propter)in illa reſponſione non ſignificare cauſam finalem exercitam,ſed rationem volendi ; quia bonitas eſt ratio volendi finem;nec mirum,quia ly(ꝓpter) ſolet etiam ſignificare cauſalitates aliarũ cauſarum ex D.Thom. qu.5.de poten.a.5.qu.5.ad tertium,& ſignificat Ariſtot. 2.phyſic.tex.68.dum cauſam in communi dicit eſſe id,propter quam res eſt : at tunc ſignificat cauſalitatem finalem, quando refert actum diſtinctum circa finem,ab eo,qui dicitur effectus; vt cum dicitur *aliquis velle potionem propter medicinam,ideſt quia vult medicinam*, ex D.Thom. 1.p.q 19.a.5.in fine,dum ait; *voluntatem, quæ aliquid vult propter finem, non ita ſe habere, vt velit hoc eſſe propter illud, ſed potius hoc, quia vult illud* : & ratio ex Vaſq.loc.cit.c.4. ad primum,quia finis non finalizat,niſi vt volitus: quare in dicta propoſitione ly (propter) denotabit rationem volendi cum negatione habitudinis independente à bonitate alterius.

Sed contra,quia omnis effectus, qui oritur à ratione formali conſtitutiua cauſæ finalis,eſt effectus cauſæ finalis:ſed huiuſmodi eſt hic amor complacentiæ ; ergo eſt effectus cauſæ finalis. Maior probatur : quia cauſalitas, pro qua eſt effectus eſſe debet proportionata virtuti, à qua oritur: ſed virtus,à qua oritur hic effectus eſt formalis ratio finis; ergo ſicut effectus, qui oritur à ratione formali conſtitutiua efficientis eſt effectus illius in genere efficiẽtis,ita,&c. Minor probatur, qa duæ ſunt rationes cõſtitutiuæ cauſæ finalis; prima eſt,vt ſit bonitas amabilis per ſe, ideſt cum negatione habitudinis ad aliud,per quod amatur. Secunda, vt habeat habitudinem ad effectus : ſed in bonitate finis reſpectu illius amoris eſt vtraque habitudo; nã: de prima conſtat, cum ſupponitur non amari propter aliud: de ſecunda facile probatur; qa ille amor,cum pendet ab illo fine, ſic habebit habitudinem ad illum,vt ſuum effectum, tum quia actus procedentes à potentia cauſantur ab ea ſecundum rationem ſui obiecti, obiectũ autem voluntatis eſt bonum,& finis ex D.Th. p.2 q.1.a.1. 37

Dices habitudinem cauſæ finalis ad proprium effectum fundari in bonitate finis, non ſecundum ſe,ſed vt amata per alium amorem. 38

Sed contra,quia in bonitate amata, amor, à quo denominatur, non eſt cauſa ſequentis actus in genere cauſæ finalis, ſed ſolum in genere cauſæ efficientis, quia per ipſum mouetur, & applicatur potentia ad producendum alium actum;ergo non poteſt conſtituere bonitatem in genere cauſæ finalis in ordine ad actum ſequentem. Quod ſi dicant,eſſe conditionem,ſine qua non bonitas haberet rationẽ cauſæ finalis; tunc illud obſtat,quia non poteſt eſſe conditio,ſine qua non,ex parte bonitatis,ſed potius ex parte exiſtentię actus,quatenus amor mouet potentiam ad producendum actum ſequentem;cum finalizare, ſit dare amabilitatem effectui,& ratione illius communicare exiſtentiam; tum denique ſequeretur,intentionem nõ eſſe circa finem formaliter, quia non eſt neceſſarium,vt ante intentionem finis præcedat alius actus iux a eumdem finem;nam poteſt ſub tali ratione repræſentari voluntati, vt ſtatim in ea cauſetur volitio efficax finis, quæ eſt intentio ; ex quo argumento oſtenditur Reſponſio dicentium,voluntatem moueri ab obiecto,vt eſt finis,finaliter, non formaliter.

Confirmatur,quia omnis actus humanus eſt effectus cauſæ finalis: ſed amor ſimplex finis eſt actus humanus, cum procedat ab homine, vt liber eſt, iuxta doctrinam Diui Tho.1.2.q.1.a.1. nam licet aliquando primus actus ſit neceſſarius, tamen id non ſemper eſt neceſſe, quia poteſt fieri ex perfecta cognitione obiecti.Maior probatur, quia idem eſt eſſe effectum finis, 39

& esse propter finem, sicut esse ab agente est effectus agentis, sed ille amor est propter finem; tum quia ille amor non fit temere, & casù; sed voluntas ex directione intellectus tendit per actum in determinatum obiectum, vt scopum illius; nam ex D. Tho. 3.contr.gen.c.2. *in ijs, quæ agunt propter finem, hoc dicimus esse finem, in quod tendit impetus agentis, quia hoc adipiscens dicitur adipisci finem, & deficiens dicitur deficere à fine*; neq; dicatur, actum illum tendere in obiectum, non in finem, etenim obiectum est finis ipsius actus. tum quia dupliciter voluntas potest producere aliquem actū, primò, vt mota ab alio actu, & hac ratione tendit in media; Secundo vt à se ipsa allecta ab obiecto, & hac ratione mouetur quoad amorem simplicem obiecti: sed vtraq; ratione tendit in finem; ergo amor simplex est propter finem. Minor patet; tū quia obiectum illud mouet voluntatem sub ratione finis, cum moueat sub ratione conuenientis, quæ est ratio constitutiua finis ex D. Tho. 1.2.q 1.a.1. tum quia si actio agentis naturalis dicitur esse propter finem, solum quia habet suum terminum, siue intrinsecum, siue extrinsecum, multo magis actio omnis voluntatis, quæ habet suum terminum, & est ex cognitione: vnde aliqui attendentes vim argumenti putant, vel negandum, omnem actum liberum esse humanum, vel negandum omnem actum humanū esse propter finem: sed vtrumq; est contra D. Tho. loc. cit. & veritatem ipsam, vt probaui. & falso dicitur, ꝙ vt voluntas dicatur, se ipsam agere necesse sit, vt moueatur ad aliam actionem per impulsum à seipsa sibi impressum, vt putat Vasq. 1.2.disp.38.c.3.nu.10. nam hac ratione nō diceretur seipsam mouere ad finem, atque adeo dicetur potius agi, quā agere more Brutorum; & præterea neq; intentio esset circa finem formaliter, nec per eam voluntatem diceretur seipsa mouere; quia non est necessariū, vt ante intentionem præcedat voluntatis actus circa finem. Secundo probatur ex natura causæ efficientis; nam omne agens agit propter finem: sed voluntas, respectu talis amoris, est agens, quia elicitur ab illa: ergo agit propter finem. Maior probatur; tum ex Diuo Tho. 1.p. q.44.a.4.& 1 2.q.1.a.2.& 3.contr.gent.c.2. tū ex Arist. 2. phy. vt nos infra referemus, & probabimus; vnde communis vox est dicentium, quod habet causam efficientem, habere causā finalem, vt Conimbr. 2.phy.c.7.q.9.a 2.Suar. disp.26.sec.3.num. 3. tū quia omne agēs, quod non temerè, & casu agit, respicere debet finē, à quo in agendo dirigatur. Neq; dicas sufficere aduertentiam ad id, quod fit, vt actio nō sit causalis; nam vbi est aduertentia ad id, ꝙ fit, ibi est causalitas finis; etenim inde mouetur voluntas ad producendum, ad quod est aduertētia.

40 *Obijcitur primo, ꝙ ad amorem finis non mouetur agēs à seipso, sed attractus à fine, vt obiecto.*

Sed contra hanc conclusionem. Primo Circa illum actum finis exercet causalitatem finalem, ad quē agens non ab alio, sed à seipso mouetur ex D. Tho. 1.2.q.1. a.2. quia finis non exercet suam causalitatem, nisi circa actionē, quam agens elicit propter finem; at agens non elicit actionem propter finem, nisi ordinando suam actionem in finem; quod est, se mouere in finē: sed ad amorem finis non mouetur agēs à seipso, sed attractus à fine, vt obiecto; ergo amor ille finis nō pendet à fine vt causa finali. Minor probatur; tum quia mouere se in finē, est agere ex consilio, & deliberatione, naturaliter enim agere, est, agere motus ab alio, at primus amor finis non est ex consilio, & deliberatione: tum quia dupliciter potest voluntas attrahi à bono sibi proposito; Primo ꝑ simplicem complacentiam illius; Secundo cum ordine ad consequutionē eius; & quidē obiectum non dicit rationem causæ finalis; nisi includat ordinem ad consequutionem ipsius, cū finis sit id, rōne cuius cōsequēdi aliquid fit; sed hic ordo non includitur in attractione facta à bono simpliciter cognito, sed vt amato; quia voluntas ad bonum vt cognitum, nō à se ipso, sed ab alio mouetur; cum tamen ad bonum vt amatum, à se ipso per amorem illius, moueatur. Hinc D. Tho. 1.2.q.9.a.4. vbi Caiet. & de Malo q.6.a.1. ex Ansel. c. 22. de casu Diaboli ad illam actionem voluntas se mouet, quam operatur ex amore finis: & Arist. 1. Ethic. ad Eudem. c.18 & 1. Magn. mor. c.8. ait, primam voluntatem esse ab aliquo extrinseco, scilicet à bona fortuna.

Confir. quia causa finalis est extrinseca effectui; sed obiectum bonum est intrinsecū amori, & intentioni ipsius: vnde Suar. ait, intentionem esse propter finem non quidem extrinsecum, sed intrinsecum. 41

Confir. 2. quia finis cōcurrit ad sui amorem in genere causæ efficientis; ergo non in genere causæ finalis, quia hæc duo genera causarum non concurrunt in idē respectu eiusdem. Antecedēs probatur ab Occham. 2.q.3. Gab. d.1. q.5.a.1. Her. quodlib.1.q.8.& quodl.6. q.1. Iauel. 5.met.q.6.a.3. ad secūdum, Fons. c.1.q.10. sec.2. quia est obiectū respectu amoris, at obiectum respectu actus concurrit nō metaphoricè, qualis est causalitas finalis, sed propriè; ideo enim finis dicitur mouere metaphoricè, quia non mouet per suā formam immediate, vt mouet efficiens, sed mouet per sui amorē, & desiderium, motio autem amoris, & desiderij est metaphoricè; at finis ad amorem sui nō mouet mediate alio amore, nam daretur processus in infinitum, sed per suam intrinsecam perfectionem, & bonitatem.

Confir. 3. quia finis est gratia cuius aliquid fit. 2.phy.29. sed amor primus finis non fit gratia finis; quia idem est fieri gratia finis, ac ex amore finis, vt docet communis expositio; at primus amor non supponit amorem finis.

Confir. 4. quia sequeretur, Bruta, dum appetunt bonum, agere propter finem; nam sicut homo mouetur in bonū allectus ab illo bono, ita & Bruta; Neq; dicas esse discrimen, ꝙ homo feratur in bonum propter seipsum cognitum, vt bonum formaliter, at non sic Bruta; nā inquit Vasq. Bruta etiam feruntur in bonū cognitum vt bonum, & conueniens suæ naturæ,

quæ

quæ cognitio est sine compositione, sed p simplicem apprehensionem.

Confir. 5. fini ratione suæ bonitatis duo conuenire, Primo vt gratia sui ametur, vnde attrahit voluntatem, ex qua consequitur. Secundo vt alia propter ipsum amentur: at ratio causæ finalis non est posita formaliter in priori habitudine, sed in posteriori, vt patet ex definitione finis: ergo obiectum ratione prioris habitudinis non exercet formaliter causalitatem finalis, sed formaliter in actu primo; ergo actus secundus supponit voluntatem esse motá formaliter à bono per amorem sui.

42 Resp. propter hoc argumentum præcipuè Tertiam & Quartam Confirmationé probabilis est opposita opinio, quæ fundari debet, sed qa probabilior est conclusio posita, ideo Resp. ad hæc argumenta, & Ad primum Resp. Primo, negando consequentiam, quia ibi committitur fallacia consequentis; nam licet omnis actio, ad quam se mouet agens ex deliberatione consilij, sit effectus causæ finalis; non tamen omnis effectus causæ finalis est ab agente, quod se moueat ex deliberatione consilij, cum dentur actus humani, & liberi ex deliberatione pfectæ cognitionis sine consilio, & inquisitione, vt constat ex operationibus Angelorum, qui sine discursu operantur.

Resp. Secundo cócessa maiore, negatur minor, nam cum homo liberè amet finem, se mouet in finem: in hoc enim distinguitur actio libera à necessaria, quod ad illam homo se determinet, sed ad hanc determinatur ab alio, vt alibi dicetur. Ad primá probationé respondeo, satis agere ex deliberatione, cum agit liberè, quia libertas supponit in intellectu cognitioné deliberationis, in quo sensu D. Tho. 1. 2. q. 6. a. 2. dicit de fine esse deliberationem, dum ait, *perfectam cognitionem finis sequitur voluntas secundum rationem perfectam, prout scilicet appræhenso fine, aliquis potest deliberare de fine, & his, quæ sunt ad finem, moueri in finé, & non moueri*. Neque dicas, ly (deliberans) non cadere formaliter supra finé, sed præsuppositiuè; formaliter vero supra ea, quæ sunt ad finem, quia D. Thom. vtrumq; coniungit sub actu deliberationis; ergo supra vtrumq; deliberatio, formaliter cadit: At instabis D. Tho. 1. 2. q. 14. art. 2. negat de fine esse consilium, atque adeo deliberationem, & 3. Ethic. cap. 3. & 2. ad Eud.

Resp. deliberationem accipi dupliciter. Primo, vt consequentem inquisitionem, & consilium, & hanc negat esse de fine, vt sic; nam supponitur esse principium consilij, quomodo D. Thom. q. 16 de mal. a. 4 negauit, posse in instáti. Secundo, quando non sequitur inquisitionem, & consilium ab noto rerú obiecto, quod perfectè cognoscit, & tunc amor finis potest esse ex deliberatione, quia hæc non esset aliud, quam perfecta cognitio obiecti, de qua D. Th. loc. cit. ad 7. fatetur esse in instanti.

43 *In obiecto duplex datur modus mouë. di voluntaté.* Ad secundá probationé Resp. concedendo in obiecto duplicem illum modum mouendi voluntatem, sed negatur habere rationem causæ finalis solum quando mouet ad actum inténtionis, quæ est voluntas efficax consequendi finem; nam etiam mouet ad actum simplicis cóplacentiæ, cum enim per illum liberè voluntas tendit in obiecto, causabitur ab hoc in genere causæ finalis, quia se mouet in obiectum, vt finem; & licet voluntas dicatur se mouere, quádo per amorem alicuius obiecti se mouet ad amorem alterius, tamen etiam dicitur se mouere, quando per liberum amoré primo amat obiectum, vt aduersarij fatentur, quoad intentionem; Neq; his aduersatur D. Tho. loc. cit. cum dicunt, voluntatem moueri ab aliquo extrinseco quoad primum motum, quia non loquitur de motu, vt est à principio proximo, qa sic destrueretur eius libertas, sed vt est à primo mouente, vt ibidem ad tertium asserit: vel loqtur de motu, quo mouetur à seipsá, vt obiecto; nam quoad primum motum non mouetur à seipsa obiectiuè, quia primus actus non est formaliter voluntarius obiectiuè, nisi virtualiter, sed mouetur ab extrinseco obiecto, & à se ipsa effectiuè applicando se ad volendú, & nolendum; sed quoad cæteros actus mouetur à se ipsa etiam obiectiuè, quia finis vt amatus, mouet ad electionem, & cæteros actus, & hac ratione dicitur omne agens agere propter finem appetitu rationali; sed de sensu D. Tho & Arist. loquitur, de quibus motibus voluntatis, qui in nobis fiunt sine deliberatione.

Ad primam Confirm. Resp. causam finalem esse extrinsecam actui, sicut est omnino obiectú quoad eius constitutionem intrinsecam, neque contrarium docent aduersarij, sed solu, quod, cum duplex sit finis, vnus extrinsecus actioni; alter intrinsecus, dicunt, obiectum dici finem intrinsecum, non extrinsecum. 44

Obiectum voluntatis non concurrit in genere causæ efficientis. Ad secundam Confir. primo negatur, obiectum voluntatis concurrere in genere causæ efficientis, vt docet communiter opinio Theologorum Cap. 2. 25. qu. 1. a. 3. ad primum, & 2. contr. secundum, & ad argumenta Heru. cont. tertium, vbi ait esse causam non effectiuam, sed specificatiuam, & determinatiuam per modum formæ, vel finis. Heru. ipsemet a. 49 q. 6. lit. L. & N. Alens. 1. p. q. 17. mébr. 3. Scot. 1. d. 1. q. 4. ad secundú principale Soncin. 5. met. q. 2. 9. sciendum est secundo. Conimbr c. 7. q. 21. Suar. disput. 23. met. sect. 4. num. 8. Ferr. 2 contr. gent. c. 44. 6. Circa istam propositionem, qui omnes dicunt, finem mouere voluntatem, tam ad sui amorem, quam ad electionem mediorum metaphoricè, quia omnis motus per allicitionem est metaphoricus: Ex his autem aliqui dicunt, illum motum non esse in genere causæ finalis respectu amoris sui, sed formalis, & specificantis, vt Ferr. Alij, esse in genere causæ formalis, & tribuitur D. Thom. 1. p q. 82 a 4. & 1. 2. q. 9. ar. 1. & qu. 22. de verit. a. 12. & vbique dicitur, docet appetibile mouere appetitum per modum finis. Neq. obstat fundamentum aduersariorum dicentium, omnem potentiam allici à suo obiecto, & tamen non mouetur metaphoricè; nam id falsum est, quia huiusmodi tractio solum conuenit, obiecto voluntatis ratione suæ boni,

bonitatis; etenim alia mouent effectiuè, vel specificatiuè.

45 *Explicatur particula definitionis finis cuius gratia.* Ad tertiam, finē dici id, cuius gratia aliquid fit, ly *cuius gratia*, non significat amorem finis præsupponi ad id, quod fit, & est effectus causā finalis, vt male aduersarij supponunt, sed significat causalitatem finis, vt sensus sit, finis est, propter cuius bonitatem aliquid fit, vt bene Conimbr. q. 22. & Suar. disp. 23. sect. 3. num. 10. & 16. finis enim per suam bonitatem immediatē mouet voluntatem alliciēdo eā ad sui amorem, at hæc motio, cum sit metaphorica, vt dictum est, non potest pertinere ad aliud genus causæ, quam finalis, ex quo Suar. loc. cit. num. 7. & 12. in ratione causalitatis finalis non includere ordinem, quo finē consequatur, quia non solum vera media, sed etiam intentio, desiderium, & alia, quæ immediatē sunt circa finem sunt, & fiunt propter finem, etenim hæc participant aliquo modo rationem medij, vt benè Suar. nu. 12. neq; placet, quod Vasquez docet, motionem metaphoricam dici; quæ pendet à fine, vt amato; nam omnis motus allicitus volūtatis ab obiecto est metaphorica motio.

Respondet 2. Capr. ad 3. contra primum, finem, vt est in intentione, mouere propter se ipsum, vt est in re, ita vt vno modo causet actū volendi, & alio modo terminat illum.

Ad quartam, negatur, primo bruta ferri in bonum propter Ipsum bonū; non enim habēt hanc perfectionem, vt infra Secundo, negando, sufficere causalitatem finalem, vt agens feratur in bonum formaliter cognitum sub ratione boni, sed etiam est necesse, vt seipsum moueat in finem, vt infra explicabitur.

46 Ad quintam Resp. negando causalitatem finalem non esse sitam in eo, quod finis ametur gratia sui, licet perfectior sit, & magis explicita causalitas respectu mediorum; vnde in fine post sunt distingui tria genera effectuum, iuxta triplicem modum causandi, quorum vnus alium in causando excedit. Primus est respectu eorū, quæ causat ex intētione finis amati, qui est perfectissimus, & respicit media, & actiones, quæ circa media explicite versantur, & hæc habent perfectissimam rationem effectus. Secundus est respectu intentionis, quam ex se causat finis, vt amatus, quia finis amatus mouet ad voluntatem consequendi finē, & hic modus, vt est imperfectior primo, ita eius effectus habet imperfectiorem rationem effectus. Tertius est immediatē ab ipsa bonitate finis respectu sui amoris, & hic est imperfectior primo, & secundo, quia in huius modi effectus, vix apparet causalitas finis; Inter has autē hic ordo est, vt amor præcedat intentionem, hæc electionem mediorum; vnde illa est prima causalitas primitate originis, sed non perfectionis; vltima vero est prima prioritate perfectionis, sed vltima origine.

DVBITATIO III.

An finis respectu omniū prædictorum effectuū, & causalitatum sit vna, an multiplex causa.

1 *Opinio affirmans.* PRima Opinio est dicentiū, finē habere multiplicē rationem causæ, quia causa est diuersi generis, ex diuerso modo causandi effectus, vt patet ex diuisione causæ in quatuor genera: sed finis habet diuersum modum causandi respectu suorum effectuum; nam amorem sui aliter causat, quam electionem mediorum, & aliter delectationem, ac desiderium obiecti, vt patet ex dictis. ergo.

Opinio affirmans. Secunda Opinio est dicentium, per omnes huiusmodi causalitates constitui vnam rationē causæ finalis; nam diuersitas illa effectuum causatur ex vno modo causandi; oriuntur enim ex vna radice scilicet intentione, & amore finis, & mihi placet; etenim omnia illa causat sub vna ratione, scilicet vt bonum, quare ad omnia concurrit, vt ad cuius gratia: pro cuius explicatione.

2 *Plures causalitates subordinata vnam efficiunt causam.* Not. quando ex vna causa sunt plures causalitates sub ordinatæ, vel quæ reducuntur ad vnam rationem causandi communem, illas non efficere plures causas, sed vnam: quod profecto non contingit in fine; nam omnes causalitates sunt subordinatæ, quod cum clarius pateat in agente per intellectum, in eo explicabimus. Primo igitur mouet appetitum agentis, quam causalitatem sequitur, vt media sint bona, & conuenientia etiam appetitur: vnde sequitur electio; posito enim appetitu finis, statim sequitur propensio quædam inter media, & appetitum appetentis; quia realiter in appetitu finis continetur volitio mediorum; quare finis nihil præstat, nisi hanc propensionem medijs: & quia actiones etiam aliæ sunt necessariæ ad finem consequendum, etiam aliæ actiones, quibus assumuntur media, & exequuntur effectum; vnde causalitas respectu mediorum electionis, & productionis est eadem; quia omnia illa habent rationem medij, omnia enim & subordinata sunt, & præstantur à fine sub eadem ratione, scilicet Boni; & eadem ratio delectationem causat; quoniam eadem ratio boni, quæ causat desiderium: causat delectationem cum est præsens.

3 *Causa non variatur ex variatione effectuum.* Dices ex his varijs causalitatibus varij oriuntur effectus specie distincti; ergo causalitates sunt specie distinctæ: ergo causæ constituentur specie distinctæ. Primum Añs probatur, quia electio, & intentio specie distinguūtur; & similiter exequutio ab electione, & delectatione.

Resp. non variari causam ex varietate effectuum; quoniam maior vnitas est in causa, quā in effectibus: vnde causa efficiens est vnius generis, & tamen habet varium modum concurrendi scilicet in creatione, & generatione.

Quæ-

QVAESTIO V.

De principijs constituentibus causam finalem in actu primo causandi.

DVBITATIO I.

Quæ sit ratio formalis constituens finem in actu primo.

1 *In causa finali requiritur virtus constituens causã in actu primo.* PRimo Not. in causa finali sicuti in cæteris causis, præter causalitatem, & effectum, requiri virtutem, per quam cõstituatur in actu primo, & per se; ad hoc autem duo genera principiorum constituentium, possunt cõcurrere. Primum, quod constituit, vt ratio formalis, ex qua est causalitas, & effectus. Secundum, quod constituit illam, vt cõditio sine qua non.

2. Not. in fine quatuor posse distingui. Primum, est ipsa bonitas. Secundum, est cognitio, per quam cognoscitur illa bonitas. Tertium, est ipsa existentia obiectiua bonitatis, quã habet ex vi cognitionis. Quartum, est existentia realis rei, quam agens intendit per suam actionem consequi.

2 *Finis constituitur per ens in esse causæ secundũ alios* Prima opinio est dicentium, rationem formalem, qua finis cõstituitur in actu primo, potens causare esse ens, quia ens est obiectum voluntatis, sicut est intellectus, cum idem sit obiectum cognoscitiuæ, & appetitiuæ potentiæ, vt patet inductione omnium sensuum, nam idem est obiectum visus cognoscitiui, & appetitiui, & auditus cognoscitiui, & appetitiui, & sic de alijs; & materia, cuius potentia receptiua, & appetitiua respicit eandem formam, vt informatiuam: at nullum est ens, quod non sit appetibile propter se. Ita Doctores, qui dicunt obiectum adæquatum voluntatis esse ens, quos sequitur August. & Almain. vt infra quæst. seq.

3 *Alij ponunt bonitatẽ constituentem formalem.* Secunda opinio est dicentium, rationem cõstitutiuam esse bonitatem, non quæ adæquatè diuiditur in honestatem, iucunditatem, & vtilitatem, sed quæ est communis ad bonitatem, & malitiam, quam dicunt esse appetibilem per actum prosequutionis, sicut bonum diuisum in tria illa membra odibile; quare cum dicitur obiectum voluntatis esse bonum, vel intelligitur de hoc bono vniuersalissimo, q cõuertitur cum appetibili, vel de bono speciali, si debet dictum illud explicari de obiecto primario, vel de obiecto secundum legem ordinariã, at secũdum legem extraordinariam. Ita Nominales, de quibus infra.

4 *Alij ponũt bonitatẽ, vt excludit malitiam oppositam honestati* Tertia opinio est dicentium, rationẽ formalem, qua constituitur finis in actu primo esse bonitatem, vt excludit malitiam oppositam honestati, & iucũditati; & hæc communis, quæ non aliunde probatur, quam ex obiecto voluntatis, quod est bonum diuisum in honestum, iucundum, & vtile; quia appetitus est inclinatio in aliquod, vt rei conueniens; nihil enim appetit sibi disconueniens. Ita cõmunis apud Suar. disp. 23. sect. 5. ex D. Thom. 1. 2. q. 1. art. 1. & 3. contr. gen. c. 2. & 3. Alens. 1. p. q. 17. membr. 3. & q. 34. memb. 1. & Arist. 2. phys. tex. 31. 5. met. c. 2. 1. Ethic. c. 7. 2. Ethic. ad Eud. circa fin. & Dion. c. 4. de diuin. nomin. vt nos alibi fusius. Nam illa est prima ratio finalizandi, quæ est proxima ratio alliciendi appetitum, quia causalitas finis est motio quædam metaphorica, quæ dicitur allicitio, & inclinatio: sed sola bonitas est proxima ratio alliciendi, & mouendi appetitum; & mihi placet. Neq; obstat fundamentũ primæ sententiæ, tum quia etiam appetitus naturalis inclinatur in rem, vt sibi bonã, iuxta illud Arist. *materia appetit formam, & turpe pulchrum*, quare eadem forma, vt informans, præcisè specificat potentiam, vt informabilem, & vt perfectio, & conueniens specificat potentiam, vt est appetitus quidam naturalis; tum quia est diuersa ratio in appetitu naturali, seu innato, & animali; quia appetitus naturalis non est potẽtia distincta productiua, vel receptiua, atque adeo non necessario respicit diuersum terminum formaliter; at animalis est diuersa potentia cognoscitiua, atque adeo habere debet obiectum formaliter distinctum. Neque obstat, quod afferunt de visu cognoscitiuo, & appetitiuo, quia non datur visus cognoscitiui, nec distinguitur ab appetitiuo, sed est eadem potentia, quæ dicitur cognoscitiua, vt producit actum; & appetitiua, vt inclinatur in actum per innatum appetitum. Neque fundamentum secundæ sententiæ vrget, v. infra, & hoc satis de dubitatione, quæ hac ætate omnium consensu est explosa à scholis.

DVBITATIO II.

An hæc bonitas constitutiua finis debeat esse realis, an possit esse apparens.

ART. I. Opiniones Doctorum.

1 *Principiũ cõstitutiuũ finis in actu primo est bonitas realis quoad essentiam, & existentiam.* PRima opinio est dicentium, hanc bonitatẽ debere esse realem, tam quoad essentiam, quam quoad existentiam; quia de ratione finis est mouere voluntatem ad cõsequutionem sui applicatam mediorum: sed media non applicantur ad consequendam rem habentem bonitatem per intellectum, sed realiter, & à parte rei, quia actiones, per quas acquiritur finis, cum sint à parte rei, debent habere terminum, & finem existentem à parte rei.

Confirm. quia cum causalitas sit realis, non potest habere causam, nisi realem, quia effectus non est perfectior causa.

Triplex finis, sc. productionis, rei productæ & in intentione agẽtis ex Trombeta. Confirm. 2. quia ex Boneto 3. phys. c. 3. vbi triplicem ponit finem; vnum productionis, & terminus illius est realis, & posterior ijs, quæ sunt ad finẽ. Alterũ rei productæ, & est totũ, siue essentiale, siue integrale respectu suarũ partiũ; nam hæ sunt, & fiunt propter totum, & hic finaliter est realis, & posterior medijs; & similiter forma, quæ est materia finis, & subiectum, quod est finis accidentium. Tertium, dicitur finis in intentione agentis, qui est realis, nam necess.

necessario infert agens, cum subiectum includat prædicatum; at agens est respectu realis entis.

2 Secunda opinio est dicentium non necessario debere esse realem, sed posse esse apparentem, & existimatum. Est communis apud Suar. disp. 23. sec. 5. ex D. Thom. 1. 2. q. 8. art. 1. nam constat experientia homines moueri à re, quæ sibi apparet honesta, vel delectabilis ad comparandam illam, cum tamen illa nec sit honesta, nec delectabilis: vnde sæpe agimus aliquod, quod putamus vtile ad finem, cum non sit tale; imo sæpe est nociuum.

Posse esse realem, & apparentem.

Confirmatur, quia finis per suam bonitatē non mouet vt est in se, sed vt repræsentetur per cognitionem; at tam vera, quam conficta bonitas potest repræsentari per cognitionem; ergo vtraque potest esse principium causalitatis finalis.

Confirm. 2. quia id expresse habet Arist. 2. phy. tex. 31. & 3. de anima tex. 52. 1. ethic. c. 2.

3 Tertia Opinio est dicentium esse bonitatem realem quoad essentiam, sed non realē, quoad existentiam. est Suar. loc. cit. n. 15. vbi ait, voluntatem nunquam moueri, nisi à vera bonitate, quia nunquam mouetur nisi ab honestate, delectatione, & vtilitate, quæ omnia habēt conceptum realem, sed aliquando hæc bonitas non reperitur in re, quā tamen sequi volumus, sed appræhenditur in illa existere: quare nunquam est deceptio in ratione formali; sed in applicatione rationis formalis ad subiectum: & hinc fit, vt res mouens appareat bona, cum nō sit, sed vera bonitas mouet; vt si quis ab furtum, vt inde faciet eleemosinā, amat quidē honestatē misericordiæ, sed illa nō est in furto, nisi apparenter, & hæc opinio mihi placet.

Bonitatē finis esse realē quoad essentiam, & obiectiuā quoad existentiam.

ART. II. Opinio Auctoris.

4 PRima Concl. finis potest esse res, quæ apparet bona. patet ex dictis in Secunda opinione nā *amat vnusquisq;* inquit Arist. 8. Eth. c. 2. *nō quod ipsum est bonū, sed quod apparet, sed nihil referet, nā amabile apparens erit.*

Finis est res bona apparēter.

Secunda Concl. Bonitas, quæ formaliter cōstituit rē bonam, vt sic causatiuē finaliter, semper est realis quoad rationem formalem, sed non semper realis quoad existentiam, sed solū apparens obiectiuē. Secunda pars patet ex dictis, & illam concedunt omnes, quia verè sæpe fallitur intellectus, dum existimat, rem habere bonitatem, cum verè non habeat. Prima pars probatur, quia finis est causa realis, vt patet ex dictis, sed non potest esse realis sine ratione formali aliquo modo reali; atqui non est realis quoad existentiam, vt infra; ergo saltem quoad essentiam, & formalitatem. Minor probatur; tum ex dictis in prima opinione, tum quia prædicatum reale nō potest verificari de subiecto, nisi habeat aliquam realitatem; nam alioqui esset falsū prædicatio, cum subiecto repugnaret prædicatum: sed non est necessaria realitas in subiecto remoto; diximus enim priuationes, & negationes posse denominari ab huiusmodi prædicato: ergo debet esse in subiecto proximo, hoc autem est bonitas constituens causam finalem in actu primo. Neque dicas, non esse absurdum, vt prædicatum reale denominet subiectum non reale, sicut non entia & entia rationis dicuntur causare realiter ex D. Tho. 1. 2. q. 8. a. 1. ad 3. & 5. Ethic. c. 2. non, inquam, id dicas, quia illis nō posset cōuenire causalitas realis, nisi tribueretur ab intellectu bonitas realis; atq; adeo ratione huius sunt capaces denominationis; at si in illis nulla poneretur realitas, nō haberent capacitatem talis denominationis, sed prædicatum repugnaret subiecto ratione omnium partium.

Bonitas, constituēs finem, est realis quoad essentiam, & aliquando obiectiua quoad existentiā.

5 Confir. quia voluntas non mouetur à bonitate, nisi vt illam per media consequatur: sed bonitas, & perfectio, quam appetit consequi, non est secundum se ens rationis, sed aliquod reale; vnde infra ostendemus, finem causare secūdu esse reale apprehensum; at Resp. Aduersarij cum Fonsec 5. met. c. 2. q. 1. sec. 4. finis dicitur causare secundum esse reale, vt excludit esse intentionale; quia non intenditur finis vt est in intentione, sed vt est à parte rei. Sed Cōtra, quia ex eo intendi finem, qui existet à parte rei, iam habetur intentum, qui hæc existentia non tribuitur ab intellectu, nisi bonitati habenti conceptum realē, etiamsi fallatur quoad existentiam; quod manifestatur exemplo naturæ, quæ intēdit generare v. g. hominē, etiamsi deinde generet monstrū, quia in intentione naturæ id, quod repræsentatur est humana natura secundum veram essentiam; & quod dicitur de intentione naturæ, idem omnino dicendum de intentione agentis per cognitionem, nam sibi repræsentatur veris conceptus bonitatis, & perfectionis, honestatis, & delectationis &c.

Voluntas mouetur à bonitate, vt illam per media consequatur.

ART. III. Afferuntur argumenta Aduersariorum, & soluuntur.

6 DIces; sicuti datur bonum abstrahens à vero, & apparenti, quod est obiectum adæquatum voluntatis; ita datur honestas delectabilis abstrahens à vera, & apparenti, quæ est adæquata ratio finalizandi; ergo hæc ratio non est necessariò realis secundum essentiam.

Obijcitur dandam esse bonitatem abstrahentem.

At Respondent, quod datur bonū illud abstrahens, quia dicit remotam bonitatē sibi applicatam; at non sic datur bonitas sic abstrahēs à vera, & apparenti, quia dicit essentiam bonitatis non applicatā subiecto: nam contra; licet enim bonitas non dicat concretionē in subiecto, tamen vt est ratio finalizandi in actu exercito, non abstrahit à subiecto, quia res non finalizat, nisi substat sub bonitate; ergo bonitas, vt est ratio finalizandi, abstrahit à vera, & apparenti.

7 Cōfirmatur, quia bonitas formaliter est cōuenientia vnius rei cum alia; sed hæc conueniētia potest esse vera, & potest esse solum apparens; ergo &c.

Confir. 2. Bonitas, quæ concipitur in re, præsupponitur ibi esse actum intellectus, & voluntatis; nā res dicitur bona alteri, quia intellectus sic illā

sic illam concipit; sed sic illam concipit, quia est talis in re ex Suar. disp. 10. sec. 2. n. 12. vnde intellectus decipitur, dum concipit bonitatem in re, cui non conuenit; ergo bonitas, quæ cõcipitur in re, non semper est vera bonitas, sed apparẽs; consequentia probatur, quia cum sit ante operationem intellectus non vera, sed vt apparens præsupponitur, quod non habet apparentiam ex applicatione bonitatis ad rem fictæ ab intellectu, vt patet in pomo coloribus pulchro, & intus corrupto, apparet esse delectabile gustui, cum tamen non sit; sic etiã in eleemosina facta ex re furtiua apparet honestas cum tamen non sit vera honestas.

Confir. 3. quia ex prima conclusione illa bonitas habet existentiam obiectiuam: sed existẽtia obiectiua non potest conuenire veræ essentiæ, sed solum apparenti, quia existentia debet proportionari essentiæ.

8 Resp. Primo benè ibi responsum; Ad replicam, quod etiam si res non finalizet, nisi vt bona, non tamen sequitur, bonitatem secundum essentiam abstrahere à vera, & apparenti; sed solum habere illam abstractionem ratione existentiæ in subiecto.

Respondetur non dari hãc bonitatem abstrahentem.

Resp. Secundo etiamsi bonitas secundum se possit abstrahere à vera, & apparenti, non tamẽ vt est formalitas constituens causã in esse realis causæ; quia ad hoc exigitur forma realis, saltẽ quoad essentiam.

Ad primam Confir. ratio conuenientiæ cum appetitu alicuius rei, est rõ formalis bonitatis; sed illa est realis, quia est perfectio appetitus realis, & si non verè, saltem apparenter.

9 Ad secundam, etiamsi bonitas præsupponatur in re, tamen aliquando illa præsuppositio est vera; quando scilicet bonitas verè existit in re; aliquando est falsa, quando bonitas realis non verè existit, sed concipitur existere in re: quare tota negatio realitatis est quoad existentiam realis bonitatis: Neque exemplum, quod afferunt aduersarij, iuuat, sed potius obest; quia delectatio apparens non est formaliter ille color pomi, sed arguitiuè, eoquod intellectus ex illo putat, ibi esse delectationem veram, & realem secundum essentiam eiusdem rationis cũ illa, quam concipit esse in pomo verè suaui, sed dicitur solum apparere secundum existẽtiam, & similiter honestas, quæ concipitur in eleemosina rei furtiuæ est eiusdem rationis secundum essentiam, cum ea, que concipitur in eleemosina rei propriæ; licet fallatur quoad existẽtiam.

Ad tertiam Confir. Resp. existentiam obiectiuam posse conuenire enti, tam reali, quam non reali, quia existentia obiectiua nõ est aliud, quam illa, quæ conuenit obiecto intellectus, vt sic: at obiectum intellectus potest esse, tam essentia realis, quã non realis; tunc enim ex illa colligitur ens rationis, quando est tale ens, cui alia realitas conuenire non potest.

A

DVBITATIO III.

An omnis ratio bonitatis possit constituere finem in ratione causæ finalis.

De hac Suar. disp. 23. sect. 3. & 6. Conimbr. 2. phys. c. 2. q. 22. a. 1. Vasq. 1. p. disp. 82. c. 2. & 1. 2. disp. 4. c. 2. & disp. 12. a. 2.

Primo Not. ex Arist. 8. Ethic. c. 2. & alibi sæpe; Bonum diuidi in honestum, delectabile, & vtile: vbi honestum appellat nomine boni simpliciter propter excellentiam, quam habet supra alia bona. 1

2. Not. ab omnibus cum Arist. loc. cit. concedi, bonum honestum, & delectabile habere rationem finis, quia vtrumque est propter se amabile, de qua Suar. disp. 23. sec. 5. nu. 16. 17. Difficultas solum est, de bono vtili, an possit ẽt exercere causalitatem finalem.

B

3. Not. Bonum vtile posse accipi dupliciter. Primo, materialiter, idest res, quæ est vtilis, quæ tamen potest alia ratione esse honesta, & delectabili; vt ambulatio potest esse amabilis, non solum propter sanitatem, sed etiam vt delectabilis, & sub hac ratione constat, esse posse finẽ. Secundo, formaliter, quod ab Arist. 8 Eth. c. 2. dicitur, vtile videtur, p q̃ efficitur aliquod bonum, idest honestũ, aut voluptas; vnde fit, bonũ vtile non esse amabile propter se, sed ꝑpter aliud consequendum; ex hoc est, vt bonum vtile reciprocetur cum medio. Dubitatio igitur est de bono vtili, & medio, non materialiter accepto, sed formaliter, quæ vel non habẽt aliam bonitatem, nisi vtilitatem ad finem, vel si habent, non expetuntur propter illã, sed propter vtilitatem ad finem.

Bonum vtile dupliciter accipitur.

C

4. Not. ab omnibus concedi, vtilitatem, non constituere causam finalem respectu finis, ad quem ipsa ordinatur, quia respectu illius non habet rationem finis, sed medij, & potius ab illo finaliter causatur, quam causet; vnde difficultas manet de vtilitate respectu actus, & mediorum præcedentium; cuius rei veritas, licet constare possit ex dictis supra quæst. 2. tamen hic breuiter est explicanda ad perfectionem: quare sit 2

Vtilitas non constituit causam finalem respectu finis ad quem ordinatur.

D

Prima opinio est dicentium, medium, quod constituitur per vtilitatem, non habere perfectam rationem causæ finalis; quia hæc solum cõuenit fini, qui propter se est amabilis: sed habere imperfectam rationem causæ finalis, est communis apud Suar. & Fonf locis citatis; Hi tamen diuisi sunt; nam alij volunt, illam habere respectu electionis, quia propter suam bonitatem mouet voluntatem ad volẽdam electionẽ; at hæc ratio mouendi est propria finalizatio, tribuitur Conimb. 2. physic c. 7. q. 22. a. 1. Suar. disp. 23, sect. 3. 3

Medium vtile non habet perfectam rationem causæ finalis per aliquos.

E

Alij vero dicunt, habere rationem causæ finalis respectu mediorum præcedentiũ illi subordinatorum; quia verè voluntas mouetur ad electionem, v.g. ambulationis ex amore illius, idest attenuandi humores. Tribuitur Occh. 2. q. 3. a. 2. corrol. 2. & 3. Gabr. dist. 1. q. 5. & ante illos

illos Ægid.2.d.38.q.2.a.2.ex D.Tho.1.2.q.12 art.3.& 3.contra Gent.c.2.in 4.ration. Fundamenta sumi possunt ex quæst. 2.

4 *Alij aiũt neq; habere rationem finis respectu actuũ, quibus eligũtur.*

Secunda opinio est dicentium;media,vt habent vtilitatem, nõ habere rationem finis, neq; respectu actus, quibus eliguntur; quia non eliguntur, vt fines,sed vt media,& propter aliud, neq; respectu mediorum præcedentium, quia non terminat illa finaliter,sed vt media subordinata fini; nam ambulatio v. gr. non amatur propter attenuitatem humorum secũdum se, sed vt hæc ametur propter sanitatem; quare prima ratio amandi ambulationem est sanitas, mediante amore attenuationis humorum.Tribuitur Suar.loc.cit.sec.2. nu.5. vbi ex hoc distinguit amorẽ medij,& finis,v.g. sanitatis propter finem cui, idest hominem; & sec.6.n.11. vbi ait, sub alia ratione, qua est per se expetibilis potest exercere causalitatem finis, quia per accidens est ad illam,quod sit medium,sed vt medium,& quatenus solum habet bonitatẽ, non posse exercere causalitatem finis; quia, vt sic,amatur vt purè mediũ, qui distinguitur ab amore finis, vt effectus à causa. Sequitur Vasq. 1.p.disp.82.c.2.nu.8. vbi ait, solum finem esse rationem volendi, at non sic medium, vt sic; quia si esset, maximè esset respectu mediorum subsequentium in ordine intentionis,& præcedentiũ in ordine exequutionis; at hoc esse falsum,patet; tum quia medium,est appetibile vt vtile,at vtile est solum appetibile respectu finis superioris, respectu cuius est vtile: tum quia si esset alteri id,gratia cuius alterum appeteretur, esset respectu illius, honestum, vel delectabile, nam non habet respectu illius rationem vtilis. Eamdem fusius docuit.1.2.disp.4.c.2.vbi fusè id probat; & notat, aliquando hominem procedere in applicatione mediorum sine memoria finis intio sibi propositi,sed tunc mouet appetitus finis in confuso,ex quo deducit,in Deo nihil esse rationem volendi,quia nihil creatum habet respectu illius rationem finis, De qua re infra; vnde cum D. Tho.1.2.q.12.a.3.ait, *Intentionem esse finis non solum vltimi finis, sed etiam medij; simul enim intēdit aliquis finẽ proximum, & vltimum, sicut confectionem medicinæ, & sanitatem.* Explicat Vasq. non intelligi propriè, cum intentio non sit finis,sed latiore significatione intẽtio finis est causa electionis mediorum; atq;adeo intentio finis est virtualis volitio mediorum.

5 *Mediũ respectu electionis habet rationẽ finis quatenus finis significat terminũ, ad quem.*

Tertia opinio est dicentium,medium respectu electionis habere rationem finis, quatenus finis significat terminum,ad quem aliquid tendit, non autem, vt significat causam finalem propriè, quia sic non est prima ratio mouendi voluntatem; nec tendit voluntas per electionẽ in medium, vt ibi sistet, quod est de ratione causæ finalis. Secundo Medium,quod nullam habet in se rationem volendi,& appetibilitatẽ, sed totam illam habet à fine,non habere rationem finis respectu mediorum; sed si habeat in se appetibilitatem, ordinatam tamen ad finem, sic posse habere rationẽ finis.ex qua distinctione conciliari videntur omnes opiniones; sed quæ harũ sit probabilior,patet ex dictis quæst. 2. neque est, quod aliquid, addam cum sit potius quæstio de nomine, quam de re, & quod affertur ex Arist. 2.phy.tex.2.&.5.met.c.2.potius fauet secundæ, quam primæ sententiæ; cũ ibi dicatur, sanitatem non solum esse finem deambulationis, sed etiam omnium intermediorum, vt Sot. Alens. Scot. Aegid. Tolet. & Conimbr. & fusè Vasq. disp.4.neq;enim sufficit ad rationẽ finis,vt aliquid fiat gratia ipsius; quia hanc habet vnum medium respectu alterius, sed requiritur, vt id fiat absq; vlla depẽdentia à bonitate alterius, cuius gratia, & ipsũ per se fiat, quia alias simpliciter gratia ipsius, sed gratia illius alterius,vt benè Sotus.5. met.c. 2.q.10.sec.1.circ. fin.vt purgatio, licet aliquomodo trahat ad potionem medicinæ, tamen simpliciter ad illam non trahit gratia sui, sed sanitatis.

DVBITATIO IV.

An bonitas constituens causam finalem in actu primo, exigat, vt sit appetenti propria.

ART. I. *Explicatur sensus quæstionis.*

Primo Not. in amore concupiscentiæ admisceri formaliter, vel virtualiter amorem beneuolentiæ; nam cum amor concupiscẽtiæ consistat in amore boni respectu alterius personæ, iam illa persona, cui amatur bonum per amorem concupiscentiæ, nõ amatur per amorem concupiscentiæ, sed beneuolentiæ: vnde sequitur in amore beneuolẽtiæ admisceri amorem concupiscentiæ, illius .s. boni,quod amatur personæ amatæ per amorem beneuolẽtiæ. 1 *In amore cõcupiscẽtiæ misscetur amor amicitiæ.*

2\. Not. sicut *finis cuius*, amatur amore cõcupiscentiæ, ita *finis cui*, amatur amore beneuolentiæ. At inquies,hinc sequitur, Deum,vt est obiectum spei Theologalis ordinari ad personam creatam,tanquam ad finem cui; nam Deus,vt finis,& beatitudo supernaturalis amatur amore concupiscentiæ, atque adeo,vt *finis cuius*, & persona creata amore beneuolentiæ, atq; adeo, vt *finis cui*: at hoc est vt fruendis, quod est maxima deordinatio ex Augustino. Respondent tamen cõmuniter Theologi apud Suar.ar.2.de spe.disp.1.sec.3.num.7.per spem tendere quidem in bonum, idest fęlicitatem,& perfectionem nostram, tamen per hoc non ordinamus Deum in nos, tamquam in finem, sed tamquam in obiectum nobis coniungendum, vt vltimum finem; quare potius tendimus in coniunctionem cum Deo, tamquam cum vltimo fine; at hæc sententia non est vsus propriè, nam hic est circa medium ex amore finis; sed hic amor est circa finem,per quem amamus finem,& eius fruitionem ipsi diligenti,non tamquam fini,sed vt subiecto;vnde fit,vt totus hic amor ex natura sua non sistat in homine, vt vltimo fine, sed in Deo, quia coniunctio hominis cum Deo, vt vltimo fine, est referibilis in Deum,vt finem,quæ relatio virtualiter continetur

netur in natura talis actus,& formaliter potest ibi addi ex charitate. Sed Hec respõsio nõ explicat, quomodo persona,cui amatur bonũ,sit finis cui, & tamen Deus,vt amatur à nobis,nõ
2 ordinetur in nos vt finem cui. Quare Resp. ex Scoto, personam, cui amatur Beatitudo non esse *finem cui* simpliciter, sed potius intermedium,quia cum operans ipsum referatur in Deum,vt vltimum finem amatum ex charitate omnis illius actus,& perfectiones referuntur in Deum,vt vltimum finem: vnde Trident. sess. 6.c.11.explicans honestatem operationis factæ propter retributionem subdit, *Cum hoc, vt in primis glorificetur Deus,mercedem quoque intueretur æternam*: quod etiam colligitur ex D.Thom 2.2.quæst.22.a.3.ad secundum, vbi ait: *Bonum totius diligit quidem pars secundum, quod est sibi conueniens, non autem ita, vt bonum totius ad se referat, sed potius ita, quod seipsam referat in bonum totius*.

3 Tertio Notand.Bonum dupliciter dici proprium: Primo, simpliciter,& dicitur illud, qđ est proprium appropriatione immediate. Secundo,secundũ quid,& dicitur, quod est proprium appropriatione mediata; vt v.g.sanitas dupliciter dicitur propria; primo, quando est in eodem subiecto,quod illam appetit,& dicitur propria simpliciter: secundo,quando est in filio,vel amico, qui non est verè eadem persona cum appetente, sed est eadem per moralem quamdam coniunctionem affectus,& existimationis,& dicitur propria secundum quid. Et hac ratione,dum quis amat bonum amici propter se,amat etiam suum bonum, non quod illud bonum, quod amat amico, vel sibi immediate amet,vel ordinet ad se; sed quia bonum amico reputat suum propter coniunctionem, quam habet cum illo,vnde dicitur, alter ego.

Bonum dupliciter dicitur proprium.

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 PRima opinio affirmatiua ex 8.eth. cap.2. & 5.& lib.1.ad Eudemum an.fin.*Videtur*,ait, *quod ipsi bonum est,amare vnusquisq.sic esse quidem,quod absolutè bonum est amabile; cui vero quod cuique est*: sed inter hos est discrimen,quod aliqui velint, id esse verum in bono amato amore concupiscentiæ, non autem in bono amato amore amicitiæ.Dur.4. d.29. q.2. ad secundum num.27. vbi amicum amatum amore amicitiæ non amamus principaliter, qđ nobis sit bonus,sed quia in se bonus; quare cũ Philosophus dicit,amabile est vnicuiq.bonum proprium,non excludit, quin aliud bonum sit diligendum,etiamsi non ordinatur ad nos;imò hoc significat,cum ait,Amabile quidem simpliciter bonum;vnicuiq.autem proprium: sed nõ placet alijs,nam bonũ, quod amicis volumus, amatur amore concupiscentiæ; & tamen non amatur nobis,sed amicis.

Prima opinio affirmans.

Vnde alij secundo dicunt, omne bonũ creatum amatum sine amore concupiscentiæ,siue amicitiæ,amari,quia bonum nobis; at bonũ diuinum non ita, quia hoc pp suam infinitatem potest amari,& finalizare, quãuis non respiciat appetentem,vt patet ex amore charitatis, qua
A Deus amatur,super omnia,etiam supra amantem.Ita Recentiores quidam: sed reijcitur ab alijs,nam si bonum diuinum excipitur,qa amatur supra nos,ét bonum Deiparæ excipi deberet, quia hoc etiam est præponendum priuato etiam nostro.

Tertio,alij dicunt vniuersaliter, omne bonum amari quocunque amore, ex eo,quod est bonum appetenti.Ita cõis sententia, quia natura inclinat ad amorem ordinatum, atque adeo dedit obiectum voluntati proportionatũ; sed inclinatio primæ naturę est ad amorem boni sibi conuenientis; ergo nullum bonum amat sibi,vel alteri,nisi sit appetenti conueniens. Minor probatur;quia inclinatio naturę est conue-
B niens omnibus habentibus appetitum; sed appetitus tam innatus, quam animalis est ad finẽ sibi conueniens; ergo. 5

Secunda opinio est dicentium, bonum omne,quod finalizat,esse proprium:sed esse proprium non est ratio formalis, cur finalizet, sed ea est ipsa bonitas, ita videtur sentire Abol. in c.22.Matt.q.302.ad secundum, ex D.Tho. 3.d. 29.q.1.a.3. ad secundum, vbi *dicendum*, inquit,*quod quamuis vnicuique sit amabile, quod est sibi bonum, non tamen oportet, quod propter hoc,sicut propter finem ametur,quia s. est sibi bonum*, quare videntur dicere, ly (esse propriũ) se habere concomitanter, vel vt con-
C ditio, sine qua non,ad finalizandum.

Alij aiũt esse proprium non esse rationem formalem finalizandi.

Fundamentum,quia ex hoc saluatur, quomodo ametur ab vnoquoq.quod est sibi bonũ, & saluatur amor amicitiæ.

Tertia opinio est distinguentium finem cuius,à fine *cui*,& illũ dicunt appeti amore concupiscentiæ,atque adeo vt finalizet, non satis est,esse bonum, sed debet esse appetenti bonũ proprium,non solum,vt conditio sine qua nõ, sed vt ratio formalis finalizandi determinatiua bonitatis simpliciter,& formaliter finalizantis, & non vt ratio formalis secundum se finalizãs, siue sit bonum simpliciter,siue secũdum se appetenti.At finem *cui*,quem dicunt amari amo-
D re amicitiæ, constitui in actu primo finalizandi per bonum habens aliquam coniunctionem cum amante,quoniam amicus amatur,quia est alter ipse 8.eth.cap.9.& fusius cap.5. *quod bonum absolutè, & iucundum est, amabile est, atque eligibile;vnicuiq; vero, quod vnicuique est tale,bonus autem bono ob vtraq, hæc.* Hæc videtur Suar.2.2.ar.3.de charit. disp. 1. sect.2. nu. 6. vbi ait, in hoc differre beneuolentiam à concupiscẽtię amore,quod hic tendat in obiectum,vt bonum,& perfectio amantis; at beneuolentia tendit in bonum amico propter amicum habentem tamen coniunctionem cum amico;vt v.g.quis vult bonum patri,vel amico
E propter se;tamen non vellet illi bonum,nisi esset vnum,& mihi coniunctum; & ita explicat dictum Arist.8.eth. c.2. dum ait, amabile vnicuique proprium bonum.

6 *Finis cuius, debet esse appetenti proprius secundũ alios.*

ART. III. Opinio Auctoris.

7 *Bonitas debet habere aliquã coniunctionẽ cum appetente.*

PRima Concl. Bonitas vt est ratio formalis constituens finem in actu primo finalizãdi habere debet aliquam coniunctionem cum appetente. Est Suar. disput.23. sect.5.num.8. vbi ait, bonum proprium intelligi non solum, quod cadit in commodum proprium, sed omne, quod est aliqua ratione consentaneum naturæ appetentis.

Probatur Primo ex Arist. loc.cit. in prima opinione, & ratione ibi posita.

Cõfir. quia vt finis appetatur, debet esse bonum ex dictis, & cum nõ omne bonum sit respectu omniũ bonum, sed quod vni est bonũ, alteri potest esse malum; vt medicina, quæ vni ægroto prodest, alteri nocet, necessariò debet esse bonum illi, cui amatur; & quia finis præter amabilitatem, quam habet in se, debet mouere agens ad operandum propter illum, necessariò debet dicere aliquam coniunctionem cum appetente, & operante; alioqui si nullam cum illo haberet coniunctionem, non haberet efficaciam mouendi illum. Et hac ratione D. Thom. 3. dist.29. quæst.1. art.3. ad secundum, ait, nihil posse esse alteri amabile, nisi quod est sibi bonum; & eadem ratione explicandus Aristoteles, dum 9. Ethic. cap.9. ostendit, tam prauos, quam bonos, amatores esse sui, sed cum discrimine, quod ille cum dedecore, qui amat iucunda, & vtilia bona, non tamen honestè; at hic amat honestum, quod est maximè sibi bonum, etiam dum diuitias, & vitam propriam pro amico profundit: vnde experientia constat, eo res magis amari, quo sunt nobis coniunctiores, & hæc amantur vehemẽtius, quæ nobis sunt magis vtilia, vel delectabilia.

8 *Idem ad seipsum dicit vnitatem, nõ modo vnionem.*

Secunda Concl. Hæc appropriatio, & coniunctio boni finalizantis cũ appetente non necessariò est simpliciter, sed satis est esse secundum quid. Hæc conclusio probatur potius experientia, quam ratione; nam constat, nos non operari nisi moueamur ex bono aliquo modo ad nos pertinente; vt benè S.Tho.2.2.q.25.ar.4. vbi probat ad seipsum non esse amicitiam, sed aliquid maius amicitia, quod hæc dicat vnionem; at idem ad seipsum dicit vnitatem, quæ vt est principium vnionis, ita amor sui est forma, & radix amicitiæ; *In hoc enim amicitiã habemus ad alios, quia ad eos nos habemus vt ad nosmetipsos* ex 9. Ethic.c.8. amicabilia, quę sunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum; sed constat experientia non semper bonum amatum esse in nobis, sed in altero, cui illud amamus, vt patet in amore amicitiæ; ergo non omne bonum amatum habet simpliciter coniunctionem cum appetente; ergo debet habere coniunctionem secundum quid.

Secundo Probatur à priori, Nã in hoc differt appetitus naturalis ab animali, quod licet vterq; feratur in bonum; tamen naturalis fertur in bonum potentiæ, quæ dicitur appetere; at animalis fertur in bonum totius suppositi; vnde appetit bonum omnium potentiarum; A ergo non potest appetere bonum alterius suppositi, nisi vt habet aliquam coniunctionem cũ supposito proprio: sed illa non est coniunctio simpliciter; quia suppositum distinctum non potest habere coniunctionem simpliciter cum altero supposito, sed solum coniunctionem secundum quid.

Confir. quia omne, quod amatur, vel amatur amore concupiscentiæ, vel amicitiæ, seu beneuolentiæ: sed quidquid amatur amore concupiscentiæ, supponit coniunctionem appetentis cum eo, cui appetitur; nam sibi appetit, & secum vnitur; vel alteri, & supponit cum illo cõiunctionem factam per amorem beneuolentiæ, B quæ est coniunctio secundum quid. Vel amatur amore amicitiæ, & in eo supponitur amabilitas, siue ratione delectationis, siue vtilitatis, siue honestatis, at in huius modi amore semper est amor boni proprij siue vtilis, siue delectabilis, siue honesti, quia amare honesta est conueniens amanti. 9

Confir. 2. ex ratione D. Tho. 1.p.q.60.a.4. quod omnis amor attenditur vel in vnitate, vt amor sui; vel in vnione naturali, vt amor filiorum, & consanguineorum; politica, vt ciuium; vel supernaturali, vt amor charitatis.

Dices. Sæpe amat quis sibi nociua, vt mortem, & similia, propter bonum amicorum; ergo amor amici non oritur ex amore nostri. C

Resp. nunquam amorem posse ferri in mala vel sibi, vel alteri, nisi sub ratione boni: quare cum quis subit mortem propter amicũ, oportet, appræhendat mortem vt sibi conuenientẽ; ea autem cõuenientia est honesta, quæ appręhenditur in illa morte propter amicum, vt notat Arist. & D.Tho. locis citatis.

Tertia Concl. Hæc appropriatio boni pertinet ad rationem formalem finalizandi, non vt conditio, sed vt determinatiua rõnis formalis intra bonitatẽ illius. Prima pars tribuitur Suar. loc.cit.nu.8. & D.Tho.2.2.q.26.a.3.ad.2. dum ait, partem, etiam dum diligit totum plusquã se, tendere in bonum proprium, at clarius 1.p.q.60.a.5. ad secundum, vbi explicans illud, D quod vnumquodq; diligit aliquid, inquantum est bonum sibi, ait, *si ly, in quantum, dicit finem, sic est falsum; non enim Angelus diligit Deum propter bonum suum, sed propter Deũ, vt finem: si vero dicit rationem amoris ex parte amantis sic verum est, quia non esset in natura alicuius, quod amaret Deum, nisi ex eo, quod vnumquodque dependet à bono, quod est Deus*. Fundamentum sumitur ex experientia, quod bonum, quo magis est proprius, eo intensius mouet voluntatem; ergo appropriatio pertinet ad rationem formalem causandi, E quia pertinet ad rationem, quæ mouet voluntatem.

Secunda Pars probatur, quia conditio sine qua non, non confert ad actionem maiorem, vel minorem, sed solum exigitur, vt ponatur actio secundum se; quod autem sit maior, vel minor prouenit ex virtute maiori, vel minoris

ergo

ergo appropriatio boni non est conditio, sed ratio formalis finalizandi, atq; adeo est determinatiua rationis formalis.

Sed contra, nam secundum omnes approximatio est cōditio sine qua non ponitur actio;& tamen ex maiori approximatione, vel minori prouenit maior, vel minor actio ex eadem virtute:ergo similiter dicendum de fine; nam quo bonum nobis est magis coniunctū, & propriū, magis nos mouet, etiamsi coniunctio sit tantum conditio.

Resp. esse diuersam rationem, quia virtus actiua diffundit actionem suam per medium vniformiter, difformiter, & ideo ex virtute eadem magis vnita subiecto, oritur maior actio: At hic bonum idem materialiter, fit formaliter magis in se bonum respectu appetentis, quam sit bonum, quod est ratione coniunctionis cū alio supposito; vnde ego conceptus additus alicui rationi formali illā varians in se, siue simpliciter, siue secundum magis, & minus, pertinet ad rationem formalem, non vt conditio sine qua non, sed vt ratio determinatiua rationis formalis; sed talis est ordo bonitatis ad appetētem respectu causæ finalis: ergo hic ordo pertinet ad rationem formalem causæ finalis. Maior probatur, quia natura rei non variatur simpliciter, vel secundum magis, & minus, nisi ex aliqua differentia, quæ sit intra perfectionem illius, qualis est omnis differentia per se variās rem. Minor probatur quia bonitas, cum sit cōuenientia quædam, erit relatiua: at ordo, & relatio variantur intrinsecè ex variatione termini; & hinc est, vt idem, quod est bonum respectu vnius, nō sit respectu alterius; tum quia omnis amor fundatur in aliqua vnione inter amantem, & amatum, non solum consequenter, quatenus amor formaliter vnit amantem obiecto; sed etiam antecedenter, quatenus supponit aliquam similitudinem formalem inter obiectum, & appetentem; tū quia omne simile appetit suum simile.

11 *Refellitur opinio Aegydij.* Ex his patet, falli Ægyd. Lusitan. dum lib. 1. d. fin. q. 6 a. 2. §. 2. n. 9. asserit, approximationem esse rationem formalem finalizandi, non vt rationem formaliter finalizantem, sed vt formaliter determinatiuam bonitatis simpliciter finalizantis; quia licet tam bonitas, quam approximatio integrent vnam rationem formalem constitutiuam finis in actu primo, tamen vtraq; non eodem modo concurrit; nam bonitas cōcurrit vt ratio principalis formaliter finalizans; approximatio vero concurrit, nō vt formaliter finalizans, sed vt determinans rationem formalem finalizantem; quia ratio, quæ est id, gratia cuius aliquid fit, est ipsa bonitas, non appropriatio bonitatis ad appetentem; sanitas enim non appetitur, quia propria, sed quia bona.

Confir. ex D. Tho. 3. d. 29. q. 1. a. 3. ad. 2. dicentem, *bonum proprium amori quidem, non tamen esse finem, propter quem amatur;* quibus verbis significat, appropriationem bonitatis absolutè concurrere, vt rationem causæ finalis; quia concurrit vt ratio determinans bonitatem, sed negat, esse rationem finalem propter quam res amatur: ex quo deducit, latius A patere formalem rationem finalizandi, quam rationem formalem finalizantem: nam hoc habet per se, & ratione sui, vt sub ea res finalizet contracta tamen; at illa extenditur etiam ad rationem formalem determinatiuā prioris rationis: vnde non habet, vt ratione sui finalizet, sed ratione prioris conceptus contracti, quare illa dicitur in recto, hæc in obliquo, finalizare.

Resp. ex dictis patere rationem appropriationis ita determinare bonitatem, vt sit intra latitudinem bonitatis, & causæ finalis; atq; adeo non solū est ratio formalis finalizandi, sed etiā finalizans, sicuti ratio albedinis non solum videtur formaliter, sed etiam est ratio videndi, non quidem adæquata, sicut est color, sed in- B adæquata; & hic soluitur argumentum, nam bonū concurrit vt ratio adæquata, quæ vt supponit absolutè est rō formalis adæquata amandi; at vt supponit ꝓ hoc, vel illo bono ad hoc, vel illud subiectum contracto, est ratio inadæquata; & hinc fit, vt ratio formalis appetendi dicetur esse bonum, & non hoc, vel illud bonum; sicuti ratio formalis videndi, dicitur, esse coloratum, non album, vel nigrum; & tamen constat videri formaliter, & esse rationem formalem visam ipsam albedinē, & nigredinē. 12

Ad Confirmationem Resp. ibi D. Thomam negare bonum, quod volumus amico, velle non propter commodū nostrum, quasi ad nos C illud commodum dirigamus propter finem.

Dices: Amicabilia, quæ sunt ad aliū, veniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad se ipsum ex 9. ethic. c. 8. sed hæc dependentia non potest esse, nisi in genere causæ finalis: ergo &c. 13

Resp. cum D. Th. loc. cit. ad 3. negando, esse dependentiam in genere causæ finalis, quasi finaliter amemus semper alium propter nos; sed veluti in genere causæ efficientis, quia via generationis prior est amor sui, quam alterius; qa sicuti quilibet, prius est sibi notus, quam alter, & etiam Deus; ita quilibet prius via generationis se amat, quam alium; dicitur tamen 9. ethic. c. 8. vir probus in his euentibus (scilicet dum D sua exponit propter amicum) operari propter seipsum, quia operatur propter bonum honestum virtutis, quod sic operando consequitur, vt explicat optime Aragon. 2. 2. quæst. 23. art. 3. not. 3.

Ex his Secundo patet, quid veri contineant singulæ opiniones; Nam Durandi opinio vera esset, si intelligatur de bono appetenti simpliciter coniuncto; at falsa, si de amore coniuncto appetenti secūdum quid; nam hæc coniunctio est necessaria in omni amore, tam concupiscētiæ, quam amicitiæ, siue sit bonum creatum, siue increatum iuxta explicationem suprapositam. 14

E Tertio patet, falso negari, coniuncta cum appetenti esse rationes formales finalizādi, sed esse conditionem sine qua non, vt probata, & explicata est D. Thomæ opinio, neq; id obstat amore amicitiæ, quia bonum amici non ordinatur ad commodum nostrum, sed amatur, vt commodum amici, cum quo nos habemus cō-

iunctionem factam per amorem; quia amicus est in amico, iuxta ea, quæ docet S. Tho. 1.2. q. 28. a. 2. & Aug. lib. 8. de Trin. cap. 10. vbi amorem, ait, esse quasi iuncturam quamdam, qua duo formaliter copulantur, .s. per affectũ, & copulare appetuntur .s. copulatione reali, ad quam amor effectiuè mouet, ex D. Thom. ibid. & hinc Aug. lib. 4. Confess. c. 6. & lib. 2. retractationum cap. 6. *bene quidem dixit de amico suo, dimidium animæ suæ.*

DVBITATIO V.

An finis, vt sufficienter constituatur in actu primo ad causandũ finaliter, requirit, vt sit cognitus per cognitionem intellectiuam.

DE hac Conimbr. quæst. 23. Suar. disput. 23. sec. 6.

ART. I. Continens opiniones Doctorum.

1 *Finis etiam non cognitus causat finaliter per aliquod.* PRima Opinio est dicentium, finem posse causare finaliter, etiamsi non sit cognitus. Primo ex 3. de anima. tex. 54. *Primum appetibile, idest finis, mouet, & non mouetur, eo quod sit intellectum, & imaginatum.* ergo appetibile potest habere rationẽ finis, etiamsi non sit cognitũ. Conf. 1. Quia homo põt cessare ab actu appetẽdi, absque cognitione, & sic potest causare actum absque cognitione, quia contrariorum eadem est ratio. Confir. 2. quia obiectũ potest appeti à voluntate, etiamsi nõ sit cognitum: ergo potest habere rationẽ finis, quia ad rationem finis satis est posse mouere volũtatẽ. Antecedens est Palud. 4. dist. 49. q. 1. a. 2 n. 29. & probat Argẽt. 1. dist. 2. q. 1. a. 4. init. Sequũtur Conimb. 3. de anima c. 13. q. 3. a. 2. ad 3. qui citant Occham. 2. q. 25. ad 7. vbi probat ex eo, quod intellectus positis æqualibus circũstãtijs aliquando intelligere, aliquando non, ex imperio volũtatis; quare actus volũtatis potest esse ante actũ intellectus: & illa tribuit Gerso. p. 3. Alfarob. 66. litt. x. & Bonau. in itinerario c. vlt. 3. opusc. citatur Ferrar. 3. contr. gent. c. 89. §. ad eumdem, sed ibi nihil de hac re: tribuitur Sco. 2. dist. 25.

2 *Alij concedũt de potentia absoluta.* Hi tamen inter se diuisi sunt, quia Paludan. Argen. Conimb. dixerunt id fieri posse solum de potẽtia absoluta, quia depẽdẽtia, quã habet voluntas à cognitione, est, vel in genere causę efficiẽtis, & hęc suppleri potest à Deo; vel obiectiuę, & hęc est ab obiecto ipso, & nõ à cognitione, nisi quatenus hæc represẽtat obiectum, sed hęc representatio, & presẽtia obiecti ad potentiam potest etiam à Deo suppleri, cũ sit extrinseca, vt fuse Argent.

Confir. quia Deus potest supplere concursum omnis causæ, præter formalem, & materialem: sed cognitio non est nec causa formalis, nec materialis, imo neq; est causa, sed tantum conditio sine qua non.

3 Alij vero naturaliter imo in ordine gratię de facto id contingere putant, vt Gers. secutus Hugonẽ de Balma tract. de triplici via in Deũ; & tribuitur Bonauen. loc. cit. trac. de mystic. Theolog. q. vlt. ibi posita, Bonauen. enim distinguit amorem in scholasticum; qui procedit ex contemplatione per modum inquisitionis, & mysticum, qui consistit in desiderio aspirante ad superiora per affectiones quasi caliginosas, non secus, ac lapis sine cognitione mouetur ad centrum. Et Vercellens. in c. 1. D. Dionys. de mystica Theologia, ex D. Dionys. tum loc. cit. tum c. 7. de Diuin. nomin. quod viri contemplatiui experiuntur se solum ferri in Deum, sine vllo motu intellectus. *Alij concedũt hoc etiam naturaliter, & de facto contingere in ordine gratia.*

4 *Opinio negãs.* Secunda opinio est dicentium, non posse finem causare nisi sit cognitus; siue quia non potest voluntas ferri in incognitum; siue etiam si voluntas ferri posset in obiectum incognitum, tamen hoc non potest habere rationem causæ finalis, quia non moueret volũtatem cum proportione, quę est necessaria inter finem, & media. Ita D. Thom. 1. p. q. 80. a. 2. vbi Caiet. ad 1. & 1. 2. q. 3. a. 4. ad 4. & q. 27. a. 2. in corp. & 3. d. 27. q. 3. a. 1. ad 2. fuse Henr. quodl. 1. quæst. 15. Gabr. 2. d. 16. q. 1. a. 3. d. 3. vbi Greg. q. 1. art. 2. ad 3. Cap. 1. d. 3. a. 2. & ad arg. in cõtr. contra 2. Dur. 1. d. 3. q 2. questiunc. 4 n. 14. & citatur Palud. loc. cit. ad 10. & Occh. ibid. ad 15. vbi expresse ait, voluntatem non ferri in incognitum, Ferr. 1. contra Gent. c. 72. vbi ait, esse obiectum in anima requiri tamquam conditionem, sine qua non potest mouere voluntatem in ratione causæ finalis, & 2. contra Gent. c. 101. id clarè supponit, quem tamen Martinez 1. 2. q. 9. art. 1. ad 6. interpetratur de cognitione habituali, non de actuali, Suar. disp. 23. met. sec. 7. num. 6. Vasq. 1. 2. disp. 35. c. 2. n. 7. & c. 3. n. 11. Fundamentum sumitur, tum ex auctoritate Augustini lib. 8. de Trin. c. 4. & lib. 10. c. 1. & 2. vbi fuse id ostendit, *Quoniã firmissime nouimus amari, nisi nota non posse*, Ansel. in Monolog. c. 48. *Nullum se amare posse, nisi se intelliget, quoniam nulla res amatur sine sui memoria, & intelligentia*, ex experientia, cum ea, quæ in nostram mentem nunquam venerunt, amare non posse; Hinc pueri, qui pœnale non cognoscunt non timent; tum ex scriptura, nam idcirco fides dicitur fundamentum rerum sperandarũ, quia ignota nec amari, nec sperari possũt

5 *Diuisio auctorũ huius sententiæ.* Hi tñ inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt, hãc cognitionẽ nõ esse necessario intellectiuã, sed sufficere sensitiuam, ex D. Thom. 1. 2. q. 10. ar. 3. ad 3. dum ait, voluntatem non solum moueri à bono appræhenso per rationem, sed &
appræhenso per sensum.

Alij negant, illam sufficere, sed requiri intellectiuã, sicuti ad actum appetitus sensitiui requiritur sensitiua cognitio, est communis apud Suar. disput. 23. sect. 7. Henric. quodlib. 1. q. 15. Caiet. 1. 2. q. 10. a. 3. ad 3. vbi Cõrad. Med. Vasq. disp. 35. c. 3. n. 17. Medinæ ibi q. 9. a. 2.

Secundo differunt, quod alij volunt requiri cognitionem actualẽ, siue formalẽ, siue virtualem, & non sufficere habitualem, ita communis apud Martinez 1. 2. q. 9. ar. 1. d. 6. conclus. 2. ex Scot. 2. dist. 42. q. 1. §. sed contra omnes; nam si suffi-

sufficeret habitualis, posset esse in dormientibus vsus libertatis, quia in dormientibus manent habitus.

Confirm. quia cum habitus sit indifferens ad plura, non magis determinaretur voluntas ad vnum, quam ad aliud.

Alij vero dicunt, sufficere habitualem, tribuitur Ferrar. 2. contr. gent. c. 101.

ART. II. Opinio Auctoris.

6 *Voluntas non fertur nisi in cognitum.* Nota hanc quæstionem non coincidere cũ illa, qua quæritur, An volũtas possit ferri in obiectum incognitum; quia hoc posito, ad huc finis ad suam causalitatẽ requireret cognitionem: quare si voluntas operaretur circa obiectum incognitum, tunc eliceret actum sine propria causalitate finis; quia non moueretur voluntas tracta ab obiecto, sed ex sola efficacia tenderet in obiectum.

Prima Concl. Voluntas non potest ferri, nisi in bonum cognitum. Hæc conclusio supponitur vt primum principium notum experientia, vt cætera principia physica, atq; adeo non posse probari ratione à priori: quare probatur ex Auctoritate doctorum communi, & Primo ex 3. de anima c. 10. Aug. 3. de Trin. c. 1. & 2. *Inuisa*, inquit, *amare possumus, incognita nequaquam*, & alijs Sanctis: At Suar. Probat ratione: Voluntas non potest mouere se, nisi finaliter mota; at nõ potest finis mouere, nisi cognitus, vt infra: ergo etc. Maior probatur, tũ experientia; quia appetitus vitalis nõ potest inchoare suam appetitionem ex se ipso, nisi alliciatur ab appetibili; tum quia omnis appetitio elicita sequitur aliquod esse, quod habetur per formam siue naturalem, siue appræhensam; at actus voluntatis non sequitur formam naturalem, quia esset necessarius, & omnino ad vnum ex se determinatus; ergo ex forma appræhensa; vnde sicut absq; naturali esse, non sequitur appetitus naturalis; ita neq; sine cognitione, elicitus. Hoc tamen discrimen est inter illos, quod appetitus naturalis nõ est distinctus ab ipsa potentia naturali, sed concomitatur illam nostro modo intelligẽdi, quasi formaliter, & per naturalem quamdam sequelam: non sic elicitus; quia est distinctus ab obiecto, & à cognitione, & ideo causatur formaliter.

7 *Idem probatur in ordine gratiæ de facto.* Ex quibus primo sequitur etiam in ordine gratiæ secundum legem ordinariam, & de facto quantumq; extasim patiatur, non posse dari actum amoris absq; preuia cognitione. Vnde D. Tho. 1. 2. q. 28. a. 3. & 2. 2. q. 195. a. 1. & 3. ad 1. & alij cum Aug. 10. de Trin. & epist. 65. & in psal. 35. Ansel. Bed. D. Tho. in illud ad Corin. 5. *siue mente excedimus* Greg. 5. moral. c. 21. 22. & 23. fusè Abal. q. 356. in cap. 13. Gen. Nam Dauid psal. 28. ait, *In meditatione mea exardescit ignis*, & idẽ de Paulo asserit Aug. in psal. 77. ibi *Beniamin adolescentulus in mentis excessu*. Neque obstat, quod asserunt de experientia; nam si amorem habuerunt absq; cognitione, quo modo recordantur, se dilexisse Deum, quem non cognouerunt; quia reminiscentia est rei prius cognitæ.

A Confir. quia nullus amor purior eo, qui est in Patria; at ibi sequitur cognitionẽ; ergo etiã in hac vita; in qua sequitur fidem, vt bene D. Tho. 2. 2. q. 17. a. 7.

Secundo, sequitur, etiam de potentia absoluta requiri præuiam cognitionẽ. Henr. quodl. 1. q. 18. Gabr. 2. d. 25. q. 1. 3. d. 3. Cartus. de laud. vitæ solitariæ ar. 36. & 37. patet ex prædictis principijs; quod voluntas operari nequeat, nisi mota à fine, vt hunc non mouere, nisi cognoscatur. 8 *Contrarium implicat de potentia absoluta.*

Confirmãt, quia amor notionalis habet omnia, quæ sunt necessaria ad essentiam amoris, vt supponit ex Prima parte, sed hic exigit necessario conditionem notionalem; ergo etiam essentialis cognitionem essentialem.

B Confir. 2. quia id, quod est essentiale rei nõ potest tolli per potentiam diuinam posita illa: sed tendentia ad obiectum cognitum est essentialis actui voluntatis; ergo nõ potest esse actus voluntatis sine obiecto cognito. Minor probatur, quia omni actui est essentialis tendentia ad suum terminum, vel obiectum formale; sed obiectum formale voluntatis est bonũ, vel malum, non secundum se, ergo vt cognitum; nã costat voluntatem ferri in rem secundum se bonam, sed appræhensam vt malam per actum fugæ: contra vero fertur in rem malam appræhensam vt bonam per actũ prosequutionis; ergo actus tendunt ad obiecta non secundum se, sed vt repræsentantur ab intellectu.

C Secunda Concl. Vt finis causet, necessario requirit, vt sit præcognitus. Primò probatur ex prima conclusione, ex qua constat, obiectũ non posse mouere voluntatem; nisi cognoscatur. Secundo Probat Suar. ex modo causandi, qui est per motionẽ metaphoricam, quæ fundatur in naturali sympatia potentiarum: at hæc sympatia non potest intelligi, nisi per actus talium potentiarum; quia dum potentiæ non operantur neque mouent, neque mouentur, neq; illam vitalem consensionem habent; vnde in hac consensione præcedit actus intellectus, qui ratione sui, vel obiecti se habet vt motor, & sequitur actus voluntatis, quæ mouetur. 9 *Finis vt causet debet esse præcognitus.*

D Sed contra hanc sympatiam harum potẽtiarum instat Ægid Lusitan. Nã vel sympatia illarum potentiarum consistit in eo, quod vna potentia sine alia non potest esse in actu; & est falsũ; quia sæpe intellectus est in actu, existente voluntate immota; quia hæc non mouetur ab intellectu speculatiuo, nec semper à practico ob suam libertatem: Vel consistit, quod voluntas semper assentit obiecto, cui intellectus assẽtit; & neq; quia vt diximus, posito iudicio practico in intellectu, adhuc voluntas potest non sequi, quia ob suam libertatem, vt potest suspẽdere actum, ita reijcere obiectum propositum. *Modus probãdi Suarij per sympathiam.*

E Confirmatur, quia nõ apparet quomodo ex sympatia deduci possit, vt voluntas non possit ferri in obiectum, nisi sit cognitum: Sed Suar. aliter explicat, vnde fundat suum discursum in necessitate, quam voluntas habet obiecti sibi repræsentati, & præsentis intentionaliter: at illã

præsentiam non habet in se, sicut intellectus habet speciem obiecti, sed habet per actum alterius potentiæ: at potentiæ diuersæ, quia habent hanc sympatiam, possunt habere hác subordinationem circa obiectum, vt scilicet vna potentia habeat vim proponendi obiectum; & altera prosequendi illud.

Dices, vnde oritur necessitas præsentiæ intẽtionalis. Resp. oriri ex eo, quod obiectũ se habet vt motor, & voluntas vt mota; at mouens, & motum debent esse simul, & quia potentiæ sunt intentionales requirũt simultatẽ sibi proportionatam, scilicet intentionalem.

Tertio, quia vt causa realis causet, indiget aliqua existentia: sed finis nõ indiget existentia reali propria, & in se, vt patet; ergo saltem in cognitione debet existere. Ex quo fit, vt etiamsi existat realiter, & in se sit bonus, si non cognoscatur, non moueat; & si non existat, & sit malus, vel non bonus si falso apprehenditur esse bonus causat. Dices etiamsi finis non existens in re realiter, non possit causare, nisi saltem existentiam habeat obiectiuam, tamen quando existit realiter nõ est necessaria existẽtia obiectiua; ergo tunc poterit amari etiamsi non cognoscatur. Resp. nullum finem posse præexistere realiter secundum completam rationem finis; quia finis præexistit secundum se, sed nõ vt adipiscendus, qua ratione est finis completus, nisi sit cognitus.

10 *Cognitio hec debet esse intellectiua.*

Tertia Concl. hæc cognitio necessaria ad actum voluntatis, debet esse intellectiua; quia illa sola est proportionata voluntati vt 1.2.q.9. a.1.&.3. disputatur, & à Caiet. q.10.a.2.& fusè Suar. disp.23. met. sect.2.nu. 8. Probatur ex 3. de anima tex. 42. vbi distinguit voluntatem ab appetitu, quod illa sit in ratione, hæc vero in his, qui ratione carent, vt fuse D. Tho 1.p.q. 80.a.2.&.3. de anima tex. 57. Secundo Probatur ratione, quia nulla potentia potest ferri extra suum obiectum formale: sed obiectum formale voluntatis est bonum propositum p rationem; sicut obiectum formale appetitus sẽsitiui est bonum propositum per cognitionem sensitiuã: ergo nec volũtas potest ferri in obiectum sensatum, nec sensitiuus in obiectum intelligibile. Minor probatur, quia differentia essentialis vtriusq; debet sumi intra latitudinem sui generis: sed genus vtriusq; sumitur ex obiecto cognito, cum in hoc conueniant; ergo differentia debet sumi ex obiecto cognito p diuersam cognitionem intellectus, & sensus, tũ ex D.Th.1.2.q.82.a.4.&.1.2.q.77 a.1. tum ex D. Bernard. tr. de grat. & liber. arbitr. *quocũq; volueris, voluntas semper rationem comitam habet, & quodammodo pedissequam, non quod semper ex ratione, sed quod numquam sine ratione mouetur.*

Confirmant alij ex eo, quod sensus non põt mouere voluntatem directè, quia hoc est proprium intellectus ex D.Thom. 1.2.qu.9.art.1. nam cognitio sensitiua est corporea, quæ est improportionata ad mouendam potentiam spiritualẽ; sed mouet indirectè; quatenus passio sensitiua concurrit ad mutationem iudicij circa bonitatem, vel malitiam obiecti; nam præsente passione aliter iudicamus de obiecto, ac absente.

4. Conclus. etiamsi voluntas posset ferri circa obiectum cognitum per cognitionem sensitiuam, adhuc tamen, vt sic, non posset habere rationem causæ finalis. Ita Suar. sec 23. quæst. 7. num.8. quia finis non exercet causalitatem finalem, nisi proponatur tali modo, quo appetatur propter se, & alia propter ipsum, vt patet ex definitione finis; sed secundum hanc rationem non potest proponi per cognitionem sensitiuam; quia in hac propositione requirit, vt cognoscatur finis, vt finis, & media, vt media, idest cum ordine vnius ad aliud, qui ordo, & proportio non potest cognosci per potentiam sensitiuam, vt dicetur cum de operatione brutorum. 11 *Pinis coguitus per impossibile per cognitionem sensiti. nam non est finaliter.*

At Respondent esse diuersam rationem in sensitiua potentia animæ rationalis; nam ex cõiunctione cum gradu rationalis eleuatur ad pfectiorem operationem, vt patet in cogitatiua, quæ in Bruto non discurrit, at in homine circa singularia discurrit, vt probãt Conimbr. 3. de anima c.3.q.2.a.2.& 1.met.c.1. & 1. poster. c. vltim.& cap.2.de memor.& remin.& ostendit Diu.Thom.1 par.q.78.a.4. ad quintum, & sequitur Vasquez.

Sed contra, tum quia non est certum cogitatiuam discurrere; tũ quia illis id conceditur in concreto obiecto, at hic requiritur cognitio boni in abstracto, idest ille ordo conuenientiæ vnius ad aliud, quę nõ est sensibilis, vt Conimb. loc.cit.

ART. III. Referuntur obiectiones Doctorum, & soluuntur.

PRimo obijcitur auctoritas Dionys. cap.6. de diuin. nomin. *Ad quandam, inquit, augustissimam Dei scientiam, quæ per ignorantiam scitur in coniunctione illa, quæ exuperat omnem sensum, quando mens ista inferiora transiliens, & seipsam derelinquens, coniuncta fueris lucidissimis radijs.* 12

Confirm. ex eodem epist. 5. ad Dorotheum, cum dixisset de caligine diuina inhabitante lucem inaccessibilem, subdit, *In hac versatur omnis, qui Deum nosse, & videre meretur, hoc ipso, quod non cernit, neque cogoofcit, vere in eo aspectum, & cognitionem superat, versans, atque hoc ipsum nosc ns, quod est supra omnia, & quæ sensu percipiuntur, & quæ ratione intelliguntur.*

Confirm.2. ex cap.1. de myst. Theolog. vbi loquens de caligine mysteriorum diuinorum, subdit, *Te vero, Thimotee carissime, pro maxima mysticorum spectaculorum exercitatione, qua vales, præmitte sensus, & mẽtis actiones, eaque omnia, quæ & sub sensum cadunt, & animo cernuntur, & quæ non sunt, & quæ sunt omnia, teq; ad eius, qui omnem essentiam, omnemque scientiam superat, coniunctionem, & vnitatem pro virili parte clam excita.*

Confirm.3. ex D.Thom.2.d.24.qu.3.a.1. vbi ait

ait esse in homine aliquem appetitum, quem non imaginatio gignit, sed sola dispositio naturalium qualitatum, ergo nulla cognitio requiritur.

13 *Extasis, quid sit.* Resp. extasim proprie sumptam significare excessum mentis, quo intellectus distrahitur ab obiectis, ad quæ ex natura sua tendit, & attendit ad ea, quæ sunt supra suam naturam; quare licet extasis differret à raptu secundum D. Thom. 2. 2. q. 175. a. 2. ad primum, quod raptus supra extasim, idest excessum supra seipsum, addit, violentiam; tamen quoad rem nostram sunt idem, quod vtrumque sit causaliter à voluntate, quatenus ex violentia amoris mens extra se fertur ad considerationem eorum, quę pertinent ad rem amatam, & distrahit ab omni alio obiecto etiam præsente: ex quo D. Th. 1. 2. q. 28. a. 3. ait, amorem dici feruentem ad similitudinem feruoris, qui facit aquam extra egredi per ebullitionem.

Hinc patet ad argumenta proposita, nam ibi loquitur de cognitione Dei, quæ habetur per negatiuam, scilicet, quod Deus non sit lapis, nō sit homo, &c. quam scientiam vocat ignorantiam; quia omne, quod cognoscitur à mente humana, cum sit perfectio finita potius de Deo negatur, quam affirmatur, vt ibi Apol. & Diu. Thom. 2. contr. gent. c. 14. & per hanc scientiā mouet ad eius amorem ascēdere, & hinc patet.

14 Ad Confirmat. nam loquitur de cognitione confusa Dei, qua cognoscitur superare omnia, quæ à nobis sensu, & mente cognoscuntur; non tamen negat omnem omninò cognitionem; & idem Resp.

Ad secundam Confirmationem, vt patet ex ipso contextu, vt videre licet in Vasquio loc. cit. c. 3. nu. 10.

Ad tertiam Confirm. Respondetur, ibi Diu. Thom. non negare, quod præcedat cognitio, sed ex dispositione corporis est tam vehemens passio, vt subito rapiatur voluntas ex iudicio indeliberato, vel vt alij, loquitur de appetitu negatiuo, vt fames, quæ est sine vllo iudicio.

15 Secundo, obijcies dependentia actus voluntatis à cognitione, vel est in genere causæ efficientis; & hæc potest à Deo suppleri; vel finalis, & multo magis; quia Deus ipse est omne bonum continens in se perfectiones omnes boni: Vel in genere causæ materialis, & formalis intrinsecæ; & constat, non esse talem; quia neuter actus est forma, vel materia extrinseca: vel in genere causæ formalis extrinsecæ; at hoc nō est à cognitione, sed ab obiecto ipso, quod hic ponitur: vel vt à conditione, sine qua non, vt est approximatio, & præsentia obiecti ad potentiam; & hoc potest suppleri à Deo, & sæpe obiectum est præsentissimum voluntati, vt Deus ipse, qui per illapsum est præsens voluntati.

Respōd. esse dependentiam in genere causæ formalis extrinsecæ; quia obiectum formale voluntatis non est bonum, secundum se, sed vt repræsentatum per cognitionem; quare non sufficit præsentia realis, vt fusè ostendemus in libris de anima.

A Respond. 2. alij ex Caietan. 1. 2. quæst. 1. ar. 1. §. ad euidentiam.

Tertio obijc. constat experientia sæpè volūtatem moueri immediatè ab appetitu sensitiuo sine vlla noticia intellectiua, vt probat Med. 1. 2. qu. 9. a. 2. quando in appetitu insurgit aliqua vehemens passio; tunc per quandam redundātiam resultat in voluntate similis passio, absque vlla cognitione intellectus. 16

Confirm. quia eadem est anima, quæ per sensum cognoscit, & quæ per voluntatem appetit, ergo eadem poterit per vtramque potentiam operari.

Confirm. 2. ex D. Tho. 1. 2. qu. 10. a. 3. ad tertium, dum ait, moueri voluntatem non solum à bono vniuersali appræhenso per rationem, B sed etiam à bono apprehenso per sensū, & ideo potest moueri ab bonum particulare absq; passione appetitus.

Resp ex dictis patere fatente eodem Med. appetitum non mouere voluntatem, nisi indirectè, vt benè D. Tho. loc. ci. & Adrian. quodl. 7. at indirectè non potest mouere, nisi mediante cognitione intellectus, scilicet, concurrendo suo modo ad cognitionem obiecti; nam passio mouet phantasiam, & hæc intellectum; & aliquando ipse intellectus, cognoscens ipsam passionem, mouet voluntatem ad sequendam illā, & mediante hac notitia conceditur redundantia appetitus in voluntatē, non autem per simpatiam, C vt benè Vasqu. disp. 22. c. 2. num. 4. sed nunc à nobis supponitur non aliter moueri cōtra Conimb Valen. Fons. 9. met. cap. 29. sec. 5. Azor. l. 1. c. 20. q. 8.

DVBITATIO VI.

An hæc cognitio intellectiua, quæ est necessaria ad causam finalem debeat esse iudicatiua, an sufficiat simplex appræhensio obiecti.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

D PRimo Not. Vt ex causa finali sequantur effectus, plures requiri cognitiones; nā ex efficaci volitione finis sequitur electio, hanc pręcedit inquisitio, & deliberatio de medijs ad cōsequendum illum; quæ deliberatio non est sine aliquo iudicio, non solum speculatiuo, sed etiā practico, vt benè D. Thom. 2. 2. q. 47. a. 8. Vasq. 1. 2. disput. 44. c. 3. & inde sequitur vsus, qui est actus volūtatis, quo applicantur potentiæ executiuæ, quem ex 3. de anima tex. 46. præcedit intellectus practicus: quare difficultas est de cognitione necessaria ad intentionem efficacē finis, qualis esse debet, vt possit mouere efficaciter voluntatē, non solum ad sui amorem, sed ēt E electionem, & exequutionem mediorum; An satis sit, vt sit simplex sine vlla cōpositione formali, vel virtuali; an requiratur cōpositio formalis, vel virtualis. 1

Secundo Not. simplicem appræhensionem obiecti posse esse duplicem: Primo, sine vlla appræhensione conuenientiæ, vel disconueniētiæ

riæ; & constat, hac ratione non posse mouere voluntatem, quia ibi deest ratio formalis obiecti voluntatis, vt benè Diu. Thom. 1.2.q.9.a.1. & 2.& lec.4.in 3.de anima tex.154.& Valen.1. 2.disp.2.q.4.punct.1.contra Scotum, vt falsò tribuit: Secundo, appræhendendo bonitatem, vel malitiam obiecti, & de hac cognitione intelligitur quæstio; nam in obiecto huius continetur ratio formalis obiectiua voluntatis.

Tertio Not. compositam cognitionem dici iudicatiuam, quæ potest etiam dupliciter fieri. Primò, formaliter enunciando prædicatum conuenire subiecto, quæ fuerunt appræhensa per plures appræhensiones. Secundo, virtualiter, appræhendendo, & æstimando obiectum, vt conueniens, vel disconueniens, quæ cognitio dicitur iudicium quoddam virtuale.

Quarto Notand. vtrumque iudicium duplex posse esse; Vnum speculatiuum, quo de rei natura absolutè iudicatur: Alterum practicum, quo iudicatur de re in ordine ad opus tunc, & nunc faciendum, vel non faciendum; & hoc posse esse, vel ex præuia consultatione, & deliberatione, vel sine tali deliberatione.

ART. II. Opiniones Doctorum.

Prima opinio est dicentium, sufficere simplicem appræhensionem sine vllo iudicio practico formali, vel virtuali. Ita Scot. 2.d.6.q. 1.ad 3.lit.G.& in report.q.1. Sequuntur ex suis Licchet. ad tertium, & Tatar. ibid. Bass. q. vnic. a.1.ad tertium, & d.25.q.1.a.3. ad primū. Maior.2.d.5.q.3. Rad.2.p. controuers. 11.a.4. post quartam conclus. Nicolaus de Nisse. in 2. resol. Theolog. part.2. quæst. prima ad quintum. Sequuntur ex Nominal. Gabr.2.dist.6. q.1.a.3. du.2.ad secundum, vbi Maior. q.1.in fin. Mars. q.16.a.1. §. *ad secundum respondetur*. Olchot. 2.d.3.& tribuit Occh.3. q.12.ar. 4.conclus.2. sequitur Vasq. disp.234. c.1.nu.7.& disp.235. c.3.n.16.& 19.& 1.2.disp.44. c.2.

Fundamentum est: quia cognitio non est necessaria ad voluntatis actum, nisi vt ostendat, & faciat illi præsens, obiectum: sed hoc fit per quamlibet cognitionem, siue practicam, siue speculatiuam, siue simplicem, & appræhensiuam, siue compositam, & iudicatiuā: ergo, &c. Minor probatur; quia omnis cognitio est ipsa manifestatio, & repræsentatio obiectiuum quia est coniunctus voluntati intellectus appræhendentis, & iudicantis.

Confirmat. primo, ex appetitu sensitiuo; qui mouetur ex sola appræhensione obiecti ex 2. de anima tex.1. vbi ait, esse quædam animalia imperfecta habentia tantum sensum tactus, atque adeo carent iudicio, quæ tamen lætantur, & tristātur, qui sunt actus appetitus; ergo multo magis appetitus rationalis, quia hic est perfectior, & cognitio appræhensiua intellectus perfectior, quam cognitio sensus tactus.

Confirm. 1. nam pueri, & amentes carent iudicio, & tamen habent multa desideria; ergo satis est simplex appræhensio obiecti.

Confirm. 3. ex motibus primo primis, qui sic dicuntur, quia præueniunt iudicium rationis.

A Confirm. 4. ex Cytharedis, & alijs operantibus ex habitu sine iudicio; aliter non possent tam celeriter operari; & tamen voluntate mouentur ad illos actus.

Conf. 5. quia ex sola appræhensione terrentur homines dolore, & delectantur.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui putant ad simplicem appræhensionē obiecti sufficere actum simplicis complacentiæ; quia adhoc non requiritur iudicium, quod sit possibile, vel impossibile, non tamen negare iudicium, quo iudicatur expedire complacentiam in tali obiecto, vel non: quare putant ad actum efficacem, prosequutionis, ac fugæ, simpliciter requiri iudicium ex Scoto.

B Sed alij negant secundum Scotum, & veritatem requiri hoc iudicium reflexum de complacentia in obiecto, vt voluntas illud amet: sed omnes affirmant requiri appræhensionem, vel iudicium obiecti conuenientis, vt sequatur amor; nam iudicium illud reflexum requiri est contra experientiam.

Secundo differunt, quod alij volūt, ad actus voluntatis simplicis complacentiæ sufficere appræhensionem obiecti conuenientis, quo modo Angeli praui appetierunt æqualitatem Dei; sed ad actus efficaces prosequutionis, & fugæ requiri iudicium, & de his loquitur Arist. 2. de an. tex.154.& 3. de an. 30.

C Secunda opinio est dicentium, non sufficere simplicem appræhensionem, sed requiri iudicium practicum. Ita Caiet. 1.p.q.63.art.3.§. *ad euidentiam horum*, vbi negat sufficere puram appræhensionem. Ferr.3. contr. gen. cap.109.§. *non valet*: citatur D. Thom. 1.2.quæst.9.a.1.ad secundum, & a.2. sed ibi tantum docet voluntatem non moueri ab obiecto, quod nō apprehenditur sub ratione boni, sed nō explicat qualis debeat esse talis cognitio; sed clarius in 3. de anima, tex.155. lect.4.ad fin.& 2.d.24.quæst. 2.a.1 Hanc sequuntur omnes, qui exigunt notitiam iudicatiuam, vt Medin.1.2.q.9.ar.1.Zumel.1.p.q.63.a.3.quæst.1.in primo articulo cōtrouersiæ initio & 1.2.quæst.77.ar.2.disput.vn. vel disput.2.quæst.4. punct.1. Suar. disput.23. met. sect.7. num.9. 6 *Opin. affirm.*

D Fundamentum sumitur ex 2. de anima text. 154. vbi negat animam moueri ex imaginatione, sed ex opinione mali, vel boni, & 3. de anima tex.30. vbi negat moueri appetitum, donec fiat iudicium de bonitate, & malitia obiecti, & 4. met. tex.18. redarguit negātes primum principium ex hoc, quod est determinatæ electionis, & fugæ requirunt determinatas existimationes.

E Confirmant, quia apprahensio pura est indifferens, vt id, quod apprahenditur, ita esse, vel non esse existimetur, vt cum apprahenditur, stellas esse pares; at actus voluntatis non potest esse, nisi cognoscatur obiectum conueniens, vel disconueniens, seu non conueniens; qd iudicium est in æstimatiua Bruti, ex D. Thom. part.1. quæst.54. artic.3. dum ait, ouem fugere lupum ex opinione, quod sit sibi noxius; quo-

quomodo autem sit illud iudicium in Bruto, sine formali cogitatione, & discursu, dicetur infra.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt, hanc notitiam compositam debere esse enunciatiuam formaliter; Alij vero satis esse, quod sit enunciatiua virtualiter, qua scilicet et per apprahensionem cognoscitur aliquid esse conueniens, vel disconueniens, qualis notitia est in existimatiua Brutorũ. Et inter hos est aliud discrimen, quod alij volunt sufficere notitiam speculatiuam; alij, requiri practicam; & ex his, alij exigunt imperium; Alij vero nequaquam.

7 Tertia opinio est quorundam Recentiorum Thomistarum distinguentium actus complacentiæ naturales, & rationales, ex Caietan. 1. 2. quæst 30. a. 3. & Arist. 3. de gener. cap. 11. naturales vocant, quod ex simplici apprahensione oritur; Rationales, quod ex ratiocinatione, & deliberatione, siue formali, siue virtuali: vnde dicunt ad actũ voluntatis, siue naturalẽ, siue liberũ, in quibus voluntas agit se propter finem, requiri iudicium ex parte intellectus: sed actus in quibus non agit, sed agitur in finem sufficere apprahensionem obiecti conuenientis sine iudicio compositionis. Dicitur autem voluntas agere se in finem, quando fertur, non solum in finem conuenientem, sed etiam in ipsam conuenientiam finis: at agi est ferri in finem conuenientem, & non in ipsam conuenientiam.

Opinio distinguens actus complacentiæ naturales, & rationales.

Primum probant, quia non potest cognosci finis conueniens, & ipsa conuenientia sine iudicio.

Secundum patet, quia appetitus Brutorum fertur in finem conuenientem sine iudicio cõpositionis; ergo multo magis voluntas.

ART. III. Opinio Auctoris.

8 Nota hanc quæstionem posse esse de nomine, & de re; de nomine quidem inter illos, qui diuerso modo intelligunt simplicem apprehensionem; nam Suar. vult, simplicem apprahensionem obiecti conueniens dici, qua cognoscitur obiectum conueniens, sed non affertur formaliter, vel virtualiter esse, vel non esse conueniens, sicut apprahensio, qua apprahenduntur stellæ esse pares, vel impares sine vlla determinatione, & hanc negant posse mouere voluntatem, & bene: At Vasquez putat, simplicem apprahẽsionem dici, qua cognoscitur determinatè obiectum esse conueniens, vel disconueniens, sed negat esse cum iudicio per veram affirmationem, vel negationem relictam, ex habitu, & hanc affirmat sufficere ad motum voluntatis, & benè dicit, neque eam negat Suarius; quare inter hos non est dissidium de re, sed de nomine simplicis apprahensionis: sed quæstio de re est inter eos, qui putant, apprahensionem esse cognitionem obiecti, vt habẽtis, vel non habentis conuenientiam, quam aliqui negant sufficere, alij affirmãt ad actum voluntatis; quare omissa quæstione de nomine, de re ipsa sit.

9 Prima Conclus. probabile est, voluntatem

A non moueri ad suos actus per simplicem apprahensionem obiecti conuenientis. Probatur 1. ex 3. de anima tex. 30. vbi ait, *Cogitatiua autem animæ phantasmata, vt sensibilia sunt, cum autem bonum, aut malum affirmauerit, aut negauerit, tunc fugit, aut prosequitur.*

Probabile esse voluntatẽ nõ moueri ad actus per simplicem apprahensionẽ obiecti probatur.

Resp. Vasquez disp. 44. c. 4. ad 3. num. 13. vbi affirmat, voluntatem sic moueri, non tamen negat, quod nequeat aliter moueri, neque loquitur de omni motu voluntatis, sed timoris, & spei; quos c. 3. nu. 11. ostendit pendere ex affirmatione, & negatione.

Sed contra, nam Arist. ibi vult explicare cõuenientiam, & differentiam inter sensum, & intellectum; at conuenientias ibi duas ponit; prima, quod vt sensus reducitur de potentia ad B actum sensibile, ita intellectus per phantasmata: secunda, quod sicut appetitus sensitiuus, nisi cum iucundum, & molestum, vt affirmans, vel negans prosequitur, & fugit; ita voluntas tunc prosequitur, & fugit, cum bonum, vel malum affirmauerit; ergo Arist. loquitur de omni motu voluntatis, & negat aliter posse moueri. Cõsequentia probatur, quia sensus non mouet appetitum per cognitionem sensui conuenientẽ, sed necessarius est actus æstimatiuæ, qua obiectum, vt malum, vel bonum cognoscatur; ergo neque intellectus, nisi iudicet; quia hoc iudiciũ intellectus respondet actui æstimatiuæ in Brutis: vnde

Explicatur Arist. mens.

C Confirm. nam pura apprahensio in brutis non sufficit, sed exigitur actus æstimatiuæ, quo suo modo iudicet obiectum apprahensum esse conueniens, vel disconueniens, vt ex loc. cit. Aristotelis docet communis opinio D. Th. 1. p. q. 59. a. 3. & 1. 2. q. 9. art. 1. ad 2. sed æstimatiuæ brutis actui in homine respondet opinio; ergo in hominibus non satis est apprahẽsio, sed exigitur opinio. Minor probatur ex D. Thom. 3. de anima lect. 4. ad tex. 154. & 2. d. 24. q. 2. ar. 1. ex Arist. loc. cit. quia vterque versatur circa obiectum, vt conueniens, vel disconueniens.

Secũdo probatur; nam vt appetitus moueatur, debet obiectum cognosci esse bonum, vel D malum, seu conueniens, vel disconueniens, non solum secundum se, sed etiam respectu appetentis; at neutrum potest ferri per simplicem apprehensionem. Minorẽ, quoad primum probant aliqui; nam vbi est prædicatum, & subiectum, ac inter illa connexio; ibi necessariò est aliqua compositio intellectualis; quia licet post compositionem possint concipi duo, vt vnum per apprahensionem, vt v. g. Petrus Albus, non tamen possunt illa concipi, vt duo inter se vnita sine compositione, nec vt vnum apprahendi ante compositionem, quia apprahensio non concipit ex se, nisi obiectum repræsentatum per species; at ab obiecto complexo non potest abE strahi vna species totius, sed singulæ à singulis partibus complexi idest vna Petri, altera Albi, ex quibus deinde fit compositio per intellectũ. Tum minorem probant, quoad secũdam partem, quia in comparatione obiecti respectu appetentis inuoluitur manifesta compositio.

Respond. Scotus negando maiorem, quia ad mo-

motionem voluntatis non est necessaria illa extremorum compositio, sed satis est singulæ seorsim appræhendi, & sic præsentari voluntati; nam cum voluntas sit potentia collatiua, sicut est intellectus, poterit ex se illa cōponere nulla præcedente compositione intellectus, vt v.g. post Petrum cognitum, & sanitatē, diuersis cognitionibus, potest velle sanitatem Petro.

Sed contra, quia licet voluntas habeat vim collatiuam, vt fatetur D. Thom. q. 22. de verit. ar. 13. in corp. tamen non componit vnū extremum cum alio, sed appetit vnum in ordine ad aliud, vt D. Thom. loc. cit. & 1. 2. quæst. 12. a. 1. Vasquez disp. 44. c. 1. at hæc collatio à voluntate fieri non potest, nisi præcedat collatio intellectus actui voluntatis proportionata.

Confir. quia hæc collatio non potest conuenire voluntati, nisi inter media, & finem, vt cū vult vnum per aliud, & inter finem *cuius*, & *cui*, vt cum vult bonum alteri; at inter rem bonam, & ipsam ipsius conuenientiam non potest facere collationem; quia collatio propria volūtatis est tendentia vnius ad aliud; at voluntas, nec vult conuenientiam sanitati, nec vult sanitatem propter conuenientiam tanquam finem; nam nec sanitas est per se obiectum voluntatis, nec conuenientia, sed vnum ab altero, idest sanitas, vt conueniens, vbi sanitas est volita (vt qp) & bonitas, seu conuenientia, vt (quo): quare voluntas non potest moueri ab appræhensione sanitatis, & bonitatis sigillatim, sed à toto composito; atque adeo debet præcedere cognitio cognoscitiua illorum. Hæc alij.

10 *Fundamentū Authoris.* Ego probo. Illa cognitio sufficit ad actum voluntatis, quæ est necessaria, vt sufficienter proponatur obiectum voluntati, vt patet ex terminis; sed simplex appræhensio obiecti conuenientis, vel disconuenientis non est talis: ergo hæc non sufficit. Minor probatur, cognitio necessaria ad sufficientem propositionem obiecti voluntatis est proponere obiectum cum cōditionibus, secundum quas terminat actum illius; sed appræhensio simplex non sic proponit obiectum; nam voluntas dum tendit per actum in obiectum, virtualiter vult actum illum cum liberè velit; ergo cognitio debet proponere, non solum formaliter obiectum, sed etiam virtualiter actum, quem virtualiter vult; at hanc virtualem propositionem non habet cognitio simplex, quę non dictat de faciendo, vel non faciendo; Verum quia hæc ratio non est nisi ad summum probabilis, idcirco sit.

Secunda Concl. licet probabile sit ad actum voluntatis simplicis complacētiæ sufficere simplicem apprahensionem obiecti, vt conuenientis, vel disconuenientis; tamen non sufficit, vt obiectum proponatur in ratione causæ finalis sed requiritur iudicium. Videtur Hurtad. disputat. 14. de anima sect. 7. prima pars probatur. *Vt obiectum proponatur in ratione cāæ finalis requiritur iudiciū Hurtadus.* Quia si sola appræhēsio sensitiua obiecti conuenientis, vel disconuenientis sufficit ad actum appetitus; ergo etiam simplex apprahensio intellectiua obiecti ad actum voluntatis; quia non est minus efficax obiectum appræhensum per intellectum ad mouendum voluntatem, quam appræhensum per sensus ad mouendum appetitum, nam quod intellectus possit etiam mouere per iudicium; non debet tollere ab illo priorem vim mouendi; neq; obstat, quod obijciunt aliqui, scilicet obiectum appræhensionis non esse obiectum voluntatis; nam dicimus, non quodcunq; obiectum apprahensum, sed illud, quod appræhenditur, vt conueniens, vel disconueniens, quod est formale obiectum voluntatis.

At Resp. negando, in Brutis sufficere simplicem appræhensionem; nam requiritur actus æstimatiuæ; sed hæc probatio habet primò difficultatem, quia supponit actum æstimatiuæ esse simplicem apprę̨hensionem obiecti: cum aduersarij id negent, vt patet ex dictis: Secundo, quia eodem argumento probari posset de actu efficaci tendendo in finem; quia per actum ęstimatiuæ Bruta efficaciter mouentur.

Ego probo: quia voluntas potest per affectū simplicis complacentiæ ferri in obiectum, qđ quis cognoscit non esse futura, imo cognoscit esse impossibilia; at hæc non proponuntur per iudicium, sed per simplicem appræhensionem, quod sint delectabilia ex Scoto. Vide Vasquez 1. par. disp. 23 4. Bass. loc. cit. Ex eno patet, voluntatem posse ferri in obiectum, ram appetitu naturali, quam libero sine iudicio compositionis; quia libertas non oritur ex discursu, nec ex iudicio compositionis, sed ex indifferētia obiecti quoad bonitatem, & malitiam. Ita Vasq. 1. 2. disp. 4. n. 12. sed de hoc alibi. 12 *Fundamentū Authoris.*

Secunda pars probatur, quia vt obiectum habeat rationem causæ finalis debet proponi, vt motiuum efficaciter ad electionem mediorum: at hæc propositio non potest sine aliquo iudicio compositionis; tum primo ex parte electionis, siue quando eligitur vnum medium pro alio, quia ibi necessaria est consultatio, atque adeo conclusio de consultatione: at in conclusione est iudicium; siue quando eligitur vnicū medium, vel præeligitur sine consultatione, qa semper electio est cum ordine, & comparatione medij ad finem; at in tali cōparatione semper requiritur iudicium, vt patet: Tum secundo, in actu intellectionis efficaci, quia talis semper dicit ordinem ad opus, atq. adeo sic obiectum dicitur illi proponi: ex quo

Patet primo, idem dicendum de actu spei, quia spes differt à simplici desiderio, quod licet vterque affectus sit de bono futuro, tamen spes est cum opinione futuri, at non sic desiderium.

2. Patet, idē dicendū de timore, qa hic est de modo futuri cū operatione futuri, nam si absit operō futuri, pōt quidē odio haberi, & non timeri; at operō non est sine iudicio; Neq. Bestiæ, dum vident locum, in quo malū sunt perpassi, timent futurum malum, sed illud de memoria præsenti apprę̨hendunt, vt præsens malum, vt ex displicentia fugiant; & de hoc timore putat, loqui Arist. 2. de anima tex. 154. nos perturbari, scilicet per timorem, dum aliquod malum terribile opinamur, similiter moueri per speciem cum opinamur aliquod .s. bonum, de 13

quo

quo confidendum, ſcilicet eſſe futurum; ſed cũ ſolum imaginamur talia, proinde afficimur, ac ſi illa depicta ſpectaremus, quia res pictas non timemus, nec ſperamus, licet ſæpe detineamur in rebus fictis per affectus ſimplicis complacentiæ.

Dices, quale debeat eſſe hoc iudicium; nam licet vbi eſt imperfecta cauſalitas finalis, ſicut eſt in Brutis, poſſit dici ſufficere imperfectum iudicium, quod eſt ſine compoſitione, ſicut appetitus brutorum mouetur ex iudicio æſtimatiuæ, quod eſt ſimplex obiectum conueniens ex inſtanti naturæ; ita poteſt etiam in homine eſſe appetitus imperfectus finis ex appræhenſione obiecti conuenientis, quæ ſit virtualiter iudicatiua, vt Marſ. 2. q. 16. a. 1. Maior. & Gabr. 2. d. 3. nam actui imperfecto voluntatis, ſatis eſt imperfectum iudicium; tamen dubitari poteſt de iudicio neceſſariò ad perfectam motionem voluntatis propter finem, quare ſit.

14 *Ad motionem propter finẽ requiritur iudicium perfectum cum ratiocinatione.* Tertia Concluſio. Ad formalem, & perfectã motionem propter finem, probabile eſt, requiri perfectum iudicium, quod fit cum ratiocinatione ex compoſitione, vel diuiſione, quia debet cognoſci propria, & formalis conueniẽtia finis, & proportio mediorum ad finem, quæ non ſunt ſine collatione vnius cum alio; atque adeo, neque ſine compoſitione, & ratiocinatione: & hinc fit, vt operationes voluntatis indeliberatæ non cenſeantur cauſæ propriè propter finem, ex D. Thom. 1. 2. q. 1. a. 1. quia licet fiant cum cognitione intellectus, tamen imperfecta ſimili cognitione, quam habet imaginatiua.

Hinc oritur dubiũ, an hoc iudicium debeat eſſe practicum, an ſpeculatiuum: ſed pendet ex vſu vocum, quia iudicium practicũ accipi poteſt dupliciter. Primo, phyſicè pro actu intellectus circa finem, potente per ſuam vim determinare phyſicè affectum voluntarium. Secundo, materialiter pro iudicio de conuenientia finis, non tantũ ſecundum ſe, ſed etiam reſpectu hominis iudicantis, nõ ſolum in abſtracto, verum etiam in particulari hic, & nũc, nec dumxtaxat de obiecto, verũ etiam de actu, qđ ſit hic, & nunc conueniens.

15 *Quale iudicium practicum requiratur.* Quarta Concluſio: Iudicium practicum primo modo non requiritur, ſed ſecundo modo. Prima pars probatur, quia motio finis non impedit vſum libertatis; & talis motio practica impedit, vt alibi. Secunda pars probatur, ex 3. de anima 49. vbi ait; iudicium ſpeculatiuum omnino non dicere aliquid proſequẽdum, vel fugiendum, &c. & loqui de ſpeculatiuo, vt opponitur practico ſecundo modo, non primo; patet, ex tex. 47. vbi dicitur rationi imperanti aliquando non obedire appetitum. Secundo ꝓbat Suar. quia dum voluntas mouetur, non tãtum vult obiectum, ſed eſſe ſuo modo hic, & nunc vult proprium actum: ergo de hoc toto debet ferri iudicium; & hoc iudicium ſufficere patet, quia ſufficienter applicat conuenientiã obiecto. Tertio, probat Ariſt, quia iudiciũ ſpeculatiuum differt à practico fine; nam practicus ad aliud ordinatur; ſed omnis appetitus eſt propter aliquid; ergo cognitio, quæ eſt illius principium eſt illa, quæ eſt propter aliquid id

A eſt practica; quæ ratio optima eſt, ſi bene poneretur. Neque dicas, ibi non loqui de iudicio ſpeculatiuo diſtincto contra practicum, ſed ꝙ non diſtat à bonitate & malitia, vt Hiſpal. 2. d. 25. q. 1. not. 3. & Henr. quodl. 1. q. 17. putant; nam ibi dicitur vtrumque iudicium eſſe circa idem obiectum, ſed differre fine; nam aliud eſt cognoſcere obiectum eſſe bonum; aliud, eſſe proſequendum vt bonum; ſicut aliud eſt cognoſcere, operationem eſſe dirigibilem; aliud eſſe dirigendam.

Dices ſi tale iudicium requireret; non poſſent amentes, & pueri ante vſum rationis agere propter finem contra experientiam, qua videmus, eos cognoſcere bonum & finem, & rationem mediorum ad finem. 16

B Reſp. negando conſequentiam, quia licet hi non poſſunt habere iudicium perfectum in ordine ad honeſtatem morum, & malitiam, quod hoc requirit perfectum rationis vſum, & perfectũ iudicium; poſſunt tñ habere iudicium practicum de re hic, & nunc operabili, & conueniente ſub aliqua inferiori ratione; vt eſt bonitas delectabilis; vel bonum naturæ, vt eſt ſanitas; & de medijs ad hos fines, quia hi non omnino priuantur diſcurſu, quem ſufficienter applicat cauſa finalis, vt habere poſſit aliquam cauſalitatem, licet non omnino perfectam.

C Contra hãc cõcluſionẽ multa obijc. ex Vaſq. diſp. 44. c. 4. quem ſequitur Salas loc. ci. diſp. 5. ſec. 2. n. 19. vbi improbat diſtinctionem iudicij practici a Suar. traditam, cũ nõ requirat reflexionem illam circa proprium actum; quod ſi Suar. poſuerit reflexionem formalem, & virtualem; deinde non requiri iudicium de conuenientia reſpectu operantis contra ea, quæ ſupra diximus; ſed non expedit omnia, vel conſiderare, vel examinare; alibi, forte Deo duce veritas concluſionis oſtendetur. Hinc patet qđ dicendum ſit, An requirat imperiũ, quod ponunt Thomiſtæ; ſed de hac re alibi, ne rerum naturas confundamus; nunc ſupponitur non requiri.

D

ART. IV. Soluuntur Argumẽta Aduerſariorum.

AD Primum Reſp. dupliciter poſſe cõcipi, appræhendi obiectum bonum: primò ſine vlla applicatione bonitatis ad obiectũ, quomodo poteſt apprahendi paritas, & frondes arboris; & ita nullo modo poteſt mouere voluntatem; quia ibi nõ ponitur ſufficienter obiectum, cum nullo modo appareat eſſe bonum, & ſecundum hunc ſenſum aliqui intellexerunt, primam operationem, in quo ſenſu eſt omninò falſa, & nullam habet probabilitatẽ; Nec Scotus in hoc ſenſu illam affirmauit; nam dum

E voluit, Angelos peccaſſe appetendo æqualitatem Dei, licet iudicarent eſſe impoſſibile; appræhendendo illam vt poſſibilem, non dicit, illam æqualitatem potuiſſe appeti ſine iudicio de illius obiecti conuenientia, ſed potius ſupponit oppoſitum, vt rectè Flauius 2. d. 6. q. 1. in fine

fine. Secundo cum applicatione bonitatis, vel malitiæ ad obiectum; & de hoc, qui dicunt, requiri iudicium formale, negant, sufficienter proponi per iudicium apprahensiuum; at nos diximus, posse per illud moueri, sicut mouentur Bruta, sed non sufficere ad motum voluntatis efficacem circa finem; quia necessarium est iudicium, quo iudicatur, posse talem finem obtineri; & præterea dicitur saltem confuse iudicari de possibilitate alicuius medij, nisi quis moueatur ad finē more Belluarum, sicut mouentur aliquando dormientes, vt dictum est; & licet sit eadem coniunctio; tamen obiectum nō eodem modo proponitur, & ideo non est aptū mouere eodem modo.

18 Ad Primā confi. Resp. ex dictis patere, appetitum sensitiuum nō mouere sine iudicio de conuenientia obiecti, qui est actus æstimatiuæ vt D. Tho. p.p.q. 59.a.3. docet; & licet in Brutis hoc iudicium sit per apprahensionem sine formali compositione, tamen in nobis communiter est per conpositionem: vnde si ponitur in simplici appræhensione per compositionē virtualem, diximus, etiam sufficere ad mouendā volūtatem; sed in genere causæ finalis perfecto modo causante, diximus, requiri iudicium aliquantum perfectum. His addit Salas. tr. 1. disp. 5. sec. 2. ad 3. nullum iudicium esse in se compositum, sed totam compositionem esse in preuia apprahensione; nisi fortè in Angelis sit cognitio simul apprahensiua, & iudicatiua propter eorum perfectionem; & similiter in Brutis propter imperfectionem, sed de hac re diximus fusè in lib. periher.

Ad Secundam Resp. ex Valen. loc. cit. pueros. & amentes mouere more Brutorum; vnde operari possunt ex iudicio intellectus: & Suar. nu. 13. illis concedit discursum in materia non morali.

Ad Tertiam Resp. motus primo primos nō esse sine aliqua cognitione iudicatiua, sed sine iudicio deliberato, quod requirit consultationem de circumstantijs obiecti.

Ad Quartam Resp. ibi esse iudicium virtuale ex habitu.

Ad Quintā nego illos effectus oriri ex simplici appræhensione sine aliquo iudicio formali, vel virtuali de bonitate, vel malitia obiectis etiamsi non iudicentur possibilia.

Dices Bruta timent lupum venientem; sed in illis non est cognitio compositionis.

19 *Timor lupi qualis sit in brutis.*

Resp. aliqui, in illis non esse timorem; quia hic propriè de malo futuro, quod Bruta non cognoscunt; sed esse signum mali præsentis; qa ex memoria præterita, vel naturali instinctu appræhendunt lupū ex figura, & accidentibus illius, vt sibi nocentem, & molestum.

At Salas putat, iudicium simplex, & cōpositionis in nobis posse dari in qualibet materia, tam circa finem, quam circa media, tam circa bonum, quam malū, & vtriq; cōuenire æqualem vim ad mouendam volūtatem sicut est in Angelis, & in Brutis, in quibus est timor, & spes; nam sicut sensus intentionaliter potest appræhendere absens obiectum, ita bonum, & malum futurum: sed alibi sunt discutienda.

A Dices si sufficit virtuale iudicium; ergo etiā habituale.

Resp. habitualē cognitionem non sufficere; quia non est cognitio, sed quædam propensio, & inclinatio ad cognoscendum; quare non repræsentat obiectum, vt benè D. Tho. 1. p. q. 82. a. 4. ad. 3. Scot. 2. d. 42. q. 4. 5. quantum ad primū, neque obstat, quod habitus scientiæ possit supplere actualem cognitionem præmissarū, quādo ponitur loco actualis cognitionis quoad inferendam conclusionem, non tamen potest supplere cognitionem actualem, respectu actus intellectus; qa in conclusione adest veritas, quæ est obiectum intellectus, & ideo potest intellectus illi assentire ex habitu principiorum; at in

B voluntate nullum ponitur obiectum, præcisa actuali cognitione; quare magis necessariò est cognitio ad actum voluntatis, quam cognitio principiorum ad actum conclusionis.

DVBITATIO VII.

Quomodo cognitio iudicatiua cōcurrit ad actū voluntatis.

CVm dictum sit, actum voluntatis pendere ab obiecto cognito, pendet consequenter à cognitione obiecti; nunc quæritur, qualis sit hæc dependentia; nam dupliciter potest intelligi; primò de dependentia mediata, qua-

C tenus cognitio se tenet ex parte obiecti, quia est applicans obiectum: adeoq; eatenus concurrit, quatenus obiectum immediatè concurrit ad actum voluntatis. De qua plura Gregorius 1. 2. q. 9. a. 1. disi. 5. Salas tr. 1. disp. 5. sec. 3 Secūdo, de dependentia immediata, vt scilicet cognitio ipsa per se ipsam immediatè, & non mediante obiecto concurrit ad actum voluntatis, & de hoc concursu hic quæritur, sed quoniam hæc quæstio est vniuersalis respectu omnium actionum vitalium, quomodo actus vnus concurrat ad alium actum, siue sit actus eiusdem, siue diuersarum potentiarum; ideo eius veritas in libris de anima est explicanda; interim hic

D solum referam opiniones doctorum, quisq; sequatur, quam velit.

Prima sententia est dicentium, cognitionem concurrere effectiuè ad actum voluntatis, tribuitur Sonc. 9. met. q. 12 & 13. (licet contrariū significet. 5. met. q. 3. ad. 3. Olchot. to. 1. q. 3. a. 4. & in Determinationibus q. 3. c. 3. Palud. 4. d. 44. q. 3. a. 1. Greg. 2. d. 25. q. vn. ibi Gabr. a. 3. d. 3. Adam. q. 2. Carthus. q. 3. a. 1. concl. 4. Caiet. 3. de anima in tex. 53. 1. p. q. 27. a. 3. not. 2. ad 3. & q. 80. a. 2. & 82. a. 1. & 1. 2. q. 2. a. 3. & q. 10. a. 3. & ibi Med. & q. 9. a. 1. ibi etiam Caiet. Cou. q. 4. art. 4. Geruas. lib. notitiarum par. 2. & de appetitu sensitiuo, 9. Notandum vlterius, vbi ait, esse communem tam in appetitu sensitiuo, quā

E rationali. Molin. 1. p. q. 19. a. 2. disp. 3. Veracr. 2. specul. 6. est etiam Henr. quodlibet. 9. q. 5. & Durand. 2. d. 22. q. 2. nu. 22. apud Vasq. 1. 2. disp. 36. c. 2. & in hanc inclinat Fonseca 5. met. c. 2. q. 10 sec. 2. licet q. 11. sec. 3. neutram videatur amplecti.

1 *Opinio asserens cognitionem effectiue concurrere ad actū voluntatis.*

Primo

Primo probant, ex Arist. iuxta Auer. 12. met. com. 36. *propter formam, scilicet Balnei, quæ in anima, quæ extra animam; forma igitur animæ Balnei, inquantum est in anima est agens desiderium, & motum; secundum autem, quod est extra animam, est finis motus, & non agens*, & ideo Arist. 3. de anima tex. 54. & 12. met. tex. 34. & seqq. ait, appetibile esse mouens immobile; & idem sæpe docet, vt refert Fonf. quæst. 13.

A

Neque dicas, loqui de motione in genere causæ finalis, quæ est metaphorica; quia concipitur ad modum effectiuæ, 2. phy. tex. 55. quoniam ibi æquiuocè motum accepisset, dum dixit, quoddam esse mobile, vt principale, quoddam, vt instrumentale, quoddam mouens immobile, vt appetibile; sed illa, dicit, mouere in genere causæ efficientis; ergo, &c.

B

Conf. 1. ex Arist. 7. & 8. phy. & 12. met. & 1. de gen. quod nihil potest seipsum mouere sm idem, vnde in viuentibus ponit, distingui partē mouentem à mota, & ob id infra grauia moueri à generante; & in anima ponit intellectum agentem, & possibilem; ergo voluntas non pōt esse per se mota à seipsa, sed ab alio; hoc autē est intellectio 12. met. 35. & patet, ibi loqui de motione in genere causæ efficientis.

Conf. ex Aug 15. de Trin. c. 23. & 26. vbi ait, amore procedere ex notitia obiecti, & inde ꝓbat, amorem diuinum non procedere à Verbo; at vtraq. est in genere principij actiui, & nō finalis.

C

Conf. 2. ex Damasc. l. 2. de Fid. Orthodox. c. 22. vbi bonum, & malum, docet, parere desiderium, vel timorem, &c. & eodē modo loquūtur Ny. sen. lib. 4 suæ phylos. c. 9. & Nemes de natur. homin. lib. 17. Verum his non probatur de efficientia, quam habet cognitio, sed obiectū circa actum voluntatis.

Confir. 3. ex D. Thom. 1. p. q. 82. a. 3. ad 2. vbi intellectum, ait, pendere voluntatem, vt actiuū passiuo, & qu. 27. a. 3. docet, de ratione amoris esse, vt procedat à conceptione intellectus; vnde q. 36. a 2. in corp. & ad 5. probat, Spiritum Sanctum procedere à filio, quia in nobis amor procedit à Verbo, vt benè ibi Torres: at hæc probatio nulla esset si in nobis amor non procederet effectiuè à Verbo, ex quibus locis Caiet. Conr. Sonc. & alij Thomistę hanc opinionē tribuunt S. Thom. nam alia loca, quæ citant, nō loquūtur de ipsa cognitione, sed de obiecto cognito concurrente ad actum voluntatis.

D

Neq. placet responsio Martinez, dicentis esse diuersam rationem, quod inter Verbum diuinum, & Spiritum Sanctum non possit esse alius modus concurrendi.

Sed contra, quia ex concursu in diuinis, rectè infertur concursus analogus in humanis, etiamsi in humanis reperiatur alius modus cōcurrendi, scilicet, vt conditio applicans obiectum.

E

Resp. 2. alij, Verbum diuinum esse subsistēs, & habere eamdem voluntatem cum patre, quæ est vis spiratiua, & propterea non cōcurrit quatenus habet aliquid pertinens ad intellectum.

Sed contra, quia tunc probat non concurrere, vt procedens per intellectum, sed vt habens eamdem voluntatem cum patre, cui per accidens est, quod procedat per intellectum; nam pōt intelligi habere eamdem voluntatem, non intellecta processione per intellectum; at hoc videtur contra D. Thom. & Aug. & alios Sanctos; tū quia subsistentia addita cāæ non variat genus causæ calor .n. siue separatus, siue inhærens causat eodem modo.

Secundo probatur ratione: non minus est potens, & sufficiens intellectus ad producendos suos actus, quam voluntas ad suos; sed intellectus indiget concursu effectiuo speciei obiecti, vt producat actus; ergo voluntas concursu cognitionis obiecti. Maior patet; tū quia potentia cognoscitiua, vel est perfectior appetitiua, vel non est infecta; tum quia sicut potentia cognoscitiua est incompleta ob indifferentiam, quam habet ad plures actus, & ob id indiget comprincipio terminante; ita appetitus est ex se incompletus ob indifferētiam ad plures actus; ergo indigebit comprincipio complente.

Confir. quia ex dictis constat, cognitionem obiecti esse necessariam ad productionē actus appetitus, at hæc necessitas non posset esse per se, nisi cognitio concurrat in aliquo genere cāę ad actum illum; nam si esset tantum necessaria, vt conditio applicans obiectum, tunc esset per accidens necessaria, atque adeo posset per potentiam Dei fieri, vt actus appetitus esset sine cognitione.

Confir. quia habitus aliqui intellectus practici cum concurrant effectiuè ad actus aliarū potentiarum, vt patet de prudentia, & arte, quę dicuntur rectè cum ratione actiua actuum voluntatis, & artificiosorum, sed hi non concurrunt, nisi per cognitionem; ergo hæc concurrit actiuè ad actus moris, & artificiosos: quodsi cognitio artificiosa concurrit ad actus extrinsecos, multò magis cognitio poterit concurrere ad actus elicitos voluntatis, cum quibus habet maiorem connexionem. 27

Confir. 2, ex Gern. quia videmus, intensiorē cognitionem multum facere ad prosequutionem, & fugam obiecti.

Confirm. 3. quia eadem facilitate possumus dicere, nullum actum cognitū, vel appetitum est productiuus alicuius actus, nisi tamquam causa sine qua non; & tamen secundum omnes ponitur, quod voluntas per suos actus effectiuè concurrit ad mouendum obiectum potentiarum, & per intentionem concurrit effectiuè ad electionem, & assensum principiorū, ad assensum conclusionis.

Confirmat. 4. nam non aliunde probamus, causalitatem efficiētis respectu alicuius, quam ex eo, quod videamus, poni effectum, qui indiget causa efficiente, & necessariò præquirere ad suam efficientiam aliud, nam hinc dicimus hoc aliud esse causam illius; quia alioquī non esset necessaria præsuppositio illius. Ita Holchot.

Tertio probant contra Martinez, qui concedit

cedit, cognitionem sensitiuam concurrere effectiuè ad actus appetitus sensitiui, nam eadem ratione etiã cognitio intellectiua ad actus voluntatis concurreret; quia licet hæc libera sit, tamen quod adiuuetur à cognitione, non aufertur libertas, sicut neque aufertur, quod indigeat cognitione, vt conditione sine qua non, & habitibus supernaturalibus ad actus supernaturales; & præterea neque voluntas est libera, quoad omnes actus; quare quod necessitatis erit eadem ratio, ac appetitus sensitiui.

Confirm. contra Ferr. qui concedit, cognitionem medij concurrere effectiuè ad eius volitionem: ergo etiam cognitio finis ad eius volitionem: quia non est diuersa ratio.

Quarto, actus est productiuus habitus; ergo etiam alterius actus: quia non requiritur maior virtus ad productionem actuum, quam habitus.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam quidam putant, actum appetitus sensitiui causari effectiuè à cognitione sensitiua; non autem appetitus voluntatis ab intellectione. ita Martinez. 2. de anima cap. 8 at alij dicunt, eamdem rationẽ esse appetitus sensitiui, & rationalis, vt probatum est argum. 3.

Secundo alij, actuum concursum dãt in ordine ad volitionem mediorum, non autem ad volitionem finis. ita Ferr. primo contr. gent. c. 44.

Tertio, concedunt actiuitatem totalem respectu simplicis complacentiæ, vel displicẽtiæ, qui est motus naturalis, quia causatur ab anima, non vt est voluntas, sed vt est intellectus: At negant, respectu aliorum actuum liberorum, qui sunt ab anima, vt voluntas est; putant enim voluntatem, & intellectum nõ distingui à parte rei. Ita Mars. 2. q. 6. a. 3. At ab alijs negatur; tum quia ponit, voluntatem respectu aliquorũ actuum se habere merè passiuè; neque satis est, quod reperiantur in voluntate; nam vt sint vitales debent etiam immediatè fieri à potentia, in qua recipiuntur; & licet intellectum, putet, esse idem cum voluntate; tamen intellectus nõ concurrit ad illos actus immediatè, sed mediante intellectione; tum quia negat cognitionum ad alios actus concursum immediatum effectiuum; tum quia falsum est, intellectũ concurrere ad alios actus effectiuè mediatè, scilicet per cognitionem, quæ immediatè concurrit ad displicentiam, vt complacentiam naturalem, & per has ad alios actus; quia desideriũ, spes, iustitia, & dilectio requirunt cognitiones distinctæ rationis; ergo non possunt causari ab illa prima cognitione.

Alij denique dicunt, cognitionem sensitiuã esse principium totale effectiuum actuum voluntatis, vt Goffred. quodlib. 6. quæst. 6. quodli. 8. quæst. duodecima, quodl. 9. q. 19. quodl. 13. quæst. 3.

Contra quem multa Cap. 2. d. 29. q. vn. Scot. d. 25. vbi Hispal. Henr. quodl. 9. q. 5. Vasq. disp. 36. c. 1.

Secunda opinio est negantium cognitioni concursum effectiuum respectu actuum appetitus, sed concurrere, vt cognitionem sine qua non obiectum causat finaliter, vel formaliter: quatenus illud applicat. Henr. quodl. 9. quæst. 5. quodlib. 12 q. 26. quodl. 13. q. 10. ad argumẽta Cap. 2. d. 25. quæst. vn. a. 3. ad primum, Scot. contra primum, & d. 24. ad argumenta contra quintum, vbi Hispal. q. vn. a. 9. & dist. 25. quæst. vnic. a. 3. Iauellus 5. met. quæst. 6. Azor. tom. 1. l. 1. cap. 20. quæst. 6. Suar. disp. 23. sec. 7. nu. vlt. Valen. 1. 2. dis. 2. quæst. 4 par. 1. quæstiun. 2. Vasquez 1. 2. disput. 36. cap. 3. Torr. in prima part. quæst. 27. a. 2. p. 4. commentarij, & art. 3. in fin. Hurtad. disput. 14. de anima, sec. 5. cap. 10. Tribuitur Scoto 2. distin. 25. quæst. 1. ad argumenta, & Bernardo de Gennaco Victoriæ, & alijs, & sequitur Martinez 3. de anima cap 8. circa med. Est D. Thom. tum in 1. 2. quæst. 9. ar. 1. ad 3. & p. par. quæst. 82. art. 4. vbi obiectum, probat, concurrere formaliter, & finaliter specificando actum; tum quæst. 22. de verit. ar. 12. vbi, intellectum, ait, moueri à voluntate in genere causæ efficientis, at voluntatem ab intellectu in genere causæ formalis, quatenus illi proponit, & repræsentat obiectum, & idem significat ibid. a. 11. in corp. & ad 9. vbi intellectus, ait, regit voluntatem non inclinando ad obiectum, sed ostendendo illi bonum, ad quod tendat.

Opinio negãs concursum effectiuum cognitioni.

Primo probant ex 2. phy. tex. 55. vbi negat, finem propriè efficere, sed metaphoricè, & tex. 88. 89 & 90. sanitatem, & alia huiusmodi solũ concurrere in genere causæ finalis ad actus voluntatis; at cognitio concurreret effectiuè, videntur obiecta, inquiunt, esse rationem finis, & obiecti, ac cognitionis, vt initio quæstionis notaui; vnde etiam soluitur aliud, finis, vt est in anima causat finaliter; ergo non effectiuè; quia efficiens, & finis non coincidunt.

Secundo, ex natura voluntatis, quæ est quædam potentialis inclinatio in obiectum; at actualis est totaliter à suo potentiali; quia sicut voluntas per seipsam totaliter inclinatur. ita seipsa totaliter efficit.

Confir. quia potentia immanens distinguitur à transeunte, quod illa non potest in subiectum à se distinctum prodire, vt transiens potest: sed intellectus est potentia operans immanenter: ergo non potest producere actum in aliam potentiam; ergo, nec actus eius, quoniam non potest habere maiorem perfectionẽ actus, quam habeat potentia.

Tertio, ex Vasquez, quia intellectio, vel cõcurrit, vt instrumentum; & non; quia est nobilior volitione; vel vt causa formalis, & neque, quia variata natura cognitionis secundum obscuritatem, & charitatem, variaretur etiam dilectionis natura; nam diuersæ causæ secundum naturam producunt diuersum effectum.

Intellectio nõ põt cõcurrere neque, vt instrumentum, nec vt causa formalis.

Confirmat. Vasquez, quoniam quando causa habet in se totam perfectionem, per quam respõdeat perfectionibus, quas habet effectus, frustra ponitur alia concausa ad productionem integram illius effectus, quia prima entia non sunt multiplicanda sine necessitate, sed huiusmodi

modi

modi est voluntas respectu amoris, v. g: ergo potest per seipsum concurrere ad amorem illum. Minor probatur, quia voluntas informata per habitum charitatis potest dare omnes perfectiones, quæ sunt in actu charitatis; nam vitalitatem habet à voluntate, supernaturalitatem in tali specie ab habitu; ergo sine concursu intellectus est integra causa: Sed hoc argumentum probaret etiam, nec produci ab obiecto, cum tamen actus dicuntur effici à potentia, & obiecto; de qua re alibi. Vnde etiam patet, non rectè hunc cõcursum negari, ex eo, quod actus sit liber; quia etiamsi intellectio cõcurrit potest esse liber, vt alibi. Hinc etiam patet, solui argumentum factum ex totalitate actus; nam sufficit, recipi in principio (quod) ẽtsi non recipiatur in principio (quô) vt concedere coguntur in actu charitatis.

Quarto, probãt ex natura actus; nam est determinatus ad talem ratinnem formalem obiecti, extra quam non potest tendere: sed si procederet actum alterius, potentia tenderet in aliam rationem formalem, quæ sit suum obiectum; quoniam tenderet in obiectum alterius potentiæ secundum ratinnem formalem illius; sicut enim actus, v.g. voluntatis tendit ad bonũ vt sic, ita nmne primum concurrens ad illum, debet tendere in bonum, vt sic; alioqui enim, vt est ab vno principio tenderet in obiectum sub vna ratione formali, & vt est ab alio tenderet in obiectum sub alia ratione formali, esset idem actus secundũ suam essentiam in duplici specie essentialiter.

Quinto, quia si cognitio efficienter concurreret ad peccatum; tunc actus supranaturalis esse posset causa physica peccati: sed hoc est falsum, vt patet, tum quia cum actus sit participatio Dei perfecta, habet maximam repugnantiam cum peccato; tum quia effectus per se rei supranaturalis speciali ratione tribuitur Deo, vt actus supranaturalis tribuitur Deo ratione habituum supranaturalium, tum quia effectus pendens à causa naturali, & supranaturali est secundum subiectum supernaturalis, vt dicitur de conclusione Theologica à Molina. Maior probatur, quia Deus posset infundere habitũ scientiæ supranaturalem obiectorum creatorum, qui relinqueret hominem liberum, vt per eam operari possit, vt dicitur de scientia Salomonis; atque adeo illa concurreret ad actum; tũ quia est cognitio fidei, quod potius obeũda sit mors, q̃ Deus sit offendendus, tum q̃a relinquit hominem liberum ad amplectendam, vel recusandam mortem, quia proponit honestatẽ, & acerbitatem; quod si mors vitetur, tunc illa cognitio concurrit ad illam fugam: Neq; dicas, cum actu fidei supranaturali admisceri actum naturalem; nam idẽ sequitur si ponamus, Deum suspendere concursum ad actum naturalem.

Neque dicas, requiri illum concursum cõprincipij actiui, quia voluntas est indeterminata ad influendum, & ideo indiget determinatiuo principio; nam illa indeterminatio non est ex negatione virtutis, quomodo quantitas est indifferens ad colores, sed ex illimitatione virtutis, quia propter vniuersalitatem virtutis potest plures effectus, & ideo determinari debet ad vnum, quæ determinatio illi conuenit ex repræsentatione obiecti: qua responsione posita, voluntas aliquando necessario operatur, aliquando liberè, quia nõ est completa ad agẽdum, vel non agendum.

Ad argumẽtum, quod sumitur ex Verbi Diuini actiuitate; nam Verbo Diuino ex intellectu communicatur virtus spirandi; at Verbo creato non communicatur virtus amandi: quare Verbum humanum non amat, vt increatum, nec identificatur cum natura amatrice, vt Verbum; vnde Verbũ est principium Spiritus Sancti, non formaliter per intellectum, sed per voluntatem, at hæc virtus formaliter tribueretur cognitioni.

Ad Fundamentum sumptum ex paritate cognitionis, quæ paritur ab intellectu, & obiecto. Resp. aliqui, esse diuersam rationem, quod voluntas sit tota ratio agendi, quia trahitur ab obiecto, at intellectus non sic, quia trahit ad se obiectum.

Sed cõtra, hinc potius infertur oppositum; nam si trahitur; ergo ab obiecto patitur, recipiendo tractionem, idest actam ab obiecto: at illi dicunt, quod illa tractio est ex vi voluntatis effectiuè, quoniam obiectum trahit formaliter; ergo tota tendentia est ab ipsa voluntate effectiuè; at non sic intellectus, quia antequam intelligat, necesse habet habere in se obiectum, quo compleatur.

Resp. 2. alij, vniri cum intellectu per speciẽ, non sic cognitio cum voluntate.

Sed contra, quomã vnaqueq; potentia est in eadem anima, & magis vnita, quam sit phantasmata cum intellectu agente, cum quo producit speciem; tum quia principijs effectiuis, satis est vnio simultanea causarum, vt patet in Deo, & creatura, quæ simul applicantur.

Resp. 3. alij, intellectum non posse per speciẽ determinari, nisi quoniam species non est imago formaliter obiecti, sed solum virtualis rõne virtutis actiuæ; at voluntas potest per iudicium determinari ex sola repræsentatione obiecti; est enim imago formalis obiecti.

Ad aliud, quod ex distincta cognitione oriuntur distinctæ species actus in voluntate.

Resp. multa ad antecedens Hurtad. disp. 14. de an. sec. 6. vbi ait, ex cognitione non distingui nisi proponat diuersam rõnem obiectiuam, nõ autem ex illis, quæ proponunt eamdem rõnẽ formalem, vt cognitio obscura, & clara bonitatis diuinæ.

Resp. 2. negando consequentiam, quia distinctio hæc non oritur ex actiuitate, sed ex formali ratione terminante.

Hæc satis sint pro hac quæstione ex aliorũ sententia; nam quid sentiemus nos, dicemus in libris de anima; vbi etiam fusè de actiuitate obiecti circa actus potentiarum.

QVAESTIO VI.

Quibus conuenit agere propter finem.

NOtandum, omnia agentia, vel carere cognitione, & dicuntur naturalia; vel habere cognitionem, & ex illa operari, & diuiduntur, vel in sensitiua, qualia sunt Bruta, vel intellectiua; & hæc diuiduntur in tria genera, intellectiuum diuinum, angelicum, & humanum; quare de his omnibus est nobis agendum.

DVBITATIO I.

An Deus agat propter finem, & quomodo.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 *Actiones in Deo duplicis sunt rönis.* PRimo Notãdum, in Deo distingui actiones, alias esse ad intra, quæ diuiduntur in actiones notionales, vt est generatio, & spiratio actiua; & immanentes, quæ dicuntur actus vitæ, vt est intellectio, & volitio, quæ dicuntur immanentes, quia tam secundum se, quam secundũ suos terminos manent intra potentiam operãtem: Alias esse ad extra; & harum alias Deo conuenire, vt est agens vniuersale; alias, vt est agens particulare.

Secundo Notandum, duo posse quæri in hac quæstione. Primum, an Deus agat propter finẽ: Secundum, an eius actio sit propter finem.

Actio notionalis in Deo nõ est propter finem. Tertio Notan. apud omnes constare, actiones notionales non esse propter finem; quia, vt rectè D. Tho. 1. p. q. 45. a. 2. ad 3. Deus, nec est, nec potest propter finem, quia cum sit suũ esse per essentiam, est omnino incausatus; sed quælibet persona producta est Deus; ergo non est, nec potest esse producta propter finem.

Confirmatur, quia causalitas finalis semper est coniuncta cum causalitate efficientis, vt Conimb. 2. phy. c. 7. q. 9. a. 2. ad finem, Heru. quodlib. 2. q. 2. & patet ex definitione finis; nam dicitur esse id, gratia cuius aliquid; sed ibi non est causalitas effectiua ex Symbol. Athan.

Confirmant alij; nam est duplex processio, vna est generatio, & constat, non esse propter finem, quia licet sit à voluntate concomitante, non tamen à voluntate principiata, ex D. Tho. 1. p. q. 41. a. 2. at quæ sunt propter finem sunt à voluntate, vt principio. Altera est spiratio, & hæc licet sit à voluntate, vt principio, tamen est ab illa, vt natura, ex D. Thom. loc. cit. a. 2. ad 3. quia non procedit à voluntate, vt mota, & allecta à bonitate essentiæ, sed fœcundata amore ipsius bonitatis; quare difficultas manet de cœteris actibus.

2 *Ratio volendi differt à cã volendi.* Quarto Not. ex D. Thom. 1. contra gent. c. 86. & 87. vbi Ferr. rationem volendi obiectum, differre à causa volendi; nam causa semper dicit aliquid diuersum à causato; at non sic ratio, vt patet ex diuinis attributis, in quibus vnũ est ratio alterius, & non causa; vt infinitas est rõ, & non causa, cum Deo conueniat æternitas, ex

A 1. p. q. 10. a. 2. ad 3. Hinc fit, vt licet possit diuina bonitas non esse causa diuinæ voluntati volendi creaturas, tamen potest esse ratio finalis; nam voluit eas, vt ostenderet eis diuitias suæ bonitatis.

Quinto Not. controuersiam huius quæstionis posse esse; vel de actu productionis creaturarum actiua. & passiua: Secundo, de actu volitionis producendi creaturas; quia licet ille nõ possit esse à fine tanquam à causa, vt infra, tamẽ potest esse à fine, vt ratione finali.

Sexto Not. Hanc rationem finalem respectu diuinæ voluntatis esse posse, vel diuinam bonitatem solam, & immediatè, vt putat Vasqu. 1. 2. disp. 4. c. 1. & 2. & disp. 82. c. 2. num. 7. vbi con-

B cedit Deum velle, vt vna creatura ordinetur ad aliam, vt partes ad totum, non tamen velle vnam rem propter aliam, vt rationem volendi, ex D. Thom. 1. p. q. 19. a. 1. ad 3. & a. 2. ad secundum, & ar. 5. Alens. 1. p. q. 28. memb. 3. a. 3. quæstio. 35. membr. 3. Henr. quodlib. 4. quæst. 19. O. Driado. p. 3. de concord. liber. arbitr. cap. 4.

At alij volunt, non solum diuinam bonitatẽ posse esse rationem volendi, sed etiam vnam creaturam volitam, posse esse rationem volendi alias creaturas, vt abundantia frumenti potest esse in Deo ratio volendi pluuias, tanquam medium ad abundantiam volitam, vt finẽ pluuiarum. Ita Duran. in 1. dist. 41. q. 2. nu. 1. Caiet.

C 1. p. q. 19. a. 5. Suar. de liber. diu. vol. dis. 1. sec. 2. num. 21.

ART. II. Opiniones Doctorum.

PRima opinio est affirmãtiũ, in Deo esse causalitatem finalem non solum respectu actuũ transeuntium, sed etiam immanentium, siue liberi sint, siue necessarij; Tum quia non repugnat Deo metaphorica motio, quoniam diuina bonitas mouet, & allicit diuinam voluntatem ad sui, & creaturarum amorem, vt patet, tum ex Boet. 3. de consolation. prof. tertia; 3 *Opinio ponẽs causalitatem finale in Deo respectu actiuum, etiam immanentiũ.*

D *Diuinam bonitatem pepulisse Deũ, vt res externas operaretur;* tum ex D. Thom. 1. par. quæst. 19. a. 1. ad tertium, & a. 2 ad secundum, vbi ait. Diuinam voluntatem moueri à bonitate sua; & hic motus non est effectiuus; ergo finalis.

Confirm. quia Deus amat se propter suam bonitatem, tamquam propter finem, quia in ea sistit; at ly (propter) significat causalitatem finis.

Confirm. 2. amat creaturas propter suam bonitatem; quia amare vnum propter aliud, non est aliud, quam ex amore vnius moueri ad amorem alterius.

E Confirm. 3. quia alias effectus Dei non haberent causam finalem, scilicet ipsum Deum; nam causa finalis non causat, nisi medio agẽte, quod mouet ad operandum; ergo si non datur causalitas respectu agentis, neque respectu Dei; at hoc esse falsum patet ex scriptura dicẽte, omnia Deum operatum esse propter se.

Con-

Confirm. 4. quia, quod agenti voluntario, est causa operandi, est etiam causa volendi operationem, & rem operatam; sed in Deo datur rō operandi res; tum quia omnia operatur propter semetipsum. Tum quia ex Augustin. l. 83. qq. non est dicendum, Deum condidisse irrationabiliter ea, quæ condidit, atque adeo condidit res ex voluntate mota ex aliqua rationabili causa.

A

Hi tamen inter se diuisi sunt; Nam Soncin. 5. met. q. 1. videtur ponere veram causalitatem, at Ferr. 1. contr. gent. c. 87. ponit causalitatem secundum modum nostrum intelligendi, dum ait, diuinam bonitatem secundum nostrum modum intelligendi esse causam diuinæ volũtatis.

4 Secunda opinio est negantium respectu diuinarum operationum, siue transeuntium, siue immanentium, siue effectorum dari causam finalem. Fundamentum, quia quando causalitates sunt inter se essentialiter subordinatæ, ablata prima, auferuntur omnes, vt fusè Aristoteles probat 2. met. & nos supra: sed causalitates finis respectu operationum transeuntium, & effectuum sunt essentialiter subordinatæ causalitati, quam habet respectu voluntatis agentis; ergo hac ablata auferuntur oẽs aliæ subsequentes. Minor probatur, tum quia eatenus effectus causatur à fine, quatenus actio, per quam fit, causatur à fine; quia causa non alia ratione causat effectum, quam causando actionem, per quam est effectus; sed actio hæc non causatur à fine, nisi quatenus eligitur ab agente propter finem: at non potest eligi ab agente, nisi voluntas eius moueatur ad eligendam actionem, & applicandam potentiam operatiuam, à qua est actio. Tum quia operatio exterior dirigitur ad finem à voluntate finis, nam vt est libera, à libertate voluntatis, quia est libera ordinata ad finem à libera volitione voluntatis diuinæ; ergo.

5 Confirm. quia omne agens propter causam finalem dependet ab illa in sua actione, sed repugnat Deo dependere ab alio, vt causa, siue quoad operationes immanentes, siue transeuntes; ergo Deus modo agit propter finem, vt pp causam finalem. Maior probatur, quia causæ sunt sibi inuicem causæ; cum igitur Deus sit cā finis per suam actionem, erit etiam causatus dependens à fine. Minor probatur, quia sicut est primum mouẽs, ita non habet aliud, à quo moueatur; quoniam tunc haberet aliud mouẽs prius se, adeoque non esset primum; vnde Aristoteles 12. met. tex. 35. ostendit de perfectione primæ substantiæ, scilicet Dei, esse, vt moueat, non mota id est tamquam finis amatus, & desideratus. Tum quia finis, per quem Deus agit actiones siue transeuntes, siue immanentes, vel est Deus ipse; & non; quia est causa efficiens actionum, quæ non coincidit cum fine ex Arist. 2. phy. tex. 29. 31. & 68. Vel aliquid extra Deũ, & non; quia tunc aliquid esset prior causa, quã Deus, quoniã causa finalis est prima inter cās, & quia aliquid moueret Deum ad agendum; at Deus non potest moueri ab extrinseco.

Confirm. 2. quia agens agere propter finem, est ipsam actionem pendere ab agente, & fine; at actio Dei non potest pendere à fine, quia oĩs actio Dei est ipsa substantia Dei.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui negant, Deum agere propter finem; quia idem esse putant agere propter finẽ; ac agere propter causam finalem; quia ly (propter) dicit causalitatem finalem. 6

Alij concedunt, Deum omnia producere ad extra propter finem, non tamen propter causã finalem, quæ habet respectu illius veram causalitatem finalem, sed modo quodam eminentiori libero ab omni causalitate: Hanc refert Suar. disp. 23. met. sec. 9. nu. 8. quam nec approbat, nec reprobat; & videtur Nominalium, qui

B distinguunt finem à causa finali, quia finis, vt sic dicit tantum terminum ad quem tendit operatio agentis, at causa addit motionem agentis ad operandum causatũ à fine; vnde fit, vt Deus operetur propter finem; quia non potest dari actio sine termino, & quia omnia ordinat ad se ipsum. Prou. 16. ideo sua bonitas est finis, & terminus extrinsecus omnium actionum; at cum non moueatur ad operandum, nec à termino intrinseco actionis, nec extrinseco, qualis est sua bonitas, ideo neuter terminus habet rationem causæ finalis: videtur Tromb. 5. met. q. 1. a. 2. vbi ait, Deum operari propter finem superiori quadam ratione excludente omnem cau-

C salitatem respectu ipsius Dei; sed hic non habet rationem causæ respectu Dei; ergo habet rationem termini, ad quem ordinantur per Dei voluntatem omnes operationes eius.

Fundamentum, quia Deus omnia operatur propter finem, tum quia *Deus omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ*, Ephes. 1. at consilium dicit ordinem ad finem: tum ex prou. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus*; quia sua bonitas est finis omnium operationum diuinarum; tum ratione; Deus enim non operatur casu, sed respicit determinatum terminum. Minor ergo patet ex dictis, & melius ex dicendis, quod nihil põt ha-

D bere respectu Dei rationem causæ.

Tertia opinio est negantium finem, propter quem Deus operatur, habere causalitatem respectu voluntatis diuinæ, licet habeat causalitatem respectu operationis ad extra, qua effectus omnis fit propter bonitatem, & gloriam Dei. 7

Alij negant finem propter quem operatur Deus habere cãlitatem, respectu voluntatis diuinæ.

Secunda pars patet ex ijs, quibus supra probatum est Deum operari ad extra propter finem; nam ille finis respectu rerum ad extra nõ habet rationem puri termini; ergo veræ causæ; nam sicut illis non repugnat causari effectiuè, ita nec finaliter, cum hę causalitates se inuicem consequantur.

E Prima pars probatur, quia nihil exstens in Deo est causatum. Ita Heru. quodl. 2. qu. 1. ar. 2. circ. fin. vbi negat agens primum moueri à fine ad amorem, sed hoc conuenit agenti, vt est in potentia ad amorem finis, vnde causalitas finis respectu primi agentis consistit in dando bonitatem, & appetibilitatem alteri, ex eo, quod

aptum sit intendi ad quod sufficit, quod ab alio moueatur ad amorem, vel si amor habetur de fine sine motione, vt patet in Deo etiã responsione ad octauum cũ dicitur Deum agere propter finem, ly (propter) non dicit causalitatem finis respectu Dei, sed respectu effectus: eamdẽ sequitur Tromb. 5. met. q. 1. a. 2. qui putat, oppositum esse hæresim, quod ponat in Deo aliquod causatum, quare ait Deum agere propter finem superiori quadam ratione excludente omnem causalitatem respectu ipsius Dei. Medin. 1. 2. q. 1. a. 2. qui explicat, quomodo Deus non vult vnum propter aliud ex parte voluntatis, sed ex parte effectus, quia scilicet nõ vult vnum, quia vult aliud; hoc enim significat voluntatem vnius esse causatam à voluntate alterius, sed quia vult, vnum esse propter esse alterius; Eamdem sequitur Suar. sec. 9. qui tribuit D. Thom. 1. p. qu. 19. a. 5. vbi fusè Caiet. Zumel. Molin & alij, & 1. contr. gent. c. 86. & 87. vbi Ferr. vbi ait, Diuinam bonitatem esse causam diuinæ voluntatis ex nostro modo intelligendi, non tamen secundum rem; quia nos non possumus diuina capere, vt in se sunt, sed secundũ modum rerum creatarum. Alens. 1. p. qu. 35. nu. 3. Driadon. lib. de concord. tr. 1. c. 4. & ideo D. Aug. lib. 83. qq. q. 28. negat dari causam diuinæ voluntatis; quia omnis causa est efficiẽs; in omni enim vera causalitate intercedit causalitas efficiens; at respectu diuinæ voluntatis nulla est causa efficiẽs, etiam, vt liberè terminatur ad obiecta; nam secundum entitatem essentialem sibi est ens per essentiam, vt etiam liberè terminatur, cum nihil terminus addat volitioni secundum entitatem necessariam, neque fingi potest causa realis, quæ solum efficit per suam causalitatem ens rationis; vnde qui ponunt illã terminationem addere aliquid reale de nouo diuinæ voluntati, consequẽter ponere possunt hanc causalitatem, vt coguntur ponere etiam effectiuam; quod tamen oritur ex falso fundamento.

8 Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui putant actiones diuinas transeuntes esse propter causam finalem, vt sunt à Deo tanquam causa particulari, non tamen vt sunt à Deo tanquam causa vniuersali: sed hic modus dicendi repugnat diuinæ prouidentiæ, quam habet de rebus creatis, etiam vt est earum causa vniuersalis.

Alij dicunt, hanc causalitatem esse respectu omnium actionum transeuntium procedentiũ à Deo, tam vt causa vniuersali, quam particulari, vt supponit D. Thom. 1. p. q. 44. a. 4. vbi Interpetres eius, quia omne agens agit propter finem; & 1. d. 1. p. 2. q. 1. a. 1. & 2. & 3. cont. gent. c. 17. & 18.

Secundo differunt, nam cum omnes conueniant, diuinam bonitatem habere rationem vltimi finis, ad quem omnia vltimò diriguntur, prou. 18. tamen differunt, quod alij volũt, Deũ nihil ad extra operari proximè propter finem creatum, sed omnia, & proximè, & vltimo propter suam bonitatem; Ita aliqui apud Suarium, quos sequitur Vasq. 1. p. disp. 82. c. 2. & in com. q. 44. a. 4. quia ex doctrina Theologorum nihil potest mouere diuinam voluntatem præter suã bonitatem; ergo illa sola potest habere rationẽ finis. Consequentia patet, quia de ratione finis est mouere voluntatem operantis; tum quia in quolibet serie agendi vnus dari potest finis cuius gratia; cum igitur bonitas habeat rationem finis, nihil præterea finis esse poterit: Antecedẽs probatur tum ex Alens. 1. p. qu. 28. membr. 3. & qu. 25. membr. 3. ex D. Thom. p. p. q. 19. a. 1. ad tertium, & ar. 2. ad 2. vbi diuinam voluntatem non moueri ab alio, sed se ipsa, cum sit sibi sufficiens, *Vnde*, inquit, *non sequitur, quod aliquid aliud moueat voluntatem eius, nisi bonitas sua, & sicut alia à se intelligit, intelligendo suam essentiã, ita alia à se vult volendo bonitatem suam*, & ad tertium, *ex hoc, quod voluntati diuinæ sufficit sua bonitas, non sequitur: quod nihil aliud velit, sed quod nihil aliud vult nisi ratione suæ bonitatis*. Henr. quodl. 4. q. 19 Fabr. 1. d. 41. qu. vn. a. 1. in fin. Driadon. p. concord. c. 4. ad 4. Ferr. 1. contr. gent. cap. 86. Tũ ex ratione, quia videtur præter perfectionem Dei, vel operari propter aliquid amatum, ex quo fit, omnia præter bonitatem suam habere rationem mediorum, quæ à Deo sunt volita, vt obiecta materialia, quorum ratio volẽdi est diuina bonitas, & hinc vlterius sequitur ex verbis D. Tho. p. p. qu. 1. a. 5. Deum velle, & efficere, vt hoc sit propter illud, non tamẽ velle, vel efficere hoc propter illud, sed omnia pp seipsum.

Alij vero distinguũt effectus primos, vt sunt primæ partes vniuersi, ex Deo creatos, vt naturæ institutore; immediatè propter seipsũ fuisse creatas, at quæ fiunt à Deo, vt naturæ prouisione fieri immediatè propter finem creatum. Videtur Ferr. 1. contr. gent. cap. 87. ex D. Tho. ibid. c. 86. & 1. p. q. 19. a. 5. ad 3. 9

At alij putant Deum proximè, & immediatè omnia operari propter finem creatum, sed remotè, & vltimo propter suam bonitatem. Ita Ægid. Lusitan. 1. 2. lib. 1. de fine q. 14. § 4. num. 18. & 20. & tribuitur Heru. Tromb. & alijs supra citatis.

Tertio differunt in assignanda specifica rõne finis; Nam aliqui dicũt Deum operari propter suam bonitatem tamquam finem, *gratia cuius, & cui*: Alij, finem creatum esse finem, *gratia cuius*, sed diuinam bonitatẽ finem *cui*; Alij, etiam finem creatum aliquando esse finem *cui* proximè; licet diuina bonitas, semper finis *cui* remotus; vt Ricch. 3. d. 26. a. 7. quæst. 2. in fin. corp.

Alij, non operari propter finem suum, sed propter finem creaturarum; Alij denique cum D. Thom. 1. par quæst. 44. a. 4. non operari propter finem suum consequendum, sed propter finem suum communicandum creaturis, quia non agit propter vtilitatem suam, sed propter vtilitatem creaturarum, vt fusè Caiet. loc. cit.

ART.

ART. III. Opinio Auctoris.

10 PRima Concl. Deus siue vt causa particularis, siue vniuersalis agit ad extra propter finem. Videtur esse certa ex scriptura prou. 16. *Vniuersa propter semetipsũ operatus est Deus.* Sap. 8. *diuina sapientia dicitur attingere ad finem omnia & suauiter disponere.* Rom. 8. *quæ sunt, à Deo ordinata sunt*; Ephes. 1. *qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*, at consilium dicit ordinem ad finem.

Deus agit ad extra propter finem.

Confir. ratione, quia est de fide, Deum esse omnium rerũ gubernatorem Sap. 14. *tu Pater omnia gubernas prouidentia*: & ostendit D. Tho. 1. p. sed gubernatio est ordinatio rerum in finem per debita, & proportionata media; cum sit actus Prouidentiæ; ergo &c.

Confir. 2. quæ fiunt sine destinatione ad finẽ, fiunt casu, & fortuna; ratione quorum habetur aliquid per actionẽ præter intentum; at respectu Dei nihil est à casu, & fortuna.

Confir. 3. quia id probatur ex 12. met. 55. vbi ex opinione Anaxagoræ ponentes, Deum esse primum principium mouens; infert Deum agere propter finem, quia omne agens agit propter finem, vt benè D. Tho. 1. p. q. 44. a. 4. vbi omnes Interpetres hanc conclusionẽ ponũt.

Confir. 4. quia Theologi probant Deum esse intelligentem ex eo, quod operatur; nam omne agens agit propter finem, vel à se intentum, vel intentum à superiori causa, à qua dirigitur; at cum Deus non habeat superiorem causã, debet finis esse ab ipso intentus, atque adeo habere vim cognoscendi illum.

11 Secũda Cõcl. Hic finis habet respectu actionis diuinæ transeuntis rationẽ causæ finalis. Patet ex 12. met. tex. 55. vbi repræhendit Anaxagoram, quod poneret vnũ principium scilicet intellectum, illudq; dicebat, esse mouens; nã ex hoc debebat ponere duo principia scilicet finem, qui differt à mouente, quia omne mouens mouet gratia alicuius; quare alterum principium dari debet, quasi dicat, mouere propter seipsum, atque adeo inseparatis à materia idem est efficiens, & finis; sicut sanitas in mente est quodammodo idem, ac medicatiua ars; quare medicatiua agit quodammodo propter seipsam, & hinc primus intellectus erit primum agens, & primus finis, quatenus mouet sui gratia; at ibi Arist. agit de principijs quæ sunt causa rerum.

Secundo Probat Suar. Relec. de libert. Diuin. volun. disp. 1. sec. 2. nu. 15. ex c. 1. ad Ephes. *operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*: at consilium respicit media, quæ verè causantur à fine ex 2. Ethic. c. 5. Resp. in Deo consilium non accipi propriè; nam includit imperfectionem inquisitionis: sed contra quia in Deo debent poni omnes perfectiones simpliciter, quæ reperiuntur in creaturis ablatis imperfectionibus; sed consilium includit iudicium certum de medijs ad finẽ, in quo nulla includitur imperfectio; ergo consilium secũdum hanc rationem debet Deo tribui, vt optime D. Tho. 1. 2. q. 14. a. 1. ad 2. docet.

A Tertio Probat Suar. ex eo, quod Deus est causa finalis omnium 12. met. tex. 36. & probat D. Tho. p. p. q. 44. a. 4. ergo agit propter causam finalem; consequentia probatur; quia cum omnia sint ex vi actionis Dei, si actio Dei non esset propter ipsum Deum, sequeretur, non omnia esse propter Deum, atque adeo Deus non esset omnium finis. 12

Confir. quia Deus omnia operatur propter suam bonitatem, vt propter finem: sed Deus ratione suæ bonitatis est vera causa finalis eorum, quæ fiunt; quia finalis causa non est aliud, quam esse id gratia cuius aliquid fit, hoc est, quod simul cum causa efficiente cõcurrit ad effectũ, vnde implicat agere propter finem, & finem

B non finalizare.

Quarto Probatur, quia si finis ad quẽ Deus respicit, dum operatur, nõ concurreret vt causa finalis; esset ex eo, quod poneret aliquã imperfectionem in Deo; at hic nulla sequitur imperfectio, sed summa perfectio; ergo &c. Minor patet, quia sicut non est imperfectio, sed perfectio summa omnem actionem ad extra pendere à Dei potentia, vel sola, vel simul cũ causa secũda in genere causæ efficientis; ita nõ est imperfectio, sed summa perfectio, omnem actionem finalem pendere à Dei bonitate, vt causa finali, vel vltima, & proxima, vel vltima admittendo cõcausam finalẽ creatam, vt pro-

C ximam.

Tetia Conclus. Causa finalis vltima respectu omnium actionum elicitarum siue à sola potentia diuina, siue à potentia diuina simul cum creata, est bonitas diuina; quia omnia referuntur ad Deum vt vltimum finem, vt dicitur Prou. 16. *omnia propter se ipsum operatus est Dominus*; & hinc Apoc. Deus dicitur Alpha, & Omega; quia scilicet est principium primum, & vltimus finis. 11

Bonitas diuina est causa finalis.

Confir. ex Arist. loc. cit. in Prima & Secũda concl. quia primum principiũ debet esse vltimus finis; quia omne operans, semper aliqua ratione respicit seipsum, & fusè probatur à

D D. Tho. p. p. q. 44. a. 4. & q. 103. a. 2. &. 4. vbi Thomistæ.

Dices: Hinc sequitur, Deum non amare nos amore amicitiæ, quod repugnat scripturæ tribuenti Deo erga homines amicitiam, & amorẽ charitatis, Ephes. 2. at charitas est amicitia quędam ex D. Tho. 2. 2. q. 23. a. 1. Consequentia probatur; quia de ratione amoris amicitiæ est velle bonum alteri propter seipsum, & in hoc distinguitur ab amore concupiscentiæ, quod amor cõcupiscentiæ semper refertur ad aliud, & hic amor mediorum nunquam potest esse amicitiæ; quia mediũ vt sic amatur propter finem: quare si Deus amat omnia propter suam bonitatem; sequitur, omnia amari vt media.

E Resp. amorem amicitiæ excludere vtilitatẽ, & voluptatem propriam, 8. Ethic. c. 3. vbi negat fundari in vtilitate, vel voluptate propria; non tamen excludere honestatem propriam, atque adeo omnem respectũ ad alterum, à quo actio habet honestatem; nam cum amicitia in hone-

state

ſtate fundetur, potius exigit reſpectum ad alterum, à quo habet actio, vt ſit honeſta, & quia ex natura rei omnia ordinantur ad Deum; ideo nõ poteſt ab amore amicitiæ excludi hic ordo ad Dei gloriam, & honorem; quia excluſo hoc ordine, neceſſariò ſequeretur, vltimum finem poni in aliqua re creata: Ex hoc fit, vt amor Dei erga creaturas, etiamſi ſit ad manifeſtandam ſuam gloriam non ammittat rationẽ amicitiæ; quoniam non ordinatur ad propriã vtilitatem, & voluptatem, cum creaturis non indigeat, & ideo dicimur ſerui inutiles Luc. c. 17. ſed ad vtilitatem creatam, propter quam Deus omnia operatur, & ſolum ordinat ad ſe, tamquam ea, quæ ſunt ſibi debita, vt ſupremo fini, & auctori, qua auctoritate nõ poteſt ſe priuare, & ſine quo reſpectu omnia eſſent nociua creaturæ, & non vtilia, & ob id hæc amicitia Dei erga creaturas non eſt cum æqualitate, ſed cum excellentia, vt D. Thom. ex Ariſtotele 9. Ethic. c. 10. Hinc etiam fit, vt amor Dei, erga creaturas irrationales ſit cõcupiſcentiæ nõ quidem reſpectu ſui, cum nullam afferant vtilitatem, ſed reſpectu creaturæ intellectualis, ad cuius commodũ ſunt creata, vt ſignificat D. Tho. 1. p. q. 21. ar. 2. ad 3.

15 Dices. 2. ſi Deus omnia opatur propter ſuã bonitatem, ſequitur Deũ non moueri ad opãdum ex intrinſeca bonitate rerum creatarum, ſed à bonitate diuina illis extrinſeca: quod eſt cõtra perfectiones præſertim ſupnaturales rerum creatarum, cum Deus amet hominem iuſtum propter gratiam in eo exiſtentẽ, & vult illi gloriam propter propria illius merita; nam hæc omnia ſunt amabilia propter ſe, & intrinſecam perfectionem; Deus autem amat res, vt ſunt amabiles. Conſequentia probatur; ſi enim omnis finis eſt bonitas diuina, ſequitur omnia habere rationem medij; at media non amantur propter intrinſecam bonitatem, ſed propter extrinſecam finis.

Reſp. Vaſq; concedendo creaturas nõ amari vt finem, & formaliter propter intrinſecam bonitatem, ſed tantum ſe habere materialiter, & vt medium: ſed contra hanc infra dicemus.

Reſpondent 2. alij Deũ operari propter bonitatem intrinſecam creaturarum, vt finem *cuius gratia*; ſed vt finem *cui* operari propter ſuam bonitatem, vt ſcilicet manifeſtando ſuam bonitatem in creaturis glorificẽtur, vt ait Riec. 3. d. 2. a. 7. q. 2. Verum hæc reſponſio non placet alijs, ſiue quod putent, diuinam bonitatem habere etiam rationẽ finis *cuius gratia*, quia operatur gratia manifeſtandæ ſuæ bonitatis ex D. Tho. 1. p. q. 44. a. 4. quæ actualis communicatio eſt actus maxime decens diuinæ bonitati, ſiue quia etiam creaturæ habent rationem finis *cui*; nam bona particularia vult própter bonum, & Pulchritudinem vniuerſi, quæ pulchritudo eſt quoddam bonum amatum ipſi vniuerſo, vt fini *cui*; ſimiliter dando gratiam, & gloriam homini, operatur propter hominem, vt finem cui.

16 Reſp. 3. Suar. loc. cit. n. 21. duplicem eſſe rationem volendi vnam formalem primam, & radicalem; Alteram, formalem proximam, & differunt, quod prima ſemper ſit formalis; at proxima, licet reſpectu præcedentium ſit formalis, tamen reſpectu primæ eſt materialis, & hinc diuinam bonitatem ſolam eſſe rationem volendi primã; quia ſola diuina bonitas comparatur ad Dei voluntatem, vt per ſe amabilis, cæteræ autem ſunt amabiles per reſpectum quendam decentiæ, & cõuenientiæ ad diuinam bonitatẽ. At creatæ perfectiones ſunt rationes formales volendi reſpectu Dei, quatenus pro ipſorũ diuerſitate habent maiorem, vel minorẽ conuenientiam, & decentiam reſpectu diuinæ bonitatis, vt Incarnatio; quia in ea magis communicatur Deus, ideo eſt ſecundum ſe magis conſentanea diuinæ bonitati; ſic etiam potius voluit dare gloriam ex meritis, quam ſine illis, quoniam id magis manifeſtat diuinam iuſtitiã; ſic etiam vniuerſum condidit potius perfectũ, quam imperfectum, quia in hoc magis eius ſapientia apparet: & hac ratione perfectiones creatæ conferunt ad complendam (vt ſic dicã) rationem diuini conſilij; & voluntatis. Ex quo conciliãtur ſententiæ negantes, & affirmantes, perfectiones creatas habere rationem finis, & mediorum reſpectu voluntatis diuinæ. Hinc deniquè deducit, quod quãdo in duobus operibus diuinis inæqualiter volitis à Deo, non reperitur maior conuenientia, & decentia ad diuinam bonitatem in vno, quam in alio, tunc ratio inæqualitatis non eſt ſumenda ex parte ipſorum, vel ex parte diuinæ bonitatis, ſed ex libertate ſolius voluntatis diuinæ, ex D. Tho. p. p. q. 23. a. 5. ad 3 qualis eſt electio huius potius ad gloriam, quam illius, & huius portionis materiæ ſub forma ignis, & alterius ſub forma terræ, & cur hos potius Angelos, quam alios, & hanc animam vnire verbo potius, quã aliam; horum enim omnium cum æqualiter ſe habeant ad diuinam bonitatem, inæqualitas oritur ex ſola libertate volũtatis, & ideo exclamat Paulus inquirens rationem huius conſilij, quis conſiliarius eius fuit, quaſi dicat, non poſſe à nobis ſciri rationem huius voluntatis, ſed hæc melius ex ſequentibus, & in prima parte, quare ſit.

Quarta Concl. licet Deus omnia operetur propter ſuam bonitatem vt vltimum finem, vt 3. concluſ. dictum eſt, tamen aliquando operatur etiam propter aliquod creatum, vt finem proximũ. Probat Suar. loc. cit. diſp. 24. met. ſec. 2. nu. 9. & 10. ex D. Tho. 1. contr. gent. cap. 86. & 87. vbi ait, dari ex parte obiectorum creatorum rationes aliquas, ob quas diuina voluntas ad talia obiecta liberè terminatur. Secũdo tũ ex amore Dei erga iuſtos ob intrinſecã perfectionem gratiæ; tũ quia operatur Deus omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ; at in eo conſilio Deus non tantum conſiderat ſuam bonitatem, ſed etiam pulchritudinem, & decentiam inuentam in ipſis rebus, propter quas illæ acceptentur à diuina voluntate. 17

Deus aliquãdo operatur propter creatum, vt finem proximum.

Confir. Primo quia ſic partes omnes, & ſpecies ordinat ad pulchritudinem vniuerſi, & plantas, & Bruta propter hominem.

Confir. 2.

Confir. 2. ex D. Paulo. 1. Cor. 3. omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei; ergo Deus omnia produxit propter homines, homines propter Christum, & Christum propter Dei gloriam; & idem patet in illa enumeratione, qua Paulus posuit Rom. 8. quos prædestinauit, hos vocauit, quos vocauit, hos, & iustificauit, quos iustificauit, hos, & glorificauit.

18 Confir. 3. quia hæc conclusio nullam ponit imperfectionem in Deo, vel perfectionem indebitam creaturæ; cum eius bonitas intrinseca sit per se amabilis, & non vt bona ex sola bonitate extrinseca Dei; ergo non est improbanda. Antecedens probatur; quia tria absurda possunt opponi. Primum quod creaturas ponit, esse finem Dei: & non; quia dum dicitur, Deus agere propter finem, non asseritur, quod Deus agat propter finem sui, sed propter finẽ, ad quẽ ordinat rem effectam ab ipso Deo; at hoc non est aliud, quam vnã rem ordinari ad aliam, quod maximè spectat ad Diuinæ prouidentiæ commendationem; quia ad illam pertinet, omnia non solum ordinare ad finem vltimum, & communem omnibus, sed etiam ad cuiusq; rei proprios. Secundum absurdum potest opponi, quod actio Dei sit pendens à creatura; at hoc non esse absurdum, patet in omni genere causæ, nã actio eductiua Dei pendet à materia, & actio productiua actuum supernaturalium pendet à potentijs vitalibus; ergo neq; erit absurdum, quod actio transiens Dei pendeat à fine proximò creato: quod Cõfir. Suar. disp. 23. met. sec. 9. nu. 10. vbi ex D. Tho. 1. p. q. 44. a. 4. & Caiet. ibid. concedit, Deũ agentem habere causam finalem. Tertium absurdum, quod omnia creata habeant rationem mediorum respectu Dei; at his repugnat amari propter se; sed Resp. Suar disp. de liber. volun. sec. 2. nu. 20. tum quia licet id, quod est purè medium, non possit propter se amari, quia nullam habet intrinsecam bonitatem; tamen quando medium habet suam bonitatem, potest habere cum ratione medij etiam rationẽ finis, & mouere ad alia propter illam bonitatem amandam: tum quia licet omnia Dei opera sint media, respectu diuinæ bonitatis, & maiestatis manifestandæ, tamen inter se possunt habere subordinationem quamdam in ratione medij, & finis; at secundum hanc rationem possunt etiam amari; quia Deus sicut intelligit res, vt sunt in se, ita potest illas amare secundũ amabilitatem, quam habent.

19 Deniq; Probant alij, illud, quod in ordine intentionis est ratio, cur aliquid sit volitum, habet quoad exequutionem rationẽ finis, gratia cuius aliquid fit; illa enim ratio est mouens ad operandum: sed non solum diuina bonitas, verum etiam perfectiones creatæ sunt rationes, propter quas Deus vult aliquas creaturas; ergo non solum diuina bonitas, sed etiam perfectiones creatæ sunt causæ, gratia quarum aliquæ creaturæ sunt à Deo effectæ. Minor probatur ex D. Tho. 1. p. q. 19. a. 5. ad. 3. & 1. contr. gent. c. 86. & 87. vbi bonum vniuersi ait, fuisse rationem, cur Deus voluit singulas illius partes; &

A materiam propter formam, & vtramq; propter compositum, & omnes perfectiones accidentales propter substantiam.

Quinta Conclusio. Bonitas creata nõ est finis proximus omnium rerum creatarũ à Deo, sed aliquarum diuina bonitas est proximus, & vltimus finis aliarum vero est finis vltimus non proximus. sed proximus est aliqua perfectio creata. Est contra Ægid. Lusitan. lib. 1. de fin. q. 12. a. 1. §. 5. nu. 20. sed illã docet D. Tho. loc. cit. in 3. opinione. 20 *Bonitas creata non est finis proximus omniũ creatorum.*

Prima pars probatur; quia cum inter fines non detur processus in infinitum, & omnia debeant ordinari ad Deum vt vltimum finem, necessariò debet deueniri ad perfectionem creatam,

B quæ immediatè, & proximè sit ordinata ad Deum, & non ad aliam rẽ creatam; sic enim intelligitur illud Apostoli, omnia vestra sunt, vos Christi, Christus autem Dei.

Confirmatur, quia licet partes vniuersi Deus velit propter pulchritudinem vniuersi; tamen hãc pulchritudinem, quæ est aliquid creatum non vult immediatè, nisi propter Deum, quia non est alius finis medians inter vniuersum, & Deum.

Secunda Pars probatur, quia effectus immediatos vult Deus proximè, & vltimò propter suam bonitatem, vt dictum est.

Tertia Pars probatur ex tertia conclusione,

C in qua ostensum est, aliqua opera fuisse effecta à Deo propter finem proximum creatum licet vltimò propter Deum.

Dices. Hæc doctrina Diu. Tho. debet intelligi in ordine intentionis, in quo datur dispositio omnium in ordine ad voluntatem diuinã; in quo ordine primi effectus sunt voliti à Deo immediatè propter suam bonitatem; quia primi nõ habent alios priores, qui sint illi ratio volendi: at hoc non est verum de primis effectis in ordine exequutionis; quia hi effectus sunt voliti proximè propter fines creatos; primum enim in intentione, est vltimum in exequutione, & contra: quod significauit D. Tho. dum 21

D dixit. *Deum voluisse, vt homo haberet manus propter seruitium intellectus, & intellectum voluisse propter hominẽ, & hunc propter pulchritudinem vniuersi, denique ipsam pulchritudinem vniuersi propter diuinam bonitatem.* sed contra, nam ex hac ipsa doctrina patet, primos effectus intentos, qui sunt vltimò in exequutione, non esse propter alium finem creatum, sed immediatè propter Dei bonitatẽ.

Sexta Conclusio: licet respectu actionum transeuntium diuinarum detur causa finalis; nõ tamen datur causa respectu actionum immanentium in Deo. Ita Alens. 1. p. q. 35. a. 3. & 5. ex D. Tho 1. p. q. 19. a. 5. vbi negat, dari causam di- 22 *Respectu actionũ immanentium in Deo non est causa finalis.*

E uinæ voluntatis; sequitur ibi Mol. & idem D. Thom. 3. contr. gent. c. 87. vbi Ferr. Fonsec. 5. met. c. 2. q. 10. sec. 2. & sec. 4. Suar. disp. 23. met. sec. 9. nu. 3. & 4. Conimbr. 2. physi. c. 7. q. 21. a. 2. ex qua doctrina D. Tho. loc. cit. negat, Deum velle hoc propter hoc, idest non vult hoc, quia vult hoc vt finem, quasi actus volẽdi

suæ

ſuæ bonitatis, ſit cauſa actus volendi creaturæ.

Confir. ex Auguſtino lib. 83. qq. q. 28. vbi negat, quærendam eſſe cauſam, cur Deus voluerit creare mundum; ſed hoc nō intelligitur de cauſa creationis mundi; quia eam aſſignat. 5. de Ciuit. Dei. c. 21. ergo de cauſa actus voluntatis, idcirco quia actus intrinſecus Dei eſt incauſatus finaliter, vt eſt incauſatus efficienter, cum ſit ipſe Deus; hæ enim duæ cauſæ ſe mutuò comitantur ex Suar. diſp. 12. ſec. 3. nu. 5. & diſp. 23. ſect. 9. nu. 3. & Conimbr. loc. cit. q. 9. ar. 2. Heru. quodl. 2. q 2.

Confir. 2. quoniam omnis cauſalitas finis, vel exercetur circa volitionem finis, vel circa volitionem mediorum: ſed circa mutuam volitionem poteſt exerceri. Minor probatur. ſemper enim inter cauſam, & effectū debet eſſe aliqua diſtinctio à parte rei; atqui inter diuinam bonitatem, & voluntatem illius non eſt diſtinctio, vt recte D. Tho. 1. contr. gent. c. 87. vbi Ferr. neq; inter intentionem finis, & electionem mediorum eſt diſtinctio; etenim Deus vno perfectiſſimo actu vult finem, & media, ex D. Tho. 1. p. q. 19. a. 5. & 1. contra gent. c. 87.

Dices: quid ſignificat quando dicitur Deum velle creaturas propter ſuā bonitatem, vel velle incarnationem propter ſalutem hominis.

Reſp. ibi ſignificari, non cauſam, ſed rationem volendi finalem, vt D. Tho. loc. cit. & nos ſupra explicauimus.

ART. IV. Soluuntur argumenta primæ opinionis

23 AD primū reſpondent aliqui negando conſequentiam, quia cauſalitas finalis non cōſiſtit formaliter in motione metaphorica agentis; poteſt enim dari cauſalitas finis ſine vlla tali motione, & poteſt talis motio ſine vlla cauſalitate finali; nam motio dupliciter poteſt dici metaphorice, primo adæquate, ideſt ſecundum gradum genericum, & ſpecificum; & ſic conuenit Deo; ſed hæc motio, neq; eſt vera cauſalitas, neq; verè actio, ſed vtrūq; per metaphoram, quatenus nos concipimus diuina ad modum creatarum: Secundo inadæquate, quatenus ſcilicet ſecundum gradum genericum .ſ. motionis dicit veram cauſalitatem, ſed ſecundum gradum ſpecificum metaphoram; quia .ſ. motio habet ſimilitudinem quandam actionis, & ita conuenit fini, vt cauſæ finali, ſed non cōuenit Deo; nam diuina bonitas eſt quædā ratio volendi obiectiuè eminentiori modo; ſed ſicut talis actus, vt à nobis concipitur, eſt ſine cauſalitate effectiua à potētia, vel formali circa potentiā informando illam; ita ſine cauſalitate finali.

Ad primam confirm. reſpondent aliqui primò, Deum amare ſe, & creata propter ſuam bonitatem; ſed ly (propter) non dicit cauſalitatem, ſed rationem volendi obiectiuam, quod dicitur mouere, & allicere voluntatem, quia cōcipitur à nobis ad modum, quo finis mouet, & allicit voluntatem creatam, cum tamen eminentiori modo moueat, & alliciat. Reſpon. 2. negādo Deum amare ſe tamquam propter finem, tum quia non eſt finis ſui ipſius, tū quia non poteſt habere finem, quia non habet principium ſui eſſe; niſi dicatur finis negatiuè, quia nō habet aliud, ad quod ordinetur; ſed hoc eſt ſine cauſalitate; ſicut Deus dicitur eſſe à ſe negatiuè, ideſt ſine vlla cauſalitate effectiua.

24 Ad ſecundam Reſp. concedendo, Deū amare creaturas propter ſuam bonitatem, vt rationem amandi, non tamen cum cauſalitate; neque enim eſt idem amare vnum propter aliud, ac ex amore vnius moueri ad amorem alterius; quia ly (ex) dicit diſtinctionem inter vnum, & alium, atque adeo cauſalitatem vnius reſpectu alterius; quod ſi ly (ex) nolint ſignificari huiuſmodi imperfectiones, tunc poteſt concedi, ſed negatur inter illa cauſalitas; quia ſicut quādo dicitur Deus eſſe immortalis, quia eſt immaterialis, ly (quia) ſi dicit veram cauſalitatem, negatur; ſi vero rationem conuenientiæ ex parte noſtri modi concipiendi, conceditur; ſed id non dicit cauſalitatē; ita quando dicitur, Deus amare creaturas propter ſuam bonitatem, non ſignificatur cauſalitas vera, ſed ratio amandi; nā ſicut eodem actu ſe amat neceſſariò, & creaturas liberè ſine additione aliqua reali; ita ille actus, vt terminatur ad Deum, poteſt dici ratio ex modo noſtro concipiendi, cur extēdatur ad creaturas ſine vlla cauſalitate; nam ſicut illa extenſio fit ſine vlla additione reali, ſed eminentiori modo, ita ſine cauſalitate, & in hoc ſenſu D. Dionyſ. cap. 4. de diuin. nomin. aſſerit, quod diuinus amor non dimiſit Deum ſine germine.

25 Ad tertiam Reſp. quidam, negando bonitatem diuinam eſſe cauſam finalem operum diuiſorum, ſed eſſe terminum, in quem omnia diriguntur vltimo.

Sed contra, tum quia Deus, vt eſt primum omnium efficiens, ita omnium vltimus finis, ex D. Thom. p. p. q. 44. a. 4. ergo omnia ſunt effecta à Deo agente propter cauſam finalem: tum quia illi conuenit definitio cauſæ finalis; omnia enim ſunt facta propter Deum Prouer. 16. tum quia cum cauſalitas finalis nō includat imperfectionem, ſed maximam perfectionem, cum omnium ſit prima cauſa, non eſt deneganda Deo. Quare Reſp. 2. omnia pendere quidem à Deo, vt cauſa finali, ſed inde non fit, volitionem, qua Deus vult producere res, pendere à cauſa finali, vt infra art. 5. ad 2.

Ad quartam Reſp. negando maiorem, quia ex D. Thom. p. p. q. 19. art. 5. ad primum, non omnis cauſa operationis externæ eſt cauſa volitionis; ſatis enim eſt, quod ſit ratio volendi, vt in Deo patet ſecundum communem, & ſecundum multos etiam in agentibus creatis, in quibus finis eſt ratio volendi obiectum per ſimplicem amorem, & tamen nō eſt cauſa illius amoris: & hinc fit, vt omnia opera Dei pendeant à diuina bonitate, vt cauſa finali, & tamen actus volitionis non pendeat ab illa vt cauſa; neque tamen operatio Dei eſt irrationabilis, quia ſunt regulata à voluntate Dei mota à Dei bonitate, vt rōne volendi; & licet nulla detur cauſa voluntatis diuinæ; tamen adhuc poteſt velle, vt

vna

vna res creata sit propter aliã, vt vermes propter perfectiones totius, & reubarbarum propter sanitatem, neq; rectè ex negatione causæ volitionis infertur negatio causæ inter res volitas.

ART. V. Soluuntur Argumenta secundæ opinionis.

26 AD primum Resp. negando minorem, eo quod causalitas finis respectu actionum transeuntium non subordinetur per se causalitati finis respectu volitionis, cum possit esse illa sine hac.

Ad primam probationem Resp. concedendo, causam finalem non causare effectus, nisi mediante agente, quod immediatè allicitur ad operandum; tamen non est necessarium vt allectio fit per causalitatem; nam sufficit, si alliciat, vt obiectum, & ratio formalis obiectiua, quia licet illa allicitio in creatis non fit, nisi per verã causalitatem finalem, & effectiuam, tamen non ita in increatis, in quibus, vt non est productio effectiua amoris, ita neq; causalitas finalis: nec mirum; voluntas enim diuina, se, & potentias exequutiuas applicat ad operandum, sine vlla sui mutatione reali, sed eminentissimo modo: nec mirum, nã etiam effectus causantur à Deo in genere causæ exemplaris, & tamen nulla datur causalitas respectu Dei ad intra.

Ad secundam probationem Respon. etiamsi operatio exterior dirigatur à Deo ad causam finalem per effectiuam voluntatem, tamen non inde fit, respectu voluntatis diuinæ dari causã finalem; quoniam sicut voluntas applicat potẽtiam ad operandum absq. causalitate intrinseca in applicante voluntate, ita dirigit ad finem, absq. causalitate finali intrinseca voluntati dirigenti; causalitas enim finis respectu operationis, quatenus est effectiuè à potentia applicatur per voluntatem.

27 Ad Primam Confir. Resp. Caiet. 1. p. q. 44. a. 4. Deum posse dupliciter considerari: Primo absolute, & sic nullam habet finalem causam. Secundo relatiuè, vt scilicet est agens, & sic licet realiter non habeat finem, quod eius actio sit ipsius substantia, vnde dici solet, non agere propter finem sui, sed alterius, de qua re infra: tamen formaliter habet finem, scilicet suã bonitatem, quæ est finis suæ actionis formaliter sumptæ; quia omne agens agit propter finem, vel assequendum, quando sunt imperfecta; vel communicandum, quando est agens omnino perfectum; neque id est absurdum, hoc enim nullam ponit imperfectionem in Deo; sed in actione Dei, quæ, vt est effectiuè à potentia diuina, ita & finaliter ab eius bonitate. Neq; hinc sequitur, Deum habere finem, sed eius actionem, à qua denominatur agens. Neq; hinc tollitur à Deo primitas in mouendo, quia ipse est primum mouens effectiuum, & finale respectum rerum creatarum, quæ habent causam, non tamen respectu sui; & ideo dicitur primũ mouens non motum.

28 Ad Secundam confirmationem Resp. finem proximum actionis transeuntis posse esse rem creatam, sed hæc non est prior causa, quam Deus; quia non est causa volitionis diuinæ, per quam applicatur potentia ad operandum: at finis remotus est ipsa diuina bonitas; & licet finis productus nõ sit idem cum agente; tamen finis existens, & qui dicitur adeptus sæpè est idem cum agente.

Ad Tertiam Confir. Resp. exigere longam disputationem de natura actionis diuinæ transeuntis; nam aliqui volunt esse formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem, scilicet productiuè transeuntem, & subiectiuè immanentem. Alij esse formaliter transeuntem, sed non distingui à Diuina essentia, vt Caiet. 1. p. q. 25. a. 1. sed alij, quos sequimur, dicunt esse productiuè, & subiectiuè transeuntem, ac esse in ipsa creatura, vnde pendet effectiuè, & finaliter à Deo, vt creatura.

DVBITATIO II.

An Creaturæ purè intellectuales agãt propter finem.

AFfirmant omnes (exceptis antiquioribus Philosophis, asserẽtibus, omnia casu euenire in vniuerso) Angelos operari propter finẽ. Probant Theologi ex cap. 1. ad Haebreos, *omnes*, inquit, *sunt administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatẽ capient salutis.* ex quo colligitur mitti ad gubernanda inferiora propter electos; & Dan. 9. vbi Angelus Gabriel se egressum, vt doceret Danielem, quare subdit, *Ego autem veni, vt indicarem tibi.* 1 *Creaturæ intellectuales agunt ppter finem.*

Secũdo Probant Philosophi ex 12. met. tex. 36. 37. vbi primũ mouens, idest Deus, dicitur, mouere hæc inferiora, vt finis amatus, at nõ est sic finis nisi Intelligentiarum, quæ sphœras inferiores mouent, vt assimilentur Primo Motori vt Sonc. 12. met. q. 37. & Iau. q. 15. Zerb. q. 7. Flandr. q. 7. a. 1. 2

Tertio Probant ratione communi, quia omne agens agit propter finem, vt ex Arist. constat 12. met. tex. 55. præsertim si sit agens per intellectum 2. phy. tex. 49. Sed Angeli in vniuersi gubernatione multa agunt, non solum mediante motu cœlorum, sed etiam immediate vt infra.

Confirmatur, quia gubernare, non est aliud, quam res gubernatas ad finem dirigere; ergo.

Confir. 2. quia ex inferioribus multa agentia dicuntur agere propter finem, quia à superioribus Intellegentijs diriguntur in finem, vt D. Tho. 3. contr. gen. c. 24. ostendit, & nos infra; at non possent alios dirigere in finem, nisi ipsæ agerent propter finem.

Solum hic posset dubitari, Per quas actiones dicuntur agere propter finem per liberas ne solum, an etiam per necessarias; sed hæc dubitatio est communis etiam hominibus, ideo ibi patebit huius rei veritas. Secundo, dubitari posset, an per actus immanẽtes agant propter finem, & secundum veritatem non potest habere difficultatẽ, cum huiusmodi actus sint

vere

verè producti, sed secundum Aristotelem, de quo circumfertur sensisse, actiones immanentes voluntatis, & intellectus esse de substantia ipsarũ; vt dicendum idem, ac diximus de Deo; at vero falsum est, quod Arist. tribuunt, vt alibi ostendemus.

DVBITATIO III.

An homo agat propter finem.

DE hac D.Thom.1.2.q.1.a.1. vbi Medina, Vasquez, Val. Zumel. & alij, & 3.contr. gent.c.2.vbi Ferr. & opusc.3.c.100.

ART. I. In quo explicatur sensus quæstionis.

1 PRimo Not. In homine reperiri duplex genus actionis; vnum elicitarum à voluntate, vt qui sunt circa finem antecedenter, vel consequenter; vel circa media, vt electio & vsus. Aliud elicitarum ab alijs potentijs; & ex his alias esse, quæ subordinãtur voluntati dispositiuè, vt motus progressiuus: alias subordinatas polyticè, vt motus appetitus sensitiui: alias nullo modo subordinatas, vt motus vegetatiuæ.

2. Not. ex his actionibus, aliquas esse liberas: alias necessarias; & alias esse indeliberatas; alias deliberatas siue perfectè, siue imperfectè, quarum omniũ naturas explicare nõ est huius loci, sed legi potest D.Tho.1.2.à q.11.ad 18.

3. Not. hominem posse considerari in duplici statu. Primo in statu pleno libertatis. Secundo in statu sine libertate siue nullam habeat, siue aliquam imperfectã, in quo statu sunt amẽtes, pueri ante vsum rationis, & dormientes.

2 4. Not. dupliciter posse hominẽ agere propter finẽ, Primo vt directum ab alio; quo modo omnia, quæ agunt ex instinctu naturæ dicũtur agere propter finem vt directa ab alio. Secundo directiuè, idest dirigendo se in finem; & hunc modum agendi propter finẽ hic inquirimus, An conueniat homini, & ratione quarũ actionum.

5. Not. hominẽ posse directiuè agere propter finem quatruppliciter. Primo actualiter. Secũdo virtualiter. Tertio interpetratiuè. Quarto habitualiter; nam cum agere propter finem sit, actionem à voluntate referri in finem, hæc autem relatio possit quatuor modis fieri; hinc oritur, vt quatuor modis possit homo agere propter finem.

6. Not. Ad actualem relationẽ quatuor secundum cõmunem requiri. Primo quod actu adsit intentio consequendi finem. Secundo quod ex illa intentione se moueat ad actionem, qua finem consequatur. Tertio quod dum actio fit, finis actu cognoscatur; nam alioqui, non posset actu referri in finem; vnde fit quartũ, vt actualis intentio consequendi finem actu coniungatur cum actione, & opere, quod refert in finẽ, vt Vasq.1.2.disp.6.c.1.not.2.ver.gra. vt elemosina actu sit relata in Deum vt finem non satis est, Deum esse actu cognitum dum illa fit, sed

A etiam vt sit actu intentus, id est vt fiat ad Deo placendum, quia tunc adest actu intentio dirigens in finem; & hinc distinguitur electio ab actione externa; quod electio non potest esse sine actuali intentione finis; at actio externa esse potest, quia potest quis ex priore intentione motus dare eleemosinam, etiamsi tunc nihil de Deo cogitet.

7. Not. virtualem relationem dici operationem factam ex vi prioris actualis intentionis, vt iter cæptum ex intentione actuali visitandi loca Sancta Romæ dicitur virtualiter intendi visitationem, dum prosequitur iter, etiamsi nihil cogitet de visitatione locorum sanctorum: ex quo patet ad virtualem relationem, Primo requiri, vt præcesserit actualis intentio finis; B nam alioqui, quod nunquam fuit, non potest virtute remanere. Secundo, quod actu causauerit ad electionem, & vsum alicuius medij saltẽ vnius, & remotè ex vi electionis huius oriatur electio aliorum mediorum. In quo medio electo manere dicitur virtualiter intẽtio præcedens, etiam quando desinit esse. Tertio, quod illa intentio nõ fuerit reuocata, vel aliquo modo interrupta per cõtrariam voluntatem; nam alioqui non posset influere, nec in genere rei, quia non est, nec in genere moris, quia virtus relicta in medijs fuit destructa per contrariam voluntatem, ita Bonau. 2. d. 41. a. 1. q.3.ad 3. nu.33. clarius Maior.q.1.Gabr.q.vn.a.3.d.2.ex C Scot.ibi q.1.A.& 4.d.6.q.6.A.vbi Gabr.q.1.B. in 3. d.1. Sotus 4.d.1.q.5.a.8.Azor.lib.1.cap.8. fuse Vasquez 1. 2. disp.5.c.2.& disp.23.cap.2. disp.75.c.2.n.5.& disp.217.c.1. n.6. & 7. 3 *Virtualis relatio ad finẽ quæ sit.*

Difficultas est quomodo maneat virtus intẽtionis in medio electo. 4 *Virtus intentionis quomodo maneat in medio electo.*

Resp. Primo Ricc.4.d.6.a.1.q.3. ad 2. ex vi intẽtionis imprimi in organis externis qualitatem quamdam, quæ manet cessante intentione finis, vt dicunt de virtute impræssa proiectis: sed non placet Scoto & Gabr.d.6.loc.cit. tum quia nõ apparet quomodo voluntas possit imprimere qualitatem illam, cum organa habeant in se virtutem motiuam; neque quomodo illa D conseruetur, & corrumpatur cessante intẽtione, tum quia non est necessaria, nam directio in finem est potius moralis, quam physica, quare satis est potentiam esse applicatam à voluntate intendentem finem.

Resp. 2.Scot.& Gabr.In appetitu sensitiuo, siue phantasia poni certam dispositionem, qua mouet potentias cessante actu voluntatis: sed neque placet; tum quia qualis, & quid sit hæc dispositio, & quomodo causetur, non satis intelligitur; tum Secundo, quia licet potentiæ externæ moueantur ab imaginatiua, & appetitu sensitiuo, tamen non possunt dirigere illas in finem, quem nec imaginatiua cognoscit, nec E appetitus appetit, cum sæpe talis finis sit bonũ honestum; imo neque id posset, etiamsi finis esset bonũ delectabile, quia infra ostendetur, appetitum secundum se moueri ab alio in fine, non se ipsum mouere in finem; at nemo dat alteri, quod non habet.

Resp. Tertio Alij. In medio non manere actualem

actualem intentionem finis, sed esse necesse, vt maneat quædam voluntas, & attentio circa actionem externam, quæ cũ semper adsit, etiãsi propter sui remissionem non percipiatur, dirigit actionem in finem virtute prioris intentionis. Ita Gabr. loc. cit. num. 3. in corrol. & refert, vt probabilem Suar. prima secundæ, cap. 3. de gratia sec. 3. sed non placet alijs, quia ex Diuo Thom. 3. p. q. 64. a. 8. ad 3. actio externa potest fieri ex virtuali intentione finis, etiamsi nulla adsit attentio, vt patet in celebrantibus cum distractione inuoluntaria, & alijs actionibus hominis, sæpè enim quis aggreditur ambulationem propter intentionem sanitatis consequendæ, tamen sæpè nihil cogitat de ipsa sanitate, & ambulatione, vt D. Tho. secunda secundæ, q. 83. a. 3.

Respon. 4. alij cum Scot. Gabr. & communi, virtutem intentionis manere in medio assumpto; quia ex imperio voluntatis fuerunt applicata membra ad assumptionem medij ad finẽ, ex quo imperio licet actiones nihil acceperint, nisi denominationem extrinsecam, vel relationem; vel essendi modum, tamen in genere moris tribuuntur intentioni illi applicanti, & imperanti; sicut combustio segetum, licet Physicè fiat ab igne, tamen tribuitur moraliter applicanti ignem; & hoc est, virtutem intentionis manere in medio primo assumpto, & in cœteris consequentibus, qui omnes tribuuntur primæ illi intentioni finis, per quam dicuntur directa ad finem, atque adeo dicuntur causari à fine.

6 *Interpetratiua intentio finis distinguitur à virtuali.* Octauo Not. interpetratiuam intentionem finis, de qua Mẹd. 1. 2. quæst. 76. a. 3. Suar. tom. 3. disp. 13. sec. 3. Vasq. disp. 24. c. 1. nu. 3. In hoc distingui à virtuali, quod hæc exigat intentionem actualem finis prçuiam existentem formaliter, vel virtualiter, vt dictum est: at interpetratiua, non exigit illam intentionẽ exprçssam, & directam finis, propter quem dicitur interpetratiuè agere; sed exigit, vt finis ille sit intentus in alio, atque adeo hæc interpetratiua intẽtio non datur, nisi in voluntario indirecto, idest in alio, quo modo omnis, qui operatur actum virtutis, interpetratiuè intendit finem vltimũ, vt optimè Suar. prima secundæ, quæst. 6. art. 1. quæstiunc. quarta, sic etiam, quia iaculator in foro causa recreationis, & occidit hominem, dicitur intendere occisionem interpetratiuè; quia nullo modo actu intendit, & cogitauit de occisione; sed in causa, quatenus voluit in loco publico sagittare. Ita Mẹd. loc. cit. sic etiam qui solitus in æbrietate occidere hominem, si inebrietur, & occidat; etiamsi nihil cogitet, dũ inebriatur, de occisione, dicitur interpetratiuè intendere occisionem, vt Suar. 1. 2. tr. 3. dist. 13. sec. 3. Vnde aliqui distinguũt duplicem virtualem voluntatem; vnam ex parte operantis; alteram ex parte operis; & huiusmodi, dicunt, esse hanc voluntatem in hoc casu, vt refert Vasquez 1. 2. disp. 6. cap. 1. & disput. 32. cap. 2. Hinc voluntas Principis, quæ per epithetam colligitur, dicitur interpetratiua talis obiecti, & actus, quia nulla præcessit formalis, & actualis voluntas illius, sed ex voluntate rationis volitæ, propter quam constituit legem, colligimus, habuisse talem voluntatem, si tales circũstantias cognouisset, contra Vasquez disputat. 24. cap. primo, num. tertio, qui docet esse virtualem, quia generali voluntate voluit obligare ad id, quod est rationi consonum, sed tallitur; tum quia potest esse, vt illa actualis voluntas generalis actu non præcesserit, tum quia etiamsi fuisset, non erat formaliter actu, & directè voluntas non obligandi hic, & nunc; quæ erat necessaria ad virtualem voluntatem. sed de his alibi.

Nono Notand. præter actualem, & virtualẽ, & interpetratiuam intentionem dari etiã habitualem, quam licet aliqui confundant cum virtuali, vt Bon. 2. d. 41. a. 1. quæst. 3. ad vltimum, tamen patet ex communi, distingui ab omnibus tribus prædictis, vt Scot. 4. dist. n. 5. quæst. 6. & in 2. distin. 41. quæst. prima, & vtrobique, Gabr. quæst. vn. a. 3. d. 2. & quæst. 1. ar. 1. notab. 3. Sot. 4. dist. 1. quæst. quinta a. 8. Suar. prima secundę, tract. 3. dist. 13. sec. 3. ex Diuo Thoma prima secundæ, quæst. 88. art. primo ad secundum, & secunda secundæ quæst. 24. art. 10. ad secundum, vbi Caietan. & quæst. tertia, de malo art. septimo, sed in explicatione non conueniunt. 7 *Habitualis relatio finis, quæ sit.*

Nam Suarez prima secundæ disp. 2. quæst. 4. & 3. par. loc. cit. putat ad relationem habitualẽ sufficere, & exigi voluntatem actualem prius factam, & nullo modo retractatam, neque remanẽtem in aliquo effectu virtualiter, vt siquis ver. gra. generaliter referat in Deum omnes actiones suas totius vitæ, vel diei, dicetur habitualiter referre suas actiones in Deum, dum operatur; quia ibi moraliter censetur manere prima relatio, dum non est reuocata; hæc enim relatio non potest dici virtualis, vt aliqui malè putarunt; quia non manat in aliquo, quod sit eius virtus, sed solum dicitur manere ob non reuocationem, quo modo dicitur peccatum manere habitualiter post actum peccati, donec per displicentiam retractetur; nam si peccator post peccatum præteritum dicitur habitualiter auersus; cur per actum charitatis non dicetur habitualiter conuersus; atque adeo post intentionem actualem finis dicetur habitualiter intendere finem, etiam non manẽte actu, nec in se, neque in sua virtute: Ex quo patet distingui, hanc relationem à cœteris; nã ab actuali, & virtuali, patet ex dictis; distingui etiam ab interpetratiua probatur; quia hæc exigit præuiam intentionem finis in causa; at hic finis fuit intentus in seipso: Disputant tamen, an operationes sint meritoriæ ex illa generali intentione. Affirmant Cap. Caietan. Sot. & Maior. negant Bon. Scot. Gabr. Dur. Palud. & Suar. sed hæc alibi.

At Gabr. Scot. Diu. Thom. Caietan. & alij communiter referunt, hanc habitualem intentionem finis in habitum charitatis, quo informatur eliciens actũ, cui dr̃ habitualiter referri; quia subiectum per habitum inclinatur in finẽ; non quidẽ influendo in actum; quia sic tribue-

ret relationem actualem; sed quia ex se potest influere in actum, & ordinare illum: vnde Gabr. ait, *habitualiter omnis actus refertur in finem, qui simul manens cum charitate est referibilis in finem, quod dicitur propter peccatum veniale, quod manet cum charitate, sed nō est referibile in Deum, & ideo non refertur habitualiter in Deum*. Ex quibus tripliciter potest actus non referri: Primo, negatiuè, vt quia, nec actu, nec virtute refertur. Secundo, priuatiuè, quia nec refertur, nec est aptus referri, vt pec. ven. Tertio, contrariè, vt p. m. quod corrumpit principium referendi.

Hinc dicunt actum, qui habitualiter refertur, non recipere ab habitu aliquid morale, vel physicum; vnde nō potest ex illa dici actio moralis, vel humana, ex Sot. loc. cit. & Scot. 4. d. 6. loc. cit. nam si quis ex habitu currendi curreret ad ludum, & ex illo cursu sanitatem consequeretur, non diceretur illam consequutus à proposito, & per actum humanum, sed casu: Ex quo inferunt, actum ex tali relatione non esse meritorium, quia non est humanus, vt fusè Vasq. disp. 217. c. 7. siue aliunde sit meritoria, siue nō, de qua re alibi.

ART. II. Referuntur opiniones DD.

9 *Aliq̄ negant hominem agerè propter finem.*

PRima opinio negat, hominem agere propter finem, siue in operationibus naturalibus, siue liberis, siue habeant libertatem intrinsecè, siue extrinsecè per subordinationem ad voluntatē, à qua imperantur. Fuit antiquorū, contra quos infra plura dicemus.

Secunda opinio est dicentium, hominem quoad actus liberos elicitos à voluntate operari propter finem; non tamen quoad necessarios; quia quoad hos se habet, vt natura, quæ non operatur propter finem.

Tertia opinio, hominem per omne genus operationum illi conueniens operari propter finem, sed modo diuerso; nam per genus operationum necessariarū operatur, vt directum, & actum ab alio, sicut dicitur de naturalibus; sed per genus operationum liberarum agere directiuè, idest se dirigendo in finem.

10 Quarta opinio est dicentium, hominem per operationes liberas operari propter finem directiuè; at per operationes necessarias, quæ sunt à potentijs non subditis imperio volūtatis, sicut est vegetatiua, operari directum, & actum, vt operatur natura: sed in alijs, quæ sunt à potētijs secundum se subditis voluntati, licet in aliquibus operationibus non subdantur, operari propter finem formaliter, sed non directiuè, sed vt directum; quare nō operatur, vt natura, quæ non cognoscit finem formaliter.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam ex his necessarijs actionibus, quędā conueniunt homini in actu primo habenti libertatem expeditam, licet quoad illas non habeat vsum libertatis, vt quæ conueniunt hominibus sanis intellectu, & vigilantibus, & quoad hos dicuntur agere propter finem formaliter: Aliæ sunt, quæ conue-

A niunt hominibus carentibus libertate expedita ob aliquod impedimentum in actu primo, vt sunt pueri ante vsum rationis, amentes, & dormientes; & hos, negant, agere propter finē formaliter, sed materialiter, vt Bruta.

At alij dicunt, quoad vtrumque genus actionum operari propter finem formaliter; quo modo non agunt bruta; cognoscentes proportionem mediorum ad finem, licet non cum tāta perfectione, cum qua illam cognoscit homo sanæ mentis, & vigilantis. Ita communis opinio.

ART. III. In quo ostenditur omnem hominem agere propter finem.

B

PRima Conclusio, agere propter finem conuenit homini. Probatur: quia omne agens agit propter finem, vt infra; nam finis est prima causa, à qua omnes aliæ pendent; nulla enim causa agit, nisi sit mota à fine, per quem determinetur ad agendūm. 11 *Homo agit propter finē.*

Contrarium aliqui apud Conimbr. 2. phys. ad c. 4. init. qui non solum in naturalibus, sed etiam in humanis, omnia casu, & fortuitu euenire contendebant, ad quos accedere videntur hæretici, qui negantes in homine libertatem arbitrij, omnia in homine putabant, à Deo operari, atque adeo hominem, quoad eius actio-
C nes solum passiuè concurrere, & ad hos accedunt Nominales illi negantes causis secundis actiuitatem, omnia ad earū præsentiam à Deo fieri dicebant: contra quos non est hic locus disputandi; nam alibi illorū insanias satis abundè refellimus.

Secunda Conclusio, omni homini conuenit agere propter finem: Nam vel homo est in statu, in quo gaudet vsu rationis, & infra constabit operari propter finem; vel est in statu, in quo caret vsu rationis, vt sunt dormientes amentes, & pueri; & de his probatur, operari propter finem, quia hi omnes operantur per intellectum, & voluntatem; quia habent vsum
D phantasiæ, qui solus est necessarius ad actum intellectionis (quidquid dicat Henric. loc. inf. citand. qui putat requiri sensus communis solutionem, eo quod intellectus indiget speciebus abstractis à phantasia cognoscere obiecta; vt res sunt, & non cognoscentes species loco rei, quod contingit in somnio.) ergo operantur aliquo modo propter finem; quia operātur propter bonum cognitum. 12 *Etiam pueri, & amentes agūt propter finem.*

Contrarium docet de amentibus Henricus quodlibeto primo, quæst. 15. & quodlib. sexto, quæst. prima de dormientibus, dicens, hos operari solo sensu, & appetitu sensitiuo, ex Diuo Thom. prima secundæ, quæst. decima, art. 3. ne-
E gante, in amentibus dari motum aliquem rationis, vel voluntatis; nam in ijs cognitio totaliter aufertur; & quæst. 6. art. septimo, ad tertium. Verum contra Henric. est communis sententia Diui Thom. prima part. quæst. 84. artic. octauo ad secundū, & secunda secundæ, quæst. 154. a. 5. & quæst. 172. a. 1. ad secundum, & quæst.

& quæst. 28. de verit. art. 3. ad 6. & 4. d. 9. quæst. 1. a. 4. ad 3. & 4. Andrian. 4. de Euchar. quæst. de pollut. noctur. Victoria relatione de vsu rationis 1. par. quæst. 1. num. 4. Med. 1. 2. quæst. 10. a. 3. Vasquez ibi disp. 35. cap. 3. num. 17. Conimbric. 3. de anima c. 13. quæst. 5. a. 4. ad primum. Probant aliqui ex sapientia, quam Salomon habuit in somnis 3. Reg. 3. neque id intelligitur de somno prophetię, sed vero somno; nam clarè colligitur dari donum prophetiæ, etiam in somno vero ex Iob. 38. *In visione*, inquit, *nocturna, quando sopor solet occupare hominem, & in lectulo suo dormire, &c.* Sed hic locus nō est contra Henric. quia hic concedit, posse supranaturaliter, dormientem operari per intellectum, quare

13 Ego probo, quia cōstat, in somno fieri optimos syllogismos de rebus vniuersalibus, & similiter versus, & alia opera rationis, imo quando somnus causatur à vapore tenui, & modico agnoscimus, nos in somno somniare.

Resp. Henr. hæc non fieri ab intellectu, sed à sensu ob vehementem impræssionem factam per assuefactionem, & vehementi attentione partis sensitiuæ; vnde D. Thom. notat, semper in huiusmodi operibus consideratis in vigilia apparere aliquam imperfectionem.

Sed contra, quia per quamcunque assuefactionem, & attentionem potentiæ sensitiuæ nō potest extrahi extra rationem formalem sui obiecti, & modum proprium operandi; at hæc opera ratione modi excedunt modum operandi sensitiuæ potentiæ, quæ non est discursiua circa vniuersalia, nec est compositiua; & ratione obiectorum, quæ sunt extra rationem formalem sensibilem, vt patet: ergo

14 Ex quibus patet, idem dicendum de amentibus, & pueris, vt Adr. Victor. Med. Cordub. Mol. Zumel Vasquez, & Conimbr. nam amentes, & pueri iudicant, & syllogizant de multis obiectis spiritualibus, quæ non sunt cognoscibilia per sensus; & in illis apparet aliqua consultatio, & electio: Neque id saluari potest per naturalem instinctum; quia hoc carent.

Dices, per amentiam, & somnum ligari rationem, ne moueri possit à phantasmatibus rerum sensatarum; nam ob id Diuus Thomas loc. cit. negat, in amentibus dari vllum motum rationis, & vsum libertatis, atque adeo nō dari peccatum in illis.

Resp. aliud esse ligare rationem, quoad vsum perfectum libertatis circa morales actiones, quod Diu. Thom. & Medina vocant, rationem totaliter ligari, scilicet, quoad iudicium de obiecto necessarium ad libertatem; aliud, ligari rationem, quoad actus quomodocunque elicitos; nam primum ligamen omnes agnoscunt, vt probat argumentum propositum; quia non potest ratio perfectè cognoscere in obiecto rationes boni, & mali moralis; impeditur enim à passione præsenti, per quam iudicat, esse bonum, vel malum, quod eligitur, vel reijcitur; vnde ex vehementi passione ligatur ratio non simpliciter, sed secundum quid, ne aliter iudicet, ac passio exigit, & mouet, & hic actus non est liber, sed necessariùs: sed ligamen alterum non est vnde conueniat intellectui; etenim intellectus, quoad intellectionem actualem non pendet ab actibus præsentibus sensuum exteriorum, vel sensus communis, sed solū ab actu phantasiæ, quæ cum sit soluta, esse poterit intellectio etiam iudicatiua, vt bene S. Tho. 1. p. q. 84. a. 8. ad 2. quamuis sit cum aliqua inordinatione.

Dices quomodo carentibus vsu rationis cōconueniat operari propter finem. Propter hoc sit.

Tertia Conclusio, huiusmodi homines agūt propter finem directiuè eas actiones, quas libere agunt; etiamsi non sit à libero arbitrio, licet cum aliqua imperfectione. Citatur Suar. 1. 2. disp. 2. q. 2. ad finem. 15

Homines agūt propter finem directiuè eas actiones, quas libere agunt.

Prima pars probatur, quia vt actio sit directiuè propter finem, non necessario debet esse à libero arbitrio, sed satis est, vt sit ex cognitione boni, ex parte intellectus, & ordinatione ad finem ex parte voluntatis; huiusmodi enim actio non potest non esse propter finē: sed huiusmodi homines operantur ex cognitione boni, & ordinatione ad finem; quia habent libertatem; at libertas quæcumque etiam imperfecta non solum supponit cognitionem boni, vt sic, licet imperfectam, sed etiam intendit bonum, & illius consequutionem per aliqua media; nam pueri, & amentes appetunt cibum, medicinam, &c. quia putant illa sibi conferre sanitatem, atque adeo conferunt media cum fine.

Confir. ex dolis, & sagacitate, quibus vtuntur ad consequenda, quæ appetunt; at hoc non potest esse sine collatione aliqua mediorum, & finis, quia non potest tribui instinctui naturali, qualis est in brutis, vt alibi.

Dices actiones horum non sunt humanæ; ergo non sunt propter finem directiuè.

Resp. esse controuersiam de modo loquendi; nam si actio humana dicitur quęcunque est libera, hæ actiones sunt humanæ; at si dicuntur, quæ sunt à libero arbitrio, & ex perfecto dominio non sunt humanæ, sed negatur nō esse propter finem directiuè.

Secunda pars probatur: quia cum careant perfecto vsu rationis, non habent illam perfectam collationem mediorum, & finis, quā habent homines cordati, qui operantur ex perfecta deliberatione.

Confirmat. quoniam huiusmodi homines possunt aliquo modo cognoscere proportionem vnius ad alterum sub ratione boni vtilis, vel delectabilis, non tamen sub ratione honesti; quia non possunt bonitatem cognitam conferre cum regula morali, quæ est recta ratio.

Contrarium docent aliqui, ex contrario fundamento; nam huiusmodi homines necessariò operantur; ergo non agunt propter finem. Antecedens probatur ex Lud. prima secundæ, quæst. decima, art. tertio, conclus. secunda, & Diuus Thomas ibi, qui amentes comparant brutis. 16

Opin. negans.

Respondeo primo, plures Doctores opinari eos liberè operari, non tamen habere liberum arbitrium; qui à hoc dicit potestatem deliberandi circa moralem materiam. Ita Augustin. in moralib. cap 6. Molin. 1. par. quæst. 14. a. 13. disput. 2. Vasquez 1. 2. disp. 35. cap. 3. num. 17. & disp. 139. cap. 1. & in explicatione tex. quæst. 13 ar. 2. num. 15. Zamol. quæst. 71. a. 5. disp. 1. quæstio. 74. a. 3. disp. 1. & quæst. 89. a. 6. disp. prima, & 1 par. quæst. 14. a. 13. disp. 2. in appendice; hanc probabiliorem putant Vict. relect. de vsu rationis 1. par. quæst. 4. Cord. l. 1. q. 23. d. 9. not. 23. & l. 2. q. 10. de ignorantia.

Resp. 2 secundum eos, qui putant necessario operari dicendum est eos non operari propter finem directiuè, sed directè, quoniam horum voluntas ad illas operationes concurrit, vt natura determinata ad vnum, at operans necessaria non se agit in finem, sed agitur; ergo non directiuè, sed directè agit propter finem.

17 At instant, operationes horum hominum sunt effecta causæ finalis; ergo sunt propter finem quia vt omnis effectus agentis est ab agente; ita effectus finis à fine: Antecedens probatur primo, quia operationes horum sunt ab ipsis motis à bono, vt sic cognito, atque adeo sub ratione finis, vt significat D. Thom. 1. 2. quæst. 1. ar. 1. & 3. contr. gent. cap. 2. Tum 2. quia hi operantur per voluntatem motam metaphoricè à bono; quia allecti à bono, operantur. Tum tertio, quoniam causalitas finis est appeti ex q. 22. de verit. a. 2. at bonum præsentatum voluntati horum hominum appetitur.

Resp. aduersarij, ex his omnibus recte probari, hos, quoad operationes necessarias operari propter finem directè, non directiuè, vnde negatur, horum operationes esse effectus causæ finalis formaliter sumptæ, sed materialiter, sicut operationes brutorum.

Ad primam probationem Resp. non sufficere, cognosci bonum; quia sic etiam bruta cognoscunt bonum, sed debere cognosci comparatè ad media, vt sit formaliter finis.

Ad secundam probationem, allici quidem voluntatem à bono, sed non esse eum motum metaphoricum, qui conuenit causæ finali formaliter sumptæ; quia deest illi comparatio ad media.

Ad tertiam, appeti conuenire bono, tam secundum se sumpto, quam sumpto, vt causa finalis; ergo est fallacia consequentis, inde inferri causalitatem finalem.

ART. IV. An homo, quoad omnes operationes elicitas ab alijs potentijs, quam à voluntate operetur propter finem.

18 PRimo notandum, huiusmodi potentias, alias esse subordinatas imperio voluntatis, siue politicè, vt appetitus sensitiuus, qui aliquando obedit, aliquando repugnat voluntati; siue despoticè, vt potentia motiua, & hæ dicuntur esse à voluntate imperatiuè: Alias non esse subordinatas voluntati, sed circa materiam sibi propinquam necessariò operantur etiam repugnante voluntate, vt potentia vegetatiua, quæ operatur sine cognitione.

Secundo Not. præter actiones imperatas à voluntate dari alias, quæ licet nec eliciantur, nec imperentur à voluntate, tamen sunt volitæ ab ea, tamquam obiecta; nam sicut homo potest gaudere, & tristari de morte alicuius, ad quam ipse nullo modo cócurrit; ita potest velle actus potentiæ vegetatiuæ ad vitam conseruandam, etiamsi illæ actiones non pendeát formaliter à voluntate.

Prima Conclusio, omnes operationes hominis sunt aliquo modo propter finem; quia omnes operationes, vel sunt necessariæ, vel liberæ. 19
Omnes operationes hominis sunt aliquo modo propter finem.
Si primum, sunt propter finem eo modo, quo operationes agentium naturalium dicuntur esse propter finem, scilicet directè ex directione superiorum agentium. Si secundum, sunt propter finem directiuè, vt infra.

Confirm. quia omne agens agit propter finem, vt D. Thom. 3. contr. gen. c. 2. & 1. p. q. 44. a. 4. & 1. 2. q. 1. a. 2. & probat Aristoteles 2. physic. tex. 49. *Sunt autem*, inquit, *propter aliquid & quæcunque ab intellectu vtique aguntur, & quæcunque à natura.*

Dices multa agit homo, non solum sine deliberatione, sed nihil cogitans de opere, quod facit, vt cum fricat barbam, vel aliud tale incósideratè facit.

Confirm. quia in homine sunt multæ actiones, quæ nullo modo pendent à voluntate, nec elicitiuè, nec imperatiuè, vt actus potentiæ vegetatiuæ, quæ sunt sine cognitione, & similiter, quę sunt ab appetitu sensitiuo, & imaginatiua, vt præueniunt actum voluntatis: sed actiones, quæ non sunt à voluntate altero modo ex illis, non sunt propter finem; quia finis est obiectum voluntatis: ergo vbi non est actus voluntatis, non potest esse formale eius obiectum.

Respon. illas actiones non esse humanas, sed hominis, & dirigi in finem, non ab ipso homine, sed ab alio ob aliquem finem, vt scalpere caput ad remouendos humores, vel aliquid simile. 20

Ad Confirm. Respondent aliqui, quoad illas actiones homines non agere propter finem directiuè, sed directè, vt probat argumentum; quia in moralibus, & naturalibus motus incipit à fine 11. met. tex. 36. quare nullum agens potest moueri, nisi à fine moueatur ad agendum; at à fine moueri non potest, nisi à voluntate, cuius obiectum est, vt finis moueatur: hæc voluntas, vel est propria agentis, & vi illius mouetur à seipsa directiuè; vel superioris agentis, & mouetur à fine, vt directus. Hinc infertur, operationes animæ vegetatiuæ non esse ab homine propter finem directiuè, quia non operatur illas ex directione cognitionis, sed omnino naturaliter; licet antecedenter quantum ad applicationem materiæ possint esse à voluntate, quia illi subordinantur, vt alibi. At instabis, posse quis velle operationes vegetatiuas, vt cóseruetur in natura; ergo. Sic etiam potest quis iniurias sibi illatas velle, vt Deo placeat.

Re-

Respondent aliqui, has operationes externas esse propter finem ab homine intentum, quatenus pendet à voluntate; at non sunt à voluntate causaliter, quia à voluntate, nec eliciũtur, nec imperantur; sed obiectiuè, quia sunt obiecta liberã volita ab homine propter finem: quare licet à voluntate non sit causaliter obiectum, est tamen ab ea voluntate volitio, qua vult obiectum ordinatum in finem; vnde licet actus vegetatiuæ, qui est propter finem, non fit à voluntate, tamen potest ordinari in finem obiectiue.

Ego Respondeo, huiusmodi actiones ordinari à voluntate in finem secundum eam rationem, qua pendent à voluntate, scilicet, quoad applicationem, vel subtractionem materiæ.

Secundo infertur, primam cognitionem, quę in quocunque negotio se nobis offert, non esse propter finem directiuè; quia illa non operatur ex imperio voluntatis, sed merè naturaliter.

Tertio infertur, idem dicendum de actionibus sensuum externorum, quia ex genere suo antecedunt omnem actum voluntatis; quoniã hi actus ex suo genere præcedunt actum intellectus, cum nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu; at actus voluntatis sequitur actum intellectus. ergo,

Quarto sequitur, idem secundum aliquos dici de actibus appetitus sensitiui, sed de hac re infra.

21 Secunda Concl. actiones hominis, quæ à voluntate non procedunt, nec elicitiuè, nec imperatiuè, non sunt ab homine propter finem directiuè, sed directę ab alio.

Actiones hominis quę nullo modo à volũtate procedunt nõ sũt propter finem directiuè, sed directa ab alio.

Prima pars probatur; quia quoad illas actiones homo operatur propter finem directiuè, ratione quarum se applicat ad finẽ: sed quoad illas non se applicat ad finem; nam cum finis sit prima causa, tam in naturalibus, quam in moralibus 11. metaph. tex. 36. nullum agens potest mouere, nisi à fine moueatur, at homo nõ mouetur à fine, nisi mediante volũtate, cuius obiectum est finis: quare in omni agente primum mouens est voluntas; vnde quoad operationes independentes à voluntate, homo non potest se mouere, & applicare ad finem.

Secunda pars probatur; Cum enim omnis actio sit propter finem, & homo quoad illas nõ se moueat ad finem; necessariò sequitur, ad finem moueri ab alio, quod est directè ab alio.

22 Hinc primo sequitur, operationes vegetatiuæ non esse ab homine directiuè propter finem; quia illas operatur, vt agens naturale, & non ex determinatione propriæ cognitionis. Secundo, primam cogitationem cuiuscunque negotij non esse directiuè propter finem; ad illam enim homo non concurrit motus à volũtate. Tertio, operationes sensuum, tam externorum, quam internorum, quæ fiunt sine imperio voluntatis, non esse propter finem directiuè; nam vel antecedunt omnem actum intellectus, & voluntatis, & ad illas homo non applicatur à voluntate; quia hæc non potest operari sine præuia intellectione; vel si sequũtur intellectionem, tamen antecedunt actum liberum voluntatis; & tunc etiamsi sint à voluntate, vt natura, non tamen libera; at homo se applicat ad operandum ex voluntate libera. Quarto sequitur, hominem quoad operationes appetitus sensitiui, vt dicit motum independenter à voluntatis libertate, non operari propter finem directiuè, vt sunt motus primo primi, ex 1. 2. q. 17. a. 7. & qu. 50. a. 3. & 56. ar. 4. quia appetitus sensitiuus, quando non operatur ex directione voluntatis, operatur ex instinctu naturæ, ex D. Thom. dicta quæst. 50. a. 3. atque adeo, vt determinatus ad vnum; at quę operantur ex instinctu naturæ, non seipsa dirigunt ad agendum, sed ab alio diriguntur, vt optime Suar. disp. 23. met. sec. 10. ex quo Diu. Thom. 1. 2. q. 74. a. 4. ait, *Sensualitati non conuenit ordinare aliquid in finem, sine qua ordinatione nullum agens operatur propter finem*.

Tertia Conclusio, operationes, quæ à volũtate non procedunt elicitiuè, vel imperatiuè, posse ab homine ordinari in finem, vt obiecta; nam potest homo velle vegetationem ad vitam conseruandam, & generationem ad speciem conseruandam; sic etiam ferre iniurias ab alio illatas in satisfactionem peccatorum; quia licet non sint à voluntate causaliter, atque adeo non sint voluntariæ; sunt tamen à voluntate obiectiuè, quia liberè volitæ. 23

Huiusmodi actiones ordinari possunt ad finem, vt obiecta.

Dices: quomodo potest ea velle, si ipse homo ad illas non operatur.

Resp. semper requiri aliquam actionem hominis ordinantis; quia licet homo non operetur illud obiectum, quod dicitur volitum; tamen necessaria est aliqua operatio, saltem ipsa volitio obiecti, per quam obiectum ordinetur in finem; ex quo patet aliud esse, actum esse, & fieri propter finem; aliud, actum ordinari in finem.

ART. V. Afferuntur argumenta contra secundam conclusionem, & soluuntur.

PRimo, appetitus sensitiuus omnis mouetur ex cognitione boni; at hæc motio non potest pertinere, nisi ad causalitatem finalem, cum sit per modum allicientis. 24

Confir. quia appetitus hominis mouetur ex cogitatiua, quæ est discursiua circa particularia, secundum Thomistas; ergo potest vnum cum alio conferre, atque adeo eligere media propter finem.

Confir. 2. ex D. Thom. 3. contr. gent. cap. 2. vbi Ferrar. in fine, qui docet, operationes imaginatiuæ, licet non ordinentur per intellectum ad aliquem finem, tamen ordinantur ab ipsa imaginatiua.

Confirm. 3. in appetitu sensitiuo est peccatũ veniale, ex D. Thom. 1. 2. q. 74. a. 3. ad 4. vbi Caiet. Conrad. Medin. Porrett. & Zumel. Vasquez disp. 104. cap. 5. & Diu. Bonau. 2. d. 24. p. 2. a. 3. quæst. 2. Riccard. a. 4. q. 1. Dur. q. 5. vnde Caiet. ibi cognoscit in appetitu sensitiuo quandam

intrinsecam libertatem; at peccatum non potest esse sine libertate, at vbi est operatio libera, ibi est operatio propter finem directiuè.

25 Resp. appetitũ moueri à bono cognito, sed non sub ratione finis formaliter, sed materialiter; vnde non est ibi finalizatio formalis, sed materialis; & licet obiectum alliciat appetitum sensitiuum ad operandũ; tamen vt illud obiectum non cognoscitur sub ratione finis, ita nec allicit vt finis, sed vt purum obiectum.

Ad Confir. Resp. ibi peti quæstionem declarandam in libris de anima; nunc satis sit: cogitatiuam in homine posse dupliciter considerari. primò secundum se. Secundo vt subiecta rationi: si primo modo, negatur habere discursum, vel conpositionem, vt rectè Tol. 3. de anima. c. 3. q. 7. Vasq. 1. 2. disp. 104. c. 2. n. 3. & D. Tho. 1. 2. q. 50. a. 3. in corp. & ad primum, vbi absolutè docet, vires sensitiuas secundum proprium modum operandi operari ex instinctu naturæ, & ex determinatione ad vnũ, at huiusmodi potentijs sic operantibus repugnat vnũ cum alio conferre, & conponere, vt D. Tho. 1. p. q. 82. a. 2. ad. 3. dicens *vis sensitiui nõ est vis collatiua diuersorum, sicut ratio; sed simpliciter aliquid vnum appræhendit, & ideo secundum illud vnum determinatè mouet appetitũ sensitiuum; sed ratio est collatiua plurium; & ideo ex pluribus moueri potest appetitus intellectiuus*: sed Secundo modo scilicet vt subiecta rationi; sic habere collationem vnius cum alio ex D. Tho. 1. p. q. 78. a. 4. ad 5. vbi ait, *quod illam eminentiam, scilicet collatiuam intentionum in diuidualium cogitatiua, & memoratiua in homine, non per id, quod est proprium sensitiuæ partis; sed aliquam affinitatem, & propinquitatem ad rationem vniuersalem secundum quamdam refluentiam. & ideo sunt perfectiores, quam in alijs animalibus*. Hæc autem refluentia ex D. Tho. opusc. de potentijs animæ c. 4. circa finẽ, posita est in reflexione intellectus ad singularia coniungendo se ad phantasmata sibi per cogitatiuam ministrata, & p. p. q. 81. a. 3. cogitatiua dicitur discurrere, quatenus dirigitur ab intellectu ex ratione vniuersali: quare fallitur Caiet. 1. 2 q. 74. a. 4. dum viribus sensitiuis separatis ab anima rationali, tribuit componendi, & discurrendi vim, quem videntur sequi Conimbr. 3. de anima, c. 3. q. 2. a. 2. sed de hac re fusè in libris de anima.

26 Ad Secundam Confir. Resp. concedi operationes imaginatiuæ tendere ad aliquem finẽ; sed ea tendentia nõ est ex vi imaginatiuæ se dirigendo, sed vt directè ab alio, à quo mouetur.

Ad Tertiam, In appetitu sensitiuo esse peccatũ ex imperio rationis sicut in alijs motibus potentiarum externarum; sed non esse peccatum præciso illo imperio, & subordinatione, vt fusè Vasq. 1. 2. disp. 100. c. 2. n. 7. neque alius contrarium asserit præter Caietanum: vnde ab omnibus reijcitur opinio illius tribuentis intrinsecam libertatem appetitui sensitiuo; quia non habet illam, nisi per extrinsecam denominationem à voluntate, cui subordinatur; vt benè Vasq. disp. 104. c. 1. Val. 2. to. disp. 6. q. 4. p. 2. A Zumel. 1. 2. q. 74. a. 3. & ratione subordinationis potest explicari opinio Conimbricen. qui 3. de anima c. 3. q. 2. a. 2. agnoscunt in appetitu sensitiuo aliquam libertatem, quæ radicetur in eadem anima, in qua voluntas; quia hæc radicatio non tribuit, nisi subordinationem, vt possit moueri à voluntate.

ART. VI. In quo explicatur An operationes, quæ à voluntate necessariò fiunt, sint propter finem.

Primo suppono, dari in homine actum voluntatis necessarium, quoad specificationẽ, & exercitium, vt patet ex Amore Beatifico. D. 27 *Datur actus voluntatis necessarius.*
B Tho. 1. p. q. 84. a. 2. vbi Caiet. & 3. contr. gent. c. 62. vbi Ferr. Capr. 1. d. 1. q. 3. a. 1. concl. 4. & 5. Durand. 4. d. 48. q. 2. & d. 49. q. 8. nu. 16. Maior. q. 8. Palud. q. 7. a. 2. Ægid. quodl. 5. q. 6. Henr. quodl. 12. q. 5. Vasq. 1. 2. disp 16 c. 2. fusè Suar. disp. 19. sec. 8. n. 8. contra Scot. 1. d. 1. q. 4. §. negatiua huius articuli, vbi Gabr. q. vlt. a. 2. & 4. d. 49. q. 2. art. 3. d. 5 & q. 6. §. de Tertio dubio, Occham. 4. q. vlt. a. 3. Olchot. q. 9. a. 2. licet hi procedant ex diuersis fundamentis.

Secundo Suppono contra Suar. disp. 19. sec. 8. nu. 10 actum necessarium quoad specificationem, & exercitium dari posse etiam in hac vita, cuiusmodi Caietan. 1. 2. q. 9. a. 4. asserit esse
C amorem finis, qui primò proponitur voluntati, etiam præcedente aduertentia, & iudicio rationis: sed negari potest, tales esse motus primo primos, qui ex defectu aduertentiæ nullã habent necessitatem; nam sicut in Patria actus est necessarius ex perfectione obiecti repræsẽtati modo perfecto; ita in hac vita oritur necessitas, tum ex imperfectione obiecti, quod non habet tantam perfectionem, per quam explicet voluntatẽ, tum modi proponendi; quia non proponitur cum aduertentia ad plures rationes bonitatis, & malitiæ, quas habet.

Prima Conclusio, Nullus actus, qui ex voluntate necessario procedit est propter finem 28 *Nullus actus voluntatis necessarius, est propter finem directiuè.*
D directiuè. Probatur, quia ex D. Tho. 1. 2. q. 1. a. 1. Illæ actiones solum sunt propter finem directiuæ, quæ sunt humanæ, sed actiones necessariæ non sunt humanæ; ergo non sunt propter finem. Minor probatur; quia de ratione actionis humanæ, est, vt sit libera: sed Suar. negat, maiorem asseri à D. Tho. sed fallitur; quia infra constabit, illam solam actionẽ dici esse propter finem ab homine directiuè, ad quam se applicat, & mouet homo; at non se applicat ad actus, nisi liberos; nam ad necessarios ab alio applicatur.

Resp. 2. negando minorẽ, quia putat, actionem humanam dici omnem, quæ fit cũ aduertentia rõnis, siue fiat liberè, siue necessariò: sed
E fallitur; quia ex D. Tho. illa actio dicitur humana, cuius homo est Dominus; at de ratione Dominij est libertas vtendi, & non vtendi re, vt patet ex definitione dominij: sed de hac re alibi; & gratis fingit ex D. Tho. sub dominio comprehendi omnem voluntatem; quia sic etiã Bruta

Bruta haberent dominium.

Confir. quæ sunt à voluntate necessariò nõ oriuntur ex illa vt voluntas est, sed vt natura, vt D.Tho.p.p.q.41.art.2.ergo non habet perfectionem agendi, quæ conuenit voluntati vt sic, sed quæ conuenit illi, vt est natura; at natura non se agit ad operandum, sed agitur,

Confir.2. quia ex D.Tho. 1.2. q. 9.a.4. voluntas non potest se ipsa mouere ad agendum, nisi ex deliberatione, & consilio; sed qui agit ex deliberatione, & consilio non agit necessariò, sed liberè; ergo ad actum necessarium homo non seipsum agit, sed agitur.

Dices, Ad modum agendi propter finem nõ exigitur libertas actionis, vt patet ex electione vnici medij: sed satis est aduertentia ad perfectionem obiecti; quia vbi est aduertentia, cognoscitur omnis perfectio finis, & proportio, quæ est inter ipsum, & media.

Resp. negando antecedens, quia ostendimus, Cur requiratur libertas, & electio vnici medij, nõ est necessaria simpliciter, sed ex suppositione intentionis, quæ est in potestate eligentis. Nec aduertentia sufficit, quia quando tollit libertatem, tollit principium, quo volũtas seipsam determinet, & ponit principium, à quo determinatur, vt optimè D.Tho. 1. p. q. 82.a.2.ad.2.

29 Ex hoc primò sequitur. Amorem beatificũ non fieri propter finem ab homine directiuè. Ita Conimbr. disp.4.Ethic.q.1.ar.2. quia non libera, & humana actio, ad actionem enim nõ liberam non se ipsum mouet homo, sed mouetur ab auctore naturæ per inclinationem determinatã ad obiectum tale sic præsentatum, & 1.2.q.9.a.4. ad 2. vnde voluntas ad illum concurrit vt natura ex D.Tho. 1. p. q.45.a.2. vbi Caiet.& q.82.a.1.& fatetur ipse Suar. disp.19. sec.8.licet sect.17. doceat, actum necessarium ortum ex perfectione obiecti esse propter finẽ.

Amor beatificus non fit propter finem ab homine directiuè.

Secundo sequitur, omnes actus, qui fiunt à voluntate sine aduertentia non esse propter finem directiuè; quia cum præueniant vsum rationis, non possunt esse à voluntate vt sic, sed vt natura ad vnum determinata, vt rectè Vasq. 1.2.disp. 106. c.1.vt sunt omnes motus indeliberati, vt fricatio barbæ, & similium, & motus primo primi; & tribuitur Suar.1.2.disp.2.q.2. & disp.23.met.sec.3.nu.17.

30 Secunda Concl. omnes huiusmodi actiones sunt propter finem directè; quia ad omnes has cõcurrit homo ex motione alterius agentis siue sit obiectum siue Auctor naturæ, siue aliud.

Sed Cõtra dicta in prima cõclusione objicit Suar. Primo. Amor finis est propter finem; ergo etiam Beatitudo.

Confir. Necessitas orta ex perfectione obiecti, non impedit perfectionem in modo agendi; ergo neque modum agendi propter finem.

Confir 2. quia attractio, qua Diuina bonitas clarè visa mouet voluntatem, est in genere causæ finalis: sed quod est ex causa finali, est propter finem.

Resp. amorem finis nõ liberum esse propter finem ad summum directè, non directiuè.

A Ad Confir. quãdo perfectio obiecti subijcit sibi voluntatem determinando illam ad vnum. sicut impedit libertatẽ, ita impedit perfectionem modi agendi, qui supponit libertatem, cuiusmodi est agere propter finem directiuè.

Ad Secundam illam attractionem etiamsi sit in genere causæ finalis non esse liberam, & ita non efficere, vt actio consequens sit propter finem directiuè; sed satis est, si sit propter finẽ directè; quia attractio volũtatis abstrahit à modo causandi directiuè, vel directè.

ART. VII. De actionibus, quas homo liberè operatur circa media, vel finem.

B PRimo Suppono, omnes actiones hominis liberas, vel esse circa finem, vel circa media, & vtramque posse considerari, vt sunt in ordine intentionis, vel exequutionis. 31

Secundo Suppono, circa finẽ in ordine intentionis esse primò simplicem amorem finis, secundo desiderium illius consequendi, & intentionem; in ordine exequutionis esse assequutionem finis, amorem, & delectationem.

Tertio Suppono Circa media esse primo in ordine intentionis, consultationem, iudicium, & electionem; sed in ordine exequutionis esse vsum, & imperium, quibus potentiæ externæ applicantur ad opus, & denique ipsas operationes externas, quæ fiunt ad assequutionem C finis.

Prima Concl. Omnis intentio finis est propter finem. Patet ex dictis supra, vbi ostendimus, intentionem esse effectum causæ finalis; & ratio, quia amore finis se ipsam mouet ad finem consequendum, & est communis, solum obstat Vasq. vt loco cit.diximus. ex quo patet, idem dicendum de desiderio finis, vt Conimbr. & Suar. contra Fonsecam; solum difficultas est De amore finis, an sit propter finem, de qua re diximus loc.cit.de effectibus causæ finalis. 32

Intentio finis est propter finem.

Secunda Concl. quoad ordinem exequutionis est propter finem cõsequutio ipsa finis, quia est effectus finis, vt loco citato, solum difficultas est, de Amore, & delectatione orta ex fine D consequuto. De quibus aliqui dicunt, nõ esse effectus causæ finalis causantis sui consequutionem; quia huiusmodi causalitas cessat assequuto fine, sicut cessat omnis actio agentis 1.de gen. tex.55. At esse effectũ alterius causæ finalis, vt Caiet.& Suar. contra Fonsecã ostendunt, & nos supra.

Tertia Conclus. Actus, qui in ordine intentionis sunt circa media, sunt propter finem. Ita Fonsec.5.met.c.2.q.10.sec.2. Conimbr.2.phy. c.7.q.22.a.1.Suar.disp.23.sec.3. Vasq.disp.3.c. 2. Patet ex 2. moral. ad Eudem. vbi ostendit, consultationem, & electionem esse circa media E gratia finis, & 6.ethic.c.2. vbi ait, appetitum, & rationem, quæ est gratia alicuius, esse principium electionis, & 2.phy.tex.49. *ea*, inquit, *quæ per electionem fiunt, sunt alicuius gratia:* Fundamentum: quia media formaliter sunt, vt ordinantur ad finem; at non ordinantur, nisi media consultatione, & electione.

Actus in ordine intentionis circa media sunt propter finem.

Confir.

Conf. quia electio est virtualiter volita, quo sunt media volita formaliter; at, media sunt volita propter finem.

33 Quarta Concl. Actus, qui sunt circa media in ordine exequutionis, sunt propter finem, nã hi, vel sunt imperium, & vsus; & constat, ideo applicari potentias ad assequutionem finis, quia intenditur finis, vt benè Suar. lo. ci. sec. 3. n. 5. & patet ex ratione vsus, qui est assumere aliquid propter aliud ex Aug. 10. de Trin. c. 11. & 1. de doctr. Christ. c. 4. & idem patet de imperio, qđ antecedit vsum ex 1. 2. q. 17. a. 3. nam vsus exequitur id, quod per imperium imperatur: vel sunt actiones externæ imperatæ, & cõstat omnia hæc operari ab homine propter finẽ 2. ph. 29. 5. met. 2. vbi omnia intermedia dicuntur fieri gratia finis.

Dices si omnes hæ actiones externæ essent verè, & realiter propter finem, haberent quoad suam entitatem dependentiam à fine: sed hoc est falsum; tum quia finis non influit immediatè, nisi in actus internos, scilicet vsum, & imperium, & in hos mediatè; tum quia hæ operationes essent eiusdem physicæ speciei, siue fiant propter finem hunc, vel illum, siue casu; Tum quia causalitas finis identificatur cum actione agentis, at non identificatur cum his externis actionibus.

Resp. ex hoc argumento non negatur causalitas finalis, sed petitur modus, quo finis influat in suos effectus præsertim actus externos: de qua re plura supra, cum de realitate causæ finalis: Nam Suar. putat, non esse diuersam causalitatem, qua finis influit in externos actus ab ea, quæ influit in actus internos, scilicet vsũ, & imperium, sed diuerso modo, scilicet in internos proximè, & immediatè, & externos mediatè, & remotè, quatenus in genere moris actus externi sunt vnum, cum internis. Sed alij volunt, finem immediatè influere in actus externos, & effectus eorum, immediatè attrahendo, vt illi fiant gratia finis.

34 *Actiones humanæ sunt propter finẽ.* Quinta Concl. omnes actiones humanæ sunt propter finem, nam vel sunt perfectissimo modo humanæ; & sicut sunt perfectissimo modo liberæ, ita sunt propter finem, cuiusmodi sunt intentio, & electio, & similia; vel sunt humanæ, etiam sine tanta perfectione, vt amor finis; & de hoc loco cit. aliqui negant, esse propter finem; tamen nos affirmauimus, esse propter finem.

Sexta Concl. esse proprium creaturæ intellectualis agere propter finem directiue: ita D. Thom. 1. p. q. 1. a. 2. loquens de homine; nam cum art. 1. docuisset inter actiones hominis, solas humanas esse sic propter finem: Fundamentum, quia cum sola creatura intellectualis sit libera, ipsa sola se applicat ad operandum propter finem.

Contrarium aliqui antiqui, qui intellectum, vel tribuerunt naturæ, vt Bletho, seu Themistius græcus apud Conimbr. 2. phy cap. 9. q. 2. a. 3. vel brutis, vt Porph. lib. 3. de abstinentia, & Anax. cum Pythag apud Plutarch. lib. 5. de Placitis cap. 20. & ipse Plutarch. opuscul. quod Brutis ratio insit, referunt Conimb. lo. ci. sed hi omnes falluntur, vt alibi.

A

DVBITATIO IV.

An bruta agant propter finem.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Notand. omnia agentia per cognitionem agere propter finem cognitum; nam operantur mota ab appetitu; appetitus autem mouetur à ratione boni. &

Conf. quia aliter bonum animalia prosequuntur, malumque versantur, quam inanimata; nam aliter ouis matrem sequitur, & lupum fugit, aliter ignis deorsum tendit, receditq; à loco superiori; etenim agentia naturalia sublato impedimento, nullo alio requisito operantur; non sic autem sensitiua; nam requiritur cognitio, qua repræsentetur obiectum, vt bonum, vel malum; vnde ouis gustata vna herba relinquit alteram.

B

Secundo Not. dupliciter media posse appeti: primo, formaliter: secundo, materialiter: formaliter dicuntur appeti, quando non solũ appetitur finis, vt bonus, & media etiam, vt in se bona, sed appetũtur media, vt vtilia, & proportionata ad finem, quod fit comparãdo media cum fine: Materialiter vero dicuntur appeti, cum appetuntur quidem media, quæ in re sunt vtilia ad finem, sed non sub hac ratione, sed sub ratione alterius bonitatis, quam in se habent. *Mediũ dupliciter appetitur.*

C

Tertio Not. difficultatem quæstionis consistere, qualis sit hæc cognitio mediorum, & finis, quæ est in brutis; an sit formaliter, ita vt cognoscatur, & assumatur medium, vt vtile ad finem; an vero sit materialiter, idest, vt cognoscatur aliqua bonitas in medio, propter quam appetatur, non tamen vtilitas ad finem, vt v. g. Hirundo colligit paleas, ex quibus componit nidũ, an accipiat, & colligat paleas, cognoscendo illas esse vtiles ad nidum, an solum, quia in tali actione colligendi paleas, & construendi nidum est aliqua deliberatio, ex qua appetitus Hyrundinis mouetur ad colligendum, & formandum nidum, non cognoscendo, ad quod vtilis sit talium constructio.

D

Quarto Notan. hanc controuersiam oriri ex alia, an hæc cognitio bruti sit circa bonum formaliter, vt affirmat Vasquez 1. 2. disp 44. cap. 4. num. 10. & q. 12 a. 5. in com. etenim appetitus quilibet non potest ferri in bonum, nisi sub ratione conuenientiæ, cum hoc sit obiectum formale ipsius; hæc autem conuenientia cognosci potest per simplicem appræhensionem absque collatione, & compositione, quia licet cõuenientia sit necessaria, non tamen est necessarium cognosci conceptum relationis. An vero sit circa bonum non formaliter cognoscendo ipsam conuenientiam, sed materialiter cognoscendo rem conuenientem in concreto, vt Suarez disp. 23. sec. 10. nu. 13 & 14. tum quia bruta cum non habeant vim abstrahendi, non possunt

E

sunt cognoscere conuenientiam ipsam, quia hæc dicit abstractionem à subiecto, tum quia bruta non habent vim comparatiuam, & compositiuam; at conuenientia in se non potest cõcipi, nisi conceptu relatiuo, & componendo cũ propria natura, cui res dicitur bona; quare bruta, nec cognoscunt in fine rationem conuenientiæ, propter quã est in se amabilis, nec discernunt inter obiectum, vt est per se, vel propter aliud amabile; sed apprehendunt rem aliquã, vel motionem sibi iucundam, vel molestam; & naturali instinctu iudicant, esse sibi appetendã, vel fugiendam; hinc fit, vt conuenientia, quam habet obiectum, non cognoscatur, vt (quod) sed solum, vt (quo); & hoc sufficit ad rationẽ formalem obiectiuam; & inde soluitur fundamentum Vasquij; nam dicimus, appetitum bruti non posse ferri in rem, nisi sub ratione boni, & conuenientis; sed non inde inferri, esse necessarium, apprehendi ipsam conuenientiam in se; fieret enim transitus ab obiecto (vt quo) ad obiectum (vt quod); at hoc non licet in potentijs carentibus vi abstractiua, nec visus terminatur ad colorẽm (vt quod) sed (vt quo). Hinc etiam patet diuersitas formalis obiectorum, quorum vnum appetitus bruti prosequitur, aliud fugit; nam obiecti prosequutionis ratio formalis, est conuenientia, & fugæ, discõuenientia; sed neutra ratio cognoscitur (vt qd) sed (vt quo.)

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 *Alij negant bruta agere propter finẽ.* PRima opinio est dicentium bruta non agere propter finem, quoniam, vt non cognoscũt proportionem mediorum ad finem, ita neque finem. Ita veteres Philosophi, qui sub natura, cui negabant operari propter finem, comprehenderunt bruta, vt significat Arist. 2. phy. tex. 80. dum eos reprehendit ostendens, bruta operari propter finem ex artificio, & ingenio, quo operantur.

Confirm. quia omnia, quibus infra ostendemus, naturam operari propter finẽ, multò magis id ostendunt de brutis. Ita Hurt. disp. 13. de anima sec. 4. ex communi.

Fundamentũ, quia finis dicitur, qui propter se amatur, & cætera propter illum; adeoq; bonitas constituens finem, *qui*, dicitur, cognosci, vt conueniens fini *cui*, media vero, vt conuenientia non propter se, sed propter finẽ, *qui*, vnde requiritur sufficiens distinctio inter finem, & media: at hæc deficit in brutis; quia hec referuntur immediatè in vtrumque, non referendo media ad finem; quare non operantur propter finem formaliter, sed materialiter, idest propter rem, quæ est finis: Et hinc multa media amant ignorando finem, vt amant pastũ propter conseruationem vitæ, ignorando quid sit vita. Videtur Suar. disp. 23. sec. 10. n. 15. & Ægid. Lusit. lib. 1. de fine q. 13. a. 4.

5 *Opinio affirmans.* Secunda opinio est dicentium Bruta operari propter finem formaliter cognitum sub ratione finis, imo se dirigendo, & applicando ad operandum propter finem. Tribuitur Porphy. lib. 3. de abstinentia, Anaxagoræ, & Pythagoræ

A apud Plutarch. lib. 5. de placitis cap. 20. & inclioat Plutarc. opusc. 29. quod bruta animantia ratione vtantur, pro qua Conimbr. lib. 2. phys. cap. 9. quæst. 3. art. 2. referunt aliquos recentiores.

Fundamentum, quia bruta participant rationem, licet imperfectiorem humana: sed hũc errorem vbique reiecit Arist. 2. phys. tex. 80. 2. de anima tex. 158. 3. de anima tex. 162. 7. ethic. cap. 6. & lib. 10. cap. 8. & 1 magn. moral. cap. 18 Secundo eamdem reiecit Emesius lib. de natura humana cap. 2. & fusè Conimbr. loc. citato, quod illis esset tribuenda immaterialitas, quæ colligitur conuenire animæ humanæ, ex vi intellectiua ex Lateranensi sub Leon. X. sess. 8.

B inde etiam tribui deberet illis liberum arbitriũ, quod oritur ex intellectu, vt probat Suar. disp. 19. met. sect. 2. nu. 18.

Tertio probatur, carere ratione; quia naturaliter iudicant hoc prosequendũ, illud fugiendum; cuius rei signum est, nam animalia eiusdẽ speciei, eodem modo, & semper, & per eadem media tendunt in finem; quod significat operari solum ex solo instinctu naturæ; qui enim ratione vtitur; potest media variare, vt benè D. Tho. q. 24. de verit. a. 2. Secundo cognoscere bonum, & malum, nam alia prosequuntur, alia fugiunt aliter, ac inanimata, vt supra.

C Tertia opinio est dicentium, bruta agere pp finem cognitum, non tamen se dirigere in finẽ, sed dirigi ab alio in finem. 6 *Bruta agunt propter finem cognitũ, sed diriguntur ab alio in finem per alios.*

Hi tamen inter se diuisi sunt; etenim aliqui hanc directionem tribuunt naturali instinctui, cuique proprio; & negant, ab aliqua intelligentia cognoscente finem formaliter, dirigi ad operandum propter talem finem, eo quod eadẽ ratio sit de brutis, ac de natura; nam vt bruta mouentur ab instinctu, ita natura ab inclinatione naturali. Ita Perrer.

D Sed alij dicunt, non solum dirigi in finem ab instinctu; sed etiam ab intelligentia quadam superiori non errante. Ita D. Th. 1. p. q. 103. a. 5. ad 2. & 1. 2. q. 1. a. 2. & 3. cont. gent. c. 24. & sequuntur communiter.

Secundo differunt in modo, quo bruta cognoscunt finem; nam aliqui volunt bruta apprehendere obiectum, quod est finis sub ratione boni, sed non sub ratione finis; quia non cognoscunt illud, vt habet proportionem cum medijs, & mouet ad appetitum mediorum. Ita D. Thom. 1. 2. q. 1. a. 2. & q. 6. a. 2. Suar. disp. 23. met. sec. 10. num. 13. & 14. Vasq. disp. 3. & communiter Doctores; quoniam non cognoscunt proportionem, quæ est inter media, & finem, vt dictum est in prima opinione. At alij negant

E etiam, cognoscere obiectum, qui est finis etiam sub ratione boni, sed nullo modo illud cognoscere, sed solum cognoscere obiectum, quatenus præsens delectabile, & ab illo moueri ad operandum, vt v. g. hirundo non cognoscit generationem pullorum, sed solum delectationẽ, quæ est in ipsa collectione paleorum, & earum inter se conglutinationem, ignorantes nidum constructum esse vtilem ad excludendos pullos,

los, imo ignorant pullorum exclusionem futuram; quia Bruta non cognoscunt futura, præsertim quorum nullam habuerunt experientiam, vt patet ex ijs animalibus, quæ eodem modo operantur nidum in prima exclusione pullorum, ac in alijs exclusionibus. At alij dicunt, Bruta cognoscere, & iudicare, hoc esse vtile illi, sed non cognoscere rationem vtilis, vt v.g. hirundo nido facto in locis altis iudicat vtiliorem sibi ad gignendos filios, sed nescit, cur sit vtilior; quia scilicet est tutior; ad hoc enim requiritur discursus, quo cognoscitur proportio mediorum cum fine: quod probant, quia cognoscunt bonum delectabile, licet ignorent causam delectationis.

Confir. quia si omnia referuntur in instinctum naturæ, etiam posset negari cognitio; quia non magis patet experientia, hæc cognoscere, quam cognoscere, hoc esse bonum ad illud, & differunt ab homine; quia homo confert ad media inter se, & cum fine.

ART. III. Opinio Auctoris.

7 *Bruta operãtur propter finem.*

PRima Conclusio Bruta operantur propter finem. Patet ex Arist. 2. phy. tex. 80. & probat ex operibus, quæ agunt, *quare si & natura, & propter aliquid hirundo nidum facit, & Araneus telam, & Planta folia propter fructus, & radices non sursum, sed deorsum, gratia nutrimenti; manifestum, quod est causa talis scilicet finis, in ijs, quæ natura fiunt, & sunt.*

Confir. quia Bruta se diligunt, & ex hoc sui amore oritur amor sanitatis, & odium ægritudinis, & inde efficax volitio mediorum ad finis consequutionem, & fugam oppositi, vt patet ex hirundinibus, quæ post esum viperæ origanum querunt, & mandunt, & capræ creticæ vulneratæ sagittis dictamum sectantur, quo gustato, cuspidem eijciunt, vt refert Plutarcus loc. cit. & idem apparet ex alijs operibus; nam si nidus construendus esset ab artifice ad excludendos pullos, & nutriendos, non posset alio modo operari, quam operatur hirundo, tum in parando materiam, tum in quærendo loco, in quo nidus construendus est. Alia opera refert Plinius 6. suæ historiæ. Conimbr. 2. physic. c. 9. q. 3. Plutar. loc. cit. Basil. hom. 7. & 8. in hexam. Porph. lib. 3 de sacrificio.

Confir. 2. quia si natura agit propter finem, vt infra, multo magis Bruta; si enim ideo natura operatur propter finem, quia eius opera fiunt semper, aut plerumque eodem modo, vnde colligitur ab Arist. non casu, sed propter finem operari, multo magis id Brutis concedendum est.

8 *Non agũt directiuè, sed directè ab alio.*

Secunda Concl. Bruta non agunt propter finem directiue, sed directè ab alio. Probatur ex ijs, quibus ostendimus carere ratione; nam hic modus agendi propter finem exigit libertatem, qua Bruta carent vt dictum est a. 2. contra secundam opinionem.

Contrarium probant Plutar. & Porphy. loc. cit. nam in ijs apparet vestigium libertatis; equus enim dum est in biuio, vnam potius, quam aliam eligit viam, & si equo apponantur duo pabula in æquali distantia cæteris omnibus paribus, eligit vnam ex illis; at hæc non possunt esse sine aliqua libertate.

Confir. quia multa opera fiunt à Brutis, quæ non possent fieri meliora, nec magis ordinatè ab homine, vt patet ex ijs, quæ Doctores citati referunt de sagacitatibus animalium: ergo non est, cur homo in similibus operibus dicatur se dirigere in finem, & non Bruta.

Confir. 2. ex Arist. 1. met. c. 1. vbi animalia aliqua, putat, habere prudentiam; ergo & consilium, à quo pendet prudentia, & libertas, à qua pendet consilium, de qua re ibi Ant. And. q. 3. Ægid. q. 16.

Confir. 3. quia agere propter finem directiuè, est, agere se applicando ad operandum propter finem; sed Bruta applicantur ad operandum à proprio appetitu, qui mouetur à bono cognito; ergo agunt propter finem directiuè.

Confir. 4. quia in hoc differunt animata ab inanimatis, quod hæc non se mouent ab intrinseco, at animata se mouent ab intrinseco, vt patet ex. 8. phy. tex. 29. 1. de anima. tex. 19. & 2. de anima tex. 13 consentit Plato. 10. de legib. & in Phedro.

Resp. Bruta in biuio neutram viam eligent, sed sistent, si nulla occurrit illis maior appetibilitas in vna, quam in alia via, vt rectè Med. 1. 2. q. 13. & nos alibi, & sic etiam in prosequutione pabuli.

Ad Primam Confir. infra ostendemus, ea opera non fieri ordinatè ex propria cognitione, & ordinatione, sed quia ordinantur ab alio, siue sit instinctus, & inclinatio naturalis, siue intelligentia, vt infra; quare necessario illa opera eo modo operantur.

Ad Secundam Confir. Resp. aliqui prudentiam Brutalem non esse aliud, quam sagacitatem, & instinctum naturalem, per quem sua opera efficiunt. sed non placet Ægidio; quia sagacitas, & instinctus est in omnibus animalibus, quia non est aliquod, quod si pungatur, non se retrahat; at non omnia animalia habent prudentiam, vt idem Arist. docet, & falsum est formicam congregare in æstate frumentum ex memoria famis, quam passa est in hyeme præterito; nam si æstate nascatur formica, congregaret fructum, & tamen non propter famem præteritam, sed ex naturali instinctu.

Resp. Secundo Arist. loqui de prudentia 9
similitudinaria; nam ita operantur, ac si haberent prudentiam; ita enim ordinatè operantur eorum opera, quorum vnum est vtile alteri operi, ac si illorum proportionem cognoscerent: secundo quia sicut vera prudentia ex præteritorum memoria de futuris praeuidet, ita in Brutis est imitatio prudentiæ veræ; etenim ex præterito malo vitant futurum; vnde animal, quod cecidit in vno loco, si iterum illic transeundum est, vitare curat; quia apprehendit in illo loco aliquid sibi noxium ex memoria præteriti mali; est enim prudentia in brutis naturalis

turalis æstimatio de conuenientibus prosequẽdis, & nociuis fugiendis; nam agnus sequitur matrem, & fugit lupum: tertio ex Ægidio, qa prudentia est habitus consiliatiuus nõ quidem de fine, vt patet de medijs, quæ haberè à nobis potest finis; & in homine quædam sunt, in quæ homo fertur naturaliter, & vniformiter semper, & in illis non est error. quædam vero sunt, in quæ homo non fertur naturaliter, nec semper vniformiter, & in his contingit error; vnde necessaria est regula, qua dirigatur, ne erret, & hæc regula dicitur prudentia; sed in Brutis similiter, nam quædam sunt, in quæ naturaliter, & semper vniformiter feruntur ex 2. phy. tex. 80. vt aranea facit telá semper eodem modo, & hirundo nidum, & in his Bruta non indigent regula, sed instinctu naturali, vt agant; vnde in formica non est prudentia quoad congregationem granorum simpliciter; quia hoc habet ex instinctu naturæ. Alia vero sunt, in quæ Bruta non sic feruntur, & in his error esse potest, & difformitas, vt patet, quod non omnes formicæ congregant in eodẽ loco; & quoad has operationes indigent regula, quæ est memoria; vnde videmus, vnam formicam ab eodem aceruo reponere frumentum in vno loco, & in eodem aliud & aliud ex eodem aceruo ob memoria eiusdem loci, & aceruí, quare ipsa memoria est Prudentia in Brutis. lege Ægidium loc. cit. & Flandr. q. 3.

Ad Tertiam Confir. Brutorũ potentias externas moueri quidem ab appetitu ad operandum, sed appetitum non seipsum determinare ad operãdum, sed determinari ab obiecto cognito, atque adeo bruta non se applicant ex vi appetitus ad operandum, sed applicantur à proponente obiectum, vt infra.

10 *Mouetur à se aliquod tripliciter.* Ad Quartam Confirm. Resp. Fons. 9. met. c. 1. q. 5. sect. 1. moueri à se tripliciter accipi. Primo, liberè, & sic solum conuenit homini. Secundo, spontè; idest ex affectu appetitus, & ita conuenit omnibus animalibus. Tertio, incohatiuè, & sic conuenit omnibus animatis, nã etiam stirpes postquam quieuerint naturaliter, à seipsis incipere motum, vt florere, frondescere, fructificare, & hoc genere motus viuentia distinguuntur à non viuentibus, in quibus pars mouens distinguitur à parte mota.

Resp. 2. viuentia moueri à seipsis physicè, non tamen moraliter; nam motus physicè cõsideratus, est in genere rei, in quo pendet à suo motore effectiuo; quare ea dicuntur physicè se mouere, quæ mouentur à principio interno, cuiusmodi sunt omnia viuentia respectu motus vitalis 8. phys. tex. 29. at motus moraliter pendet à fine, à quo specificatur genus entis moralis; nam finis in hoc genere, est principiũ omnium actionum, 7. Ethic. c. 8. & 2. Ethic. ad Eud. & 14. met. c. 4. at finis sub ratione finis non mouet, nisi vt sic cognoscatur; quare in genere moris ea mouentur à seipsis, quæ à fine vt sic cognito excitantur ad operandum.

Ego Resp. viuentia dici moueri à seipsis effectiuè; quia in se habent principiũ motus vitalis, at non applicantur à seipsis ad operandũ quia eorum potentiæ comparatiuè non applicantur ab appetitu liberè ad operandum, sed necessario applicantur ab extrinseco motore.

11 *Bruta mouẽtur a fine materialiter cognito non formaliter.* Tertia Concl. bruta mouentur à fine materialiter cognito, non formaliter cognito, ita D. Thom. 2. 2. q. 47. a. 1. & 1. 2. q. 1. a. 1. & 2. vbi Caiet. Medin. Vasquez, & alij, Suar. Hurtad. Ruuius, & alij loc. cit. Prima pars probatur: nam appetitus brutorum mouet potentias ad operandum, motus ab obiecto cognito, vt iucundo; aliam enim rationem boni non cognoscunt bruta. Secunda pars probatur primo, quia appetere finem formaliter supponit cognoscere habitudinem finis cum medijs, & requirit potentiam collatiuam, atque adeo intellectiuam; vnde inquit D. Thom. rationalis esse creaturæ præstituere sibi finem, atque cognoscere proportionem finis cum medijs. Probatur secundo, etenim si qua ratione duceremur ad id asserendum, hæc maximè esset experientia, qua videmus animalia mira facere, vt quod formica colligat frumentum in æstate, vt hyeme viuat, Aues nidum faciant propter prolem, & apes fauum propter mel; sed hæc ratio non conuincit; eadem enim ratione operantur, cũ sæpius operata sunt, & cum prima vice, quoniam semper per eadem media, & eodem modo ducuntur in finem: atqui cum prima vice operantur non possunt cognoscere habitudinem mediorum ad finem; nam finem non possunt cognoscere, quem nunquam sunt experti, vt dictum est.

12 *Bruta non cognoscunt rationem boni vtilis.* Dices, bruta cognoscunt rationem boni vtilis ex D. Thom. 1. p. q. 78. a. 4. & Caiet. 1. 2. q. 4. ar. 2. sed bonum vtile refertur ad finem formaliter; quia formaliter habet rationem medij; ergo cognoscunt, & appetũt finem formaliter. Minor probatur; nam dum hirundo colligit paleas ad nidificandum, apprahendit illam actionem, vt vtilem ad prolem; mouetur enim ad illam actionẽ à bonitate illius, & non vt habet rationem boni honesti; quia hæc non cognoscitur, nisi à natura rationali; neque sub ratione boni iucundi, quia illa actio est illis molesta; ergo sub ratione boni vtilis.

Resp. negando maiorem; nam illa actio nõ cognoscitur, vt vtilis ad prolem, sed appræhenditur, vt iucunda, sicut commestio cibi appræhenditur, vt iucunda famescenti; natura. n. vt indidit delectationẽ cibis necessarijs ad conseruationem indiuidui; vnde formicæ mouentur à delectatione colligendi granos, non cognoscendo vsum granorum futurũ in hyeme; ita illis operationibus, quæ sunt necessariæ ad conseruationem speciei; & licet illæ operationes sint ordinatæ à natura ad prolem; tamen Bruta, dum illas exercent, non cognoscunt esse vtilia ad id, sed esse sibi iucunda, atq; adeo moueri à delectatione præsẽtis obiecti; & hinc dicuntur appetere media, & finem materialiter, non formaliter: & hinc patet, appetitum Brutorum quiescere in bono iucundo præsentis obiecti, tamquam in fine, licet hoc ex intẽtione naturæ referatur aliò tamquam ad finem.

Ex quo patet, cur opus naturæ dicatur opus

pus intelligentiæ, de qua propositione D.Tho. 2.d.1.q.1.a. 1. ex cuius doctrina soluuntur argumenta Durandi 2 d.1.q. 6. Deus enim omnia mouet, & ordinat inter se, licet causæ particulares ea ignorent, vt infra. Neq; D.Tho. oppositum docuit, sed solum probat, in Brutis non esse sensum communem, sed esse phantasiam, & imaginatiuam; *quia non solum mouentur à delectabili, & contristabili secundũ sensũ, sed est necessaria rō animalis, vt quærat aliqua, vel fugiat; non solum quia sunt conuenientia, vel non conuenientia ad sentiendũ, sed propter aliquas alias cõmoditates, & vtilitates, siue nocumenta, sicut ouis videns lupũ venientem fugit, non propter indecentiam coloris, vel figuræ, sed quasi inimicum naturæ; & similiter auis colligit palcas, non quia delectat sensum, sed quia est vtilis ad nidum faciendum: quare necessarium est, vt percipiat has intentiones, quas non percipit sensus exterior,* & huius principium, ait, esse æstimatiuam, quæ naturali instinctu percipit huiusmodi intentiones in Brutis; quare ibi per commoditates, & vtilitates, intelligit delectationes insensatas per sensus externos, sed sensatas per internos, vt fusè Vasq.1 2.q.4.a.2. in expositione textus, vbi ait, auis palcas colligit, quia vtiles ad nidũ, nõ quia illas vt medium ad nidum dirigat, sed quia aui delectabilis est palea, sicut & nidus; & ouis fugit lupum, non vt incommodum sensui, sed secundum se inconuenientem sibi.

Dices 2. Bruta cognoscunt, & appetunt rationem boni: at omne bonum, quod nõ appetitur vt mediũ, & vtile, appetitur vt finis; ergo appetunt, & operantur propter finem. Resp. supra dictũ esse, quomodo Bruta cognoscunt, & appetunt bonum; hoc autem est bonum iucundum, quod non habet rationem finis formaliter sub ratione boni, nisi appetatur propter se. & propter ipsum, alia formaliter; hoc autem non potest fieri, nisi ab habentibus potentiam collatiuam mediorum, & finis.

Dices, qua igitur ratione bruta efficiũt operationes sic ordinatas; hæ enim exigunt intellectum valdè perfectum. Resp. & sit

14 Quarta Concl. bruta mouentur ad operandum, tum ab instinctu naturæ, tum ab intelligentia non errante. Prima pars probatur à Ferrer. & Suar. pluribus, sed satis sit; Nam bruta cognoscunt aliquam rem, vel actionem, vt sibi conuenientem, & iudicant sibi prosequendam ex actu phantasiæ, quæ ab hac procedit necessitate naturali, posito phantasmate talis obiectiuæ naturalis instinctus nõ est aliud, quam actus phantasiæ necessarius ad præsentiam talis phantasmatis.

Bruta mouentur ad operãdum ab instin ctu naturæ, & ab intelli gentia nõ errante.

Dices, quid est ille actus phantasiæ. Resp. esse appræhensiuum quoddam iudicium, quasi practicũ de prosequendo, vel fugiendo obiecto, quamuis nequeat apprehendere rationẽ conuenientiæ, vel disconuenientiæ; ad quod iudicium sequitur necessario appetitus: vnde Aristoteles 3. de anima tex. 161. ait, imaginatiuam, & phantasiam esse id, cuius ductu bruta operantur, & ideo 1.met.c.1.& 8.de histor. animal. cap.1. naturalis hic institutus dicitur

A rationis imitatio.

Secunda pars probatur à D.Thom.loc.cit. in tertia opinione tum ex Auctoritate Damasce.l.2.de fid.cap. 27. vbi Bruta, ait, non agere seipsa, sed agi ab alio; tum ex Arist.1.met. sum.2.c.2. *quatenus laudat eum, qui dixit, vt animalibus ita in natura intellectum inesse causam mundi, totiusq; ordinis; is quasi sobrius comparatus ad antiquiores vna dicẽtes apparuit*, idest Anaxagoras, vt exponit Fonsec. qui dicebat mentem in tota rerum natura, quod nostra in nobis efficit, qui agimus gratia boni idest finis cogniti, & 4. de gener. animal. c.2. omnia, quæ natura efficiuntur, fieri ratione, vbi nomine naturæ intelliguntur etiam

B bruta.

Tertio Probat à Posteriori. Nam apparet in singulis speciebus brutorum esse certũ, & ordinatum modum operandi, à quo nunquam deflectunt; at hic stabilis, & ordinatus modus operandi non potest esse sine aliqua mente dirigente, vt bene D.Tho.1.p.q.103.a.1.&.3.cõtr.gent.c.24.

Confirmatur, quia constat bruta, vt cætera omnia à Deo gubernari in suis operationibus Sap.14. At gubernare aliquid nõ est aliud, quã in suum finẽ illud dirigere, vt D.Tho.loc.cit. & 3. contr.gent.c.64.

C Dices, quomodo igitur dicuntur regi ab intelligentia nõ errante. Resp. quia Deus in hac gubernatione vtitur ministerio Angelorum, sicut vtitur in gubernatione naturæ. Ex his patet, bruta operari propter finẽ primo ad modum, quo dicemus, naturam agere propter finem, nam bruta simul cum prima causa constituunt vnum principium adæquatum suarum operationum: sed Deus illas operationes operatur propter finem: ergo. Secundo operari propter finem, vt subsunt directioni intelligẽtiæ superioris, vt diximus. Tertio operationes brutales, vt ab ipsis præcisè emanant, nõ sunt propter finem formaliter, sed tantum materialiter; quia licet moueantur à bono cognito ad operationem; non tamen ab illo mouentur sub

D ratione finis, vt bene Suar. & nos supra. 15

ART. IV. *In quibus bruta, & homo conueniant, & differant in respiciendo fine.*

16 Bruta in multis conueniunt, & differunt ab homine in modo agendi propter finem ex Med.loc cit. Primo, conueniunt, quod vtraque operantur propter finẽ, vt bene D. Tho. 1.2.q.1.a.2. Secundo quod vtraque mouent se in suis operationibus; nam animalia mouentur à principio intrinseco, vt optimè Arist.8. phy. ostendit. Tertio quod vtraque cognoscant, &

Bruta in qui bus cõueniãt cum homine, & differant.

E appetant finem; Sed differunt primo, quia homo per rationem præstituit sibi finem, & media ad illum; at bruta & finem, & media habẽt determinata à natura; ideo semper, & eodem modo operantur; hinc patet hominem cognoscere rationem finis, idest quod res sit sibi conueniens, & quomodo conueniat, & per media

debeat

debeat acquiri, eoque acquisito benè sibi consultum, sed brutum licet cognoscat aquam sibi conuenire, non tamen cognoscit formaliter, cur sibi conueniat, an scilicet ad sedandam sitim, vel ad vitæ substentationem.

Secundo differunt in finis, & mediorum prosequutionem, nam bruta in bonû apprehensum necessario feruntur, non sic homo; & ratio, quia bruta non habent libertatem; quare quidquid præsentatur appetui, vt bonum necessario appetunt; vnde si duo obiecta æquè appetibilia bruto præsententur ad neutrum mouebitur, vt 1. 2. quæst. 13. Medin. disp. 1. & in mediorum prosequutione dupliciter differunt. Primo, quod homo per intellectum diuersa inquirit media, eaque inter se confert, atque omissis, quæ non videntur adeo consentanea, magis cōsentanea complectitur; bruta autem habent determinata media, vt colligitur, quia semper eodem modo operantur, neque perficiunt sua opera. Secundo, quod homo cognoscit ordinem mediorum ad finē, non sic bruta, vnde formaliter ordinat media ad finem.

Tertio differunt, quod obiectum appetitus rationalis est bonum in communi: brutalis vero bonum in particulari, vt ait D. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 2. ad vltimum, & nos alibi, nam licet appetitus obiectum non sit hoc, vel illud bonum, tamē respectu actus eliciti semper erit determinatum; sicut obiectum visus est color in communi; semper tamen actus videt hunc, vel illum in particulari, de qua re alibi.

Quarto differunt, quod homo dicitur se mouere in finem, bruta vero non se mouent, sed aguntur ab alio in finem; quod duplici ratione explicatur. Primo, quia bruta non cognoscunt proportionem mediorum ad finem; mouere autem se in finem, est ordinare media ad finem sub ratione finis; nam quando bruta mouent se ad aquam, non iudicant primo aquā esse sibi conuenientem, & postea motum esse necessarium ad consequēdam illam; hoc enim est discurrere; sed eodem iudicio apprehendit aquam sibi conuenientem, & ratione illius mouetur; vnde non procedunt à finis cognitione, & appetitu, vt inde perueniant ad media, sed materialiter procedunt ad exequutionem sine ordinatione mediorum, & tendunt vsque ad finem; homines autem non sic, neque eadē est ratio de cognitione, quia hanc patet, esse in brutis, quoniam non possent habere instinctū naturæ, nisi haberent aliquam sensationem, vt cum ouis instinctu naturæ fugit lupum, necessario debet præcedere aliqua cognitio lupi sub ratione inimici, vnde

18 Ad argum. aduersar. Resp. aliqui fingendo quartam speciem boni, quod est commodum naturæ, quod appetit vnaquæquè res, vt sibi conueniens, etiamsi non sit delectabile, sed non est necessarium propter hoc; quia natura dedit delectationem in his operationibus, neque illa ratio boni distinguitur à ratione boni in communi; quoniam omne bonum iudicatur, vt est naturæ conueniens. Ad alia patet. Secundo, quia bruta non habent dominium suorum actuum; nam necessario mouentur ad finem; sed homo propria voluntate, & liberè se applicat ad finem. Vnde quinque sunt rerum genera, de quibus dubitari solet, an se moueant: Primum sunt proiecta, quæ, certum est, ab alio moueri, & ad hoc reducitur materia prima, quæ ab agente formam recipit: In secundo genere sunt grauia, & leuia, de quibus dubitatur, an moueantur à principio intrinseco, vel à generante: In tertio sunt plantæ, quæ licet vltimum vitæ gradum participent, certum est, à se moueri; augentur enim à principio intrinseco: In quarto sunt bruta, quæ cum cognoscunt bonum, ad illud ab intrinseco mouentur, nam habent principium intrinsecum illius motus, scilicet cognitionē, & appetitum; sed quia carent iudicio collatiuo, & deliberatiuo ad vtramque partem; ideo non dicuntur à se moueri in finem, sed ab instinctu naturæ: In quinto sunt rationalia, quæ se mouent in finem; nam ex parte intellectus possunt in vtramque partem complecti; vnde non sufficit, vt aliquid dicatur mouere se in finem, si habeat partem mouentem distinctam à parte mota.

DVBITATIO V.

An agentia naturalia agant propter finem.

De hac re Suar.

ART. I. *Explicatur sensus quæstionis.*

PRimo Notandum, nomine agentis naturalis non intelligi agens, vt distinguitur cōtra supernaturale, quia sic comprahenditetur etiam homo, de quo non est dubium agere propter finem in suis operationibus, & propter eamdem rationem non intelligitur agens necessarium, vt distinguitur contra liberum, quia homo in operationibus necessarijs agere potest propter finem formaliter cognitum, sed intelligi agēs carens cognitione intellectiua; vnde existimo, ab Aristotele comprahendi bruta sub nomine naturæ; sed quia de brutis diximus supra, quid sit sentiendum; hic nomine agentis naturalis intelligi agens, quod operatur sine cognitione, cuiusmodi sunt inanima, & animata vegetantia. 1

2 Secundo Notand. aliud esse loqui de constitutione totius vniuersi, & actione vniuersalis naturæ ad ipsum componendum, & regendum, vt conseruari possit, aliud de actionibus proprijs singulorum agentium naturalium; nā prior actio non est agentis carentis intellectu, sed Auctoris naturæ, & de hac non dubitatur, vt optimè Conimbr. 2. physic. cap. 9. quæst. 1. sed de posteriori genere actionum, siue sit agētium particularium, siue vniuersalium, de quibus certum est, non operari casu, sed ex pro-

pensione suæ naturæ habere definitam operationem, operandi modum, ac certum terminum operationis, vt patet ex vniformi ipsorũ operatione, & id fuit necessarium ad conuenientem vniuersi constitutionem, quoniam cum constet ex rebus diuersis, & contrarijs, si singulæ non habuissent ordinatas operationes suas, esset in vniuerso summa confusio, neque res facilè conseruari possent; quare vt huiusmodi concentus ex tot rebus consurgere possit, necesse fuit, singulas in suos terminos certos suis actionibus tendere.

Confirm. quia naturales motus eodem modo perficiuntur, & rarò deficiunt, & non nisi propter impedimentum extrinsecum, quare quæstio est de modo loquendi.

3 Tertio Notand. dupliciter aliquid agere propter finem, ex D. Thom. 1. 2. quæst. 1. a. 2. Primo, seipsum dirigendo in finem. Secundo, vt ab alio dirigatur in finem, vt patet exemplo sagittæ, quæ dirigitur in scopum à sagittante; at sagittans ex se ipso dirigit sagittam in finem, & operatur sagittando in scopum.

Quarto Notan. In hac dubitatione tres posse esse difficultates. Prima, an hæc agentia agant propter finem. Secunda, de modo, quo agunt. Tertia, an huiusmodi agentia non solum operentur propter finem, sed etiam sint propter finem, ex quibus ortæ sunt variæ Philosophorum sententiæ.

ART. II. De fine agentium naturalium Opiniones Philosophorum.

4 *Opinio negãs naturale agẽs agere propter finem.*

PRima fuit Antiquorum sententia, qui negarunt, naturalia agere propter finẽ, sed omnia vel casu, dicebant, esse facta, si qua causa aliquorum est reddenda ad materiæ necessitatem reccurrebant; vt v.g. quod oculus sit humidus, ex materiæ mollitudine dicebant esse; quod vero sit in superiori parte, & anteriori, dicebant, factum esse casu; vt Anaxagoras, Empedocles, Democritus, Epicurus, quorum opinio licet ab Aristotele 2. physic. à tex. 75. ad finem, & à Platone in Phædone, & nostra ætate ab omnibus sit explosa, tamen eã Gabr. 2. dist. 1. quæst. 1. art. 3. dub. 3. ab inferis reuocare conatus est, dicens, demonstrari non posse agentia naturalia agere propter finem; vnde putat, quæstionem propter quid operatur, non posse fieri, nisi in agentibus per intellectum; quod si dicas, quare nunc operantur, cum ante non operentur?

Resp. quia ablatum est impedimentum, neque vero, quod agant, & producant effectus per determinata media, id prouenire ex fine, sed ex natura ipsorum agentium, quæ ita sunt determinata in agendo, neque vnquam natura ex se peccaret, nisi aduenirет impedimentum, vnde impeditur perfectio effectus, & fundamentum, quia cum careant ratione, non possunt ordinare suas actiones, & media in finem, vnde videmus tam multa in vniuerso accidere, quorum ratio nulla reddi potest, sed videri sine vlla ratione, & potius casu effecta.

Secunda opinio est dicentium, naturalia agentia operari propter finem. Ita communiter Peripatetici, & Platonici; nam vt animalia mouentur ad agendum ex appetitu elicito, ita naturalia mouentur ex inclinatione, & appetitu naturali, vt benè D. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 2. & 3. contra Gent. cap. 2. Lactan. lib. de opif. Dei, & Cicer. lib. 2. & 3. de natura Deorum. 5 *Opinio affirmans.*

Confirm. quia natura aliquando peccat in operando; at peccatum est deuiatio à fine, vt D. Thom. 1. 2. quæst. 21. art. 1. & 2. nam si opus non esset directum ad aliquem finem, qualecunq; fieret, semper iudicaretur rectum.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui dicunt, finem impropriè, & metaphoricè conuenire motionibus naturæ, quia in illa non est proprie, sed metaphoricè appetitus, vt Alex. apud Simpl. 2. physicor. com. 23. & videntur sequi multi ex recentioribus, vt Suar. & alij.

Alij dicunt, illis conuenire propriè, sed imperfectè, quia verè, & non metaphoricè operatio naturæ tendit ex se ad finem.

Alij vero distinguunt, dicentes, naturam, vt stet sub directione superioris agentis propriè agere propter finem, quia à superiori agente dirigitur actio naturæ per intentionem elicitam in finem: at naturam secundum se, præcisa huiusmodi directione, non propriè, sed impropriè agere propter finem, vt supra.

Secundo, differunt in modo; nam aliqui volunt, naturalia agere propter finem, vt se ipsa dirigant in finem. Est Themistij Græci apud Conimbric. 2. physicor. cap. 9. quæst. 2. a. 3. qui reprehendit Aristotelem, quod naturę negauerit deliberationem, existimans, omnia, quæ agunt propter finem, agere ex deliberatione: sed hic modus dicendi nullam habet probabilitatem, cum nulla ratione probari possit, dari in natura insensibili deliberandi vim, & falso putat, agere propter finem, supponere deliberationem, vt optime Aristoteles 2. physicor. tex. 88. *Inconueniens autem est, opinari propter aliquid non fieri, nisi videant ipsum mouens deliberasse; etenim etiam ars non deliberat, neque si esset in ligno nauis facienda ars, haud secus, ac natura faceret, quare si in arte inest ipsum propter aliquid, & in natura inest.* 6

Secũdo Alij dicunt, naturam agere propter finem directam ab alio agente extinseco, scilicet intelligentia, adeo vt, quod nisi natura ab aliqua mente superiori gubernaretur, & dirigeretur in finem, eliciendo omnes operationes naturales simul cum agentibus naturalibus, non posset dici, agere propter finem. Tribuitur Albert. 2. physicor. tract. 3. cap. 4. D. Thom. 1. par. quæst. 103 art. 5. ad primum, & 3. contra Gent. cap. 64. num. 4. *Impossibile*, inquit, *est, quod aliqua non cognoscentia finem operetur propter finem, & ordinate perueniant in ipsum, nisi sint mota ab aliquo habente*

bente cognitionem finis, sicut sagitta dirigitur in signum à sagittante, & securis dirigitur ab artifice. Sequuntur Recentiores, vt Suar. disput.23. sect.10. num.5. cum sequent. Molin. 1. par. quæst. 2. art. 3. Conimbricen. 2. physic. cap. 8. quæst. 2. art. 2. & 3. Ægid. tex. 26. d. 2. & clarè Auer. 12. metaphysic. tex.18. vbi ait, *Naturam inferiorem dirigi ab intelligentia*, & 2. physic. tex.75. *nisi*, inquit, *huiusmodi directio ponatur, tollitur via probandi prouidentiam horum inferiorum*, videtur Caietan. prima secundæ quæst. 1. artic. 2. vbi Med.

7 Tertio Alij negantes, naturam ideo agere propter finem, quia dirigitur à fine ab intelligentia per peculiarem directionem additam rerum naturæ, vt Perer. lib.8. de principijs rerum naturalium cap. 3. §. Hæc dicuntur ab ijs, & affirmat, dici agere, quia singulæ habent suas inclinationes naturales determinatas ad tales fines; vnde sicut qui habet artem habitualem, operatur propter finem, etiamsi nihil cogitet de fine, dum operatur ex habitu, ita natura dicitur operari propter finem ex naturali, & quasi habituali propensione, etiam si non cognoscat finem. Tribuitur Simplic. 2. physic. tex.70. & Albert. tract. 3. cap. 2. Fundamentum, quia Aristoteles negauit, intelligentias cognoscere hæc inferiora, vel simpliciter, vel saltem in particulari, sed solum cognoscere in vniuersali, vt illi tribuit Auer. 12. metaphys. tex.51. Mirand. lib.12. de euers. sect. 1. Iand. 12. metaphysi. quæst.21. Arim. 1. dist.35. quæst. 1. Clem. Alexand. lib.5. stromat. Theodor. lib. de curand. græcan. affect. Nissenus, seu Nemesius lib.8. philosophiæ cap.4. Ambr. 1. de offic. cap. 12. Epiphan. de hæres. hæres. vltima, Nazianz. oratione prima de Theologia. Nicetes in Nazianz. orat. 16. Euseb. lib. 15. de præpar. Euang. cap. 4. Et ex hac inclinatione naturali determinata, singulis tributa, dici naturas dirigi in finem à Deo, quia Deus hanc inclinationem tribuit rebus, quomodo motus grauium tribuitur generanti, quia generans tribuit illis grauitatem, in qua virtualiter dicitur permanere generans: Ita Molin. loco citato, & quæst. 14. artic. 13. disput. 7. §. nec vero.

8 Quarto, Alij dicunt, hanc directionē agentium naturalium non solum consistere in inclinatione naturali rebus communicata in sui ipsarum productione, & in naturali concursu cum causis secundis immediatè ad ipsarum operationes, sed in productione quadam, & applicatione naturalium agentium ad operationes, & ob illam applicationem opus naturæ dici opus intelligentiæ: ita Recentiores quidam Thomistæ, de quibus supra cum de causa efficiente.

A

ART. III. Referuntur rationes, quibus Arist. probat naturam agere propter finem.

R Esp. naturam agere propter finem. Probat Arist. 2. phy. à tex.75. pluribus rationibus. Primo, res aut fuit casu, aut fortuna, vel propter finē, quod Antiqui, vt refert Fer. ex Simplic. concedebant; nam concedebant, euenire casu, vt destruerent illud, quod natura operetur propter finem; sed non casu, vel fortuna, quia hæc non eueniunt vt plurimum, at opera naturæ vt plurimum eueniunt, vt v.g. quod sæpe pluit in hyeme, non est casu, quia id singulis annis contingit, at hoc esset casu, quando id fieret in diebus canicularibus; quia id raro cōtingit; quare sequitur, opera naturæ fieri propter finem, vt verbi gratia pluuiam propter messes, quæ licet sint ab arte, tamen quæ sunt ab arte, complentur à natura, vt Albertus contra Alexandrum. 9 *Naturam agere propter finē, probatur ex Aristot.*

B

Secūda Ratio in tex.78. & 80. quando plura sunt ordinata inter se, vt vnum sit post aliud vsque ad aliquod vltimum, priora sunt propter posteriora tamquam propter finē; sed ita sunt opera naturæ; ergo. Maior probatur; quia vnumquodque ita fit, vt natura sua est apta fieri; vnde cum in natura aliquid sit prius, quod est necessarium ad posterius, dicendum est, naturam illorū esse, vt prius ex se ordinetur ad posterius, quod autē res ita fiat, vt apta est fieri, probat, facta comparatione naturæ cum arte; nam si ars efficeret opera naturę eodem modo & ordine efficeret, ac natura; sed ars operatur propter finem; ergo, & natura: Minor vero probatur ex multis operationibus naturæ; nam primò formicæ, quæ est adeo exiguum animal natura tribuit omnia instrumenta necessaria ad vitam; tribuit enim aliquid proportionale cordi, à quo oritur vita; aliud proportionale venis, quo deferatur alimentum; & similiter sensus exteriores, & interiores, & hoc non in vna tantum, vt contingit in ijs, quæ casu fiunt, sed in omnibus. 10

C

D

Et Confirm. nam natura tribuit animalibus partes ea figura, quantitate, situ, & coniūctione, quæ maximè desiderari poterant ad vtilitatem viuentium; quod admiratur Aristot. 4. de part. c.10. dum loquitur de structura manus, & Galen. lib.2. de casu part. c.8. & 16. vnde ipse colligit dari debere aliquam naturam intelligentem, à qua tam eximia, atq; ordine disposita opera fiant.

Confirm. 2. Videmus enim ordinatissimas rerum vicissitudines cum continua corruptione, ita tamen, vt ne vnum quidem elementum vnquam deficiat, sed semper corruptio vnius est generatio alterius, cum tamen naturæ rerū particulares non habeant inclinationem ad illā corruptionem, ita Arist. 2. de gener. 55. & 4. de gen. animal. c. vlt. similiter distinctio sexuum, scilicet marium, & fœminarum est adeo vniformis, vt numquam alicuius defectu pereat species aliqua, & si natura non intendit fœminam, 2. de generat. animalium cap.3. & lib.4. cap. 1. Hinc Aristoteles 1. cæl.32. & 2. cæl.49. 11

E

& 50. & 3. de anima 45. & 60. natura nihil facit frustra, nil otiosum, sed omnia esse propter aliquam vtilitatem; vnde sepiæ tribuit naturæ atramentum ad offuscandam aquam, vt è periculo euadat lib. 4. de part. cap. 8. atque excrementis vtitur ob aliquem finem, vt melanconia ad excitandam famem; bili ad iuuandam vim expulsiuam; pilis, qui necessario oriri debent ex humiditate cerebri ad tegendum partes corporis, & ornamentum, vt ait 2. de partibus cap. 14. vbi etiam docet, homines habere palpebras superiores magis pelosas, quia cum habeat figuram erectam, & pars superior sit nobilior illa magis debuit tegi; contra vero in brutis; nam cum sint prona, licet pars superior esset nobilior, tamen inferiori erat magis necessarium propugnaculum, & Demum tribuit instrumenta, quibus expellantur excrementa ad nullum vsum deseruientia: similiter dum in corde generantur spiritus, segregatur aqua, qua implentur præcordia, vt ex illa refrigeretur cor.

12 Hinc tertio confirmatur id, quod operatur semper, quod melius est, agit propter finem; sed sic est natura, 8. physic. tex. 58. & 2. cæli 34. Quod patet ex multis effectis naturæ; etenim primo 4. de partibus cap. 11. docet naturam non dedisse motum transuersum in ore piscium, vel auium, quia non erat illis vtilis, cum non habeant dentes molares, ille autem motus est ad molendum cibum. Secundo, idcirco etiam non dedit instinctum pugnandi, & arma fœminis, vt maribus, quia mares erant fortiores, 3. de generat. animal. c. 10.

Tertio docet, animalibus, quibus negauit arma vnius generis, data fuisse alterius generis, vnde Bonasus, qui habet cornua inepta ad pugnam excrementi profusione se tuetur à venatoribus, 3. de part. c. 2. & Plin. lib. 6. c. 15.

Quarto, hac etiam de causa, 2. de part. cap. 19. docet Aristoteles, homini caput carnosum non fuisse tributum, quia nimis calefecisset cerebrum, atque adeo impedisset, ne potuisset refrigerare cor, ad quod refrigerandum principaliter fuit institutum, & etiam fumos ascendentes à stomaco, vt somnus excitaretur, & 2. de generat. animal. cap. 14. reddit aliam rationem, quia cum debuisset esse in parte superiori, non potuisset facile substentari, si fuisset excessus in carnositate.

13 Quinto ex 4. de partibus cap. 16. ventrem debuisse esse in eo loco, in quo est, si enim fuisset superius interclusus inter costas, non potuisset intumescere, quod necessarium erat propter actionem caloris in cibum; vnde rare fieri cibum necesse est, quod si fuisset inferius, nimis fuisset incommodum, tam procul cibum deferri, atque impeditus fuisset motus progressiuus animalis, & ibi Aristoteles multa docet de crassitie partium humani corporis.

Sexto, Nobiliora membra sunt collocata nobiliori loco, nisi aliud requirat necessitas, vnde cor in medio positum est, 3. de part. c. 4. & c. 10. ait, fuisse munitum septo transuerso ne læderetur à vaporibus ascendentibus à stomaco, similiter oculi, qui debebant longe prospicere collati sunt in capite, miroque artificio muniuit, vt Galen. lib. 2. de vsu c. 7.

Septimo, natura est magis sollicita de rebus nobilioribus, ideo nobilioribus, & plura, cum opus est, & nobiliora instrumenta tribuit ad functiones exercendas, 2. cæli tex. 50. 2. de partibus cap. 14. 4 de partibus cap. 10. 3. de generat. animal. cap. 2. vnde homini manus tributæ sunt, quæ licet vnum sit instrumentũ, continet tamen cætera, quæ animalibus cæteris data fuerunt, 4. de part. cap. 10. & ideo 3. de generat. animal. cap. 2. docet, parentibus nobiliorum filiorum ingenerasse maiorem curam circa educationem illorum; vnde pisces, & insepta filiorum tantum curam habent vsque ad partum; Nobiliora, vt canes, vsque dum adolescunt; nobilissima vero, vt homines etiam post adultam ætatem.

Octauo, etenim aliquando ob maiorem vtilitatem detrahit aliquid vni parti, vt alteri tribuat, ideo 2. de part. cap. 14. Aristoteles inquit, vrsos esse pelosos, quia carent caudas equi vero, quia habent iubam, & caudam non ita pelosi; similiter polimum, quia habet pedes longiores, habere corpus exiguum, 4. de partibus c. 9. contra vero loligenes, & sæpias.

Nono, nam vnum instrumentum rebus tribuit, cum illud sufficit ad potentias exercendas, sin minus, plura tribuit pro diuersitate operum, ita Galenus de vsu cap. 4. Aristoteles 4. de partibus cap. 6. hinc natura animalibus tribuit omnia necessaria ad tuendam vitam, noxiaque vitanda, ideo tauris cornua, leoni vngues, lepori velocitatem, ouibus cognitionẽ inimici, quæ optime Gal. lib. 5. de vsu c. 2. 3. & 9. explicat; Hinc etiam natura illis animalibus tribuit instinctum vtendi, & conseruandi illa, arma, ideo leo, panthera, & pardus incedunt contractis vnguis, ne lædantur, vt ait Plinius lib. 8 cap. 5. elephas vtendi proboscide, vt Galen. lib. 17. de vsu, & Plutarcus de solertia animal.

Tertia ratio in tex. 85. forma in operibus naturæ est finis; nam opus naturæ est disponere materiam in ordine ad formam, cum materia ordinetur ad formam. 14

Confirm. tandem experientia; quis enim negare audebit, hirundines paleas colligere, vt nidum efficiant, araneas texere telas, vt muscas capiant; plãtas folia habere, vt fructus ab iniuria cæli tueantur; nam si sagittam ex eodem loco prodeuntem, semper eundem scopum ferire, quis negabit, illam ab aliquo dirigi in eum scopum: demum Cicero optimè 3. de natura Deor. si caracteres literarũ proiecti historias, atque annale ennij nõ perficiunt, quomodo entia naturalia tam miro ordine disposita, casu ita fuisse disposita asseremus? quæ omnes rationes breuiter reuocantur ad quatuor. Prima, quia quæ semper, & plerumque fiunt, nõ fiunt casu. Secunda, quoniam natura semper ducit ad quod melius, & per ordinata, & certa media. Tertia, ars imitatur naturam; ergo eodem modo operatur, ac natura; sed si ars nidum con-

construeret, eodem modo faceret, ac natura; & si natura domum ædificaret, eodem modo fabricaret, ac ars. Quarta, in natura sunt monstra, & peccata; sed peccare, est à vero scopo, & fine aberrare.

Alias rationes affert Albertus, D. Thomas, Lact. Cic. Suar. Molin. loc. cit.

ART. IV. Afferuntur, & soluuntur rationes, quibus probatur, naturam non agere propter finem.

15 PRimo, si natura ageret propter finem, sequeretur, se exhibuisse, vt nouercam homini, & bestijs, vt matrem; de ratione enim agentis propter finem est, vt perfectioribus rebus perfectiora tribuat instrumenta, & beneficia, at constat, naturam beneficentius tractasse bestias, quam hominem; etenim belluis vestitũ tribuit, & pugnacibus arma, timidis astutiam & pernicitatem, fortitudinem, hominem nudum, ac inermem, debilem, ac tardum efficit, imo infinitis mysterijs exposuit, ac cumulauit; vnde Aristoteles apud Stobeum serm. 96. de vit. breu. & Conimbr. lib. 2. c. 9. q. 1. art. 2. hominem definit, quod sit imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiæ imago, inuidiæ, & calamitatis trutina, reliquũ vero pituita, & bilis. Et Apuleius lib. de Deo Socratis, homines, ait, moribundis membris, leuibus, & anxijs mentibus, brutis, & obnoxijs corporibus dissimillimis moribus, & similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, sigillatim mortales, sufficienda prole mutabiles, volucri tẽpore, tarda sapientia, cita morte, quærula vita terras incolunt.

Resp. negando, naturam beneficentius tractasse bestias, quam hominem, cum multis illum naturæ, ac gratiæ donis simulauerit, cæteris animantibus denegata, vt fusè Damascen. ostendit lib. 2. fid cap. 10. Theodor. serm. 2. de Prouid. ac licet nudum, & inermem creauerit, tamen ingenium præstitit, quo se armis, & vestibus ornaret, vt optimè Galen. lib. 1. de vsu part. & Lact. de opific. Dei cap. 2. Nissen. de homin. opific. cap. 7. & manum præstitit tamquam instrumentorum omnium instrumẽtum; de qua re Aristot. lib. 4. de partibus animalium cap. 10. Gal. loc. cit. sed neque miserias ab Auctore naturę accepit, sed ipse sua culpa eas contraxit, quæ tamen etiam ipsum adiuuant ad exercitium virtutis, & meritum.

16 Secundo obijcitur ex antiquis apud Aristotelẽ tex. 75. & 76. quia omnia saluari possunt ex necessitate materiæ, quod scilicet poluat non vt augeantur fruges, sed quia sunt in aere congregati vapores; quod probatur, tum quia sæpe contingunt pluuiæ, quæ officiunt; tũ quia videmus in mari, vbi nulla est seges, etiam esse pluuias.

Confirm. quia multæ sunt actiones ludicræ, in quibus nullus est finis, vnde dicuntur opera otiosa, & quæ fiunt præter intentionem agentis, vt fricatio barbarum.

A Confir. 2. quia sunt multi effectus, quorum non potest assignari finis, vt cur sint producti dragones, culices, cur fulmina mõtes percutiũt non latrones, vel iusti prosequutiones patiantur, non iniqui, de quibus August. admiratur Psalm. 148.

Confirm. 3. quia si necessitas sumatur ex fine, tunc res naturales essent necessariæ ex suppositione.

Resp. Arist. tex. 87. & 88. concedendo sumi necessitatem proximè aliqua ratione ex materia, non tamen tamquam à prima radice, quia illa etiam materia ordinatur à natura ad aliquem finẽ; quare radix necessitatis est ex fine, vt v. g. domus habet talem constitutionem, vt lapides in inferiori parte, ligna in superiori, B quia hæc sint leuia, illi graues, tamen redditur alia ratio ex fine, quia ordinata est domus ad protegendas res in ea positas, quod si fuissent grauia in superiori loco, facile corruisset domus, neq; finem suum agens assequi potuisset; itaque ratio, cur grauia in inferiori parte collocentur, sumitur ex fine; similiter caro animalis est mollis, quia humida, sed debuit esse humida propter sensationem, & ossa sicca propter substentaculum carnis; & in casibus argumenti certum est, semper naturam intendere aliquem finem, licet nobis ignotus ille sit, nam si vni rei nocet, prodest alteri, & si alius deesset finis, ille certè non deest, vt finis intrinC secus sit, vt aqua se reducat ad proprium locum, remotus vero adæquatio elementorum; extrinsecus, irrigatio terræ, vnde nascãtur mixta, & licet obsint alicui speciei, tamen necessaria illa sunt propter naturam vniuersalẽ, quæ omnibus speciebus prouidet. 17

Ad primam Confirm. actiones humanas esse in duplici differentia; quædã dicuntur fieri ex electione, & has certum est, esse propter finẽ, Aliæ vero sine electione, & illæ propriè, vt nõ fiunt ab intellectu, sed vt ait D. Thom. 3. cont. D gent. c. 2. vel à subita imaginatione, vt actiones animalis, vel à causa naturali, calor enim immodicus excitat pruritum, qui est causa confricationis; quare in illis est finis naturalis, etiamsi nulla sit aduertentia. 18

Sed circa actiones primi generis dubitatur, nam dantur opera otiosa, quæ videntur esse actiones sine vllo fine. Neq; dicas cum Greg. homil. 6. in Euang. non dici operationẽ otiosam, quia caret fine, sed quia caret debito fine; nam si habent finem, vel ille est Deus, & tunc erit debitus, vel creatura, & tunc erit peccatum mortale, cum habeant creaturam pro vltimo fine.

E Resp. certum esse, veniale peccatum esse propter aliquem finem, saltem propter delectationem agentis, non tamen est peccatum mortale, quia non refert omnia sua bona in hanc delectationem, vt dicitur 1. 2.

Ad secundam Confirm. Resp. etiamsi homo nesciat rationem reddere, certum est, illam sciri à summo Artifice; vnde si ingredereris officinam fabri ferrarij, non auderes reprahendere folles, malleos, incudes, &c. quorum ratio- 19

tiones nescires, & in paruis animalibus præter perfectionem, quam addunt vniuerso per propriam ipsorum entitatem, apparet omnia manifestare sapientiam diuinam ex Arist. de partibus animal. cap. 5. Plin. natural. hist. lib. 11. cap. 2. August. 22. de ciuit. Dei c. 24. ea inquit, *plus admirationis habent, quæ molis minimum; plus enim formicularum, & apicularum opera stupemus, quam corpora balenarum;* neque venenata animalia fine carent; tum quia nos commonefaciunt, vt vitam diligamus, in qua maior securitas ex August. 1. Gen. ad litt. contra Manichæos cap. 16. tum quod plurimum commoditatis tribuant, si scienter vtemur, ex Ambr. lib. 3. exameron cap. 9. & lib. 6. cap. 6. Damas. 2. fid. c. 10. tum ex Lactan. lib. 6. cap. 4. vtile fuit homini alia salutaria, alia noxia offerre, vt in his declinandis, & in illis appetédis rationis suæ vim exerceret.

20 Tertio obijc. quæ sunt propter finem, ordinate fiunt; at multa sunt in natura inordinata, & primò, vt calor in hyeme, & frigus in æstate, elementorum ex suis officijs, & partiú vniuersi ex suis sedibus deturbationes, vt testantur pluuiones Oceani, eruptiones ignium, terremotus, deliquia solis, & lunæ, quæ omnia sunt de ordinationes quædam ab ordine vniuersi.

Confirm. quia multa casu fiunt; quæ autem sunt casu, non sunt propter finem.

Confirm. 2. ex cognitione scientiæ speculatiuæ, quæ nó est propter finem, sed propter se.

Confir. 3. quia natura errat in operibus suis, non igitur propter finem, ita Arist. tex. 82. 83.

Confirm. 4. huiusmodi effectus sequuntur à natura per accidens; non igitur sunt à natura propter finé, vt si quis ingrederetur hospitiú, deinde lotus inde discederet, videretur iuisse, vt lauaretur, quod tamen non ita est.

Resp. omnia hæc ex Dei voluntate ob certos fines euenire, etiamsi nobis non appareat, inquit August. lib. 3. de Trin. c. 2. & lib. 5. Gen. ad lit. c. 21. siue quia ipse naturalium causarum ordiné, & connexionem poscit, vt illa eueniát, quod præcipuè verum in deliquijs solis, & lunæ; siue quia ex peculiari Dei prouidentia accidút etiam extra ordinem vniuersi, ob aliquá causam Deo notam.

Ad primam Confir. omnia agentia, ex quibus pendet effectus causalis, certum est, habere causam finalem; vná v. g. Petrus it in forú gratia recreationis, lapis cadit, vt tendat ad centrum; sed cóiunctio hæc, vt frangat caput Petri, non erat intenta à Petro, & ideo dicitur casualis, vel fortuitus, quare nulla est actio, quæ non sit propter finem, licet non sit propter illum, qui dicitur casu euenire.

Ad Secundam Confir. Resp. D. Tho. 3. contr. gent. c. 1. actiones contemplatiuas esse propter veritatem, tamquam propter finem, negari tamen esse propter finem extrinsecum, vt scientiæ practicæ, quæ ordinantur ad opus.

Ad Tertiam Confir. inde potius oppositum colligi, nam quod errat, signum est, naturam operari propter finem.

Ad Quartam non esse simile, nam illud rarò contingit, ideo dicimus non iuisse, vt lauetur, quod si iret in locum, vbi lauari solet, aliter esset; quod idem contingit in operibus naturæ, nam plerumque assequuntur eumdem finem.

Quarto Obijc. ex tex. 86. ex Emped. inquit, ipsa agentia non mouentur à fine, cum non cognoscant, neque finis respectu horum operum se habet vt principium, cum nó præconcipiatur, sed vt terminus, vt locus deorsú non est principium motus, sed terminus; at finis vt terminus non est causa. 21

Resp. Alber. tr. 3. cap. 4. malè negari, naturá operari propter finem, quia non præconcipit finem, vt patet in arte mechanica; nam vbi quis adeptus est artem perfectè, non cogitat qualiter secundum artis principia debeat operari, sicut quádo didicit artem, initio enim cogitat, quæ prius, quæ posterius v. g. corda sit tangenda ad proportionem soni causandam; vnde fit, vt operetur tarde, & cum labore, at post artem adeptam impediretur si præcogitaret, sed artifex mouetur ex arte, ac si esset agens naturale, vnde si ars nauigandi, quæ est in natura, esset incorporata lignis, moueret, sicut modo mouet.

Resp. 2. hoc argumentú exigere modú, quo natura agit propter finem. ideo sit

ART. V. Explicatur modus, quo natura agit propter finem.

PRima Concl. natura non agit propter finem directiuè, quatenus seipsam dirigat, sed directa ab alia; Patet ex dictis, quia non se applicat ex propria libertate ad operandum, ex quo patet, dirigi ab alio Ita D. Thom. 1. 2. q. 1. art. 2. probat ex eo, quod non cognoscat finem. 22 *Natura non agit propter finem directiuè, sed directè.*

Secunda Conclus. Necesse est, vt hoc agens, à quo diriguntur agentia naturalia, sit intelligens. Probatur; nam res tam repugnantes inter se cum tanto ordine, vt se mutuo adiuuent, non possent esse, nisi ab aliqua natura intelligente, vnde aqua ne detur vacuum ascendit, & contra aer; neque vna impedit alia in assequutione proprij finis, quare debet dari aliquod agens, quod omnia ita disposuerit, vt se non impediant, sicut siquis domum sapientissimæ dispositam ingrederetur diceret, illam à sapientissimo agente, & artifice fuisse ædificatam. Ita Aristot. 1. de par. cap. vlt. 4. de part. c. 4. 5. & 10. 2. de gen. an. c. 4. lib. 3. c. 2. & 4. de gen. animal. c. 2. vbi dicitur, *omnia, quæ natura, vel arte efficiuntur ratione aliqua sunt*. Plato in Timæo, & Phedone Galen. 2. de vsu part. cap. 8. & 16. & lib. 28. cap. 1. Auerr. 2. phy. 75. & 2. de anim 34. & 12. met. 15. vbi docet ex Them. 1. phy 81 & 1. de anim. tex. 23. opus naturæ esse opus intelligentiæ, at non potest dici opus intelligentiæ existentis intra naturam, vt patet; ergo intelligentiæ per assistentiam dirigentis. Hinc operationes naturæ Deo tribuútur apud D. Thom. 1. p. quæst. 105. a. 5. & Galen. 1. de vsu partium, & lib. de locis affectis, agentia natura-

lia

lia docta,& indocta vocat, idest indocta in se, & docta ex directione primæ causæ, quare fit A in his actibus, vt sunt præcisa ab agentibus naturalibus non esse perfectam causalitatem finis, sed solum habitudinem ad certum terminum, vt vero sunt à Deo, esse in illis causalitatem finalem, vt in alijs actionibus externis Dei, nam adæquatum principium eorum non est solum agens naturale, nisi in suo ordine, & secundum quid, tamen absolutè, & præcipuum est Deus, hinc 2. coel. tex. 32. Deus, & natura nihil frustra efficiunt.

23 Confirm. quia natura non agit temerè, & casu, sed propter finem, at quod non temerè, sed recta ratione in aliquod progreditur, ordinatè tendit in illud; atqui ordinatè tendere non potest sine aliquo ordinante, at ordinans debet B habere rationem, & intellectum, vt patet ex dictis alibi.

Confirm. 2. quia videmus, res appetere propriam conseruationem propter conseruationẽ rei nobilioris; ergo debet dari aliqua natura vniuersalis, quæ vt conseruet vniuersum illam tribuerit inclinationem, sed de hac re alibi.

Secundo, probatur à Theologis: natura à Deo gubernatur Sap. 14. *Tua autem Pater gubernat omnia prouidentia*; ergo dirigitur in finem à Deo. Consequentia probatur, quia gubernare non est aliud, quam rem in suum finem dirigere, ex 1. p. quæst. 103. ar. 2. & 5. & 3. C contr. gent. cap 64. ex hoc Arist. concludit primam radicem, ob quam res naturales habent has dispositiones, vel organa, non esse materiã, sed finem. quia materia secundum se est indifferens ad illas, sed vt affecta illis, cum illæ sint introductæ propter aliquem finem, scilicet formam, quæ illis indiget propter sui conseruationem speciei, vel indiuidui, vel saltẽ propter communicationem suæ perfectionis, nam in agentibus naturalibus non sunt operationes, quæ imperentur à fine, vt in intellectualibus; neque huic necessitati repugnat necessitas sumpta ex efficiente, scilicet, quod hę proprietates dimanant à forma, quia vna habitudo D non repugnat alteri, sed habent inter se subordinationem, nam necessitas efficientis subordinatur finali; quia ideo forma habet vim circa tales proprietates, quia sunt accommodatæ ad finem propter quem constituta est per talem formam.

Deus est primariò dirigẽs actorum secundariò intelligẽtiæ motrices cœlorũ.

24 Tertia Conclus. Hæc causa intelligens, dirigens naturam in omnibus suis actionibus primariò est Deus, secundariò sunt intelligentiæ motrices cœlorum.

Prima pars est D. Thom. 1. 2. q. 1. a. 2. ad 3. vbi vniuersaliter docet, omne, quod caret ratione, moueri in suum finem à Deo; & idem significat 1. p. q. 22. a. 2. & q. 103. ar. 3. & 5. & 3. E contr. gent. cap. 64. & probatur ex gubernatione vniuersi, quæ primariò pertinet ad Deum.

Secunda pars est D. Thom. 3. contr. gent. c. 24. vbi Ferr. vbi ait, non solum corpora cœlestia, sed etiam omnia inferiora in suos fines dirigi ab intelligentiis cœlorum motricę, & ratio est, quia Deus, licet omnia per seipsum immediatè gubernet, non tamen excludit à Gubernatione alias inferiores causas, quarum ministerio vtitur in gubernatione, vt Diu. Thom. 1. p. quæst. 22. a. 3. & quæst. 103. a. 6. & 3. contr. gent. cap. 77. & 78. nec mirum, quia hæc inferiora pendent à superioribus lationibus, vt docet Fonsec. 7. met. cap. 7. quæst. 3. sec. 10. ad vltimũ ex Arist.

Explicatur opinio Molinæ.

Ex quibus explicari potest opinio Molinæ 1. p. qu. 2. art. 3. §. quarta ratio, & §. secunda pars minoris, quem sequuntur Conimbric. c. 2. q. 2. a. 3. dicentes, naturam non dirigi in finem, nisi à Deo, scilicet primariò, qui cum sit auctor totius naturæ singulis rebus suos fines præscripsit.

Dices, Arist. videtur opinari in 12. met. quod 25
B Deus non cognoscit inferiora; ergo non potest illa ordinare.

Confirm. quia si per impossibile Deus non concurreret ad actiones naturæ, adhuc leuia essent sursum, & grauia deorsum eodem modo, quo nunc; ergo necessitas horum, vel non est sumenda ex fine, vel ad causalitatem finis nõ est necessaria dependentia ab agente, vt cognoscente.

Confirm. 2. quia si natura ageret ex directione Dei, nunquam erraret, nec frustraretur fine, quia diuina inten io frustrari non potest.

Resp. An Aristoteles cognoscere perfectionem diuinæ scientiæ circa inferiora non consentiunt C Doctores, vt patet apud Vasq. 1. par. disp. 87. cap. 1. tamen plurimi opinantur, Aristotelem affirmasse, diuinam scientiam circa inferiora non solum in vniuersali, sed etiam in particulari, vt significat D. Thom. 1. p. qu. 14. ar. 11. & 1. contr. gent. 50. sequuntur Marsil. 1. qu. 38. a. 3. corr. 2 post secundam conclusionem, Palat. 1. d. 35. disp 1. Val. t. 1. quæst. 14 par. 3. & q. 21. p. 2. Bagnes 1. p. quæst. 14. a. 6. vbi Molin. Suar. disp. 23. met. sec. 10. num. 10. & disput. 31. sec. 15. num. 4. Conimbr. cap. 9. quæst. 2. ar. 3. & 4. de gener. animal. cap. 2. 1. met. sum. 2. cap. 2. 3. met. tex. 15. 1. de anima tex. 8. vbi Empedoclem repræhendit, quod ex eius opinione sequitur, D Deum ignorare, quæ nos cognoscimus, vnde D. Thom. 1. par. qu. 14. a. 10. infert, Deum secundum Aristotelem cognoscere singula; idẽ colligitur ex 10. Ethic. cap 8. vbi, *menter Excultores*, ait, *esse Deo carissimos*, & 1. Echonomic. cap. 3. vbi *naturam maris, & fæminæ*, ait, *diuina prouidentia institutam, & ordinatam esse ad societatem*, & septimo ethic. ad Eud. cap. 18. vbi agnoscit bonam fortunam vnam, alteram in eo, qui ex bono temperamento, & coeli bona constitutione operetur; alteram in eo, qui ex impetu, & diuino imperio, & hanc frequentiorem apud homines, at hæc fortuna ex imperio diuino non potest esse sine cognitione inferiorum, & 2. magn. mor. cap. 8. *Deum* E *bona, malaque meritis distribuere*, licet hic erret negando, bonam fortunam malorum ad Deum esse referendam: Denique ea veritas patet, ex libro de mundo ad Alexand. vbi sæpe Deum omnium Auctorem facit.

Neque obstat, quod 12. met. tex. 51. neget,

Deum

26 Deum cognoscere alia à se, quia scilicet illa nõ cognoscit extra se, sed in seipso, quæ est sana doctrina, quam docet etiam August. lib. 83. qq. quæst. 46. Ita D. Thom. Scot. Ægid. Pal. Marsil. Bannes loc. cit. & Suar. disp. 30. met. sect. 15. nu. 42. Molin. 1. p. q. 1. a. 5. & 6. disput. vnic. vt nos alibi. Neque obstat locus in 12. metaph. tex. 27. quia inde solum posset colligi, Deum non esse vbique, sed solum in cœlo supremo, non tamé non omnia cognoscere, nam & quæ sunt longé distantes cognosci possunt ex D. Thom. 1. par. q. 8. a. 3. ad 2. Neque obstat, quod 2. magn. mor. cap. 8. negat casus fortuitos posse Deo tribui, ne illum iniustum esse fateri cogamur; nam inde non sequitur, Deum non cognoscere hæc inferiora; quia aliud est, Deum omnia inferiora cognoscere, aliud, omnia inferiora dirigere, primum ibi non negat, sed secundum, quia negat (licet inconstanter) omnia præsertim, quæ sunt sub fortuna naturali subijci Deo, vt benè Molin. 1. p. q. 22. a. 1. disp. 2. ex 10. ethic. cap. 8. Neq. hinc fit Deum non dirigere naturam in suum finem per se, sed solum non dirigere in finem per accidens.

27 Ad Confirm. Resp. quidam ex illa hypotesi naturam operari ordinatè sine vlla intentione finis, quod est absurdum, nã eodem modo posset quis argumentari, si mundus non esset ab alio, sed ex se, vt nunc est, haberet conuenientem ordinem sine fine, sed hic non fit, vt de facto non sit causatus à fine, vt ab efficiente, ita actiones naturæ, vt non possunt esse sine cursu agentis intellectualis, ita neque sine causalitate finis, licet ex illa hypotesi essent, & præterea tunc mediatè ordinatæ res fuissent in finem ab efficiente, qui dedit tales virtutes propter tales actiones, & actiones illorum esse propter certos terminos, & bonum vniuersi.

Ad secundam Confirm. Respond. etiam inde colligi, naturam agere propter finem 2. phy. 82. quia si non tenderet in certum finem nõ aberraret à scopo, neque obstat intentio Auctoris naturæ, quia illa non est efficax per voluntatem vniuersalem, quæ dicitur beneplaciti, vel consequens, sed per voluntatem vniuersalem, quæ dicitur simplex, & antecedens, seu signi, quæ est quasi conditionata, nam per illam Deus vult effectum sequi cum ea perfectione, quæ tribui potest illi ex causis naturalibus applicatis, cum quibus quantum ex ipso est, vult concurrere; vnde etiam simul vult, vel permittit monstra, vel propter perfectionem vniuersi, vel vt permittat causas naturales, vti sua virtute, ita Scholastici in 1. d. 45. & in 2. dist. 37. Diu. Thom. prima par. quæst. 22. & q. 105. August. 16. de Ciuit. c. 8. & lib. 83. qq. q. 24.

Resp. Secundo alij, huiusmodi monstra, & similes effectus causarum naturalium intendi à Deo propter finem ob aliam rationem, vt diximus cum de monstris, qua ratione sint præter intentionẽ naturæ, & qua rõne intẽta à natura.

28 *Qua rõne ẽt naturale agens dicatur agere propter finem.* Quarta Concl. Agentia naturalia non solum ea ratione dicuntur agere propter finem, quia diriguntur ab agente, quod cognoscit finem, qua ratione potius dicuntur agi, quam agere, & potius ordinantur ad finem, quam se ordinant ad finem, sed etiam quia ex natura sua ordinate operantur priora, quæ ex natura sua ordinantur ad posteriora, vnde dicuntur agere propter finem, non quem propriè intendunt, sed quem efficiunt, & in quem naturaliter tendit eorũ actio: hæc videtur fuisse mẽs Arist. nã illius discursus hic est; res naturales plerumq; operantur eodem modo, & ordinatè, semper tendunt ad proprios eosdemque fines, quos si non cõsequuntur, dicuntur errare; ergo res naturales operantur propter finem; & hoc est, quod voluit Alex. apud Simplic. com. 23. non esse necessarium, vt res agat propter finem, vt cognoscat finem, sed satis est, vt ordinatè operetur ea, quæ ordinantur ad finem; & ratione Confirmatur, quia, vt operatio sit propter finem, sufficit, si ex natura sua tendat ad illum, neq; necessarium est, vt per cognitionem ordinetur, & ex his patet, exemplum illud de sagitta non esse satis ad rem, nam virtus, qua sagitta tendit in scopum non est ex ipsa sagitta, sed extrinsecus à sagittante, sed virtus rerũ naturalium, qua tendunt in proprios fines, est illis intrinseca, quod optime explicauit Sot. 2. phy. q. 4. ad 4. vbi dicit, esse communem, sed sibi nõ placere; nam agere propter finem, significat quamdam motionem finis respectu operantis; Sed Resp. hanc causalitatem esse respectu eorum agentium, quæ agunt propter finem cognitum; in agentibus vero naturalibus non est hæc causalitas formaliter, sed proportionaliter, neque est aliud, quam ipsa operatio agentis naturalis vt causata ab agente naturali à natura ordinata, seu habente naturalem inclinationem ad aliquod determinatum bonum cõsequendum per illam operationem: quare sicut desiderium agentis est finalizatio finis, ita operatio agentis naturalis est finalizatio, quatenus habet proportionem cum bono, ad quod tendit operatio. Præterea est alia causalitas, nam tribuit bonitatem medijs: dum enim finis est proportionatus agenti, fit etiam, vt media ad illum finem, sint proportionata agenti. Ex his patet, finem siue respectu agentis per cognitionem, siue sine cognitione, causare vt bonum conueniens agenti; vnde sicut agens per cognitionem, & sine cognitione non variat genus causæ, ita neque finis.

Secundo Arist. colligit, necessitatem esse sumendam ex fine, quamuis necessitas sit in ipsa natura, vt homini datum est corpus tale, quia ita exigebat finis hominis, quamuis necessariò ita sit organizatũ ex dispositionibus; vnde dupliciter aliquid dicitur necessariũ; primò simpliciter & absolutè vt Deus, qui nõ habet esse ex alio; secundo propter finem, ad quem ordinatur, vt creaturæ omnes, quia tamen recipiũt esse ab alio intentum, recipiunt esse, quatenus aptæ sunt ad finem, quem intendit primũ agẽs; & hæc necessitas reperitur etiã in naturalibus, quare omnia pendent à fine, non quidem existente, sed ad quem ordinata sunt. 29

Dices, hæ dispositiones sunt proprietates necessariò rebus cõuenientes, & ab intrinseco, vt

vt lapidi ex natura sua fuit tributa grauitas, nō quia ordinatur ad motum, sed potius contra, est ordinatus ad motum, quia habet grauitatē.

Resp. duplicem esse necessitatem, aliā consequentiæ ratione essentiæ; alteram secundum existentiam; prima est logica, secunda physica, & sumitur à fine, nam ideo res existit talis, quia est à tali agente, mota à tali fine, vnde in ordine existendi prima causa necessitatis est finis.

In operationibus naturæ per se non cōtingere potest error.

Tertio Patet, in operationibus naturæ non posse per se contingere errorem, nam error est cum res deuiat à debita perfectione; in operibus autem naturæ tam vniuersalis, quam particularis, semper reperitur debita perfectio, nisi adsint impedimenta; & licet operatio vnius sit perfectior operatione alterius, tamen quælibet operatio comparata ad suum principium est perfecta in suo genere, & varietas illarum operationum est de perfectione vniuersi, quod exigit varietatem rerum, quæ non possunt esse sine varietate operationum, & quoniam hæ res sunt finitæ virtutis, & corruptibiles, impediri possunt in suis operationibus, vt lapis detinetur sursum; vel otiose illas aliquando exercent, vel ex defectu agentis, vt oculus indispositus ad videndum, vel passi, vt fit mala nutritio ob malos cibos: vnde duo requiruntur, vt actio sit perfecta, primo vt virtus sit perfecta; secundo ne impediatur; & hinc est quod ea, quę Deus se solo efficit semper sunt perfecta; quia & habet virtutem perfectam, & impediri nequit, & quia in causis præcedit defectus, quia in earum generatione adfuit impedimentum, quo minus perfectam virtutem acquisierint, ideo omnis operationis imperfectio reducitur in impedimentum.

30 Dices si natura potest deficere; ergo est imperfecta.

Resp. hanc imperfectionem esse necessariam in natura, quia cum constet vniuersum ex rebus corruptibilibus, debuit esse pugna inter eas, vnde cum vnaquæque res sui conseruationem, & productionem sui similis intendat, hinc sequitur necessario corruptio alterius; nam quodlibet agens particulare intendit bonum proprium, & in eo bonum vniuersi, hinc etiam existit suo contrario, à quo oriuntur impedimenta actionum, non quasi per se intenta, sed necessariò consequuta, ex necessitate naturæ; neq; hoc est contra perfectionem naturæ, quia res generabiles non potuerunt alio modo constitui, nam aliter non duraret vniuersum.

Quarto patet, primum modum, quo agentia naturalia diriguntur in finem, esse per virtutes, & inclinationes illis communicatas in prima productione ipsorum; quia intentio producentis manet virtualiter in singulis operationibus naturæ, vt intentio finis manet in medijs, etiamsi illa ab agente in finem actu non dirigātur. Ita Molin. 1. p. q. 2. a. 3. & q. 14. a. 13. disp. 7. 9. neque vero, & ob id dici opus naturæ esse opus intelligentiæ, & idem in concord. disp. 32. initio.

31 Quinta Conclus. Tertius modus, quo Deus dirigit in finem agentia naturalia est per nouā directionem in finē, cū illis in eorum operationes, & effectus influendo, nam eadem operatio, quæ elicitur à natura, elicitur, etiam à Deo, vt D. Th. 1. p. q. 105. a. 5. dum ait, Deum in omni natura operari.

Deus dirigit agens naturale in finem influendo cū illo in effectus.

Confirm. quia ob hanc directionem naturalium in finem Theologi affirmant, omnia subijci diuinæ prouidentiæ; at non subijciuntur diuinæ prouidentiæ solum ratione primæ productionis rerum, sed etiam quia omnia indigēt diuino concursu ad operandum, vt Fonsec. 6. met. c. 2. q. 5. sec. 3.

Confirm. 2. quia principium adæquatum omnium operationum naturalium est agēs naturale simul cum Deo primo agente, & ob id opus naturæ dici opus intelligentiæ, vt ostendit Suar. disp. 23. met. sec. 10. nu. 6.

Confirm. 3. quia actualis gubernatio diuina non consistit in prima rerum productione, sed addit aliquid de nouo supra primam productionem; sed hoc additum non est aliud, quam rerum directio in finem ex 1. p. q. 103. a. 1. & 2. ergo directio in finem addit aliquod supra primam productionem rerum; hoc autem non est aliud, quam concursus attemperatus ad omnes operationes singularum naturarum.

Dices; concursus Dei cum agentibus naturalibus est ex se indifferens ad hanc, vel illam speciē actionem, nam cum calore calefacit, cū frigore frigefacit; ergo ex illo agentia naturalia non possunt dirigi in finem, sed potius contra ille generalis concursus dirigitur in finem talem, vel talem ex agentibus naturalibus. 32

Diuinus concursus actualis non est indifferens.

Respond. diuinum concursum actualem nō posse esse indifferentem, quia id repugnat, sed solum in actu primo, & secundum pręparationem, eo quod Deus est paratus concurrere cū singulis, iuxta exigentiam singulorum, sed huiusmodi actualis concursus pendet à diuina prouidentia, quæ singula cognoscens, ordinat iuxta ordinem suæ sapientiæ; nam, vt benè D. Thom. 1. p. quæst. 22. a. 3. & qu. 103. ar. 6. diuina prouidentia, qua rerum operationes in suum finem diriguntur, potest dupliciter considerari. Primo, secundum se, scilicet, prout est dispositio quædam externa existens in mente diuina, & iuxta hanc natura operatur, neque potest transgredi ordinem à Deo præstitutum. Secundo, prout id, quod est in mente diuina statutum, ponitur in exequutione, sed non ponitur in exequutione, nisi iuxta ordinem, & dispositionem existentem in mente diuina.

Sexta Conclusio, res naturales non tantum operantur propter finem, sed etiam sunt propter finem; pro cuius probatione. 33

Primo Notandum, certum est, omnem creaturam esse propter finē, quatenus omnis creatura existens est effectus Dei ordinatus, vel ad bonum alterius creaturæ, vel ad bonum ipsiusmet Dei.

Secundo Notandum, quæ in esse, & conseruari pendent ab efficiente, ordinari ad finem, quia conseruatio est actio agentis naturalis, quare est propter finem, vnde lumen non solū

pro-

productur propter finem, sed etiam productum, dum conseruatur, etiam propter finem conseruatur. Ex quo colligo, esse propter finem omne illud, quod causatur ab aliqua causa; quia finis est causa causarum, vnde totum compositum, quatenus causatur à materia, & forma, dicitur esse propter finem. Dubium est si consideretur res naturalis, vt existens, & non vt dependens ab alia causa operante propter finem, sed tantum, vt est proportionata suo naturali bono, & in hoc

34 Tertio Not. si res, ita pendet ab illo bono, vt illo ablato, etiam res auferetur, dicetur etiã causari à fine, quia pendet ab illo; omnis autem dependentia est aliqua causalitas, quod si secus, tunc non causaretur ab illo, quia non haberet dependentiam ab illo; & quia hoc vltimum, est fictum, ideo

Omnis creatura est propter finem.

Quarto Notan. omnem creaturam esse propter finem; vnde Arist. tex. 66. dicit, finem esse circa ea, quæ natura fiunt, & sunt; & idem insinuat tex. 90. & probatur, quia non est ratio, cur actio, vt proportionata fini sit propter finẽ, & non res ipsa.

Sed contra, quia Aristot. definit causam, finẽ esse id, gratia cuius aliquid fit.

Respond. definitionem traditam esse per id, quod est notius, nam intendebat probare dari causam finalem, sed ex illa definitione facilè colligitur, quod diximus; nã si finis est id, gratia cuius aliquid fit, erit etiam id, gratia cuius aliquid est, cum existentia rei in facto esse, ita pendeat à fine, sicut & in fieri.

QVÆSTIO VLTIMA.

An causa finalis sit distincta ab efficiente.

1 RESp. affirmatiuè ex Arist. 2. phy. tex. 29. 31. & 68. & 5. met. cap. 2 vbi probat, illam dari; contra antiquos, qui illam non distinguebant ab efficiente.

Sed difficultas est, an sit ita principalis, vt nõ sit reducibilis ad alias, affirmat Plato, & sequutus est Arist. & merito, quia non est reducibilis ad causam materialem, quia reperitur, vbi non est causa materialis; & eadem ratione, neque ad formalem; & licet Aristoteles sæpè dicat; finem, & formam esse idem, vel intelligit in naturalibus; vel nomine formæ intelligit optimũ, vt ait D. Tho. 1. p. q. 3. a. 2.

Confirm. quia hæ causæ sunt intrinsecè inclusæ in effectum, vel vnibiles effectui; at finis est causa extrinseca; ergo nõ reducitur ad has. Neque reducitur ad efficiens, quia hoc semper petit effectum distinctum à se; ergo quidquid est, inseruit causæ efficienti; at in causa finali nõ petitur, vt eius effectus sit distinctus à se.

Confirmant alij, quia causalitas finis est respectu actionis diuinæ ad intra, quia verè vult propter finem, nam non fortuitu; quia operari ex fine, non dicit imperfectionem; at ibi nulla est causalitas effectiua, sed hæc ratio an habeat vim, patet ex dictis.

A Confirm. 2. quia non reuocatur ad efficientem, vt instrumentum, sed vt causa ipsius; nam si petitur, cur agens agit. &

Resp. propter talem finem, redditur ratio à priori; ergo est distincta, & si est aliqua reductio; potius erit efficientis ad finem, quam contra.

Contrarium docent, qui tenent, non esse causam realem, sed intentionalem; verum disputatur de nomine, quia supra ostendimus, qd nomine causæ realis intelligatur. 2

Contrarium alij, quod sit determinatio causæ efficientis, vt dicitur de idea, sed soluetur cum de idea, quia non constituit efficiens sicut idea.

B

TRACTATIO DECIMA QVARTA,

De Comparatione Causarum inter se, & cum effectis.

C DE hac Philosophi partim in 5 met. vbi Fland. Zerb. Sonc. Alens. & alij, partim in secũdo physic. vbi Conimb. c. 7. quæst. 5. & 9. Masius cap. 2. disput. vnic. sect. 1. Ruuius tract. 3. & 8. Hurtad. disp. 8. Murcia disputat. 2. & 4. Suarez disputat. 26. & 27.

QVÆSTIO PRIMA.

An quatuor genera causarum habeant tantã connexionem inter se, vt necessariò, vbi est vnum sit aliud.

D SVarez disp. 26. sect. 3. Perrer. lib. 8. cap. 5. & 6. Mas. sec. 1. quæst. 5. fusè Aureol. 1. dist. 3. quæst. 1. art. 2. vbi alij Theol. Heru. quodlib. 2. quæst. 2.

PRima Conclusio. vniuersaliter, vbi est efficiens, non necessariò est materia, & forma; patet ex creatione rerum spiritualium. 1

Secunda Conclusio. In sublunaribus omnes causæ sunt connexæ; nam agens producit formam in materia propter finem, neque potest aliquid deesse; nam vbi est forma, necessariò est materia; & vbi forma, necessariò est efficiẽs, quod dedit existentiam formæ, at vbi efficiens, necessariò est finis, quia omne agens operatur propter finem. Dubitatio solum est in ijs, quæ ab æterno secundum Arist. sunt, in quibus vult Alexand. esse finem, materiam, & formam sine efficiente; vnde quæstio oritur, An vbicunq; est finis

finis, sit etiam efficiens, & econtra; qua in re.

2 Prima opinio est Eudem. & Alex. apud Simplic. primo phy. tex. vltimo, & 2. phy. 45. 65. & 71. & 1. & 2. digress. contra Philop. Iand. 1. cæl. q. 15. tribuitur Arist. Ariminens. 2. d. 1. quod dicat æterna pẽdere à Deo in genere causæ finalis, non in genere causæ efficientis.

Potest esse finis sine efficiente.

Opinio negās

Altera est communis putantium illas duas causas non separari. est Philop. 1. de Gen. 45. & 59. & lib. contra Proclum, & Ammon. & Simplicium loc. cit. Auer. de substantia orbis c. 2. & sępe alias D. Tho. 8. phy. 4. 13. & 15. Alber. 8. phy. trac. 1. c. 8. Soncin. 12. met. q. 38. Fusè Heru. quodlibet. 2. q. 1. Perer. lib. 8. c. 5. & 6. & hæc mihi placet, ideo sit.

3 Tertia Conclusio, vbi est causa finalis, ibi est causa efficiens, & è cõtra. Probatur ab Herueo, qui probat, vniuersaliter quidquid pendet ab aliqua aliarum causarũ, pendere etiam à causa efficiente, & in specie probat de causa finali; qa omne, quod ex se non est ens, habet causam efficientem, vt sit: sed quidquid habet causam aliquam, ex se est nõ ens: ergo &c. Maior probatur, quia cum res ex se non sit ens, non potest existere nisi vi alicuius efficientis, vt à non ente transeat ad esse; nam à se ipso esse non potest: vnde bene docuit Arist. 9. met. 31. nihil transire de potentia ad actum, nisi per causam efficientem, nam ille transitus fit per productionem, productio autem requirit producentem. Minor probatur, quia pendere ab aliqua causa, est, vt præcisa tali causa, desineret esse, atq; adeo ex se non haberet esse, quia si remaneret, etiam præcisa tali causa, iam non magis penderet ab esse, quã à nõ esse causæ, atq; adeo non dependeret; quia pendere à non esse causæ, est, non pendere.

Vbi est finalis, ibi est causa efficiens.

4 Confirmatur, quia quod caret causa efficiẽte, habet esse à se; quod autem habet esse à se, non est ordinatum aliò, vt patet in Deo; sed ad hanc rationem dici posset, entia necessaria habere esse à se, ordinatum tamen ad aliud, tamquam ad finem, itaq; ex natura sua sunt ordinata ad finem; quare sicut esse rei est necessarium, ita etiam esse finis est necessarium; vnde fictio est dicere, si finis nõ esset, neque res esset.

Alij probant, esse sequitur operari: sed est à se: ergo etiam operatur propter se; sed neque habet magnam vim; quare melius probatur. Nã quod habet causam, recipit esse à causa; quod autem recipit esse, præsupponitur illud non habere: at omne agens agit propter terminum tamquam finem intrinsecum, & consequenter propter finẽ, ad quẽ ordinatur terminus actionis

5 Sed contra, quia in actibus Dei est finis, & non efficiens, quia nihil in Deo est causatum; ergo &c. nam est agens intellectuale, atq; adeo agit propter finem.

Confirm. quia intelligi potest aliquid esse, sine efficiente, & tamen ordinatum ex se ad aliud: vnde causalitas finis adæquata est, esse id, gratia cuius aliquid fit, vel est.

Respondent primo non posse id, quod est à se, pendere ab alio extrinseco, quia quod est à se, etiam est propter se; nam si ordinetur ad

A aliud, non esset ens omninò necessarium; quia ablato illo simpliciter non esset, quare esset necessarium ex suppositione 2. phy. 88.

Respondent Secundo etiamsi ponatur ille ordo, non esset per propriam causalitatem finis in tale esse, quia cum illud ens sit ex se necessarium, cum careat causa efficiente, nõ pendet ab alio, vt causa finali, quia, alias ablata illa, auferretur res ordinata, hoc autem repugnat enti necessariò simpliciter. Hinc fit, vt neque operari pendeat ab alio, vt causa finali; quia tale est operari, quale est esse, sed de hac re infrà, vbi ostendemus quomodo Deus dicatur agere propter finem.

B

QVAESTIO II.

De comparatione harum causarum inter se, quoad perfectionem.

CONstat, has causas inter se habere mutuum excessum, & defectum, quoad nobilitatẽ, & perfectionem, sed difficultas est, ex quo excessu causa dicatur simpliciter perfectior.

ART. I. Opiniones DD.

PRima opinio est Albert. tract. 2. c. 5. has causas posse quadrupliciter considerari. Pri- 1

C mo, secundum effectum, & sic primum omnium est materia, quæ est de substantia effectus in qua recipitur motus, quo fit effectus Secundo, forma, quæ est pars effectus, & terminat motum. Tertio, efficiens, quod est principium motus, & est extra effectum; demum est finis, qui est vltimus terminus motus: Secundo, quo ad intentionem operandi, & primum est finis, qui mouet efficiens; secundo efficiens, motus à fine: tertio forma, qua materia perficitur; demũ materia, quæ recipit motum, & formam, & ex his priorem considerauit Aristoteles 2. physic. tex. 28. Tertio, quoad esse, & primo est efficiẽs, qui materiam disponit, & aptam facit ad for-

Opinio Alberti distinguentis causas.

D mã, secundo est materia; tertio forma, quæ educitur ex materia; demum finis, qui vltimo habet esse. Quarto, quoad rationem agendi; & primo est forma, secundum quam est actio, tũ efficiens, qui per formam operatur; deinde finis, qui conuenit cum forma in specie; denique materia, quæ non agit, sed recipit.

Secunda opinio est dicentium causas posse considerari. Primo, vt actu causantes: Secundo, vt actu causatiuas: si considerentur primo modo dupliciter posse comparari Primo, quoad causalitatem, & ita prior, est finis, tum efficiens, tum forma; respectu compositi; nam re- 2

Secunda diuisio causarum

E spectu materiæ vna causalitas non est prior altera simpliciter, nisi secũdum quid, idest, vt sub vna ratione, sit prior, & sub alia, posterior. Secũdo modo possunt comparari, quoad existentiã requisitam ad causalitatẽ, & ita dicunt, efficientem esse priorem natura, respectu materiæ, & formæ, & fine, quia omnia fiunt ab efficiente; D. Thom. 2. physic. lect. 5. decet causam

essen-

essendi absolutè esse formã, at vt hæc exeat de potentia ad actum requiruntur tres aliæ causæ, vnde in immobilibus consideratur tantũ causa formalis.

Dices prius quã existat causa efficiens creata, iam finis existit in mente diuina, quia fiunt res à Deo propter finem, ergo, &c.

Respondeo, concedendo respectu efficientiũ naturalium finem esse prius in mente Dei, at nõ respectu, Dei ipsius.

Dices, aliquando efficiens est posterior materia, & forma.

Resp. concedendo aliquando id esse, sed nos nos loquimur à toto genere, nam primum efficiens est prius, quam prima materia, & forma; secundo docet materiam, & formam comparari, vt causatiuas, tum quoad prioritatem, tum quoad perfectionẽ, si primo modo, aliquando esse simul, vt quando simul causantur; aliquando materia est prior, vt patet ex rerum generatione; aliquando posterior, vt in anima rationali; respectu materiæ posterius productæ in Eucharistia, &c. at respectu efficientium semper sunt posteriora à toto genere, quia prius est efficiens potens causare, quam sit materia, & forma potentes causare. At si secundo modo comparantur, quoad perfectionem, quæ illis conuenit, vt causæ sunt: & quoad hoc dicũt primò, efficientem ex suo genere esse perfectiorem; quia confert entitatem effectui perfectissimo, & realissimo modo sine vlla imperfectione, ita vt illi magis debeat effectus suam entitatem, quam alijs, vt Albert. 2. phy. tract. 2. cap. 5. secundo, causa formalis est perfectior materiali, & finali, quia tribuit perfectius esse, quam materia, cum sit actus, & habeat veram, & propriam causalitatem, quæ fini non conuenit; vnde oportet, vt sit verè realis; cum finis, satis sit, vt appareat realis. 2. phy. tex. 31. tertio materia, vt causa, est perfectior fine, quia est propriè, & realiter causatiua, at non sic finis, vt Soncin. 5. met. q. 2. & q. 5. ad 5. Sot. q. 2. Ferrar. 3. contra gent. cap. 17. Iauell. 5. met. q. 2. ad 2. Tol. q. 14. Gabr. 2. d. 1. q. 5. a. 1.

3 Dices, Deo non repugnat causare finaliter, & tamẽ repugnat causare materialiter, vel formaliter.

Respondetur, hinc probari entitatem finis esse perfectiorem entitate materiæ, & formæ; sed non probari, finem melius causare suum effectum, quam illa, quo modo hic comparamus causas inter se, melior autem est causalitas propriè, quam metaphorica, in ratione causæ, licet in esse propriè causatiuum, aliquando includatur imperfectio; quæ non includitur, in esse causatiuo impropriè, & ideo hoc conuenire potest Deo, quia hoc nullam dicit perfectionẽ intrinsecã Deo, sed potius arguit summam in eo perfectionem, scilicet infinitam bonitatem, & increatam ab alio independentem.

4 Dices 2. Cur finis soleat dici nobilissima causarum?

Respondetur, dici, quia mouet cæteras, & ipsa à nulla mouetur; & ideo moraliter, est nobilissima, quia in genere moris tribuimus effectum præcipuæ causæ, nõ quæ perfectiori modo concurrit, sed quæ est causa, vt aliæ causæ perfectissime concurrant, & à quibus pendet effectus, & illis conferant esse; qua ratione cõsulens, imperans &c. præponuntur causæ efficienti, quæ verè dat esse effectui; & idem patet, in effectis artificiosis, quos tribuimus medico, & nõ pharmacis, licet hæc præcipuè causent sanitatem, & medicus solum per artem applicet hæc pharmaca. Secũdo finis põt dici perfectissimã causa, quia ab eo sumitur vltimatè necessitas effectus; quia cæteras causas mouet ad operandum, non tamen hic physicè dicitur, perfectissima omnium, quia hæc perfectio sumitur ex modo causandi, qui non est ita perfectus in fine, vt in alijs.

Dices 3. quæ sit magis necessaria ad effectũ.

Respondent Primo, respectu compositi, est forma, & materia, tum causæ extrinsecæ; at inter se comparatæ, sic efficiens est magis necessarium. Alij secũdo dicunt omnes æque necessarias: tertio Alij, efficiens esse magis necessarium, quia effectus ab eo magis dependet; ab eo enim est forma, licet esse effectus immediatius sit à forma.

Dices 4. quomodo vna causa reducitur ad aliam.

Respondent omnes posse reduci ad efficiẽs, quia ab eius perfectissima causalitate omnium causarum causalitates videntur dependere; quia si finis causat, eatenus causat, quatenus efficiens causat gratia illius; & forma eatenus, quatenus ab efficiente in materia prima producitur; & materia, quatenus ab efficiẽte illi tribuitur existentia, & in ipsa producit, & conseruat causã formalem; sed quatenus finis est prima, omnes possunt reduci ad finem, vt in fra.

Tertia Opinio est dicentium quatrupliciter has causas posse considerari. Primò quoad modum existendi. Secundo quoad virtutem causandi; & his modis efficiens, est perfectior; nã efficiens cõcurrit ratione suæ perfectionis, quam actu, tum secundum essentiam, tum sm̃ existentiam, habet; vnde ab eo procedit forma, & finis, qui includit aliquam imperfectionem, siue in se, siue quoad consequutionem, illa autem imperfectio est negatio existentiæ. forma vero & materia causant, ratione imperfectionis, cũ sint entia incompleta. Tertio Posse cõsiderari quoad rationem causandi, & sic finis est perfectior, quia causat mouendo nõ motus, vnde dicitur prima causa, & causa causarũ; licet quoad realitatem causationis, finis sit imperfectior alijs. 5 *Alia consideratio causarũ*

Dices, In Deo est causalitas efficiens, & nõ est causalitas finis, quia Deus non est propter aliquem finẽ extrinsecum, sed propter se ipsũ.

Resp. primo aliud esse, Deum non esse finẽ, aliud non habere finem, nam primũ, est apertè falsum, cum ipse sit omniũ rerum vltimus, & perfectissimus finis, sicut est efficiens, atque adeò exercet perfectissimam causalitatẽ finalẽ. At de secundo membro distinguendum est, nã si loquamur de entitate Dei, & operatione, immanente in Deo, non habet finem, sicut ipse

Deus

Deus non habet efficiens, à quo fiat, vt optimè Mairon. 2. distinc. 35. quæst. 1. vbi ait: dupliciter primum agens agere propter finem. Primo, propter finẽ operationis, quæ est in ipso Deo, & ita non agit propter finem. Secundo, propter finem ipsius effectus, seù operationis ad extra, quæ dicitur transiens, & ita agit propter finem. Vnde operatio Dei ad extra habet finẽ, sicut & ipsa creatura.

Dices secundo, an Deus habeat causam finalem?

Opin. Mairon. finem non distinguens à causa finali.

Respondent aliqui, quod sicut Deus ab æterno fuit, cum nulla esset causa efficiens: ita æterno tempore fuit, quando nulla erat causa finalis, quando igitur cœpit efficiens causare, cœpit etiam finis causare, nam actio Dei, prout idem est cum creatura, habet eundem finem cum creatura: Vnde intelligitur finis respectu Dei, quo mouetur ad operandum sine vlla causalitate respectu Dei, licet cum causalitate respectu creaturarum, vnde dicitur prima causa in causando. At Mairon. loc. cit. putat non distingui finem à causa finali, sicut non distinguitur efficiens à causa efficiente, quare ea ratione, qua Deo conuenit finis, conuenit causa finalis: & ea ratione, qua illi repugnat finis, illi repugnat causa finalis, sed hæc doctrina est dubia propter illud scripturæ: *Omnia propter seipsum operatus est Deus*, quibus verbis significatur finis, sed sine causalitate finali: At responderi posset, quod sicut operationes Dei transeuntes sunt propter finem: ita causantur à diuina bonitate, tanquam à fine vltimo omniũ rerum.

Quarto, comparari possunt in ratione constituẽdi effectum, & hac ratione forma est nobilissima omnium, quia specificat, cum est materia, quia est pars intrinseca; finis autem, & efficiens sunt extrinseca: ita Tolet. quæst. 7. notab. 2.

ART. II. Opinio Auctoris.

6 PRimo notandum, causas posse inter se comparari. Primo, quoad ordinem prioritatis secundum existentiam, quæ scilicet causa prius alia existat, & certum est à toto genere existentiam prius conuenire efficienti, tum materiæ, tum formæ, & fini, vt infra. Secundo, quoad ordinem prioritatis in causando, vt vnius causæ causalitas sit prior, & dicimus causalitatem finis esse priorem alijs, vt infra. Tertio, quoad ordinem prioritatis perfectionis, & hæc perfectio potest attendi, tum quoad entitatem causarum, tum quoad modum causandi, seu causalitates causarum, & licet comparatio, quoad perfectionem entitatiuam materialiter se habeat, vt comparatio, quoad pfectionẽ causalitatum formaliter, tum quia causalitas fundatur super esse rei, ideo de vtraque comparatione agendum.

Comparantur causæ ad mentem Auctoris.

Secundo Notandum, comparationem causarũ posse esse, tũ inter intrinsecas cum extrinsecis, tũ inter intrinsecas, vel extrinsecas inter se ipsas; & licet se habeant, vt excedens, & excessum, tamen debet attendi perfectio ex excessu, quem vna habet simpliciter respectu alterius.

Tertio Notandum, causalitatem vnius non præcedere immediatè causalitatem alterius respectu effectus, ad quem essentialiter causa cócurrit; quia sicut effectus non potest existere sine concursu omnium causarum, ita respicit simul, causalitatem omnium.

7 Prima Conclusio, finis, & efficiens ex suo genere, sunt nobiliora, materia, & forma, tam in esse, quam in causalitate. Ita Maior. 2. dist. 35. quæst. 1.

Finis, & efficiens ex suo genere nobiliores cũ materia, & forma in esse, & causare.

Probatur, quia cum sit comparatio inter genera, illud est perfectius, in quo species perfectissima, excedit perfectiorem speciem alterius generis, ex 1. cœl. text. 115. & 116. vbi docet metiri perfectiones potentiarum ex maximo effectu vniuscuiusque; sed supremum efficiens & finis superant in perfectione quancumque materiam, & formam, vt patet; ergo, & ex hac perfectione infertur perfectior causalitas, quia hæc consequitur perfectionem causæ.

Confirmatur, quia in genere entis, materia, & forma sunt entia incompleta ex vi suarum rationum, atque adeo imperfecta in tota sua causalitate; non sic autem efficiens, & finis; ergo hæc sunt perfectiora. Hinc deducitur perfectior causalitas, quia quo ens magis fuerit completum, & actualius, & perfectius, eo, per se loquendo, erit aptius ad perfectiorem causalitatem exercendam.

Confirmatur secundo, hæc imperfectio in causalitate, quia primaria causalitas materiæ, & formæ in intrinseca sua ratione, includit imperfectionem, quia non causant, nisi componẽdo, quod ex genere suo dicit imperfectionem: at causalitas finis, & efficiẽtis ex genere suo, nõ dicit imperfectionem.

Dices effectus materiæ, & formæ, potest esse aliquid nobilius, effectu alicuius efficientis; quia potest esse aliquid substantiale, & effectus efficientis, potest esse aliquod accidentale, prouenienś ex virtute accidentali, vt calor à calore; ergo materia, & forma tam quoad entitatem, quam quoad causalitatem, cuius perfectio sumitur ex effectu, potest esse perfectior aliquo efficientè.

Respondeo, & dico primo; ideo in conclusione dici (ex genere suo) quia in tota latitudine materiæ, & formæ, & latitudine efficientiũ, finium, inter hæc reperitur aliquod efficiens, & finis, quæ excedit, quamlibet materiam, & formam, non tamen hinc sequitur quodlibet efficiens esse nobilius in entitate qualibet materia, & forma, vt probat argumentum.

8 Dico secundo, causalitatem posse considerari dupliciter: primò, quoad speciem suam, & hæc sumitur ex termino, vel virtute, & hæc aliquando, potest esse nobilior in materia respectu alicuius effectus, quam in efficiente: Secundo, quoad modum, & ita ex ratione sua generali, semper est imperfectior in materia, quia

modus causandi materialis includit imperfectionem ex genere suo.

Dico tertio, quando quæritur, perfectio causalitatis harum causarum, intelligitur posita eadem perfectione in effectibus, & deinde quæritur, respectu illius, quæ non sunt cœtera paria causa habeat perfectiorem causalitatem, vnde si in effectis est diuersa perfectio, iam

Dices secundo, ea causa est perfectior, à qua magis dependet effectus, quia ea magis indiget effectus, atque adeo habet maiorem perfectionem ad tollendam indigentiam effectus: sed effectus magis dependet à causalitate materiæ, & formæ, quia per has intrinsecè constituitur, sed ab efficiente, & fine solum extrinsecè; vnde variatis materia, & forma, non potest, etiam per potentiam Dei, manere idem effectus, at variatis efficiente, & fine, manet idem effectus.

Respondeo, perfectionem causalitatis, posse considerari dupliciter: primò, secundum suam rationem formalem, & modum concurrendi, & hac ratione causalitas finis, & efficientis est perfectior, quia nullam includit imperfectionem ex suo genere; sicut illam includit causalitas materiæ, & formæ: Secundo, quoad rationem constituendi effectum, & necessitatem respectu effectus, & ita forma habet nobiliorem causalitatem, cum materia, quia sunt partes essentiæ; non sic autem aliæ causæ, quæ sunt extrinsecæ.

9 Secunda Conclusio, forma substantialis, cõparata materiæ, est perfectior materia, tam in ratione entis quam causæ, respectu compositi.

Probatur, quia forma est quid actualius, vnde habet, vt compleat essentiam, & est principium omnium operationum compositi; dixi, respectu compositi, quia loquendo de causalitate mutua inter materiam, & formam, quod existentia, videtur perfectior causalitas materiæ, respectu formæ, quam contra, quia verè causat formam, & à priori. At vero forma, respectu materiæ est causa tantum, vt conditio subsequens; vt supra; neque hæc perfectio repugnat imperfectioni materiæ; quia licet sit simpliciter imperfectior in ratione entis, tamen potest esse perfectior secundum quid, idest quoad aliquam conditionem, scilicet, causalitatem existentiæ, & fortasse, est etiam perfectior, quoad subsistentiam formis materialibus; vel melius dicitur; causalitatem formæ, quoad speciem esse perfectiorem, tam respectu compositi, vt probatum est; quam respectu materiæ, quia forma est causa, cur materia causæ compositum, nam limitando, & actuando potentialitatem illius, facit vt materia sit causet huius speciei, & nõ alterius, nam si quæratur, cur materia nunc causat leonem, & non formicam? non potest aliud responderi, nisi quia nunc actuatur forma leonis, & non formicæ, sed quoad causalitatem respectu existentiæ simpliciter esse perfectiorem causalitatem materiæ respectu formæ, vt dictum est, & licet forma causet etiam existentiam materiæ, quia si implicaret forma, implicaret etiam materia, tamen hæc causalitas est potius in genere causæ finalis, quam formalis; vel potius in genere causæ terminatiuæ, quæ reuocatur ad genus causæ formalis extrinsecæ.

Dices, an idem dicendum de forma accidentali. 10 *Dubium de forma accidentali.*

Respondeo, formam hanc posse comparari. Primo, ad effectum, quod est concretum formaliter constitutum in tali ratione, & hoc perfectius causatur ab accidente, quam à subiecto, quia accidens est actus, & subiectum est potentia, & hac ratione accidens excedit substantiam, sed est excessus, secundum quid: Secundo, potest comparari ad ipsum subiectum, & tunc dupliciter; vel secundum entitatem, & simpliciter est perfectius subiectum, quia substantia; Secundo, in ratione causandi mutua; & etiam perfectius est subiectum, quia hoc est simpliciter causa accidentis, cum illud substentet, non sic autem accidens respectu subiecti, sed tantum accidentaliter perficit, vel ad summum, est nunc vt conditio necessaria ad subiecti conseruationem. Hinc patet primo, non semper actum entitatiuum esse perfectiorem potentia, sed secundum quid, vt patet ex materia, & forma accidentali. Secundo, inter causalitates, materiæ, & formæ mutuas, excedere causalitatem materiæ, quoad existẽtiã, sed respectu compositi excedere causalitatem formæ. Tertio, absolutè, & simpliciter materia, est in infimo genere causarum, deinde esse formalem causam, & id patet, quia licet se habeant, vt excedentia, & excessa, tamen perfectior effectus est a forma, & pfectiori modo, vt patet ex composito.

Tertia Conclusio: si finis cum efficiente cõparetur in perfectione entitatiua, non est necessarium, vt vnum excedat aliud, licet perfectio illius entitatis, magis explicitè dicatur à fine, quam ab efficiente. 11 *Entitatiuè finis, & efficiens, non se excedunt.*

Prima pars probatur à Mairono secundo distinct. trigesimaquinta, quæst. prima, quia coincidere essentialiter, suppositaliter, & realiter, possunt in eandem entitatem; vt patet in Deo, qui est primum efficiens, & vltimus finis, & ratio est, quia vtraque causa, ex Anselmo cap. 15. Monolog. ex suo genere dicit perfectionem sine imperfectione; & finis, vt habet summam perfectionem finalem in suo genere, requirit infinitam perfectionem simpliciter in genere entis: Ita etiam vt habeat summam perfectionem effectiuam, eo magis, quo efficiens perfectiori modo contineat effectum, quam finis, quare neutra ex suo genere, alteram excedit in perfectione.

Secunda pars probatur; nam ratio, qua finis causat, est perfectio, & bonitas, vt probat Mairon. loc. cit. vbi ait rationem boni, idem esse, ac finem; at efficiens, per virtutem actiuam, seu per naturam, vt sic; ergo perfectio magis explicitè significatur à fine, quam ab efficiente, quæ diuersitas oritur magis ex nostro conce-

ptu,

piu, quam ex re ipsa, nam in re non est distin-
ctio.

Contrarium videtur docere Mairon. loc. ci.
nam quæ habent ordinem ex rationibus suis
formalibus, illum retinent vbicumque sunt illę
rationes formales, sed inter finem, & efficiens,
& eorum causalitates est ordo ex rationibus
formalibus, nam finis dicitur, qui ex sua ratio-
ne formali est motiuus efficientis ad agendum;
at inter mouens, & motum est ordo: sed vbi
est ordo, necessariò est distinctio; ergo inter
efficiens, & finem est distinctio ex natura rei.
Probatur finē non esse idem cum efficiente,
quod mouet ad operandum, sed esse idem cū
alio efficiente, quod mouetur ab alio fine; vt
v. g. ignis A. producens ignem B. mouetur ad
agendum ex B. tanquam ex fine, at B. non est
idem, sed distinguitur realiter ab A. sed quia
B. est effectiuum alterius ignis; ideo dicitur
B. quod habet rationem finis respectu. A; coin-
cidere cum efficiente, quia idem B. est efficiens
& finis.

Respon. etiam si finis, & efficiens sint idem à
parte rei, tamen, vt inter eos sit ordo, satis est,
quod eorum causalitas ex natura rei distingua-
tur.

Hinc patet; quid dicendum sit de alijs agen-
tibus, & finibus, nam sæpe sunt eiusdem perfe-
ctionis, vt quando agens operatur propter se,
vel finem vniuocum; aliquando efficiens supe-
rat, quando finis est proximus, & non vltimus;
aliquando finis superat, vt quando agens non
est summè perfectum, vt optimo modo ope-
retur, propter bonum excellentius, opera-
tur.

Dices efficiens causat ratione perfectionis,
quam habet, at finis non ita, sed ratione perfe-
ctionis, quam non habebit, quia non existit, sed
producitur ab efficiente.

Confirmatur, quia efficiens, vt causet, debet
habere existentiam, finis autem non ita, sed re-
quirit aliquam carentiam existentiæ.

Respondetur, hinc optimè probari, illam p-
fectionem, qua vtraque causa causat, perfectio-
ri modo existere in efficiente, quam in fine; sed
hinc non tollitur, quin in vtraque aliquando sit
æqualis perfectio, quæ magis explicite dicatur
à ratione finis.

12 *Finis, & efficiens in ratione causandi partim sæqua-da quāt, partim excedant.*

Quarta Conclusio; si finis & efficiens com-
parentur in ratione causandi partim sunt æ-
qualis perfectionis, partim se habent, vt exce-
dentia, & excessa; simpliciter tamen finis se ha-
bet, vt præcipua, & causa causarum.

Prima pars ꝓbatur, quia in multis sūt æqua-
les. Primo, quoad multitudinē effectiuum, quia
non potest causa efficiens habere plures, & no-
biliores effectus, quam finis; quia nullus effe-
ctus est ab efficiente, etiam Deo, quin sit, pro-
pter finē. Secundo, vt omnes effectus omnium
causarum efficientium sunt à primo efficiente,
ita omnes effectus causarum finalium sunt, à
supremo fine; & vt omnes effectus causarum
finalium, sunt in suo genere à primo efficiente,
ita omnes effectus efficientium causarum, sunt
in suo genere à primo fine; & licet hic possit
A esse obiectio de peccatis, tñ hæc etiam osten-
dit Diuus Thomas esse aliqua ratione propter
Deum, vt vltimum finem, saltem materialiter,
quia in ijs quærit creatura vltimum finem, qui
verè est Deus, licet ipsa fallatur in materiali fi-
ne; tandem vtraque ex suo genere dicit perfe-
ctionem simpliciter; vnde neutra includit im-
perfectionem, scilicet limitationem, vel depen-
dentiam, &c. Ex quo fit, vt sicuti vna est con-
nexa cum alia in causando, & contra; ita neu-
tra est propriè dependens ab alia, sed effectus
ipsi sunt necessario dependentes ab vtraque, v.
g. à Deo, sub vtraq; ratione.

Secunda pars probatur, quia efficiens exce-
dit finem, quoad influxum, quia est magis pro-
B prius per realem, & essentialem emanationem
effectus à causa, vnde proprijssime dicitur dare
esse effectui, hinc definitur esse id, vnde incipit
motus, qui est productio rei, vt est effectus, qui
licet sit adæquatum correlatiuū causæ, tñ dici-
tur ab efficiente, sm̄ sui primæuā institutionē.
At finis excedit efficiens, quia est vltimus ter-
minus, in quem omnis actio efficientis tendit,
vnde verè dici potest efficiens fini deseruire,
& Deum ipsum quodammodo sibi ministra-
re, dum propter seipsum operatur, nam licet
omnia, quæ sunt in Deo, sint omnino æqualis
perfectionis, tamen vt perfectiones diuinæ à
nobis concipiuntur, secundum præcisas ratio-
C nes, dicimus, vnam esse eminentiorem altera, &
munus vnius esse altero perfectius, vt patet ex
ijs, quæ docent Doctores de attributis diuinis,
& nos explicabimus in 1. par.

Tertia pars probatur primo, ex secundo
metaphys. tex. 91. & quinto metaphys. cap. se- 13
cundo, vbi comparas causas inter se, semper *Quomodo finis sit causa causarum.*
finalem præfert. 2. Fland. quinto metaphysic.
quæst. secunda, artic. secundo, ex Diuo
Thoma, vbi Ruuius tractat. octauo quæstione
prima, suse Baccon. primo, quæstione pri-
ma, artic. quarto, dub. primo, vbi etiam quo-
modo finis distinguatur à causa finali. Alens.
1. metaph. cap. primo, tex. 8. Tatar. ex Scot.
D 1. distinct. secunda, quæst. 1. vbi ostendit esse
simpliciter primam omnium, quia est causali-
tatum omnium causarum causa, quia efficiens
non causat, nisi moueatur à fine, sed ex causa-
litate efficientis pendet causalitas materiæ, &
formæ, vt alibi; ergo omnium causarum cau-
salitates pendent à fine. Hinc patet, finem ha-
bere duas cōditiones, quibus alias causas excel-
lit. primam ex parte principij, nam est primū
mouens, & excitans agentem; alteram ex parte
termini, nam est vltimum, & optimum, quod
intenditur per operationem, & electionē me-
diorum, & à quo cœtera accipiunt nobilita-
tem.

E Confirmatur, quia potissima demonstratio
sumitur à fine, at hæc dicit potissimam cau-
sam.

Confirm. 2. quia illud habet præcipuam ra-
tionem causæ, in qua cognita de effectu, quie-
scit intellectus, nec vltra inquirit vlteriorem

causam, sed hæc in qua quiescit intellectus, est causa finalis, vt rectè Arist. ostendit 2. phys. t. 29. & 91. & patet experientia, nam si quæratur cur domus resistit pluuiæ, & similibus, facilè respondetur, per causam materialem, & formalem, ac si deinde quæratur, cur facta est domus ex tali materia, & cum tali figura, & dispositionibus. Respondetur per finem, & ibi quiescit omne quæsitum.

Confirm. 3. quia etiam si ly *propter*, sit nota cuiuslibet causæ, tamen est speciali ratione nota causæ finalis, quia hæc habet specialem, & præcipuam rationem causæ.

Dices primo causa exemplaris est prior, quã causa finalis, ergo illa est causa causarum. Antecedens probatur; nam Deus prius intelligit creaturas, quam appetat existentiã illarum, sed exemplar est in Dei intellectu, at finis est obiectum appetitus, ergo

Respondeo, exemplar, seu ideas non habere rationem causæ, distinctam ab efficiente, vt dicemus, cum de causa ideali, nam complet in genere causæ formalis omnem virtutem illius in actu primo, antequam intelligatur causalitas finis, quare Deus habuit omnium rerum exemplaria ab æterno, etiam si nihil actu tunc crearet. at finis habet rationem causæ, respectu operationum, & effectuum, qui fiunt ab efficiëte constituto in actu primo, quare sicut finis est causa causalitatis effectiuæ, ita est causa causalitatis effectiuæ, vt est determinata ab exemplari, nam efficiens prius est causatiuus per virtutem, & conditiones necessarias ad sui constitutionem, quam causa finalis habeat circa illã, causalitatẽ aliquam, sed hinc non fit causalitatẽ efficientis, vel exemplaris, vt sic, esse priorem causalitate finis.

Dices secundo, cæteræ causæ habent causalitates perfectiores, tam secundum entitatẽ, cum sint reales, quam secundum rationem formalem causandi, quæ est dare esse effectui, seu dependentia effectus à causa: ergo

Resp. etiã si causalitates huiusmodi materialiter sumptæ, idest in ratione entis sint perfectiores causalitate finis, non tamen formaliter, quoad modum causandi: quia finis est primũ, quod mouet ad operandum, & vltimum, in quo quiescit operatio, vnde ad finẽ non solum ordinantur ipsæ causæ, sed etiam ipsarum causalitates; & hic potius attẽditur perfectio maior, vel minor causalitatis, q̃ ex realitate, influxus, & necessitate, & indigentia illius, q̃ est in effectu. vnde fallitur Murc. 2. phy. disput. 2. q. 3. §. circa quintum; dum ait, finem esse causam imperfectiorem in ratione causæ physicæ, eo quod eius causalitas sit metaphorica: nam non dicitur metaphorica in ratione causalitatis, sed in ratione motionis, quia desiderium non est propriè motus localis, qualis est tractio physica, sed est tractio metaphorica, vt suo loco.

14 Dices tertio, finis causatur ab agente; ergo non potest esse causa causarum, quia causalitas fundatur in esse rei, at esse finis est ab efficiente, ergo, & finis causalitas.

A Confirmatur, quia id, quod est aliquando in potentia, non potest esse causa causarum, comparatum cum eo, quod semper est in actu; at finis est in potentia, efficiens vero semper est in actu.

Confirmatur secundo, quia illud videtur magis habere rationem causæ, à quo magis dependet effectus, cum causæ sit dare esse effectui: sed effectus magis dependet à causis intrinsecis, scilicet materia, & forma, quam fine.

Confirmatur tertio, quia id, à quo res accipit speciem, magis debet dici causa causarum, quam quod est rei extrinsecum; at res accipit speciem à forma, cum finis sit quid extrinsecum.

B Confirmatur quarto, quia illa dicitur causa causarum, quæ est prima inter causas; at hæc est materia, cum sit propinquissima effectui, vel est primum efficiens, à quo omnia alia pendent.

Respondetur, finem secundum existentiam, esse effectum causæ efficientis, sed habere rationem causæ, vt est in cognitione, quomodo non causatur ab efficiente, vnde finis causalitas non fundatur in existentia, quam recipit ab efficiente, sed in bonitate cognita.

Ad primam Confirmationem. Finis est in potentia, quoad esse reale exercitium, sed non quoad esse in intentione, quia sic est actu, quod autem habet esse, potest realiter, & obiectiuè

C mouere; nam mouere, vt amatum, & desideratum realiter, non potest conuenire, nisi rei existenti in cognitione, & addit Flandr. 1. met. q. 9. ar. 3. ad quartũ, quod licet ens rationis simpliciter, ab intellectu fabricatum; non possit esse causa realis alicuius substantiæ; tamen ens intentionale consideratum, vt spirituale, & in ordine ad eius esse reale futurum, potest esse causa realis; vt species coloris, quæ intentionaliter sunt in oculo, immutãt realiter visum, sed an ille respectus addat esse reale, addat aliqđ realiter supra ipsum finem, controuersia est, de qua fortasse, ait, se tractaturum in 5. met.

Ad secundam Confirmationem infra ostendemus, causam finalem. quoad realitatem causalitatis esse imperfectiorem alijs, sed hinc nõ

D sequitur, nõ esse simpliciter primam, & causam causarum, quia per suam causalitatem, qualiscumque sit mouet efficiens, atq; adeo est principium omnis motus.

Ad tertiam, inde probari formam secundum quid, esse perfectiorem non solum fine, sed etiã efficiente, quoad constituendam speciem, & hoc non tollit à fine primitatem causæ. Vnde etiam patet ad quartam, nam Deus, vt est primum efficiens, ita est primus finis, & materia prima dicitur prima in compositione, quoad ordinem exequutionis, quia potentia est prius,

E quoad exequutionem, quam actus; licet hic sit prior, quoad perfectionem, & intentionem.

Ego existimo cum Conimbr. q. 9. ar. 3. causam finalem non dici primam, quod omnibus sit prior, quoad existentiam realem; sed quia finis intentio præcedit efficientis exequutionẽ, dum illud allicit ad operandum. Secundo, dicitur

citur prior, quia est præcipua causa, quæ quæritur de effectis naturalibus; nam necessitas naturaliū præcipuè sumitur ex causa finali, quia in ea quiescet animus.

Confir. cuiuslibet causæ causalitas est propter finem; ergo causalitas finis, est prima ratio causalitatis cuiuslibet causæ.

QVAESTIO III.

De Comparatione causarum, quoad mutuam dependentiam, quoad proprias entitates, vel causalitates.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 PRimo Not. Hanc quæstionē magnā habere affinitatem cum illa quæstione, an causa possit pendere à suo effectu: vel idem possit esse aliquo modo causa sui ipsius, de quibus diximus alibi; nam ex iisdem principijs veritas inquirenda, & determinanda est, tum quia Doctores non eodem modo loquuntur de mutua causarum depēdentia, ac de alijs quæstionibus supradictis, tum quia maior quædā implicantia apparet inter terminos prædictarum quæstionum, ac inter terminos huius quæstionis; nam dependentia à seipso videtur repugnare, tum ratione identitatis, tum ratione præexistentiæ requisitæ in causa ad productionem effectus, & in dependentia causæ à suo effectu includitur aperta repugnantia; nam dependētia est ad causam, non ad effectum, at in nostra quæstione omnes ponuntur causæ, & solum dubitatur de mutua dependentia.

Tria consideratur in cā. Secundo Not. In causa tria considerari; primo virtutem causandi, sub qua comprehenditur quidquid prærequiritur, & præsupponitur ad causalitatem; secundo ipsam causalitatem; tertio ipsum effectum: & quidem omnes causæ necessariò requisitæ ad effectū habent mutuam dependentiam, seu potius concomitantiam ad ponendam existentiam effectus; quia nullius effectus existētia potest naturaliter poni sine concursu omnium causarum; quia alioqui nō omnes essent necessariæ ad effectū, quare difficultas manet. An causę quoad virtutem causandi, & causalitatem, inter se habeant mutuam dependentiam.

2 *Mutua dependētia duplex.* Tertio Not. hanc mutuam dependentiam posse dupliciter considerari: primo respectu eiusdem rationis formalis, secundum quā aliud causatur ab alio, an scilicet hæc perfectio causata possit esse principium causandi virtutem, à qua fuit causata: secundo respectu alterius rationis formalis, seu perfectionis, ita vt effectus causatus ab aliquo secundū perfectionem A. causet suam causam per perfectionem B.

Quarto Not. hanc mutuam causalitatem posse accipi dupliciter; primo in diuerso genere causæ, qua ratione sanitas dicitur causare medicinam in genere causæ finalis, & causari à medicina, in genere causę efficientis: secundo in eodem genere causæ, vt v.g. habitus causat actum, & actus causat habitum illum conseruando, & intendendo in eodem genere causæ

A efficientis; vtraque ratione quæstio exagitari solet apud Recentiores; qa licet apud antiquiores Peripateticos tamquam axioma ab Arist. promulgatum afferatur 2. phy. tex. 35. & 5. met. c. 2. causas nō posse esse sibi inuicem causas in eodem genere, posse autem in diuerso, tamen apud Recentiores hoc ipsum cōtrouersum est, sicut controuersum est, quod idem possit producere se ipsum; hoc autem potest intelligi naturaliter, & supernaturaliter.

Quinto Not. Ex Arist. 5. met. tex. 16. & 7. met. tex. 4. duplicem esse prioritatem; vnā temporis, seu durationis; alteram naturæ. Tempo- 3 *Prioritas duplex.*

B ris dicitur illud prius, quod existit in aliqua duratione, in qua aliud non existat, sed consequenter existat, siue hæc mora sit instantanea, siue successiua; & hanc negant omnes esse necessariam inter causam, & effectum secundum se. Naturæ vero prioritas dicitur esse inter extrema, quorum vnum est idependens, alterum dependens: quam prioritatem explicat Arist. loc. cit. his verbis. *Quædam vero secundum naturam, & substantiam, quæcunque contingunt absq; alijs esse; ista vero sine illis minime;* Hinc 7. met. tex. 4. infert, substantiam esse priorem natura accidentibus; *quia altorum*, idest accidentium, *quæ prædicantur, nullum est separabile, sed hæc sola*, & hæc prioritas est ne-

C cessaria in omni causa. Hinc Trombet. in formal. art. 4. vers. alia prioritas, confutat opinionem eorum, qui negabant prioritatem naturæ esse inter extrema, quorum vnum sit in aliquo signo naturæ, in quo non sit aliud, dicentes tantum esse præsuppositionem huius ab hoc; ita, quod ordo naturæ, est inter illa, quorum vnum præsupponit aliud, vnde manauit illud axioma; quod prius natura dicatur, à quo non conuertitur subsistendi consequentia, de quo Vasq. 1. p. tom. 2. disp. 167. num. 3. & Suar. 1. met. disp. 26. sect. 2. num. 18. sed de natura huius prioritatis diximus in logica tr. 19. q. 3. dub. 6.

D Sexto Not. prioritatem naturæ dici solere prioritatem à quo, non in quo: quibus verbis non significatur, quod existentia non prius sit in causa, quam in effectu, sed quod in eodem instanti reali existentia non sit simul in causa, & in effectu; nam cum existentia sit necessariò prærequisita ex natura rei ad causalitatē, & effectum, necessario debet præsupponi ex natura rei in causa prius, quam in effectu, licet concomitanter quoad durationem: vnde fit, vt necessariò prius concipiatur existere causa, quā effectus cum fundamento in re (non enim est conceptio conficta, se tenens solum ex parte concipientis) sed est conceptio iuxta exigētiam 4 *Prioritas naturæ est prioritas à quo.*

E obiecti; quia non potest intelligi vnam naturā existentem esse ab alia existente, quin concipiatur, naturam, à qua est alia, non esse priorem; prioritas enim dicit existentiam extremorum, inter quæ est, & ordinem inter illa; ordo autem inter aliqua nō potest intelligi sine aliqua prioritate, & posterioritate inter illa, vt alibi

 osten-

ostendimus. At in hæc non necessariò est prioritas secundum tempus; ergo necessariò debet esse ex natura rei.

Septimo Not. circa causam finalem, & efficientem non esse difficultatem, quia hæ causæ non requirunt eandem existentiam, vt causent; nam finis exigit existentiam intentionalem; efficiens vero realē; sed difficultas est inter causas, quæ vt causent, requirunt existentiam realem.

5 Octauo Not. causam, vt actu causantē non esse priorē causalitate, quia denominatur à causalitate, tanquam à forma; v..de potius est posterior. An autem sit prior natura termino, patebit ex dicendis. Quare fit causam in actu primo esse priorem sua causalitate, & effectu.

Nono Not. supponendum ex dictis supra, operationem supponere potentiam; potētiam autem supponere esse rei; nam operatio sequitur esse, atque adeo principium, à quo est operatio est ex natura rei præsuppositum, & prius operatione; & quia nullum ens creatum potest existere à se, vt patet ex vi nominis, necessario existit ex vi suæ causæ; vnde non potest aliqua ratione supponi eius existentia ante influxum causæ sufficientis ad dandum illi esse.

Decimo Not. Dupliciter posse aliquid habere existentiam, Primo ex vi vnius causæ sibi adæquatæ, vt communiter res nunc existunt, quæ producuntur à causis sibi adæquatis in singulis generibus. Secundo ex vi pluriū causarum adæquatarū in singulis generibus; quod licet naturaliter non contingat, nisi forte in causa finali; tamen supranaturaliter fieri posse ostendimus supra. Quare dum quæritur, an duæ causæ possint esse sibi inuicem causæ, potest q̄stio intelligi, vel de causis habentibus existentiam solum ex vi mutui concursus, vel habentibus existentiam ex vi concursus aliarum causarum, & recipientibus eandem existētiam ex vi mutui concursus.

ART. II. Opiniones Doctorum.

6 *Opinio negās* PRima Opinio est negantium, causas esse sibi inuicem causas, tam in eodem genere, quā in diuerso genere; ita Hurtadus disp. 8 physic. sect. 6. & 8. ex Suar. disp. 15. met. sect. 8. nu. 5 & 19. & disput. 27. sect. 2. ex Scoto, Greg. Henr. Aureol. & alijs cit. n. 5. Quia si essent causæ sibi inuicem in eodem, vel in diuerso genere, tunc idem esset causa, & effectus respectu eiusdem; sed hoc est falsum; ergo. Minor probatur; nam de ratione causæ est, vt sit prior, & independens; & de ratione effectus, vt sit posterior, & dependens; atq; adeo idem esset respectu eiusdem prius, & posterius; dependens, & independēs: quæ cum sint opposita, nō possunt conuenire eidem.

Confirm. quia sequeretur idem esse causam sui ipsius, siue immediate, siue mediate: quia quidquid est causa causæ, est cā causati; ergo si vnum est causa alterius, & hoc est causa suæ causæ, ipsa causa esset causa sui. Neque dicas, propositionem illam, *quod est causa causæ est causa causati*, intelligi de causis eiusdem generis; non autem diuersi; nam eadem est ratio in vtroque; quia siue in eodem genere, siue diuerso, vere causa influit in suum effectum, atque adeo effectus vt existat, requirit causam existentem: quare sicut forma potest causare materiam, & materia formam in diuerso genere, quia habent existentiam in eodem instāti; ita duæ causæ efficientes poterunt se inuicē in eodem genere, cum ponantur habere existentiam in eodem instanti, atque adeo idē erit causa sui ipsius ob mutuam causalitatem, etiā in diuerso genere.

Confirm. 2. quia antequam causa influat in effectum, præsupponitur habere totum suum esse ex vi suarum causarum; quia si aliquid deesset, esset impotens ad effectum; & si aliquid haberet, & non ex suis causis, esset quoad illud quid improductum: & cum effectus requirens plures causas, possit existere ex vi vnius, & non alterius: necessario causa omne esse, quod habet prærequisitum ad causandum, habere debet ex vi omnium causarum requisitarum: ergo causa quoad existētiam eorum, quæ sunt necessaria ad causandum effectum, non potest in aliquo genere causæ, siue eodem, siue diuerso pendere à suo effectu; quia habet existentiā, prius quam intelligatur habere exi[s]tentiā suos effectus, neque obstat, quod docet Aristoteles 5. met. c. 2. & 2. physic. tex. 30. de fine, & causa efficiente, quia ibi est mutua causalitas, non secundum eandem existentiam, sed diuersam; nam finis causat secundum existentiam intentionalem, & causatur secundum realem.

Secunda opinio est dicentiū, causas esse sibi inuicem causas, non solum in diuerso genere, vt probat Aristoteles de efficiente, & fine; sed etiam in eodem genere, non solum supernaturaliter, verum etiā naturaliter, vt patet ex duabus causis finalibus, quarum quælibet habeat aliquam bonitatem intrinsecam independentē ab alia, vt si appetatur deābulatio, vt quid delectabile, & propter illam appetatur sanitas; & è contra, potest appeti deambulatio eadē propter sanitatem; vnde deambulatio appetetur, & vt finis sanitatis, & vt medium, & similiter sanitas. Quod si tota ratio appetendi deambulationem esset, vt medium ad sanitatem, tunc non haberet rationem finis respectu sanitatis. Et idem confirmant in genere causæ efficientis; nam intellectus per effectum probat existentiam causæ, & deinde in regressu per causam probat effectum; vnde idem respectu eiusdem dici potest notius, & ignotius, quia medium probatiuum est notius. 7 *Opinio affirmans in eodē genere, etiam naturaliter.*

Hi tamen inter se diuisi sunt: nam aliqui volunt, hanc mutuam dependentiā esse inter res, tam quoad esse possibile, quam quoad esse existentiæ, vt patet in dependentia effectiua actus vitalis à principio vitali, & dependentia potētiæ vitalis ab actu vitali in genere causæ finalis: vnde fit, vt hæ conditionales sint veræ; Si non esset possibilis intellectus, neque esset possibilis intellectio. Et contra si non esset possibilis intellectio, neq; esset possibilis intellectus. Et 8

idem

idem patet in omnibus potentijs per se primo ordinatis ad agendum; nam habent mutuam dependentiam cum suis actionibus, tam quoad esse, quam quoad cognitionem, quia neutrum cognosci potest sine altero: neq; ex mutua dependentia quoad esse possibile oritur aliquod inconueniens; quia cum in illis non sit existentia, non est prioritas; quia hæ supponunt existentiam.

At alij ponunt quidem mutuam dependentiã inter causas existētes, & inter possibiles in ordine ad existēdum; quia seruant eundem ordinem in esse possibili, quem seruant in esse actuali; nam quæ existunt, eo modo, quo existunt, erant possibilia existere: quare vt se mutuo causant, dum existunt, sic antequã existunt se possunt mutuo causare: At vero inter illas, vt possibiles secundum se, non potest esse mutua causalitas, quia omnis causalitas est in ordine ad existentiam; quare dum non existunt, nō habent causalitatem, nec actiuam, nec passiuã.

Dices: Inter res in esse possibili est prioritas, & posterioritas quoad esse cognoscibile; ergo inter illas est dependentia; atque adeo causalitas: quæ vel est idem cum dependentia, vel fundat dependentiam. Consequentia probatur; quia prioritas, & posterioritas quoad cognitionem oritur ex prioritate, & posterioritate, quã habent res ex natura ipsarum, quia cognoscibilitas sequitur entitatem, & perfectionem rerum.

Resp. prioritatem, & posterioritatem secundum cognitionem esse prioritatem, & posterioritatem rationis, quæ est distincta à prioritate naturæ, vt patet ex Arist. in postprædic. & 5. metaph. vnde prioritas rationis non fundatur in causalitate, quia alioqui non esset distincta; vnde materia non est cognoscibilis sine forma, nec forma sine materia, etiamsi essentia, & existentia materiæ non causetur à forma, vt alibi, & sic paternitas diuina non potest cognosci sine filio, & contra, & tamen ibi non est mutua dependentia.

Resp. 2. inter has esse mutuas causalitates in ordine ad existentiam; nam materia est principium formæ, & hæc est finis materiæ.

9 Tertia opinio est dicentium, causas esse sibi inuicem causas in diuerso genere, nō autem in eodem, siue naturaliter, siue supernaturaliter.

Opinio concedens in diuerso genere negans in eodẽ.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui putant, inter omnes quatuor causas esse hanc mutuam causalitatem, tam quoad virtutes causatiuas, quam quoad causalitates ipsas, eo quod nulla causa potest ponere suam causalitatẽ, nisi aliæ causæ concurrant per suas causalitates, vt v. g. efficiens non educit formam à materia, nisi ad illam eductionem cōcurrat finis, dando illi appetibilitatem, materia recipiendo, & substētando, forma terminando actionem, & efficiens efficiendo. Videtur Vasq. 1. 2. disp. 211. c. 2. & 3. & 1. p. q. 167. c. 2.

Alij vero concedunt mutuam dependentiã quoad causalitates propter argumentum propositum; negant tamen illam dependentiã quoad virtutes, eo quod virtutes præsupponuntur causalitatibus, atq; adeo toti perfectioni, quam

A habet res, quæ fit per illam causalitatem; hæc autem est virtus causæ vnius generis, quæ fit ab alia alterius generis; ergo virtus causæ vnius generis non potest pendere à virtute causæ alterius generis ab alia causatæ.

Alij vero illam mutuam causalitatem concedunt quoad virtutes causatiuas; negant vero quoad causalitates; quia causalitas verbi gratia materiæ consistit in receptione formæ, causalitas autem formæ consistit in informatione: at sicut forma non tribuit materiæ receptionem; ita neq; materia tribuit formæ informationem, & idem patet de causa efficiēte, cuius causalitas ē actio, & causalitate finis, quæ est attractio, seu motio metaphorica agentis.
B Ita videntur sentire Conimbr. 2. physic. cap. 7. quæst. 9. 10

11 Quarta opinio est dicentium, causas posse esse sibi inuicem causas secundum diuersam existentiam, tam in diuerso genere, quam in eodem, non solum supernaturaliter, sed etiam naturaliter. Secundo, quando sunt diuersæ rationes, seu perfectiones in causa, & effectis; nã tunc potest causa secundum vnam perfectionē causare aliquam perfectionē in effectu, & effectus per eandem perfectionem, vel aliam causare in causa aliam perfectionem, non tamē requisitam ad causalitatem ipsius, erga effectum; ita enim potest habitus causare actum, & hic
C vicissim intendere habitum addendo illi aliquē gradum perfectionis; sic etiam finis dat appetibilitatem medijs, & media dant existentiam realem fini, quam non habebat, dum communicauit appetibilitatem medijs. Et hoc tam in eodem genere, quam in diuerso. Tertio, spectata natura rei, quando est eadem perfectio, & eadem existentia, non potest causa causare aliud, & ab eodem secundum eandem perfectionem, & existentiam causari, siue in eodem genere, siue diuerso.

Alij cōcedunt mutuam causalitatem etiã in eodem genere naturaliter secundũ diuersam existentiã, & diuersam perfectionem.

Ita communis opinio apud Suar. loc. cit. Primo ex Aristotele, qui solum inter efficiens, & finem agnouit mutuam causalitatem ob diuer-
D sam existentiã, quæ requiritur in causa, & causato.

Confir. quia causa prius natura præsupponitur existere ad suam causalitatem; nam entitas creata prius intelligitur habere suum esse in se, & constituta proximè in actu primo, quã sit in actu secundo, per quem cōmunicet esse alteri; vnde actiones tribuũtur suppositis; quia suppositalitas est vltima perfectio constituens naturam in se ipsa; sed si causæ mutuo causantur, non potest aliqua causa præsupponi sic cōstituta; nam cum nulla causa sit prior causalitate, per quã causatur à sua causa, neq; erit prior sua causalitate; quia hæc non potest esse prior,
E quam causetur eius principium; vt v. g. quod est in causa A, & quia alia causa B, non habet perfectionem, & existentiam, nisi à causa A, sequitur nec posse præsupponi ad suam causalitatem, vt dictum est de alia causa.

Respondēt ex hoc argumento benè probari, illas causas existere simul, atq; adeo nō posse 12

habere

habere mutuam causalitatem in eodem genere; non tamen probat, quin possint habere in diuerso genere; quia vna causa est prior altera secundum quid, idest in diuerso genere, vt v. g. materia est prior forma in genere causæ materialis, & posterior in genere causæ formalis, contra vero forma.

Sed contra, quia prioritas naturæ est in eo, à quo non conuertitur subsistendi consequẽtia; posterioritas vero in eo, à quo est cõuersio cõsequẽtiæ: sed si esset mutua causalitas, & prioritas, ac posterioritas in diuerso genere, necessario ibi esse deberet inter illa extrema conuertendi consequentia; ergo non potest dari hęc prioritas, & posterioritas in diuerso genere. Maior patet ex Arist. locis citatis; nam in postprædic. c. 3. simul natura dicit esse ea, quę conuertuntur secundum essendi consequẽtiã. Minor probatur, quia ab existẽtia effectus colligitur existentia causæ; ergo si vtrumq; habet rationem effectus, & rationem causæ, à singulis eorum potest alterius existentia colligi. Verũ hæc ratio non videtur efficax; quia licet vnus ex modis prioritatis sit in eo, à quo non conuertitur subsistendi consequentia; tamen datur alius modus, qui est in causa respectu effectus: & licet dici posset, causam, vt causam, non indigere effectu ad suam existentiam; tamen replicari potest, quod licet non indigeat effectu, vt habet rationem effectus, tamen indiget illo, vt habet rationem causę. Quare

Alij aliter illud impugnant; nam causa in quocũque genere causet, prius natura sua causalitate habet existentiam, & non independentem, sed dependentem ab omnibus suis causis cuiuscunq; generis: ergo in nullo genere causæ potest pendere ab eo, quod procedit ab ipsa; quia hoc secundum totum suum esse, quod habet, præsupponit suam causam existere secundum omnem perfectionẽ necessariam ad causandum; alioqui nõ potest intelligi ab illa procedere effectum: quod si illa causa existens causaretur in aliquo genere causæ ab hoc effectu, iam hic effectus secundum perfectionem suã, quam habet, & per quam causat, deberet pręsupponi ante suam causam, cum communicauerit existentiã suæ causæ in suo genere, atque adeo existeret, antequam causetur à sua causa, quæ ratio mihi videtur adeo euidens, vt existimem, non posse aliud ab alio intelligi.

13 Confir. nã sumatur v. g. calor, quem dicunt producere formam ignis in genere causæ efficientis, & causari à forma ignis in genere causæ materialis: tum sic argumentor. Cum calor producit formam ignis præsupponitur existere, & non nisi in subiecto, idest in forma ignis, cum sit accidens: sed in illo priori præsuppositionis, non dum est forma ignis, quia non dum intelligitur causalitas, per quam fit; ergo non potest calor pendere in genere causæ subiectiuæ à forma ignis, qui non potest pendere à re non existente. Quod si dicant in illo priori existere in genere causæ subiectiuæ, tũc sequitur, quod existeret, antequam esset producta: quod implicat.

Confir. 2. quia quæcunque causa antequam habeat suã causalitatem, debet simpliciter existere; ergo, quod est prius altero in vno genere causæ requirentis simpliciter existentiam, est simpliciter prius altero, atque adeo nullo modo potest esse illo posterior.

Resp. Vasq. 1. 2. dist. 211. nu. 8. quando plura comparantur secundum prioritatem, & posterioritatem in aliquo ordine, debere sumi ea, quæ pertinent ad idem genus, non autem quæ ad diuersum genus; nam quæ sunt in diuerso genere causandi non habent inter se ordinem prioris, & posterioris; sed simul concurrunt ad effectum; vt v. g. non debet conferri causalitas efficientis cum causalitate materiæ; quia inter se non habent ordinem prioris, & posterioris; nam non est prius efficere in efficiente, quã sit recipere in materia, sed solum debet fieri comparatio inter ea, quæ se tenent ex parte efficiẽtis ad agendum, quid nam sit prius, quid posterius in agendo. 14 *Respõs Vasq.*

Sed contra, tũ quia falsum est, inter ea, quæ cõcurrunt in genere causæ efficientis esse hunc ordinem prioris, & posterioris; quia cũ omnia illa concurrunt ad eamdem actionem indiuisibiliter, non potest ibi distingui ratio prior, & posterior. Tum quia licet vnũ genus causæ nõ debeat cum alio comparari, quando neutrum ab altero pendet; tamen quando vnum genus causæ pendet ab altero inter ea necessariò debet esse prioritas, & posterioritas; quia hæc consequuntur dependentiam.

Confir. 3. quia si potest esse huiusmodi causalitas in diuerso genere, poterit etiam esse in eodem: nam repugnantia, quæ posset sumi ex parte existentiæ prærequisitæ in causa ad agendum, militat tam in mutua causalitate diuersi generis, quam eiusdem. 15

Quarto docent, supernaturaliter non repugnare, duas causas posse se inuicem causari siue in eodem, siue diuerso genere, quando vtraque causa pendet à tertia causa; nam tunc possent causari per alium concursum, per modum secundæ productionis, vel conseruationis, quia non sequitur aliqua contradictio, quod idem secundum idem sit prius, & posterius, pendẽs, & independens, quia licet esset idem esse, non tamen eadem ratione, nam lumen v. g. A, causaret vt pendens à tertio, & independens à suo effectu, & contra, effectus v. g. B. causaret A, non quatenus habet esse ab ipso A, sed quatenus habet esse à tertia causa.

ART. III. Explicatur quomodo causæ nequeant esse sibi inuicem causæ in eodem, vel diuerso genere.

PRima Conclusio, omnes causæ habent causalitatem propriè respectu compositi, quia compositum propriè est effectus, ad quẽ omnes ordinantur, tanquam ad id, quod producitur; sed nulla ex quatuor causis propriè dicitur fieri, & produci; nam materia præexistit; forma comproducitur; similiter finis; vt idem cum forma; & si sumatur totum compositum; non 16 *Omnes causæ habent propriè causalitatem respectu compositi.*

non producitur, vt finis, sed vt effectus; quare si quam habent inter se causalitatem, ea est respectu effectus.

16 Secunda Conclusio, etiam certa: causæ naturaliter non sunt sibi inuicem causę in eodem genere causæ, si per se, & formaliter respectu eiusdem numero sumantur, quia sicut idem nõ potest esse causa sui ipsius, ita non potest esse causa suæ causæ, quia idem causaret seipsum, vt infra; Nam si materia A. v. g. esset causa materialis effectus B. & B. esset etiam causa materialis materiæ A; tunc materia A. esset prior, & posterior, dependens, & independens ab effectu B, imò esset prior seipsa; vnde posset fieri demonstratio circularis perfecta; nam vtraque procederet per causam.

Sed contra primo, nam causæ vniuersales sunt causæ causarum inferiorum, & in eodem genere, scilicet efficientis. similiter mixta dependent ab elementis in genere causæ materialis, & elementa à materia prima; ergo vna cã dependet ab alia in eodem genere.

Respondetur, in his non esse mutuam depẽdentiam, sed vna causa scilicet inferior, dependet à superiori, non tamen superior ab inferiori, ex quo nullum sequitur absurdum, neq; ex eo, quod superior indigeat inferiore, dicitur ab illo dependere, sicuti neque artifex ab instrumento.

17 Secundo, videmus ex pluuia generari vapores, vt ex causa materiali, & ex vaporibus iterũ pluuias, etiam, vt ex causa materiali.

Respond. non esse has causas, respectu eiusdem numero, nam vapor A; est causa materialis pluuiæ B; & iterum B; est causa materialis non A, quæ pertransijt, sed C. quod si pluuia, & vapor non distinguũtur essentialiter, sufficit esse distinctum numero compositum accidentale, vnde fit denominatio pluuiæ, & vaporis; Quod idem patet in causa efficiente, nam valetudo A, est causa efficiens, deambulationis B, & hæc est causa efficiens, non valetudinis A, sed valetudinis C, quæ non præsupponitur ad deambulationem B, sed consequitur illam, vel si conseruat valetudinem A, non est per influxum, sed quatenus aliqua qualitas per motum expulsa, vel producta auget valetudinem, an autem possit conseruari per influxum, patebit infra.

18 Tertio obijcitur, etiam esse sibi inuicem causas in eodem genere respectu eiusdem numero, nam finis cuius, est causa finis cui, & contra; nam deambulans est finis cui valetudinis, & valetudo est finis cuius deambulantis, vt sic.

Finis cuius, & cui se causant, non respectu eiusdẽ effectus.

Respondent aliqui, illos fines efficere causas distinctæ speciei; quare non sunt causæ in eodem genere. Ego Respondeo non esse causas inter se, respectu eiusdem; nam valetudo est finis cuius deambulantis, vt sic, non rei, quæ deambulat secundum se; sed finis cui valetudinis, est deambulans secundum se, non vt deambulans est. Ex his patet, quid dicendum ad illud Fonsecæ, quando manus se inuicem calefaciũt; nam si est in vtraq; æqualis calor, non producitur à calore formali, vt in libris de generatione, sed confricatione, seu spiritibus, qui confluunt ex vi confricationis, & si ex vi illius motus in vna manu maior calor producitur ab illo alterius manus.

Quarto, duo calores se mutuò conseruant; sed conseruatio est causalitas quædam in genere efficientis.

Respondeo, se conseruare, non quia inter se mutuò agant; sed quia magis resistunt contrarijs; Hinc duo ligna se mutuo conseruant, ne deorsum cadant, non per productionem alicuius perfectionis, quæ causetur, & causet, sed ob mutuum impedimentum, quod sibi inuicẽ præstant, ne se moueant: Deinde etiam si ibi esset mutua causalitas, non tamen esset quoad idem, & secundum idem, sed virtus motiua vnius occupando locum, impediret virtutẽ motiuam alterius.

Tertia Conclusio, causæ non sunt sibi inuicẽ causæ, etiam in diuerso genere, quoad virtutẽ causandi. 19

Causæ neque se causant in diuerso genere quoad virtutem causandi.

Probatur, quia virtus, qua vna causa, causat, non pendet ab aliquo, quod causatur à virtute illius causæ; quod explico, forma non habet à materia virtutem informatiuam, neq; materia habet à forma virtutem substentatiuam: similiter finis non habet ab efficiente, vt moueat efficiens, neq; efficiens habet à fine virtutẽ productiuam. Nam virtus causatiua supponitur esse in causa ex vi omnium causarum, quæ sunt necessariæ ad illam, nam alioqui, vel esset improducta, vel producta sine causis, vel prius res esset potens, quam sit ens.

Confirmatur primo, quia causa, dum causat, habet virtutem integram in suo genere existẽtem ante productionem effectus; non igitur potest pendere ab effectu; nam intelligitur existere completa virtus ante effectum.

Confirmatur secundo, quia idem existeret prius, & posterius seipso: nam si ignis, v. g. B. producit C, iam virtus ignis B. existit ante C, quod si causatur à C, existit post C, quare existit prius, & posterius; neque dicas id esse in diuerso genere causæ, quia causa debet intelligi constituta in suo esse ante quemcumq; effectum, atque adeo in nullo genere causæ potest intelligi, pendere, & esse posterior à suo effectu.

Ex his rationibus patet, quoad existentiam simpliciter, vnam causam non pendere ab alia, neque in eodem genere; vt patet in duobus efficientibus, neque in diuerso genere, nisi in fine; qui causatur, quoad existẽtiam ab alijs causis, sed hoc ideo est: quia existentia finis causata non requiritur ad eius causalitatem, atque adeo aliæ causæ non pendẽt à fine ratione existentiæ, quam fini tribuunt, nam pendent à fine existente intentionaliter.

Confirmat. ex dictis in prima, & tertia opinione.

Respondent causas, quæ se inuicem causant existere, non solum in eodem instanti, sed etiã in eodem signo; tum quia se mutuo inferunt; tum quia non dependent ab existentia causæ, sed ab essentia: ergo non habent mutuã priorita-

ritatem,& posterioritatem, respectu existẽtiæ, sed essentiæ, & ideo respectu existentiæ sunt simul natura. Hinc negant potẽtias causarum intrinsecarum supponere existentiam; quia ad hoc causant, vt ipsæ compleantur, quoad existentiam, atq;adeo non supponunt illam.

Sed contra, quia impossibile est aliqua esse in eodem signo, inter quæ est dependentia, quia hæc essentialiter fundat prioritatem, & posterioritatem naturæ; vt vna causa pendet ab alia, non solum secundum essentiam, sed etiam secundum existentiam; ergo secundum hanc est prioritas, & posterioritas: vnde secundum hanc non potest esse simultas in eodem signo. Minor probatur, quia causa, licet non sit principium elicitiuum operationis per existentiam, tamen per hanc constituitur saltem, vt conditio necessario prærequisita ad actionem; nam existentia est necessaria ad causandum, non solum concomitanter, & per accidens, sed per se, & essentialiter, ita vt implicet etiam per potentiã Dei causam operari, nisi habeat existentiam, Tum quia causa communicat effectui essentiam existentem; ergo debet in se præhabere essentiam existentem; alioqui perfectius esse esset in effectu, quam in causa formaliter sumpta: Tum quia actio est actus secundus; ergo supponit principium esse in actu primo; ergo supponitur causa habere existẽtiam, quia præcisa existentia non est in actu, sed in potentia.

Ex quibus patet, falli eos, qui putãt causas intrinsecas differre ab extrinsecis, quod extrinsecæ præhabere debent existentiam prius natura, quam causent; non autem intrinsecæ, eo quod hæ perfici debeant; nam non debent perfici secundum eam rationem, per quam sunt principium suæ causalitatis, sed in ratione cõpositi, quod constituunt; at sunt principium suæ causalitatis per entitatem ipsorum existentem, siue existentia sit principium elicens, siue conditio sine qua non, idest necessaria in causa, vt constituatur principium in actu primo cõpletum in suo genere, & ordine causandi. Dicuntur autem hæc causæ imperfectæ, non quidem in ratione causandi; quia in suo genere causandi sunt completæ, sed in ratione entis prædicamentalis; quia non pertinet directè ad species prædicamẽtales, nisi quatenus per vnionem constituunt compositam aliquam speciẽ, quæ directè pertinet ad prædicamentum.

Sed contra hanc conclusionem multi multa dicunt, & primo Alber. 2. phy. trac. 2. cap. 6. dicit, causas non posse esse sibi inuicem causas, quoad causalitates simul, & quoad esse, sed vel quoad causalitates, vel quoad esse, vt v.g. efficiens est causa finis, quoad esse; finis vero, efficiẽtis, quoad causalitatem.

20 Secundo alij, vt Fonsec. quæst. 16. sec. 3. Primo dicit, causas non posse esse sibi inuicẽ causas, quoad causalitates, neque in eodem genere, neque in diuerso genere. Secundo, quoad esse simpliciter, & si repugnat, causas esse sibi inuicem causas in eodem genere, non tamen in diuerso genere; verum quoad esse secundum quid nihil prohibet, etiam in eodem genere, se inuicem causare, vt patet in duobus, quæ se inuicem conseruant.

21 Et primo objicitur, nam causa efficiens est causa existentiæ finis, & finis est causa existẽtiæ efficientis, quod patet in instrumentis, quibus acquiritur finis; ideo enim medicina existit, quia vtilis ad sanitatem, & sanitas existit p virtutem medicinæ; ergo duæ causæ se inuicem causant, quoad existentiam, quod Arist. docuit 2. phy. 30. & 5. met. 2.

Respondent quidam, intelligi de causa principali, respectu cuius existentiæ finis non est cã, nam supponitur existentia efficientis, vt finis causet.

Sed contra, quia etiam principale agens habet finem, ad quẽ ordinatur, quare ab illo pendet; & contra, finis pendet ab efficiente; vnde aliter Respondeo, nunquam, neq; respectu efficientis principalis, vel minus principalis causa, secundum id, quod causat, causatur: vnde finis, licet causetur, quoad existentiam ab efficiente, tamen existentia realis non requiritur; vt finis causet, respectu efficientis: quare existẽtia efficientis non pẽdet ab existentia finis, quã ipse causat, sed à bonitate quam habet finis ex se, quæ non causatur ab efficiente iam existente.

22 Secundo objicitur, nam materia conseruat formam substantialem, & forma concurrit ad conseruationem materiæ, & quia eadem est actio productiua, & conseruatiua, forma etiam concurrit ad existentiam materiæ in fieri; quod ratione probatur, quia sicuti colligimus, formã pendere in existentia à materia, quia non videmus formam sine materia; ita etiam colligere debemus, materiam pendere in existentia à forma, quia non videmus materiam sine forma; neque confugiendum est ad ordinem vniuersi, quod scilicet id contingat, ex eo, quod natura refugiat entia diminuta, & essentialiter imperfecta existere; tum quia non debemus, ordinem naturæ vniuersalis ab ordine naturæ particularis separare sine graui ratione; vnde debemus tales conditiones tribuere naturæ particulari, quæ consentiant cum cõditionibus naturæ vniuersalis, nisi aliud euidenter ostendatur; tum quia id est conforme naturæ ipsius materiæ, quæ sicut est ens essentialiter ordinatũ ad formam, ita etiam debet, quoad existentiam, pendere ab illa; ideo enim accidentia pendent à substantia; quia sunt ordinata ad substantiam; Tum demum, quia cum forma sit perfectior materia, & tamen pendet, quoad existentiam à materia, multò magis materia dependebit, cum sit imperfectius ens, dependentia autem dicit imperfectionem.

23 Confirmatur primo, quia non apparet repugnantia, Deum eleuare formam, vt concurrat ad substinẽdam materiam, nam quod Deus faciat se solo, facere potest mediante forma, sicut potest dare virtutẽ lumini producto ab igne, vt effectiuè conseruet formam ignis, vnde id, quod causat aliud, potest causari à suo effectu.

Confirmatur secundo, quia materia habet esse completum à forma; & contra, forma habet

bet esse à materia, saltem vt substentat actum informationis.

Respondeo, propter hoc argumẽtum Fonseca, & Thomistæ dicunt materiam dependere in existentia à forma, & contra; neque id putant repugnare, idem esse effectum, & causam in diuerso genere causæ, quod Durand. 2. d. 12. q. 2. & Sonc. 8. met. q. 1. de materia, docuerunt, alij vero, qui vident implicare rem, quæ causat aliud, posse pendere à suo effectu, quoad id, quod est necessarium ad causãdum; distinguũt, dum res sunt in fieri, & produci, non posse id, quod causat aliud, pendere à suo effectu; vt v. g. Pater est causa filij, non pendet pater à filio, in fieri, quia tunc non erat filius; sed in conseruari, dicunt, non repugnare; quare filius põt concurrere ad conseruationem patris, quod dicunt contingere in passionibus, quæ effectiuè producuntur à forma, & tamen formæ conseruantur, quoad existentiã à qualitatibus; & benè dicunt, hoc fieri posse, vt probat prima confirmatio, tamẽ de facto non videtur ita esse, quia eadem est actio productiua, & conseruatiua; quare sicut Deus producit materiam sine dependentia à forma, ita etiam conseruat; neque existimare debemus, materiam indigere cõcursu substentatiuo, nisi secundum generalem rationem omnium creaturarum, quæ conseruantur à Deo; neque est ratio, cur ille concursus communicetur à Deo alijs; nam per seipsum illum præbet in omnibus rebus.

24 Vnde Respondet Suarius, formam, & materiam esse sibi inuicẽ causas aliquomodo secundum idem, non tamen omninò, & quidem in materia, & formis corruptibilibus, patet; nam hæ pendent à materia, tam quoad suum esse, quam quoad suam causalitatem, quia earũ informatio pendet à materia: contra vero forma est causa materiæ, quia illam actuat, & quia materia non potest naturaliter existere sine hac actuatione, ideo materia pendet à forma, tam quoad causalitatem, quam quoad esse; nam in hac causalitate formæ circa materiã, duo possunt distingui, primum, perfectio, quam habet materia ex forma informante, & secũdũ hanc, licèt sint sibi inuicem causæ, non tamen secundum idem, quia illa perfectio, est quid distinctum ab ipsa materia; quare hac ratione non tam est forma causa materiæ absolutæ, quam materiæ informatæ; at materia est causa formæ quoad esse illius: secundum est, quod materia retinet suum esse ex hac informatione, & ita materia, & forma possunt dici inuicem causæ secundum idem, nam forma secundum suum esse, causatur à materia, & hæc quoad suum existere causatur à forma; sed diuerso modo; nam materia directè, & influendo causat existentiam formæ, tamquam quid præsuppositũ, sine quo non potest intelligi, existere forma ex vi agentis naturalis; at forma dicitur causa materiæ, non influendo, sed tantum vt conditio, cõcomitãs necessaria ad perfectum statum materiæ, sine quo statu naturaliter conseruari nõ potest, non tamen existentia formæ directè, & vt quid præsuppositum est necessarium ad existentiam materiæ; vnde dicitur dependentia à posteriori; quare dictum est, esse aliquo modo

A secundum idem, scilicet existentiam, non tamẽ omnino, quia diuerso modo est causalitas. Ratio autem, cur materia non possit existere naturaliter sine forma, sumitur partim ex ordine vniuersi, in quo natura refugit turpitudinem materiæ; partim ex peculiari natura materiæ, quæ est essentialiter ens potentiale, atqueadeo exigens actualem cõiunctionem cum aliqua forma vt dictum est cum de materia.

Hinc patet, quid dicendum sit de formis in 25
corruptibilibus, nam hæ non causantur à materia secundum existentiam, sed tantum secundum informationem, sed sunt causa materiæ eodem modo, quo cæteræ formæ.

B Hinc Secundo intelligitur mutua causalitas inter substantiam, & accidentia, siue propria, siue communia: nam cõmunia causant in subiecto solum perfectionem illam accidentalem, propria vero quodãmodo causant esse subiectũ, quia constituunt illud in statu connaturali requisito naturaliter ad existentiã subiecti, sed hoc non dicit propriè causalitatem, sed tantũ conditionem sine qua non, ratione ordinis naturalis.

Dices. Cum materia requirat existentiam formæ, vt ipsa existat naturaliter, non potest causare existentiam formæ; quia dum intelligitur causare, iam intelligitur habere suam existentiam,

C nõ supernaturaliter, ergo naturaliter, ergo etiam intelligitur formam existere in illa.

Respondeo, & dico primo, hanc existentiam formæ non esse conditionem prærequisitam ad existentiam materiæ, sed subsequentem secundum ordinem naturæ, & ideo non est opus in illo priori, intelligi existentiam formæ, sed sufficit, si sit in posteriori naturæ in eodem tamen instanti temporis.

Existentia formæ est conditio subsequẽs secundum ordinem naturæ existentiam materiæ.

Dico Secundo, quando intelligitur materia in illo priori existere, naturaliter existit; quia pro illo priori nõ debetur illi coniunctio cum

D forma, vt patet in anima respectu suarum potentiarum, & alijs, quæ per propriam actionẽ producunt sibi terminos, quibus constituuntur in statu naturali.

Dices, quod ex se, est prius altero secundũ naturam, ex se potest esse sine illo, ergo materia potest esse sine forma.

Respondeo, optimè probari hinc, non implicare: non tamen probari posse id esse naturaliter, quia inseparabilitas potest prouenire aliũde, scilicet ex ordine causarum naturalium, vel ex natura vniuersali, vel ex alia conditione naturæ particularis, non autem ex vi existentiæ, sic enim cęlum non potest esse secundum Aristotelem

E sine motu ab extrinseca intelligentia mouente secundum exigentiam vniuersi.

Dices. 2. Causalitas materiæ dependet à causalitate formæ, & cõtra, quoad propriam existentiam; quia non potest esse causalitas materiæ sine causalitate formæ, & contra; at hæc inseparabilitas existendi non est, nisi propter aliquam mutuam causalitatẽ, vel propter identitatem; nã ex cæteris omnibus possunt res separari.

Re-

Respondeo secundum aliquos, id esse propter identitatem; quia non potest vnum causari ab vna causa, quin causetur ab alia causa; & hoc verè dicitur; sed nostra opinione habet difficultatem, quia ponimus duplicem causalitatem.

Respondeo, id esse, non propter mutuam causalitatem inter se inuicem; quia ad causalitatem non est causalitas; sed propter concomitantiam necessariam; quia non potest vna causa intelligi causare, quin alia intelligatur causare ob mutuam coniunctionem: vel sistendum in prima responsione, quod licet sit vna, & eadem causalitas materialiter, est tamen duplex formaliter, vel ratione.

26 *Materia pendet à forma tāquam à cōditione.* Ex quibus patet materiam non pendere, quoad existentiam à forma, tamquam à causa, sed tantum tamquam à conditione consequēte, quia materia est fundamentum naturæ; fundamento autem repugnat, quod dependeat ab alio, cum igitur materia sit fundamentum substantialis formæ, non poterit pendere ab illa in sua existentia, etiam si sit intrinsece ordinata ad illam; quæ ratio non est in accidente, quod ordinatur ad aliud afficiendū, atq; adeo vt forma alterius. Neq; absurdum est, imperfectius essentialiter substentare aliud in ratione existētiæ, vt patet de intellectu nostro, qui cum secundū aliquos sit imperfectior lumine gloriæ, substinet tamen illud; & similiter quantitas alia accidentia, quibus est imperfectior; quare hoc arguit perfectionem secundum quid.

Et ex dictis patet ad primam confirmationē; nam cōcedimus, id posse fieri à Deo, quia iam forma existens eleuari potest à Deo ad nouum illum concursum, vt alibi.

Ad Secundam Confir. dicunt Aliqui inde probari, causas esse sibi inuicem causas, quoad esse secundum quid; nam forma dat esse specificum materiæ, & materia dat formæ, vt existat, substentando illam, saltem quoad informationem, quia forma non posset actuare materiam, nisi reciperetur in illa: quare substentari in materia est veluti conditio ad hoc, vt forma actuet materiā; similiter finis est causa efficientis, quoad actioné, & efficiens causa finis quoad existentiam; ego respondeo completionem illā non pertinere ad intrinsecam constitutionem materiæ, sed ad esse illi additum p coiunctionem, quare non mirum si materia, quoad illud esse pendeat à forma; at forma pendet ab entitate materiæ quoad suam existentiam, informatio auté, cum sit entitatiue idem cum receptione pendet, & à materia, & à forma.

27 Tertio Obijcitur. Multa esse in natura, quę mutuam habent dependentiam quoad existentiam, & entitatem propriam, vt v.g. In viuentibus, quæ requirunt determinatam quantitatem, vt existant; quare vna pars illius viuentis, cum sit minimum naturale, dependet in existentia ab alia parte; nam si vna corrumperetur, etiam alia desineret esse: similiter quantitas dependet, non solum à materia, sed etiam à materia cū modo extensionis, & extensio dependet formaliter à quantitate; similiter qualitates dependent à forma, & forma à qualitatibus, quibus conseruatur in materia.

A Respondeo, & dico Primo quidquid requiritur ad integrationem causæ, siue vt virtus elicitiua actionis, siue vt conditio sine qua non eliceretur actio, præsupponi debet effectui, quare quoad illud esse non habet dependentiā ab effectu; quia causa, antequam causet, debet intelligi perfectè constituta in actu primo; ergo quoad esse, per quod integratur causa intelligitur prius existere, quā effectus; ergo non habet dependentiā ab existentia effectus; quare materia, si causat, vt existens, formæ existentia nō potest pendere à priori, siue vt causa, siue vt à conditione, ab existentia formæ, nisi vt dicunt quidam à posteriori; eo quod materia sine forma esset otiosa, sed non ex eo, quod requirat influxum aliqué à forma, quod est dicere, agés non produxisset materiam sine forma; quia defuisset finis materiæ. *Etiā conditio ad causandū præsupponitur ad effectum.*

B

28 *Non infertur dependentia, quod vnū nequeat esse sine alio.* Dico Secundo, nō rectè inferri ex eo, ꝙ vnū non potest esse sine alio dependentiam vnius ab illo; nam secundum aliquos ex sententia Arist. Deus non potest esse sine intelligentijs, & tamen non pendet ab illis, & secundum fidem Pater in diuinis non potest esse sine filio, & tamen non pendet ab illo: similiter subiectum secundum Thomistas non potest esse sine passione, & tamen non pendet; & ratio, quia inseperabilitas huiusmodi existentiarum nō oritur ex dependentia, sed ex alia necessitate connexionis, siue sit identitas realis sine causa extrinseca, siue ex necessaria concomitantia rationē tertij.

C

Dico Tertio, In illo minimo naturali (si illud datur) non esse talem dependentiam cum vnū recipiat aliquid ab alio; sed tantū depēdentiā à posteriori, quia natura, vt refugit ens dimidiatum existere, ita ens in minori, & minori quantitate, sed conseruat entia in determinata quātitate, in qua aptæ sunt agere, & pati: quare potius est dependentia formæ à tanta quantitate materiæ; atqueadeo est dependentia per accidens; ex his patet ad alia; nam licet qualitates conseruent formam in materia, vt dispositiones, tamen illæ qualitates, quæ producuntur à forma, non sunt illæ dispositiones antecedentes, quæ erant necessariæ ad existentiā formæ, dum producebat qualitates. Ad illud de quantitate, inde maxime probari, quantitatem non esse educibilem de potentia materiæ; quia non potest educi ex materia nō extensa, neque ex materia extensa; quare cum primum producta fuit à Deo, independenter à materia producta fuit; neq; deinde absurdum est, post quā collocata fuit in materia, eam pendere in sua existentia ab extensione materiæ, quæ est effectus formalis quantitatis; quia cumprimum ille modus productus fuit à quantitate, quantitas habebat existentiam independenter ab illo, sed à Deo conseruabatur, sed forte melius dicitur, quantitatem non dare extensionem simpliciter materiæ sed illā ex se habere, atqueadeo, quātitaté pendere à materia extensa, quæ extensio non est effectus formalis quantitatis, vt dicetur

D

E

cum

ẽtiam de quantitate, vel si hoc alijs non placet, dicant, quantitatẽ, quæ producitur, pendere à materia extensa per aliã quãtitatẽ, ac post illius cõseruationẽ cessat alia quãtitas, nõ tñ effectus illius .f. extẽsio, q͂a hæc cõseruatur à noua quãtitate, & hæc similiter cõseruatur à materia extensa, neq; est absurdum, causam conseruari à suo effectu, quod idem de materia dici potest, conseruari .f. à forma, quam nunc habet; sed dum concurrit ad productionẽ formæ, conseruari per formam, quam tunc habebat. Verũ in hac respõsione multæ sunt difficultates. Primo, quomodo duæ quantitates sint simul. Secundo, quomodo effectus formalis idẽ numero vnius causæ cõseruetur ab alia. Tertio, quomodo cã formalis pendere possit à priori à suo effectu: q͂ si dicant pendere à suo effectu, non vt primũ existente, sed vt cõseruato per ipsam; tunc illud obstat; nã in instanti, in quo producitur forma; cum tunc non sit causa antiqua, nõ potest effectus formalis existere ex vi illius, atq; existit ex vi nouæ formæ, q͂ dicitur conseruari, atq; adeo effectus, vt conseruatus, concurret vt causa, vel conditio ad formã cõseruantẽ, atq; adeo causa pendebit à suo effectu secundum rõnem, sm quam causatur ab ipsa.

Quarto Obijc. actio est cã, vt quo, existẽtiæ formæ in genere causæ efficiẽtis, & forma, seu terminus secundum existentiam, quam recipit per actionem, est causa ipsius actionis in genere causæ materialis. Neque dicas actionem identificari cum termino, sed non recipi in illo, sed in eodem subiecto, in quo recipitur terminus; tum quia actio est accidens modale, at modus recipitur in re modificata, tum quia creatio est ad terminum independentem à subiecto, atque adeo non potest habere aliud præter ipsum terminum.

Resp. de hac difficultate plura dicemus cũ de actione. Nunc satis sit, quod dicamus actionem eductiuam necessario substentari à subiecto in quo recipitur terminus, vt patet ex conceptu eductionis, quæ pendet ab efficiente, & subiecto. Actionem vero creatiuam, cum sit independens à subiecto esse substantialem, dici tamen modum accidẽtalem secundum denominationem; neque omnis modus debet esse subiectiue in re, quam denominat modaliter, vt patet ex ipsa actione, quæ denominat agens, cum tñ non sit in illo. Vnde aliqui distinguunt modus alios esse assistentes, alios inhærẽtes.

Quinto Obijc. quando causæ habent omnia necessaria ad causandum, possunt habere suas causalitates, sed causæ existentes in eodem instanti, habent hæc necessaria, quia habent virtutem operatiuam, & existẽtiam, ergo possunt habere suas causalitates inter se mutuo, sed forma, & materia existit in eodem instanti, & similiter efficiens instantanee cum suo effectu, ergo potest inter hæc esse mutua causalitas.

Respondeo, concedendo habere existentiã in eodem instanti, sed hoc non sufficere; nam potius hinc sequitur non se mutuo causare, cũ iam habeatur existentia, quæ debet causari, quare præter huiusmodi existentiã, exigitur, vt illa præsupponatur ex natura rei esse ante suam causalitatem, atque adeo ante terminum suæ causalitatis, non quidem anterioritate temporanea, vel instantanea, sed prioritate præsuppositionis naturalis, in qua fũdatur cognitio talis causæ, vt habentis existentiam ex suis causis præciso omni effectu; ex quo fit, non posse causam in aliquo genere causæ recipere illam existentiam à suo effectu, seu ab eo, quod recipit ab illa existentiam, quia supponitur esse in causa ex natura rei, at quod supponitur esse, non potest naturaliter in aliquo genere causæ causari.

6. Obijcitur. vni causæ, vt habet vnã rationem causæ, nõ conuenit nisi vnus modus causandi, secundum quem debet esse prior suo effectu; quia si duplex genus causandi conueniret, esset duplex causa, vt patet in forma, quæ est forma, & finis: ergo plures causæ possunt se in diuerso genere causare: consequentia probatur; quia causa habet prioritatẽ respectu effectus ratione sui modi, secundum quem causat; nam prioritas secundum alium modũ esset impertinens, cum non sit causa secundum alium modum; ergo secundum alium modum potest esse posterior suo effectu, quia hic potest habere alium modum causandi, atque adeo habere aliam prioritatem: ergo non implicat, duo esse inter se prior, & posterior, causare, & causari in diuerso genere; quia talia prædicata nõ sunt opposita.

Resp. vnumquodq; horum genus causandi, cum supponat in suo principio existentiam, cũ hæc habetur, necessario debet haberi ex vi omnium suarum causarum; quia vna causa in vno genere causans non sufficit ad dandam illi existentiã sine concomitãtia aliarum causarum; cũ igitur in causa præsupponatur existentia ante suum effectũ, non potest ab huius effectus existentia pendere in aliquo genere causæ, vt dictum est.

7. Obijc. Finis, & efficiens sunt sibi inuicẽ 5. met. c. 2. 2. phy. tex. 28. vbi hanc propositionẽ explicat in fine, & non tantum secundum diuersa, vt ait D. Tho. Alens. & Albert. sed etiã secundum idem. Patet in deambulatione, quæ causatur secundũ existentiam à fine, idest sanitate, & contra, finis, qui est sanitas secundum existentiam causatur ab ambulatione.

Resp. ex communi, propositionem Arist. nõ esse vniuersalẽ, sed particularem in fine, & efficiente, & Suar. Confi. ex potentijs creatis, quæ recipiunt existentiam in genere causæ finalis à suis actibus; & contra, actus recipiunt existentiã à potentijs in genere causæ efficientis. Hinc fit finem causare efficientem, non solum quoad actualem causalitatem in actu secundo, sed etiã quoad virtutem causandi in actu primo, vt v. g. sanitas est causa reubarbari, non solum vt actu expellentis morbum, sed etiam quoad virtutẽ, qua expellere potest morbum; nam illã virtutẽ recipit ab auctore naturæ propter sanitatem.

Confir. quia si ipsummet esse rei causatur à fine, multo magis virtus, quæ consequitur ad illud esse: sed in hoc non est repugnantia vlla;

quia causa nõ causatur ab illa ratione, quá causat in effectu, quia ipsa causat existentiam finis, quæ non est necessaria ad finé, vt causet; nã finis causat rõne bonitatis non existẽtis realiter; quo modo causatur, sed intẽtionaliter: quomodo nõ causatur ab ambulatione. Hinc patet, qua rõne finis cognitus possit mouere efficiens ad dandã existentiá alteri, vt v.g. domus causatur à serra à fine, quia serra fit propter domum, quæ deinde habet suá existẽtiam realẽ à serra; nam existẽtia serræ non causatur ab existentia, quam recipit domus à serra, sed à domu existente intentionaliter.

32 4. Concl. causæ sunt sibi inuicem, ita 2. phys. 30. & 5. met. c. 2. quod ab Arist. non vniuersaliter asseritur, vt patet ex contextu, & notant recentiores cum Fons. sed tantum asseritur de causa efficiente, & finali, in quibus requiritur diuersa existentia, vt causent, vt dictum est; sed qa ab aliquibus vniuersaliter intelligitur; ideo explicanda est conclusio vniuersaliter, etiam quoad causas, quæ vt causent, exigunt existẽtiá realem, & eiusdem rõnis: quare debet intelligi quoad diuersas perfectiones; nã se mutuo causant, non sm eandem perfectionem, vt dictum est, sed quod causa causet aliam, tribuendo illi aliquam perfectionem, & causatur recipiendo, nõ illam, per quam causat, quia supponitur ex natura rei, sed aliam: quod vt facilius intelligatur, explicandum est in singulis causis inter se comparatis, vt infra.

Causæ sunt sibi inuicem.

33 Dices, causa vt causa nõ potest causari, quia vt causa dicit independentiam; at causari dicit dependentiam.

Obiectio.

Confir. quia idẽ esset prius, & posterius respectu eiusdem.

Confir. 2. quia idẽ esset causa sui, quia quidquid est causa causæ, est causa causati.

Resp. Albert. tr. 2. c. 6. causam, vt causetur, non habere formaliter rationẽ causæ, sed materialiter, sed habere formaliter rationem effectus, vnde efficiens non est causa finis, vt habet rationẽ causæ, sed vt habet esse in materia, alioqui finis non esset causa causarum, sed potius eius causalitas esset effecta à causa efficiente, & formali.

Causa dum causatur materialiter habet rationem causæ.

Ad Confir. Resp. nõ esse prius, & posterius idem secundum idem, & respectu eiusdem secũdum eamdem rationẽ, sed secundum diuersam, vt dicetur infra, neque id est absurdum in diuerso genere causæ.

Ad Secundam Confir. Resp. quando mutatur genus causæ, negatur causã causæ esse causam causati, quia prima causa nõ est causa vltimi causati in proprio genere, cum; causet intermediam causam in alio genere; neque causat in genere, quo causat media causa, quia hoc genus causandi non couenit illi.

Resp. Alij esse causam sui ipsius secundũ diuersam perfectionem.

34 5. Concl. Efficiens comparatũ cũ alijs causis est illarũ causa, & causatur ab illis. Probatur quia efficiens primo est causa formæ, tã quoad existentiam illius, quam quoad causalitatẽ, seu informationem: sed non causatur ab illa forma formaliter, idest in genere causæ formalis, nisi quatenus forma coincidit cũ fine, vel quatenus informatio, quæ pendet à forma in genere causæ formalis, causatur ab efficiente in genere causæ efficientis, atqueadeo aliquo modo causatur quoad suã causalitatem; nam nec efficiens formam, potest per illam constitui formaliter, nec forma, quæ efficiens constituit, potest producere ipsum. Hinc 2. physicor. tex. 70. negat efficiens, & formam coincidere in idem numero.

Efficiens comparatum cum alijs causis causa, & causatur.

Dices, efficiens cõstituitur formaliter p actũ immanentem. Resp. cõstitui sub esse accidentali, sed non constituitur in actu primo prærequisito ad agendum tanquam principium, vel conditio principij; nec respectu illius, vt forma est, se habet vt efficiens, sed vt subiectum; Neque obstat, quod in Deo actus immanens habeat rationem principij respectu actionis transeuntis, vel rationis applicãtis potentiam exequutiuam; quia vt sic se habet, vt forma respectu Dei, & efficiens respectu actionis transeuntis, sicut dicitur passionis terminus.

Probatur secundo, efficiens est causa materiæ, non quidem quoad entitatem, quia materia non potest esse terminus, nisi creationis, & supponitur ad omnem actionem agentis naturalis, sed habet causalitatem, tam quoad causalitatem, quia nullius causæ causalitas potest poni sine concursu effectiuo; quá quoad perfectionem specificam, quá recipit à forma formaliter in determinato genere prædicamentali, nam ad illam concurrit efficiens effectiuè, & producendo formam, & eius informationem. At materia non est causa efficientis, nisi quoad causalitatem illius; quia eius actio recipitur in materia subiectiue; nam siue sit efficiens materiam, siue perficiens, non potest secundum entitatem causari à materia, quam producit, vel per suam actionẽ perficit; quia absolutè supponitur ad materiam. 35

Confirm. quia licet efficiens compositũ pendeat à materia, ex qua componit, non tamen pendet à materia, circa quam operatur.

Tertio, efficiens producit effectiuè finem quoad existentiam, & causatur à fine existente, non quidem realiter, quomodo causatur, sed intentionaliter, non quoad entitatem, quia non producitur à sua causa effectiua, nisi propter finem, non quoad causalitatem, quia efficiens mouetur à fine, vt applicet virtutem actiuam ad agendum. Hic tamen cauendum est, ne confundetur finis generationis à fine rei genitæ; nam habent diuersas causalitates, vt patet in domo, quæ est finis generationis, ab habitatione, quæ est finis rei genitæ; nam aliquando coincidunt, vt sanitas est finis medicinæ, vt est res genita, & est finis actionis ipsius medicinæ.

Dices, hinc sequitur, causam causari à suo effectu: sed hoc est falsum, quia sequeretur, idem esse prius, & posterius respectu eiusdem; Antecedens probatur, quia efficiens est causa finis, & finis est causa efficientis. Neque dicas 36

Obijcitur finem causam causari ab effectu.

finem

finem non esse causam efficientis secundum eam rationem, qua efficiens causat; quia causant per virtutem existentem, quam non recipit à fine suæ actionis, sed à fine actionis alterius causæ, per quam fuit productus; non inquam, id dicas; nam potentia habet suam entitatem à sua causa propter operationes, vt finem; & tamen ipsa entitas potentiæ concurrit ad operationes effectiuè; quia esse causam dicit independentiam: at causari dicit dependentiam.

Resp. duplicem esse finem; vnum entitatis agentis, ad quem ordinatur à sua causa: Alterum finem actionis, ad quem ordinat suam actionem; & quidem quoad primum finem. Respondeo ibi esse mutuam causalitatem secundum diuersam existentiam; quia finis secundum existentiam intentionalem causat existentiam realem effectus, qui fit ab efficiente v. g. potentia; at potentia existens non causat finem secundum existentiam intentionalem, sed secundum realem, secundum quam non præsupponitur ad suam causalitatem: sed quo ad finem secundum. Resp. illum non esse causam existentiæ agentis, sed actionis agentis, vt dictum est.

37 Dices secundo, finis non confert efficienti vllo modo, vt sit id, vnde primum motus, sed id habet ex se, vel à suis causis prioribus; ergo finis non est causa efficientis quoad causalitatem.

Respondent quidam concedendo finē concurrere ad causalitatem efficientis; quia sicut in alijs causis materia non habet à forma, vt illam substentet, nec forma à materia, vt illam informet; ita neq; efficiens habet à fine, vt sit id, vnde motus. Verum hi confundunt efficiens in actu primo cum causalitate efficientis.

Respondēt secundo alij, concedendo finem non causare efficiens in actu primo; at nos loquimur de causalitate in actu secundo; nam licet materia non habeat à forma vim substentandi, nec forma à materia vim informandi, tamen informatio passiua pendet à forma, & actiua à materia: quare quoad actualem causalitatem habent mutuam dependentiam: sed quoad actualem substentationem Suar. ait pendere, tum à materia, tum à forma. Sed non placet; quia ad illam formam non concurrit, nisi vt effectus substentatus, & non in genere causæ formalis: quare idem dicendum de causalitate efficientis in actu secundo, quæ pendet à fine, & à materia in diuerso genere. Hinc etiam patet, quod licet finis, vt habet rationem causæ, idest secundum esse intentionale non sit ab efficiente; tamen eius causalitas pendet ab efficiente, quia est ipsa actio efficientis; nam sicut efficiēs non exit in actum secundum, nisi motum à fine; ita neque finis, nisi concurrente efficiente, & hac ratione possunt dici esse sibi inuicem mutuo causas circa idem.

38 Dices tertio, si efficiens, & finis habent mutuam causalitatem, sequeretur finem habere causalitatem erga Deum, vt est efficiens.

Resp. de hoc dictum est supra non habere causalitatem circa aliquid Deo intrinsecum, an
A autem circa Dei operationes transeuntes, difficultas est apud Doctores, de qua ibi.

Dices quarto, finis aliquando est ipsum agēs; nam operatio dirigitur ad perfectionem agentes; quare ipsum vt finis causabit seipsum, vt efficiens.

Resp. finem *cuius gratia*, vel fine, *quo vt est adepti*, habere existentiam ab ipso efficiente; non autem finem obiectum, vel finem *cui*, vt supra.

Dices quinto, dispositiones sunt effectiuè à forma, & tamen ipsæ efficiunt formam.

Confir. quia generatio, & corruptio habent mutuam causalitatem; nam generatio est causa corruptionis in genere causæ efficientis, &
B corruptio est causa generationis in genere causæ materialis.

Confir. 2. ex apertione fenestræ, quæ est causa veluti materialis, cur ventus ingrediatur, & ventus est causa apertionis fenestræ in genere causæ effectiuæ.

Resp. dispositiones ornantes formā esse effectiuè à forma, quę etiam adiuuant conseruationem formæ vnitæ cum materia; non autem dispositiones concurrentes ad productionē formæ. Et idem dicendum de dispositionibus ad gratiam, de qua re nos suo loco. 39 *Dispositiones ornantes formam sunt effectiuè à forma.*

Ad Confirm. dico primo corruptionem, respectu generantis nullam habere causalitatem;
C nam solum est effectus secundarius illius, nam primario intendit generationem formæ, & secundario, & per accidens generationē alterius.

Dico 2. generationem, & corruptionem potius debere comparari, vt causam formalem, & materialem, quam vt efficientem, & materialē, vel formalem, quia forma genita excludit aliā in genere causæ formalis, non quidē dando esse in genere causæ formalis corruptioni, vt patet; sed quia informando materiam expellit formā ibi existentem; nam simul est generatio, & corruptio. Sed de hac re alibi; nam Hieronymus Pla de causis par. 3. q. vlt. vult formam genitam expellere aliā in genere causæ finalis, quia agēs
D expellit vnam, quia intendit aliam.

Dico tertio, corruptionem nullam habere veram causalitatem respectu generationis, quia non est ens, sed solum se habet, vt negatio impedimenti ex parte materiæ, & ideo reducitur ad materiā, nō vt antecedens generationem, sed vt conditio concomitans generationem.

Dico quarto, inter generationem, & corruptionem non esse prioritatem, quia inter illa non est vera causalitas, sed subiectum non potens informari duabus formis, nam recipiendo vnam, desinit conseruare aliam. At instabis: Materia desinit vnam conseruare, quia recipit aliam; at ly (quia) dicit causalitatem.

E Respondeo negando, dicere causalitatem veram, & occasionem concomitantem; vnde si qua est causalitas, ea est in genere causæ finalis. At inquies, nos non possumus concipere formam introduci, nisi materia intelligatur prius expoliata, & non formaliter intelligi expoliata, nisi per formam introducendam.

Resp. hinc probari, concomitantiam à parte rei inter illa, quæ à nobis concipitur, vt vna prior altera in diuerso genere, sed tamen verè nulla est prioritas.

Ad 2. Confirm. Resp. ventum posse dupliciter considerari; primo vt impellentem; secundo, vt occupantem locum fenestræ: primo modo est simpliciter causa apertionis, quia imprimit illi, tum motum, tum impulsum, quia causat apertionem, at apertio non est causa venti etiam secundum illum impulsum; quia apertio est motus, qui non concurrit ad impulsum, vt causa materialis, sed tantum vt terminus. At secundo modo dicunt aliqui esse causam in genere causæ finalis, quia corpus formaliter occupans locum occupatum prius à fenestra expellit inde fenestram per formalem incompossibilitatem, quam dua corpora habent circa eundem locum. At instabis: Ventus impellendo effectiuè fenestram, non potest causare motum, nisi ipse ingrediatur in locum occupatum à fenestra; ergo prius debet esse recessus fenestræ ab illo loco, quam introducatur ventus: & quia fenestra non recedit à loco, nisi ex venti motu, sequitur ventū prius ingredi, q̃ recedat fenestra: at hæc non possunt saluari, nisi quod fiant in diuerso genere causæ. Resp. ventum non causare motum, vt prius ingressum in locum fenestræ, sed vt contingentem immediatè fenestram, quia sic imprimit; vnde simul est recessus fenestræ à loco, & introductio venti.

41 *Materia habet mutuam causalitatem cum alijs causis*

Sexta Conclus. materia comparata cum alijs causis habet mutuam causalitatem respectu illarum, siue quoad entitatem, siue quoad causalitatem. Primo patet ex dictis, respectu efficientis; nam constat, materiam non habere causalitatem respectu efficientis ornantis illā, neq; respectu aliorū; nam hæc vel sunt ipsæ formæ, vel compositum, sed vtrumq; supponitur materiæ generandæ, vt v. g. ignis generans ignem ex ligno præsupponitur ad generationem, vt integrè constitutus in suo esse, atque adeo habere formam vnitam materiæ; ergo respectu illius non potest habere causalitatem; at respectu causalitatis est mutua dependentia, vt ibi.

Secundo, respectu formæ, quæ vel est indiuisibilis, & hæc secundum esse non pendet à materia, sed pendet secundum vnionem eius cum materia, quæ vnio est in eodem instanti, in quo producitur. Vel est materialis, & hæc pendet à materia, non solum secundum vnionem, sed etiam secundum entitatem, vt patet. At vero forma concurrit ad esse materiæ specificum in certo genere producibili, tum ad esse entitatiuum, non quidem influendo, quia existentiam, & subsistentiam habet à se, & non à forma; sed tamquam conditio concomitans, vt diximus. Sed quoad causalitatem habent mutuam dependentiam, contra Conimbric. nam causalitas formæ est in materia, at hæc numero pendet à receptione materiæ, & receptio materiæ non potest intelligi sine informatione formæ, quæ recipitur; & licet materia non tribuat formæ informationem, nec forma receptionem materiæ; tamen quælibet illarum concurrit per propriam causalitatem ad causalitatem alterius; nam neutra exercet illam sine dependentia intrinseca ab alia, vt benè Ruu. & Suar. disp. 27. sect. 2

Tertio, denique probatur idem respectu causæ finalis, tam secundum esse, quam secundum causalitatem; nam materia ordinatur secundum suam essentiam ad receptionem formæ, & generationem compositi, 2. physic. 23. & 61. ergo pendet à forma secundum esse, & secundum causalitatem; & quia forma, & compositum sunt finis materiæ, ad vtrumque concurrit; nam ad formam concurrit, illam sustentando, & recipiendo, & ad compositum intrinsecè componendo, atque adeo, non solum secundum esse, sed etiam secundum finalizationem pendet à materia, quia neutrum posset finalizare generationem sine dependentia à materia. 42

Formalis causa habet mutuam causalitatem.

Septima Conclus. causa formalis comparata cum alijs habet mutuam causalitatem. Primo, respectu materiæ, patet ex dictis. Secundo, respectu efficientis, etiam patet ex dictis, non habere mutuam causalitatem secundum esse; at vero secundum causalitatem habet aliquo modo; nam generatio, non quidem forma, sed vnio, quæ est ab efficiente, est etiam à forma formaliter, vt patet, quod non placet Ruuio, & Suar. nam vnio illa pendet ab efficiente, materia, & forma secundum proprium modum conseruandi.

Dubiū de forma respectu finis an habeāt inter se mutuam causalitatem.

Difficultas est de forma respectu finis, an habeant inter se mutuam causalitatem. 43

Aliqui recentiores negant; nam finis licet pendere possit à forma in genere causæ efficiētis, vel materialis, vel finalis; non tamen in genere causæ formalis, idest, vt exerceat causalitatem formalem; nam vel accipitur forma, quæ est in generante: & ab hac effectiuè procedit finis, & non formaliter: vel consideratur forma, quæ est finis generationis; & hæc coincidit cum fine; & idem non potest esse causa, & forma sui: quæ ratio non militat in causa finali respectu formæ, quia idem, vt est in intentione, est finis sui, vt est in re: vel accipitur forma vt ordinatur ad aliam formam, quia licet vna forma recipiat aliam, vt substantialis recipit accidentalem; tamen vna earum exercet causalitatem materialem, & altera formalem: Neque cum dicuntur actus vitales pendere in genere causæ formalis à potentijs, est propria loquutio, sed impropria, quatenus illa efficientia, vel causalitas est essentialis actui; vnde dicuntur effectus secundarij formæ, vt alibi explicabitur. Quod si obijcies, informationem causare formam finaliter, & causari à forma formaliter. Respondent, informationem propriè non esse effectum formæ, quia procedit à forma, vt eius causalitas, & via ad compositum, sicut actio non est effectus agentis, sed via ad effectum.

At Alij affirmant, esse mutuam causalitatem, tam secundum esse, quam secundum mutuam causalitatem. Nam compositum est vera causa finalis tam formæ, quia partes sunt gratia totius, 44

us, & causalitas est propter illud; quam eius causalitatis:sed tam compositum,quā eius finalizatio sunt causata à forma; quia sunt effectus formalis illius: ergo inter illa datur vera causalitas.

Dices. Secundum Arist. finis coincidit cum orma; at idem non est causa sui.

Resp. non omnem finem coincidere cum forma in eandem entitatem;nam compositum est quid prius finis,& tamen distinguitur à parte rei à forma: sed id intelligitur de fine quo.

45 At alij Resp. inter formam, vt est finis generationis,&ipsam vt informantē non esse mutuā causalitatē, quia effectus finis sic consideratus est generatio, nec generatio causat finē illum in genere causæ formalis; neq; finis ille vt finalizat generationem, causatur à forma, cū qua identificatur At vero inter formā illam, quæ habet rationem termini generationis,& ipsam informationem esse potest mutua causalitas,quia informatio distinguitur à forma.

Ex his patet, quid dicendum sit de causa finali comparata cum alijs causis;nam de ea dictum est, vt comparatur cum efficiente, materiali, & formali.

46 Octaua Concl. supernaturaliter duo efficiētia possunt se mutuò causare in eodem genere per modum secundæ productionis; nam cum supponuntur ex vi primæ productionis habere existentiam, prius quam agant, nulla apparet repugnatia,siue dicatur secunda productio siue conseruatio:imo idem dici potest de causa respectu sui ipsius; quæ omnia supra explicata sunt fusius.

Supernaturaliter duo efficientia possūt se mutuo causare in eodem genere per modum secunda productionis.

Hoc autem dici potest de duabus formis, vel materijs, quia formæ repugnat causari formaliter, & materiæ materialiter; nam neque per diuinam potentiam potest materia causari in genere causæ materialis, sicut nec forma causari formaliter; sunt enim entia incapacia talium causalitatum.

QVAESTIO IV.

De Comparatione causarū cū effectibus quoad distinctionem.

DVBITATIO PRIMA.

An inter causam efficientem, & effectum, requiratur aliqua distinctio, & qualis.

ART. I. *Explicatur sensus quæstionis.*

1 Primo Not. Ex dictis supra de natura causarum secundum se multa patere,quæ conueniunt causis in ordine ad effectus;cum enim causæ secundum naturam suam referantur ad effectum, dum ipsarum explicauimus naturā, ordinem etiam ad effectus explicauimus; vnde intellecta causalitate cuiusque causæ,facile etiā intelligitur ratio effectus in ordine ad quamcumq; causam: quare si ratio causæ finalis est mouere metaphoricè;ratio effectus illius causę est moueri;& si ratio materiæ est communicare seipsam, vt compositi partem indeterminatam & perfectibilem; ratio effectus est illam recipere, vt partem talem;& sic patet in alijs causis. Ex quibus.

Intelligitur Primo finem, & efficientē, propriè esse causas productionis; formam vero, & materiam esse causas constitutionis;vnde nascitur, materiam, & formam esse quid intrinsecū effectui, sicut partes toti; non ita tamen finis, & efficiens, cum non constituant, sed causent aliud distinctum à seipsis.

Intelligitur Secundo formam communicare composito aliud esse distinctum à materia, cū seipsam communicet,quæ est distincta entitas, licet seipsam non causet, sed compositum; sed finis,& efficiens nihil distinctum communicant ab eo, quod communicant materia, & forma, cum forma tantū producitur ab efficiente, ad quod efficiens mouetur à fine; quare idem dependet à pluribus causis in diuerso genere. 2

Tertio Intelligitur compositum non posse causari à materia, & forma, nisi existentibus, sed à fine, & efficiente principali, etiam non existentibus:quod de fine patet, & de efficiente probatur, quando concurrit per aliquā virtutem, & semen, ex opinione Thomistarum.

Secundo Not. hanc quæstionem non posse tractari de causa in communi, quia, est diuersa rō in diuersis causis; eoquod aliquæ causæ sint extrinsecæ effectui; aliæ intrinsecæ: quare primo tractanda est, quoad causam efficientem,& finalem; deinde quoad materialem, & formalem.

Tertio Not. in omni causa quatuor cōsiderari. Primo supponitur,quod operatur. Secundo virtutem, per quam operatur. Tertio operationem ipsam, quæ dicitur causalitas, seu via ad effectum. Quarto ipsum effectum, in quo distingui potest entitas ipsius,& dependentia à sua causa: quare Difficultas esse potest, tam de effectu secundum suam entitatem, quā de dependentia passiua eius,quomodo distinguatur, & à supposito,& à virtute operante, & ab ipsa dependentia actiua. 3

Quatuor considerantur in qualibet causa.

Quarto Not. ab omnibus concedi, causam finalem aliquando realiter distingui ab effectu, vt patet ex causalitate, quam habet respectu mediorum, quæ sæpè distinguuntur realiter à fine: aliquando tamen non, vt patet ex Arist. 2. phy. tex. 70. vbi ait, finem, & formam coincidere: vnde in hoc genere causæ sufficit distinctio formalis, & aliquando etiam rationis,quādo finis non est ens reale: vnde difficultas hic manet de causa efficiente, de qua.

Quinto Not. causam efficientem ex lege ordinaria distingui à parte rei ab effectu, vt est communis omnium opinio apud Scotistas in 1. dist. 26.& 2.d.1.q.1. vbi Tatar. & D.Tho. 1.p.q. 33.a. 1. ad 1. vbi Thomistæ, & q.7.de Potentia art.8.q. 10.a.1.ad 8. vbi ait omnem causam extrinsecā dicere diuersitatem substātię ab effectu, & idem 1.p.q.3.ar.1. vbi Caiet. sequitur Soncin. & Iauel. 5. metaph.q. 1.Murc. 2.physic.disp.2.q.2.Maironus 1.d. 12.q.2.a.2. & ratio est, quia efficiens, est extra essentiam 4

Causa efficiēs distinguitur à parte rei ab effectu.

effectus; sicut optime D. Tho. in 1.d.2.q.1.

Confir. quia in quolibet genere causarum causa, est naturaliter prior effectu ex D. Tho. in 3.d.18.q.vn.a.3.ad 3. & q.28.de veritate art. 7. & Scot. in 2.dist. 1.q.2. ad 1.G. at nihil est prius seipso. quia sic esset prius, & posterius respectu eiusdem.

Confir.2. quia potentia productiua est ordinata ad conseruandas species vniuersi per multiplicationem indiuiduorum generabilium; & corruptibilium; at si causa efficiens non est distincta à suo effectu, non posset conseruare species multiplicando indiuidua, sed producendo eadem numero indiuidua. ex quo communis est omnium sensus, quod nihil potest generare seipsum vt Aug. affirmat 1. de Trinit. c.1. *qui autẽ, putat*, inquit, *eius esse potentiæ Deum vt seipsum ipse genuerit, eò plus errat, quod non solum Deus ita nõ est, sed nec spiritualis creatura: nulla enim omnino res est, quæ seipsam gignit, vt sit*: & infra, *vnde perniciosius, & inanius euanescunt, qui tertio illo genere erroris à veritate secluduntur, hoc suspicando de Deo, quod neque in ipso, neque in vlla creatura inueniri potest.* cuius rationem reddit Anselmus apud Mairon. in 1.d.12.q.2. a.2. *intellectus*, inquit, *nõ capit, quod idem det sibi esse, quia tunc esset prius seipso*. Pater autem dat esse filio; quare non est inconueniens, quod aliquid sit prius alio; ideo pater distinguitur à filio, cui dat esse.

Neque dicant, non esse absurdum, esse ali-
5 quid prius seipso diuersa ratione; vnde idem vt producens, est prius seipso, vt producto; nã contra obijcit Murc. tum quia hæc rationis diuersitas non poneret productionem secundum esse reale, sed secundum esse rationis, secundũ quam esset entitas producens, & producta: at nos loquimur de productione entitatis realis secũdum perfectiones reales, & negamus, quod idem possit producere seipsum, idest, quod entitas secundum illam perfectionem, secundũ quam producit, sit producta; quia producens requirit præexistẽtiam respectu productionis, & res producta requirit postexistẽtiam naturæ respectu productionis. Tum quia quando inter aliqua prædicata est incõpossibilitas respectu eiusdem subiecti, non possunt illi conuenire secundum diuersam rationem, quando illæ diuersæ rationes includunt illa prędicata incõpossibilia; quia tanta repugnantia est respectu eiusdem subiecti, in illis diuersis rationibus, quãta est in ipsis prædicatis incompossibilibus; sed prioritas, & præexistentia includitur in producente; postexistentia, & posterioritas, in producto; ergo sicut repugnat, eamdem rem esse priorem, & posteriorem seipsa, ita esse producentem, & productam à seipsa.

Prioritas rõnis non saluat distinctionẽ causæ ab effectu.

Confirm. denique, quia si idem posset producere seipsum, non esset ratio, ex qua in diuinis posset colligi distinctio personarum.

Quare difficultas manet de potentia absoluta, an idem possit producere seipsum,

ART. II. Opiniones Doctorum.

PRima Opinio est dicentium, idem non posse producere seipsum, nec productiuè, 6
nec conseruatiuè, ita D.Thom.1.p.q.104.ar.2. ad 2. vbi ait, quod *sicut nulli effectui præstari potest, quod sit causa sui ipsius; ita etiam nulli effectui præstari potest, quod sit sui ipsius conseruatiuus.* Sequuntur multi ex recentioribus, & videtur esse communis apud antiquos Scholasticos, qui tractantes de Dei existẽtia, dicunt, Deum esse à seipso; non quidem positiuè; quia implicat idem influere in esse sui ipsius; sed negatiuè; quia non est ab alio. sed in sua essentia includit existentiam, & in materia de Trinitate probant, Patrem distingui realiter à filio, quia producit filium: quod si posset aliquod producere seipsum, nulla esset hæc ratio. Neque dicas hanc rationem habere vim de facto, non autem de possibili; quia omnis perfectio, quæ est possibilis in Deo, Deo conuenit necessariò. Ex qua Auctoritate sumitur primum argumẽtum pro hac opinione; vnde D. Thom. 1. p. q.33.ar.1.ad primum, ait de ratione causæ esse, vt dicat diuersitatem substantiæ ab effectu.

Opinio negã.

Confir. quia maior distinctio requiritur in-
ter producens, & productum, quam inter fundamentum relatũ, & terminum; sed relatio realis, quia dicit esse ad aliud, necessario exigit terminum distinctum à parte rei inter fundamentum relatum, & terminum; ergo multò magis actio, seu productio requirit distinctionem inter producẽs, & productum; quia actio est dependentia ab actu, seu qua vnũ pendet ab alio, atqueadeo sicut relatio non potest præstare, vt idem referatur ad seipsum; ita neque actio potest præstare, vt idem dependeat à seipso. 7

Confir. 2. quia causa est id, ad cuius esse sequitur aliud: sed idem non est aliud à seipso; quia ly (aliud) vt diximus in definitione causæ significat diuersitatem naturæ; licet producens non exigat diuersitatem naturæ, sed solum suppositi. Neq; dicas, hanc definitionem conuenire causæ operanti naturaliter; nõ autem operanti supra naturaliter; nam definitio explicat essentiam rei, quæ per nullam potentiam variari potest; vnde etiam Deus, vt est causa supranaturalis, dicitur esse id, ad cuius esse sequitur aliud, idest effectus. Vnde Auer. 2.cæl.tex.104. ait, eodem modo in generabilibus, & æternis ex causa consequitur aliud.

Confir. 3. quia inter producens, & productum est relatio realis, vt patet ex dictis de relatione; sed hæc relatio requirit terminum distinctum à relato, quia nihil refertur ad seipsũ, vt sic.

Confirm. 4. quia omnis causa efficiens producit effectum per causalitatem; at causalitas est productio alicuius in alietate naturæ; nam per hoc distinguitur à productione ad intra; quæ hæc sit productio suppositi in eadem natura.

Hi tamen licet conueniant in neganda pro- 8
ductione sui ipsius; tamen differunt in conseruatione sui ipsius; nam aliqui negant, idẽ posse

con-

conseruare seipsum, siue directè, idest per influxum directè tendentem ad existentiam sui; siue indirectè, idest bene impediendo actionem contrarij, vel producendo dispositiones necessarias ad conseruationem sui.

Alij vero concedunt, posse idem conseruare seipsum indirectè, siue impediendo actionem contrarij per resistentiam, vel actiuitatem, siue producendo dispositiones; sed negant conseruationem directam sui ipsius. Et fundamentum, quia vnaquæq; res appetit sui conseruationem; ergo habet media necessaria ad hanc conseruationem, ne appetitus naturalis sit frustra: sed hoc medium non potest tendere ad conseruationem directam; ergo saltem tendet ad indirectam: vnde frigiditas, ad quam aqua se reducit naturaliter concurrit ad conseruationem eiusdem aquæ.

Alij denique concedunt etiam conseruationem directam sui, non quidem immediatè; quia sic implicat, sed mediatè, idest mediante aliquo effectu à se producto; nam illud potest cõcurrere ad conseruationem suæ causæ, si ad id eleuetur à Deo. Fundamentum, quia sicut ille effectus potest eleuari ad conseruationem alterius rei, ita posset eleuari ad conseruationem suæ causæ: quare frigiditas consequens formã aquæ poterit eleuari ad influendum directè in conseruationem formæ aquæ.

9 Secunda Opinio est dicentium, idem posse producere seipsum, non solum per modum secundæ productionis, seu conseruationis, sed etiam per modum primæ productionis; atque adeo inter producens, & productum nullam esse necessariam distinctionem à parte rei, sed solum secũdum rationem. Fundamentũ huius opinionis, quæ est contra omnium sensum, esse potest; quia si qua ratio repugnaret, ea maxima esset, quod ad efficiendum requiritur existentia efficientis; sed hæc non debet præcedere actionem, sed est in eodem instanti cum actione; ergo etiam in eodem instanti cum effectu, atqueadeo in eodem instanti efficiens dat, & recipit existentiam à seipso. Neque dicas, quod prius natura intelligitur existẽtia in causa, quã in effectu; nam hæc prioritas naturæ non tollit ab actione, quin sit prima productio effectus; quia non præsupponit existentiam effectus in aliqua duratione priori, sed supponit in duratione immediate ante instans negationem existentiæ effectus; est enim prima rei productio, traductio rei de nõ esse simpliciter ad esse simpliciter; at hæc res in hoc instanti traducitur de non esse simpliciter ad esse simpliciter.

Opinio affirmans idẽ producere, & cõseruare posse seipsum.

Confir. quia hæc actio respectu effectus nõ potest esse conseruatio; quia conseruatio præsupponit effectum præextitisse ante duratione, in qua effectus cõseruatur; ergo erit productio rei.

10 Tertia Opinio est dicentium, inter causam conseruantem, & effectum conseruatum non requiri distinctionem aliquam à parte rei: vnde de facto dicunt Christi humanitatẽ cõcurrere ad conseruationem sui in Eucharistia, dũ ex vi verborũ procedit actio substantialis terminata ad Christi humanitatem, quæ actio cũ non sit productio, erit conseruatio. At vero inter producens, & productum necessariò requiri distinctionem à parte rei; quia est in intelligibile, quod idem gignat seipsum, vt dictum est supra in primo articulo, ita Suar. disp. 26. met. sec. 5. nu. 17. & 3. p. tom. 3. disp. 49. sec. 1. & fusius disp. 50. sec. 4. sequitur Ægidius Conhinc. 3. p. q. 76. a. 4 du. 5. ex Gabriel. in 4. d. 11. q. 1. a. 3. du. 2. & D. Tho. 3. p. q. 2. a. 1. in corp. negat posse aliquid conuerti in diuinam substantiam, quia est in generabilis: & à Suar. loco cit. tribuitur Henrico, Marsilio Capreolo, Altisiod. Alb. Ric. Bonau. Alen. Alan. & Recentioribus, probant ex transubstantiatione panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, ad quã concurrunt, non solum verba Sacerdotis, sed etiam humanitas Christi; vt patet ex ijs, quæ dicuntur de Sacramentis in communi: sed trãsubstantiatio est actio determinata ad substantiã humanitatis Christi; ergo humanitas Christi attingit seipsam per actionem substantialẽ, quæ attingentia, cũ supponat existentiam ipsius humanitatis, non potest esse, nisi conseruatio. Minor probatur fusè à Suario disp. 50. sec. 4. tũ ex vi transubstantiationis, tum ex Tridentino dum ait, substantiam mutari in substantiam, tum ex communi Theologorum dicentium, hanc actionem esse substantialem ac sine subiecto, sicut est creatio, vt Alen. Altisiodor. Alber. D. Tho. Riccard. & alij apud Suar. tum ex Patribus, vt Ciprianus serm. de Cœna Domini *vsque hodie sanctissimũ suũ corpus creat.* Aug. *potentialiter creari, & ex substantia panis effici.* Aldeman. *Christus per hos Sacerdotes Corpus, & sanguinem suum creat.* & Alij apud Innocen. lib. 4 de Eucharist. c. 7.

Alij nullã distinctionem à parte rei requirunt inter conseruãtẽ, et conseruatum, secus in productione.

2. Confirmant, quia quælibet causa, cum habeat omnia necessaria requisita ad agendum, potest concurrere ad actionem proportionatam principio, quod habet causam, vt patet ex terminis; quia nihil illi deest ad agendum: sed quodlibet ens existens eleuatum à Deo, habet omnia requisita ad omnem operationem, quæ implicat contradictionem; sed operatio, qua res existens concurrit ad sui conseruationem non implicat contradictionem; ergo potest idẽ habere actionem conseruatiuam sui. Minor probatur, nã licet sit impossibile idẽ efficere, seu conseruare seipsum secundum primam rationem existendi, seu primam dependentiam, & influxum; postquam res iam per primum influxum existit, nihil repugnat, quo minus possit habere aliam actionem conseruatiuam sui, sicut potest habere actionem conseruatiuam alterius; quia non est repugnãtia ex parte causæ, cum habeat omnia necessaria ad actionem; neque ex parte termini; quia licet hic non sit naturaliter capax terminationis duarum actionum totalium, tamen supernaturaliter potest, vt infra dicemus, & necessario concedendum est ex doctrina Patrum ponentium, transubstãtiationem terminari ad substantiam corporis Christi, & assimilantium illam creationi, cum sit actio independens à subiecto. De qua re fusè 11

ad Suar. disp. 50. sect. 5. quæ actio non debet intelligi, vt in subiecto, sed vt via quędam substãtialis pendens à solo agente, & à termino, non vt à subiecto, sed à termino, seu fine intrinseco.

12 Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui putant, illam actionem, quam idem attingit substantialiter seipsum, debere appellari conseruationem; quia supponit præexistentiam sui in priori naturæ, quam sit eius actio, & terminus, & per consequens terminus illius actionis. ita videtur sentire Suar.

Actio illa conseruatiua vocatur appellatur à Doctoribus.

Alij vero putant, duobus modis posse hanc secundam actionem sui productiuam haberi. Primò per antecessionem durationis principij, à quo est actio; & ita dici potest conseruatio. secundo in eodem instanti, in quo existit principium ex vi alterius influxus; & ita actio procedens ab illo principio non debet dici conseruatio, sed secunda productio; quia conseruatio præsupponit rem, quæ dicitur conseruari, præexistere secundum durationem, ante actionem conseruatiuam; nam in eodem instanti non est prius, & posterius secundum existentiam, sed secundum originem, vel causalitatem.

ART. III. Opinio Auctoris.

13 PRima Conclusio, naturaliter inter causam, & effectum requiritur aliqua distinctio. Patet ex dictis in artic. 1. præcipuè ex illa ratione, quod omnis causa prærequirit existentiam, vt possit influere in effectum, & per consequens effectus secundum existentiam consequitur ad existentiam causæ: at idem non consequitur ad seipsum; sicut neque dependet à seipso; quia esset antecedens, & consequens, dependens, & independens. & idem confirmatur ex dictis in prima opinione, quæ vim habent secundum potentiam naturalem, & ordinariam.

Naturaliter inter causam, & effectum requiritur aliqua distinctio

Dices, actiua potentia non minus opponitur potentiæ passiuæ, quam termino producto: sed actiua potentia potest esse eadem naturaliter cum passiua, vt patet ex actionibus immanentibus, & vitalibus, quia idem potest esse in potentia formali, & actu virtuali, atq; adeo pati à seipso agente; ergo. Maior patet, quia inter potentiam actiuam, & passiuã mediat actus, cum illam respiciat mediante actione, & termino actionis.

Resp. negando maiorem, quia actiua, & passiua habent simultaneam existentiam, tam secundum durationem, quam secundum causalitatem; at non sic actiua, & terminus actionis: vnde constat actum vitalẽ distingui à potentia vitali, tam vt est actiua, quam vt est passiua; cum tamen vitalis actiua non distinguatur à passiua, nisi vel ratione, vel ad summum formaliter: de qua re nos alibi.

14 Dices 2. Finis est causa formæ, quæ producitur ab agente; & tamen non distinguitur ab ipsa forma; ergo neq; efficiens debet distingui à suo effectu.

Resp. 1. finem habere varios effectus, à quibus distinguitur realiter, vt patet ex causalitate, quam habet circa media; ab effectu vero vltimato non distinguitur realiter secundũ substantiam, sed secundum conditiones requisitas ad causandum; nam finis causat secundũ existentiam intentionalem, causatur vero secundum existentiam realem; at huiusmodi existentia distinguitur realiter; quia intentionalis est denominatio sumpta à cognitione finis.

Resp. 2. esse diuersam rationẽ in fine, & in efficienti, quia finis, vt finis, non prærequirit existentiam realem respectu, suę causalitatis, & effectus; atque adeo vt carens existentia, potest concurrere ad sui existentiam: at efficiens prærequirit existentiam ad suam causalitatem, & effectum; atque adeo non potest respicere existentiam à sua causalitate, & effectu; quia iam illam prahabet; atque adeo illa existentia, ad quam concurrit, debet esse alterius rei.

Secunda Conclusio, quando effectus productus est suppositum, causa producens distinguitur realiter ab effectu, quia causa producens, vel est suppositum, vel aliquid existens in supposito; at omne suppositum distinguitur realiter ab alio supposito; vt patet inductione, tum in diuinis, tum in creatis, & ex natura suppositi, quę est ratio in communicabilis alteri supposito. 15

Causa producens suppositalis realiter distinguitur ad effectu.

Tertia Conclusio, quando terminus productus est aliqua forma accidentalis, licet requiratur distinctio à parte rei inter producens, & productum, non tamen est necessaria distinctio realis. Patet, ex actione motiua localiter, per quam mouens producit in seipso vbi; at vbi non distinguitur realiter, sed tantum formaliter, vel modaliter à subiecto, in quo est, vt alibi ostendimus. Neque obstat axioma illud, quod quidquid mouetur, ab alio moueatur; nam alibi ostendemus, hoc intelligi initiatiuè, non tamen proximè; vnde fit, vt aliquid possit à seipso proximè moueri.

Quarta Conclusio, idem non potest producere seipsum secundum primam existentiam, & productionem. Est omnium nemine excepto, quod sit principium in philosophia, quod nihil po est seipsum producere, & inde D. Th. 3. p. quæst. 78. art. 4 ad secundum, negat corpus Christi, vel aliud ab illo procedẽs, potuisse esse instrumentum ad suam primam formationem ex materia. 16

Idem non pot producere se ipsum secũdũ primam existentiam.

Probant aliqui à posteriori; quia ex effectis infertur existentia causæ efficientis; at hoc non est, nisi quia præsupponitur ad effectum; ergo non potest recipi ab effectu. Neque dicas rectè inferri, quia est eadem existentia causæ, & effectus; vnde cum existit effectus, necessariò etiam existit causa: nam dum ex effectu inferimus existentiam causæ, non probamus idem per idem, sed per aliquid diuersum; quia alioqui peteretur principium.

Confirm. quia non posset ex existentia creaturæ inferri existẽtia Dei, & primæ causæ; quia iam posset idem producere seipsum secundũ primam existentiam, & productionem; at hoc quam sit absurdum, nemo non videt. Neq; dicas,

cas, inferri, quia omnis causa creata indiget cõcursu primæ causæ; tum quia hoc non ita certum, sciret creaturam pendere à Deo; tanquam à causa totali. Tum quia concursus primæ causæ, supponit existentiam causarum secundarum, cum quibus concurrit: at ex creaturis colligitur existentia Dei, non solum vt primæ causæ, simul concurrentis, sed etiam, vt primi entis dantis primam existentiam causis secundis.

17 Secundo, probant alij à priori; quia non potest intelligi actionem procedere à causa, nisi præintelligatur in causa præcedere secundum naturam rei existentia. Sed illa existentia, quæ præintelligitur actioni, non potest pendere, & recipi ab existentia suæ actionis, vel effectus; quia illa non dum intelligitur esse, antequam procedat ex vi causæ præexistentis.

Confirm. quia si idem produceret seipsum, esset, antequam fieret; quia fieret per actionem à se procedentem; sed ante suam actionem iam esset exercitè saltem secundum naturam; quia non potest operari, nisi concipiatur exercitè existere; ergo existeret exercitè, antequam fieret, scilicet per suam actionem; atque adeo esset, & non esset; nam esset, quia præsupponitur præexistere actioni; non esset, quia non esset actio, seu productio, per quam reciperet existentiam; at huiusmodi existentia causæ, cũ non sit à se, debet existere per actionem alterius. Hæc fusius dixi pro veritate manifesta ad Recentiorum deliria, contrarium asserentium, redarguenda.

18 *Satisfit argumentis secundæ opinionis.* Ex his patet ad argumenta secundæ opinionis; quare

Ad 1. Resp. veram esse implicantiam ibi positam; quia licet causa, & effectus possint habere existentiam in eodem instanti rationis, nõ tamen sequitur, posse idem producere seipsum secundum primam existentiam; quia in eodem instanti reali causa debet secundum naturam præsupponi existens, vt possit ab illa pendere causalitas, & effectus, atq; adeo non potest recipere primam existentiam ex vi suæ causalitatis, & effectus.

Ad Confirm. Resp. in eo instanti causam, vel conseruari si prius habuit existentiam, vel primum produci à sua causa, sicut primum producitur ab ipsa causa suus effectus, sed negamus productionem causæ primam esse à seipsa, quasi ipsa secundum suam existentiam sit causa sui.

19 *Probabile est de potentia absoluta posse causam non distingui ab effectu.* Quinta Conclu. probabile est posse per potentiam Dei fieri, vt causa productiua non distinguatur à parte rei à suo effectu; atque adeo vt idem possit concurrere ad sui existentiam. Hæc conclusio supponit, causam habere existentiam ex sua causa. Secundo, posse eundem effectum terminare causalitates totales duarũ causarum totalium; nam ex his principijs cõclusio est manifesta, quia vel est repugnantia ex parte causæ, vel ex parte effectus, vel modi agendi: Non primum, quia supponitur habere ex vi suæ causæ existentiam necessariam ad actionem, & sufficientem applicationẽ ad materiam, vt possit haberi actio eductiua; vel si est actio sine subiecto, adest sufficiens dispositio spatij ad recipiendum effectum: Neque secundum, quia terminus per potentiam Dei est capax duplicis influxus totalis; quare sicuti existens ex vi vnius causæ potest recipere influxũ ex vi alterius causæ; ita potest recipere influxum à seipso: vt enim potest influere in aliud, cur non potest in seipsum? cum vt causa sit sufficiens ad actionem, & vt terminus sit capax terminandi influxum. Neque tertium, quia duplex potest considerari modus agendi; vnus est quoad durationem; & constat non obstare; tum quia omnis causa in eadem duratione, qua est sufficienter constituta ad agendum, potest agere; vnde Sol in eodem instanti, in quo productus fuit, illuminauit corpora diaphana sibi approximata; & ratio, quia causæ, & effectui non repugnat simultas durationis, sed naturæ: tum quia fieri potest, vt res sit producta multo ante; & tamen eleuetur à Deo ad influẽdum in sui existentiam in aliquo tempore, vt dicitur de humanitate Christi in tertia opinione. Alter modus est ratione influxus; quia cum sit via quædam ab vno in aliud, exigit duo extrema.

Sed contra, quia licet in hoc debeat fundari contraria opinio, tamen adhuc non vrget; quia quãuis influxus, vt communiter accidit, concipiatur inter duo extrema distincta; tamen ex ratione sua non exigit, vt illa sint distincta à parte rei, sed satis est, vt ratione distinguantur; nam sicut intellectus potest vti vno, vt duobus in propositionibus identicis, scilicet, vt subiecto, & prædicato; ita potentia Dei absoluta potest vti vno, vt duobus, in productione, atque adeo vt causa, & effectu, seu vt principio, & termino actionis. 20 *Influxus sufficit, vt sit inter duo rõne distincta.*

Confirmat. quia omne producens primariò intendit effectum producere sibi similem, & secundariò à se distinctum, vt dubitatione sequenti ex communi ostendemus; ergo ex vi productionis non repugnat inter causam, & effectum assimilatio identica sine vlla distinctione à parte rei inter producens, & productum secundum perfectionem, qua producit, & producitur. Consequentia patet, quia per assimilationẽ identicam melius habetur finis, ad quẽ ordinatur productio, quia medium non habet repugnantiam cum fine. *Producẽs primario intẽdit effectũ similẽ.*

Dices etiamsi producens non intendat primario distinctionem effectus à seipso; tamen secundario illam necessario intendit, & habet; vnde etiam fit, vt effectus possit recipere influxum à causa distincta; non autem à seipsa. 21

Sed contra, tum quia natura producens intendit secundario distinctionem; quia naturaliter non potest idem producere seipsum; tum quia naturaliter distinctio intenditur, quia in causa debet præsupponi existentia, quæ semel præsupposita, cum indigeat alio influxu, debet influere in aliud ens à se distinctum: at nos loquimur de potentia absoluta, secundum quam idem effectus est capax duplicis influxus totalis; quem sicut potest recipere ab alio, ita potest

se à

à seipso existente ex vi suæ causæ; vnde semper ad influxum supponitur existentia causæ influentis.

Dices 2. Hic influxus non habet rationem conseruationis, quia hic concomitat existentiā rei conseruari, priorem secundum duratione͂, quæ sit influxus conseruatiuus. Quod non est in casu nostro; igitur est productiuus, atq; adeo idem posset à seipso produci, secundum primā productionem.

Resp. & propter hoc sit.

22 Sexta Conclus. Hic influxus à seipso in seipsum aliquando habet rationem conseruationis; aliquando secundæ productionis.

Influxus in seipsum aliquando habet rationem conseruationis aliquando secundæ productionis.

Prima pars probatur, quia aliquando præbetur post existentiam sui secundum aliquam durationem, vt patet ex influxu, quem humanitas Christi præbet circa seipsam in Eucharistia; nā sicut vt producens præsupponitur existens, ita etiam, vt conseruans præsupponitur existe͂s ex vi suæ causæ.

Secunda pars probatur, quia cum causa possit in eodem instanti, in quo est, eleuari ad co͂currendum; si tunc eleuetur idem existens ad influxum in suam existentiam; iam ille influxus non connotaret existentiam termini priorem secundum durationem, sed solum secundum naturam; ergo non posset habere ratione͂ conseruantis: sed cum attingat existentiam, habere debet rationem aliquam productionis, sed non habet rationem primæ productionis; nam supponitur prius natura haberi ex vi alterius causæ; ergo rationem secundæ productionis; quod in eodem instanti haberet duplicem co͂cursum sufficientem ad existentiam, quorum vnus supponit ex natura rei alterum, vnde præsuppositus dicitur prima productio, & præsupponens dicitur secunda productio: neque enim dicitur secunda productio, quasi post primam productione͂ fuerit curruptus, & per hanc reproductus; sed quatenus in priori durationis non erat, & nunc est per concursum, qui ex natura rei præsupponit existentiam sui, tanquā causa, seu conditio causæ,

ART. IV. Afferuntur argumenta Aduersariorum, & soluuntur,

23 PRimo, Actio non potest pendere effectiuè à suo termino; quia terminus est sequens ex natura rei actionem: sed hæc actio esset posterior suo termino, quia omnis actio est posterior suo principio, à quo est.

Obijcitur paritate sumpta à diuinis.

Confirmat. quia si idem posset producere se ipsum, sequeretur in diuinis non posse probare distinctionem personarum; nam non aliundè probatur, quam quia idem non potest producere seipsum. Neque dicas, satis esse ad probationem, quod connaturaliter non posset idem producere seipsum; nam cum in diuinis sit omnis perfectio possibilis, si hæc perfectio producendi seipsum est possibilis in creaturis, deberet poni in Deo, atque adeo non essent ibi tres personæ diuinæ, sed vna, quæ haberet rationem personæ improductæ, & à se, & productæ duplici productione, scilicet per intellectū, & voluntatem.

Confir. 2. quia non esset ratio, cur salte͂ no͂ possit tribui filio, vt sit per duplicem generationem, per vnam à Patre, per alteram à seipso; nam cum habeat intellectum essentialem, deberet etiā habere notionalem, circa seipsū, quia non est ratio, cur non sit terminus suæ intellectionis, sicut est terminus intellectionis paternæ, cum terminus sit capax duplicis productionis, & fœcunditas eiusdem in seipsum sit perfectio possibilis, atqueadeo non sit negāda à filio.

Confir. 3. quia si posset idem conseruatū ab illa causa conseruare seipsum, sequeretur ablata conseruatione alterius causæ, posse seipsum conseruare præcise per concursum suum; quia hic est totalis, atqueadeo se solo sufficiens ad conseruationem. 24

Confir. 4. Nulla potentia potest extrahi extra suum obiectum adæquatum, sed potentia existens in aliquo supposito non respicit proprium suppositum vt producibile; nam licet potentiæ eiusdem speciei respiciant eamdem rationem formalem, à qua specificantur; non tame͂ respiciunt singulæ singula indiuidua, quæ continentur sub illa ratione formali, sed singulæ respiciunt sua determinata indiuidua, & no͂ alia.

Resp. in productione sui ipsius eadem entitas hbet duplicem rationem, scilicet principij, quantenus præsupponitur ex vi primę productionis; & termini, quatenus est ex vi secundæ productionis; vnde actio non est à termino vt subsequitur, sed vt præcedit secundum naturam.

Ad Primam Confir. Resp. recte probare ex productione in diuinis distinctionem personarum; quia personæ illæ sunt productæ per primam productionem; quia ratione idem non potest producere seipsum, sed necessariò debet ibi esse distinctio; filius enim antequam intelligatur produci à Patre, no͂ intelligitur esse, atqueadeo ex vi illius productionis habere totum esse, quod habet totaliter, & adæquatè, non solum totalitate termini, qui secundum se totum est à Patre; sed etiam principij, nam ablato Patre producente filius nullum heberet esse: & idem dicendum de Spiritu sancto respectu sui principii producentis. Neq; rectè in argumento dicitur, quod posset ipse pater habere rationem producti, quia cum sit à se, non est capax productionis passiuæ; sicut Deus, quia est à se, non est capax causalitatis passiuæ, ita vt dici possit incausatus, & causatus. Et similiter Filius non potest dici genitus à Patre, & spiratus à seipso, quia non est capax spirationis passiuæ, cum terminus spiratus sit terminus Amoris, & non intellectionis. 25

Ex productione in diuinis probatur distinctio personarum, quia prima productione producuntur.

Dices in æternitate non est primū; quia primum dicit ordinem ad negationem priorem; ergo non potest Filius ab æterno produci per primam productionem.

Resp. hoc pertinere ad quæstionem de nomine; nos dicimus, recte dici primam productio-

ctionem, vt primum dicit negationem priorẽ alterius productionis; nõ tamen potest dici prima existentia; quia non dicit negationem, quæ præcesserit existentiã, quasi prius non habuerit existentiam, & postea habuerit; quia in æternis hoc prius, & posterius repugnant, vt alibi: & licet in æternis non sit principium durationis, est tamen ibi principium productionis: & licet Filius dicatur ab æterno non esse à se; tamen ly (non esse) non dicit negationem existentiæ simpliciter, sed tantum secundum quid, idest à se, quod prædicatũ semper illi conuenit sine vlla mutatione.

Verbum non potest generari duplici generatione.

26 Ad Secũdam Confir. Resp. Primo nõ posse Verbum duplici generatione generari; quia cum sit vna intellectio adæquatè in Patre, & Filio, non potest habere, nisi vnum terminum adæquatum, atque adeo vnũ Verbum: & quando intellectio, vt est in Patre, respicit Verbum adæquatè, expletur eius perfectio per illud: atque adeo in Filio non potest habere rationem productionis Verbi, quia est productum ex vi intellectionis, vt est in Patre, & hoc significat, Aug. cum lib. 3. contra Maxim. c. 12. dixit; Filium non generasse; non quia non potuit, sed quia non oportuit.

Resp. Secundo, vt Verbum generetur à Patre, & à seipso, deberet esse duplex generatio totalis, & adæquata, atque adeo duplex intellectio terminata ad eũdem Verbum, sicut cum idẽ producitur à duabus causis totalibus, deberent esse duæ actiones; quarum singulæ sint sufficientes præcisè sumptæ ad ponendum terminum, vnde patet huiusmodi fœcunditatem proximam in diuinis non esse possibilem; quia non est possibilis duplex productio circa eumdem terminum. An autem sit in singulis personis fæcunditas remota dicetur in prima parte.

Resp. Tertio Filium non generare, quia caret proxima potentia generatiua; nam licet habeat essentiam, & intellectum; tamen hæc nõ sunt potentiæ proximæ generatiuæ, sed radicalis, & remotæ; essentia enim, & intellectus non habet rationem potentiæ generatiuæ, nisi vel vt cõnotat paternitatem, tanquam conditionem requisitam, vel tanquam principium elicitum integrans rationem potentiæ; ita vt potentia generatiua quidditatiue constituatur ex essentia, intellectu, & paternitate. De qua re fuse dicemus in prima parte.

27 Ad Tertiam Confir. Resp. idem non posse conseruare seipsum, destructa conseruatione, qua conseruatur ab alia causa; nam conseruatio præsupponit existentiam causæ conseruantis; sicut productio præsupponit existentiam causæ producentis: at si destrueretur conseruatio, qua conseruatur ab alia causa, iam non haberet existentiam priorem natura sua conseruatione, sed posteriorem. At Instabis: esset prior; quia supponeretur iam cõseruata ex vi alterius causæ, & ex vi sui ipsius; quare cessante conseruatione ex vi alterius causæ, iã maneret cõseruatio rei ex vi propria.

Resp. non posse illam remanere; quia non haberet causam, à qua esset; quia eo ipso cessaret habere virtutem sufficientem; quia cessaret habere prioritatem ex natura rei, requisitam ad agendum circa seipsam; inã haberet existentiam solũ ex vi conseruationis propriæ, atque adeo posteriorem conseruationem; quod implicat.

Ad Quartam Cõfir. Resp. inde potius probari nostram conclusionem; nam quando potentiæ sunt eiusdem speciei, possunt in effectus eiusdem speciei; quia habent idem specificatiuum; ergo ex ratione specifica non repugnat, vt idem contineatur sub potentia, quæ est in seipso; sicut continetur sub potentia eiusdem speciei, quæ est in alio. Neque dicas repugnare ex ratione indiuiduali; ratione cuius, potentiæ etiamsi sint eiusdem speciei, tendunt in diuersa indiuidua sub eadem specie; nõ inquam, id dicas; tum quia non est certum indiuiduum producibile ab vna causa, non posse naturaliter produci ab alia causa; imò aliqui putant quodlibet esse producibile à qualibet potentia eiusdem speciei, & solum impediri productionem ex determinatione Dei; imò Scotistæ probant, multa post peccatum producta esse ab alijs parentibus, quæ fuissent producta ab alijs in statu innocentiæ. De qua re nos alibi, tum quia etiamsi naturaliter id fieri nequeat ex determinata proportione inter causam, & effectũ; tamen in ordine ad potentiam Dei nulla est repugnantia; quia si potest eleuari frigus ad productionem caloris, cur non poterit eleuari potentia generatiua Petri ad productionem indiuidui producibilis à Paulo? quia maior est distantia inter frigus, & calorem, quã inter differentias indiuiduales sub eadem specie; quare licet nulla res cõtineat seipsam sub obiecto suæ actiuitatis secundum potentiam ordinariam, & naturalem, tamen continet de potentia absoluta. Hinc Alen. 1. met. dixit, nullam causam particularem, & arctatam habere posse causalitatem supra totum vniuersum, quia haberet causalitatem supra seipsam, idest secundum potentiam naturalem; nam de potentia absoluta non implicat. 28

Hinc patet ad argumenta posita articulo secundo in prima opinione. Ad primũ enim patet ex dictis.

Ad Confir. Resp. esse diuersam rationẽ relationis, & productionis; quia relatio realis exigit distinctionem extremorum; quia relatio vel non est nisi denominatio sumpta à duobus entibus; vel est modus ordinans vnum ad aliud; quod si vnum, & aliud sint per rationem, ibi erit relatio rationis: at vero actio secundum se præcisè est influxus in terminum, qui connaturaliter exigit duo extrema; at vero essentialiter non ita, quia idem, vt præexistens potest habere rationem principij, & vt subsequens rationem termini respectu eiusdem actionis.

Dices eadem existentia antecedit, & subsequitur respectu eiusdem: hoc autẽ videtur repugnare.

Resp. hoc repugnare quando idem præcederet, & subsequeretur; sed non ita est, nam præcedit, vt existens independenter ab actione

sua,

sua, sed dependenter ex vi primæ productionis; subsequitur autem, vt dependens ex vi suę actionis.

30 *Causa definitio secundum essentialiter.* Ad secundam Confirmat. causam secundum se sumptam si definienda esset, deberet dici, esse id, ad cuius esse sequitur aliquid; sed quia naturaliter ly (aliquid) est quid diuersum secundum naturam, ideo dicitur (ad cuius esse sequitur aliud.) At instabis: per ly (aliud) positum in definitione causæ distinguitur productio inter creaturas à productione in diuinis; ergo necessariò, & essentialiter inter creaturas requiritur distinctio essentialis, siue specifica, siue indiuidualis; si enim in diuinis negatur causalitas, quia ibi non producitur distinctum essentialiter, licet distinctum suppositaliter; multo magis debet negari causalitas in productione sui ipsius; quia ibi neque est distinctio essentialis, neque suppositalis.

Resp. an illa productio debeat dici causalitas, est quęstio de nomine; probabile tamen est, posse dici causalitatem; quia licet non adsit distinctio, adest tamen dependentia, quæ negatur in diuinis; & ideo ibi negatur causalitas.

31 Ad tertiam, Resp. primo, ibi non consurgere relationem ob defectum distinctionis inter extrema.

Respód. 2. consurgere relationem, quia adest distinctio sufficiens extremorum; nam vnum extremum est res existés ex vi productionis ab alia causa; alterum vero extremum est idē existens, vt stat sub alia productione, tanquam cōditione sine qua non.

Ad quartam, Patet ex dictis, causalitatem distingui à productione ad intra; præcipuè, quia causalitas est formaliter depēdētia, non sic productio ad intra, cuius rei rationem afferemus, Deo dante, in 1. par.

DVBITATIO II.

An distinctio requisita inter producens, & productum, requiratur ex parte principij formalis (quo) actiui, & passiui.

1 *Quid considerandū in producente, & producto* NOtandum, in productione duo considerari ex parte producentis, & duo ex parte producti; nam sicut ex parte producentis est suppositum, quod dicitur principium (quod) & est virtus per quam producitur, & dicitur principium (quo): Ita ex parte producti est terminus productus (vt quod) & vt suppositū & ratio formalis, seu natura, secundum quam dicitur suppositum produci; nunc quæritur, quæ perfectiones sint in supposito producente, & producto, inter quæ est distinctio ex vi productionis.

2 *Opinio distinguens inter principiū quo, & quod respectu distinctionis.* Prima opinio est dicentium, inter producēs, & productum requiri quidem distinctionem inter producens, vt (quod) seu vt suppositum, & productum, vt (quod) seu suppositum; non tamen inter principium, (quo) producens producitur, & rationē formalem termini, qua producitur. Ita videtur sentire Diu. Thom. 1. p. quæst. 41. a. 5. in fin. vbi ait; *Id, quo Pater generat in diuinis, & natura diuina, in qua sibi Filius assimilatur; natura autem diuina in Filio, & Patre non distinguitur.* Sequitur ibi Caietan. Canar. Molin. & alij, cum Ferr. 4. cont. gent. cap. 53. Mars. in 1. quæst. 11. ar. 2. Magister in 1. dist. 7 vbi Capr. q. 11. & ibi Scot. quæst. 1. dum potentiam notionalem dicit essentialiter consistere in essentia, quæ vt exeat in actum secundum requirit relationem, vt conditionem, sine qua non, sequitur Suar. prima par. de Trinit. lib. 6. c. 5.

Fundamentū D. Tho. est; qa illud est principium (quo) in generatione vniuoca, in quo genitum assimilatur generanti; sed genitum nō assimilatur generanti in proprietate essentiali, per quam distinguuntur; sed in natura, in qua conueniunt; alioqui Sortes generaret Sortem, cum tamen constet, non Sortem, sed hominem generare, vnde Damasc. 1. de fid. c. 8. dixit, generatio est opus naturæ, non sicut generantis, sed sicut eius (quo) generans generat. Maior probatur; tum quia generans ex vi generationis intēdit assimilare sibi terminū productum; at illa assimilatio ex vi generationis non potest intendi, nisi secundum formā, qua producens producit, & secundum quam terminus producitur: at id, quo producens producit, est potentia generatiua, ergo; tum quia alias esset, inquit, Scotus generatio ęquiuoca, non vniuoca. *Probatur à D. Thoma principium quo non distingui à termino.*

3 Confirmatur primo, quia in creatis, licet indiuiduatio, seu proprietas personalis cōstituat generantem, tamen non est id, quo generās generat, sed est ipsa natura; ergo principiū (quo) non debet distingui à ratione formali termini producti. Antecedens probatur, quia alioqui cum generans sibi assimilat genitum in forma, per quam agit, Sortes produceret Sortem.

Confirmatur secundo, quia in diuinis principium (quo) producendi est natura, in qua non distinguuntur personæ, vt patet: tum ex Anselm. cap. 5. de processione Spiritus Sancti infert, vt stultissimum, quod processio Spiritus Sancti sit, non de Deitate Patris, sed de relatione: & idem cap. 9. asserit opinionem dicentem Spiritum Sanctum non de Deitate Patris, & Filij, sed de paternitate, & filiatione procedere, sua se falsitate sufficere. Tum ex Flor. sess. 18. vbi Ioannes ille, qui Latinorum partes agebat, sic inquit: *Dixi Filium ex Patre, & Patris substantia generari, idem significare, ita tamē, vt persona sit producens, & generans; principium autem (quo) ipsa persona generat, sit id, quod solum communicabile est.* & infra, *Patris persona, suppositum est, atque generans; diuina vero natura generatiuum principium, (quo) Pater Filium generat, qui quidem Pater suam personam Filio nequaquā communicat, licet tamen eius substantia, & natura communicabilis sit.*

4 *Opinio negās.* Secunda opinio est dicentium, in omni productione necessariò requiri, non solum, vt producens, & productū (vt quod) sed ēt, vt supposita distinguūtur à re producta. ita Bonauent. 1. d. 7.

1.d.7.q.1. Dur.q.2. num.29. qui in diuinis ob id dicunt, principium producendi esse solam relationem. Hanc sequuntur Henr.in sum. ar. 57.quæst.7.& quodlib.3. quæst.3. qui potentiā productiuam in diuinis putat constitui quidditatiue,& essentialiter ex Deitate, & relatione, sequitur Alb.d.7.a.2.Riccar.q.1. & sequūtur multi Recentiores.

Probatur principium, quo, etiam distingui à termino

Fundamentum: quia suppositum producens per id formaliter debet distingui à supposito producto, per quod suppositum producēs influit in productum secundum eam rationem, secundum quam producitur: sed illa perfectio, per quam suppositum producit est principium elicitiuum suppositi producti: ergo principium elicitiuum producens debet distingui à producto. Maior probatur: quia suppositum producens non respicit productum, nisi per principium, quo producit; neque respicit productum, nisi quatenus habet in se terminum formalem: hic autem est perfectio, secundum quam producitur; inter quæ autem est respectus, inter ea est distinctio.

Confir. ex perfectionibus, quæ sunt in supposito producente,& producto, debet poni distinctio, quæ per se concurrunt ad productionem: sed perfectiones, quæ ad productionem concurrunt, sunt principium formale, & terminus formalis: cœteræ autem perfectiones concurrunt per accidens; quia mediatè concurrunt, idest ratione principij, & termini formalis; nam posito principio, & termino formali variatis cœteris ponitur eadem productio, vt patet ex actionibus humanæ naturæ suppositæ à Verbo, quæ sunt eiusdem rationis physicæ, ac illæ, quæ sunt suppositatæ à supposito creato.

5 *Opinio distinguens, & admittens distinctionem in creatis, non autem in increatis.*

Tertia opinio est dicentium, aliud dicendum esse in productione creata, & aliud in increata; nam inter producens creatum, & productum semper adest distinctio, siue sint producens, & productum (vt quod) siue (vt quo), seu vt principium formale,& terminus formalis; quod non solum patet inductione, sed etiam ratione; nam producens non solum potest existere sine producto, sed etiam ex natura sua prius existit, quam productum; at quod potest existere, vel prius existit sine altero, distinguitur ab illo. At vero in diuinis est alia ratio; nam principium (quo) non est productiuum perfectionis non existentis, sed communicatiuum perfectionis præexistentis in alio, vt v.g. essentia diuina, quæ est in Patre cōmunicatur Filio: & ideo non mirum si principium, quo Pater producit, non distinguitur à termino formali, quia eadem essentia numero, quæ in Patre est principium, in Filio est terminus formalis communicationis; & quia nihil communicat sibi ipsi id, quod habet; ideo suppositum, quod cōmunicat, distinguitur à supposito, cui communicatur natura: An autem suppositalitas ibi producatur, an vero comproducatur, explicatur in prima parte. Et hæc opinio mihi placet; nam hinc conciliantur prima, & secunda opinio; nam argumenta primæ opinionis rectè probant de principio productiuo per communicationem naturæ non distingui à termino formali; argumenta autem secundæ opinionis rectè probant de principio productiuo rei non præexistētis, sed existentis de nouo. Sed hæc omnia ruditer hic dicta, exactius explicabuntur in materia de Trinitate, ne longius terminos philosophiæ egrediamur.

DVBITATIO TERTIA.

An materia, & forma debeant distingui à suis effectis.

De hac quæst. Doctores in 1. phy. vbi Iand. quæst. 10. Tian.q.11. Canon.quæst.1 Escul. lect.3.q.4. Tolet.quæst.8. Conimbr. cap.2.q.1. Mas.quæst.2.Murc.disp.2.q.4. Sot.q.3. Astud. q.6.Ferr.q.5.

Alij in 7.met. vbi Antonius Andr.Flandr.& Zerb.q.vlt.Iand.q.28.Niphus disp. vltim.Suar. disput.36.sec.3.Fons.lib.5.cap.2.sec.2.& lib.7. c.17.q.vn.

Scholastici in 3.dist.2.vbi Capr. Deza,Scot. Duran.& Aureol. Nos de hac quæst. diximus supra tractat.51. quæst.vltim.dubit.quarta, sed quia ex errore Typographi, vnum scriptum pro alio fuit impræssum, ne hæc quæstio tam celebris imperfecta appareat, placuit lectorem non fraudare, vt quæ maturius contemplati eramus, atque in eo scripto deerant, hac noua impræssione supplere.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

Compositum duplex distinguitur. 1

PRimo Notandum compositum, aliud esse per se, aliud esse per accidens: Compositum per accidens dupliciter dicitur; vno modo, quando nullam dicit vnionem partium, vt aceruus lapidum; alio vero modo quando dicit quidem vnionem partium, sed talis rationis, quæ non efficiunt vnam naturam; siue quia partes sunt diuersorum prædicamentorum; siue quia sunt naturæ integræ, quæ non possunt coire in vnam. Compositum vero per se dicitur, quod constat ex partibus constituentibus vnam naturam: & hoc item est duplex, aliud essentiale, quod constat ex partibus constituētibus essentiam; aliud integrale, quod constat ex partibus integrantibus, cuiusmodi sunt partes quantitatis, siue formales, siue virtuales, & partes intensionis, siue homogeneæ, siue ætherogeneæ; nunc quæstio non est de composito per accidens, quod excludit, vel includit vnionem, quia de hoc constat non distingui à partibus simul sumptis, cum non dicat vnam naturam, sed plures; neque de composito, seu toto integrali, quia secundum multas, huius partes non dicunt vnionē distinctam ab ipsis partibus, sed tantum dicit partes inter se proportionatas,& seipsis vnibiles, de qua re dicemus, cum de indiuisibilibus, sed præcipuè difficultas est de composito per se essentiali, an dicat vnā naturam realiter distinctam à partibus, non solum sigillatim sumptis; quia satis constat, com-

positum distingui à singulis, vt includens, & inclusum: sed à partibus simul sumptis: & quia totum essentiale est duplex, vnum metaphysicum, quod constat ex genere, & differentia; alterum physicum, cõstans ex materia, & forma; quæstio intelligitur, non de metaphysico, sed de physico; & inde consequenter patebit de toto integrali.

2 Secundo Notãdum, distinctionẽ à parte rei, aliam esse modalem, aliam realẽ sicut res à re, quæ dici pôt realis entitatiuè, sicut modalis dici pôt realis realitate modali; realis autem entitatiue tripliciter esse potest; primo secundũ totam entitatem extremorum, ita vt tota entitas vnius etremi; sit distincta ab entitate alterius, vt distinguitur Socrates à Platone, & dicitur adæquata: Secundo, per aliquid sui, eo quod vnum extremum includit aliquid realiter distinctum, non inclusum in altero extremo; vt homo distinguitur à corpore, quia includit animam distinctam à corpore; similiter distinguitur realiter ab anima, quia includit corpus distinctũ realiter ab anima; & dicitur distinctio, vt includens ab incluso, & inadæquata. Tertio, qñ aliquid est entitas per se vna, alterũ vero extremum dicit plura simul sumpta, & realiter distincta inter se, etiamsi hæc pertineat ad cõpositionem illius entitatis: & de hoc genere distinctionis intelligitur quæstio, an possit dari inter totum, & partes.

Distinctio duplex, realis, et modalis.

Tertio Not. partes posse tripliciter cõsiderari: primo, sigillatim; secundo, aggregatim: tertio, vnitè, seu vt stant sub vnione. Et quidem distingui realiter à partibus sigillatim, seu seorsim sumptis satis constat; sicut distingui modaliter à partibus aggregatim sumptis: quare difficultas est de partibus, vt vnitis.

Partes simul possunt varie.

3 Quarto Not. partes sub vnione posse considerari, vel vt sunt sub causalitate vnionis, vel vt stant sub vnione ab ipsis cãta; & qa partes cãntes vnionem sunt diuersi generis, ideo diuerso modo causant; nam partes essentiales causant per informationem actiuam, vel passiuam; partes vero integrales causant per mutuã cõmunicationẽ, de qua dicemus, cũ de natura cõtinui.

Quinto Not. formam, & materiã posse comparari, primo, respectu effectuum, quos mutuò hñt inter se; secũdo, respectu cõpositi, ꝙ vtraq; causat: si primo modo cõsiderentur, constat ex dictis supra de effectibus materiæ, & formæ, quomodo illæ cãę distinguantur à suis effectis.

Sexto Not. formã informando materiã, dare illi aliquẽ effectũ, qui sm aliquos dicitur actus primus; at vero Occh. in 2. q. 15. lit. X. putat, ipsam formã esse actũ primũ, à qua subiectũ denominatur habere actũ primũ; hæc aũt habitio non est aliud, nisi vnio. Verum fallitur, recedẽdo à cõi modo loquendi; quia forma dando se ipsam materiæ, dat illi actum primum, vt distinguitur ab actu secundo, qui est operatio.

4 Septimo Not. compositũ cãri à forma, & materia, atq; adeo dici effectũ formæ, & materiæ; negat tñ Occh. in 1. d. 32. q. 2. dici posse effectũ formalẽ formæ; sicut nihil dicitur effectus effectiuus efficientis; vnde infert, aliquid esse effectum formæ, & non effectum formalem: vnde ẽt repræhendit eos, qui dicunt, album esse effectũ formalẽ albedinis, vel animatũ effectũ formalẽ animæ. Sed frustra contendit de nomine contra cõem modũ loquẽdi; nã vsus iam obtinuit, vt dicatur effectus formalis, non aũt effectualis, vel effectiuus. Hic ẽt falsò docet in 1. d. 17. q. 1. lit. R. albedinem nullũ effectũ habere, nec formalem, nec non formalẽ, nisi cuius est cã efficiens, vel cuius est pars: nã sicut materia, & forma sunt cãæ intrinsece ipsius compositi; ita cõpositum est effectus cuiuslibet partis essentialis; præter .n. hunc effectũ est alius effectus, qui datur materiæ prior natura, quam sit compositũ. quare tota quæstio est, quomodo materia, & forma distinguantur à composito.

Octauo Not. ex Zerb. loc. cit. diff. 1. tertiam entitatẽ poni esse effectum totalem, tam materiæ, quã oĩum formarum, quæ concurrunt ad cãndum adæquatè compositũ; quare humanitas non est effectus solius animæ rõnalis, sed ẽt materiæ primæ, & aliarũ formarũ partialium: qui effectus alqñ denominatur cõpositũ, vt distinguitur contra materiam, & formam; aliquãdo humanitas, vt distinguitur contra animã, & corpus; aliquando totum, vt distinguitur cõtra partes; aliqñ principiatum, vt distinguitur cõtra principia sua constituentia: & cõcedit Zerbius, formam hanc esse nobiliorem anima rationali; quia licet sit maxime dependẽs, & corruptibilis, tamen hinc non fit esse imperfectiorem, sicut substantia qualibet est perfectior luce Solis, licet lux Solis sit perpetua; & forma substantialis est perfectior materia, licet sit corruptibilis, & dependeat à materia.

ART. II. Explicatur opinio ponentium tertiam entitatem distinctam realiter à partibus.

5 Prima opinio est dicentiũ in composito ex partibus physicis præter entitatẽ materiæ, & formæ, & vnionẽ (quę nõ est entitas, sed modus entitatis, dari tertiam entitatem, q̃ essentialiter causatur à partibus; vnde ab illis pẽdet cãtiuè, non autem integraliter, & constitutiuè; inter quam, & suas partes est iam necessaria connexio, vt non possit dari tertia entitas sine partibus vnitis, neque partes vnitę sine tertia entitate, siuę quia, vt docet Fons. hæc tertia entitas est effectus formalis formæ, at implicat formã informare, & non dare effectum formalẽ, vel dari effectum formalem sine forma; siue quia habent essentialem connexionem, qualis est inter relationẽ, & terminũ, quæ licet sint distincta realiter, tñ sunt inseparabilia, siue pp depẽdentiam, siue propter concomitantiã essentialem; nã sicut non pôt intelligi poni fundamẽtum proximũ, & terminũ sine aliqua relatione; ita nõ possunt intelligi materia, & forma vnitæ sine tertia entitate. ita Philos. in 1. ph. vbi Burl. in tex. 27. Tatar. hic q. 2. Can. q. 5. Her. qd. 2. q. 14.

Opinio dans tertiam entitatem explicatur.

Alij in 7. met. vbi Ant. And. Sõc. & Iau. q. vlt. Zim. theor. 75. Scot. 8. met. q. 4. Auic. lib. 3. suæ met. c. 4. Scol in 3. vbi Sco. d. 2. q. 2. a. 1. Mayr. q. 10. Cap. d. 2. q. 1. a. 2. cõc. 2. & a. 3. Licch. d. 2. q. 2.

Fauet

Fauet D.Th.d.2.q.1.a.3.q̄st.3.& 4.d.16.q.1.a.1.q̄st.3.Bassol.2.d.12. Henr.quodl.2.q.14.a.3. Ferr.4.cont.gen.c.81.Caiet.3.p. qu.6.a.5. ad 1. Dur.Arg.d.15.q.vn.a 2. Io.de Neap.quodl.2. quæst. 7.

6 Hi tamen inter se diuisi sunt. Primo,nā aliqui concedunt totum essentiale distingui realiter à suis pertibus vnitis, sed negant de toto integrali.Ita communiter Scotistæ apud Fabr. c.3.Theor.21.& videtur Fonsecæ 7.met.c.17. sec.vn.q.1.qui probat ex eo,quia,vel totum est similare, & cum hoc nō habeat partes actu distinctas ante designationem, non potest distingui ab actu ab illis,quæ nō dum sunt actu plura: si vero sit dissimilare,non est simpliciter vnum,sed plura; sicut neque compositū ex partibus discontinuis est vnum, nam ex illis partibus non resultat aliqua vna entitas,vt per suam realitatē possit à partibus distingui. Ex quibus infert,idem dicendum de toto intensiuo. Addit deinde,& nescio, an satis consequenter,totum ex partibus discontinuis, vel dissimilaribus, addere aliquid distinctioni partium; quo secundum quid dicantur vnum; ratione cuius additi,multa tribuuntur toti, quæ non conueniunt partibus simul sumptis, vt quod partes componant,& totum sit compositum.

Diuisi sunt Authores ponentes tertiā entitatem.

Confirm.alij ex Scoto in 3.d.2.q.2.quia sola materia est potentia per se, & forma actus per se;atq; adeo proprium est ipsorum constituere vnum totum per se: quod Capr.in 3.distinc.5. ostēdit ex eo,quod solum totum essentiale,seu naturale constat ex partibus,quæ sunt essentialiter partes, in cœteris vero totis extrema non sunt essentialiter partes, vt patet in composito substantiali ex essentia, & subsistentia; & integrali ex partibus quantitatiuis; & accidentali ex substantia,& accidenti.

Alij vero intelligunt non solum de toto essentiali;sed ēt integrali,ex quibus alij id cōcedunt,tam de toto integrali homogeneo, quam ætherogeneo,in quā videtur inclinare Scot. in 3.d.22.q.1. dū ait, quinarium numerū nō esse suas vnitates,sed totū, q̄ resultat ex illis; aliter numerus esset vnum quid,sicut aceruus lapidū. At vero alij concedunt de toto ætherogeneo, non aūt homogeneo,vt Io.de Neap.disp.2.q.3 Nig.in prædicab.q.35.Zim.loc.cit.Ferr.1.phy. q.5.& 4.cont.gen.c.81.

7

Secundo differunt,quod alij volūt; materiā, formā,& vnionem remanere in cōposito, & vt sic distingui à tertia entitate illis superaddita. Ita Nig. loc. cit. & alij; negant tñ tertiam entitatem,licet sit composita ex materia,& forma, non tñ componere cū materia,& forma; quia non quodlibet,quod vnitur alteri, cōponit cū illo;nam Verbū vnitur humanitati,& tñ non cōponit cū humanitate;quia cōponere est proprietas entitatis,quæ habet rōnem actus,& potentiæ; at neq; verbum dicit talem ordinē ad humanitatē,neq; tertia entitas ad partes, quia perfectius non ordinatur ad imperfectius. Ita colligitur ex Capr. apud Sonc. in 3. d.2.q.vn. & Scot.in 3.loc. cit. Verū hi disputant de nomine,& sine fundamento;nam omnis vnio dicit aliquam cōpositionē; facit enim vnū,non simplex,ergo compositum. Verum alij,materiam, formam,& vnionem secundū se nō manere,sed transire in tertiam entitatem;quare tertia entitas compositi distinguitur realiter à materia,& forma,vt sunt in illo priori,antequam transirēt in tertiam entitatem per generationem; at post quā transeunt in tertiā entitatem, non manent amplius in sua natura; & ita totū nō distinguitur à partibus sic transactis in tertiā entitatē, quia distingueretur à seipso.Hinc Faber c.4.ad 9.asserit,totū non posse considerari sine partibus vnitis,& transactis in tertiam entitatē,quia iam sunt facta entitas totius,& sunt veluti partes integrantes illius, sed potest quidem intelligi entitas totius absque entitate suarū partiū præcisè, sicut entitas totius est distincta ab entitate partium simul sumptarum, vt præcisè sic intelliguntur.

Tertio differunt in explicāda forma totius, seu tertiæ entitatis; nā alij ponunt in cōposito duas formas,vnā partis, q̄ informat materiam; aliā totius, quæ informat totū, quia cū entitas totius distinguatur à partibus, debet dari respectu illius entitatis,vt distinguitur à partibus aliqua forma,quæ illā constituat in esse totius; at hæc nō pōt esse forma partis,quia hæc supponit solum materiā; at forma totius supponit materiam,& formā,ergo debet dari alia forma. 8

At vero alij negant dari aliam formā superadditam formam partis,quæ compleat; & constituat totum; tum quia sequeretur in homine dari aliam formam perfectiorem anima rationali;tum quia materia, & forma vnitæ non sūt partes perfectibiles à tertio actu; sed materia est perfectibilis à proprio actu,qui est forma partialis,& hæc est ratio præcisa,quare faciunt vnum per se; vnde cum Auctores loquuntur de forma totius,non intelligunt de forma,quæ informando constituat totū, sed de ipsa natura,vt est quidditas,quæ dicitur forma,respectu compositi, quatenus per illam compositum est ens quidditatiuè. Neque ex hoc dicetur compositū cāri ab ipsa quidditate simul cum materia,& forma partiali; sed dicitur forma, vt abstractū respectu concreti.Alij deniq;volunt, hanc tertiā entitatē nō esse ens simpliciter, sed habens conditionē modi p̄p inseparabilitatem eius à partibus vnitis: & hanc dicunt esse formaliter,& in recto simplicem; connotatiuè vero,& in obliquo cōpositā,& materialē,.l.oriatur ex vna parte spirituali;q̄a cū materialitas sit impfectio, satis est,vt vna eius cā sit materialis.

Quarto differunt in explicanda connexione inter partes vnitas,& hāc tertiā entitatē; nā alij putant esse inter illa mutuā inseparabilitatē, vt dictū est supra;alij vero negāt mutuā inseparabilitatē, quia licet tertia entitas non possit esse etiam per potentiā Dei sine materia, & forma vnitis propter essentialem dependentiā, vt supra; tamen materia,& forma,ēt vnitæ possunt esse sine illa tertia entitate propter prioritatem essentialem,& distinctionem realem: & si ab illis quæratur,quid sit illud vnitum ex materia, & forma, respondent, non esse aliquod vnum 9

resultans ex illis, sed habebit vnitatem, quam habet intelligentia cum Orbe.

Quinto differunt in explicanda distinctione materiæ,& formæ à tertia entitate; nam aliqui putant, materiam,& formam distingui formaliter ab illa tertia entitate,ita vt materia, & forma faciant vnam formalitatem,& totum faciat aliam formalitatem; quia in diuisione formali membra debent esse formaliter distincta; sed diuisio substantiæ in materiam,formam, & cópositum est formalis; ergo.

10 Confirm.quia,quæ habent passiones diuersas, formaliter distinguuntur; sed hæc habent diuersas passiones; nam passiones per se materiæ,& formæ sunt simplicitas, alteri compossibilitas, & potentia principiãdi; at passiones cópositi sunt resolubilitas, & cœt.

Confirm. 2. quia,quod distinguitur realiter ab aliquibus, non potest esse inclusiuum formalitatũ illorum, cum esse distinctum sit esse præcisum.

Confi 3. quia si includeret materiam,& formam in eius quidditate, secundum se dependeret ab illis,quæ in sua quidditate,includuntur quidditatiuè,atque adeo materia, & forma dependeret à seipsis. Quare secundum hos est dicendum,materiam, & formam esse de essentia tertiæ entitatis causaliter causalitate intrinseca,non tamen integraliter, & constitutiuè; quia cum tertia entitas,vltimate,& præcisè sumpta addat perfectionem materiæ,& formæ,non potest illa perfectio constitui, & integrari ex materia, & forma; quia idem adderetur sibi ipsi.

11 Alij negant sic distingui, ita vt totum faciat per se vnam præcisam formalitatem; quia materia,& forma sunt de quidditate tertiæ entitatis. Quia dicuntur de composito in primo modo dicendi per se.

Confirm. quia tertia entitas secundum suam formalitatem resoluitur in materiam, & formam.

Confir.2. tertia entitas non potest præscindi, quin includat,quæ sunt de eius essentia; at materia,& forma sunt de essentia tertiæ entitatis; quia ab illis dependet,vt causantibus, non quidem extrinsecè, vt causat efficiens, sed vt causis intrinsecis constituentibus essentiam cópositi: vnde Zerbius addit ad quintam difficultatem materiam, & formam esse causas extrinsecas quidditatiuè,non tamẽ constitutiuè. Hãc tamen distinctionem dicunt esse non mutuam, quia materia,& forma sunt separabiles à tertia entitate,non tamen contra.

Sexto differunt in explicanda ratione,per q̃ totum differret à partibus: Nam aliqui dicunt differre à partibus per aliquid sui, & non se toto;nam totum includit partes, quibus constituitur,& præterea addit,non solum vnioné, sed quoddam esse resultãs ex vnione, materia, & forma.

12 Alij vero dicunt,totum non differre à partibus per aliquid, ipsius totius, & non sit ipsum totum: nam illud,vel esset pars totius; & non, quia totum non differret ab omnibus partibus vel vnio,& neque,quia id,per quod essentialiter totum distinguitur à partibus includitur essentialiter in toto: at vnio non sic includitur; cum vnio sit priuatio diuisionis,vel respectus; totum autem sit quid positiuum,&absolutum. Vel tertio est passio; & neque; quia sicut passio non est constitutiuum rei,sed supponit cóstitutum; ita neque potest esse distinctiuum, sed supponit distinctum per aliquod prius. Ex quo dicunt, totum differre à partibus seipso. Hoc autem dupliciter,asserunt,intelligi posse; Primo,quod vnum nec sit alterum, nec aliquid alterius, nec aliquid vnius potest esse aliquid alterius, vt duo Angeli distinguuntur realiter inter se;& hac ratione totum non distinguitur à partibus;quia partes sunt aliquid illius. Secundo,dicitur aliquid differre ab alio seipso, idest quatenus ex entitate sua formali vnum non est aliud,& contra; & hac ratione totum differt à partibus; vt v.g. homo ex entitate sua formali habet,quod non sit materia,& forma, sed aliquid ex illis constans;& contra,materia,& forma ex sua entitate formali habent,quod non sint homo,sed illa,ex quibus homo cóponitur.

ART. III. Afferuntur argumenta,quibus ostenditur probabilitas opinionis ponentis distinctionem realem inter totum, & partes.

PRimo,ex auctor.Arist.in 1.phy.17.vbi probat hoc argumento,si partes identificarentur cum toto,ergo inter se. 13

Probatur tertia entitas ex Aristotele.

Confir.ex 4.phy.tex.23.vbi partes, ait, esse in toto;at nihil est in seipso.

Conf.2.ex 5.met.tex.19.sex non esse bis tria sed semel sex.

Conf.3.ex 7.met.59.vbi probat mixtum distingui à suis partibus;sicut,inquit. Ba, non est B.& A. sed Ba.

Conf.4.ex 8.met.tex.15.totum,inquit,non partium coaceruationem, vt aceruus, sed esse aliquid præter partes.

Conf.5.2.de an. tex.2. vbi diuidit substantiã in corpus,animam, & compositum. ex 8. met. t.6. *qui vero,ait, hæc ambo (idest materiam, & actum)componunt,tertiam, & quę ex his est substantiam*,& infra: *manifestũ ex dictis, quæ nam sensibilis substantia,& quomodo sit, etenim hæc quidem,vt materia; hæc autem, vt forma; quoniam actus: tertia vero ex his.* Ex quibus locis Zim.theor.75.ait,indubitanter teneo totum essentiale secundum Arist.& Commentatorem dicere tertiam entitatem distinctã à partibus.

Secundo probãt,quia causa realis debet distingui realiter ab effectu;quia idem non potest causare seipsum,neq; partialiter,neq;totaliter, sed partes ẽt simul vnitæ causant totum; ergo. Minor probatur, quia cópositum non cãtur à partibus,vt sunt separatæ,sed vt stãt sub vnione; quia sine vnione non habent rónem causę. ex quo patet non satisfacere huic argumento, qui dicunt totum causari à singulis partibus seorsim sumptis,atq; adeo distingui à singulis; quia 14

Probatur ratione.

quia licet singulæ concurrant ad causandum totum;tamen concurrunt simul sumptæ;tum quia vna sine alia non causat ; Tum quia singulæ sigillatim non causarent totum adæquatè,sed inadæquatè, quia causalitatem haberet circa aliam compartem, at pars non est totum adæquatè, sed inadæquatè. Neque dicas causare totum, quatenus causant vnionem, à qua vtraque pars distinguitur ; quia vtraque pars causat quatenus ambæ sunt vnitæ, atque adeo vnio non se tenet ex parte effectus,sed ex parte causarum.

15 Confirm.quia ea, de quibus verificantur cōtradictoria,sunt distincta à parte rei ; quia idē, vt idem non potest continere duo contradictoria : sed partes vnitæ, & compositum fundant contradictoria prædicata ; quia de partibus dicitur,quod componant, & non componantur ; sint simplices,& non compositæ ; sint plures, & non vna ; at contra de composito, de quo dicitur,quod componitur, & non cōponit;& quod est compositum,& non simplex; vnum,& non plura: partes sunt priores; totum vero posterius.

3. Probar. ex vnitate totius;nam cum vnitas sequatur entitatem,vbi sunt diuersæ vnitates, ibi sunt diuersæ entitates : sed in composito,& partibus vnitis sunt diuersæ vnitates:ergo. Minor probatur ; quia vnitates materiæ,& formæ sunt simplices,& sunt plures; at vnitas compositi est composita,& vna ; propria autem passio requirit proprium subiectum. quo multiplicata multiplicatur. ita Io.Canonic. Neque dicas, partes seorsim sumptas habere proprias vnitates simplices; tamen cum vniuntur,habēt vnitatem compositam : Nam siue seorsim sumantur,siue vnitæ, semper retinent suas vnitates ; tum quia quæcunque ex suis rationibus formalibus sunt diuersa, semper remanent, in quocunque sint,distincta vt prius, ipsis remanentibus ; totum enim physicum, quod verè est vnius naturæ substantialis, neque significat partium coniunctionem,neque illas,vt coniunctas, sed naturam per se vnam ex earum coniunctione resultantem. Tum quia dum materia vnitur formæ, entitas materiæ non fit eadē cū entitate formę,sed manet distincta,vt prius; ergo,vt detur vnitas per se cōpositi,debet poni tertia entitas.

Confirm. quidquid est terminus per se pri-
16 mus generationis, est entitas absoluta distincta ab omni alio,quod non est terminus per se primus generationis;sed 7.met.tex.26. & 27. entitas composita, & non partes ponuntur terminus per se generationis : *Manifestum*, inquit,*igitur est,quod neque species fit, aut quodcunque nominare oportet formam,quæ in sensibili est,nec est eius generatio, nec est hæc ipsum quid erat esse*. & infra. *Manifestum igitur ex dictis est, quod illud quidem, quod vt forma,aut substantia dicitur non fit:copulatio vero, quæ secundum hanc dicitur fit*. Neque dicas,formam esse terminum(quo) generationis, ratione cuius dicitur totum per se primò generari;nam cum in homine, neque materia, neque forma terminat generationem ; aliqua substantia terminabit generationem ab vtraq; parte distincta. Et hoc idem argumentum in via corruptionis, quæ terminatur ad aliquam substantiam,quæ desinit esse ; at dum corrumpitur homo,neque materia,neque forma desinit esse,sed tantum vnio: At vnio, vel est relatio,vel purus modus essendi ; terminus autem generationis, vel corruptionis est substantia. Neque obstat, quod homo non dicatur generare hominem, nisi quatenus disponit materiā, per quam coniungit illam formæ humanæ; nā licet homo non habeat aliam actionem, quam dispositiuam,tamen terminus huius generationis totalis non est,nisi ipse homo, qui resultat ex coniunctione materiæ, & formæ.

Confirm.2.quia alias vnum per accidens, vt homo albus,non differret ab vno per se,contra Arist.8.met.cap.6.nam vtrumque diceret plures entitates coniunctas.

Confir.3.ex Heru. quia non esset discrimen inter totum vniuersale, & totum integrale, & totum essentiale;nam vnumquodque totū non est,nisi suæ partes.

Confirm.4.quia alioqui non posset dari aliquod subiectum vnum propriæ passionis,& operationis; cum neque materia, neq;forma sint per se principium operationis ; sed totum cōpositum: vnde Arist.1.ethic.cap.7.putat debere dari operationem toti propriam,distinctam ab operatione partium ; ergo debet dari entitas distincta ab entitate partium; quia operatio sequitur entitatem.

Confir.5. quia relatio requirit extrema realiter distincta,sed inter totum, & partes datur relatio, quia totum dicitur maius sua parte.

ART. IV. Referuntur opiniones,quibus ostenditur compositum non distingui realiter à partibus.

Secunda opinio est negantium, compositum distingui realiter à suis partibus vnitis. ita 17 *Opinio negās tertiā entitatem.*
Auerr.1.phy.17.& ibidem Ægid. Georg.Simplic.Them.Philop. & apud Simplicium Eud. & Alexand.sequitur D.Thom.5.met.tex.31.& Clarius 4.cont.gen.cap.81.ad 2.vbi ait,humanitatem non esse quid consurgens ex coniunctione formæ cum materia,quasi realiter sit alia ab vtraque, quia cum per formam materia fiat hoc aliquid, vt dicitur 2. de anim.cap.1. illa tertia entitas non esset substantialis,sed accidētalis: & 1.par.quæst.11.a.2.ad 2.vbi ait tale totum,idest ætherogeneum est multitudo,Sot.1.physic.quæst.2.Tol.quæst.8.Thien. quæst.11. Sax.quæst.8 Mass. quæst. 2. Murc.quæst.4. ex Vall.1.phy.contr.4.Mars.3.phy.q.9.Niphus 7.met.disp.19.Achil.1.de elem.quæst.24. Suarez loc. cit.

Ex Scholast.illam docent Durand.in 3. d.2. quæst.2.Palud.d.1.quæst.1.Arim. in 1. dist.24. quæst.1.a.1. Tribuitur Boetio libro de Trinit. cap.3.& Platoni in Parmenid. dialog. de vno, qui omnes conueniunt in neganda tertia entitate, quæ sit perfectio aliqua distincta realiter

à materia, forma, & earum vnione; sed solum putant compositum distingui ratione à partibus, vt vnitis, eo quod partes concipiantur per modum plurium inter se vnitarum; totum vero concipiatur, vt vnum includens materiam, formam, & vnionem,

19 Fundamentum est; quia præter entitatē materiæ, formæ, & vnionem, nihil potest concipi, quod pertineat ad essentiam compositi; nam concipitur perfectè totum compositum cóceptis partibus vnitis; neq; enim causatur compositum à partibus vt vnitis, sed à partibus vt causantibus vnionem mutuam, quę vt est in fieri, est causalitas respectu compositi; vt vero est in facto esse, se habet ad modum formæ respectu totius.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam quidam negant totum vllo modo distingui à parte rei neq; modaliter, nec realiter, ab entitate partiū; quod putent, vnionem non ponere aliquid reale supra entitatem partium, sed partes se ipsis vniri. Ita Nominales.

Alij vero, qui putant vnionē addere aliquid supra entitatē partium, dicunt totum distingui ab entitatē vtriusq; partis à parte rei; quia includit vnionem, quæ distinguitur ab entitate partium: hanc tamen distinctionem negant esse realē realitate entitatiua, sed realitate modali, & ex his alij volunt, totum à partibus vnitis nec distingui à parte rei, nec per intellectum, Ita Hurt, disp. 6. phy. sec. 1. Alij vero cócedunt nó distingui à parte rei, distingui tamē ratione. Ita communis opinio, quia vario modo concipitur compositum vt cōstitutum à partibus, ac partes vnitæ vt constituentes totum.

Secundo Differunt, nam aliqui vniuersaliter negant, totum siue essentiale, siue integrale distingui à partibus: vt communiter Thomistæ, & Nominales apud Tataretum.

20 Alij vero negant de toto integrali, sed affirmant de essentiali. Alij vero contra, negant de essentiali, affirmant de integrali.

Alij probabilē vtramq; opinionem putāt

Tertia Opinio est dicentium, vtrâque opinionem esse probabilem. Ita Perr. loc. cit. Soncin. 7. met. q. 12. Conimb. a. 3. tribuitur Fons. 5 met. c. 2. q. 2. sec. 2. 7. met. c. 17. q. vnic. qui illā tribuit D. Tho. in 3. d. 2. q. 1. a. 3. & 3. p. q. 6. a. 5. ad. 3. & Auer. 7. met. com. vlt. & 5. met. com. 6. & 3. de. an. cō. 5.

Fundamentū, quia vtraque opinio habet rationes probabiles, quæ non sunt adeo euidentes, vt nequeant solui; nam qui tenent totū distingui realiter à partibus, fundari debent in distinctione, quæ oritur ex formali ratione totius, & formali ratione partium, totum enim, vt totum, dicit perfectionem completam incapacē vlterioris perfectionis in ratione essentiæ, nisi accidentalis; & in hac perfectione fundatur vnitas per se: at vero partes non solum secundum se, & præcisa vnione, sed etiam vt se respiciunt per mutuam vnionem, dicunt perfectiones incompletas, & inter se mutuo complebiles: vnde dicuntur vnitæ, sed non vnum, nam cum fundent plures vnitates, repugnat illis esse vnum ens, licet constituant vnum ens,

A & hinc oritur, vt materia, & forma vnitæ cóstituant, & causent ipsum totum, non tamen sunt formaliter, & identicè ipsum totum, atq; adeo totum includit partes cōstitutiuè, & causatiuè, non tamen identicè; sed distinguuntur vt causa, & causatum. Et hinc patet, quid sit illa tertia entitas: non enim cócipi debet vt aliquid nó includens partes, cum constituatur ex illis, sed concipi debet vt perfectio intrinsecè causata à partibus constituentibus illā p vnionem, & hanc perfectionem significat Athanasius apud D. Thom. 3. p. q. 50 a. 3. *Maledictus, inquit, qui totum hominem, quem assumpsit Dei filius, denuo assumptum, vel liberatum tertia die à mortuis resurrexisse non confitetur*, vbi D. Thom. notat, non dici totum hominem denuo assumptum, quasi Verbum Dei

B partes humanæ naturæ deposuerit per mortē, sed quod iterata totalitate naturæ assumptæ sit in resurrectione reintegrata per iteratam vnionem animæ, & corporis.

At vero, qui negant totum dicere tertiam entitatem, distinctam à partibus vnitis, dicere debent, quod sicut compositio non est aliud, quam vnio partium, vt alibi ostendimus; quia compositio est simul positio, seu coniunctio plurium rerum constituentium vnum tertium, ita compositum non est, nisi partes ipsæ, quæ compositione afficiuntur; compositum enim formaliter, significat compositionem, & partes

C componentes, quæ denominantur compositæ à cōpositione, sicut denominantur vnitę ab vnione. Ex quo patet, compositum præter partes, & compositionem nihil aliud dicere; nam pro formali dicit compositionē; pro materiali vero partes, quæ compositionem recipiunt; sicut vnitum nihil addit supra vnionem, vt partes vnitas; quia partes denominantur vnitæ ex eo, quod recipiant, & terminant vnionem: & ratione huius vnionis, seu compositionis habet, vt compositum dicatur terminus generationis, & habere totalitatem, & vnitatem. Et ex his soluuntur argumenta vtriusque opinionis. Verum, quia probabilius est, compositum non di-

D stingui à partibus, sequenti articulo hic explicabitur,

21

ART. V. Opinio Auctoris.

22 Prima Concl. totum distinguitur ex natura rei à qualibet parte per se sumpta, nó quidem adæquatè, sed inadæquatè; quia non distinguitur ab illa per totam suam entitatem, sed tantum per aliam partem inclusam, quæ distinguitur ab alia comparte; quia totum non potest concipi, nisi vt includēs omnes partes componentes ipsum.

Confirm. quia alia distinctio esset potius à

E parte, tanquam duarum entitatum omnino cōtradistinctarum; at hoc non, quia vel distinguitur, vt simplex à simplici, & sic totum nó esset ens compositum: vel vt compositum à simplici, & quæro ex quibus partibus componitur talis substantia? certè non ex alijs, quam ex sigillatim sumptis.

Confir.

Confirm. 2. ex 2. phyſic.cap.1. tex.17. vbi probat totum non eſſe idem cum vna parte; nam eadem ratione eſſet idem realiter cũ alia, atque adeo partes eſſent realiter inter ſe; nam quæ ſunt adæquatè idem cum tertio, ſunt idẽ inter ſe eo modo, quo ſunt idem in tertio.

Confirm. 3. ex 7. met.tex.50. vbi compoſitum mixtum ait diſtingui ab elementis; quia præter elementa, quæ ſunt partes materiales, includit formam,per quam diſtinguitur ab elementis: quare male auctores vtuntur his textibus ad probandam tertiam entitatem diſtinctã à partibus, cum potius hinc ſequitur oppoſitum.

23 *Partes collectiuè ſumptæ, vt præſcindunt ab vnione diſtinguũtur à toto.*

Secunda Concluſ. partes collectiuè ſumptæ ſecundum ſe, ideſt vt præſcindunt ab vnione, diſtinguuntur à toto ex natura rei, ita Recentiores cum Suar. Murc. & alijs.

Primo probatur ex 7. met. in fin. vbi Syllabam. Ba. ait diſtingui ab ipſis elementis A.& B. ex quibus componitur; quia manentibus ſeparatim elementis B. & A. non manet ſyllaba Ba. ideſt vnio.

Confirm. ex 8. met.tex.15. vbi docet,in ijs, quæ habent plures partes,& totũ non eſt quaſi coacervatio,ipſum totũ eſt aliquid præter partes, quia.ſ. dicit vnionem, quam non dicunt partes.

Confirm.2.ex diuiſione ſubſtantiæ tradita 12.met.c.3.& 2.de anim.c.1.in materſam,formam,& compoſitum, ideſt habens vnionem partium, vnde D.Thom.opuſc.de natura generis dixit,ex duabus eſſentijs ſimplicibus cõiunctis reſultat ſemper eſſentia compoſiti,quæ eſt altera ab vtraque, & hanc neceſſe eſt eſſe corpus,ſi vna illarum de altera educatur: ibiq; negat diſtinctionem realem totius à partibus eo modo, quo res naturæ differt ab alia re naturæ;ſed quia aliquid includit totum,quod nõ includit partes (ideſt vnionem). & in 4. d. 44. fatetur,formam totius, & partis differre realiter ſicut partem,& totũ; non autem ſicut duas formas omnino diuerſas.

24 Secundo probatur,quia vbi eſt ſeparabilitas, ibi eſt diſtinctio: ſed partes collectiuè ſumptæ poſſunt exiſtere ſine exiſtentia totius, vt patet ex corruptione hominis.

Confirm. nam quæ fiunt per diuerſas actiones,ſunt diuerſa ex 4.met.cap.2.vbi ens, & vnum probat eſſe idem, quia non ſeparantur in generatione,& corruptione;& ſimiliter 2.top. loc.cit.cap.3.ſed entitas partium,& totius fiũt per diuerſas actiones,vt patet in homine,cuius partes fiunt per creationẽ, homo vero per generationem.

Confirm.2. à priori; quia totum includit vnionem partium, à qua partes ſecundum ſe pſcindunt; vnio autem diſtinguitur à partibus,vt alibi.

Dices, vnio non eſt de eſſentia compoſiti; quia vnio eſt quid relatiuum,compoſitum vero dicit entitatem abſolutam:Tum quia ſolus reſpectus non ſufficeret ad vnitatem per ſe compoſiti; nam in vno per accidens eſt per ſe reſpectus,& eſſentialis partis ad partem,vt patet ex dependentia accidentis à ſubiecto; & quia ex relatione, & abſoluto non fit vnum per ſe, ex 6.met. Tum quia quidditates,vt includunt materiam,& formam,& vt definibiles,non cõueniũt ſub genere relationis,ſed ſubſtantiæ; at ſi conſtituerentur per vnionem, eſſent ſub genere reſpectiuo: Tum quia nec generatio eſt ad relationem,vt terminum ad quem; neque corruptio ab illa,vt termino,à quo: Tum denique, quia propria paſſio, & operatio non poteſt conſequi entitatem,vt reſpectiuam.

Reſp. compoſitum poſſe accipi dupliciter; Primo,in actu ſignato: & ita eius forma eſt cõpoſitio, ſeu vnio,ſicut albedo eſt forma albi; qa vt album denominatur ab albedine, ita compoſitum à compoſitione;compoſitio autem eſt vnio quædam. 25

Confirm.quia ſi vnio non eſſet de eſſentia, eſſet extra eius eſſentiam; at hoc implicat;tum quia non poteſt cõcipi compoſitum ſine vnione partium; tum quia non apparet quid eſſet compoſitum abſtrahendo ab vnione partium; quia ſine mutua communicatione partium nõ eſſet compoſitum,communicatio autem illa eſt vnio,de qua re alibi fuſius. Secundo,poteſt accipi compoſitum in actu exercito, vt leo, homo, lignum; & ita includit quidem vnionem eſſentialiter,non tamen tanquam formam, ſed tanquam,vel cauſalitatem formę,vel conditionem, per quam forma ſeipſam cõmunicat cõpoſito;nam forma illius eſt illa, quæ informat materiam,& inde patet,ſubſtantiam compoſiti eſſe ens abſolutum, & non poni ſub genere relationis; tum quia conſtituitur ſub genere per formam,quæ vnitur materiæ; tum quia etſi vnio includatur,illa non eſt relatio prædicamentalis,ſed tranſcendentalis, quæ inter materiam, & formam eſt ſubſtantialis,& proportionata ad conſtituendum vnum per ſe; quia eſt nexus potentiæ,& actus per ſe. An autem vera ſit opinio Vaſquij in 3.p.diſp.19.num 26.dicentis, ex forma ſubſtantiali deriuari in materiã quoddam eſſe ſubſtantiale,diſtinctum,& à forma,& à modo,per quem forma eſt in materia: dictũ eſt ſupra,& ex his facilè ſoluitur argumentum propoſitum.

Dices 2. eſt aliquod totum conſtans ex partibus,quæ vniuntur ſeipſis, & non per vnionẽ diſtinctam; ergo non omne totum diſtinguitur ex natura rei à partibus ſecundum ſe ſumptis. Antecedens patet; quia quando partes diſtinguuntur realiter vniuntur media vnione diſtincta;quando vero ſunt diſtinctæ tantum modaliter,vel formaliter vniuntur ſeipſis; vt ſimilitudo cum fundamento,figura cum quantitate, & cæt. 26

Reſp.aliqui, illam,formam, quæ ſeipſa vnitur habere duplicem rationẽ formalem à parte rei diſtinctam;vnam,qua conſtituitur in tali ſpecie entis;alteram, perquam vnitur ſubiecto; ſed diſtinguuntur huiuſmodi formæ ab alijs: quia hæ habent modum vnionis inſeparabiliter: vnde exiſtere non poſſunt ſine vnione cũ ſubiecto; cœteræ vero formæ habent ſeparabiliter,& ideo exiſtere poſſunt ſine ſubiecto;

ſed

sed hoc examinare non est huius loci; quare respondeo, conclusionem intelligi de toto cōstante ex partibus, quæ vniuntur per vnionem distinctam.

27 *Partes conspirantes ad vnionem distinguuntur à toto.*

Tertia Conclus. partes non solum collectiuè sumptæ, sed etiam vt conspirant ad vnionem distinguuntur à parte rei. à toto. Probant aliqui, quia ens distinguitur à non ente, nam contradictoria non possunt verificari de eodem: sed partes conspirantes ad vnionem, vt sic existunt; quia sunt causæ illius; totum autem non existit, atque adeo est non ens; ergo. Sed hæc ratio non placet alijs; quia licet partes, vt causant vnionem, existant prius natura, quam totum; tamen existunt simul duratione, atq; adeo totum est ens in eodem instanti, in quo partes sunt entia.

Secundo alij probant, quia materia, & forma vt conspirant ad vnionem, sunt causa compositi, quia causando vnionem, causant compositum; at causa distinguitur ab effectu, quia causa est prior natura, & independens; effectus autem, posterior natura, & dependens; at idem non potest esse prius, & posterius, dependens, & independens respectu eiusdem.

28 *Totum non distinguitur realitate entitatis à partibus vnitis.*

Quarta Concl. Totū non distinguitur realiter realitate entitatis à partibus simul vnitis; quasi addat partibus vnitis tertiam aliquā entitatem.

Probant aliqui primo: quando sunt duæ entitates absolutæ realiter distinctæ, quarum vna est prior alia, potest prior separari à posteriori; qa est independens naturaliter prius à posteriori; ergo poterit Deus efficere, vt partes sint simul per informationē, & non sit totum. Scio Scotistas cum Scoto 1. d. 1. q. 4. Respondere, totum non posse existere sine partibus, quia pendet essentialiter ab illis; partes vero p modum informantis, & informati, non posse existere, quin resultet totum; quia licet nō dependeant à toto, tamen essentialiter includuntur in toto: & alij negant illud esse prius tertia entitate, sed non probant, vnde oriatur tanta necessitas resultantiæ tertiæ entitatis, vt Deus cōcurrendo ad informationem, necessitetur absolutè concurrere ad tertiam entitatem distinctam realiter à priori effectu. Respondent 2. alij, Deum nō posse separare omnia entia absoluta, quādo vnū essentialiter dependet ab alio: nam licet posset separare accidens à subiecto, à quo essentialiter pendet, tamen id est, qa Deus potest supplere causalitatem extrinsecam, quā habet subiectū respectu accidentis: at vero hęc causalitas materiæ, & formæ respectu compositi est intrinseca, quam Deus non potest supplere; posita autem causalitate; necessario ponitur effectus, quia causalitas cū effectu habet essentialiter actualem connexionem.

29 Sed Cōtra, quia hinc sequitur præter terminum intrinsecū vnitionis, seu informationis, nō dari tertiam entitatem; quia causalitas est inseparabilis à suo termino intrinseco, non autem ab extrinseco: at terminus intrinsecus informationis, seu vnitionis est ipsa vnio, seu informatio in facto esse, ex qua dicūt resultare tertiā entitatem; resultantia autem illa exigit nouum concursum, & causalitatem distinctam ab informatione. Resp. 3. Fonseca, non posse impediri, quia compositum est effectus formalis formæ; at posita forma in materia, non potest impediri effectus formalis.

Sed Contra obijciunt Nominales, primo negando esse effectum formalē; tum negando effectum formalem distingui à forma, nā est ipsa forma in cōcreto, & informans materiam Ego probo; quia compositum est effectus, tam materiæ, quam formæ, tribuendo seipsas per mutuam cōmunicationem, quod si inde resultaret alia entitas distincta realiter à materia, & forma, iam non esset effectus formalis; quia exigeret aliam efficientiam præter eam, quæ est ad informationem, quia tertia entitas sequitur ad formam iam informantem materiam. Respondent 4. alij posse per potentiam Dei impediri resultantiam tertiæ entitatis ex informatione materiæ, & formæ; & tunc non daretur aliq vnum, sed tantum plura entia vnita.

Sed contra, quia licet sint plura entia partialia vnita, tamen conceptus includens vtrāq; partem vnitam est vnum, vt infra.

Secundo probant alij, si partes vnitæ distinguuntur à natura totius; vel hoc est accidens, & non, vt patet: vel est substantia, & tūc vel Deus videt illam occupare totum locum partium, vel non: si secuncum, ergo est in aliquo loco, in quo non sunt partes, & est omnino impossibile: vel est in loco partium inadæquatè, & tūc erit in loco alicuius partis, & non est ratio, cur in loco huius potius, quam illius. Si primum, quod occupet totum locum partium: peto, an tota sit in qualibet parte loci partium, vbi non sunt cæteræ omnes partes, vel non: si secundū, tunc illa natura erit in aliqua parte illius loci, & in altera non erit; & non est ratio id dicendi, & si etiam possit assignari illa pars, cum sit diuisibilis, petitur, an sit in toto loco illius partis simul, vel non: quod si negant, iam sibi contradicunt: si affimant, vel in toto loco, vbi est materia, & forma, vel in parte illius loci: & rursus petitur, an in tota parte huius, vel illius: quod si non datur tota aliqua pars, in qua sit, sequitur esse in aliquo indiuisibili illius, quare non erit in loco, vbi sunt partes; ergo dicendū, esse in toto loco partium: & tunc peto, vel habet partes in loco partium, vel tota est in qualibet parte loci: si primum, ergo præter primas partes habet alias; & tunc de his petitur, an resultet alia essentia, &c. de qua eadē est quæstio. Quod si illa præcisè sumpta non habet partes, ergo erit indiuisibilis, atque adeo tota in toto. Sed hoc argumentum non vrget, quia tertia entitas est tota penetratiuè cum omnibus partibus materiæ, & formæ diuisibiliter, sicut est materia, & forma; nam omnes illæ entitates extenduntur per vnam quantitatem. vt benè Canonic. q. 5. a. 2. 30

Tertio alij probant, quia sequeretur numerum quaternarium esse quinarium, quia haberet quatuor vnitates partium, & præterea vnitatem tertiæ entitatis. Sed neque hoc vrget; 31

tum

tum quia species numeri,non est distincta entitas ab omnibus suis partibus; quia numerus fit per aggregationem vnitatum, tum quia numerus non fit ex vnitate partium, sed ex vnitate totorum; vnde dicitur oriri ex diuisione continui.

Quarto alij probant, quod duæ semilibræ coniunctę plus ponderarent,quam duę disiunctæ; quia in coniunctis præter grauitates partium esset grauitas tertiæ entitatis. Sed hoc nō vrget contra negantes, ex partibus integrantibus resultare tertiam entitatem. Verum ponentes tertiam entitatem ex partibus integrantibus, negant magis ponderare partes coniunctas, quam diuisas; quia sicut tertia entitas includit entitates partium,ita includit grauitates partium, nō quidem per modum plurium,sed per modū vnius: vnde Zerbius in fine quæstionis, ait, totum distingui à partibus, priuatiuè; quia totum est vnum,& non multa; partes vero multa, & vnū;at partes inter se distinguuntur per rationes positiuas.

32 Quinto Probant alij ratione Theologica;nā si daretur tertia entitas, illa fuisset assumpta à Verbo; at hoc est falsum; quia in morte Christi fuisset dimissa,cōtra illud Damasceni, *quod semel aßumpsit, nunquam dimisit.*

Respodent ex D.Tho.3.p.q.50.ar.4.axioma illud Damasceni intelligi tantum de partibus per se componentibus humanitatem,quæ sunt corpus,& anima. Sed cōtra,quia ideo D.Tho. & Theologi hoc modo explicant dictum Damasceni, quia non agnoscunt aliam entitatem in composito præter materiam, & formam; nā alioqui si daretur tertia entitas, multo magis, illa fuisset assumpta, & non dimissa; quia illi primario conuenit subsistere, quod præstitit Verbum.

Sexto Alij probant ex Arist. 2. de an.tex. 10. sicut, inquit, visus, & pupilla, oculus; ita anima, & corpus, animal.

Resp. Fons.sec.4. nō esse simile quoad omnia,sed solum,quod sicut oculus constat pupilla, & facultate videndi; ita animal constat anima, & corpore: sed differunt, quod pupilla cū facultate videndi facit vnum per accidens; at anima, & corpus, facit vnum per se.

Sed contra,quia Arist. ibi vult probare, quæ nam anima sit forma hominis, & ait esse illam, ex qua, & materia fit vnus homo, sicut ex pupilla, & visu fit vnus oculus.

Confir. ex.4.phy.23. vbi negat, totum esse præter partes. & 5.met. 31. totum continens, ait, esse partes contentas.

Resp. Fonseca, intelligi causaliter, quia totum constat ex partibus: & sic etiam explicat Aug. dum 7. de Trin. ait, hominem nihil esse aliud, quam animam, & corpus: & sic etiam Athanasium, dum in symbolo ait, quod sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus.

33 Verum explicare auctoritates, non est difficile; sed si mens auctoris inspiciatur, facile cōstat explicationem auctori, non congruere; cū enim verba, propriè intelligi possunt, non est, cur metaphoricè explicentur: quare ly(est) nō debet intelligi pro causari, sed pro esse, vt est verbum substantiuum, significans prædicatum inesse subiecto.

Confir. nā probatio Athanasij non esset sufficiens, dum ostendit Christum esse vnum ex vnitate hominis;nam facilè potuissent hæretici respondere; nō rectè probari; quia homo ideo est vnus, quia dicit tertiam entitatem distinctā à partibus: at Christus non dicit tertiam entitatem distinctam à Verbo,& humanitate; ergo non est vnus, quare vel vtrobique ponenda est tertia entitas, vel vtrobique neganda.

Septimo probant alij: posita informatione materiæ,vel cōiunctione partium,præcisa omni alia entitate,intelligitur perfectè compositū; ergo non datur tertia entitas; quia non est necessaria ad rationem compositi. Antecedens probatur,quia vnitum ex materia,& forma non est ens simplex,ergo compositum,neq;est multiplex,sed vnum, quia includit vnionem materiæ,& formæ;vnio autem facit vnum,quia sicut denominat materiam, & formā inter se vnitas: ita aggregatū ex materia, & forma denominat vnum. Neque dicas,quod sicut positis partibus indistantibus, & dispositis non intelligitur vnitum,nisi ponatur vnio, licet ante vnionem sint vnibiles; ita partes vnitæ sunt quidem totabiles,non verum totum, sed fiunt formaliter totum per tertiam entitatem; nam est diuersa ratio, quia partes non sunt formaliter vnione informatiua per indistantiam,quia hæc vnit tantū localiter, & ideo requiritur vnio informatiua: At vero partes vnitæ non solum causaliter, sed formaliter, & entitatiuè dicūt totam perfectionem,quam dicit totum: vnde non sunt totabiles,sicut erant ante vnionem, sed totatæ. 34

Confirm. quia dum intelligitur principium adæquatum sentiendi, & intelligendi, intelligitur essentia hominis, quia essentia rei non est aliud, quam adæquatum principium suæ operationis: sed posito corpore, & anima rationali vnitis, seclusa omni alia entitate, intelligitur principium sufficiens sentiendi, & intelligendi; ergo non est necessaria tertia entitas.Minor patet; quia anima rationalis secundum se habet sufficiētem virtutem ad discursum; & dum est in corpore, indiget sensatione,cuius principiū actiuum adæquatum est anima rationalis; indiget tamen organo ad recipiendam speciem; ergo positis anima, & corpore vnitis habetur sufficiens principium operandi. 35

Resp. cum facultas operatiua non sit in partibus,sed in toto composito,atque adeo in tertia entitate,hac seclusa non intelligitur principium sufficiens operatiuum.

Sed contra, tum quia in omnibus compositis forma est principium primum operandi, à qua profluit potentia proxima, alioqui si potentia proxima flueret etiam à materia, illa etiā esset principiū primum. Tum quia anima definitur esse id, quo primò mouemur,& intelligimus,scilicet actiuè;at compositum animatum constituitur essentialiter p principium operationis vitalis. Tum denique, gratis supponunt,

po-

potentiam proximam esse in tertia entitate, qa potest esse in materia, & forma secundum varias sui partes requisitas ad operandum, vt alibi fusius.

36 Octauo Probant alij, quia inde sequeretur, totum non componi ex materia, & forma; nã vel totum nihil addit supra materiam, & formam vnitas; & habetur intentum: vel addit aliquam entitatem, quam dicunt esse tertiam, & quæritur, an hęc entitas superaddita sit simplex, vel composita; non primum; quia cum illa entitas sit entitas totius compositi, illi repugnabit simplicitas, quia simplicitas dicit negationem partium, ex quibus componitur. Neque dicas, esse formaliter simplicẽ, sed connotatiuè compositam; nam in recto, & formaliter dicit totalitatẽ; in obliquo vero esse ex partibus; sicut album dicit formaliter albedinem, & connotat subiectum; non, inquam, id dicas, quia totum in cõceptu formali dicit esse ex pluribus. Neq; secundum; quia non componitur ex partibus, à quibus distinguitur; tũ quia illis superadditur; tũ quia inde sequeretur distingui à se ipso, qa vnumquodq; distinguitur ab alio per suam entitatem, quam includit. Neque componitur ex alijs; tum quia in composito physico non sunt aliæ partes, quam materia, & forma; tum quia de illa entitate composita quæri ad huc potest, quomodo distinguatur à suis partibus; vnde abeundum esset in infinitum.

Respondent, compositum addere partibus componentibus totalitatem, & integritatem quamdam; nam partes dicunt entitatem totius secuudum potentialitatem; at totum dicit illã entitatem partium secundum totalitatem, & integritatem, eoquod entitas partium transit in entitatem totius.

37 Sed contra, quia vel materia, & forma vnitæ adæquant essentiam totius; & tunc essentia totius nihil addit partibus vnitis: vel non adæquant; & sequitur contra; primo, quod Athan. in symb. ait, quod sicut anima rationalis, & caro vnus est homo; ita Deus, & homo vnus est Christus. Secundo debent assignare, quid desit; nam integritas illa non potest dicere nouam aliquam perfectionem distinctam à materia, & forma vnitis; qa in his vnitis est totalitas, & integritas, cum totum, & integrum dicatur id, cui nulla pars deest. Tertio Si diceret nouam perfectionem, sequeretur, hanc additam partibus, cum illis componere totum; quare de hoc quæritur, quomodo distinguitur à perfectione materię, formę, vnionis, & integritatis: quod si dicant, distingui quidem à materia, & forma vnitis, non tamen ab integritate; tunc contra, quia sequeretur, totum non ab omnibus suis partibus, sed tãtũ ab aliquibus distingui. Quarto hæc perfectio vel non pertinet ad essentiam compositi; & dici non potest; quia ponitur vt pertinens ad essentiam, & tunc vel est tota essentia compositi; & sequitur, materiam, & formam, à quibus distinguitur integritas; non esse de essentia totius: vel non est tota, sed pars essentiæ; & sequitur non distingui ab omnibus partibus vnitis; & dari processum in infinitũ;

A quia esset entitas partialis componens essentiã cum alijs Denique quia nõ apparet, quomodo materia, & forma vnitæ accipi possunt præcisè, & vt transeant in tertiam entitatem, nã vel trãsitus ille intelligitur fieri per intellectum, quo partes vnitæ præcisè cõcipiuntur vt plures, totum vero includens illas, vt vnum; & tunc nõ erit distinctio secundum rem, sed solum secũdum rationem: vel est secundum rem; & tunc vel remanent materia, & forma vnita; & sequetur, has esse extra essentiam tertiæ entitatis illis additæ, & sequuntur absurda, quæ supra diximus: vel non remanent; & primo non apparet, quomodo desinant esse, cum sint partes constituentes totũ: secundo, quo genere actionis fiat talis desitio; nam illa non est actio corruptiua, vel transubstantiatiua, vt patet.

B Confir. quia non apparet quomodo producatur illa tertia entitas, an scilicet adæquet actionẽ, qua producitur forma, vel vnio formæ; nam videtur excedere, cum in illa entitate includatur materia, ad quã non terminatur actio: vel nõ adæquat, & tunc deberet dari actio, cui sit adæquata, quæ nulla fingi potest. præter generationem formæ vnitæ; nam actio per resultantiam, quam aliqui ponunt, supra reiecta est: quare dici debet adæquare actionem productiuam formæ vnitæ, nec compositum dicere aliam entitatem præter formam, & materiam vnitas. 38

C Confir. 2. quia non apparet, quid sit illa tertia entitas, vt distinguitur à partibus vnitis; nã vel est entitas perfecta simplex, vel composita; & supra reiecimus: vel est entitas modalis, & cũ non possit esse accidentalis, erit substantialis; & neque, quia præter modum vnionis partiũ, & compositionis, qua materia, & forma vniuntur, non potest intelligi nec esse alius modus inclusus in composito, cum perfectè intelligatur compositum, conceptis materia, & forma vnitis.

D Respondent, addi modum subsistentiæ. Sed contra; tũ quia nos hic quærimus de eo, quod compositum secundum suam essentiam addit materiæ, & formæ vnitis; at subsistentia est extra essentiam; & cum essentia constituit compositum, quod dicitur suppositum, seu subsistens, ergo subsistentia non potest esse id, quod compositum secundum essentiam addit materiæ, & formæ vnitis; Tum quia vt resultet totum essentiale ex essentia materiæ, & formæ; resultat totum subsistens, compositum ex subsistentia materiæ, & formæ vnitis, quare respectu vtriusq; compositi potest institui quæstio, quid addat supra partes vnitas. 39

E Respondent 2. alij, id, quod addit, esse integritatem seu totalitatem, quæ non est entitas, sed modus quidam essendi compositus, & perfectus; nam sicut partes habent suos modos essendi incompletos; ita totum debet habere modum essendi perfectiorem. 40

Tertia entitas non potest dici, quod addat totalitatem, quæ sit modus essendi perfectus.

Sed contra, tum quia hic modus essendi est quidem perfectior singulis partibus, non tamẽ vtraq; parte vnita, qa nihil pfectionis includit, quod non includatur in materia, & forma vnitis,

tis. cũ nõ sit modus essendi simplex, sed compositus: Tũ quia modus essendi nõ potest dare distinctionem realem, quam ipsi ponunt sed ad summum distinctionem ex natura rei; quia modus non nisi modaliter potest distingui, cũ eius perfectio essentialis nõ excedat perfectionem modalem. Tum quia de illo modo potest quæri, an sit simplex, an compositus, & an cum prioribus partibus vnitis constituat totum: ex quo sequuntur eadem absurda, quæ prius retulimus.

41 Ex quibus rationibus patet, non solum totũ naturale, & essentiale, sed etiam integrale, nullam dicere tertiam entitatem; quia totum integrale non est magis vnum, quam essentiale.

Confir. quia sequeretur idem numero posse reproduci, nam totum homogeneum v.g aqua per diuisionem corrumpitur, quæ partes si iterum cõiungantur, reproducetur idem totum, quod erat prius, quod licet Tataretus ex Scot. in 4. dist. 43. q. 5. concedat etiam in aliquibus ætherogeneis; nun tamen apparet an rectè, si præter partes vnitas datur alia tertia entitas.

42 *Totum ratione distinguitur à partibus vnitis.* Quinta Concl. Totum distinguitur ratione à partibus simul vnitis, est contra Hurtad.

Probatur, quia ex modo concipiendi explicitè, & implicitè distinguitur ratione definitũ à definitione: ergo etiam compositũ conceptũ, vt vnum à partibus vnitis conceptis, vt plures; nã sicut definitum nihil includit, quod non sit in definitione; ita neque totum aliquid includit, quod non includatur in partibus vnitis.

Confirm. quia diuersa prædicata verificantur de toto, & de partibus, quia partes constituunt, totum vero est constitutum; partes sunt entia incompleta, totum vero completum; & similia. Et ratio à priori est; quia hæc duo differunt secundum diuersum modum significandi; non autem secundum diuersam rem significatam.

Ex quo patet ad fundamentum Hurtadi negantis distingui ratione, quia nihil dicit vnum, quod non dicat aliud. Sed fallitur, quia sufficit ad distinctionem rationis diuersus modus significandi, vel concipiendi; vnde in propositione identica subiectum distinguitur ratione à prædicato; quia ibi est diuersa appræhensio, licet sit idem omnino obiectum.

ART. VI. In quo soluuntur argumenta primæ opinionis proposita in art. 3.

43 *Satisfit auctoritatibus.* AD primum resp. ibi loqui de distinctione totius à singulis partibus diuisim; nã à partibus simul vnitis potius probat non distingui. Neque sequitur ex eo, quod partes singulæ inadæquatè identificentur in toto identificari inter se. Quia medius terminus debet adæquatè identificari, & distribui respectu alterius extremi.

Resp. 2. Suar. loqui de partibus vnitis localiter, sed sine informatione, & idem sentit Zerbius.

Ad primam Confirm. ibi potius probari oppositum, cum negat totum esse extra partes; dicitur autem esse in partibus, sicut definitio in definito, ob distinctionẽ rationis inter totum, & partes.

A

Resp. 2. loqui de partibus collectiuè sũptis, quo modo distinguũtur formaliter à toto, quæ distinctio sufficit, vt dicatur totum esse in partibus, sicut sufficit, vt relatio dicatur esse in fundamento.

Ad secundam Confirm. respondent D. Tho. Alex. & Auer. in numero duo posse considerari. Primo ipsius subiectum, & hæc est quantitas, quæ consistit in vnitatum aggregatione; vnde sex sunt semel sex, idest vna species quãtitatis. Secũdo est qualitas numeri, & hæc est figura, vt quod numerus sit quadratus, vel octoangularis, vt quater quatuor, bis tria, &c. & in hac figura negant consistere substãtiam numeri. 44

B

Respondent 2. Nominales, sex non esse bis tria copulatiuè, vt verũ sit dicere, tria sunt sex, & tria sunt sex: sed copulatim, idest tria, & tria sunt sex: & mihi placet, & eodem modo intelligunt locũ, ex 7. met. vt infra, & hanc significat Hurtadus, dum ait sex non esse bis tria idest, diuisim, sed semel sex, idest vnitates simul sumptas.

Ad tertiam Confirm. resp. Ba, non esse B, & A, quia includit certam dispositionem, tanquã formam syllabæ; nam illæ literæ diuerso modo dispositæ causant diuersam syllabam; aliam .n. syllaba est ab, & alia ba; cum tamen sint eædẽ literæ: quare potius fauet nobis; nam dicit, ba, addere ad B, & A, ordinem quemdam, qui est forma syllabæ.

C

Ad quartam Confirm. respondent aliqui, totum non dici partes quomodocunque, sed vnitas per informationem. Ego respondeo, ibi Aristotelem loqui de distinctione totius à partibus materialibus; nam totum addit illis formam, qua ratione mixtum distinguitur ab elementis, quia addit illi formam mixti. 45

Ad quintam Confirm. ibi diuidi substantiam secundum communem modum loquendi de substantia; nam tria appellare solemus substantiam, materiam .s. formam, & compositum, quod vt denominetur substantia diuersa ab illis, sufficit si addat modum quemdam, & dicat vtraq; simul, quod dicunt illæ separatim; nam sufficit distinctio formalis inter mẽbra diuisionis, substantia autem composita distinguitur formaliter à partibus collectiuè sumptis.

D

Ad secundum argum. resp. 1. hanc difficultatem vrgere etiam aduersarios; nam licet ostẽdant, quomodo materia, & forma vnitæ causant entitatem totius, quam dicunt esse distinctam; tamen nõ ostendunt, quomodo totum causatur ex illis, & integritate; quia secundum ipsos totum præter materiam, & formam vnitas, includit etiam illam integritatem, quæ est, tamquam forma totius. 46

E

Respondent 2. Suar. Hurtad. & Ruu. materiam, & formam simul quidem vnitas causare totum, sed acceptas nõ copulatim, sed diuisim, vel copulatiuè; nã materia, vt vnita formæ causat compositum; & similiter forma, vt vnita ma-

teriæ;

teriæ; non tamen materia, & forma vnitæ copulatim, causant, sed causantur; nam ly totum, vt componitur ex suis patribus dicit partes copulatim, & causatur à partibus vnitis, & diuisim.

Fundamentum est: quia in hoc distinguitur causa extrinseca ab intrinseca, quod extrinsecę cum nō insint communicando seipsas, sed producendo effectum adæquatè secundum se totum distinctum, quando sunt duo copulatiuè sumpta adæquant causam. At causæ intrinsecæ cum causent communicãdo seipsas intrinsecè, & vt inclusæ in effectum, non possunt vt causæ sumi simul, & copulatim; quia vt sic, sunt ipsū compositum; sed vtraquè debet sumi diuisim; & sic diuisim conceditur, materiam, formam, & vnionem esse causam adæquatã compositi; at copulatim, negatur; vt patet ex compositione acerui ex lapidibus.

47 Dices, singulæ sunt causæ partiales, & inadęquatæ; ergo simul sumptæ sunt causa totalis, & adæquata.

Respondent, dupliciter posse compositum causari à materia, & forma simul: primo mediate idest causando vnionē immediate vt causa efficiens, dicitur causare compositum; & sic conceditur, vtramque esse causam compositi copulatim acceptam; quia sic causant vnionem mutuam, vt infra. Secundo immediatè, & cōstituendo intrinsecè compositum, & sic non habet causam adæquatam copulatim, sed disiunctim, quia materia, & forma non habent rationem causæ, nisi vt sunt partes, atqueadeo vt causæ partiales.

Confir. quia licet causa extrinseca partialis dicat ordinem ad totalem, per quam completur in ratione suæ causalitatis, non tamen causa intrinseca; sed dicit ordinem tum ad compartialem, tum ad compositum, non propriè vt causatum, sed vt constitutum essentialiter p vtramque; causa enim intrinseca non habet rationem causæ, nisi quatenus habet rationem partis, atqueadeo in hoc genere causalitatis, vt sic, causa adæquata non potest dari. Dicuntur autem materia, & forma causa adæquata; quia ad constitutionem compositi nō concurrit alia causa.

48 Respondent 2. alij compositum adæquatè constare ex materia, forma, & vnione, quia cōceptus compositi adæquatè consistit in entitate illarum trium; non tamen causari ex illis adæquatè sumptis, quia nō distinguitur ab illis: sed materia dicitur causa partialis compositi, quia est pars componens illud simul cum alia comparte; quare respicit compartem, & totum, sed compartem vt effectum eius immediatum, cōpositum vero vt mediatum; quia huius non est vera causa, nisi quatenus causat aliam compartem, & vnionem, sed vt respicit compositum immediatè, illud constituendo, non est causa propriè, nec adæquata, nec inadæquata; quia præcisa causalitate circa compartis vnionem non habet alium concursum immediatum circa totum. Dicuntur autem materia, & forma causa adæquata compositi, quia in ipso includitur, vtraque, quę per mutuam causalitatem inter se inuicem, causant totum.

Ego resp. compositum causari à materia, & forma etiam vnitis, sed hæc possunt dupliciter considerari. Primo, vt dicunt vnionem, quæ inter se formaliter sint vnitæ, vt in termino, & facto esse, & hoc modo nō sunt causæ, sed causatum. Secundo, possunt considerari materia, & forma secundum pręcisam rationem, idest materia vt est subiectum informe, & forma vt est actus in actu primo; & ita habent rationem causæ duplici ratione; primo quatenus concurrunt ad vnionem, quæ est terminus immediatus earum causalitatum; secundo, quatenus ipsę mediante vnione, quæ vel est causalitas, vel cōditio sine qua non causant totum: itaque vnio habet duplicem rationem. Primo, vt est modus, quo materia, & forma denominantur vnitæ. Secundo vt est causalitas, seu conditio sine qua non, materia, & forma constituerent totum. Et hæc distinctio formalis sufficit inter effectum, & causas intrinsecas; nam etiam in actione, qua res effectiuè producitur, est duplex ratio; nam habet rationem causalitatis, & habet rationem effectus. 49

Responsio authoris circa causalitatem compositi à partibus.

Ad Confirm. ex hoc argumento Burlifer. Si rectus, & alij formalistæ probant, totum distingui à partibus ex natura rei, quia hęc distinctio sufficit ad verificanda contradictoria: quare iuxta illam dicendum est partibus collectiuè sumptis, & vnitis tribui contradictoriè prædicata, quia sic distinguuntur ex natura rei. 50

At alij resp. illa prædicata, vt sunt opposita non verificari de partibus vnitis, & toto, vt sunt idem, sed vt ratione distinguuntur; quia conceptis diuerso modo ex parte subiecti tribuūtur opposita prædicata; & licet propositiones sint veræ à parte rei; tamen id intelligitur fundamentaliter; nam formaliter semper supponitur aliqua distinctio, vt patet, quando idē prædicatur de seipso, qua nulla est verior propositio.

Ad 3. resp. aliqui, vnitatem sequi quidem entitatem, sed proportionatam illi: quare sicut entitates materiæ, & formæ sunt partiales, quarum neutra includit aliam; ita & vnitates earū; at vero sicuti entitas compositi est totalis, includens partiales illas entitates, ita & vnitas cōpositi includit vnitates partiales. 51

Resp. 2. compositum sicut includit materiã, & formã vnitas; ita ad illud consequitur vnitas distincta ab vnitate materiæ, & formæ, & rōne entitatis modalis, qua partes vniuntur, cōstituitur vnum compositum, distinctum à materia, & forma; non quidem adæquatè, & secundum se totum, sed inadæquatè per aliquam perfectionem in se inclusam. Neque hinc fit, vt materia, & forma admittant suas proprias vnitates, sicut neque admittunt suas partiales entitate.

Vnitas distincta ab vnitatibus partium consequitur compositum.

Dices, vnitas consequens modum vnionis, seu cōpositionis est simplex, sicut est ipsa vnio; ergo non potest esse vnitas consequens entitatem compositi; quia erit composita, sicut & entitas.

Respon. quod sicut vnio denominat partes

vni-

vnitas, & compositum denominat vnum; ita ad entitatem compositi, vt distinguitur à partibus non potest consequi alia vnitas, quæ dicitur composita,ratione extremorum, quæ vniūtur per vnionem.

52 Respond. tertio, in composito considerari duplicem vnitatem;vnam positiuam,per quam dicitur esse vnum ens per se, quæ sumitur ab vnione,quæ est de essentia illius;& hæc non est passio compositi: alteram negatiuam,quæ dicit negationem plurium compositorum in se, & distinctionem ab alijs; & hæc est passio, quæ distinguitur à passionibus consequentibus materiam,formam,& vnionem; sicut distinguitur entitas compositi ab illis; nam vnitas hæc non est aliud,quam vnitas materiæ, & formæ,non secundum se,sed vt sunt vnitæ.

Duplex vnitas in composito positiua, & negatiua.

Ad primam Confirmationem Respondeo, Suar. hinc probari totum distingui ratione à partibus;nam secundum rem quidquid prædicatur de toto,prædicatur de partibus vnitis; at vero secundum propriam prædicationem aliquid tribuitur toti, & non partibus vnitis;quia illa prædicata supponunt diuersum modum concipiendi, quo concipiuntur partes vnitæ, (quia concipiuntur, vt plures) at quo concipitur totum;quia hoc concipitur,vt vnum. Dicitur autem totum generari(vt quod)quia ipsū completè existit;at forma vnita dicitur generari (vt quo); at totum distinguitur à forma vnita; & ideo non mirum,si habet diuersam denominationem: & idem proportionaliter dicendum de corruptione; quia vt dicatur totum corrumpi, satis est dissolui vnionem:

53 Respondeo secundo, totum, vt denominetur fieri,seu produci,non requiri entitatem distinctam à partibus; sed sufficere partes, ita vniri,vt appareat aliquod compositum; nam siue præexistant partes, siue de nouo producantur;modò de nouo vniantur, dicitur generari compositum; quia ex illa vnione constituitur aliquod compositum, quod prius non erat; quod compositum dicitur corrumpi,dum partes separantur,etiam si nulla entitas corrumpatur,præter vnionem. Quod

Confirmat. nam dicimus, domum,albam,& exercitum fieri, vel destrui;cum tamen hæc secundum aduersarios non dicant tertiam entitatem;quia ad illam denominationem satis est, vt fiat, vel destruatur vnio propria illorum: Neque illa vnio est propria relatio, vel purus modus essendi,sed aliqua perfectio substantialis inclusa in composito, ex Caietano prima par. quæst.76.artic. primo ad sextum, & cum Aristoteles septimo,octauo,& duodecimo metaphysic.negat materiam, vel formam oriri, & interire,accipit materiam, & formam secundū se,non autem,vt vnitas.

54 Ad secundam Confirmationem Respondeo, per positionem tertiæ entitatis non posse distingui totum per se à toto per accidens; quia ex vi illius potius impediretur vnitas per se; nam hæc consistit in vnione inter essentialem potentiam,& actum eiusdem generis: At tertia entitas adderetur potentiæ, & actui vnitis,

A quæ non sunt essentialiter potentiæ respectu alterius, quare

Respondeo secundo,vnitatem per se, & per accidens non debere sumi ex positione,vel negatione tertiæ entitatis, sed ex proportione vnibilium,octauo metaphysic.tex.vltimo, & secundo de anima, cap. primo, nam vnibilia, ex quibus fit vnum per se, ordinantur ad vnam numero essentiam completam prædicamentalem; quia sunt magis proportionata, quam vnibilia, ex quibus fit vnum per accidens;& ideo ex his non fit vna numero essentia prædicamentalis,sed plures numero, vel specie; consistit autem diuersitas vnibilium in diuerso modo,quo se respiciunt; nam materia, & forma

B substantialis respiciunt se,vt constituant vnum principium essentiale completum; non sic autem materia,& forma accidentalis;quia etiamsi constituatur vna essentia;tamen,quia hæc supponit aliam primariam,cui accidit;ideo non est vna simpliciter, & per se, sed per accidens; sic etiam partes continui se respiciunt, vt constituant vnam numero essentiam vnitate continuationis, quæ vnitas est primaria in ratione quantitatis.

Vnum per se distinguitur per tertiam entitatem ab vno per accidens.

Dices: vnde colligitur, quando vnibilia sūt huius,vel illius rationis. 55

Respondeo, esse varia signa; nunc satis sit colligi ex operationibus; nam quando forma

C non potest dare operationem extra materiam; tunc ex illa, & materia fit vnum per se.

Confirmatur ex diuersis speciebus entis per accidens; nam omnes dicunt pluralitatem cum aliqua vnione; sed solum differunt in modo vnionis; nam ens per accidens per aggregationem, vt aceruus, dicit vnionem partium, secundum locum: alia species,vt domus,& cœt. huic vnioni addit ordinem, quem addit ens per accidens, quod dicit vnionem ratione

D principij,vel finis vt exercitus: alia species dicit vnionem informationis, sed accidentalis; qualis est vnio inter ea, quæ sunt diuersorum prædicamentorum; vt album,& cœtera,quare patet has omnes species distingui ab vno per se; quia hoc dicit vnionem, qua constituitur vnum simpliciter specie, vel numero.

Ad tertiam Confirmationem Respondeo, totum essentiale distingui à toto potentiali ratione extremorum; nam totum potentiale respicit partes tanquam sibi inferiores; est enim prædicatum vniuersale respectu suarum partium; vnde illas non dicit in se,sed sub se: At

E totum essentiale respicit partes, vt in se inclusas,& sibi adæquatas,de quibus nō potest prædicari: & ratio est,quia vniuersale est integrū in singulis partibus; non sic autem totum essentiale,vel integrale; nam licet in homogeneis quælibet pars recipiat denominationē totius, non tamen sumuntur,vt totum integrale, sed vniuersale: At totum vniuersale differt à toto integrali, quia licet partes integrales continuat 56

Totum essentiale distinguitur à toto potentiali ratione extremorum.

partes essentiales, tamen certum est, formaliter illas distingui; & ideo non valet dicere partes essentiales vnitas esse partes integrales; nam cum sit prædicatio absoluti de absoluto, efficitur sensus formalis: quare licet partes integrales vnitæ sint totum, tamen intelligitur respectu totius integralis, quod distinguitur formaliter à toto essentiali; quare non identificatur cum eodem toto formaliter, atque adeo neque idē formaliter inter se. Distinctio autem formalis, quæ est inter huiusmodi tota, & huiusmodi partes, ea est, quod partes integrales sumuntur à ratione quantitatis, & extensionis; partes vero essentiales sumuntur à ratione essentiæ, quam componunt. Ex quibus etiam patet ad alia, scilicet; quod finita idest duæ partes aquæ sunt infinitæ partes integrales; non enim eadem est ratio partium; nam quando sunt duæ partes cum determinatione, continent infinitas indeterminatas; quare duæ partes determinatæ erunt infinitæ indeterminatæ; & idem videtur secundum vnam partem, & non secundum aliam; vnde licet videatur totum cathegorematicè sumptum, idest ens perfectum compositum ex suis partibus; non tamen videtur totū syncathegorematicè sumptum, idest secundum quamlibet partem.

Ad quartam Confirmationem Respondent
57 Thomistæ passiones, & actiones non conuenire partibus secundum se, vel vt concurrunt ad vnionem, sed vt sunt vnitæ; nam idem est, calefactionem procedere ab igne, ac procedere à materia, & forma vnitis.

Passiones, & actiones conueniunt partibus vnitis.

Resp. 2. ex hoc probari illam distingui ratione, non tamen realiter.

Respon. 3. passiones, & operationes propriè, & immediate conuenire partibus; nam quantitas conuenit propriè materiæ, licet ex Thomistis nō sit apta recipere illam, nisi vt habet formam tanquam conditionem requisitam; passiones vero, quæ sunt potentiæ actiuæ, conueniunt composito ratione formæ; denominatur autem potius compositū operari; quia est magis sensibile; nam id, quod sensibus apparet operari est totum; quia in eo sunt omnia requisita ad operationem; nam forma non operatur extra materiam, sed vt informans materiam, siue vnio concurrat, vt conditio, siue vt principium.

Dices sunt aliqua accidentia, quæ immediatè recipiuntur in toto, vt motus, & secundum Thomistas omnia accidentia.

Resp. recipi quidem in toto, non tanquam entitate distincta à partibus, quare illa eadem accidentia recipientur immediatè in partibus simul vnitis. Et hinc patet ad Aristotelem, loquitur enim de operationibus, quæ non conueniunt ratione formæ, nisi vt distinctis in materia, nec conueniunt formæ extra materiam, neque est vlla operatio, quæ tribuitur toti, quę non posset tribui partibus vnitis.

Ad quintam Confirmationem Respondeo, partes, vt concurrunt ad vnionem, habere relationem realem ad totum, quia sicut habent rationem causæ, ita distinguuntur à toto, quæ di-
A stinctio sicut est sufficiens ad rationem causæ; ita ad relationem consequentem; at vero partes, vt vnitæ, sicut distinguuntur ratione à toto, 58
ita fundant relationē rationis. Ita aliqui Thomistæ, vt Petrus Bergom. in tabul. disputatio. 1157.

QVAESTIO QVINTA.

De Comparatione causarum cum effectibus, quoad prioritatem.

B DE hac quæstione Fonsec. quinto metaph. quæst. octaua, Zerbius quæst. secunda, Flandr. quæst. secunda, Soncin. quæst. septima, Scot. quæst. secunda.

Alij secundo physicorum in tex. 27. vbi Ægidius Burlæus Venetus, Hurtadus disputat. octaua, sec. sexta, & septima, Masius sec. 5. quęstio. 4.

DVBITATIO I.

C *An causa debeat esse simul duratione cum effectu, an verò prior.*

ART. I. explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimo Notandum, causam aliam dici in actu, aliam in potentia: prima dicitur dupliciter, primò quoad existentiam, cui opponitur causa, quæ non existit, sed potest existere. secundo, quoad causalitatem, quæ non solum actu existit, sed etiam actu causat, & dicitur in actu secundo, cui opponitur causa in potentia, 1
D quæ dicitur in actu primo, quæ potest causare, licet non causet.

Causa, vel in actu, vel in potentia.

Secundo Notandum, causam in potentia posse dici dupliciter; primò quoad causalitatē, seu fieri effectus, & dicitur, quæ non dum agit. Secundo, quoad existentiam effectus, in facto esse; & dicitur etiam dum actu causat, sed tunc non dicitur esse effectus tanquam in termino; quia cum actio sit prior natura termino, effectus dum fit, non est, sed potest esse; & ideo causa, etiam dum est sub causalitate, dicitur in potentia respectu effectus; & ita secundum aliquos Aristoteles 2. physi. tex. 37. accipit causam in potentia.

E Tertio Notandum, causam posse tripliciter considerari; primo, secundum se, vt præcise dicit virtutem operatiuam; secundo, secundum causalitatem, per quam constituitur in actu secundo causandi; tertio, secundum relationem consequentem. 2

Quarto

Quarto Notandum, effectum alium esse successiuum, cuius partes non possunt simul coexistere, vt motus, tempus, &c. alium esse permanentem, cuius partes esse possunt simul: & hic dupliciter acquiri potest. Primo, successiue, vt calor, & aliæ qualitates habentes contrarium. Secundo in instanti, vt lumen, forma substantialis, &c.

Quinto Notandum, effectum posse accipi dupliciter: primo, vt est in fieri; secundo, vt est in termino, qui duo modi essendi differunt, quia primum dicit formaliter influxum causæ in effectum; secundum supponit influxum, qué terminat.

Sexto Notandum, prioritatem esse duplicé,
3 aliam realem, aliam rationis, quæ est inter extrema ex vi intellectus: primam diuidi in prioritatem durationis, & naturæ. Prima dicitur, quæ est inter duo, quorum vnum prius duratione existit, quam alterum, cui opponitur simultas durationis, quæ est inter ea, quæ simul coexistunt. Altera naturæ, & hæc est triplex, perfectionis, independentiæ, & consequentiæ. Nos hic agemus de prioritate, & simultate durationis; deinde de alijs; & quia quatuor sunt genera causarum, de singulis aliqua dicemus, sed præcipuè de efficienti.

Prioritas duplex realis, & rationis.

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 PRima opinio est dicentium omnem causam esse simul duratione cum effectu, primo ex 1. met. cap. 2. & 2. phys. t. 37. vbi ait, causam in actu esse simul cum effectu in actu, quod non potest intelligi, nisi quoad durationem, quia constat causam esse priorem effectu prioritate naturæ, & licet dicat causam in potentia esse priorem effectu in actu, tamen hoc non obstat, quia termini non sumuntur pari modo; nam eadem ratione dici posset effectum in potétia esse priorem causa in actu.

Opinio affirmans omnem causam esse simul duratione cù effectu.

Confirmatur, quia, vt effectus recipiat existentiam à causa, satis est, vt causa in ea duratione, in qua dat existentiam, habeat omnia requisita ad dandam illam: ergo satis est habere existentiam in eadem duratione cum effectu, quia inter alia requisita est existentia causæ.

Confirmatur secúdo, quia correlatiua se inuicem ponunt, et perimút: sed effectus, & causa sunt correlatiua, ergo se inuicem ponunt, atque adeo simul existunt.

5 Secunda opinio est dicentium causam debere esse priorem duratione effectu: primò ex Arist. in postprædicam. cap. de priori, vbi vniuersaliter asserit omnem causam esse priorem effectu.

Opinio affirmans causam priorem duratione effectu.

Confirmatur, quia omnis causa est principiú, sed de ratione principij est esse prius principiato: prius autem non potest esse simul cum suo posteriori, maior probatur, tum quia principium dicitur esse primum: id, vnde, &c. Tum quia si principium esset simul cum suo principiato, non esset ratio, cur principiaretur, quia haberet existentiam, sicut neque principium principiatur in ea duratione, in qua habet suam existentiam.

A Confirmatur secundo, quia cum præsentibus habitibus cessat motus, sequeretur, quod in principio motus cessaret motus, quia efficiens per motum in principio motus est in actu: ergo si est simul cum effectu in actu, in principio motus cessaret motus, quia tunc esset effectus, ad quem ordinatur motus.

Confirmatur tertio, quia Deus ab æterno est causa in actu, alias transiret de potentia ad actum, atque adeo mutaretur, cõtra illud Deuteronom. *Ego Deus, & non mutor*. prima ad Timoth. vlt. *qui solus habet immortalitatem*, vt explicat August. 5. de Trinit. & septimo de Trin. c. 6 ergo si causa in actu est simul cum effectu in actu, sequeretur mundum fuisse ab
B æterno.

Tertia opinio est dicentium, causam efficientem habere duplicem effectum, vnum immediatum, & est ipsum fieri effectus: alium mediatum, & est existentia effectus in termino: vnde respondet, causam in actu esse simul, & non esse cum suo effectu immediato, idest cum ipso fieri, quia non potest intelligi causa actu mouens, quin intelligatur aliquid actu moueri: At vero causa in actu non est simul, vel non est cum suo effectu mediato; nam quando domificator est domificans, non est necessarium, vt domus sit facta. alioqui (supposito, quod futura contingentia habeant causas per se) omnia
C euenirent de necessitate. 6

Opinio distinguens in ea efficiente duplicé effectú.

Consequentia probatur, quia si ponatur aliquid faciendum die crastina, & vocatur, A, quod fiat ab aliqua causa per se, scilicet, B, qd' certè habet aliam causam, scilicet, C, & hoc sit à causa, D, Tunc sic argumentantur, si, D, est causa in actu, & est necessaria, sequitur etiam, C, esse in actu, & si, C, ergo, B, : & si, B, ergo, A; atque adeo omnia necessario eueniant: ita enim Arist. 6. metaph. cap. 3. At hoc constat esse impossibile, ergo impossibile est, quod causa in actu sit simul cum effectu in actu. Denique docet causam in potentia non esse simul cum effectu, quia potest esse sine illo, ita Ægid. se-
D cundo phys. tex. trigesimo septimo, contra qué multa Scotus, Antonius, Andreas, Masius, & alij.

Quarta opinio est dicentium, causam, & effectum absolutè accepta non necessario sunt simul ratione, quia potest causa existere, nondum existente effectu, quia potest faber existere, & nihil operari, & potest existere effectus destructa causa, vt fructus exhusta arbore, & ita intelligitur, cum Arist. docet causam in potentia non esse simul cum effectu: accipit enim causam pro entitate, cui accidit esse actu causam, & similiter de effectu: si vero causa, & effectus sumantur, vt sunt correlatiua, sunt simul tempore, quia correlatiua simul reponunt,
E & tollunt, vt autem formaliter sumitur causa, & effectus, id est, quatenus fundant relationem causæ, & effectus, ita sunt simul duratione, quia non potest esse causalitas sine effectu causato, nec vtriusque ratio formalis sine relationibus consequentibus, & de his loquitur Arist. 7

Causa, & effectus nō sunt necessario simul ratione secundú alios.

Cccc 2 cum

cum dicit causam in actu, & effectum in actu esse simul: loquitur enim de causa, vt stat sub ratione causandi.

8 Ex quibus patet superflua esse, quæ aliqui cum Capreolo in 2.d.1.q.2.nu.3.ad primum contra primam addunt, tunc causam in actu, & effectum in actu esse simul tempore, quando causa non est remota, non libera, non impedita, & effectus est proximus, & immediatus, nã si causa causat, constat non esse impeditam, & si causat, habet suum causatum, siue sit causa libera, siue naturalis, siue proxima, siue remota; item si actu causat, habet aliquem effectum immediatum, etiam si dirigatur ad alium effectũ, vt causa embrionis dirigitur ad causandũ hominem perfectum, ita Fonseca lib.5. cap.2. q.18.sec.3.sequitur Masius 2.phys.cap.3.q.4. qui addit debere intelligi de causa, & effectu, vt habent proportionẽ, siue quoad fieri, siue quoad factum esse, quia causa in fieri est simul cum effectu in fieri, & sic de causa quoad esse, quia omnis causa eo modo, quo est causa, habet influxum in effectum, siue in fieri, siue quoad factum esse, siue quoad vtrumque, ergo debet illi respondere, id, quod recipit influxum, idest effectus.

Confirmatur ex Aristotele 2.physic. tex. 37. vbi ait, *Omnes autem, aut actu existentes, aut secundum potentiam. Differunt autem tantũ, quod actu quidem existentes, & singulares, & ea, quorum sunt causæ simul sunt, & non sunt, vt hic medens cum hoc, qui sanatur, & hic ædificator cum hoc, quod ædificatur, quæ autem sunt secundum potentiam non semper, corrumpitur enim, non simul domus, & ædificator.*

ART. III. Opinio Auctoris.

9 *Causa efficiẽs per actionem instantaneam non exigit ex natura sua esse prior duratione effectu.*

PRima Concl. causa efficiens per actionem instantaneam, quoad virtutem agendi quę ab Aristotele dicitur causa in potentia) licet possit esse prior duratione effectu; non tamen id exigit ex natura sua.

Prima pars patet experientia multorum, qui producuntur in instanti, & tamen habent causas prius tempore existentes; vt Deus respectu creationis mundi, qui per æternitatem præcessit; similiter Sol respectu luminis hodierni, & cœt.

Confir. quia cum causa per se non indigeat suo effectu, si aliunde non habet necessariam connexionem cum effectu, non est, cur non possit existere sine suo effectu.

Hinc patet causam, & effectum non esse simul tempore; quia sicut potest existere causa secundum esse suum absolutum; ita potest existere effectus post productionem à sua causa destructa sua causa producente, licet non possit esse sine aliqua causa conseruante: quod significauit Ægid. in sua opin.

10 Secunda pars etiam patet; quia licet causa, vt sic non habeat necessariam connexionem cum effectu, tamen ex peculiari conditione alicuius causæ oriri potest talis connexio: & primo patet in effectibus, qui conueniunt per re- sultantiam, vt sunt passiones, quibus constituitur natura in perfecto statu. Secundo, in causa naturali habente in primo instanti suæ productionis omnia requisita ad agendum; ita enim Sol in primo instanti produxit lumen in aere sibi proximo. Tertio, ex causa libera, quæ simul, ac est, vult agere, vt dicitur de Christo, qui in primo instanti suæ conceptionis se obtulit Patri per actum amoris, & obedientiæ; & idem Angeli efficere potuerunt. Quarto, ex generatione, & corruptione oppositarum formarum; vnde dicitur generationem vnionis esse causam generationis alterius; vt gratiæ infusio est destructio peccati, quæ sunt in eodem instanti, cum in eodem instanti non possit anima informari gratia, & peccato.

Confirmatur ratione à priori; quia illud necessario est supponendum in causa, quod exigitur ad productionem effectus; nam cœtera per accidens reperiuntur in causa, vt sic: sed ad productionem effectus satis est, vt in causa ponatur existentia, dum est productio, quia pro illo instanti causa requirit existentiam, pro quo debet concurrere ad effectum; ergo omnis existentia præcedens per accidens se habet, & necessario ad productionem. 11

Dices: causa libera agit instantaneè; & tamen non potest producere suum actum liberum in primo instanti, in quo primo est; quia primus actus voluntatis est necessarius, cum sit ab Auctore naturæ.

Confirmatur, quia causa libera, ita habet potentiam ad operandum, vt habeat potentiã ad non operandum: sed operatio, & non operatio non possunt esse in eodem instanti: ergo causa libera debet præcedere duratione actum liberum; quia debet habere pro alio instanti potentiam existentem ad non operandum, vel operandum actum contrarium.

Propter hoc argumentum respondeo, aliquos intelligere conclusionem de causa naturali, non autem de causa libera, vt Capr. in 2.d.1. quæst.2.art.3.ad primum contra primam conclusionem. Sed fallitur, quia non est maior ratio in vna, quam in alia; nam licet causa naturalis, positis omnibus requisitis, necessariò habeat suum effectum, libera vero potest illo carere; tamen in eodem instanti potest etiam illum habere; quia libertas non minuit, sed perficit virtutem agendi: vnde falso dicitur, primum actum causæ liberæ esse necessarium, vt patet ex actu, quẽ habuit Christus circa Deũ, qui cum fuerit meritorius, necessariò fuit liber. Deinde etiamsi primus actus esset necessarius circa aliquod obiectum; tamen potuit habere alios actus in eodem instanti. 12

Primus actus causæ liberæ non est necessarius.

Ad Confirm. resp. quod licet in eodem instanti non sint compossibiles operatio, & non operatio coniunctim, sunt tamen possibiles in eodem instanti diuisim, atque adeo in eodem instanti, quo potentia potest coniungi cũ operatione, potuit coniungi cum opposita operatione emissa priori operatione. Vnde patet, non esse necessarium, vt habeat existentiam duratione præcedentem ad suam operationem.

Se-

Causa producens effectum successiuè prior duratione est, quam effectus.

13 Secunda Conclus. causa producens effectum successiuè est secundum virtutem prior duratione, quam effectus. Quia si causa producit in instanti, in eodem nõ potest esse productio, cum sit successiua; ergo debet esse ad summũ immediatè post; ergo existentia causæ præcessit in duratione immediate ante. Hinc fit, motum non potuisse esse simul cum suo motore, quia motor saltem per instans debet præcedere motum.

Dices: si Angelus fuisset productus immediatè post instans per vltimum non esse, tunc potuit esse motus; ergo tunc esset simul motus cum motore.

Respon. hanc conclusionem intelligi, iuxta modum essendi ordinarium rerum; nam res permanentes producuntur per primũ sui esse; at per vltimum sui non esse producuntur solũ extraordinariè, & miraculosè. At obstat, quia potest produci forma per vltimum sui nõ esse, vt patet, quando subiectum est vniformiter, difformiter dispositum, tunc forma producitur in subiecto indeterminato immediatè post instans; in quo completur dispositio sufficiens ad productionem formæ, atque adeo forma in eo tempore producta, posset etiam producere motum aliquem. Resp. 1. an forma sic sit naturaliter producibilis, dicetur in lib. de gener. Resp. 2. etiam si concedatur sic produci successiuè circa aliquod subiectum indeterminatum, non poterit agere, quia nondum habet esse sufficiens ad agendum, cuiusmodi est esse determinatum quoad suam perfectionem; nam ab agente indeterminato quoad suam entitatẽ non potest oriri actio: secus autem si Angelus sic produceretur, quia esset in sua entitate determinatus, & solũ indeterminatus quoad durationem: quare vt forma sic producta sit apta ad agendum, debet determinari in sua perfectione quoad fieri potest in quolibet instanti signato post tempus indeterminatum. Hanc rem alibi fortasse exactius examinabimus.

Efficiens in actu secundo est simul tempore cum suo effectu.

14 Tertia Concl. efficiens in actu secundo est simul tempore cum suo effectu. Patet ex Arist. loc. cit. loquitur enim de causa in actu secundo cum suo effectu dum fit. secundo quia causa in actu dicitur per actionẽ; at hoc non sine termino: vnde etiam patet, non posse effectum actu existere, nisi causa actu existente in se, vel in sua virtute; vnde effectus in actu, & causa in actu sunt simul, vbi effectus actu dicitur, non qui actu existit, sed qui actu est effectus, idest actu manans à causa; nã potest res, quæ est effectus, actu existere, etiam non existente causa, modo emanauerit ab illa. Hinc patet, causam actu influentem, non esse prius tempore, quam sit effectus; quia non potest esse actualis influxus, nisi sit id, quod influit, quod intelligitur de effectus simultate secundum eam rationem, qua effectus manat, qa si manat totus simul indiuisibiliter, ita est totus cum causa; si successiue erit simul secundum partes: si autem effectus successiuus, & causa similiter: tunc solum effectus in fieri, & secũdũ aliquid sui erit simul cum causa in actu.

At instabis Deus ab æterno est causa in actu, non solum primo, sed etiam secundo; & tamen nullus fuit effectus ab æternitate.

Resp. aliqui, esse peculiare in actione diuinæ voluntatis, quæ potens est ad influendum pro tempore, quo præscribit, & non antea, etiamsi ipsa antea sit.

Sed Resp. per actum voluntatis non constitui Deum actu agentem ad extra, sed actiuum proximè, vt dicemus prima parte, q. 19. a. 7. & q. 49. a. 1. & 2. & sequitur Argent. in 1. d. 45. a. 1. & explicat Caiet. dicta q. 46. quia influxus ille, à quo causa dicitur actu causa, non est ab æterno, sed quando est effectus, qui influxus non aliquid ponit in causa, sed in effectu; quia Deus voluntate antiqua nõ mutata potest causare, quando placet, absque sui mutatione; sicut si nunc ego vellem sedere cras, sine mutatione volũtatis meę possem sedere cras. De qua relegite Zerbium 5. met. q. 2. 5. Propter secundum.

Dices ex 5. met. tex. 3. causas secundum potentiam non esse semper simul cum effectis; ergo neque causa in actu potest esse simul cum effectu in actu; nã vt se habet actus ad actum, ita potentia ad potentiam; imo magis videtur effectus in potentia esse simul duratione cum causa in potentia, quam effectus in actu, cum causa in actu; nam quandocunque causa potest causare, effectus potest causari, & è contra. 15
Neque dicas ibi Aristotelem comparare causam in potentia cum effectu in actu; tum quia mala fuisset comparatio, cum causa in potentia non referatur ad effectum in actu, sed ad effectum in potentia: tum quia eadem ratione dici posset effectum in potentia esse priorem causa in actu.

Resp. effectum, & causam in potentia sumi posse: primo, secundum relationem potentiæ, & ita sunt simul, sicut & causa in actu, & effectus in actu, sed Aristoteles non ita sumit. Secundo, pro re, quæ denominatur causa, quæ potest existere cum relatione causæ in potentia, etiamsi non existat effectus; non tamen potest existere relatio effectus, cum effectus est in potentia, quia relatio non actu existit, nisi in subiecto actu existente, ita Zerb. & ita sumit Aristoteles, qua ratione rectè comparatio est, quia causa in potẽtia non dicitur respectu existentiæ, quia actu existit, sed respectu causalitatis: vnde comparatur causa actu existens cũ effectu actu existente, & negat esse simul, neq; est eadem ratio de effectu, quia effectus in potentia nec est actu quoad existentiam, nec quoad fieri; & ideo nullo modo potest esse ante suam causam.

Dices 2. ex Flandria. Prius non potest esse simul cũ suo posteriore: sed causa est prior effectu: ergo &c. Neque dicas prius natura, qualis est causa posse esse simul tempore cum suo posteriori. Nam contra, quia omne agens per motum est prius tempore suo effectu, quia motus nõ potest esse in instanti, sed omnis causa physica agit per motum; ergo. 16

Resp. Flandria effectũ posse dupliciter cõ-

ſiderari, primo incompletè; ſecundo completè; quomodo igitur effectus in motu eſt incompletus, & imperfectus, ita etiam eſt cauſa; vt autem eſt completus, ita etiam cauſa completa, & perfecta: quare cauſa imperfecta pręcedet tempore cōplementū effectus: & ad hoc ſpectat illud, quod dicit Fonſeca ſec. 4 ad primū, quod generatur generatione temporanea, non eſſe, vt id, quod genitum eſt, ſed vt id, q generatur, ſeu eſt in via ad genitum eſſe. Et Ratio clara eſt, quia cauſalitas cauſæ efficientis v.g. non eſt aliud, quam effectus ipſe vt procedens ab ipſa cauſa; quare nunquā poteſt eſſe, vt aliquid ſit cauſa, & non ſit effectus, qui cauſetur; quare ſi effectus producitur in inſtanti, etiam cauſa eſt ſimul in inſtanti cum effectu; ſi in tempore ſunt, etiam eſt ſimul in tempore, & ſucceſſiuè, vt fit effectus, cauſa eſt ſub actu cauſandi: quare non ſatis benè explicat Caietanus 2. poſter tex. 14. cauſam actu, ideſt cum omnibus requiſitis ad cauſandum, eſſe ſimul cum effectu, non ſimpliciter, ſed in determinato tempore, vt ædificans eſt ſimul cum domo, quando eſt perfecta; nam etiam cum cauſantur fundamenta, ille actus fundamentorum habet cauſā actu operant.; neque hinc ſequitur, omnem effectum eſſe neceſſarium ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione, ſcilicet poſita cauſa ſub actu cauſandi, quæ tamen ſæpe contingenter poni poteſt.

17 *Omnes cauſæ, et effectus correlatiue ſumpta ſunt ſimul etiam natura*

Quarta Concl. omnis cauſa, & effectus ſecundum relationes, ſecundum quas ſunt correlatiua, ſunt non ſolum ſimul tempore, ſed etiam natura. Patet ex natura relationum mutuarum, quæ ſunt ſimul natura. Dixi (mutuarum) quia vbi non eſt mutua correlatio, non poteſt eſſe ſimultas ſecundum relationes, vt patet inter Deum, & creaturas; actum, & obiectum; nā in creatura eſt relatio realis ad Deum, non autem à Deo ad creaturā. Et hæc cōcluſio vera eſt, tam de prioritate naturæ ſecundū ſubſiſtendi conſequentiam, quam independentiæ, nō autem de prioritate naturæ ſecundum perfectionem, quia fortè perfectior eſt relatio cauſe, quam relatio effectus, quid autem dicendum ſit de prioritate inter relationem, & terminum, patet ex dictis in logica. Et ex his patet ad argumenta aduerſariorum.

DVBITATIO II.

An cauſa efficiens debet eſſe ſimul, an vero prior natura ſuo effectu.

ART. I. explicantur termini quæſtionis,

1 *Prioritas naturæ explicatur.*

PRimo Not. prioritatem naturæ aliqui explicant per independentiam prioris à poſteriori, & dependentiam poſterioris à priori; vt bene Suar. diſp. 26 met ſec. 2. & 18. At alij ex eo, quod prius poſſit eſſe ſine poſteriori, non contra ex Ariſt. 5. met. *quæcunque* (ſcilicet ſunt priora, & poſteriora) *ſecundum naturā, & ſubſtantiam, quæcunque contingunt abſq; alijs eſſe; ſia vero ſine illis minime*. Et hinc oritur, vt inter prius, & poſterius natura non conuertatur ſubſiſtendi conſequentia, vt probat ex Ariſt. Vaſq; 1. p. diſp. 167. nu. 3. ex quibus aliqui putant, ſimultatē naturæ requirere duo, ſcilicet conuertibilitatem conſequentiæ, quod vnum non pendeat ab alio ſecundum eandem exiſtendi rationē: quare altera ex his conditione dificiente, ponitur prioritas naturæ; vnde in log. tr. 19. q. 3. du. 6. dixi duplicem eſſe prioritatem naturæ, vnam ex independentia, alterā ex inconuertibilitate conſequentiæ.

Secundo Notan. cauſam ex præciſa ratione cauſæ poſſe exiſtere ſine effectu; quia non pendet ab illo ſecundū eam exiſtentiam, quæ neceſſaria eſt ad cauſandum; quia antequam cauſat debet in ſe habere omnia requiſita ad cauſandum, inter quæ eſt exiſtentia, atque adeo 2 non poteſt exiſtentia cauſæ pendere ab effectu: quare cauſa ex præciſa ratione cauſæ non habet neceſſariam connexionem cum effectu, vt patet ex cauſa libera; ſed ſi aliquando habet, ea neceſſitas aliunde oritur, vt patet ex connexione eſſentiæ cum ſuis proprietatibus; nam eſſet inter illa inſeparabilitas, etiam ſi ibi non intercederet cauſalitas. Hinc ex Vaſq. non valet conſequentia formalis à cauſa ad effectū; at valet ab effectu ad cauſam ex præciſa ratione cauſæ, & effectus. Hinc prioritas naturæ debet eſſe prior, à quo, non in quo, ideſt prioritatem naturæ conſiſtere in exiſtentia cauſæ, à qua oritur effectus, non vero in inſtanti reali, in quo non exiſtit effectus, quia in eodem inſtanti reali durationis ſunt duo inſtantia naturæ.

Tertio Not. prædicata, quæ ſunt connexa cum cauſa, quæ non concurrunt ad effectum, non dicuntur eſſe priora natura ipſis effectibus, ſed ſe habere concomitanter: vt ſi obie- 3 ctum, quod eſt dulce, & album, videretur, eſſet quidem, vt album prius natura viſione, non tamen, vt dulce; quia dulcedo ſolum ſe haberet concomitanter ad producendam viſionem: qđ verum eſt, etiamſi vtraque qualitas pendeat ab alio per indiuiſibilem actionem, quidquid dicat Hurtad. diſp 8. phy. ſec. 7. num. 87. quia terminus productus per eandem actionem ſe habet concomitanter ad dependentiam effectus, qui per ſe pendet ab alio contermino.

Dices: Albedo eſt prior viſione; ergo etiam dulcedo; quia dulcedo eſt in eodē inſtāti prior, in quo albedo.

Reſp. eſſe quidem in eodem inſtanti durationis, ſed non in eodem inſtanti naturæ; at nos loquimur de prioritate naturæ: quod ſi tractaretur de inſtanti durationis, tunc ſi albedo eſſet prior duratione viſione, ſic etiam, & dulcedo.

Dices 2. quid, ſi duæ cauſæ, quarum vna eſt prior altera prioritate naturæ, vt intellectus, & ſpecies, vel præmiſſæ ſunt cauſæ cognitionis, vel concluſionis; an dicantur ſimul natura?

Reſp. reſpectu cognitionis, vel concluſionis dici vtramque eſſe priorem natura; at ſi conſiderantur, ſecundum mutuum reſpectum concauſę ſic habent ſimultatem naturæ; quia habēt mu-

mutuam dependentiam, quoad potentiam integram causandi cognitionem.

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 Prima opinio negatiua tribuitur Soto q. 3. Valles. cont. 17. quia non hét hanc prioritatem, vt est principiū, de ratione eius est prioritas, at non; quia Pater est principium Filij, & tamen non est prior natura, vt rectè probat Vasquez tom. 2. p. 1. disp. 167. nu. 10.

Opinio negat.

Confir. quia causa, vt causa formaliter sumpta dicit relationem ad effectum, & sic effectus ad causam; at correlatiua sunt simul natura.

Confirm. 2. quia si causa, vt causa, est prior natura effectu; sequeretur omnem causam esse priorem; sed hoc est falsum; tum quia, quod est prius natura est separabile à suo posteriori, nam est independens à posteriori, sed non omnis cā est separabilis à suo effectu, vt patet in essentia, quæ est inseparabilis à passionibus, vt omnis causa necessaria à suo effectu; tum quia omnis causa constitui ur, vel per causalitatem, & hæc est pendens à termino; nam non potest intelligi sine termino causato: vel per virtutem actiuam, & hæc dicit essentialiter ordinem ad effectum, atque adeo pendet ab effectu in genere causæ formalis.

Confirm. 3. Valles. materia est causa formæ; & tamen non habet existentiā in aliquo priori ante formam; quia existentiam habet à forma.

5 Secunda opinio est dicentium, omnem causam, vt sic esse priorem natura effectu, non solum secundum virtutem, & conditiones requisitas ex parte causæ in actu primo, sed etiam secundum causalitatem, quæ licet sit inseparabilis ab effectu, etiam de potentia Dei; tamen prior natura est causalitas, quam effectus: at vero secundum correlationes esse simul natura I'a Sonc. & Iauel. 5. met. q. 1. Fonse. 1. q. 1. Suar. disp. 26. Murc. disp. 2.

Opinio affirmans, etiam quoad causalitate licet vt inseparabilis hac ab effectu

ART. III. Opinio Auctoris.

6 Prima Concl. omnis causa est prior natura effectu, non solum secundum virtutem elicitiuam, sed etiam quoad omnes conditiones prærequisitas ad constitutionem causæ in actu primo, & proximo.

Primo probat Hurtad. hic disput. 8. sec. 6. & Vasq. 1. p. disp. 167. num. 3. quod ex Aristotele prius natura dicitur, à quo non conuertitur subsistendi consequentia: sed ab existentia cāæ non valet consequentia ad existētiam effectus, licet ab effectu inferri possit existentia causæ; quia causa est separabilis ab effectu. Sed hæc probatio non placet; quia licet detur prioritas naturæ secundum subsistendi consequentiam; tamen ea non reperitur in omnibus causis, sed vniuersaliter inter prædicata inferiora, & superiora; quia dantur causæ necessariæ, & reciprocæ cum suis effectis; inter quæ est mutua consequentia; nam ex causa infertur effectus, & contra, vt patet ex scientia de demonstratione: Neque dicas, eam reciprocam consequentiam non esse ex ratione causæ, & effectus, sed aliunde, quia causa vt causa, cum sit independens, potest esse sine effectu: non, inquam, id dicas; tum quia Aristoteles non ponit prioritatem secundum subsistendi consequentiam in eo, quod potest existere, sed in eo, quod existit non existente alio. Tum quia has prioritates constituit inter res, vt sunt constitutæ in natura, at nunc dantur causa, & effectus se mutuò consequentes; ergo.

A

Ex quo patet, cum Aristoteles dixit causam esse priorem natura effectu, loquutum fuisse de alio genere prioritatis; quare distinguitur à prioritate secundum subsistendi consequentiā, vt patet in postprædicamen cap. 2. *Videtur autem vltra iā dictos, alios esse prioritatis modos: eorum enim, quæ conuertuntur secundum esse consequentiam, & quod alteri quomodolibet causa est, conuenienter prius natura dici possit:* & ponit exemplum in orationis veritate, & obiectiua.

B

Confirm. ex Arist. in postprædicam. 3. vbi ea, negat, esse simul natura, quorum vnum est causa alterius, etiamsi se mutuo consequantur.

Secundo probat Suar. disp. 26. sec. 2. nu 8. ex Arist. loc. cit. vbi inter modos prioritatis ponitur ille, qui est secundum causalitatem, qui est, quando duo ita comparantur, quod vnum sit independens, & alterum depēdens, illud, quod est independens, est prius natura, quam dependens; quia ex naturæ ordine prius est, quam dependens, cum debeat supponi existens, ad hoc, vt det esse alteri: sed talis est causa respectu sui effectus; ergo. 7

Probatur à Suar.

C

Confirm. quia omnis causa, prius secundum naturam suam concipitur esse in se, quam cōmunicare esse effectui: tum quia omne ens, q potest habere, & carere actu accidentali, abstrahit secundum se ab vtroque, atque adeo prius est in se, quam habeat causalitatem, quæ est actus accidentalis causæ, vt dicit virtutem. Tū quia ex natura rei omnis causa præsupponitur ad effectum; quare hæc prioritas non est præcise ex parte intellectus, sed ex natura rei.

D

Dices existētia est in duratione realiter prioritas naturæ non est prioritas secundum realē durationem, sed secundum causalitatem depēdentiæ vnius ab alio.

Resp. ex dictis in Logica, in eodem instanti temporis intelligi plura instantia naturæ, quorum vnum est prius altero; vt in instanti, quo homo generatur, intelliguntur duo instantia: vnum, in quo producitur existentia hominis; alterum, in quo intelliguntur existere passiones profluentes ab homine existente.

E

Dices 2. causa secundum eam rationem debet esse prior effectu, secundum quam ab ea pendet effectus; sed effectus non pendet à cā ratione existentiæ, quia hæc non est operatiua; sed ratione virtutis: ergo causa secundum virtutem est prior natura effectu, non secundum existentiam. 8

Resp. etiamsi effectus non profluat ab existentia,

tia,sed à virtute; tamen existentia est conditio requisita in virtute,vt possit elicere actionem, & effectum; vnde cõstituit causam in actu primo.& hic Arist.docet,id esse prius,quod quoquomodo est causa, scilicet siue vt potentia eliciens, siue vt conditio principij elicientis.

Dices 3.an causa in actu primo sit prior natura,non solum effectu,sed etiam actione, seu causalitate.

Resp.affirmatiuè, etiamsi accipiatur cũ omnibus requisitis ad agendum, ex qua necessariò sequitur actio,dum non est libera. Dixi (cum omnibus requisitis) nam his ablatis, causa poterit esse etiam tempore prior sua actione, licet aliquando causa, & effectus habeant simultatem temporis.At instabis.Causa est prior effectu,at actio non est effectus. Resp. non esse effectum,vt terminũ, & vt quod,sed vt viã,& vt quo, quia est ipsa dependentia,per quã terminus pẽdet à causa;quare ipsa seipsa fit, & nõ per aliam actionem.

Hinc patet, cur causa libera non solum sit libera,dum non operatur,sed etiam in instanti, quo operatur; quia in eo,etiã instanti est prior saltem natura; actio enim non manat ab actu primo per mediam aliam actionem,sed seipsa: & ideo sicut nunc manat, ita posset non manare.

Dices 4. ex Arist.causæ, & effectus sunt simul.

Resp.loqui de simultate temporis,non naturæ,vt colligitur ex contextu. Et de eadem prioritate intelligitur,cum causam in potentia dicit esse priorem effectu in potentia; loquitur enim de causa actu existente, non tamen actu causante.

9 Secunda Concl. causa non solum secundum virtutem,sed etiam secundum causalitatem est prior natura effectu.Ita Suar.Murc.Mas. quia effectus,& causalitas,licet sint inseparabiles, ẽt per potentiam Dei, tamen effectus habet existentiam à causa per causalitatem, atque adeo secundum eam rationem, qua distinguitur cãlitas ab effectu,est prior effectu;nam licet non sit virtus,à qua pendet,est tamen via,per quam pendet,ac via est prior natura termino.

Probatur causam etiam secundum causalitaté priorem esse effectu natura prioritate.

Dices primo,vbi est mutua dependentia, ibi non est prioritas naturæ, quia hæc ponitur in re independente, sicut prioritas in re dependente: sed causa actualis dependet ab effectu, sicut effectus à causa, quia non potest esse cã actualis sine effectu.

Datur diuersitas prioritatis natura.

Resp.1. quod sicut est mutua dependẽtia in diuerso genere causæ, ita est diuersitas prioritatis naturæ in diuerso genere, siue secundum diuersam rationẽ: vnde causa actualis est prior natura effectu in genere causæ efficientis,effectus vero est prior in genere causæ terminatiuæ,seu formalis, sed quia hæc mutua dependentia non conceditur ab omnibus; ideo.

Resp.2.prioritatem naturæ poni in re, quæ communicat esse alteri,sicut posterioritas in re,quæ recipit esse;vnde propter connexionẽ, quam habet datio cum receptione non ponitur prioritas in recipiente respectu dãtis, quia

A non est dependentia in dante respectu recipiẽtis, quasi indigeat illo, à quo recipiat suum esse,sed ex dependentia concomitantiæ, ratione cuius datio,nec intelligi, nec esse potest sine receptione,sicut nec actio sine termino.Ratione tamen mutuæ relationis non habent prioritatem,& posterioritatem; sed sunt simul natura.

Dices 2. causalitas est simul cognitione cum causato; ergo etiam simul natura; quia maior est simultas cognitionis,quam naturę. 10

Resp.etiamsi concedatur simultas cognitionis, non tamen sequitur ibi esse simultatem naturæ; quia hæ simultates sunt diuersæ rationes;nam simultas cognitionis fundatur in connexione necessaria obiectorum, quoad cognitionem; at simultas naturæ fundatur super

B independentiam vnius ab altero,quæ potest esse inter ea,quæ habent connexionem, & quæ carent connexione: quare ex simultate cognitionis aliqui colligunt simultatem secundum subsistendi consequentiam.

Simultas cognitionis non infert simultatem naturæ.

Tertia Concl.causa in actu secundo non est prior natura sua actione,sed potius posterior; quia cum constituatur per actionem,tanquam per formam, est effectus formalis actionis, vt rectè Sonc.5.met.q.7.

Causa in actu secundo est posterior natura sua actione.

DVBITATIO III.

C *Quomodo materia, & forma sint priora suis effectis.*

ET si ex dictis de causa efficiẽte patere possit, quid dicendum sit de his causis; tamẽ vt clarius res intelligatur, placuit, distinctè rem explicare: quare sit.

Prima Conclusio causa materialis nõ potest esse posterior tempore suo effectu quoad existentiam realem; quia non potest causare, nisi actu existat; & de hac verum est, quod causa in actu,est simul cum effectu in actu. 1

Secũda Conclusio. Non est de ratione huius causæ vt comparata cum effectis suis sigillatim sit simul tempore cum illis; quia potest esse

D prior tempore quoad entitatem absolutam,nõ causando illos; De qua intelligitur id Arist. *Causa in potentia non necessario est simul cum suo effectu,sed potest esse prior.* Dicitur enim causa in potentia,quæ existit, sed non actu sub causalitate;comparata autem cũ omni suo effectu collectiuè,non potest esse naturaliter prior omni suo effectu; quia non potest existere naturaliter sine aliqua forma illam informante.

Tertia Concl. Materia est prior natura suo effectu:quæ prioritas non est accipienda secundum perfectionem vt alibi; sed duplici ratione; primo ratione dependentiæ, quod à materia pendeat forma, non tamẽ contra, vt à cau-

E sa priori; secundo ratione consequentiæ,quod inferatur ab existentia formæ, sed ex existentia illius non infertur existentia alicuius formæ signatæ. Difficultas posset esse solum de anima rationali,quæ remanet existens separata à materia, sed neque producitur extra materiam,& dum ipsa separatur à materia,nõ corrumpitur mate-

Prioritas naturæ quã habet materia ordine ad suũ effectum. 2

materia, sed etiam remanet existens.

Quarta Concl. Forma ex natura sua nunquā est prior tempore suo effectu, neque posterior, sed simul; quia forma non prius ponitur actu ens, quā causans 12.met.tex.16. *causæ*, inquit, *itaque mouentes tanquam ante ortæ existunt, quæ vero vt ratio simul sunt, cum enim sanus sit homo, tunc etiam sanitas, & forma æneæ sphæræ, simul atque ænea sphæra: si autem aliquid posterius permanet, considerandū est, in quibusdam enim nihil prohibet, veluti si anima tale sit, non omnis, sed intellectus.* Et ratio de his, quæ pendent ex materia clara est; qa nō possunt naturaliter existere extra subiecta, atqueadeo extra composita. De anima vero rationali ratio sumitur, non ex naturali dependentia, sed ex naturali proprietate rei, vt cum ordinetur ad componendum, postulat, vt non fiat, nisi quando actu componit, licet postea possit durare dissoluto composito, ratione cuius habet quamdam prioritatē quoad subsistendi consequentiam.

Forma tūc primo existit quando causat.

3 Quinta Concl. Forma non est prior natura suo effectu secundum subsistendi consequentiam, sed est prior prioritate naturæ secundum causalitatem Prima pars probatur; quia vbi est forma, ibi est effectus; nam non datur naturaliter forma extra materiam præter animā rationalem; neque effectus sine forma. Secunda Pars probatur; quia siue effectus sit existentia materiæ, vt volunt Thomistæ, siue illa supponatur, & effectus sit esse communicatū materiæ ex vi formæ, siue sit compositum secundum esse specificum, pendet à forma; ergo forma est prior natura; qa prius natura dicitur id, à quo aliud pendet, & ipsum est ab illo independens: vnde non potest dari mutua dependentia quoad idē esse, quia illud esset prius, & posterius.

Fōa est prior suo effectu prioritate naturæ non secundū subsistendi cōsequētiam.

4 Sed contra, quia forma non existit prius natura in se, quā informet; quia eius esse est existere in subiecto, atqueadeo informare; vnde non existit prius natura, quam compositum, & eius effectus, cum per suam informationem habeat existentiam.

Resp. quidam formam prius natura informare, seu causare, quam sit effectus, sed nō prius natura existere, quam sit entitas compositi, quia esse prius conuenit entitati compositi, & per illam conuenit formæ.

Sed contra Primo quia Arist. dixit, causam esse prius natura nō tantum quoad causare, sed etiam quoad existere respectu effectus. Secundo, quia si prius natura informat; ergo prius natura existit; nā esse est prædicatū transcendens inclusum in quolibet prædicamento reali, atqueadeo etiam in informatione: tū quia informare est actuando dare propriū existere. Tertio, quia ideo compositum est posterius informatione, quia oritur ex informatione; sed etiā entitas compositi consurgit ex entitate formæ.

5 Resp. alij, hinc tria esse; primò formam esse; secundo informare; tertio esse compositū: quæ tria ex natura rei distinguuntur. secūdo formā esse, & informare est prius, quam sit compositum, vt via respectu termini; nā causa est prius

A natura effectu: quod non solum de causa in potentia, seu in actu primo, sed etiā actu causante intelligitur; quia vt exercet causalitatē, est id, à quo pendet effectus, sed comparando formæ existentiam cum informatione, neutrū est prius natura in formis corruptibilibus.

Neque obstat, quod causa sit prior natura effectu; quia Arist. non dixit, causam prius natura esse, quam causet, sed quam sit effectus: quod verum est de effectu, vt est terminus causalitatis: & ratio est; quia causalitas non est propriè effectus causæ, sed est ipsum esse formæ, vt vnitum subiecto.

Sed contra, quia licet causalitas formalis nō sit effectus propriè dictus, vt est terminus, tamē est a virtute causæ, vt patet in causa efficiente,

B quæ non tantum est prius natura termino, sed etiam sua actione, licet diuerso modo; nam vt actu agens est prius natura termino, non tamen actione, quia per hanc formaliter constituitur, sed quatenus actu ens, est prius natura sua actione; vnde forma prius natura est, quam sit eius causalitas; quia hæc causalis est vera (quia forma existit, ideo informat).

Resp. Suar. formam prius natura esse, quam informet, non tamē prius natura esse in se, quā in materia, sed tantum præcisiuè esse prius natura, quam tali modo sit. Et si quæres in illo priori an sit in se, vel in alio? respondet, non rectè quæri, tanquam sit instans, in quo sit forma, & non sit informans; quia prioritas causa- 6

C litatis non explicatur per prius (in quo) sed (à quo) nā nō alia ratione dicitur, forma prius natura esse, quam informet, nisi quia informare manat ex esse formæ; licet in re in nullo signo rationis intelligatur forma simpliciter esse, quā materiam informet; vnde hoc posito. Resp. nō esse in se, nec in alio sed habere esse tale, quod requiritur ad causalitatem; hoc autem est tale, quod intrinsecè poscit esse in alio. Verum hæc responsio maiorē patitur difficultatem, quam præcedentes; nam sicut nullo modo prius natura causat, quam existat, ita nulla ratione potest prius esse, quam informat; quia informatio

D præsupponitur ad existētiam illius ex opinione Suarij, cum ex vi informationis habeat suam existentiam; quare.

4. Ego Resp. ex dictis, formam non pendere à priori quoad existentiam ab informatione, seu vnione formali; sed dependere à concursu substentatiuo materiæ; & à posteriori ab vnione formali; quia concursus substentatiuus non debetur formæ corruptibili, nisi dum informat materiam.

DVBITATIO QVARTA.

An causa finalis sit simul cum suo effectu.

E PRima Opinio est negantium, esse priorem; quia causa finalis, vt causet, non exigit existentiam; ergo non existit prius suo effectu; qa causat dum non existit.

4 exemplo causæ finalis probatur opinio negatiua.

Confir. quia finis est idem cum effectu, nam est effectus ipse præconceptus; sed idem nō est prius se ipso.

Sed

Secunda Opinio est dicentium, esse priorẽ effectu, quia id exigit ex ratione causæ; licet enim non causet per influxum realem, sed in- A tẽtionalem, tamen eo modo, quo est causa, debet esse prior.

Tertia Opinio est dicentium, finẽ posse cõsiderari primò secundũ suam virtutem causandi, & conditiones requisitas ad causandum in actu primo; & ita non est simul duratione cum suo effectu, quia potest esse existens intentionaliter, primus, quã effectus fiat. Secundo In actu secundo, dum scilicet actu finalizat, & ita est simul duratione cum suo effectu ex doctrina Arist. dicenis causam, & effectum in actu esse simul; secus autem de causa in potentia, idest secundum virtutem in actu primo. At vero secundũ prioritatẽ naturæ semper finis est prior B effectu, siue sumatur in actu primo, siue in actu secundo, & hæc mihi placet.

3 Prima Concl. Finis secundũ existentiam sibi necessariam ad causandum in actu primo, non est simul, sed prior effectu. Patet tum ex Arist. vniuersaliter negante omnem, causam in potẽtia, idest secundum potentiam causatiuam esse simul cum effectu. Tum ex ratione; quia finis potest concipi ante vllam suam causalitatẽ; existentia autem necessaria ad causam finalem est obiectiua.

Dices Non existit secũdum realem existentiam; ergo non est prius secundum durationẽ; quia duratio est passio realis existentiæ. Resp. C non semper finem esse priorem secundum realem existentiam; quia quando finis mouet, vt fiat, non requirit existentiam realem, vt causet, imo finis secundum realem existentiam neque necessario existit cum primo effectu, nisi cum vltimo effectu; quia primum in intentione est vltimũ in exequtione; quare causa in actu est simul cũ effectu, intelligitur cum proportione quadam, idest secundum illud esse, quod illi necessarium est ad causandum; & ratione esse illius est prior natura; quia est id, à quo aliud pendet: & quando dicitur, esse prior duratione, intelligitur, nõ de prioritate simpliciter, sed secundum quid, scilicet quæ intelligitur convenire existentiæ obiectiuæ. D

4 Secunda Concl. Causa finalis in actu secũdo est simul duratione cũ suo effectu; quia vt non potest intelligi existere actio sine suo termino; ita nulla causalitas sine aliquo causato; atque adeo sunt simul causalitas, & causatum; at per causalitatem cõstituitur causa in actu secundo ergo.

Causa finalis in actu secundo simul cum suo effectu.

Dices: Efficiens actu non est simul cum suo effectu; ergo neque finis, consequentia probatur; quia finis tunc finalizat suum effectum, cũ agens agit; quia non alio modo concurrit ad effectum, quam mouendo agens. Antecedens probatur; quia efficiens est in actu per actionẽ; E sed dum est actio, non est efficiens; & contra, dum est effectus; nõ est actio, quia iam pertransijt; ergo. Resp. in eodẽ instanti temporis, quo

5 primũ effectus habet esse perfectũ, agens communicat illud esse, atque tunc etiam operatur propter finem, quem habet; quia per illam actionem habet effectum; nam prius natura intelligitur causalitas illa, & productio, quam sit effectus; nam effectus consequitur actionem, vt terminus viam, siue in esse perfecto, siue in esse imperfecto secundum proportionẽ ad actionẽ: & hoc sufficit, vt dicatur agẽs operari propter finem in eodem instanti temporis, in quo est effectus; vnde finis causat sui productionem in eodem instanti temporis, in quo est.

DVBITATIO QVINTA

An inter causam, & effectũ sit simultas, vel prioritas secundum cognitionem.

ART. Primus quid alij sentiant de hac quæstione.

Resp. aliqui, omnem causam esse priorem ratione suo effectu; quia prius causa est in se, quam sit suus effectus; tum quia omnis res potest intelligi secundum suam essentiam absque intelligentia alicuius accidentis illius; at causalitas est accidens respectu illius. Tum quia prius habet esse in se, & virtutem, quam communicet esse effectui; quia actualis communicatio supponit virtutem communicatiuã, & actus secundus supponit actum primum. 1

Omnis causa prius ratione suo effectu.

Resp. Secundo alij distinguentes de causa vt causante, & potente causare. De actu causante dicunt, non esse tempore, vel ratione priorem effectu, quia 2. phy. 37. causa in actu non est, nisi vt habet effectũ in actu; ergo non potest intelligi causa in actu, nisi respectu cuius est in actu, hoc autem est effectus in actu, vel actio. 2

Confir. quia vt non potest intelligi potentia causatiua sine effectu in potentia, ita actu causans sine causato, & effectu in actu, quia sunt relatiua. Neque dicas effectum in actu non requirere causam in actu; quia hoc alibi impugnatum est; nam quod dicunt de causa finali, constat eam requirere existentiam obiectiuam, vt causet, & ita est simul cum effectu, vt supra dictum est, non posse esse electionẽ sine actuali intentione formali, vel virtuali, vel saltem habituali.

Sed de causa secundum virtutẽ distinguunt; nam vel nõ pendet à suo effectu; & ita est prior ratione, quia intellecta causa vt causatiua, solũ intelligitur effectus in potentia; sed si in sua existentia nõ pendet ab existẽtia effectus, optimè intelligi põt causatiua absque intellectione existentiæ effectus, at effectus non potest intelligi actu existens in ratione effectus, nisi intelligatur causa actu causans. Hinc etiam patet idem dicendum esse de causa, quę non pendet ab vnione cum altera causa vt sit; nam potest intelligi prior ratione, quam sit effectus, quia prior vnione, at effectus non est prior vnione, sed posterior; ergo. 3

Sed quando causa dependet ab effectu, tunc non est prior ratione effectu, quia non potest intelligi naturaliter existẽs id, cui deest aliquid necessariò requisitum ad existentiã: sed effectus est

est necessariò requisitus(vt supponitur)ad existentiam causæ,saltem in diuerso genere, & de possibili. Maior probatur ; res , quæ non est à se,non potest concipi existens, nisi intelligatur causa dans illi esse, & hæc non inadæquata, sed adæquata ; at effectus ingreditur causam adæquatam; ergo. Ex quo fit, vt causa pendeat ab effectu,non solum vt est effectus. sed vt causa, quia vt causa est. debet esse ab alio, cum non sit ens à se, sed ab alio.

Resp. intelligi , pendere ab effectu , non vt est effectus suæ causæ, sed vt est causa illius; nam prius intelligitur esse effectus , tum esse causa suæ causæ.

Sed contra quia vt causa, est etiam creatura;
5 ergo etiam est effectus alicuius , & non causæ inadæquatæ; ergo adæquatę;ergo in causa adæquata includitur effectus vt sic , & effectus vt sic non potest intelligi,quin intelligatur vt causa suæ causæ, cum hoc illi conueniat secundū vltimā differentiā, qua est talis effectus,scilicet à quo pendet causa.

Ex his colligunt , materiam , & formam nō habere prioritatem rationis inter se; nec essentiam,& passiones; nec actionem,& terminum; omnia , quæ habent mutuam dependentiam, etiam tanquam à cōditione, vt patet in duobus lignis se substentantibus mutuò , ne cadant; nā non potest intelligi vt vnum ab altero substentatum,quin intelligatur substentans:& hoc siue sit dependentia eiusdem rationis , siue diuersæ rationis ; nam si poneretur inter hæc prioritas rationis , sequeretur idem esse prius , & posterius secundum rationem respectu eiusdem : q videtur implicare , vt implicat in tēporis prioritate.

6 Hinc Secundo colligunt , quando existentia causę includitur in effectu,& depēdet ab vnione cum altera causa , cum qua componit effectum , quod non potest esse prior ratione suo effectu; quia effectus non est aliud, quam causæ inter se vnitæ : ergo si quęlibet pendet ab vnione, non potest esse prior ratione ipsa vnione,sed simul; ergo neque respectu effectus scilicet totius ; quia hoc non est aliud, quam materia, forma , & vnio simul; & licet materia sit prior tempore hac , vel illa forma , atqueadeo hoc vel illo toto; nō tamen omni: & ita neque est prior ratione omni composito , sed aliquo signato.

Hinc Tertio colligunt , corruptionem non esse priorem ratione , quam generatio ; neque contra ; qa alioqui materia potest intelligi existens,vel sine omni forma,vel informata duplici forma.

7 *Prioritas prudentia.* Vltimo docent , omne id , quod Intelligitur vt ratio à priori respectu alterius, dicitur prius ratione, quam alterum: quod non est accipiendū de prioritate rationis secūdum cognitionē, quasi intelligi possit res existens sine existentia effectus ; sed de prioritate dependentiæ : quia vnum intelligitur vt ratio,à qua aliud est,quod dicitur instans à quo,non in quo: & hæc prioritas est in omni , quod potest sumi vt antecedēs à priori respectu alterius,vt inter attributa

A diuina. Et hinc est, vt aliquid possit esse prius, & posterius ratione in diuerso genere respectu eiusdem; nam vt nō est absurdum duas res esse sibi inuicē causas; ita neque intelligi vt duæ rationes sint sibi inuicē rationes essendi in diuerso genere.

Dices , huius distinctionis inter has prioritates non meminit Arist. 8

Resp. negando, quia meminit in Postprædic vbi ponit prioritatem causæ ratione dependentiæ vt distinctam à prioritate secundum subsistendi consequentiam ; nam potest esse cum simultate secundum subsistendi consequentiā; hanc autem accipi repectu eorum , quæ simul existunt,quorum vnum infert aliud in existendo , vt affirmat exemplum de veritate proposi-
B tionis, & obiecto ; nam si quis cum primum producitur,proferret propositione hanc (quod homo est)licet in nullo instanti posset intelligi, quod homo existeret,nisi intelligatur vera propositio;cum veritas sit conformitas propositionis cum obiecto: tamē ad huc secundum Arist. prius natura est, hominem esse,quam esse verā propositionem; quia id est causa veritatis, nam ab eo,quod res est , vel non est , oratio dicitur vera, vel falsa.

Hinc infert , quod hac ratione pater potest dici prior ratione Filio ; non quod intelligatur in aliquo signo , in quo non sit filius ; sed quia intelligitur vt ratio, quare sit filius.

C Hinc demum infert, omnē causam dici priorem effectu , licet ab eo pendeat ; quia non est adæquata respectu effectus ; & causa , quæ est hoc modo prior , dicitur secundū Arist. prior secundum subsistendi consequentiam , vt pars respectu totius, & genus respectu speciei.

Resp. ad argumentū negando antecedens; 9
quia non potest intelligi esse in se , quin intelligatur vt communicans esse alteri; à quo illi cōmunicatur esse.

Ad probationē Resp. quod licet essentia intelligi possit sine accidentibus, non tamen actu existens sine accidentibus, à quibus pendet, vt patet de termino ; nam licet actio sit accidens
D respectu illius , tamen non potest intelligi esse, quin intelligatur actio, quia nō potest esse, nisi intelligatur productus. Et hinc patet.

Ad Secundam probationem , nam ex dictis constat , qua ratione essentia sit prior passionibus.

Dices. substantia vt nullum accidens includit in sua essentia; ita neque in sua existentia.

Resp. Primo hinc probatur etiam accidens posse esse, & intelligi sine substantia , quia non includit essentialiter substantiam.

Resp. Secundo sufficere, si includit ordinem actualem ad accidens actuale; & ita in accidente respectu substantiæ ; ratione cuius ordinis vnum non est prius ratione altero.

E Dices secundo, An sicut quando est mutua 10
dependentia inter duo non datur prioritas vel posterioritas rationis,vel simultas inter illas ita non necessario vnum debeat intelligi prius, vel posterius,vel simul cum altero. sed intellectui liberum sit concipere, vt vult.

Resp.

Resp. quæ ita se habent ratione sui, non habere simultatem; nec prioritatem, vel posterioritatē rationis, sed posse habere ratione alicuius extrinseci, cui coniungantur: vt v.g. producuntur duo homines in eodē instanti independenter vnus ab alio; tunc vnus homo non est ratio alterius, vel contra; sed tunc non apparet, qua ratione illi duo non debeant dici simul visi à Deo, & esse simul ratione in esse visi; qa verè sunt simul in tempore; nec est ratio prioritatis, vel posterioritatis in ipsa visione; ergo verè sunt simul in visione; quia necessariò viso vno, videtur alius; vterque enim terminat, & non est ratio, cur vnus prius altero; ergo simul. Neque dicas esse prioritatem, & posterioritatē ratione temporis, in quo intelliguntur illa existere, vt dicitur de successiuis, quia constat esse simul per coexistentiam, nam quando existunt in diuerso tempore, cognitio Dei intelligitur eodem modo, ac si essent successiuè, quia cognitio Dei ideo dicitur visio, quia terminatur ad obiectum existens, sed vnum tempus prius existit altero, & vnum obiectum prius tempore altero; ergo prius intelligitur vnum obiectū vt determinans cognitionem ad esse intuitiuū; quam alterum· quare vnum obiectū prius altero in esse visi: similiter calor, & frigiditas dimanantes ab eadē forma mixti, nō pendent adinuicem, sed quia ab illis pendet forma, & ipsa vicissim à forma, sunt simul ratione cū forma, atqueadeo inter se; quia vt ea, quæ habent simultatem cum tempore, sunt simul tempore; ita ea, quæ sunt simul ratione cū aliqua re, sunt etiam simul ratione inter se.

ART. II. Opinio Auctoris.

11 PRimo Not distingui debere illum terminum (Ratio) nā quando significat aliquid proportionale causæ, quo modo dicimus infinitatem esse rationem, cur Deo conueniat immensitas; tunc idem proportionaliter dicendū est de ratione, hoc modo accepta, ac de causa: si vero ratio accipiatur pro cognitione, vt scilicet ea dicatur simul ratione, quæ simul cognosci necesse est; de quare sit.

1. Concl. omnis causa, & effectus vt sunt correlatiua sunt simul ratione. Patet ex dictis in log. trac. 15. q. vlt. dub. 5. vbi ex Arist. ostendimus id esse commune omnibus correlatiuis.

2. Concl. causa formaliter sumpta, idest vt stat sub causalitate, etiā si sit prior natura effectu, vt dictum est supra; ad huc tamē est simul cognitione cum effectu, quia non potest intelligi causalitas sine causato ob relationem transcendentem, quam dicit causalitas ad causatum.

12 3. Concl. causa sumpta secundum virtutem seu potentiam, qua causat, non est simul ratione cum effectu existente, sed cum possibili, qa per se ipsam non dicit ordinem ad effectum existentem, sed possibilem; quodest commune omni potentiæ.

Causa secūdū virtutē simul ratione est cū effectu possibili.

Dices Arist. in Præd. relationis negat caput, & manū esse simul congnitione cum eo, cuius est manus, vel caput; & tamē sunt relatiua trāscendentia, vt partes relatæ ad totum.

A

Resp. ibi Arist. loqui de capite, & manu, vt sunt entia absoluta, & subiecta relationū, quæ negat esse relatiua; non autem loquitur de illis, vt includunt relationem partis, vt docet Zerb. 5. met. q. 19.5. Propter tertium. Vers. Ad huc esse essentiale. ex Auct. D. Tho. in. 5. met. sed quo modo intelligendæ sint hæ conclusiones, videantur quæ loc. cit. docuimus, quomodo autē causa cognoscatur ex effectu legēdus Durand. 1. d. 3. q. 2.

QVAESTIO SEXTA.

B

De comparatione causæ cum effectu quoad perfectionem.

DVBITATIO I.

An causa debeat esse perfectior suo effectu.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Not. causam accipi posse tripliciter; Primò, secūdum suam entitatem materialem; Secundo, secundum suam virtutem. Tertio, secundum causalitatem, & de omnibus his potest quæstio intelligi, an causa debeat esse perfectior effectu. 1

Triplex causa acceptio.

C

Secundo Not. quatuor esse genera causarū, scilicet materiale, formale, finale, & efficiens, & licet de his omnibus possit intelligi quæstio, tamen præcipuè intelligitur de efficiente, & qa hæc alia, est secunda, alia prima; & ex secundis alia est totalis adæquata, alia partialis seu inadæquata: quæstio intelligitur præcipuè de causa secunda adæquata: nam de causa prima, quod sit perfectior omni effectu, cum sit perfectior etiam causis secundis, vt optime Mayron. loco cit. Ex causis autem secundis aliæ dicuntur principales, aliæ instrumentales.

D

Tertio Not. effectum, alium dici immediatum, seu per se, & formaliter oriri à causa; aliū mediatum seu per accidens, & materialiter. Immediatus, seu per se dicitur illa ratio, quæ conuenit effectui ex vi talis causæ. Mediatus vero, & per accidens dicitur illa ratio, quæ cōuenit effectui, non præcisè ex vi talis causæ, sed est coniuncta, seu identificata cum illa ratione, quæ per se oritur à tali causa: vt v.g. ad cognitionem concurrit, & intellectus, & species, sed ratio repræsentandi, est per se, & formaliter à specie, materialiter vero ab intellectu: contra vero vitalitas est per se ab intellectu, & per accidens à speciē. 2

E

Quarto Not. inter res diuersę speciei necessariò vnam debere esse perfectiorem altera; qa vt supponimus ex met. res diuersæ essentiæ nō posse esse æqualis perfectionis; quia essent eiusdem perfectionis, atque adeo eiusdem essentiæ.

ART.

ART. II. Opiniones Doctorum.

3 *Omnis causa effectu imperfectior per aliquos.* PRima opinio est dicentium omnem causam esse imperfectiorem effectu; nam sicut collectio causarum est perfectior, quam singulæ; ita effectus participans perfectiones omnium causarum est perfectior singulis causis.

Confirm. quia si singulæ essent perfectiores effectu, continerent totam perfectionem effectus; ergo possent causare effectum sine alijs concausis; quia ad causandum effectum, sufficit virtus continens totam perfectionem effectus.

4 *Omnis causa effectu suo perfectior.* Secunda opinio est dicentium, omnem causam esse perfectiorem effectis. Tum quia formalitas causæ est perfectior formalitate effectus, quia illa dicit perfectionem, quæ conuenit etiam Deo; Hæc imperfectionem, quæ Deo repugnat. Tum quia etiam entitas, quæ denominatur causa, semper est nobilior effectu, qui per se, & formaliter dependet ab ipsa; nam tota illa perfectio est ab entitate causę. Neque obstat, quod repræsentatio obiecti sit perfectior in cognitione, quam in specie, & tamen est à specie, quia in cognitione est formaliter, & in specie virtualiter: nam dupliciter potest considerari repræsentatio; primo, vt est vitalis imago, & hoc habet à potentia vitali; secundo, præcise secundum repræsentationem, & sic nobiliori modo est in specie, quam in cognitione; quia licet in cognitione repræsentatio sit formaliter, & non sit specie, & tamen in specie est nobiliori modo, sicut ex eo, quod calor formaliter sit in igne, vel aere, & non in Sole, non sequitur esse nobiliori modo in igne, vel aere, quam in Sole; & ipsa repræsentatio non est formaliter in essentia potentiæ, & tamen potentia est perfectior actu, in quo est formalis repræsentatio.

Ex quibus deducunt, causam materialem, & formalem esse nobiliores, quam sint effectus ab illis promanantes secundum rationes, quibus promanant ab illis.

5 *Causa efficiens principalis æquiuoca nobilior suo effectu.* Tertia opinio est dicentium, ex causis tam materiam, quam formam, & finem esse imperfectiorem suo effectu; at vero efficientem principalem æquiuocam esse nobiliorem; causam vero vniuocam ratione suæ entitatis non esse perfectiorem, sed æqualis perfectionis, sed esse perfectiorem in ratione causæ, vt est id, à quo effectus accipit entitatem. ita Mas. cap. 3. tr. de caus. sec. 5. q. 1.

Probat primam partem, quia materia inter substantias est omnium ignobilissima, vt supra probauimus.

Secunda pars probatur; nam licet forma sit nobilior materia, cum sit actus, vt alibi probauimus; tamen est ignobilior toto, vt probat Soncin. 7. met. q. 18. Iau. q. 4. Ant. Andr. q. 5. contra Auer. 2. com. 4. & Suess. 7. met. disp. 5. & Aquarium q. de præstantia formæ. Tum quia totum habet nobiliorem modum essendi; habet enim modum essendi completum, forma vero incompletum, & (vt quo) cum sit (quo) tum quia est

A principium operandi (vt quod) cum habeat omnia requisita ad operandum; forma vero (vt quo) tum quia compositum est finis formæ; nam partes ordinantur ad totum. Neq; obstat, quod forma sit causa compositi, & habeat operationem à se, non ab alio, sicut totum; quia hinc solum probatur maior perfectio secundũ quid, quia licet in illis, quæ habent eumdem modum essendi nobilius sit, quod habet illum modum à se, quam, quod habet ab alio; non tamẽ in ijs, quæ habent diuersum modũ essendi; at totum habet diuersum modum essendi, ac forma, vt diximus. Vnde fit, vt dependentia, quam habet totum à forma, potius indicet maiorem perfectionem simpliciter in composito, quam in forma, à qua pendet; sicut finis est

B pfectior medijs, etiamsi pendeat à medijs. Accedit, compositum præter perfectionem formę includere perfectionem materiæ.

Tertia Pars probatur, quia finis nõ habet rationem causæ; nisi vt futurus, atqueadeo, vt non existens: effectus autem est ens in actũ. 6

Quarta Pars probatur ex D. Tho. 1. p. q. 4. a. 2. & 3. ex natura causæ æquiuocæ, quæ cum possit plura, quam eius effectus, erit perfectior effectu; operatio autem sequitur formam.

Quinta Pars probatur ex rõne effectus vniuoci, qui participat eamdem formam, & eumdem modum essendi, ac causa.

Sexta Pars probatur à Caiet. 1. p. q. 4. ar. 3.

C Ferr. 1. contr. gent. c. 23. quod semper causa, & causata formaliter sumpta sunt diuersi ordinis, & perfectionis; quia vnumquodque nobiliori modo inuenitur in causa, quam in effectu.

Quarta opinio est dicentium, omnem causam esse perfectiorẽ suo effectu per se, & immediato secundum esse, quod accipit ab illa, sed non omnem esse perfectiorem effectu secundum totam perfectionem, quam habet, siue sit causa materialis, siue formalis, siue efficiens. 7

Prima pars probatur, quia omne esse, quod est in effectu, continetur in illa causa, à qua il-

D lud recipit; ergo omnis causa est perfectior effectu suo; quia vel habet perfectionem eminẽtiorem perfectione effectus, vt causa æquiuoca, vel eiusdem rationis, sed modo magis independente; quia non habet illam dependenter ab effectu, vt effectus habet illam dependenter à causa.

Secunda pars probatur; quia in effectu præter esse, quod habet præcisè ex vi vnius causæ, habet etiam aliam perfectionem ex vi alterius causæ; & licet eadem perfectio secundũ rem indiuisibiliter sit ab omnibus causis, tamẽ secundum rationem potest concipi perfectio effectus, vt est ab vna, & ab altera causa. Hinc

E patet, compositum physicum habere maiorem perfectionem, quam habeat materia, quia continet formam, & maiorem quam forma, quia continet materiam; vnde cum ab efficiente non recipiat materiam, sed formam, fit, vt etiam habeat maiorem perfectionem, quam sit illa, quam recipit ab efficiente; & præterea habet appetibilitatem à fine.

Difficultates in sententia supra allegata.

8 In qua opinione duo mihi videntur habere difficultatem. Primum, qua ratione potest distingui perfectio, vt est ab vna causa, & ab alia, quia nulla perfectio, quantumuis ratione praescindatur, potest intelligi esse in effectu ab vna causa, quin sit ab alia; nam omnes causae necessariae ad effectum, concurrunt ad omnem perfectionem, quae reperitur in effectu producto; nam alioqui aliqua perfectio esset à materia, quae non esset ab efficiente, & contra: & similiter alia esset à fine, & non ab efficiente, & è contra: sed nulla talis perfectio concipi potest esse ab vna, quin sit ab alia. Ex quo patet probari singulas causas posse esse imperfectiores effectu, non solum secundum adaequatam suã perfectionem, sed etiam secundum inadaequatas perfectiones. Alterum est, quod in hac opinione non probatur, quia dicere videtur, esse aliquam perfectionem in effectu, quam non sit in causa efficiente illum, formaliter, vel eminenter; nam cum omnis causa efficiens sit aequiuoca, vel vniuoca, debet continere omnes perfectiones effectus, vel secundum eandem rationem, & modum essendi, vel secundum perfectiorem, & eminentiorem rationem; nam perfectio, quam habet effectus à materia, vel fine in suo genere, eandem indiuisibiliter habet ab efficiente in suo genere.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

9 Prima Conclusio, effectus non potest esse perfectior omnibus causis simul sumptis; quia nihil est perfectionis in effectu, quod non sit à causis suis; ergo omnis perfectio effectus praeexistere debet in aliqua causarum formaliter, vel eminenter; quia causae dare nõ possunt, quod nullo modo in se continent.

Secunda Conclusio, effectus comparatus ad causas intrinsecas simul sumptas nõ potest esse perfectior illis, vt actu sunt causantes, scilicet, vt includẽtes vnionem; quia hic effectus, vt hic supponitur, non distinguitur re ab his causis, vt supra: ergo nõ potest esse in illis inaequalitas perfectionis.

Confirmatur, quia non habet formaliter, & entitatiuè perfectionem, nisi ab his causis, quibus intrinsecè constat; ergo non est, vnde excessum habeat in perfectione.

Dices: composito conueniunt aliqua praedi-
10 cata, quae includunt perfectionem, vt per se operari, esse, viuere, &c. quae nõ conueniunt materiae, & formae; ergo.

Resp. has perfectiones non conuenire materiae, vel formae per se, vel aggregatim sumptis, sed vt actu causantibus, prout habent vnionẽ; qua ratione non distinguuntur à composito, nisi secundum rationem, vt supra: Hoc autem consurgens ex illis est nobilius partibus per se, vel aggregatim sumptis. At instabis: partes, vt actu causant, considerantur, vt in via; compositum vero, vt in termino; at illa praedicata conueniunt composito, vt in termino.

Resp. etiamsi id concedatur (quod tamen à multis negatur) adhuc non sequitur intentum;
A quia illa praedicata conueniunt etiam partibus, vt in via; quia ex ipsis communicatur composito; & si quae denominatio conuenit magis cõposito, id solum est per rationem; nam in re nihil habet, quod non conueniat partibus, vt causantibus, & perfectiori modo, quia independentius.

Tertia Conclusio, effectus vltimatus, & simpliciter materiae, & formae est perfectior secũdum entitatem materia, & forma per se sumptis. 11 Patet, quia includit perfectionem vtriusque partis, & perfectionem vnius: & altera pars non includit essentialiter, & constitutiuè, nisi propriam entitatem: nec mirum, quia talis effectus
B à neutra causarum per se sumpta habet totam suam intrinsecam perfectionem. Dixi (vltimatus, & simpliciter) quia si accipiatur effectus immediatus cuiusque causae, & fiat comparatio secundum quid, in eo scilicet, quod effectus praecisè habet à tali causa, non potest effectus esse perfectior sua causa, cũ ab illa nihil aliud effectus habere possit, quam quod contineatur in causa, & perfectiori quadam ratione, scilicet secundum independentiam ab effectu.

Dices: compositum accidentale non semper est perfectius altera causa per se sumpta, scilicet materiali, quae est compositum substantiale.

Resp. etiam tunc compositum accidentale
C superare in perfectione compositum substantiale; quia addit illi perfectionem accidentalem; vnde intensiuè superat, quando accidens illud additum non continetur in virtute illius substantiae; vel saltem extensiuè, quando accidens continetur eminenter in substantia, quia in composito accidentali continetur duplici ratione, scilicet formaliter, & eminenter.

Dices secundo, materia causat immediatè existentiam formae corruptibilis, quam substẽtat; 12 ergo effectus immediatus secundum eam entitatem, qua causatur, est perfectior sua causa.

Resp. ex Suar. sec. 2. num. 7. in causa perfe-
D ctionem dupliciter posse considerari; primo, simpliciter, quando gradum entis perfectiorẽ continet: secundo, secundum quid, quando nõ simpliciter perfectiorem continet gradum entis, sed imperfectiorem, licet secundum aliquã conditionem sit perfectius: vnde

Resp. materiam respectu formae accidentalis esse perfectiorem simpliciter, sed secundum quid imperfectiorem, quatenus accidens est actus quidam, & principium immediatũ operandi: sed materiam esse simpliciter imperfectiorem forma substantiali, & secundum quid perfectiorem, scilicet quoad rationem subsistendi seu secundum modum per se essendi, quia
E materia nulli inhaerere potest, cum sit primum subiectũ; at forma inhaeret materiae; vnde causa excedit in eo, quod causat suum effectum, quia habet perfectiorem modum existendi. De qua in metaphysica, cum de subsistentia, nunc id supponatur.

Resp.

Resp. 2. Flandria 5. met. quæst. 2. a. 1. ad 1. negando omnem causam esse nobiliorem suo effectu, vt patet in materia; & ad 8. addit effectum non habere nobilius esse in causa materiali, sed in efficiente. Sequuntur Conimbr. q. 5. a. 1. quod actus sit nobilior potentia 9. met. 19. & 1. phys. 81. materia dicitur turpe, & forma pulchrum Sco. Theor. 19. c. 8. sed non est recedendum à dictis.

13 Dices 3. qua ratione compositum sit nobilius forma; cum compositum addat materiã, quæ est omnium imperfectissimum seminariũ: vnde totum perfectionem accipit à forma, vt ait Iand. 5. met. q. 16. Zim. theor. 10. & 69.

Resp. adhuc esse perfectius, quia materia, licet sit imperfectior forma, tamen adhuc dicit aliquam perfectionem, vt alibi probatum est.

Finis duplex comparatus ad agens, & ad media.

Sed difficultas est de fine, qui duplex esse potest; primus, vltimus: secundus, non vltimus; & comparari potest, tam respectu agentis, qđ allicit, quam respectu mediorum, & operationum, quæ sunt propter finem acquirendum.

14 Quarta Conclusio, quando finis non est vltimus, non semper est perfectior suo effectu.

Probatur experientia; nam videmus nobilissimas operationes exerceri propter finẽ ignobiliorem, vt scientiæ vsum propter pecuniam, vel honorem: & ratio, quia finis solum mouet metaphoricè agens ad operandum, sed vt habeat hanc motionem, non debet continere effectum in se formaliter, vel eminenter, sed satis est; quod habeat aliquam rationem boni, vt moueat voluntatem agentis.

Dices, propter quod vnumquodque est tale, & illud magis: quod præcipuè habet locum in fine.

Resp. dupliciter vnum posse ordinari ad aliud: primo, tanquam ad media, intentione agentis ordinatum ad alium finem; & ita constat non propriè esse effectum huius medij, sed vtrumque esse effectum finis, ad quem ordinantur; quia non tam attenditur finis proprius, vt per se amabilis, quam ex ordine ad aliud: vnde etiam rectè potest res perfectior ordinari ad imperfectiorem, modò tota fortes ad finem vltimum propriè ordinetur. Secundo, tanquam ad finem in intentione sua non ordinatum alio; & ita duplex perfectio considerari potest in fine: primo, secundum gradum entitatis; & hæc non est ad rem nostram, quia potest esse maior, & minor. Secundo, ratione bonitatis, & appetibilitatis; & ita adhuc dupliciter potest esse hæc bonitas in fine: primo, secundum se; & hoc modo potest bonitas esse perfectior, vel imperfectior in fine, quam in medio, vt diximus in conclusione: secundo, in existimatione operantis; & hac ratione semper bonitas finis est maior, iuxta illud (Propter qđ vnumquodque est tale, & illud magis.) & in hoc sensu dixit Arist. finem esse optimũ vniusc. cuiusque; loquitur enim de fine vltimo respectu huius operantis.

Res perfectior ordinari ad imperfectiorẽ quomodo possit.

15 Quinta Conclusio, quando est finis vltimus, & appetitur secundum rectum ordinem, & naturæ institutum, tunc semper finis est nobilior effectu, non solum in existimatione operantis, vt dixit, sed etiam secundum rem. Patet inductione; nam Deus; dum operatur propter se, constat Deum esse nobiliorem, quam quæ operatur. Similiter naturalia agentia; non solum dum operantur propter finẽ vltimum, à Deo in eorum actionibus intentum, sed etiam, vt considerantur agere ex impetu naturæ, agunt propter finem nobiliorem; nam tribus modis operantur; primo, propter conuenientem statum indiuidui, vt Brutum mouetur ad conseruandam vitam, cuius operationis finis vltimus est substantia ipsa operantis, quæ est perfectior medijs, quæ assumit. Secundo, propter conseruationem speciei; & ita finis aliquo modo est æquè perfectus, quam est forma, quæ dicitur finis generationis, vel agens ipsum est finis suæ actionis: & aliquo modo est perfectior, quatenus commune bonum perpetuitatis speciei est bonum diuinius, quam vnum, vel alterum indiuiduum. Tertio, quando agunt propter communicationem esse, quod habent, vt in actionibus, quibus non generatur simile in specie, nec conferunt ad perfectionem intrinsecam agentis, vt in influentijs cœli: & tunc si consideratur finis proximus, qui est terminus actionis, est imperfectior, quam ipsum agens, sed ille non est tam finis agentis, quam actionis. Si autem finis vltimus est, quid perfectius, quia agunt ꝓpter bonum vniuersi, vel est Deus, quem imitantur in agendo, vel ipsummet agens, quia operari est perfectio extrinseca ipsius.

Finis primi agentis.

Ex his patet, quid dicendum sit de agentibus intellectualibus; nam quando rectè operantur, respiciunt implicitè, vel explicitè in actu honesto Deum, vt vltimum finem; & licet operentur etiam propter se, tanquam finem *cui* perfectionem illam comparant, tamen non sistunt in seipsis, tanquam in vltimo fine *cuius gratia* operantur; quia se ipsos in Deum ordinare debent. Quod si dicas, etiam ipsa agentia in serie finium *cui* sunt vltimi fines. 16

Resp. facile, etiam adhuc esse perfectiora, quam sint propriæ operationes; nec ipsa ita ordinantur ad suas operationes, tanquam ad cõpletum finem, sed tanquam ad finem *quo*; nam ipsasmet operationes ad seipsa ordinant; vnde intendunt seipsa completè in perfecto statu, tanquam finem vltimum intrinsecum illius actus, non tamen simpliciter vltimum, quia totum illud refertur in Deum, vt finem extrinsecum.

Dices, aliquando Deum ipsum quis ordinat ad creaturas, vt vltimum finem simpliciter. 17

Resp. ibi esse peruersum ordinem appetendi; quia de ratione finis vltimi est, vt propter se, & alia propter ipsum appetantur; vnde magis amari debet, quam alia; quare quando obiectũ minus amabile amatur magis, quam è contra, tunc contra ordinem naturæ.

Sexta Concl. causa efficiens totalis particularis est perfectior effectu, vel saltem æquè perfecta, D. Tho. 1. p. q. 4. a. 2. & 3. Scot. in 4. d. 12. q. 3. & quodlib. 5. Alen. 2. p. quæst. 83. a. 2. Heru. quodl.

quodl.2. Capr. in 1.d.15.q.1.a.1.& in 4.d.11. q.1.a.3.Auic.6.met.c.3.

Probatur, quia vel est vniuoca, vel æquiuoca: si primum, est æquè nobilis secundum perfectionem entitatiuam; si secundum, est nobilior; quia non potest esse æqualis, vt patet ex 4. not.neque ignobilior, vt probatur; nam cum causa continere debeat perfectionem, quam tribuit effectui, necessariò causa æquiuoca etiã continebit illam, & non formaliter secundum esse eiusdem speciei; quia sic esset vniuoca; ergo eminentiori modo: Vnde D.Thom.1.2.q. 66.a.1.ait omnem causam excedere suum causatum,& 1.p.q.4. ar.2.omnia, inquit, nobiliori modo sunt in causa: quam in causato; neque obstat, quod ibi neget aliquam perfectionem esse de nobilitate effectus, quæ non est de nobilitate causæ, nam id intelligitur de perfectione formaliter sumpta, vt explicat opusc. 72. q. 10.nam de perfectione hominis est potentia discursiua, quæ formaliter non est de nobilitate Dei.

Confirm.1.quia illo principio ablato, tota ratio philosophandi tolleretur inuestigandi ex effectis perfectionem causarum, & ex creaturis perfectionem Dei: Nã ex eo, quod Deus potest producere omnes creaturas, colligitur Deum esse omnium perfectissimum: & illo principio ablato, non est ratio, cur calor vt tria non possit producere calorem, vt quinque; nã tota rõ, cur non possit, est, quia calor, vt quinq; est perfectior.

19 Secundo probatur, quia vires rei ad agendũ non debent superare perfectionem ipsius, sed debent illi conformari: ergo impossibile est; vt maiores sint vires ad agendum, quam perfectio rei habentis illas; nam illa virium magnitudo cadit in perfectionem rei habentis illas: sed si aliquis posset producere perfectius, iam vires illius excederent perfectionem ipsius; quia perfectio illius rei non adæquaret perfectionem effectus, vt dicunt, & vires causæ essent maiores, vel æquales viribus effectus; nam effectus nullum effectum potest producere, & sic minores habet vires, quam causa, atque adeo imperfectior: vel æqualem effectum; & sic æquales habet vires effectus, ac causa. vel perfectiorem effectum; & contra est, quia daretur processus inter species, quarum vna sit in vniuerso perfectior alia: quare sistendum in causa productiua effectus, vel æqualis, vel imperfectioris; & tunc vires illius non excedent vires causæ. & hanc rationem affert Scot.theor.15.concl.2. quia nihil agit vltra quam est actiuum.

20 Tertio probat Scot. in 4.d.12.q.3.nam omnis causa vniuoca respicit effectum vniuocum pro termino adæquato suæ potentiæ; atq; adeo æqualis perfectionis: ergo si causa æquiuoca totalis est imperfectior suo effectu, non potest producere effectum, qui producitur ab vniuoca; atque adeo Deus non potest producere effectum producibilem à creatura. Consequentia probatur; quia effectus adæquatus potentiæ perfectiori non potest produci à potentia imperfectiori; quia adæquaretur duobus inadæquatis.

Confirm. quia, quando ad effectum concurrunt
A causa æquiuoca,& vniuoca, semper æquiuoca est perfectior; ergo totalis causa æquiuoca non est imperfectior suo effectu; quia alioqui effectus esset perfectior omni causa, etiam vniuoca, quando simul prædictæ causæ concurrerẽt ad productionem effectus, quod cõstat esse falsum. Antecedens probatur ex 5.met. quod oportet ordinem essentialem reducere ad aliquam causam perfectiorem toto illo ordine; quia effectus vniformis reduci debet ad causam vniformem extra totum illum ordinẽ, vt patet ex ijs, quæ in primo de generatione docet Arist. de causa perpetuitatis generationis, & corruptionis; neque Sol, & homo producunt hominem, nisi dispositiuè; & similiter
B quando cœlum concurrit ad generationem rerum corruptibilium.

Confirm.2. forma non potest dare esse perfectius in genere causæ efficiẽtis, quam formalis: sed in genere causæ formalis, neque causa vniuoca, neque æquiuoca potest dare esse perfectius, quam in se habet; ergo. Maior probatur, tum quia nullus modus dandi esse, potest esse ita perfectus, sicut modus dandi esse formaliter, ita vt neque essentia diuina potest alicui dare esse à se in quocunque genere causæ, perfectius, quam sit esse, quod dat formaliter. Tum quia in genere causæ formalis dat totam suam entitatem. 21

C Confirm.3. Nam si accipiatur effectus, licet simplex secundum rem, tamen secundum rationem habens duas partes A,& B, & accipiatur causa æquiuoca imperfectior effectu; si accipiatur perfectio, v.g.A, in qua effectus æquetur causæ; tunc quæritur de perfectione B, in qua excedit effectus suam causam, vel est à se, vel à nulla causa, vel ab aliqua; non primum, quia nihil producit seipsum, vt patet ex definitione causæ; non secundũ, quia impossibile est aliquid esse de nouo, & non ab aliqua causa; ergo erit ab illa causa; at hoc ipsum dici non potest, quia est improportionatus illi, nam excedit perfectionem illius.

D Ex his patet, idem dicendum esse de causa totali, etiam respectu effectus mediati causati ab illa, non quidem per denominationem, sed per verum influxum. Quod ita probatur, & explicatur; dupliciter enim aliquid potest dici causa mediata alterius; primo, quia producit formã quæ in eodem genere est productiua alterius, vt sol dicitur causa caloris per lumen; secundo, quia producit effectum, qui causat aliud, sed non effectiuè; quomodo applicans causam dicitur producere effectus, vel producens materiam dicitur causa formæ: quando igitur producens tertium, producit in eodem genere, quo ipsum producitur; constat conclusio; quia perfectio effectus tertij debet conti-
E neri in sua causa immediata, & perfectio huius in sua causa; ergo perfectio effectus tertij debet contineri virtualiter in causa prima productiua causæ mediæ. At quando mutatur modus causandi, si est vera causalitas, existimo etiam similiter habere vim argumentum; quia per- 22

fe-

fectio, quam causa in quocunque genere tribuit effectui, debet contineri in sua causa, & perfectio huius debet contineri in causa illius; ergo, quod si causa prima, vel media nō erit propriè causa effectus, vt patet in applicante, causam per se influentem; tunc non oportet, vt effectus contineatur in causa, atqueadeo potest esse perfectior effectus sua causa sic impropriè dicta.

23 *Effectus perfectior sua cā partiali ƒ Su.* 2. Patet quid dicendum sit de causis principalibus inadæquatis respectu eiusdem effectus. Respondet .n. Suar. disp. 26. sec. 1. n. 6. quod si loquamur de perfectione intensiua, nunquā effectus potest esse pfectior sua causa partiali, qa in hoc maximè differt hæc causa ab instrumentali. Et.

Confir. quia licet talis causa sit ex parte actionis partialis, tamen ex parte effectus agit in totū illum; & ideo non potest excedere suæ perfectionis gradum; nam licet eiusdem effectus plures causæ constituantur, tamen si quælibet earum esset imperfectior, tota earum collectio esset intensiue imperfectior, atqueadeo effectus ex natura sua perfectior acciperet esse ab eo, quod est ex natura imperfectius tanquam à causa adæquata.

Confir. 2. quia omnis effectus debet aliquo modo contineri in causa; sed in causa æquiuoca non potest contineri secundum idem esse formale; quia sic esset eiusdem speciei; ergo secundum diuersum esse, sed hoc nō potest esse maioris perfectionis in effectu, quam sit in causa; quia causa continet totum illud esse, & aliquid aliud: ergo debet esse diuersæ rationis, & maioris in causa, quod dicitur esse eminentiale.

Contrarium videtur docere Scotus in 4. d. 49. q. 1. ad. 5. L. vbi ait causam æquiuocam partialem secundariam non necessariò esse nobiliorem suo effectu; secus de secundaria principali, & ibid. q. 4. R. negat æquiuocam partialem necessario esse nobiliorem suo effectu, nisi sit nobilioris ordinis.

Dices cur cum causa partialis sit perfectior

24 effectu, non potest producere effectum.

Resp. id oriri ex diuersis capitibus sicuti sūt diuersæ causæ partiales, cum aliquando sint diuersæ speciei vt intellectus, & species respectu intellectionis; aliquando eiusdem, vt duo trahentes nauim, & in his, quæ sunt eiusdem rationis existimo oriri ex aliqua existentia materiæ, vel alia conditione effectus, quam non potest superare causam ratione suorū accidentium. Ita enim duo calores citius agunt, quam vnus: & duo trahunt nauim, non vnus.

Cur cā partialis non possit effectum producere.

Dices 2. cur causa partialis non sit imperfectior effectus, & instrumētalis sit imperfectior, cum vtraque causa indigeat alia concausa.

Resp. facilè, qui negant, instrumentum habere

25 immediatum influxum in effectum, sed tantum actionē præuiam dispositiuam, vt tribuitur Scoto, & ibi Hurt. disp. 9. met. sec. 12. D. Tho. & Vasqu. p. p. di. 176. nu. 8. & probat, quia instrumentum dicitur, à quo pendet quidem effectus, cui nulla formalitas effectus attribuitur: at hoc non est, nisi quia nō attingit immediatè effectum. At vero Vasquius lo. cit. dicet instrumenta, & præuiè operari, & etiā secundum aliquam formalitatem in effectu; licet nu. 19. & 20. doceat, causam, cui respondet in effectum aliqua formalitas esse principalem; & secundum hāc doctrinā facile patet responsio, qa causæ principali, etiamsi sit partialis, respondet aliqua formalitas in effectu; non sic autem instrumentalis, cum in genere instrumentorum reperiantur aliqua omnino improportionata cū effectis, vt patet inductione in naturalibus, & supnaturalibus; quæ enim formalitas existēs in essentia ignis, respondet calori cum differant prædicamenti figura; aut qua ratione gratia potest correspondere aquæ, & idem dicendum de similibus.

Resp. Secundo Suar. etiamsi natura causa possit attingere effectū sine concausa; tamen vna dicitur instrumentalis, quia habet imperfectiorem naturam, quam effectus; altera vero dicitur partialis, sed principalis, quia nō habet imperfectiorem naturam, sed de hac re diximus cum de causa instrumentali.

ART. IV. *Afferuntur, & soluuntur argumenta Aduersariorum.*

OBijc. 1. quando plures causæ concurrunt ad effectum, non requiritur, vt singulæ sint perfectiores effectu, sed sufficit, si vna inter illas sit perfectior effectu; sed ad effectū cōcurrunt causæ particulares, & Deus, tanquam duæ causæ totales in suo ordine; ergo non requiritur perfectio maior in causa particulari, sed sufficit, si sit in Deo, à quo potest dici manare effectus, secundum illam perfectionem, qua excedit; quia satis est, si tota perfectio effectus sit in tota serie causarum, & hoc. 26

Confirmari potest ex eo, quod videmus Brutum vnū generare aliud diuersæ, & perfectioris speciei; & vnum hominem generare alium, perfectioris ingenij.

Resp. Deum dupliciter posse agere ad effectum primo vt causa particularis, & ita concedimus argumentum, vt patet in productione Bruti in argumento proposito. secundo vt causa vniuersalis; & sic non producit effectum perfectiorem eo, quem potest causa secunda, quia suum concursum accommodat concursui causæ secundæ: neque aliqua perfectio ab illa manat in effectum, nisi mediante causa secunda; quia alioqui non ageret vt causa prima, vt concurrens cū causa secunda, sed per se, vt causa particularis, supponens aliquem defectum causa secundæ; & sic etiam patet, quando effectus habet aliquam perfectionem ex influentia cœlorum, maiorem, quam habeat causa particularis vniuoca; quia effectus quoad illā perfectionem nō oritur à causa particulari, vt particulari, sed à cælo, vt particulari, & à causa particulari ad summum, vt instrumentali: quomodo potentia generatiua Brutorum respectu perfectorum concurrit instrumentaliter dispositiuè, vel attingendo, Deo tamen supplente 27

defectum causæ particularis.

28 Ex his patet, quid dicendum sit de inæqualitate perfectionis indiuisibilis; nã si illa inæqualitas, est solu in perfectionibus accidentalibus, facilè respondetur ex Durando oriri non ex causis vniuocis, sed ex alijs circumstantijs, præsertim cœlestibus influentijs: si autem sit in perfectione substantiali; oriri ex concursu aliarum causarum, quæ, vt iuuant ad perfectius disponendum materiam, ita ad producendam formam indiuisibiliter perfectiorem, de qua re Fonseca. 5. met. c. 28. q. 16. vnde D. Tho. 3. contra gent. c. 84. ait, verum esse id Ptolomei in centiloquio, *cum fuerit Mercurius in natiuitate alicuius domorum Saturni, & ipse fortis in suo esse, dat bonitatem intelligentiæ*. Hinc Hyppocr. prudentiores esse ait, q ad meridiẽ spectant; quam qui ad aquilonem, non tamen ita ira effrenos. Hinc Plato in timæo scripsit Acticam regionem ob cœli temperiem præclaris ingenijs esse fæcundam. Lege Gal. lib. 3. aphoris. com. 14. & lib. 2. de temper. Auer. 2. met. c. 2. Plutar. lib. 5. de placit. c. 30.

29 Obijc. 2. Scot. Albedo, est agens æquiuocũ respectu suæ speciei, at species est perfectior albedine; qa vel est ipsa rei cognitio, vel productiua cognitionis.

Resp. Scot. hanc esse causam partialem suæ intellectionis, quæ potest esse imperfectior suo effectu; nam effectus reliquam perfectionem potest habere ab alia causa, scilicet intellectu, vel à Deo; & albedo respectu specierũ, vel non est causa totalis, cum lumen coagat, vt ait Gregorius; vel species sunt imperfectiores albedine: vnde sensibilia communia non producunt per se sui species; quia requiruntur sensibilia propria coagentia; nam species, cum sint qualitates, sunt perfectiores quantitate; quia ex Scoto 4. d. 12. q. 2. omnis qualitas ex genere suo est perfectior quantitate.

Ego Resp. albedinem ad productionẽ specierum concurrere vt principale agens, quia est perfectior, at ad cognitionem concurrere species, vt instrumentum.

30 Obijc. 3. calor vt quatuor in materia densa potest producere calorem, vt quinque in materia rara; ergo imperfectius producit perfectius.

Resp. id esse falsum; & si est verum, non excedit; quia ea perfectio, quæ est intensiua in effectu, est extensiua in causa.

Obijc. 4. hęc maior, vel ęqualis pfectio causæ, colligitur ex communicatione esse effectui: sed etiam instrumentum habet vim communicandi esse. Neque dicas, esse inadæquatum in instrumento; tum quia etiam hoc modo causa partialis habet communicationem; tum quia non explicatur, quid sit hæc communicatio inadæquata, cum totus effectus sit ab illo.

Resp. quidam, perfectionem causæ nõ colligi ex quauis communicatione, sed ex principali, & perfecta; nam ex hac colligitur subiectio naturalis effectus respectu causæ: at non sic est in instrumento; & ideo non subijcitur instrumento, sed causæ operanti per instrumentum. Sed non soluit difficultatem: quare.

Respondent secundo alij, instrumento nullã respondere formalitatem in effectu, sed hoc mirum est; nam si effectus totus pendet indiuisibiliter à causa instrumentali, & principali, cur nulla formalitas existens in effectu, respondet instrumento: quare ego. 31

Resp. causam vniuocam, siue partialẽ, siue totalem habere æqualem perfectionem essentialem cum effectu; quia alioqui non esset vniuoca: æquiuoca vero partialis potest esse imperfectior suo effectu ex Scot. in 4. d. 12. q. 3. ad primum pro opinione. E. qua ratione albedo, est causa partialis æquiuoca intellectionis. Sed ex dictis patet albedinem habere rationem instrumenti respectu intellectionis: quare Dico etiam partialem æquiuocam esse secũdũ essentiam perfectiorem effectu, licet habeat insufficientem vim ad producendum effectum; quia sicut nõ omne ens perfectius altero, potest illud producere; ita neque necessario habet sufficiẽtem virtutem, etiamsi habeat partialem.

DVBITATIO II.

Qua ratione causa dicatur perfectior suo effectu.

Primo Not. in causa esse tria, scilicet essentiam, potentiam, & causalitatem. Nunc quæritur, quid sit in causa, per quod est perfectior effectu, essentia ne, an potentia, an vero causalitas? 1 *Tria sunt in causa.*

Secundo Not. in effectu respondere totam essentiam effectus; secundo formalitatem, secundum quam est terminus formalis actionis, tertio causalitatem passiuam. *Tria correspõdẽt in effectu.*

In hac dubitatione Scotus in 4. d. 1. q. 1. N. docet, principium formale debere esse perfectius, vel æque perfectum termino formali actionis, & 2. d. 25. q. 2. ad 4. D. docet causam æquiuocam totalem, licet sit nobilior termino formali producto; non tamen oportet, sit nobilior producto simpliciter, nisi ratione termini formalis: & in hoc sensu debet explicari, qđ docet in 4. d. 43. q. 3. N. quod causa æquiuoca semper est nobilior suo effectu.

Prima Concl. non est necessarium, vt virtus, per quam causa constituitur in esse causæ productiuæ præcisè sumpta, sit perfectior effectu: sed est id, quo mediante, causa debet esse perfectior essentialiter suo effectu; vel saltem ęquè perfecta. 2 *Virtus productiua causa imperfectior effectu.*

Prima pars probatur; quia causa vniuoca formaliter constituitur in esse causæ per virtutem actiuam, seu potentiam productiuam; at tota entitas substantiæ non potest dici potentia actiua; quia nunquam potentia actiua potest esse substantia completa, nec integra pars substantialis physica; quare semper erit differentia specifica, vel generica; quia cum res habeat varios gradus, & secundum aliquos non sit actiua, vel saltem non est actiua talium operationum, non potest potentia productiua esse tota rei essentia.

Confir.

Confir. quia nulla substantia ex his, quæ videmus, dicitur actiua potentia, vt v.g. ignis formaliter non est potentia actiua, nec aliqua substantia composita ex materia, & forma, nec ipsa forma dicitur potentia actiua, nec vlla substantia completa spiritualis, sed tantum potentia actiua de his prædicatur in concreto, vt forma ignis est potens, vel habet potentiã actiuã &c. ex quo colligitur, potentiam actiuam nõ posse esse totam aliquam substantiã completam, vel incompletam physicè, sed semper accipi, vt accidens, vel vt differentiam rei essentialis. ex his

Probatur Prima pars conclusionis; nam cũ causa vniuoca dicatur, quæ producit effectum eiusdem speciei, & tota essentia causæ vniuocę nõ sit formaliter ipsa potentia productiua, erit formaliter potentia pars metaphysica ipsius, atqueadeo imperfectior toto composito; quare imperfectior effectu, quia hic ponitur eiusdem perfectionis, ac causa vniuoca.

3 Secunda Pars probatur; quia nisi causa sit perfectior suo effectu mediante hac virtute, iã tota causa poterit esse imperfectior suo effectu, quia per hanc constituitur in esse causæ in actu primo, per quam formaliter dat esse effectui; cum cætera, quæ sunt in causa, solũ per accidẽs se habeat ad dandum esse effectui.

Hinc fit, vt id, per quod causa constituitur in esse causæ, nisi sit causa accidentalis, & per determinationem, vt aqua dicitur causa calefactionis per calorem in se receptum, necessariò debeat esse essentiale prædicatũ ipsius causæ, nã alias non potest defendi, quo pacto causa per se influens debeat essentialiter suo effectu esse perfectior, vel æqualis perfectionis. Ex quo patet, virtutem productiuam substantiæ, non esse accidentalem, sed substantialem, & hoc est, quod dixit Scotus, principium formale esse vel maioris, vel æqualis perfectionis cũ termino formali.

4 Dices, qua ratione fieri potest, vt virtus actiua sit secundum se imperfectior effectu, & mediante illa cõstituatur causa essentialiter perfectior suo effectu.

Resp. id fieri posse; quia, vt differentia, qua vna res, est essentialiter perfectior alia, potest esse secundum se, & præcisè sumpta, imperfectior, quam illa res, licet species, quam constituit, perfectiorem ipsa faciat; ita potentia productiua, licet secundum se considerata sit imperfectior toto effectu, cõstituit causam, cuius est potentia essentialiter ita perfectam, vel etiã perfectiorem, quam sit effectus. At instabis: potentia nón tribuit rei maiorem perfectionem, quam habeat, sed ipsius perfectio, est minor, quam perfectio effectus; ergo constituit rem sibi illa minori perfectione; quia effectus formalis præcisè sumptus, nõ excedit causam formalem.

Resp. perfectionem causæ, non esse præcisè ex potentia productiua, quia habet alia prædicata sibi essentialia, sed solum per potentiam constituitur sub perfectione causę, qua ratione ponitur continere virtualiter effectum, nã inter causam, & effectum, est conuenientia formalis in prædicatis essentialibus: sed nisi poneretur hæc potentia in causa, nõ posset esse causa talis effectus.

Dices 2. effectus continetur virtualiter in causa ratione potentiæ: ergo etiam si sit aliquod prædicatũ genericum, vel differentiale ad huc præcise sumptum, debet esse perfectius suo effectu.

Resp. aliud esse id, quod cõtinet virtualiter effectum, & tota entitas causæ; aliud, rationẽ continendi, quæ est potentia productiua: modò id, quod continet, debet esse saltem æquè perfectum, ac res cõtenta; non autem ratio cõtinendi.

Secunda Conclusio, causa, est perfectior effectu in ratione causæ. 5

Causa perfectior effectu in ratione causa.

Probatur, quia esse independens, est perfectius, quam esse depẽdẽs; ergo cum aliquid ex natura sua indiuiduali, vel specifica, est dependens ab alio, & cõtra, hoc independens ab illo, erit imperfectius, & contra, hoc erit perfectius; quia est ens ex natura sua subditum alteri.

Confirm. quia sicut si creatura rationalis ex natura sua esset serua alterius, esset essentialiter imperfectior altera; ergo dum ens ex natura sua est subditum alteri, erit illo imperfectius; nam inferius non potest exercere actum potestatis in superius. Et in hoc sensu explicari potest August. lib. 83. qq. q. 2. dum ait, *omne, quod fit, ei, à quo fit, par esse non potest:* quod intelligitur saltẽ rõne dependentiæ, vel loquitur de principio, à quo res secundum essentiam suam necessariò pendet: quam dependentiam habet effectus à causa æquiuoca, & ab vniuoca.

DVBITATIO III.

Qua ratione modus operandi sequatur modum essendi.

DE hac Thomistæ cũ D.Tho. loc. infracit. præcipuè Caiet. 1. p. q. 14. a. 4. vbi Syl. in conflatu, & Recentiores. Hispalen. 4. dist. 49. q. 4. a. 3. Suar. disp. 30. met. sec. 11. nu. 13.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Not. hanc propositionem assumi, vt axioma, ex quo multæ quæstiones Theologicæ, ac philosophicæ deducuntur; inde enim deducunt, creaturam non posse intueri diuinam essentiam; quia diuina essentia habet modum essendi supra omnem modum essendi creaturarum. Secundo deducunt, nullã creaturam posse connaturaliter creare; quia creatio habet modum essendi simplicem independentem à materia, atqueadeo à potentialitate; creatura autem non abstrahit à potentialitate. Tertio deducunt, Deum esse immutabilem; contra vero creaturam; quia Deus habet modum essendi actualem, atqueadeo caret potentia, quæ est necessaria ad mutationem; contra vero creatura, cum habeat modum essendi potentialem. Hinc Deus, quia est ens actuale 1

Multæ quæstiones deducta ex vno principio.

per

per attributum æternitatis, non potest mutari secundum tempus; & quia est ens actuale per attributum immensitatis, non potest mutari secundum locum; & quia habet omnem perfectionem actu in essentia per attributum infinitatis, & simplicitatis, non potest mutari secundum accidentia; & quia habet scientiã omnium per attributum sapientiæ, non est capax mutationis secundum scientiam, & decretum suæ voluntatis, quia decretum voluntatis non mutatur, nisi vel ex cognitione de nouo adueniente, vel ex inconstantia morali, quæ dicit imperfectionem, quæ abest à Deo.

Verum quia non satis aptè hæ conclusiones ex dicto principio inferuntur, ideo conabimur illud explicare, ne ex illo malè intellecto veritates theologicæ, ac philosophicæ deductæ, vel improbabiles existimẽtur, vel penitus ignorentur.

Modus rei dupliciter accipitur.

2 Secundo Not. modum rei aliquando accipi pro ipsa substantia rei; vnde modus operandi idem est, ac ipsa operatio: aliquando pro perfectione addita essentiæ, quæ illam determinat.

Tertio Not. hunc modum, quo essentia determinatur, esse multiplicem; nam aliquis pertinet ad intrinsecam constitutionem essentiæ, vt compositio, & simplicitas, infinitas, & finitas, potentialitas, & actualitas. Alij pertinent ad essentiam, iam constitutam, vt existentia, quæ est modus actuans essentiã; Alij pertinent ad existentiam, vt esse à se, vel ab alio; & in se, scilicet per subsistentiam, vel in alio per inhærentiam; esse contingens, & necessarium, & alia huiusmodi, quæ determinant existẽtiam. Ex quibus secundum Scotistas, esse existens, & in alio, necessarium, & contingens; finitum, & infinitum dicuntur modi intrinseci, quia non variant rationem formalem rei, cui conueniunt.

Quarto Not. modum essendi se tenere ex parte principij operantis, sicut modus operandi ex parte operationis, vel effectus; nam tam operatio, quam effectus sequuntur perfectionẽ principij operantis, siue sit principiũ (quod) siue (quo) seu formale.

Quinto Not. sequelam posse intelligi; primo
3 quoad entitatem formalem, quia scilicet idem modus formalis essendi sit in operatione, & in principio operantis. Secundo, quoad identitatem proportionalẽ, quia scilicet modus essendi operationis est proportionatus modo essendi ipsius principij: quæ proportio potest esse vel connaturalis, vt est inter ignem, & calefactionẽ; vel supra naturalis, vt inter intellectũ, & visionem beatificam; & quia principiũ respiciens suam operationem connaturaliter, potest esse vel naturale, vt calor respectu calefactionis; vel supernaturale, vt lumen gloriæ respectu visionis beatificæ. De vtraque potest quæstio intelligi.

ART. II. Opiniones Doctorum.

4 Prima opinio est negantium modũ operandi sequi modum essendi ipsius principij; primo quia colores iridis, existentes in collo columbæ habent veram operationem immutatiuam sensus, & tamen non habent verum esse coloris, sed apparens.

Confir. quia accidens habet actionem substantificam, dum concurrit ad productionem substantiæ, & tamen nõ habet modum essendi substantialem; quia hic potius illi repugnat.

Secundo, quia non apparet, de quo genere principij intelligatur, an de principio in genere causæ finalis, an materialis, an formalis, an efficientis; nã non apparet quomodo modus operandi in his quatuor generibus causarũ sequatur modum essendi.

Tertio, de quo modo essendi intelligi debeat propositio; nam vel intelligitur de modo essendi secundum generalem rationem, & conuenientiam genericam, vel specificam: non secundum; nam vel intelligitur de modo essendi cõstitutiuo essentiæ; & non; quia potest principiũ operandi habere modum compositum ex his; & tamen operatio potest esse simplex, vt patet in operatione agentis naturalis: vel de ipsa existentia, quæ est modus contingens essentiæ; & hic semper reperitur, quia supponitur principium existens, vt det existentiam operationi, & effectui, vt supra ostendimus: vel de modo superaddito existentiæ, cuiusmodi est subsistentia, & inhærentia, & hæc licet naturaliter requiratur in principio actiuo, non tamen requiritur ad actionem connaturalẽ illius; vnde neque est simpliciter hic modus existendi necessarius in causa, vt patet ex speciebus Sacramentalibus, quæ nec subsistunt, nec inhærent, & tamen habent actionem; neque reperitur similis in agente, & operatione, siue effectu; nam ex causa subsistente oritur operatio, & effectus inhærens, & ex potẽtia purè actuali oritur operatio, & effectus, potentiam habens admixtam, vt operatio Dei; tum quia effectus æquiuocus non habet vllum modum essendi specificum similem suæ causæ. Denique operatio, vt est actio, specificatur, non solum à principio, sed etiam à suo termino; & si, est cognitio, etiam à suo obiecto, quod simul cum potentia concurrit ad cognitionem; ergo etiamsi potentia sit imperfecta, quia vnitur cum obiecto, habente perfectionem maiorem, poterit produci ab vtraque operatio perfecta; nam satis est, quod perfectio effectus, non excedat suum adæquatum, & totale principium. 5

Neque potest intelligi de modo essendi secũdum genericam rationem, vt vult Caiet. tum quia operatio debet assimilari suo principio, à quo secundum propriam rationem procedit: sed operatio secundum propriam rationem procedit à principio secundũ rationem specificam, ergo illi debet assimilari. Tum quia cũ rationes genericæ sint plures, non est maior ratio, cur proportio inter operationem, & principium sit in modo generico, secundum vnam rationem potius, quam secundum aliam; nam cognitio vt terminus v.g. est sub genere qualitatis, dispositionis, repræsentatiuæ per modum actus secundi, & vitaliter: quæ omnia prædicata sunt generica; nunc igitur petitur, cur

potius

potius cognitio debet assimilari suo principio secundum rationem repræsentatiuam, quam dispositiuam &c. quod si cognitio accipiatur vt actio, tunc est sub genere actionis vitalis, & cet.

Quarto, Difficultas est de extremis, inter
7 quæ debet esse hæc sequela: nam principium operatiuum potest comparari cum ipsa operatione, vt habet rationem causalitatis; secundo cum termino intrinseco causalitatis, qui, est effectus productus; tertio cum termino extrinseco, qui, est obiectũ cognitionis, & licet inter principium, ipsam operationem, & effectum, debeat esse aliqua proportio quoad perfectionem, quia tam operatio, quam effectus existit ex vi principij, atqueadeo debet in illo contineri; tamen non apparet, qua ratione debeat esse hæc proportio inter principiũ, cognitionẽ, & obiectum, quoad perfectionem; nam apparet eamdem potentiam, siue cogitatiuam, siue appetitiuam ferri tã in obiectũ multo perfectius, quam imperfectius illis, vnde Angelus inferior videt intuitiue superiorem, & superior inferiorem; & intellectus illuminatus per lumen gloriæ videt connaturaliter intuitiue Deum, & tamen in huiusmodi cognitionibus modus essendi obiectiuus superat modũ essendi cognitionis, & principij cognoscentis.

Confir. 1. quia obiectum, licet sit in cognoscente secũdum modum naturæ cognoscentis; quia quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur, cum non sit in illa per se ipsum, sed per sui speciem; non sequitur ipsum obiectum debere habere modum, quem habet potentia, sed quem habet illius species, quæ recipitur in potentia; at potest obiectum, etiam si habeat modum perfectissimum essendi, habere sui speciẽ, quæ habeat modum essendi imperfectiorẽ, scilicet accidentalem, vt species Angeli superioris existẽs in intellectu Angeli inferioris: imo hoc est de ratione omnis speciei, vt sit imperfectior obiecto, cuius est imago, siue formalis, siue virtualis.

Confir. 2. quia, licet obiectum pfectissimũ,
8 qualis est Deus, vt est cognoscibile per cognitionem sibi adæquatam, exigat in principio cognoscente eamdem perfectionem, tamen dum cognoscitur per cognitionem inadæquatam, etiamsi sit intuitiua, potest cognosci per potẽtiam inferioris rõnis, quia mediũ cognoscendi est inferioris rationis, cum non habeat modum essendi sic perfectum, ac obiectum.

Confir. 3. quia cum obiectum nõ existat ex vi potentiæ, non est, vnde exigatur hæc maior, vel æqualis pfectio in potentia respectu obiecti; sed potius, cum potentia patiatur ab obiecto, recipiendo species, & per species, actus, hæc maior pfectio essendi debeat esse in obiecto respectu speciei, quam contra, quia actiuũ, esse debet perfectius passiuo, ergo non est necessarium, vt potentia habeat eumdem modũ essendi, quem habet obiectum; atqueadeo modus operandi, non debet proportionari modo essendi obiecti, sed principij.

9 Quinto Difficile explicatur, qualis sit hęc sequela, identitatis ne, vel proportionis: nõ primum; quia nõ est nec identitatis specificæ, nec genericæ, vt supra probatum est ex causa principali, & suo effectu æquiuoco.

Confirm. quia talis identitas modi, vel est inter operationẽ, & principium constitutiuum causæ principalis; & hoc vel est substantiale; & recurrit eadem difficultas: vel est accidentale; & neque; quia effectus productus sæpe est substantialis, atqueadeo operatio substantifica habet modum essendi perfectiorem, quam principium. Ex quibus patet, multo minus posse intelligi de identitate modi operandi, & causæ instrumentalis, q̃a hæc semper est imperfectior quoad modum essendi.

Neque dici potest secundum, quod scilicet intelligatur de sequela proportionis; nam licet operatio debeat esse proportionata suæ causæ, & principio quoad essentiam; non tamẽ quoad modum essendi; nam causalitas finis habet modum existendi realem, & tamẽ finis causans habet modum existendi intentionalem. Quod si dicas, propositionem intelligi, de sequela in genere causæ efficientis; tunc cõtra Tũ 1. quia sicut id est verum in causa efficiente, quia perfectio effectus non potest excedere perfectionẽ causæ efficientis; ita in fine, quia nullus effectus debet excedere perfectionem suæ causæ, nisi forte causæ materialis. Tum 2. quia phantasmã, habet esse materiale; & tamen concurrit effectiuè ad intellectionem, quæ habet esse immateriale; & cœlum concurrit effectiuè ad esse viuentis, cum ipsum non sit viuens,

Sexto, Difficultatem facit modus sequelæ; nã vel intelligitur de proportione, & sequela, siue naturali, siue supranaturali inter principium, & suam operationem vel de proportione connaturali vt voluit Caietanus. Non primum, tũ quia inter potentiam obedientialem, & proportionem non est proportio in modo essendi, vt patet ex intellectu extrinsece eleuato ad visionem Dei intuitiuam. Tum quia ea proportio non est inter instrumentum artis, & suam operationẽ. Tum quia eleuatio, ideo est necessaria in principio respectu operationis, quia principium non habet modũ essendi adeo perfectũ, quantũ requirit operatio; ergo nõ potest huiusmodi proportio intelligi inter quodlibet principium, & suam operationem. 10

Neque dici potest secundum, nam intellectus eleuatus, per lumen respicit connaturaliter visionem Dei; & tamen nõ habet eumdem modum essendi. Tum quia instrumenta naturalia connaturaliter respiciunt suas operationes, & effectus; & tamen hic habet modum superiorem essendi, tum quia sicut omnis operatio supponit, & sequitur esse sui principij; ita modus operandi in quacumque operatione debet sequi modum essendi sui principij; nam perfectio operationis essentialiter supponit in principio, vel æqualem, vel maiorem perfectionem.

Secunda opinio est approbantium illã propositionem tanquam axioma certum, pro quo 11
primo affertur auctoritas D. Tho. 1. p. q. 12. a. 4.

vbi

vbi probat, creaturam non posse per sua naturalia videre Deum per essentiam, quia modus essendi rei cognitæ excedit modum essendi rei cognoscentis; at natura non cognoscit, nisi secundum quod cognitū est ex cognoscente: sed cognitum non est in cognoscente, nisi secundum naturam cognoscentis; quia quidquid recipitur, per modū recipientis recipitur: ergo cognitio cuiuslibet cognoscentis est secundum modum suæ naturæ; atque adeo modus cognoscendi, sequitur modū essendi. Sed hic D.Tho. non tam agit de modo essendi ipsius cognitionis, quam de modo essendi ipsius obiecti, qui est improportionatus modo essendi ipsius cognoscentis; nam alioqui modus essendi cognitionis intuitiuæ, quia esset accidentalis, esset illi proportionatus.

Secundo citatur 1.p.q.14.ar.1.ad.2.modū.s. connaturalem cognoscendi in quocunque cognoscente esse modū connaturalē ipsi cognoscenti; sed ibi asserit scientiam esse secundum modum cognoscentis; & ideo cum modus diuinæ essentiæ sit altior, quam modus, quo creaturæ sunt; scientia diuina non habet modum creatæ scientiæ, vt scilicet sit vniuersalis, vel particularis, in actu, vel in habitu, vel secundū aliquem talem modum disposita.

12 Tertio Citatur 1.p.q.84.a.4. vbi asserit modum actionis esse secundum modum formę agentis. Sed illa propositio asserit ex opinione Platonis ponentis, propter cognitionem vniuersalem, & immaterialem, naturas rerum separatas vniuersales, & immateriales: quod ipse reprænendit dicens non esse necessarium, cum intellectus humanus intelligat materialia, & indiuidua, immaterialiter, & vniuersaliter. Quare ex hoc potius sumi posset improbatio dicti in q.12.a.4.

Quarto Citatur 1.p.q.89.a.1. vbi probat animam quamdiu est in corpore, nō posse aliquid intelligere non conuertendo se ad phantasmata; cum vero est extra corpus, competit ei modus intelligendi per conuersionem ad ea, quæ sunt intelligibilia simpliciter, sicut ex alijs substantijs separatis; quia cum nihil operetur, nisi in quantum est actu, modus operandi vniuscuiusque rei sequitur modum essendi ipsius: at anima habet aliū modū essendi in corpore, & extra: ergo, & alium modum intelligendi.

Quinto Citatur 3. meteor.lec.6. digress. de color.q.1. vbi probat, lumen habere esse reale, & naturale in medio; quia habet operationem realem, & naturalem, scilicet illuminare; nam vnumquodque operatur secundum quod est 9. met. & operatio sequitur esse. Et infra probat lumen habere debilius esse in medio, quam in corpore luminoso, quia debilius operatur; at debilior operatio consequitur debilius esse, q̃a modus operandi, consequitur modum essendi.

13 Sexto citatur Scotus in 4.d.1.q.1.§. ista ergo vbi ait omnem formam, quæ requirit potentiam receptiuam in essendo, si est actiua, necessario requirere potentiam passiuā in agendo; alioqui forma terminans actionē esset absolutior à materia, quam à forma principiante, actum: hoc autem est inconueniens; quia A terminus formalis actioni, non potest esse perfectior formali principio agendi; at absolutio à materia perfectionem arguit.

Septimo, ex auctoritate libri de causis propos.8. vbi Ægid.& D.Tho.& 1.2.quæst.5.a.3. *omnis intelligentia scit, quod est secundum se,* idest superiora, *& quod est sub se,* idest inferiora; & explicans modum subdit; *& intelligentia quidem est substantia intelligibilis; ergo secundum modum suæ substantiæ scit res, quas acquirit desuper,* vt loquitur Proclus: & infra: *& cognoscit causam suam, & causatum suum per modum, quo est causa eius. Et similiter omnis res non scit meliorem rem, & rem maiorem, & inferiorem, & deteriorem,* B *nisi secundū modum suæ substantiæ, & sui esse, non secundum modum, secundum quem sunt res.* Quia scilicet, inquit Ægid. res non sciuntur, vt sunt in seipsis, sed vt sunt in intelligente, sed superiora sunt in intelligente, vt causato, & inferiora, vt in causa. Hæc enim omnia fundantur secundum Ægidium in hoc axiomate, quod omne agit secundum modum substantiæ suæ; & p modum sui esse.

Octauo, ex Athanasio oratione contra Idola: *Immobilis quidem,* inquit, *& incompræhēsibilis natura altior est omnibus rebus creatis, vt homo in ea cognoscendo frustra laboraret ex eo, quod ipse ex non ente ad essentiam prodierit;* C *ille autem ex creatis non sit:* quare ex eo, quod homo habet modum essendi creatū, negat posse cognoscere obiectum increatum, scilicet ex proprijs viribus intuitiuè. 14

Nono, ex Maximo cent. 2. c. 3. apud Cyparissiotam decad.2.c.6. vbi negat rem compositam posse intelligere rem omnino simplicem; quia scilicet modus essendi obiecti excedit modum essendi rei intelligentis.

Decimo probatur inductione: nam omnis operatio, vel est omnino materialis, vt est operatio elementorum, & mixtorum in extrinsecū, vel omnino immaterialis, vt diuina, vel medio modo, scilicet partim materialis, partim D immaterialis, vt cognitio creata, at patet in omnibus, modum operandi sequi modum essendi; ergo. Minor probatur; nam constat operationem primi generis sequi principium habens modum essendi omnino immersum materiæ, nullo modo abstrahendo à materia; operatio autem secundi generis sicut est increata, ita respicit principium increatum; vnde est connaturalis solū Deo: at operatio tertij generis, quia participat aliquam immaterialitatem, quatenus est tendētia ab obiecta sine materia, exigit principium, quod agat actione immanente, idest per receptionem obiecti sine materia, scilicet receptionem speciei; & quia inter cognitiones sunt varij gradus immaterialitatis; ideo exigū- E tur in principijs similes gradus; nam sensatio est circa materialia secundum immaterialitatē indiuiduationis, quia licet sensus percipiat obiecta per species sine materia, tamen in essendo sunt omnia materialia; at intellectio animæ existentis in corpore, licet habeat operationem ab- 15

ab-

abstractiorem sensitiua, quatenus fertur circa obiectum abstractum ab indiuiduis, tamen nõ potest ferri, nisi ad obiectum sub ratione materiali, quia est à principio secundum se, immateriale quidem, sed qui habet modum essendi in corpore, vnde fit vt naturaliter non habeat species, nisi abstractas à phantasmatibus, nec illis vti, nisi dependenter à phantasia. Deinde cognitio Angelica, quia est à principio composito ex esse, & essentia, actu, & potentia, nõ potest ferri naturaliter, nisi ad obiectũ habens eamdem compositionem.

ART. III. Opinio Auctoris.

16 *Nihil est in effectu, quod non sit in cã adæquata.*

PRima Conclusio. Ex vi prædictæ propositionis certum habetur, nullam perfectionem posse habere effectum, vel operationem, quæ non sit in causa adæquata, formaliter, vel virtualiter; siue sit perfectio essentialis, siue modalis: nam dũ dicitur, quod modus operandi sequitur modum essendi, illa sequela est per dependentiam, atqueadeo in genere causæ, at omnis causa adæquata continet eminenter, vel formaliter perfectionem, quam communicat effectui; ergo ex vi illius sequelæ debet perfectio effectus præsupponi esse aliquo modo in causa. Dixi *causa adæquata*; nã respectu inadæquatæ potest effectus esse perfectior, vt cognitio, quæ ratione vitalitatis, excedit speciem, à qua producitur.

Confir. quia ideo modus operandi debet sequi modum essendi, quia nõ excedit perfectionem principij, quia si excederet, iam non sequeretur; sed potius præstaret.

Confir. 2. quia operari supponit existentiã principij: at sicut operatio non potest habere existentiam, nisi determinatam ex suo modo essendi; ita, & principiũ. Hinc patet hanc propositionẽ non intelligi de effectu respectu causæ instrumentalis, quia effectus potest esse perfectior causa instrumentali, vt dictum est.

17 *Explicatur sequela illius axiomatis.*

Secunda Concl. non est necessarium, vt hæc sequela sit cum identitate formali, & eiusdem rationis inter modum essendi operationis, & principij. Primo quia sicut nõ est necessarium, vt sit perfectio eiusdem rationis specificæ, vt patet ex causa æquiuoca; ita nec est necessariũ, vt sit identitas eiusdem rationis quoad modum.

Confir. quia non est necesse, vt omnis modus essendi, qui est in effectu, præsupponatur idem formaliter in causa; probatur, quia Primo effectus potest habere modũ existendi p inhærentiam, cum tamen causa aliquando habeat modum subsistendi, vt cum passiones producuntur, ab essentia substantiali, sic Angeli p suas substantias cõcurrunt ad sui cognitionẽ. Secũdo Sæpe effectus habet perfectionem modalẽ, atqueadeo imperfectissimam existentiam, cum tamẽ causa habeat perfectiorem. Tertio Sæpe effectus habet modum essendi simplicem, cum tamen causa sit composita, vt patet ex intellectione, quæ producitur ab intellectu, & specie. Neque hinc fit, effectũ excedere in perfectio-

A ne scilicet in simplicitate suã causam; quia simplicitas nõ est perfectio, nisi cæteris paribus; nã simplicitas non addit perfectionem, aliter enim materia, quæ est simplicior composito, esset perfectior composito: sic etiam generatio est à composito ex materia & forma; & tamen ipsa secundum se non est formaliter composita ex materia, & forma.

Dices An sicut effectus habet modum essendi compositum ex esse, & essentia; ita debeat in causa reperiri similis modus. 18

Resp. Primo nõ esse necessarium; nam effectus omnis productus à Deo habet talem modum compositionis; & tamen Deus est actus purus.

B Resp. Secundo, quãdo in causa est talis modus, non potest effectus ab eo procedere carens tali compositione. At instabis: sicut à composito ex materia, & forma potest esse effectus carens tali compositione, sed habens minorem compositionem, scilicet ex esse, & essentia; ita posset reperiri causa habẽs compositionem ex esse, & essentia, & inde oriri effectus carens tali compositione, sed habens aliã, scilicet ex existentia, & subsistẽtia, seu inhærentia; vel ex essentia, & accidentibus.

Resp. negando similitudinem; quia omne ens, eo ipso, quod est productum necessario includit compositionem ex esse, & essentia.

C Dices 2. an modus subsistendi, & independentiæ à causa materiali, qui est in effectu, supponat necessariò in causa similem modum independentiæ. Negant aliqui, eo quod modus subsistendi, licet sit necessarius, vt causa substantialis existat connaturaliter, tamen non influit in effectum: vnde humanitas Christi, & si non habeat propriam subsistentiã, sed pendeat à Verbo; eodem modo operationes naturales operatur, ac si subsisteret per propriam subsistentiam. At negant alij, eo quod subsistentia est perfectio quædã communicata effectui ex sua causa: ergo necessariò debet præsupponi in causa.

D Confir. quia ideo Doctores negant creaturã posse creare, quia operatur per potentiam, quę est dependens à subiecto; creatio autem est independens à subiecto. Ego vero dico primo, non esse necessarium in principio formalem subsistentiam, vt patet ex argumentis primo loco positis.

Dico 2. Principium debet habere virtualiter modum essendi independenter à subiecto; qa debet habere talem perfectionem, cui sit connaturalis talis modus essendi; alioqui effectus excederet suam causam in perfectione tã formali, quam virtuali, & eminentiali; vnde principium adæquatum operationis, & effectus independentis à subiecto, necessario dicitur

E continere talem perfectionem, quæ ex natura sua exigat independentiam à subiecto.

Tertia Conclusio modus operandi sequitur modum essendi quoad proportionem; quia talis est operatio, & modus eius, qualẽ requirit modum essendi, & perfectio principij operantis; nam inter principium, & suam operationẽ 19

debet

debet esse proportio, cũ operatio sit perfectio naturæ operantis, atqueadeo illi proportionata.

Hæc Scot.4.d.4.q.11. post princ.§. Respondeo ad primam Rationem & litt.B.§. secundũ hoc ergo. & in 1.d.3.q.3. & litt.C.§. congruẽtia Bass.4.d.49. q.5.a.1. consentit Molin.1.p. q.12. & 4.

Sed difficultas est, qualis debeat esse hæc proportio inter principium, & suam operationẽ, ac effectum.

20 Quarta Conclusio hæc proportio cõsistit in continentia effectus, & operationis intra latitudinem sphæræ actiuitatis potentiæ. Quia sicut potentia respicit effectus, quos cõtinet virtualiter, quia nõ se extendit ad producendos alios effectus, quam ad contentos virtualiter: ita effectus respicit principia, in quibus continetur virtualiter, quia possunt ab illis produci.

In quo consistat illa proportio.

Dices quomodo cognosci potest hæc continentia effectus in causis.

Resp. non posse aliquid certo statui de singulis in particulari; nam supponit cognitionẽ singularum causarũ; neque in omnibus est eadem ratio; solũ tamen vniuersaliter dici potest debere huiusmodi continentiam colligi, vel experientia, vel ex compositione causarum, vel ex similibus.

21 Dices 2. an cõsistat hæc proportio in immaterialitate, vel materialitate: vnde sicut perfectio est materialis, ita & principium illius.

Affirmant Thomistæ, quos sequuntur multi Recentiores, vt patet ex dictis. Sed his obstat, quod si inter operationẽ, & effectũ necessario, saltem connaturaliter exigeretur talis proportio, sequeretur, quod sicut materiale principiũ nõ potest attingere principaliter operationem immaterialem; ita neque immateriale principiũ posset attingere operationem materialem, quia deesset proportio necessaria.

Sed Responderi posset, quod licet desit proportio formaliter, non tamen virtualiter; quia principium immateriale cõtinere potest ob sui perfectionem effectus materiales; non tamen contra, quia Imperfectius non continet perfectius, & mihi placet.

22 Difficultas manet circa applicationem huius propositionis ad particulares materias. Nam Thomistæ hanc propositionẽ exigunt, tã inter principium, & operationes, siue sit cognitio, siue non; quam inter principium, & obiectum cognitionis; nam cum constet, non quamlibet potentiam ferri in quodlibet obiectũ, sed determinatam in determinatũ, necessariò requiritur inter potentiam, operationes, & obiectum aliqua proportio. At hæc proportio nõ potest esse, nisi secundum eam rationem, qua potentia est cognoscitiua, & obiectum cognoscibile: at hæc ratio est immaterialitas ex D.Tho. 1.p q.14.a.1. *Patet igitur*, inquit, *quod immaterialitas alicuius rei est ratio, quod sit cognoscitiua, & secundum modum immaterialitatis est modus cognitionis*; vnde 2. de an.tex.12. dicitur, quod plantæ non cognoscunt propter suã materialitatem: ergo requiritur proportio secundum immaterialitatem.

Quinta Conclusio inter potentiã cognoscitiuam, & obiectũ requiritur proportio aliqua secundum gradum immaterialitatis, vt immateriale neget materiam physicam; non autem vt neget materiam metaphysicam. 23

Proportio inter potentiã cognoscitiuã, & obiectum.

Prima pars probatur ex doctr.Arist.2.de an. tex. 124. vbi negat plantas sentire, quia non habent mediocritatem idest complexionem ex primis qualitatibus moderatam, necessariã ad sensitiuam potentiam, vt sit receptiua formarũ sine materia, nam ex tex. 121. omnis sensus est id, quod est susceptiuum formarum sine materia; nam vt cera anuli sine auro, vel ferro recipit figuram, sic sensus patitur à re odorifera, soporosa, & sonante; *sed non vt vnumquodque illorum dicitur, sed in quantum huiusmodi, & secundum rationem*, quod recipitur, non est odor, sapor, vel sonus realis, & sensibiliter, sed inquantum huiusmodi, idest illis simile, & secundum rationem, idest secundum Imaginem; & licet sit commune omni passo recipere formam ab agente, nam materia præsupponitur; tamen est differentia in modo recipiendi; nam aliqua recipiunt illam realiter, & materialiter, sicut erat in agente; licet cum distinctione numerali; aliqua vero recipiunt formam tantum intentionaliter, & secundum diuersum modum essendi ab eo, quo erat in agente, quia dispositio materialis patientis nõ est similis dispositioni materiali, quæ est in agẽte; & ideo dicitur forma recipi sine materia, qa patiens assimiletur agenti secundum formam, & non secundum materiam. Et hinc fit, sensum cognoscere rem singularem, idest cum cõditionibus indiuiduantibus, quæ sunt hic, & nunc, & cum alijs circumstantijs, & non recipere rem materialiter, & realiter.

Confir. quia sensibile supra sensum nõ facit sensationem; ergo vt fiat cognitio, debet obiectum non esse in sensu materialiter, sed immaterialiter, quod est esse spirituale.

Confir. 2. ex opinione omnium, qui ex hoc loco colligunt potentiam cognoscitiuam participare aliquam rationem immaterialitatis, de qua re disputabitur in libris de anima; nũc autẽ supponatur.

Secunda Pars probatur: quia nulla res creata caret materia metaphysica, sicut non caret aliqua compositione metaphysica: sed tam potentia cognoscens, quam obiectum cognitum sunt creata; ergo non carent materia metaphysica. Appello autem materiam metaphysicam, quæ dicit aliquam potentialitatem, qualis reperitur in rebus omni ex parte spiritualibus. 24

Confir. quia licet sensus non percipiat, nisi sensibile sibi appropriatum, vt visus colorem, auditus sonum; tamen intellectus, qui dicit aliquam potentialitatem non solum intrinsecè, sed etiam extrinsecè, cũ respicit materiã informabilem, fertur circa totam latitudinem entis, sub quo comprehenduntur, non solum corporalia, cum quibus nõ habet proportionẽ secũdum conditiones naturales intrinsecas, cum intellectus sit secundum substantiam spiritualis, cuius-

cuiusmodi nō ſunt entia corporalia, ſed etiam Angeli, inter quos eſt varius gradus eſſendi ſecundum potentialitatem; imo, & Deus ipſe, qui omni caret compoſitione phyſica, & metaphyſica, ſed eſt actus omnino purus.

25 Dices: obiectum cognoſcitur à cognoſcente, vt eſt in principio cognoſcente; ſed non eſt in ipſo cognoſcente niſi ſecundum modum cognoſcentis; quia quidquid recipitur per modum recipientis recipitur: ergo quidquid cognoſcitur debet cognoſci ſecundum modum cognoſcentis; quia hic modus eſſendi eſt compoſitus ex potentia, & actu: ergo.

Reſp. 1. ex Scoto, obiectū cognoſcitur, prout eſt in cognoſcente, vel per ſeipſum; & non quia obiectum cognoſcibile non exigit eſſe in cognoſcēte per ſeipſum; non vt habet eſſe naturale, ſed vt habet eſſe intelligibile, id eſt, vt habet ſupplere locum ſpeciei: ex quo ſequitur obiectum ſecundum eas conditiones, & proprietates intelligitur, ſecundum quas repræſētatur per ſpecies cognoſcentis; nam quia idē repræſentatur diuerſo modo, diuerſis potentijs, (nā aliter viſui, aliter ſenſui communi, aliter vegetatiuæ, aliter æſtimatiuæ, aliter intellectui humano, ac Angelico) ideo obiectum dicitur eſſe in cognoſcente ſecundum modū cognoſcentis; & in hoc ſenſu à nemine negari poteſt propoſitio.

26 Sed dubium eſt, an obiectum poſſit cognoſci prout eſt in ſe à potentia, quæ habet diuerſum modum eſſendi ab eo, quem habet obiectum. Negant Thomiſtæ, dicentes non poſſe intellectum intueri diuerſam eſſentiam ex viribus ſuis propter hanc rationem. At Scotus probat concluſionem, non probat huiuſmodi rationem. Tum quia ex illa propoſitione, quod modus operandi ſequitur modum eſſendi, bene ſequitur non poſſe intellectum creatum tendere in Dei eſſentiam per viſionem increatam, quia modus eſſendi huius operationis excedit modum eſſendi intellectus creati, & hac ratione, nec poteſt, etiamſi ſit eleuatus: At non ſequitur, non poſſe per viſionem creatam; quia hæc viſio non excedit, quoad modum eſſendi intellectum creatum, ſed potius eſt imperfectior.

Tum ſecundo, quia modus eſſendi potētiæ, non debet proportionari ſecundum perfectionem modo eſſendi obiecti ſecundum eſſe reale, ſed ſecundum eſſe intelligibile; quia obiectum non producitur ſecundum eſſe naturale, ſed ſecundum rationem intelligibilis, ſeu vt ex vi potentiæ repræſentātis intelligibiliter: at potentia proportionatur ſemper obiecto ſecundum eſſe intelligibile, quia obiectū, vt intelligibile dicit ordinem, & ſpecificatur à potentia intelligente; nam redditur intelligibile, vt vnitur potentiæ in ratione ſpeciei per ſeipſum, vel per ſpeciem à ſe diſtinctam.

Tum tertio, quia cognitio non eſt ipſum obiectum, vel per identitatem numericam, vel ſpecificam, ſed diſtinguitur ſpecie ab obiecto, cum ſit repræſentatio ipſius: ergo non poteſt habere eundem modum eſſendi: ſed imperfectiorem; tum quia repræſentans, vt ſic, eſt imperfectius repræſentato, vt ens apparens eſt imperfectius ente vero; tum quia ex pluribus ſpecie diſtinctis, vna eſt imperfectior alia, at nō poteſt obiectum eſſe imperfectius in ratione repræſentati, ipſa cognitione; ergo cognitio erit imperfectior.

Tum quarto, quia licet obiectum, vt cognoſcitur cognitione comprahenſiua exigat in potentia eundem modum eſſendi, quem habet in ſe, tamen vt cognoſcatur inadæquatè, non videtur neceſſarium, vt cōueniunt in modo eſſendi; nam ſicut cognitio eſt inadæquata, & imperfectior cognoſcibilitate obiecti; ita poteſt habere modum eſſendi imperfectiorē, & inadæquatum modo eſſendi, quem habet obiectum: ſicut Angeli inferiores naturaliter cognoſcunt ſuperiores, ſed non comprahendunt illos. Neque dicas, in Angelis id prouenire, quia conueniunt in generali modo eſſendi, qui includit potentialitatem; Tum quia in obiecto non tantum attingitur gradus genericus, ſed etiam ſpecificus: ergo ſi per attingētiam obiecti ex viribus naturæ requiritur conuenientia in gradu generico, debet etiam eſſe conuenientia ſecundum gradum ſpecificum; Tum quia ſi ille gradus ſufficit ad attingentiā connaturalem obiecti ſecundum quidditatem illius, ſufficiet etiam ad comprahenſionem; nā perfectio obiecti, vt cognoſcibilis adæquatè, adhuc continet imperfectionem compoſitionis; tum quia ſi ſufficeret conuenientia in gradu generico potentiali, multo magis ſatis erit gradus genericus intellectiuus, quia magis proximè facit ad intellectionem.

Reſpondent, ex his rectè probari, Deum cōtineri intra latitudinē obiecti potentiæ intellectiuæ naturalis, vt eſt cognoſcibilis abſtractiuè ſecundum gradus quoſdam communes; non tamen vt cognoſcibilis intuitiuè ſecundū gradus proprios actualitatis puræ, & vt in ſe eſt; nā apparet, vnamquamque potentiam cognoſcere quidem obiectum perfectius, ſed ſecundum modum ſuum, vt patet experientia, nam anima, non ſolum vt ſenſitiua cognoſcit ſolum corpora, ſed ēt vt intellectiua exiſtens, tamen in corpore, omnia, etiam res ſpirituales intelligit ad modum rerum materialium; quia naturalis modus cognoſcendi ſequitur modū eſſendi eius, ſcilicet in corpore: ex quo fit, quod intellectus omnia cognoſcit, vel aliquo modo compoſita, vel per analogiam, & proportionē ad ſuum eſſe, & ſuam compoſitionem; nam ſi anima in concipiendo ſequitur modum eſſendi, qui eſt accidentalis animæ, multò magis ſequeretur modum eſſendi eſſentialem, qualis eſt compoſitio illius. 27

Modus intelligendi animæ in corpore.

Confir. quia facultas intelligēdi ſequitur eſſentiam ſubſtantiæ immaterialis; ergo modus eſſendi ipſius facultatis ſequitur modum eſſendi ipſius ſubſtantiæ, atqueadeo illi proportionatur.

Sed repugnant Scotiſtæ dicentes, cauſam, 28

Eeee cur

cur anima existẽs in corpore intelligat res spirituales ad modum rerum materialium, esse, quia non cognoscit obiecta, nisi per species receptas ab obiectis sensibilibus, quæ sunt materialia; vnde fit, vt non intelligat obiecta, nisi ad modum rerum sensibilium: neque dependentia specierũ quoad vsum cum consortio phantasiæ, infert hunc modum cognoscendi animæ ex modo ipsius essendi; nam cum species sit repræsentatiua ex natura sua obiecti sub modo materiali, & sensibili, intellectus per illam intelligens, siue sit in corpore, siue extra, semp. intelliget obiecta ad modum rerum materialium, cum hoc solum discrimine, quod dum existit in corpore, simul cum opatione intellectus, est operatio phantasiæ, propter necessariam quamdam concomitantiam inter phantasmata;& species;at qñ anima est extra corpora (si species illæ manẽt) non est hæc necessaria, concomitantia, cum tunc absint phantasmata. Deinde etiamsi ex hac necessaria concomitantia fieret, vt non possit operari intellectus, nisi simul operetur phantasia, tamẽ nõ debet inde fieri vt intellectus intelligeret spiritualia ad modum materialiũ, si haberet species proprias immaterialium;nam vnaquæq; potentia operatur circa suum obiectum modo proportionato suis speciebus.Hæc in hac cõtrouersia volui adnotare, non vt aliquid statuam, sed vt difficultates, quæ in ea sunt, intelligantur a lectoribus, nam cum hic tractatus sit de causis, satis est nobis explicare perfectionem, quam habere debet effectus ex vi suæ causæ,non autem perfectionem obiecti,quod non recipit esse ex vi causæ cognoscentis; quia de ea aliqua dicemus in libris de anima, & plura Deo benè iuuante in prima parte quæst. duodecima, & decimaquarta. & 1. tom. opusculorum dum in disputatione prima explicauimus, qua ratione verum sit,& qua ratione falsum, modum operandi, sequi modum essendi.

ART. IV. soluuntur Argumenta primæ opinionis.

29 AD primum Respondet Diuus Thomas 3. meteor lec. 6. quæst. 3. in iride esse veros colores, debiliter tamen, & imperfectè, sicut lumen in medio respectu illius existentis in luminoso: quia quod est verè motiuum visus est verus color; at sic sunt colores iridis. putat enim colores non oriri, nisi ex admixtione lucis cum perspicuo opacato, siue permanenter,siue transeunter.

Confir. quia sensus nõ decipitur circa proprium sensibile; at sensus iudicat esse colores veros.

Confir. 2. quia ibi sunt principia veri coloris;nam principium veri coloris in actu est perspicuũ aliquo modo terminatum,quod habet rationem materiæ, & lumen ibi existens actu habet rationem formæ;at ibi est nubes terminata, alias non haberet rationem speculi refrangentis; & ibi est lumen solis incidens, & quia hæc principia non sunt ibi permanenter; ideo non habent esse permanens, sed debiliter.

At alij negantes esse veros calores, Respondent, ibi moueri visum à lumine existente in perspicuo terminato,& illud verè videtur; sed quia hæc immutatio potest esse similis immutationi, quam facit color verus, ideo imaginatiua iudicat esse colorem, sicut sensus iudicat esse pondus, quando premitur aliquo per virtutem motiuam animalium, quia habet eundem effectum,qui sentitur, idest durum comprimens, quia sensus exterior non distinguit an illa compressio oriatur ex virtute motiua animalis, an elementari, & inde fit, vt æstimatiuæ fallatur æstimando esse ex virtute motiua elementari, cum sit ex animali. 30

Ad Confirmationem Respondeo, propositionem illam intelligi de principio;non autem instrumentali,quale est accidens.

Ad secundum Respondeo,propositionem intelligi de principio effectiuo principali; tamẽ posse proportionaliter applicari ad quodlibet principium in suo genere; nam omnis causa est perfectior suo effectu immediato secundum eam rationem, qua effectus causatur in eo genere; & solum difficultas esse solet de materia, de qua diximus supra; & patet; nam cum illa concurrat ad substentandam formam, perfectiori modo essendi subsistet materia, quam forma, licet hæc sit perfectior secundum essentiam, quam perfectionem habet ab alijs causis: vnde non obstat,quod in tertia difficultate obijcitur de productione speciei ex vi phantasmatis; quia hoc concurrit instrumentaliter; & similiter species ad cognitionem,quæ vitalitatem non habet à specie,sed à potentia,vt alibi. 31

Ad tertium Respondent Thomistæ, intelligi de modo essendi generali,secundum abstractionem,vel immersionem in materia. Verum hæc doctrina,licet possit habere locum respectu operationis,quæ est cognitio, non tamen respectu aliarum operationum. Præter quam, quod neque respectu cognitionis potest habere veritatem,vt patet ex dictis: quare ego dico debere intelligi de modo essendi, quoad perfectionem secundum eam rationem, quam principium influit in effectum; nam quando est causa æquiuoca semper modus essendi perfectionis,in causa est perfectior, quam in effectu; quando vero est vniuoca est eiusdem perfectionis specificæ; at vero respectu vtriusque causæ,semper modus operandi existentialis sequitur modum essendi causæ existentialem: quare 32

Dico primo, vniuersaliter modus operandi sequitur modum essendi,siue perfectionis,siue existentiæ.

Dico

Dico 2. Quod dicitur de principio operandi, & operatione, poteſt proportionaliter applicari ad operationem, & obiectum; nam modus operandi ſequitur modum eſſendi obiecti, non quidem directè, ſed indirectè, vt infra.

33 Ad quartum Reſp. intelligi principium tam reſpectu operationis, quam reſpectu effectus, vt dictum eſt, & etiam reſpectu obiecti ſecundum aliquam rationem; nam intellectio, quæ eſt potentia effectiua debet proportionari intelligibilitati obiecti; at intelligibilitas proportionatur eſſentiæ, & modo eſſendi obiecti: neque obſtat, quod potentia eadem feratur circa obiecta perfectiora, & imperfectiora, quia ſemper fertur circa illa modo ſuo, ideſt ſecundum modum imperfectiorem, quem habet; vnde intellectus noſter intelligit Deum ad modum rerum corporalium; & ſic Angelus inferior ſuperiorem ſecundum imperfectum modum ſibi proportionatum; vnde non cognoſcit intuitiuè eodem modo, ac Angelus ſuperior ſeipſū, vel vt cognoſcitur à perfectiori, nec idem dicendum de viſione intuitiua Dei, quia intellectus creatus nullum habet modū eſſendi, nec genericum, nec ſpecificum ſimilem modo eſſendi diuino.

34 Ad primam Confirmationem, poſſe obiectū perfectiſſimum habere ſpeciem ſui imperfectam, & ſic cognoſci; tamen debet ſupponi in intellectu capacitas talis ſpeciei; at cum intellectus creatus nullam habeat proportionem ex ſuis viribus cum ſpecie ſufficienti ad viſionem Dei, non poteſt illam recipere.

Verum in hac ratione ſupponitur intellectū non eſſe capacem ſpeciei intuitiuæ, de quo eſt controuerſia: quare de hac ratione dicemus in prima parte; ſicut etiam patebit ſolutio ſecundæ Confirmationis; nam quod dicunt, non poſſe fieri intellectum capacem cognitionis intuitiuæ Dei, etiam inadæquatæ, ob diſtantiā inter purum actum, & ens potentiale, adhuc non apparet ex hac ratione demonſtratum, quare de vera ratione huius impoſſibilitatis dicetur in 1. par.

Ad tertiam Confirmationem, quod licet nō exiſtat ex vi potentiæ; tamen habere debet intelligibilitatem proportionatam ſuæ eſſentiæ, & improportionatam intellectui potentiali.

35 Ad quintum Reſpondeo, & dico primo, hāc ſequelam inter modum eſſendi cauſæ, & modum operandi, intelligi quoad proportionem; quia inter hæc tria, ſcilicet principium, operationem, & effectum neceſſaria eſt aliqua proportio: Neque obſtat, quod finis exiſtat intentionaliter; quia ipſe non communicat effectui exiſtentiam immediate, ſed mediante cauſalitate efficientis, quam mouet communicando effectui amabilitatem.

Finis communicat exiſtentiam media cauſalitate efficientis.

Dico ſecundo, Hæc proportio ſecundum Thomiſtas debet eſſe cum identitate generica, quoad modum eſſendi; nam principium habēs compoſitionem ex aliqua ratione actus, & potentiæ; non poteſt habere operationem, vel effectum carentem huiuſmodi compoſitione.

Ad primam inſtantiam Reſp. aſſimilari quidem ſuo principio ſecundum ſpecificam rationem, quando eſt effectus vniuocus; non tamen quando æquiuocus.

Ad ſecundam Reſp. eſſe rationem maiorem in vno prædicato generico, quam alio, quia attendi debet illa ratio generica, in qua conueniunt omnia creata; cuiuſmodi eſt principium, & ſua operatio; hoc autem eſt compoſitio ex actu, & potentia.

Ad ſextum Reſpondent hoc principium nō intelligi, quoad operationes ſupernaturales, vt patet ex inſtantijs ſupra poſitis; ſed quoad naturales, quæ habentur viribus naturæ; nam hæc ſupponunt in principio virtutem connaturalem, & modum eſſendi illi proportionatum. 36

Ad primam inſtantiam facilè reſpondent, qui dicunt intellectum illuminatum concurrere ad viſionem inſtrumentaliter.

At difficilius reſpondent, qui putant cōcurrere principaliter; nam ponunt in lumine quandam perfectionem ordinis diuini, ſed hęc perfectio non eſt eiuſdem perfectionis, ac eſſe diuinum omnino, quia eſt participatum, ſed fortè dicunt ſufficere conuenientiam analogicam in modo eſſendi ordinis diuini; nam licet exceſſus diuinæ immaterialitatis impediat intellectum, etiam illuſtratum, ne poſſit comprehendere Deum, non tamen impedit, quin intellectus illuſtratus cognoſcat per viſionem inadæquatam Deum, quia cum ſit eleuatus ad ordinem diuinum, connaturaliter vendicat ſibi obiectum omninò purum; duo enim gradus diſtingui poſſunt in diuino eſſe; primus, quo Deus eſt ſecundum eſſe abſque omnipotentialitate; & hic non excedit modum eſſendi intellectus illuſtrati lumine diuino, ſed habent inter ſe proportionem. Secundo, vt dicit omne eſſe eminenter, vel formaliter, & ſic excedit omnem modum eſſendi intellectus creati, etiam illuſtrati; quia à nullo poteſt comprehendi.

Ad ſecundam inſtantiam Reſpond. propoſitionem prædictam non habere locum in cauſa inſtrumentali. 37

Ad tertiam inſtantiam Reſpond. rectè ſequi, obiectum ſuperioris ordinis ſecundum adæquatam rationem non poſſe cognoſci à principio inferioris ordinis, niſi principium fiat per eleuationem adæquatam obiecto in ſuperiori ordine: at per lumen gloriæ, licet intellectus conſtituatur in ordine diuino, atque adeo reſpiciat Deum, non tamen adæquatè, ob rationem dictam.

ART. V. Soluuntur argumenta secundæ opinionis.

38 AD primum ductum ex auctoritate S. Tho. Respondent Scotistæ veram esse propositionem, sed à D. Thom. nec probari, nec rectè applicari ad cognitionem, & obiectum. At nos in referendis locis D. Thom. notauimus sensum, quoad explicationem illarum propositionum, vt patet ex primo, secundo, & tertio loco. Ad quartum locum conceditur animam existentem in corpore, intelligere per conuersionem ad phantasmata, quia non recipit species, nisi productas à phantasia, atque adeo repræsentatiuas obiectorum materialium: at non sic quando est extra corpus; quare potius Scoto fauet, sicut etiam in quinto loco; nam inde maxime probatur nostra conclusio, quod operatio non possit habere perfectiorem modum essendi, ac principium. Ad sextum locum ex Scoto Resp. nostram conclusionem inde probari.

39 Ad secundum Resp. rectè probari omnia intelligi secundum perfectionem specierum, quas intellectus habet; siue illæ producantur ab obiectis, siue ab alio; & species in vnaquaq; potentia recipiuntur secundum proportionē ad illam, nam sicut species non possunt recipi in potentia auditiua, & contra; ita species proportionatæ intellectui humano, non sunt proportionatæ intellectui Angelico, &c.

Ad octauum Resp. Athanasium primo loqui de cognitione compræhensiua, quæ repugnat creaturæ, vt sic.

Ad nonum Resp. loqui tum de principio composito ex materia, & forma, qualis est homo, qui non intelligit spiritualia, nisi ad modū rerum corporalium, à quibus recipit species; non autem de principio composito metaphysicè; tum de intellectione secundum perfectionem adæquatam perfectioni substantiæ spiritualis simplicis.

40 Ad decimum Resp. illam inductionem esse insufficientem, quia licet constet animam existentem in corpore non intelligere spiritualia, nisi ad modum rerum corporalium; tamen id esse, quia non habet sufficiens principium intelligendi, nisi dependenter à sensibilibus, quorum recipit species, & quibus vtitur; quare, quod docet de substantijs abstractis, sine fundamento, dicitur, quia non apparet, cum debeat intelligere obiecta simplicia, & carentia compositione ad modum rerum compositarū, quia illis possunt communicari species repræsentatiuæ immediatè obiectorum spiritualiū, & simplicium independenter ab obiectis cōpositis, cum ab his nullam habeant dependentiam, neque quoad primam sui productionem, neque quoad conseruationem, neque quoad vsum.

Resp. 2. eam inductionem esse insufficientē ex alio capite, quia præter sensus externos, qui cognoscunt obiecta contracta ad materiam indiuidualem, & præsentiam, datur imaginatiua, quæ fertur circa obiecta particularia absentia, imo nullo modo existentia.

Respon. 3. posse abstrahere à conditionibus indiuidualibus, licet dicat perfectionem, in intellectu comparato cum potentijs sensitiuis: tamen absolutè non dicit perfectionem; nam secundum communem Theologorum sententiam: Deus ex infinitate suæ perfectionis non potest cognoscere prædicata vniuersalia rerū, non cognitis conditionibus indiuidualibus; quia talis cognitio, cum sit imperfectissima, Deo repugnat; vnde negant per intellectum diuinum fieri naturas vniuersales. 41

Hæc volui adnotare in defensionem vtriusque opinionis, alibi explicaturus meam sententiam de hac graui, & difficili quæstione.

QVAESTIO VII.

An vnus effectus possit esse à pluribus causis.

DVBITATIO I.

An detur effectus, qui dependeat solum ab vna causa.

PRimo Notandum, hanc dubitationem posse intelligi, tam de causis eiusdem generis, quā diuersi generis. secundo etiamsi intelligatur de causis eiusdem generis, potest intelligi tam de causis eiusdem ordinis, quam diuersi. 1

Prima Concl. omnis effectus necessario requirit causas diuersi generis, ex 5. met. c. 2. vbi Fland. q. 2. art. 3, Sonc. quæst. 31. 2

Probatur; nam vel est effectus physicus, vel metaphysicus, seu immaterialis: si primum necessariò requirit quatuor causas; nam si est substantialis debet componi ex materia, & forma substantiali: at vbi est materia, & forma, necessario ibi debet poni causa efficiens, quæ educat formam de potentia materiæ: at vbi est efficiens debet poni finis, quia omne agens agit propter finem, vt alibi probatum est, & idem patet, si sit compositum accidentale; nam constare debet ex subiecto, & forma accidentali. si vero dicatur secundum, cum nulla substantia creata sit ex se, necessariò debet habere causam efficientem, vt rectè probat Scotus in 1. d. 2. q. 1. vbi autem est efficiens, ibi est finis ex Scot. in 1. d. 1. q. 4. ad primum, & d. 2. q. 1. & d. 8 q. 4. ergo saltem habere debet duas causas, finalē, & efficientem. Hinc patet primò, nullum dari effectum, qui habeat tantum vnam causam. Secundo, nullum esse effectum, qui pendeat a causa materiali intrinseca, & non ab alijs causis, quia materialis dicit ordinem ad formalem, quæ inter se vniri non possunt sine efficiente; nec efficiens operatur sine fine.

Dices, potest produci forma naturalis extra subiectum: ergo non omnis effectus naturalis habet quatuor causas.

Resp. formam naturalem non produci con-

natu-

naturaliter extra subiectum, sed in subiecto, cũ ordinetur ad compositum, qui dicitur effectus, & terminus per se primò intentus. Quod si de potentia absoluta sic producatur, tunc producitur ad modum substantiarum immaterialium.

Dices 2. Dantur effectus per accidens: at effectus per accidens dicitur, qui producitur præter intentionem agentis, atque adeo est independens à causa finali.

Resp. effectus per accidens esse diuersæ rationis; nam aliqui sunt effectus per accidẽs accidentalitate vnionis, & sic constat pendere à fine, sicut & alia composita per se; alij sunt accidentalitate intentionis, & hi sicut pendent ab actione agentis, ita pendent à fine, à quo pendet illa actio: vnde inuentio Thesauri, sicut pendet à fossione terræ, ita à fine, propter quẽ foditur terra. Ex quo non placet, quod docet Suarius, huiusmodi effectus non habere propriè causam efficientem, & finalem, quia ille non est propriè effectus; imo neque esse vnum effectum, sed aggregationem plurium, quorum singuli pendent à sua causa per se, sed totum aggregatum habere causam per accidens: id enim reijcitur ex dictis; licet dictum Suarij habere possit forte locum in aliquo effectu per accidens.

4 Dices 3. materia est effectus physicus, & tamen non pendet à materia, nec forma dependet à forma.

Respon. nos loqui de effectu per se intento, quod est compositum: quod si accipiantur effectus physici partialiter, rectè probat argumentum omnem effectum physicum pendere à quatuor causis.

Secunda Conclusio, vnus & idem effectus

5 potest produci à pluribus causis diuersi ordinis, etiamsi sint eiusdem generis. Patet ex concursu causæ vniuersalis, & particularis necessariò ad eundem effectum. Difficultas est de causis eiusdem generis, & ordinis, de qua sit.

Causæ diuersi ordinis, sed eiusdẽ generis

Tertia Conclusio, idem effectus potest pendere à pluribus causis in genere efficientis, & finalis; non autem in genere materialis, & formalis.

Prima pars patet ex causis partialibus, quæ possunt tam in genere causæ efficientis, quam finalis concurrere ad eundem effectum, vt patet ex duobus trahẽtibus nauim; & eo, qui mouetur ex duobus finibus ad aliquid agendum, vt qui literas addiscit, vt se nobilitet, & acquirat diuitias.

Secunda pars probatur, nam cum materia concurrat recipiendo, non possunt duæ materiæ eiusdem rationis in essendo, & causando, concurrere ad eandem formam, quia hæc non potest recipi in pluribus materijs. Quod si plures materiæ, vel vna plures formas recipiat non erit idem, sed plures effectus.

6 Dices: licet plures materiæ non concurrãt ad recipiendam formam materialem eandem, tamen possunt ad formam subsistentem, qualis est anima rationalis, quia plures partes materiæ diuerso modo dispositæ recipiunt eandem animam, vel simul, vt patet in generatione hominis, vel successiuè, vt patet in nutritione.

A Resp. 1. illas partes non dici plures materias, sed constituere vnam, vt integram, & adæquatam susceptiuam animæ; quare non possunt informari eadem anima, nisi sint coniunctæ.

Resp. 2. quod quatenus illa vna materia habet plures partes, eatenus vnus effectus habet varias partes, non quidem substantiales, & integrantes sui, sed additas, ratione variorum mediorum in ordine ad diuersas partes materiæ: vnde in nutritione, licet effectus sit vnus ratione animæ, tamen quatenus variatur materia, variatur etiam effectus immediatus vnionis, scilicet animæ cum materia; & propriè ille modus est effectus materiæ; nam ad

B substantiam animæ nullo modo concurrit materia.

Dices 2. etiamsi id concedatur in effectu substantiali, non tamen in accidẽtali; quia substantialis formæ subiectum non habet aliud, in quo fundetur; at subiectum formæ accidentalis potest habere aliud subiectum; nam accidẽs potest inhærere accidenti; quare habere potest subiectum proximum, & remotum; & similiter intellectio potest esse in potentia, & in substantia animæ.

Tertia pars de causa formali probatur; nam de pluralitate substantialium alibi dicetur; qa 7
diuersæ formæ tribuunt non idem esse, sed di-

C uersum; vnde si in eadem materia ponerentur plures formæ naturaliter, vel supranaturaliter, non esset idem effectus formalis, sed diuersus: & idem patet de pluribus formis accidentalibus existentibus in eodem subiecto; & licet aliquando ex pluribus formis sumatur denominatio vnius compositi; vt vnus artifex, habens tamen plures artes; tamen vnitas illius non est ex formis, sed ex vnitate subiecti subsistentis sub illis formis: quare illius denominatio formaliter non cadit in vnitatem vnius effectus formalis, sed suppositi, quod omnibus substat.

Dices 1. Forma sanguis, carnis, ossis, & cæt. 8

D concurrunt ad compositionem vnius effectus, scilicet animalis; & varij colores ad vnum pulchrum; & variæ qualitates ad vnam sanitatem.

Resp. 1. concurrere, vt partiales causas ad vnum effectum totalem; quare tales formæ vnã totalem causam componunt.

Resp. 2. secundum diuersitatem formarum esse diuersitatẽ in effectis, proportionaliter tamen; vt patet in exemplis allatis; quia effectus illi, licet dicantur esse vnus, tamen est vnus, vel per aggregationem, vel compositionem.

Dices 2. Qua ratione causæ diuersi generis dicuntur totales; cum nulla per se sufficiat ad

E effectum.

Resp. dici totales non simpliciter, sed in suis generibus; quia quælibet in suo genere adhibet totam causalitatem necessariam in eo ordine, & diuersæ rationis ab alia: quare non est pars causalitatis alterius; & ideo quælibet causalitas est integra, & totalis.

9 At instant, licet quælibet sit perfecta in suo genere, tamen erit imperfecta in absoluta, & communi ratione causæ; quia absolutè quælibet est insufficiens ad effectum in rerum natura constituendum; at hoc esse falsum patet; quia sequeretur Deum esse absolutè imperfectam causam; quia non potest causare compositum sine materia, & forma.

Resp. Suar. primo negando consequentiam; nam licet materia, & forma sint simpliciter imperfectæ, non tñ ratione modi, scilicet componendi, qui dicit imperfectionem ex suo genere, vnde tollitur à Deo; tum quia cum vtraque causet, dando suam entitatem ad constituendam entitatem effectus, neutra per se sola satis est; quia vtriusque entitas est incompleta, & compositum est entitas completa. Tū quia quælibet dat aliquid proprium, quod alterum nullo modo potest: quare licet hæ sint imperfectæ, tamen efficiens, & finalis, quæ ex suo genere non dicunt imperfectionem, neque in modo causandi, neq; ex eo, quod cum illis aliæ causæ concurrunt.

Resp. 2. concedendo consequentiam, quod omnes causæ sint imperfectæ absolutè in genere causæ; quia omnes præter Deum dicunt aliquam imperfectionem admixtam; quia efficiens, tam quoad modum causandi cum mutabilitate, vel propter suum commodū, vel aliud huiusmodi; quam quoad indigentiam aliarum causarum; nam omnis causa naturalis, primo indiget materiali, quod dicit imperfectionem in efficiente, à qua materia nullo modo est; nā ponit in illo limitatum modum agendi. Secundo, omnis causa efficiens naturalis indiget causa finali extra se; quia licet operetur propter se, tamen requirit aliud, propter quod operatur, saltem, vt vltimum finem. Tertio, indiget causa efficiente superiori.

10 Hinc patet omnem finem creatum habere imperfectionem in causando, nam indiget efficiente distincto, & concursu subiecti, vt effectū habere possit: sed in Deo est causalitas sine imperfectione; quia absolutè non indiget concursu materiæ, & formæ, & si ad aliquem effectum hæ sunt essentialiter necessariæ, non requirunt, vt supposita causalitati diuinæ, sed vt ab ipso factæ, & conseruatæ: vnde patet necessitatem talium non esse ex defectu virtutis diuinæ; quia sic non daret esse ipsis causis; sed ex intrinseca indigentia effectus, cuius essentia est, vt ex talibus constet; vnde illæ, vt concurrunt ad effectum Dei, magis concurrunt, vt effectus ipsius, quam vt cōcausæ cum ipso, adeo, vt neque causalitates talium esse possint ab ipsis, nisi Deus illas efficiat.

Causalitas Dei sine imperfectione.

11 Dices 4. Deus indiget fine, vt causet. Resp. esse potius concomitantiam, seu exigentiam causæ finalis, quam indigentiam, & si vocanda est indigentia, est à fine à se distincto, neque respectu operationum sibi immanentium, sed transeuntium, quia est vltimus omnium finis. At inquies: Deus ordinat actionem suam ad alium finem extrinsecum proximum, vt patet in ordine mediorum prædestinationis.

A Respōd. non esse ex indigentia, sed ex perfectione, & voluntate sua; neque talis finis posset esse finis, nisi à Deo reciperet perfectionem, qua illud munus subeat: neque Deus, vt causet per modum finis, indiget consortio alterius agentis, sed sufficit illi sua intrinseca virtus; & in vtroque genere causæ habet summam independentiam: Hinc fit, vt concursus plurium causarum ad vnum effectum non minuat perfectionem Dei in absoluta ratione causandi, sicut minuit in causis inferioribus.

Finis extrinsecus Dei cuiusmodi sit.

Forma independentia Dei in agendo.

DVBITATIO II.

An idem numero effectus possit produci à pluribus causis eiusdem generis, & ordinis diuisim.

B

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Notandum, hanc quæstionem non intelligi de causa materiali, vel formali, quia cum hæ sint internæ, non possunt multiplicari, non multiplicatis effectis; præsertim vbi inter illas non est subordinatio; neque intelligi de causis finalibus totalibus, & non subordinatis; nam de hac alibi dicemus, vbi ostendemus, fines vltimos, non posse dari plures; non vltimos vero posse; quare quæstio intelligitur de causa efficienti. 1

C Secundo Notādum, causam aliam dici partialem, & inadæquatam; aliam totalem, & adæquatam: Partialis dicitur, quæ per se sola in suo genere, & ordine non habet sufficientem virtutem productiuam effectus, sed exigit aliā concausam partialem in eodem genere, & ordine. Totalis, & adæquata dicitur; quæ habet sufficientem in suo genere, & ordine præcisa alia concausa, vt alibi explicatum est: Nunc difficultas non est de causa partiali, sed de totali; & quæritur, an effectus contentus sub obiecto vnius potentiæ actiuæ possit contineri sub obiecto alterius potentiæ, vnde quæstio intelligitur de causa totali, nam de partiali constat posse, imò necessariò requiri plures ad eūdem effectum.

D

Tertio Notandum, causam totalem diuidi in vniuocam, & æquiuocam, & hæc in particularem, & vniuersalem: quos terminos supra explicauimus. & ex vniuersalibus, aliqua non potest producere effectus sine causa particulari vniuoca, vel æquiuoca; vt Sol non potest producere hominem sine homine: quæ à Scot. 4. d. 12. quæst. 4. dicitur imperfecta. Aliqua producit quidem effectum cum causa particulari, sed potest etiam producere præcisa causa particulari: & de hac secundum communem dicitur, quod continet eminenter effectum, potest per se primo respicere totam speciem, & omnia indiuidua illius; & hac ratione effectus, qui connaturaliter fit à causa vniuoca, posset fieri connaturaliter etiam à causa vniuersali, & æquiuoca, vt causa totali, & particulari, si sola applicetur ad talem effectum: quod in Deo satis patet; & probabiliter in cœlis quoad effectus 2

Diuisio causæ totalis in æquiuocam, & vniuocam.

E

ctus, quos eminenter, & totaliter continent, vt virtus sufficiens ad generãdum aurum est sufficiens ad quodlibet indiuiduum auri; quia illa virtus respicit adæquatè speciem auri, vtpotè eminentior. Et hinc patet, ignem factum ab hoc igne, potuisse connaturaliter fieri à Sole, vt causa proxima, & particulari; nam hinc nõ fit comparatio causæ particularis ad vniuersalem, vt sic, sed ad vniuersalem, vt particularẽ, operantem per virtutem eminentialem. Ex quo patet esse diuersam rationem in causis totalibus coniunctim, & diuisim applicatis; nam huiusmodi duæ causæ totales, quæ operantur, vt particulares, & proximæ, non possunt coniunctim, & simul operari eumdem numero effectum totalibus actionibus, vt patet ex dictis supra: at diuisim optimè possunt.

3 Quarto Not. causã vniuocã nõ posse adæquatè respicere totam speciem ex D. Tho. 1. p. q. 45. a. 5. ad 1. quia alioqui talis causa seipsam cõcluderet sub obiecto suæ virtutis naturalis, atqueadeo seipsam produceret. Neq; satisfit, id non repugnare ex parte potentiæ, sed ex parte existentiæ requisitæ ad agendum, & negatione existentiæ requisitæ ad fieri passiuũ; nã efficiens ex natura sua est inter distincta; ergo potentia effectiua non potest habere pro obiecto nisi rem distinctam, atqueadeo ipsa non potest cõtineri sub obiecto potentiæ.

Dices quanta igitur est latitudo obiecti potentiæ vniuocæ; cum enim non sit tota species, neque vnum indiuiduum, sed plura, vt patet; quot igitur poterit producere.

Resp. quidam, extendere se ad infinitos syncathegorematicè ex se indifferentem successiuè, seu disiunctim. At instabis: si sunt infinita syncathegorematicè; ergo ipsum etiam continetur inter indiuidua syncathegorematicè infinita, quæ possunt participare speciem.

Resp. eã infinitatẽ dupliciter intelligi posse; primò vt compræhendat omnia indiuidua speciei pręter seipsum; quia ratio, cur possit seipsũ, est identitas; ergo cum à cæteris omnibus sit distinctum, poterit omnia alia. Ex quo, primò sequitur, posse duas causas totales diuisim efficere idem; nam nullum indiuiduum potest fieri ab vno, ꝙ non possit ab alio exceptis seipsis reciprocè. Ex quo facile solui posset quæstio proposita. Secundo sequitur, causam vniuocam ex se posse producere omnia illa indiuidua, à quibus ipsa pendet, vt patrem, auum, &c. quæ omnia compræhenduntur sub obiecto potentiæ adæquatæ. Dixi (ex se) quia aliunde poni potest impedimentum, quia, scilicet causæ supponuntur existere ex vi aliarum causarũ, tamẽ secũdũ se, & nulla alia conditione repugnante præsupposita, posset efficere illa.

4 *Difficultas in predicto modo dicendi.* Sed in hoc modo dicendi est difficultas, cur non possit reproduci idem numero ab alia causa productum, cum contineatur sub obiecto illius, & sit ablata repugnantia existentiæ. secũdo quia vt repugnet idẽ producere seipsũ, ita producere id, quod existit prius; ergo vt per se non potest seipsum, ita per se non poterit, quæ præexistunt ex natura sua, tertio maior repugnantia est, quod res producat suam causã, quam seipsam, quia cũ præcisè ex vi suæ causæ recipiat existentiam, non habet existentiam necessariam ad productionem suæ causæ, at dũ producitur, iam habet existentiam.

Secundo Alij explicant infinitatem, vt singula agentia determinent sibi ex natura sua certam seriem indiuiduorum in infinitum procedentem: quæ indiuidua ex natura sua determinant sibi talẽ causam, sine qua, naturaliter esse non possunt: vnde cum singula indiuidua sint actiua suorum effectuum, fit, vt hæ series, sicut & indiuidua multiplicari possint in infinitum intra eamdem speciem; nam cum intra eamdẽ speciem non solum possint esse infinita indiuidua, sed quia hæc sunt productiua aliorum, sunt infinities infinita cõtenta infra infinitas series; tamen effectus determinatus, quia fit ab vna, non potest connaturaliter fieri ab alia.

Quinto Not. hanc dubitationem nõ intelligi respectu conseruationis; nam constat effectum v. g. calorẽ productũ ab vno igne, posse remoto igne producente, cõseruari ab alio ibi applicato; & similiter lumẽ productum ab vna lucerna, conseruari ab alia, si applicaretur immediatè post remotionem primæ; quare manet, vt intelligatur respectu productionis, an, scilicet idem effectus possit produci à diuersis causis, non simul, sed successiuè applicatis. 5

Sexto Not. dubitationẽ respectu productionis dupliciter posse intelligi, plurium causarũ applicationem ad eumdem effectũ; primo absolutè. An supposita ꝓductione effectus ab vna causa, possit idem effectus productus iterum produci ab alia causa; & hoc vel remanente eodem effectu, & influxu eiusdem causæ in effectum, & in hoc sensu disputabitur infra; qa licet successiuè causæ applicentur, tamen vtriusq; influxus est simul respectu eiusdem effectus: vel supposita corruptione effectus producti ab vna causa, an iterum reproduci possit ab alia causa; & de hoc etiam dicemus infra, cum communi, naturaliter non posse reproduci, sed supernaturaliter posse, secundo intelligi potest conditionaliter, an, scilicet effectus, qui nunc producitur ab vna causa, si fuisset non hæc, sed alia causa eodem tempore, & materiæ applicatio produceretur idẽ numero; & in hoc sensu hic disputatur.

ART. II. Opiniones Doctorum.

Prima opinio est dicentium, effectum, qui producitur ab vna causa, ex natura sua posse etiã produci ab alia eiusdem rationis, & speciei; atq; adeo sub obiecto vnius potentiæ compræhendi indiuidua omnia, quæ possunt participare illam speciem. Ita videtur sentire Scotus 2. d. 20. q. 2. 4. d. 42. q. 1. & 3. citatur Iauellus 2. de gener. ad finem, Occham. 4. qu. 9. dub. 1. & 2. Ruuius 2. physic. tract. 8. q. 2. ex Suar. disp. 26. sect. 5. sed diuerso fundamento, nam Scotistæ id affirmarunt, tum quia agentia eiusdem speciei, sunt eiusdem virtutis, atque adeo quidquid potest vna cum ijsdem circumstan- 6

stantijs potest,& alia: tum ex ratione Theologica,vt scilicet saluarent ,homines fuisse prædestinatos ante peccatum,atqueadeo ijdem nati fuissent:cum tamen multi nunc nascantur ex adulterio,qui tunc nati non fuissent ex eisdem, cum in eo statu non fuisset adulterium;& multi ex reprobis, qui in eo statu nulli fuissent.Sed hæc ratio multa supponit vel falsa, vel excedentia philosophiam, & verè non est ratio efficax.Nam Deus eligit prædestinatos cum præscientia conditionata peccati, quod satis est, quod potuerit velle hos prædestinatos ab his numero parentibus generari.ꝙ si Deus præuidisset per conditionalem scientiam,Adam non fuisse peccaturum, tunc vel non elegisset hos homines; vel simul cum illis elegisset parentes eorum,vel permisisset aliquos reprobos; quia non est certum, quod in statu innocentiæ. non fuissent reprobi.

Neque ratio physica aliquid probat, quia ex æqualitate virtutum non potest inferri identitas,sed solum æqualitas effectuum, nam sicut virtutes licet sint æquales, tamē sunt distinctæ, ita & ipsi effectus possunt esse distincti cum æqualitate: Verum pro defendendo Scoti sententia,est aduertendum,cum ex Suar.disp.26. sec.5.num.25. effectum semper debeat esse æqualis,vel inferior causa:si inter indiuidua eiusdem speciei est diuersitas perfectionis;non posset indiuiduum imperfectius efficere perfectius,sed id,quod est æqualis perfectionis. Secundo, oportet, vt effectus sint omnino similes; quia si indiuidua non essent omnino similia,sed quasi ætherogenea indiuidualiter, tunc ob peculiarem rationem singulorum , haberēt determinatam causam:qua ratione species repræsentatiuæ Albi.B.non potest effici ab Albo C. quia illæ species ex indiuiduatione habent proprias habitudines ab obiecto,& in ea dicūtur dissimiles;& licet obiecta sint causæ æquiuocæ talium specierum,tamen non habent virtutem eminenter virtualiter contentiuam totius speciei,sed vnnmquodque ad species,quibus repræsentari potest: quod etiam patet in actibus immanentibus,& habitibus; quare determinatio effectus à causa non est absolutè in omnibus, sed vbi est peculiaris ratio. Tertio, hic determinari de causa secundum potentiam secundum se. non autem secundum id , quod actu fit ab illa; quia fieri posset , vt duæ causæ particulares habeant vim ad idem indiuiduum producendum , tamen de facto indiuiduum ab hac , vel illa productum , non producatur ab alia;quia hæc causa , & non illa determinatur à prima causa adhoc ; & ideo non constat, an si alia causa fuisset applicata cum eisdem circumstantijs fuisset productum indiuiduum, non ob defectum potentiæ, sed determinationis,quam nescimus,an fuisset.

Indiuidua ætherogenea habent determinatam causã.

7 At vero Ruu.& Suar. probant ex eo,ꝙ nullus numero effectus ex natura sua poscit determinatam numero causam ; ergo potest indifferenter produci ab omni causa,quæ potest producere speciem ; quia hæc continet effectionē indiuiduorū, quæ possunt participare speciē, antecedens probatur ; tum quia idem numero effectus productus ab vna causa potest naturaliter conseruari ab altera diuisim applicata ; nō enim requiritur maior virtus ad productionē, quam ad conseruationem; tū quia Deus potest producere omnē effectum producibilē à creatura;at si effectus diceret ordinem ad determinatam causam , Deus non posset , sicut non potest terminare ordinem, qui est à creatura: neque dicas, id cōcedi Deo ob infinitatem suæ virtutis,qua continet omnes perfectiones creatas, siue vt sunt productiuæ , siue vt sunt productæ ; nam idem dicitur de sole , qui potest eumdem calorem, quem producit cum igne in aqua, se solo,diuerso modo agens,& vt causa particularis producere in eadem aqua : tum quia potest vna causa cōtinere eminenter omnia indiuidua , quæ possunt participare aliquā naturam ; siue simpliciter , vt causa æquiuoca, quæ potest in totam speciem; siue secundum quid vt causa vniuoca,quæ potest in omnia indiuidua alicuius speciei præter indiuiduū productiuum aliorum; quia idem non potest contineri sub obiecto suæ potentiæ.

8 Secunda opinio est dicentium nō posse nec naturaliter, nec per diuinam potentiam. Videtur Arist .5. met. c.2.& 2.phy.tex.30. Auer.7. met.tex.31. Mas. 2.phy. tr.de caus. sect.5.qu. 3. concl.3.

Fundamentū,quia sicut Deus non potest facere, vt cognitio obiecti. A. sit cognitio obiecti B. ita neque potest facere, vt effectus,qui est à causa. A. sit à causa .B. quia vt cognitio specificatur à suo obiecto, ad quod terminatur ; ita effectus specificatur à sua causa , ad quam terminatur .

Confir. quia sequeretur ꝑ se pendere ab vna causa, & ab ea non pendere, quia effectus, qui potest non esse ab aliqua causa, potest non dependere ab illa, at si vnus effectus posset produci apluribus,posset a nulla illarum pendere.

Tertia opinio est dicentium, de potentia Dei posse vnum effectum,qui est ab vna causa, fieri ab alia causa;quia vt Deus sua virtute continet,non solum causas, sed etiam effectus causarum secundum omnem eorum perfectionē; ita potest per se ipsum producere omnes effectus, & per consequens eleuare aliam creaturā ad eosdem effectus producendos; quia potentia obedientialis creaturæ extenditur ad totum id , quod respectu potentiæ Dei non implicat At vero naturaliter fieri non posse.Ita D.Tho. quodl.5.art. 8.Ant.And.5.metaph.q.1.Flandr. q.2.ar.3.Niph.disp.1.Iand.q.4. Fons.c.2.q.14. Zerb.q.2.5.propter tertium diff.3.Soncin. q.6. Iauel.q.7.Ferr.2.phy.qu.4. Murcia disp.4.q.8. Per.lib.8. philosophiæ naturalis cap.14.cap.2. d.20.q.1.Mars.1.de gener. 18. citatur Sotus d. 43.q.1.ar.3.& apud Murciam Scotus 4.d.4.q. 3.ar.3.sed falsò.

9 Hi primo differunt; nam aliqui volunt effectum,non solum determinare sibi certam causam efficientem,& materialem , sed etiam certum tempus, ita vt ab eodem agente applicetur eidem materiæ, sed diuerso tempore , non posset

possiet producere idem numero effectus, sed omnino diuersos. Ita Aur. apud Capr. 4. d.43. q.1.a.3. Marf. 2. de gen. q.9.

At alij volunt, nō determinari certū tempus sed certam causam, & materiam, ex quibus ordinatè procedunt tales, vel tales effectus, siue producantur effectus in hoc tempore, siue in alio, vt v.g. ignis B. ex materia C. est ex natura sua determinatus ad producendū primo D. tum ignem F. & cet. ita vt antequam producat ignem D. non possit naturaliter producere ignem F. in quocunque tempore fiat productio, sed hæc ordinata series effectuū in metaphysica à nobis improbabitur.

Alij Tertio docent, quodlibet agens indiuiduū ex indiuidua materia determinare sibi certam seriem indiuiduorum in infinitū successiue producibilium, ita vt illa indiuidua nō possint produci vel ab eodem agente ex alia materia, vel ab alio agente ex eadem materia, neque idem agens possit producere ex eadem materia alia indiuidua. Ita communis opinio Thomistarum, & Scotistarum quos supra citauimus.

Alij denique putant, non debere attendi solum identitatem agentis, & materiæ, sed omnium circunstantiarum, quæ sunt necessariæ ad agendum, quia ex omnibus illis, sumitur ratio, cur hoc potius producatur indiuiduum, quam aliud, non quod omnia illa solū sint ratio adæquata productionis talis indiuidui, sed quia sine illis non est adæquata ratio; nam sola vnitas materiæ non sufficit, cum illa sit indifferens ad hunc, vel illū numero effectum, neque ad solum agens; tum quia etiam agens est indifferens ad plures; tum quia non intendit indiuiduum determinatum, sed vagum: neque ad aspectus cœli; quia illa habent maiorem indifferentiam, quam agentia particularia: quæ ratio etiam probat de tempore, & preterea tempus est extrinsecum rei, quæ fit. Neque ad intentionem primi agentis, quia huius concursus est
8 indifferens ad omnes effectus, q produci possunt à particularibus & ab his determinatur ad hunc magis, quam illum effectum: quare nulla alia ratio reddi potest, quam hæc aggregatio.

Confir. quia si idē agens in diuerso tempore calefaceret, produceret diuersum numero calorem; ergo si duo agentia applicentur in eodem tempore producent diuersum effectum, quia magis per se concurrit agens, quam tempus.

Sed Contra hunc modū dicendi primo obijciunt quia non satis intelligitur, quomodo cōcursus Dei cum causis secundis sit indifferens, nam cū agens particulare sit indifferens ad infinitos effectus qua ratione cum concursu Dei in differenti producit magis hunc, quam illum effectū, & præterea tolleretur ratio diuinę prędestinationis respectu determinatorum indiuiduorum; quare cum determinatio causæ primę possit, esse tam cum hoc indiuiduo, quam cum illo ad eumdem effectū, nō rectè dicitur, hunc singularem effectum hanc causam requirere.

Secundo Obijc. q a falsò ex multis causis indifferentibus, & indeterminatis colligitur vna causa determinata; nam sicut ex multis vniuersalibus, licet fiat aliquod minus vniuersale, nunquam tamen potest fieri aliquod particulare, vt patet inductione, ita &c.

Tertio Obijc. quia si est sermo de intrinsecis principijs effectus indiuidui, constat non esse agens, sed est aliquid intrinsecum ipsi entitati; si vero de ratione, ob quam agens determinatur ad hunc numero effectum, non est congrua ratio, quia est hic numero agens, nam est indifferēs ad plures effectus. Quod si dicant, hoc particulare agens nō esse indifferens ad producendos plures effectus numero hic & nunc ex hoc subiecto, sed esse determinatum ad vnum, tunc quæritur causa huius determinationis; at hæc non redditur sufficienter ex indiuiduatione causæ: quia illa per se est potens ad plures; neque ex alijs circumstantijs, quia vel sunt indifferentes, & non fit vnum principium determinatum; vel sunt valdè extrinsecè, vt tempus, & locus.

Respondent aliqui, hanc causarum congregationem non efficere vnam numero causam determinatam, sed esse signum causæ determinatæ, quam dicunt esse hanc numero actionē, quæ est huius numero effectus, causa.

Sed contra; nam, cum illa cogregatio causarum sit indifferens ad hanc, vel illam numero actionem, eadem quæstio erit de actione, ac de effectu: vnde potest aliqua ratione dici iudiciū causæ determinatæ, scilicet diuinæ voluntatis, à quo prouenit, vt causa, magis hunc, quam illum, producat effectū; nam Deus vt cognoscit ab æterno omnia temporis momenta, ita etiam decreuit, quod effectus à quacunq; causa in hac vel illa temporis differentia producendus esset; alioqui nihil omnino produceretur in natura ex indeterminatione causarum; vnde ad solam diuinam voluntatem pertinet determinatio causarum ad hunc magis, quam illum numero effectum (quæ ratio quantam vim habeat alibi dicemus) Ita Arim. in 1.d. 35. & 36. in 2.3. probatione cōclusionis. Adam, & Aliacens. 4. q.1.a.2.du.3. Suar. loc. cit.

ART. III. Opinio Auctoris.

Primo Not. causam efficientem posse plura indiuidua, & ex causa materiali posse educi plura indiuidua, non solum à diuersis agentibus, sed ab eodem. Nunc duplex potest esse 10 quæstio, prima An series indiuiduorum, quæ potest produci ex vna numero causa ab hac numero materia, possit produci ab alio agente ex eadem materia. Secunda, cur causa effectiua plurium effectuum ex eadem materia, nunc ex ijs quos potest, potius producat hunc, quam illum, hic solum tractatur de prima quæstione; nam de secunda in metaphysica, vbi inquiremus causam determinantem efficiens, & materialem ad hunc potius, quam illum, an sit ex natura ipsarum causarum, an ex libera voluntate primæ causæ, vnde patet falli eos, qui has quæstiones confundunt.

Prima Cōclusio. omnes effectus indiuiduales, 11

les, qui producuntur à singulis causis effectiuis creatis possunt produci à causa æquiuoca increata sine coefficientia creatarum causarũ. Ita Suar.loc.cit. & alijs communiter.

Probatur, quia omnes effectus, qui continẽtur sub obiecto potentiæ illius causæ, possunt produci à causa; sed omnes creaturę continentur sub obiecto potentiæ diuinæ; ergo. Maior est nota ex terminis; quia omne, quod continetur sub obiecto potentiæ productiuæ, est producibile; sicut omne, quod cõtinetur sub obiecto potentiæ cognoscitiuæ, est cognoscibile. Minor probatur, quia potentia diuina est infinita in genere entis: sed quod est tale, respicit obiectum infinitum in genere entis; hoc autem includit omnes perfectiones creabiles; quia omnes illæ cõtinẽtur sub genere entis, siue sint specificæ, siue indiuiduales.

Obiectum potentia diuina omne ens creabile.

Confir. quia quidquid habet esse, vel est increatum, vel creatum: sed omne creatũ est participatio increatæ perfectionis; participatio autem dicit causalitatem passiuam respectu participantis, & actiuam respectu participati; nam non est aliud, quam accipere suam entitatem ab illo, tanquam partem virtualem entitatis participatæ.

12 Dices: actus vitales sũt entia creata; & tamẽ non possunt fieri à solo Deo, q̃a dicunt essentialem ordinem ad principium vitale creatum; ergo similiter effectus indiuiduales nõ possunt fieri ab alia causa, quam propria, quia respiciũt determinatè illam causam.

Confir. quia actio est quid creatũ, sed actio vt huius creaturæ non potest fieri, vt sit à Deo sine illa creatura; ergo neque terminus illius.

Resp. alibi à nobis esse examinandum, an actus vitales possint fieri sine principio vitali creato, ita vt non sufficiat principium vitale increatum: nunc satis sit, non posse fieri, eo quod dicunt intrinsecum ordinem ad principium vitale, in quo recipiuntur; at hoc cum dicat imperfectionem, repugnat Deo, & per consequẽs non potest suppleri à Deo; nam alioqui ipse Deus vt causa prima in genere efficientis ad illos concurrit, & posset se solo supplere omnẽ causalitatem effectiuam. De qua re alibi.

Ad Confir. Resp. aliqui in actione duo cõsiderari. Primo ipsã entitatem, & hæc fieri potest à Deo sine vlla creatura. Secũdo formalitatem, per quam modificat rem, cuius est modus, & secundum hanc rationem non potest. Sed nõ placet, quia actio licet denominet agẽs, tamen non modificat illud intrinsecè, sed solum extrinsecè denominat.

13 Resp. 2. alij, quod in actione potest considerari perfectio entitatiua, & denominatio, qua denominat agens; quare potest esse à Deo secũdum perfectionem entitatiuam: vnde patet esse ab illo, vt causa prima; non autem secundum denominationẽ; quia sicut relatio prædicamentalis non potest esse ad talem terminũ sine illo; nec cognitio huius obiecti sine illo; ita actio, cũ sit actuale exercitium potentiæ, non potest denominare hanc potentiam, cuius est exercitiũ, sine illa; quia est relatio quædã actualis, trãscendentalis tamen ad illam potentiã terminata, nõ quidem vt ad terminum (ad quem) sed vt ad terminum (à quo) sed de hac re alibi. Hinc patet, posse supernaturaliter fieri à qualibet causa creata; quia Deus per suam virtutem potest eleuare quamlibet causam ad productionẽ illorum.

Secunda Concl. effectus indiuiduales, qui fiunt ab vna causa non possunt connaturaliter fieri ab alia causa æquiuoca creata. Est contra Suar. Ruuium, & alios. 14

Probant aliqui ex finitate virtutis creatę, quę non potest continere eminenter pfectiones cæterarum causarum, & harum actiuitates: vnde calor productus ab hoc igne, non potest produci à sole; potest tamẽ produci æqualis vnio imo maioris perfectionis. Sed hæc ratio habet difficultatem; nam ex finitate virtutis rectè infertur nõ continere perfectiones omnes in genere entis, quia sunt infinitæ; at non rectè infertur non posse continere perfectiones indiuiduales, quæ continentur sub vna specie v.g. caloris; quia ad hanc continentiam non requiritur virtus infinita; sicut ex eo, q̃d Sol est virtutis finitæ rectè infertur, non continere omnes specificas pfectiones in genere entis; non tamen rectè infertur, non continere aliquas perfectiones specificas, vt naturam caloris, & cæterarum similium.

Difficultas in hac prima probatione.

Quare ego probo ex diuerso modo continendi, quo effectus æquiuoci continentur in Deo, & alijs causis creatis; quia quidquid habet rationem entis in creatis, debet contineri in Deo, tanquam primo ente, per cuius participationem omnia secundũ omnem perfectionem habent esse, ex qua ratione omnia dicunt attributionem ad Deum in genere entis. At nõ sic continentur in creatis: & ideo possunt cõtineri secundum vnam perfectionem, & non aliam; nam si aliqua creata contineret indiuidua alterius causæ secũdum omnes perfectiones illorum, tam specificas, quam indiuiduales, posset naturaliter idem indiuiduum corruptũ connaturaliter reproduci ab alia causa, in qua continetur. 15

Continentia effectuum in causis æquiuocis diuersa in Deo, et in alijs

Confirm. quia indiuidua, v. g. caloris, quæ possunt produci à Sole per seipsum; vel sunt diuersa ab indiuiduis, quæ producuntur à sole cum calore; vel eadem si primum; habetur intentum, quod scilicet non possit producere illa indiuidua, quæ producuntur à calore. Si secundum; tunc vel sunt eadem adæquatè, & sequitur, quod sicut calor non potest producere omnia indiuidua caloris, quia non potest seipsum: vel inadæquatè, quod, scilicet sol potest producere illa, & preterea alia; & tunc sequitur absurdum, quod darentur plura indiuidua caloris, quam sint omnia indiuidua possibilia caloris; quia singula indiuidua caloris sũt factibilia, & possibilia ex vi alicuius caloris. Scio posse responderi, negando omnia indiuidua caloris esse factibilia ab aliquo calore, quia primũ indiuiduum, quod habet essentiam caloris nõ fuit factibile ab alio calore, q̃a nullus talis erat: sed quia inter indiuidua caloris non datur primum 16

mum ex natura rei, esset improducibile ab alio calore, sed solum est per accidens primũ, ergo ex natura sua est producibile ab alio si v.g. non fuisset productum ipsum sed aliud ante ipsum.

Confir. 2. ex dicendis ex effectis causa vniuocæ, quia ratio aliqua, quæ efficitur pro illa conclusione potest explicari ad huc.

Tertia Concl. effectus productus ab vna causa vniuoca, non potest naturaliter produci ab alia. Probat D. Tho primo ex sigillatione impræssa in hac cera ab hoc sigillo, quę nõ potest fieri ab alio in hac, vel ab eodem sigillo in alia cera. Sed aduersarij soluunt negando in hac cera ab alio sigillo non imprimi eamdem sigillationem.

Vna causa vniuoca non potest producere effectus alterius vniuoc.

17

Sed contra, quia hæc sigillatio dicit coexistentiã partiũ sigilli infra partes ceræ, at coexistentia hæc requirit eadem extrema.

Verum. Resp. sigillatim nõ dicere coexistẽtiam formaliter, sed effectiuè, nam sigillatio formaliter non dicit, nisi partes ceræ sic modificatas ex vi sigilli, vt sic coexistentis infra partes ceræ.

Secundo Alij. Duæ causę diuersæ speciei nõ possunt naturaliter producere effectum vnius speciei; ergo nec causæ numero distinctæ eumdem numero effectum; quia sicut causa ratione suæ essentiæ determinat sibi effectum in specie; ita ratione indiuiduationis determinat sibi effectum in indiuiduo.

Sed hæc potius retorquetur; nam constat calorem eiusdem speciei produci ab igne, & à Sole; quare potius à nobis assignanda est ratio discriminis, cur idem effectus specie possit produci à duabus causis specie distinctis, & idem numero, non possit à duabus causis numero distinctis? Et ratio est, quia distinctio specifica causarum potest sumi ex alijs effectis; ex quorum productione distinguuntur, at duæ causæ numero, si haberent eosdes effectus, nõ haberent radicem, ex qua sumeretur earum distinctio, vt alibi fusius.

18 Tertio, Alij ex ætherogeneitate hæcceitatũ; ergo debent habere ætherogeneas causas. Sed hæc ratio haberet vim, si antecedens esset verum; quia causa debet esse proportionata effectibus.

Quarto alij, quia si vna numero causa potest producere omnes effectus (præter seipsam) quos potest alia causa vniuoca; sequeretur, qđ posset ex natura sua producere suam causam, quia hæc est effectus similis causæ vniuocæ.

Resp. Suar. distinguendo consequens, quod, per se, sit verum, at per accidens falsum, quia scilicet illam productam, cum necessario supponatur præexistere.

Sed contra, quia quod per se præexigitur ad existentiam alterius, non est per se producibile ab illo, vt patet ex terminis, sed omnis causæ præexistentia præexigitur ad existentiam effectus, ergo nullius causæ existentia est per se producibilis à suo effectu.

19 Quinto alij, actio vnius causæ non potest fieri ab alia causa numero, ergo, neque effectus vnius, potest ab alia, quia ob proportionem inter actionẽ, & terminum, vbi est diuersa actio, debet esse diuersus terminus, quia terminus, & actio non differunt, nisi sicut perfectum, & imperfectum 3. phy. 47.

A

Resp. 1. hinc sequi, nec posse fieri à Deo, sicut actio causæ creatæ est distincta ab actione Dei.

Vnde Resp. 2. eundem effectum posse fieri per diuersas numero actiones, & de facto fit à causa secunda, & conseruatur à Deo, vbi cõseruatio distinguitur à conseruatione.

Ratio autem discriminis est, quia actio est modus, cum sit exercitium virtutis, at modus, cum includat id, cuius est modus, non potest pluribus conuenire; sicut res modificata, non est eadem cum alia re, à qua distinguitur: At terminus actionis est entitas, quæ potest terminare duplicem actionem.

B

Verum hæc ratio, multa exigit explicanda de natura actionis, nam cum modificet terminum, potius est inseparabilis à termino, licet denominet agens, quia est terminus, vt dependens ab agente. quare præter ea, quæ supra diximus, nihil est dicendum.

Sexto Alij, quia sequeretur, quod effectus pendens ab vna causa, ab illa non penderet, qđ inuoluit repugnantiã; quia effectus, qui potest non esse ab aliqua causa, potest non pendere ab illa: sed si effectus, qui producitur ab vna causa, posset ab alia, posset nõ produci ab illa: ergo effectus, qui est ab vna causa, posset non pendere ab illa. 20

Potest idem pendere actu & potuisse non pendere à causa aliqua.

C

Sed hæc ratio, licet habeat vim cõtra Scotum negantem duas causas totales eiusdẽ effectus simul; tamen secundũ rem non habet vim, quia licet implicet pendere actu, & nõ pendere actu, tamen actu pendere, & potuisse non pendere non repugnant, vt actus liber, qui est à voluntate potest non esse ab illa.

Septimo, alij probant ex dependentia per se. Si quilibet effectus esse posset connaturaliter à pluribus causis indifferenter, sequeretur, quod nullus effectus haberet causam, à qua per se penderet: sed hoc esse falsum, patet, tum ex Arist. 2. phy. tex. 33. vbi distinguit effectus naturales, qui sunt à causis per se, & qui sunt à causis p accidens: ergo nõ quilibet effectus posset esse indefferenter à pluribus causis, tum qa oĩs effectus determinatus, cum habeat determinatum esse, debet prouenire à determinata causa, & per se illum producente, tum quia hęc numero actio quæ est totaliter ab hoc agente nõ potest esse ab alio sed hæc numero actio essentialiter tendit ad hunc numero effectum, ergo hic numero effectus habet necessariam connexionem cum hoc numero agente. 21

D

Maioris sequela probatur; quia omnis effectus, qui connaturaliter esse potest à pluribus, à nulla determinata per se pendet; nam per accidens est à causa. B. quia poterat esse à causa. C. & contra. Neque dicas, à neutra determinata pendere, sed ab alterutra vage: quia cum actio, quæ est exercitium potentiæ, non possit esse à natura vagẽ sumpta, sed determinata; dependentia per se effectus, debet esse à causa non vagè

E

vagè sumpta, sed determinatè; sicut licet ad equitandum sit necessarius equus vagè, tamen equitatio, vt talis debet esse in equo determinato.

Respondent primo aliqui: omnis effectus, qui est à causa secunda, potest etiam connaturaliter esse à Deo; ergo posse esse à pluribus causis non tollit perseitatem dependentiæ ab effectu.

Sed contra, tum quia licet Deus possit omnem effectum; tamen ordo causarum naturaliũ non petit, vt effectus fiat à Deo, vt causa particulari, atque adeo cum fit à Deo, dicitur non fieri naturaliter, sed miraculosè. Tum quia dependentia effectuum à Deo non aufert dependentiam per se à causis naturalibus, nam potētia productiua Dei est diuersi ordinis, & continet virtutem omnium causarum particulariũ, atque adeo effectus causatur ab eadem virtute numero, siue formaliter, siue virtualiter contēta in causa. Tum quia, quando aliquod prædicatum per se conuenit pluribus, vel conuenit vni per aliud, vel si sic non conuenit, illis conueniet ratione naturæ communis; at sic cōuenit Deo, & creaturis per se habere dependētes effectus; at non sic conuenit duabus causis vniuocis distinctis indiuidualiter.

Diuersa productiua Dei est diuersi ordinis.

22 Resp. Secundo cum Suar. negando effectũ, qui potest esse à pluribus causis indifferenter, cum fit ab vna, non fieri per se ab illa; quia aduersarij confundunt causam per se cum necessaria, & dependentiam effectus per se cum dependentia essentiali effectus; dum enim effectus potest esse à pluribus causis, tunc nulla determinatè est necessaria, & à nulla essentialiter; at si fit ab vna, per se, fit ab illa, perseitate quarti modi, vt patet ex effectu secundum speciem, qui potest esse à pluribus causis; nam est per se à singulis, licet nō necessariò; Hæc enim perseitas non dicit aliud, quam quod effectus sit à tali virtute secundum suam rationem formalē, vt calefactio per se est à calore, etiamsi possit fieri à sole: at quando causa est necessaria, tunc non potest esse ab alia; & similiter quando effectus habet essentialem dependentiam à causa.

Quid sit effectum esse per se ab aliqua causa.

23 Sed contra: dependentia per se addit supra dependētiam, aliquam conditionem perfectiuã dependentiæ: sed hæc conditio nō potest esse, nisi necessitas; tum quia omne per se, est necessarium, vt patet ex modis dicendi per se: tum quia per se distinguitur contra per accidens; hoc autem dicit contingentiam, quæ opponitur necessitati; ergo perseitas dicit necessitatē.

Sed Rerpondent, negando omne per se includere necessitatem, vt patet ex quarto modo dicendi p se; in hac enim (*ædificator ædificat*) est perseitas; & tamen ibi non est necessitas; dupliciter dicitur causa per accidens, cui opponitur causa per se: primò quod causat non immediatè, sed per aliquod medium, quo modo auus dicitur causa per accidens nepotis: secundo quod est coniunctum cum virtute per se causatiua, sed illa cōiunctio est contingens, quomodo musicus dicitur ædificare, quia musica est cōiuncta cum virtute ædificatiua: at cũ effectus, qui potest produci à pluribus causis, producitur ab vna, nullam habet accidentalitatem ex prædictis: ergo producitur per se.

Octauo Probari potest ex parte causæ, quod singula agentia creata sicut habent determinatam virtutem secundum speciem, & secundum indiuiduationem, ita habent certam, & determinatam seriem effectuum secundum speciem, & secundum indiuiduationem; quia magis debet esse determinata quoad obiectum, quam quoad sphæram; at constat singula agentia creata habere determinatam sphæram quoad extensionem; ergo etiam debet habere determinatam sphæram quoad numerũ indiuiduorum; & sicut agens successiuè applicatum, si in infinitum applicetur, potest agere successiuè in infinitũ subiectum; ita virtus infinito tempore constructa potest successiuè producere effectus in infinitum, semper tamen intra illam seriem effectuum, ad quam ex natura sua determinatur; vnde sicut virtus ꝓductiua determinatur à sua hæcceitate, per quam distinguitur à quacunq; alia; ita habet determinatam seriem effectuum distinctam à serie effectuum producibilium ab alia causa. 24

Dices: virtus actiua est eiusdē speciei in omnibus indiuiduis; ergo quidquid potest vnum indiuiduum, potest aliud.

Sed contra, quia sicut cum idētitate specifica est distinctio indiuidualis; ita ex parte effectuũ debet respondere cum identitate specifica distinctio indiuidualis; ergo illa virtus, vt determinatur per hęcceitatem; ita limitatur ad certa indiuidua contenta sub natura specifica, quæ non possunt produci per eamdem naturam specificam determinatam per aliam indiuiduationem.

Confir. quia licet omnes homines habeant intellectum vnius speciei, tamen quia in singulis est determinatus per suas hęcceitates in singulis determinat sibi certam seriem intellectionum, quam non potest producere intellectus alterius: ergo idem dicendum est de quolibet agente creato.

Resp. esse diuersam rationē actuum immanentium, & transeuntium, quia respectu immanentium debet variari agens, & subiectum, cum de ratione actus immanentis sit, vt agens agat in seipsum: at vbi est diuersum subiectum, necessariò est diuersus effectus. At vero agentia per actionem transeuntem non determinant sibi certũ subiectum, sed singula possunt agere in quolibet simul, vel successiuè, & circa idem subiectum possunt agere plura, vel simul, vel successiuè,

Sed contra, tum quia sicut subiectum distinctum concurrit ad diuersam indiuiduationem, multò magis concurrit distinctum agens; quia entitas effectus magis pendet ab agente, quã à subiecto, nam sine subiecto supranaturaliter potest esse effectus, non autem sine agente. Tũ quia licet hoc agens non determinet sibi hoc subiectum, sed habeat vim illimitatam circa omne simile subiectum, tamen dum agit, circa hoc subiectum producit limitatũ effectum, & 25

numero

numero distinctum ab effectu,qui posset ex eo dem subiecto produci ab alio agente ; sicut vtriusq;agentis vis actiua est determinata,& distincta per varias indiuiduationes.Neque hinc rectè infert Suar. ex vno subiecto determinari ad productionē vnius tm̄ effectus; nā sicut non sequitur,intellectū,qui est determinatus ad intellectionē producendā in seipso , non habere limitatā virtutē ad vnā tm̄ intellectionē; multo minus calor v.g.ex materia ligni erit limitatus ad productionem vnius numero caloris ; quia illimitatiorem virtutē hēt calor, quam intellectus,vnde vterq;ex ōi subiecto sibi,pportionato pōt producere,infinitos effectus successiuè.

26 Conf.quia sicut essentia diuina determinata p paternitatem,hēt potentiā generandi filium, & determinata per filiationē,non hēt illam; ita natura equina determinata per bucefaleitatem hēt vim producendi equū, q̄ vim non hēt natura equina determinata per aliam hecceitatē, sed poterit producere alium equum.

Conf.2.duæ cāæ indiuiduales distinguuntur, nō solum specie,sed ēt indiuidualiter; ergo respiciunt terminos adæquatos distinctos, nō solū specie,sed ēt indiuidualiter ; nā omne,ꝙ est ab alio distinctū, dēt habere suum distinctiuū distinctū ab alio,sm̄ cā rōnē, qua est distinctū.

Resp.illud distinctiuū esse hæcceitatē, q̄ est diuersa in illis duobus , hæcceitates aūt seipsis distinguūtur,nec exigūt distinctiuū extrinsecū.

27 Sed contra,quia licet indiuidua cōstituātur, & distinguantur intrinsecè per diuersas hecceitates intrinsecè simplices;tn̄ earū distinctio dēt sumi à termino adæquato extrinseco ; nā sicut potentiæ distinguuntur specie ab opationibus, & earū terminis adæquatis ; ita & hæcceitates contrahentes potētias;qa hæcceitates dn̄t proportionari essentijs, quas determinant , & esse eiusdē ordinis:quare sicut distinctio potētiarū sm̄ speciē sumitur ab operationibus adæquatis; ita distinctio potentiarum sm̄ indiuiduationem dēt sumi ab opationibus,&terminis adęquatis.

Dices : potētiæ cognoscitiuæ distinguuntur ab obiectis sm̄ speciē , non tn̄ sm̄ hæcceitates: quia oēs potētiæ vnius speciei possūt ferri circa ꝙlibet obiectum indiuiduum contentū sub obiecto specificatiuo eiusdem essentiæ .

Sed cōtra,quia alia rō est de termino intrinseco operationis,ac de obiecto extrinseco,circa ꝙ fertur opatio;nā quilibet oculus pōt ferri circa quēlibet colorē , circa quē potest ferri alius oculus;& tn̄ vnus oculus nō pōt ,pducere visionē eādem numero, q̄ producit alius circa idē obiectū:quare hoc argumētū potius retorquetur;nā oculus,v.g.qui est numero distinct' ab alio,producit visionē distinctā ab alio ; ēt si vterq; oculus possit ferri circa eadē obiecta , ergo idem dicendum est de alijs agentibus .

28 9. Probari pōt ex parte effectus : nam sicut effectus sm̄ speciem non potest produci à qualibet causa secundum speciem,sed determinatus effectus à determinata causa 1.phy.tex.43. ita neque quilibet effectus sm̄ indiuiduationē poterit produci à qualibet cā indiuidua contēta sub eadem specie;nam sicut differentiæ specificæ continentur sub eodem genere, ita indi-

A determinatione secundū speciem probatur determinatio secundum indiuiduum.

uiduales sub eadem specie;ergo sicut differentiæ specificæ impediunt,quo minus quodlibet
A possit produci à quolibet sm̄ speciem , etiamsi contineantur sub eodem genere; ita & differētiæ indiuiduales impediunt, quo minus quodlibet indiuiduū possit produci à quolibet sm̄ speciem, etiamsi contineantur sub eodē genere;ita & differentiæ indiuiduales impediunt , quo minus quodlibet indiuiduum possit produci à quolibet,ēt si cōtineāt sub eadē specie.

Confirm.ex Arist.2.phy.tex.38.vbi expresse ait,quærendā esse semper vniuscuiusq;effectus summam causam,idest priorē , *vt homo ædificat,quoniā ædificator est;ædificator aūt est sm̄ ædificandi artē.*& subdit, *Amplius,aliæ quidē genera sunt generum, aliæ aūt singularia singularium : vt statuarius quidem statuæ, hic*
B *quidem huiusce. Et potentiæ quidē possibiliū, actu autem existentes ad actu existentia .*

Confir.2.quia sicut vnus effectus natura sua postulat vnam determinatam causam , à qua fiat,cum naturalem dependentiam habeat ab illa;ita effectus singularis habebit naturalem dependentiam à causa singulari;quia si effectus singularis non determinaret sibi causam singularem sub eadem specie , tunc quodlibet indiuiduum contentum sub specie posset produci ab alio indiuiduo eiusdem speciei , atque adeo idem posset producere seipsum cōnaturaliter, quia continetur sub obiecto suæ potentiæ na-
C turalis.Neque dicas,non posse,quia non distinguitur à seipso : Tum quia supra ostendimus non implicare,vt idem agat in seipsum, saltem per conseruationem , vel per modum secundæ productionis; atque adeo quodlibet indiuiduū non solum resisteret contrario agenti per virtutem resistitiuam, sed ēt per virtutē actiuam, non modo destructiuam contrarij,sed sui conseruatiuam.Tum quia implicat potentiā specificari ab obiecto circa, quod non potest habere suam operationem;quia non specificatur ab obiecto,nisi mediante operatione, per quam potest tendere in obiectum .

Dices cū Sua.depēñtia effectus à cā vniuoca 29
D ē illi accidētalis, cū possit separari ab illa: ergo nullus effectus illā sibi determinat; qa nō ē rō, cur determinet sibi magis hoc accidēs,q̄ determinet sibi aliud accidēs; vnde sicut recipit illū calorē,quē producit agens primò occurrēs,ita & depēñtiam,q̄ est à primo agente,ꝙ occurrit.

Conf. ꝙ idē effectus, q̄ fit à cā vniuoca pōt fieri à cā ęquoca;ergo nullus effectus determinat sibi depēñtiā à determinata cā vniuoca; qa si effectus ex natura sua esset determinatus ad depēdū ab vna tm̄ cā singulari, nō posset depēdere ab alia,siue vniuoca,siue æquoca,atq;adeo neq;posset cōtineri in alia; qa posse depēdere à plurib' repugnat determinationi,q̄ ē in depēñtia
E ab vna. Resp.1.negādo depēñtiam esse accidēs respectu effectus;nam dependentia , quæ est actio,est prior sm̄ existētiam effectu, licet sit accidens respectu materiæ ; à qua sustentatur .

Resp. 2.ꝙ ēt si sit accidēs respectu effectus , & separetur ab effectis,q̄ nō cōseruāt à sua cā: adhuc tn̄ determinatè respicit ab effectu,multo magis,q̄ passiones;qa ex vi actionis hn̄t suā exi

Ffff sten-

ſtentiam;non ſic autem à paſſionibus: quare nõ eſt eadem ratio huius accidentis, ac aliorum, A quæ contingenter conueniunt ſubiectis.

Reſp.3.quodlibet ſubiectum,vt habet proportionem cum vno agente determinate reſpicere quædam accidẽtia; quæ non poteſt recipere ab alio agente ſibi applicato; quia omnia illa accidentia diſtinguuntur numero, ſicut diſtinguuntur varia accidentia applicata eidem ſubiecto, vt patet ex diſtinctione numerica, quæ oritur ex diſtinctis ſubiectis applicatis reſpectu eiuſdem agentis.

Ad Confirm. ex dictis patere non poſſe à qualibet cauſa æquiuoca produci eumdẽ numero effectum, qui producitur à cauſa vniuoca,ſed tantum à Deo, quia hic continet eminenter,non ſolum perfectiones ſpecificas, ſed B etiam indiuiduales cauſarum vniuocarum.

31 Vltimo,probari poteſt à poſteriori; primò, quia ſequeretur eamdem viſionem poſſe produci à pluribus obiectis,vt ab albo,A; & albo. B. nam poſſet produci eadem ſpecies, atque adeo per ſpeciem A,poſſet videre B,& contra; etiam abſente obiecto, atque adeo oculus per eamdem viſionem videre poſſet nunc A. nunc B.Neq;dicas eſſe diuerſam rõnem, ꝙ viſio,vt ẽ repræſentatio talis obiecti, ita determinat ſibi talem ſpeciem, & tale obiectum, nã ſicut viſio, & ſpecies, quia eſt participatio talis obiecti; hoc ſibi determinat,ita, & quilibet effectus,cũ ſit participatio ſuę cauſæ,ſibi illã determinabit. C

Secundo, quia ſi idem effectus poſſet eſſe à pluribus cauſis,poſſet idẽ numero effectus ſæpius produci;nã ex actione, quã hẽt vnũ agẽs; non deſtruitur virtus alterius agentis;& .l.dici poſſit,impediri actionem alterius, quia inuenit effectũ productũ;tñ id dici non poſſet, qñ iam eſt corruptus; quia tunc poſſet reproduci ab alio agente:& .l.dicant aliqui,non poſſe reproduci ex decreto diuino, per ꝙ Deus decreuit concurrere cum hoc agente ad hunc effectũ, & non cum alio agente;tñ ſaltẽ ſequeretur,naturaliter poſſe produci;niſi Deus aliter decreuiſſet præter naturam rerum: vnde potius miraculum eſſet,ꝙ corrupta non reproducantur, D quam quod reproducantur.Scio ad omnes has rõnes poſſe reſponderi, tamen quia vis argumentorum eſt probabilior,quam ſolutionum. ideo non eſt recedendum à concluſione.

32 4.Concl. Probabile eſt, effectum productũ ab vno agente in aliquo tp̃e cum certis circũſtantijs,non poſſe produci ab eodem in diuerſo tempore,cũ alijs circumſtantijs, ita Mar.2. de ge.q.9.Aur.apud Capr.in 4.diſt.43.q:1.a.3.

Probant primo, mutatio, qua B. acquiritur in inſtanti A, non poteſt eſſe in alio inſtanti;ergo.Conſequentia probatur; quia B. non poteſt produci,niſi per illam numero mutationẽ;quia mutatio habet ſuam vnitatem numeralem, & E ſpecificã à termino intrinſeco: quare ſi eſt alia numero mutatio,alius terminus,oportet,vt ſit. Antecedens probatur;quia hæc numero mutatio coniungitur naturaliter cum hoc numero tempore,vt ſubiectum cum paſſione; ſed hoc numero tempus non poteſt eſſe in alio tempore; ergo neque mutatio in tempore B. poteſt eſſe in alio tempore.

Secundo, cum omnis cauſa ſecunda dependet à concurſu cœli, vbi eſt diuerſus concurſus cœli, eſt diuerſus effectus: ſed in diuerſis temporibus non poteſt eſſe idem numero cõcurſus cœli: ergo neque idem effectus numero.Minor patet, quia cœlum diuerſis temporibus habet diuerſos aſpectus. Neq; dicas cõcurrere per lumen; quia non eſt idem numero lumen,quod producitur hoc tempore, ac in alio;quia vel omnino corrumpitur, cum omnino abeſt Sol,vel ſemper augetur, vel minuitur,cum accedit,vel recedit Sol. 33

Omnis causa secunda pendet à concurſu cæli.

Confir. quia ad variationem concurſus cauſæ principalis per ſe,variari debet effectus;cælum autem eſt cauſa principalis mutationum inferiorum 1.meteo.c.2.12.met.38.8.phy.tex. 55.57.& 58.2.de gen.56.

Tertio ſequeretur idem poſſe bis produci; nam ſi effectus .A. poteſt produci ex Materia B. hodie, & cras, ponatur nunc produci; ergo ſi corrumpatur, poſſet produci cras; quia.A: poteſt eſſe à ſuis cauſis hodie, & cras; ergo ex eo,quod eſt hodie, non amittitur potentia cauſarum, qua poterant cauſare eumdem effectũ cras: vnde patet, quod ſi equus, qui generatur in inſtanti .B. non fuiſſet tunc generatus, nunquam amplius fuiſſet generatus naturaliter; quare neque rerum generatio differri poteſt, quia ſi differtur, non amplius eſt eadem generatio, atqueadeo neque idẽ generabile: & hoc naturaliter; nam An poſſit aliud effici per potentiam Dei, quæſtio eſt alibi examinanda; nã ſi Deus poteſt hanc actionẽ abſoluere ab hoc tempore,poterit etiam producere alio tempore eumdem effectum; ſin minus, putat probabile Marſilius, nec poſſe quoad ea, quæ omnino corrumpuntur, cum hæc ſint per nouam generationem generata; ſed ex principijs poſitis patet fieri poſſe per potentiam Dei. 34

Quarto Alij videntes rationes prædictas ſolui poſſe perdiſtinctionem temporis intrinſeci, ac extrinſeci,quod paſſio actionis, & mutationis non eſt tempus extrinſecum, ſed intrinſecum, quod variatur variatis actionibus, non tamẽ variatur præciſe ratione temporis extrinſeci; nam eadem duratio motus.B. poteſt eſſe in tempore extrinſeco.A. ſi in eo producatur, & in tempore.B.ſi ponatur produci in.B. & ideo ipſi probant alia ratione,eoquod effectus variatur ex quacunque cauſa, & circumſtantia per ſe concurrente ad effectum: ergo vbi ſunt diuerſæ circumſtantiæ, erit varius effectus.Sed neq; hæc ratio omnino placet; nam ſi ponantur eædem circumſtantiæ, ſcilicet efficiens, materia, & ſimilia,in diuerſo tamen tempore, quæritur,an ꝓduceretur idem numero effectus, an diuerſus: nam ex eiſdem omnino cauſis patet, poſſe prodire diuerſos numero effectus ſaltem ſucceſſiuè: quare. 35

Quinto alij probant, id oriri ex natura cauſarum; nam vnum agens reſpectu talis ſubiecti cum talibus circumſtantijs habet duplicem determinationem, vnam ad talem ſeriem effe- 36

ctuum

ctuum indiuiduorum; alteram ad ordinem in-
ter hos effectus producendos, vt primo natu-
raliter producat talem, secundo talem, &c. Et
hinc fit, vt producto primo, si corrumpatur, nõ
possit amplius reproduci ab eadem, vel alia cã.

Verum hæc ratio potius petit, quam probat
id, quod est probandum; quia non probat hanc
ordinatam determinationem, nisi forte à poste-
riori, quod effectus semel productus non po-
test amplius reproduci ob eam rationem: vel
forte à priori, quod natura, vt ordinauit res ad
finem, ita tribuit media consequendi finem; sed
natura instituit potentias ad producendos effe-
ctus; ergo tribuit omnia necessaria ad hunc fi-
nem: sed inter necessaria est determinatio re-
spectu plurium effectuum, ad quos ordinatur;
nam sine tali determinatione non posset exire
in actum; ergo tribuit potentiæ respectu plu-
rium effectuum, quos potest determinationem
ordinatam; alioqui nullum posset producere,
quia si non est determinata magis ad hunc, quã
alium, non potest magis hunc, quam alium.

Verum hæc ratio, vt dicetur in metaphysica
non caret difficultate; ideo

Sexto, alij probant causas non esse determi-
37 natas in ordine ad ordinatam productionem
indiuiduorũ ex natura sua, sed ex externo de-
creto Dei, qui respiciens ad diuersas circum-
stantias, & causas actionum, & effectuum, de-
creuit cum talibus, vel talibus causis sic, vel sic
circumstantias concurrere primo ad talem,
effectum: quam docet Gregorius, & sequun-
tur ferè omnes Recentiores; vnde diuersitas tẽ-
porum, & circumstantiarum non concurrunt
ad diuersam indiuiduationem, sed sunt signum
diuersæ indiuiduationis, quatenus significant
diuersum decretum diuinum, sed de hac re ali-
bi; nunc satis sit, narrasse quid alij sentiant.

38 Contrarium docet Venet. 2. de gen. tex. 52.
& sum. de gen. cap. 21. dicens, quemlibet effe-
ctum, sicut potest existere in quolibet tempore,
ita posse produci in quolibet tempore. Primo
datur effectus contingens 1. cœl. 127. sed hic
dicitur, qui potest esse tam in vno tempore,
quam alio.

Conf. ex forma cadaueris, quæ pot est hodie,
& cras generari, quando. s. interficitur animal.

Confirm. 2. ex hac opinione sequeretur, vel
quod infinita essent instantia, in quibus nihil
potest generari, vel quod esset infinita multitu-
do generabilium, quorum nullũ generabitur.
consequentia facile patet deducenti.

Confir. Tertio, qa in quolibet instanti, Sor-
tes potest corrumpi; ergo, & generari.

Confir. Quarto, in quolibet diuersorũ tem-
porum possunt eędem causæ totaliter ad effe-
ctus generationem concurrere; ergo in quoli-
bet plurium temporum potest effectus idem
generari. antecedens probatur, efficiens potest
esse idem, numero, materia eadem, similiter
idem cœlum, & influentiæ. consequentia pa-
tet Ex Aur. 8. met. com. 12. ex materia, & agen-
te eodem, effectus oritur idem

Confir. Quinto effectus secundum suam en-
39 titatem non habet dependentiã à tempore ex-
trinseco; ergo secundum se non determinat
A magis hoc tempus, quam aliud; vnde patet exi-
stere in diuersis temporibus.

Responderi potest, id rectè dici de effectu
secundum suam entitatem, non autem, vt dicit
sui productionem; quia hæc actio habet neces-
sariam connexionem cum hac duratione sibi
intrinseca; hæc autem duratio cum hoc nume-
ro tempore.

Sed contra; quia sicut duratio entitatis effe-
ctus non determinat sibi magis hoc, quam il-
lud tempus, licet habeat suam durationem in-
trinsecam; ita neque hæc actio, licet habeat suã
durationem intrinsecam; nam secundum illam
durationem, sicut nunc est in tempore. A. ita
potuisset esse in tempore B. si in eo tempore a-
B gens fuisset applicatum.

Respon. propter hæc argumenta, præcipuè 40
vltimæ confirmationis, probabilis est opinio
dicentium, quemlibet effectum producibilem
à certa combinatione causarum secundum se
posse esse in quolibet tempore; idque videri
mihi probabilius, si tantum spectetur ratio tẽ-
poris, vt loquitur Marf. loc. cit. Sed quoniam
de ea re fusius agemus in libris de generatione,
placet hic solum referre, quæ dici possunt ad
argumenta proposita à Veneto. vnde

Resp. dici aliquem effectum contingenter
generabilẽ, non quia potest in vna hora, & alia
generari, sed quia potest in vna hora generari,
C & pro eadem impediri generatio.

Ad 1. Confirm. Resp. aliam formam cadaue-
ris si hodie, quam si cras interficiatur animal;
licet dici possit, quando nulla est variatio in
agente, ex sola variatione temporis extrinseci,
non variari actionem, atque adeo neque effe-
ctum.

Ad 2. Confir. Resp. vtrumque, si concedatur,
nullum esse absurdum; vnde Astrologi volunt,
esse infinita instantia, in quibus nullum mixto-
rum perfectorum generari potest; mihi magis
D placet, posse in quolibet instanti aliquod mix-
tum generari, sed non generabitur, atque adeo
infinita possunt esse indiuidua, quæ nunquam
erunt.

Ad 3. Conf. negatur consequentia, quia cor-
ruptum non fit aliud ex diuersa actione cor-
rumpente; nam res corrumpenda præexistit a-
ctioni agentis corrumpentis; sed generabile fit
aliud, & aliud per diuersam actionem.

Ad 4. Confirm. Resp. negando, esse easdem
causas; nam licet causæ inferiores essent eadẽ,
non tamen superiores, vt diximus, quia semper
variatur alia, & alia cœli influentia; & respectu
formæ substantialis, etiam causæ inferiores ne-
que possunt esse eædem; quia variatur disposi-
tio; nam alia frigiditas producitur in vno, alia
in alio tempore. Solum obstat modus loquendi
E communis dicentium, si non feci hodie, faciam
cras.

Resp. hunc modum loquendi sæpe esse eo-
rum, quæ applicant causas per se; vnde tantum
applicatio variatur non autem causa per se, &
ideo est idem effectus: sæpè vero vsurpatur ab
ijs, qui producunt similes effectus; non tamen

eundem numero; licet ob similitudinem non discernatur.

Ad 5. Confirm. Resp. tempus non concurrere ad indiuiduationem, sed esse signum causarum concurrentium; quia in diuerso tempore sunt diuersæ causæ concurrentes, saltem ex parte influxus cęlestis; vel esse signum decreti diuini, quoad diuersam hæcceitatem.

ART. IV. Afferuntur, & soluuntur Argumenta, quod quilibet effectus possit produci à quolibet indiuiduo eiusdem speciei.

42 SEd contra primo obijc. apud Fonf. in specie leonis, est generalis vis ad quemlibet leonem producendum; quia in quolibet indiuiduo est tota vis speciei; nam duo agẽtia eiusdem speciei sunt æqualis virtutis; ergo quidqd potest vnum, potest aliud.

Confirmatur, quia sufficit ad identitatẽ numeralem effectus identitas materiæ, & formæ, vnde Sancti probant, resurrectionem futuram eorundem numero corporum: sed ex diuersis agentibus potest esse eadem materia, quia præexistit semper; & forma, quia ex eadem materia potest produci quælibet forma.

Resp. 1. & si in quolibet indiuiduo est tota vis generandi leonem absolutè, non tamen potest quemlibet in particulari, sed tantum illos, ad quos determinatur; nam sicut in causa efficienti est natura specifica, & hæcceitas per quam distinguitur vnum efficiens ab alio; ita similiter in effectu; vnde efficiens, quod determinatur per suam hæcceitatẽ ad tales effectus, non poterit producere alios.

43 Ad Confirm. sufficere eandem materiam, & formam, sed ex eadem materia nõ potest quælibet forma à quouis agente educi; imò neque potest, si subijciatur eidem agenti extra tẽpus constitutũ à diuina voluntate, vt diximus trac. de materia.

Secundo obij. daretur inter indiuidua essentialis subordinatio contra Arist. 2. met. c. 2. vbi Fonf. q. 1. sec. 3.

Resp. patere ex dictis, non esse essentialem subordinationem, quia non pendet vnum indiuiduum in sua actione ab alio distinctæ speciei; nam in sui generatione pendere ab alio secundum suam indiuiduationem non est absurdum.

44 Tertio obijcit. eadem numero res potest à diuersis corrumpi: ergo & generari; quia par ratio est vtriusque, præsertim cum corruptio vnius sit generatio alterius 1. gen. 17.

Confirm. quia eadem forma cadaueris producitur, siue homo perimatur à milite in bello, siue naufragio, &c.

Resp. negando paritatem rationis, vt benè Capręol. & Greg. 2. d. 20. q. vn. quia equus potest corrumpi à diuersis speciebus; non tamen generari; & ratio diuersitatis est, tum quia corruptio fit à contrario; at vni plura sunt contraria, vt alibi ostendimus, at generatio est à causa sibi proportionata; at vnum vni proportionatur, tũ quia plura requirũtur ad prestandũ esse rei, quam ad auferendum; de qua re Tromb. 2. met. q. 6. neque generatur quodlibet ex corruptione vnius rei à quolibet; nam si aqua corrumpitur ab igne generabitur ignis, &c. vnde calidum, vt quatuor producitur à calido, vt quatuor; & non corrumpitur à frigido, vt quatuor, sed ab intensiori.

Ad Confirm. vt respondeam Not. à Doctoribus distingui causas, vt aliæ dicantur per se influentes; aliæ per accidens, & non influentes: harum autem aliæ sunt, quæ accidunt causis per se; aliæ ministrantes dicuntur, quæ scilicet applicant causas per se. Dicunt igitur, eumdem effectum produci à diuersis causis per accidẽs, siue ignis applicetur à Ioanne, siue à Petro, sẽper idem calor producetur: Hoc posito, dicunt, vt Marf. qui interficit, esse causam per accidens formæ cadaueris; nam causa per se est dispositio materialis, quæ est in materia rei, quę interit: & benè dicunt, quod si causæ per se varientur, vt v. g. quando interit ex abundantia vnius, vel alterius humoris, tunc generatur forma cadaueris distincta, licet sensus distinctionẽ hanc non discernat: similiter calor per se producitur à calore, per accidens vero à frigore: & similiter putat Marsilius, calorem gallinæ esse agens per accidens respectu pullorum, qui excluduntur ab ouis; nam per se est semen instrumentaliter, & Deus principaliter, vt causa prima supplens defectum causæ secũdæ; quod si vitalis gallinæ calor est causa per se pulli dicimus, excludi diuersum pullum. 45 *Causarum diuisio.*

46 Quarto obijcit. forma vnius speciei potest produci à diuersis speciebus, vt mus à Sole, & mure, ergo similiter.

Resp. magnam difficultatem esse, an producta per generationem seminalem, sint eiusdem speciei cum productis per generationem spõtaneam, de qua re Tromb. 7. met. q. 5. Ant. Andr. q. 8. Fland. q. 13. a. 3. 4. & 5. Perr. lib. 8. c. 16. & seq. Nam Auicen. affirmat, negat Auer. 8. ph. 46. & 1. de gen. an. c. 1. putat enim, quæ generantur ex putri, & per semen, licet videantur esse eiusdem speciei, non tamen sunt, & hunc amplectitur Perr. & Fonf. sed quodcumque sit, semp producitur à certa complexione, quæ complexio qualitatum produci potest à diuersis propter eandem potentiam, quæ est in illis. *Productis per generationem seminalem, et per spontaneam.*

Secundo, Negatur consequentia, quia plura requiruntur ad vnitatem numeralem, quam specificam, quia vna actio numero dicit ordinẽ ad vnum numero agens: nam perfectio specifica vnius potest contineri, & formaliter, & eminenter in alio ente creato, vt dicitur in argumento; non sic autem perfectio indiuidualis, per quam nullo modo res conueniunt.

47 Quinto obijc. Motus locales numero distincti, & etiam specie, possunt terminari ad eundem numero terminum; quare eadem numero existentia in loco potest esse à diuersis causis

Resp. an idem terminus possit acquiri per diuersos motus specie, alibi, interim videatur Tromb. 10. met. q. 2. quare.

Resp.

Resp. in motu locali esse duplicem terminum; alterum extrinsecum, & hic idem acquiri poterit per diuersos motus; alterum intrinsecũ, & hic est existentia in loco, quæ nunquam est eadem à diuersis causis; nam oporteret nõ solum locum esse eumdem numero, sed etiam mobile, vnde si per diuinam potentiã duo corpora ponentur in eodem loco, non haberent eamdem existentiam in loco, dubium tamen est, quando est idem mobile, & locus, tamen fit diuersa virtute motiua, vt cum Abachuc fuit asportatus per Angelum, habuit existentiã in lacu leonum, at eadem habuisset, si propria virtute in eodem tpe eundẽ occupasset locũ.

Resp. Fons. non esse, sicut non est distinctus aceruus lapidum si à Petro, quam si à Ioanne coadunentur lapides: quare conclusio non est intelligenda de effectis; quæ sunt forma absoluta. Sed quid de hac sentiendum, dicemus in tractatione de motu locali.

48 Sexto obijc. Non est difficilius rẽ producere, quam conseruare; imò sæpe conseruatio requirit maiorem virtutem; nam multæ causæ vniuocæ possunt res producere, non conseruare, sed potest idem effectus à pluribus conseruari, vt patet in calore producto in aqua ab igne, q conseruatur ab aere; & similiter vnius columnæ species visiue potest conseruari ab alia simillima; quia si alia species produceretur oculus posset discernere diuersitatem.

Resp. quædam ita facile, aut difficile conseruari, ac producuntur, vt sunt quæ creantur, & alia, in quibus conseruatio non distinguitur à productione; vt sunt entia successiua: quædã, quæ partim facilius conseruantur, quam producuntur; partim contra, vt hominem homo generat, & non conseruat; vestimenta autem, & alimenta conseruant, sed nequeunt generari: quare minor vera est in conseruatione, quæ distinguitur à productione, sed negatur consequentia; At falsa in ijs, in quibus productio nõ distinguitur à cõseruatione: neque species vnius columnæ conseruatur ab alia simillima; non tamen sensus distinguit illas, quia sensus non percipit distinctionem obiectorum nisi vbi est aliqua dissimilitudo sensibilis; differentia autem indiuidualis abstractior est, quam vt sensus iudicio percipiatur.

Verum hæc, licet concedi possint de conseruatione extrinseca; non tamen habent locum in intrinseca, quæ est per influxum in entitatẽ effectus, de qua

Resp. hanc conseruationem, quatenus est à Deo, facilè saluari, cum Deus contineat totam virtutem causarum secundarum, non solum secundum differentias specificas, sed etiam indiuiduales; At vero quoad conseruationem effectus ab alia causa producti.

Resp. facilius posse rem conseruari, quam produci; nam idem potest concurrere de potentia Dei ad sui conseruationem, non autem ad sui primam productionem, & corpus initio difficilè moueri potest, & exigit maiorem virtutem, quam exigat continuatio motus: vel.

Resp. cum alijs, lumen productum ab vno luminoso non conseruari ab alio, sed nouum produci, sed quia sensus non discernit indiuidualem differentiam, apparet esse idem, & cõseruari iudicatur.

A

Resp. denique Mas. esse diuersam rationem, nam à productione res habet suam vnitatem numericam at non sic à conseruatione, & ideo idem effectus non potest produci à pluribus causis, quia repugnat eius vnitati numericæ; nõ sic autem conseruari à pluribus.

Septimo, ex Scoto, quia alioqui prædestinati, qui nunc nascuntur ex reprobis parentibus, non fuissent nati in statu innocentiæ, cum ibi nullus fuisset reprobus; ergo dicendum est, eũdem posse nasci à duobus. 49

B

Resp. concedendo totum, quia multi prædestinati nunc nascuntur ex adulterio, qui in eo statu non fuissent; nam ibi nullum fuisset adulterium; neque id absurdum; quia prædestinatio, vt dicit D. Tho. quodl. 5. art. 8. & Cap. 2. d. 20. c. 3. non fuit ante præscientiam lapsus naturæ, siue absolutè præuisi siue conditionatè, vnde D. Thom. 3. p. quæst. 1. a. 3. ad 4. *prædestinatio, inquit, præsupponit præscientiã futurorum: & ideo sicut Deus prædestinauit salutem alicuius hominis perorationes aliorum implendo; ita prædestinauit opus incarnationis in remedium humani peccati.* *Prædestinatio non fuit ante præscientiã lapsus naturæ.*

C

Resp. 2. alij etiam si prædestinatio fuisset ante præscientiam peccati, adhuc tamen non sequitur, non fuisse natos eosdem homines; siue quia eadẽ indiuidua, quæ in statu naturæ lapsæ nata sunt ex parentibus reprobis, fuissent nati ex eisdem parentibus in statu innocentiæ prædestinatis; quia multi fuissent prædestinati in statu innocentiæ, qui non sunt in statu peccati; nam reprobatio, & prædestinatio non variant hæcceitates indiuiduorum: Siue quia indiuiduum humanum non variatur ex diuersitate agentium, vt inquit Molin. 1. p. disp. 33. de operibus sex dierum; quia identitas indiuidui pendet ex identitate materiæ, & formæ; at tam materia, quam anima hominis non producitur à parentibus, sed est immediatè à Deo.

D

Imò Durand. in 2. d. 3. quæst. 2. putat (licet falsò) ad identitatem indiuidui sufficere identitatem formæ. Scio Thomistas huic opinioni repugnare, quod Deus infundat animas iuxta exigentiam dispositionum ad modum causæ naturalis: vnde negant, in corpore D. Pauli naturaliter potuisse infundi animam Diui Petri.

Octauo, effectus artificiati non variãtur ex diuersitate instrumentorum: ergo. 50

E

Resp. negando paritatem; quia artifex non producit entitatem in rebus artificiatis; sed entitates partium præexistentes componit secundum situm; vnitas autem numeralis sequitur entitatem rei; quare siue ab vno, siue ab altero producatur artifice, dum est eadem entitas, semper est idem effectus; quod non est in effectis agentium naturalium; quia instrumenta naturalia concurrunt ad producendam entitatẽ effectus.

Resp. 2. In re artificiata possunt duo consi-

derari. Primo, partes præexiſtentes, & ſecundũ has eſt idem. Secundo, formam, & modum ſeu compoſitionem partium, quę de nouo producitur ab artifice, & ſecundum hanc eſt diuerſum pro diuerſitate agentium.

Nono, qualitas producta ab vno agente, poteſt intendi ab alio, ergo & poteſt etiam produci, quia eſt eadem ratio.

51 Reſp. eſſe diuerſam rationem, quia gradus, qui producitur ab agente intendẽte, eſt diuerſus à gradu, qui producitur à primo agente; & licet Thomiſtæ negent intenſionem fieri per additionem gradus ad gradum, ſed maiorem radicationem, tamen negare non poſſunt ibi aliquid de nouo produci per illam maiorem radicationem, ſiue ſit modus, ſiue gradus virtualiter diſtinctus, ſiue quid aliud, vt ſuo loco dicemus.

Decimo, ſi vnus numero effectus determinaret ſibi vnam cauſam, ſequeretur, quod plures numero effectus determinarent ſibi plures cauſas; at hoc eſt contra experientiam; quia vna numero cauſa producit plures effectus, & non determinat ſibi vnum.
Conſequentia probatur, quia ſicut ſe habet propoſitum in propoſito; ita ſe habet oppoſitum in oppoſitum; ſed vnus, & plures ſunt oppoſita; ergo.

Confirm. quia effectus habet vnitatem à ſua intrinſeca hæcceitate; ergo non ab agente.

Confirm. 2. dependentia effectus à cauſa ſecunda eſt accidẽtalis effectui: ergo effectus poteſt ſeparari ab illa; ergo poteſt habere dependentiam ab alia.

Reſp. negando paritatem, quia virtus cauſæ non adæquatur ab vno effectu; & ideo poteſt plures, quia effectus non deſtruit virtutẽ cauſæ; at contra, effectus adæquatur à cauſa, quia recipit totum eſſe à cauſa, & ideo non poteſt eſſe naturaliter ab alia cauſa. Et ratio ſumi poteſt ex doctrina Tromb. in formalit. quod multiplicato poſteriori nõ dẽt multiplicari prius; at vero multiplicato priori, multiplicatur poſterius.

Ad probationem reſpond. regulam topicã intelligi de oppoſitis formaliter, non materialiter: quare valet. *Album diſgregat, ergo nigrum congregat*: quia ſumuntur, vt formaliter opponuntur; non tamen valet: *Album eſt viſibile, ergo nigrum eſt inuiſibile*: quia non accipiuntur, vt opponuntur, ſed conueniuut in ordine ad eandem potentiam.

Ad primam Confirm. Reſp. ex dictis quomodo ſit intrinſecè, & formaliter per hæcceitatem, ſed ab agente habet extrinſecè, & effectiuè.

Ad ſecundam Confirm. Reſp. dupliciter dici accidentalem; primo vt diſtinguitur contra eſſentiale; & conceditur: ſecundo, contra cõnaturale, & negatur; quia connaturaliter talis dependentia exigitur ab effectu.

52 Vndecimo, ſi cã determinaret ſibi certã ſeriẽ indiuiduorum, ſequeretur, eſſe infinitæ virtutis; quia illa ſeries non eſt finitorum, ſed infinitorum indiuiduorum; & licet ſit infinita ſyncathegorematicè; tamen hæc ſufficit ad infinitatẽ virtutis; cauſæ; nã infinitas virtutis diuinæ colligitur ex infinitis effectis ſyncathegorematicè.

Reſp. 1. infinitatem, aliam eſſe intenſiuam, & hæc non colligitur ex effectis infinitis ſyncathegorematicè producibilibus ſucceſſiue, ſed producibilibus ſimul, quia ſcilicet quoad effectus, quos ſimul poteſt, non poteſt dari terminus intrinſecus: imo neque colligitur ex quaiibet rerum infinitate, ſed diuerſarum perfectionum: & aliam eſſe extenſiuam; & hãc cõcedimus in omni virtute, quæ conſeruatur infinito tempore, etiamſi ſecundum ſe ſit finita; nam minima virtus ſicut conſeruatur maiori, & maiori tẽpore, ita poteſt producere plures, & plures effectus: at intenſiuã negamus creaturæ; quia effectus ſimul producibiles ab illa ſunt finiti; vnde ſi infinita combuſtibilia ſimul applicarentur eidem igni ſecundum ſe inuariato, non poſſent omnia ſimul comburi, ſed illa, quæ ſunt magis applicata; quod ſi omnia eſſẽt æqualiter applicata in nullum eorũ ageret ob defectum virtutis; quia non haberet inæqualẽ proportionem ſupra reſiſtentiam paſſi. *Infinitas intenſiua alia, alia extẽſiua.*

Dices: An hæc ſeries determinatorum indiuiduorum pertineat ad omnes cauſas.

Reſp. quidam, pertinere ad ſolum efficiens; nam materia cum ſit indifferens ad recipiendas omnes formas producibiles à quolibet agente, eſt indeterminata ad omnes ſeries.

Ego reſpondeo habere locum in omnibus cauſis; quia ſicut materia eſt receptiua omnis formæ producibilis, ita efficiens eſt eductiuum omnis formæ receptibilis in materia: quare ſicut hoc efficiens habet certam ſeriem indiuiduorum educibilium ex hac numero materia, & aliam ex alia; ita hæc materia eſt receptiua horum indiuiduorum ab hoc agente, & aliorũ ab alio.

Duodecimo alij, effectus vnius ſpeciei poteſt eſſe à diuerſis agentibus ſpecie: ergo ſimiliter effectus vnus numero poteſt habere diuerſa numero agentia. 53

Reſp. agentia diuerſę ſpeciei conuenire in virtute productiua effectus eiuſdem ſpeciei: quare effectus ille non pendet ex vna cauſa, vel altera per ſe, ſed ex virtute, ſeu gradu cõmuni vtrique agenti, ſed principium numerale reſpectu eiuſdem effectus non poteſt conuenire pluribus, quia tunc non eſſet vnum numero.

DVBITATIO III.

An idem effectus poſſit cauſari à duabus cauſis totalibus eiuſdem generis, & ordinis, ſimul concurrentibus.

ART. I. Explicatur ſenſus quæſtionis.

Primo Not. hanc quæſtionem non intelligi de cauſis diuerſorum generum; quia conſtat ad effectus naturales concurrere quatuor genera cauſarum: ſed de cauſis eiuſdem generis: neque intelligi de his, quæ ſunt diuerſorũ ordinum; cum conſtet, eumdem effectũ pendere 1

dere

dere à causa prima, & secunda.

Secundo Not. non intelligi quæstionem de causis internis, vt patet ex dictis; sed intelligi de causis particularibus externis, vt est efficiés, & finis: neq; de his, vt sunt partiales; nam cóstat, eumdem filium, esse à Patre, & matre, vt constant vná causam adæquatam; neque enim est de ratione causæ totalis habere vnitatem simplicitatis, vel compositionis per veram, & physicam compositionem; nam sufficit illi vnitas per aggregationé, quatenus plura sufficienter approximata, se coadiuuant ad producendum eumdum effectum: quare quæstio intelligitur de causa totali.

2 Tertio Not. dupliciter posse accipi identitatem effectus; primo, materialiter; secundo, formalieer: dicitur autem idem effectus materialiter tota entitas effectus, secundum omnia, quæ sibi identificat; at formaliter dicitur, quádo non solum secundum totam entitatem, sed etiam secundú eamdem rationem formalem sumitur, cui opponitur effectus secundum diuersas rationes formales.

Quæ dicatur causa totalis. Quarto Not. causam totalé vario modo explicari ab auctoribus; nam aliqui dicunt. illá causam esse totalem, quæ excludit concursum alterius causæ concurrentis ad effectum in eodem genere, in quo dicitur alia causa totalis: & ratio est; quia si admitteret concursus alterius causæ, iam eius concursus non esset totalis, sed partialis. Alij vero dicunt. totalem dici, quæ præstat effectui totum concursum, qui est necessarius ad eius existentiam, vnde effectus, & concursus adæquantur quoad perfectioné. Et hinc Auctores primæ opinionis inferunt exclusionem alterius causæ; nam cum concursus est adæquatus effectui, tanta debet esse perfectio vnius, quanta alterius; quod si concursus excedit, iam destruitur adæquatio, sed ponitur inæqualitas, vt patet ex duabus quantitatibus æqualibus, quarum vni si aliquid additur, destruitur æqualitas.

3 Quinto Not. causam totalem distingui contra partialem: quare sicut influxus partialis, alius est ex parte causæ, & non effectus, vt cum duo trahunt nauim, singuli sunt partiales partialitate causæ, non autem partialitate effectus; qa tota perfectio effectus pducitur à singulis sed non sine consortio alterius causæ; alius vero est partialis partialitate effectus, sed non partialitate causæ, vt cum quantitas palmaris calefit ab eodé igne, influxus, quo producitur calor in semipalmari quantitate est partialis ex partialitate effectus; quia est circa parté effectus distinctam ab alia comparte; non tamen partialitate causæ; quia nó est à partiali virtute causæ distincta à virtute, qua producitur calor in alio semipalmari; nam vterque calor producitur ab eadem virtute indiuisibiliter, ita vt nó possit signari, quod vna pars caloris producitur ab hac parte, & alia pars ab alia parte virtutis. Alius denique est partialitate effectus, & causæ; vt cum pars effectus producitur ab vna parte virtutis, & alia ab alia, vt v.g. si lignum secundum vnam medietatem calefiat ab vno igne, & secundum aliam ab alio igne; ibi enim

A vterque ignis est causa totalis respectu caloris existentis in toto ligno; at singuli sunt partiales respectu medietatis à se calefactæ, partialitate effectus, & causæ. Hinc intelligitur quando influxus dicatur totalis totalitate causæ, vel effectus; nam quando effectus attingitur secundú totam perfectionem à singulis partibus causæ dicitur totalis ex parte effectus, & partialis ex parte causæ; vt secundum communem intellectio respectu intellectus, & speciei, quádo vero effectus secundum vnam perfectioné attingitur per vnam perfectionem, & secundum aliam perfectionem per aliam actionem ab eadem virtute indiuisibiliter, tunc est influxus partialis ex parte effectus, & totalis ex parte

B causæ; quod si diuersæ perfectiones effectus attingantur à diuersis pfectionibus causæ; tunc influxus est partialis ex parte causæ, & effectus, quod si tota pfectio effectus attingatur ab vna virtute indiuisibiliter; tunc est influxus totalis ex parte effectus, & causæ. Hæc dixi contra quosdam Recentiores, qui terminos vel non intelligunt, vel confundunt.

Sexto Not. tripliciter posse dua agentia per se sufficientia, cócurrere ad effectum: primò cú effectus nó habet summam suam perfectioné, neque adæquat sed excedat perfectionem singulorum agentium; vt si duæ candelæ producant in aere maius lumen, quam singulæ per se 4

C separatim possent, licet possit maius produci: & in hoc casu illæ candelæ nó essent causæ totales, quia effectus excederet virtutem vniuscuiusque causæ: quod si lumen productum ab vtraque esset tantæ perfectionis, quantæ vnum lumen produceret, ita vt singulæ tantum operentur vnita, quantum si essent sigillatim applicatæ; tunc possent esse causæ totales.

Secundo, vt effectus adæquet virtutem vtriusque causæ agentis per se in intensione, & perfectione, vt duo calida, vt quinque ad calo-

D rem, vt quinque ex eadem materia: & hoc modo dicunt esse necessarium, vt producant vnú effectum, tanquam causæ totales, quia effectus productus est æqualis vtrique agenti, ergo aliquid illorum operatur secundum totam perfectionem suam; ergo vtrumque, quia non est maior ratio de vno, quam de alio. Consequentia patet, quia multitudo agentium non concurrit ad intensionem effectus, nisi intra limites suæ intensionis; ergo vt effectus sit æqualis agentibus in intensione non sufficit pluralitas agentium, nisi operentur secundum totam intensionem, & virtutem.

Resp. Iauellus, quod nullum ageret. 5

Sed contra, quia non est ratio cur se impedirent, sed potius, vt se iuuent.

Confirm. quia si idem ignis applicaretur æ-

E qualiter secundum omnes partes suas alicui passo, calefaceret illud; nam si nunc applicatus inæqualiter calefacit, multo magis applicatus æqualiter; ergo multo magis duo ignes.

Confirm. 2. quia si virtus, quæ est in duobus oculis, esset in vno, certè videret, ergo similiter.

Ter-

Tertio, quod effectus non adæquet perfectionem agentis, & tamen sit summus, qui potest fieri, vt si duo Soles eiusdem virtutis applicarentur æqualiter aeri optimè disposito, ita vt quilibet illorũ esset productiuus summi luminis; licet illud non esset ita perfectiuum, vt lux Solis. Et in hoc casu etiam essent totalia; quia vtrumq; habet virtutem, & perfectè applicatam, & non impeditam; ergo vtrumque per se produceret lumen summum; & tamen in aere non est, nisi vnum lumē; ergo hoc habet duas causas totales. Tenet Caiet. 1. p. q. 52. ar. 3. quia si vnus Angelus applicet totam suam virtutem ad mouendum corpus in tanta velocitate, & alius simul applicet suam ad idem mouendum cum eadem volocitate; tunc illud corpus mouebitur ab eodem Angelo, tanquam à totali causa, quia non est maior ratio huius, quam illius.

6 Septimo Not. actionem, qua attingitur terminus, esse posse triplicem. Prima per quam terminus accipit esse de nouo à causa, & dicitur inceptio rei, quæ præsupponit negationē existentiæ termini. Alteram, per quam terminus accipit esse, non tamen de nouo, neque per nouam actionem, sed per eamdem, qua incæpit esse conseruatam, & dicitur conseruatio, quæ est vera actio, cum sit communicatio existentiæ, sicut annihilatio, quæ est destructio existētiæ, est desitio conseruationis. Tertiam, quæ est media inter has, cum sit noua actio, sed non nouus terminus, vt quando effectus est productus ab vna causa, & conseruatur per actionē alterius: quæ actio non est formaliter conseruatio, cum non sit continuatio prioris actionis, nec ab eodem agente, sed dicitur conseruatio terminatiuè, quia ordinatur ad dandum esse effectui prius existenti.

Octauo Not. hanc tertiam actionem dupliciter posse contingere; primo successiuè, vt naturaliter contingit in effectis productis à causis secundis, qui per nouam actionem conseruantur à Deo; & secundum aliquos effectus productus ab vna causa secunda, potest conseruari ab alia. secundo, simultaneè, quod est quando effectus ab vna causa productus, & ab eadem conseruatus, manente eadem conseruatione, conseruaretur etiam in eodem esse per nouam actionē; atqueadeo idem effectus penderet à pluribus causis. Dubitatio igitur non est quoad secundam actionem, quia ibi est vna actio ab vno agente: neque de tertia actione, quando vna succedit alteri; nam de hac licet sint variæ opiniones, quod multi negent effectum ab vna causa productum posse conseruari ab alia causa per verum influxum, eoquod effectus indiuiduetur ex ordine ad agens; vnde accidens productum in vno subiecto non potest conseruari ab alio: tamen quia huius veritas pendet ex quæstione de principio indiuiduationis, nihil hic possumus decidere. Vnde dubitatio intelligi potest tam quoad primam productionem termini; An scilicet idem terminus possit in prima sui ꝓductione pendere à duabus causis totalibus: secundo An terminus productus & conseruatus ab vna causa, posset manente eadem conseruatione prioris causæ conseruari per nouam actionem sufficientē ad dandum esse effectui ex vi alterius causæ, siue hoc naturaliter, siue supranaturaliter.

ART. II. Opiniones Doctorum.

Prima opinio est dicentium posse produci à duabus causis totalibus non solum supranaturaliter, sed etiam per se loquendo, naturaliter, licet per accidens ex aliqua conditione extrinseca non possit; vt v. g. quod nequeant æqualiter applicari, vt simul totaliter producant effectum; nam alioqui per se idest ex natura termini, & causalitatis non repugnat. Videtur Caiet. 1. p. q. 52. art. 3. qui Diuũ Thomā negantem eumdem effectum esse posse à duabus causis interpetratur, illũ non loqui de potentia logica, vel naturali ex natura rei, sed ex ratione applicationis factæ per causas naturales nā alioqui si duo ignes eidem materiæ applicarentur æquè perfectè, vt singuli possunt totaliter effectũ producere, singuli producent eumdem effectum totaliter. Sequitur Med. 3. p. q. 3. art. 6. ad. 3. & videtur Occham apud Tataret. & Adam. in 1. d. 1. du. 4. & refert Capræo. in 3. d. q. vn. Propendet Gabr. ibid. 7 *Opinio affirmans etiam naturaliter.*

Fundamentum, quia posita applicatione duarum causarum, respectu eiusdem materiæ, ex illis sequetur aliquis effectus, quia sunt causæ necessariæ non impeditæ; sed non possunt sequi plures effectus; quia materia est incapax plurium formarum; ergo sequetur idē effectus: sed nō producetur ab illis partialiter, quia singulæ agunt quantum possunt; possunt autem producere effectum illum totaliter. 8

Confir. quia in casu posito, vel neuter ignis agit, vel alteruter. vel vterque: non primũ, quia nihil est, quod impediat ab agendo; nam cum sint similes in virtute, non se mutuo impedient, sed potius adiuuabunt: Neque secundum; quia non est maior ratio de vno, quam de alio: ergo vterque, non partialiter, quia quilibet eorum potest totaliter effectũ illũ producere. Neque dicas, quod ex coniunctione producant eumdem effectum partialiter; quia breuiori tempore, quam singuli producerent; quia ponimus produci formam substantialem, quæ producitur in instanti, quo nihil potest esse breuius.

Dices, neutrum agere, quia natura superfluitatem abhorret. 9

Sed contra tum quia licet abhorreat superfluitatem, non tamē abundantiam; neque semp est superfluum, quod non est simpliciter necessarium, tunc enim fuisset superfluitas, si natura exegisset duas causas, quando vna sufficit: at quod pluribus fuerit tributa virtus ad eumdem effectum, non est superfluitatis, sed liberalitatis: quare licet natura non intenderit per se primo concursum illarum causarum ad eũdem effectum, tamē potuit permittere tanquā id, quod nihil habeat repugnans naturis rerũ: tũ quia natura magis abhorret mõstrum, quam superfluitatem; & tamen illud permittit ex causa-

causarum ordine, & constitutione criatur: tum tertio, quia licet superfluitatem abhorreat; nō tamen causa libera per illā abhorret; quia duo Angeli possunt per suam voluntatem applicare totam virtutem ad mouendum vnum lapidem, qui motus totaliter fit à singulis. Et idem patet quando duo homines portant vnum lapidem, quam singuli possunt.

Confir. 2. quia si duo luminosa æqualia magnitudine, & intentione, atque agendi vi, vni diaphano æquè approximentur, certè vtrumque illuminabit; quia non est ratio, cur vnum agens eiusdem intentionis impediat alterum, vt putauit Iauel. 5. met. neque est ratio, cur vnum tantum agat; sed tunc producitur ab vtroque vnum numero lumen; ergo.

Respondent Perspectiui apud vitellion. lib. 2. perspec. Theor. 3. esse ibi duo lumina. Sed id repugnat Philosophiæ, vt alibi probabitur, quia duo agentia eiusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto.

Confir. quia plures Angeli possunt esse in eodem loco, vt patet ex Luc. 8. de legione Demonum, quæ continet. *6666*. Demones expulsa ex vno homine; at demones sunt in loco per habitudinē causæ ad effectum ex 1. p. q. 52. a. 1.

10 Hi tamen inter se diuisi sunt in modo defendendi opinionem; nam aliqui negant, actiones vtriusque agentis nihil magis communicare effectui; nā dicunt, communicari maiorē quamdam radicationem in sui existentia; ita vt possit magis resistere contrarijs.

Alij vero negant aliquid communicari magis ab vtraque, quam ab vna, præter dependentiā; neq; ibi esse superfluitatem aliquam; quia sicut potest aliqua res possideri duplici titulo; ita produci duplici actione, vt deficiente vna per alteram sufficienter existat: vnde negant ibi esse aliquam superfluitatem, sed potius abundantiam quamdam, & diuitias causarum.

11 Alij vero putantes, vnam illarum actionum esse superfluam, eoquod sufficienter existat effectus ex vi alterius, negant hanc superfluitatem abhorreri à natura; quia tunc superfluitas abhorretur à natura quando est otiosa, vel prouenıret à causis per se ad illam à natura ordinatis: at in casu nostro, neque est otiositas, cum singulę habeant suum terminū, licet eumdem; neque id intenditur per se à natura, sed prouenit per accidens ex causali quodam concursu causarum, vt dicitur de monstris; quare id non frequenter accidit.

ART. III. Opinio dicentium implicare etiam per absolutam Dei potentiam eumdem effectū produci à duabus causis totalibus.

12 *Opinio negās etiam supernaturaliter.* SEcunda Opinio est dicentium, non solum naturaliter, sed etiam supranaturaliter implicare eumdem effectum esse à pluribus causis totalibus. Ita Scot. in 3. d. 1. q. 2. & 2. d. 20. q. 2. Tatar. ibi & Licchet. Capr. q. vn. art. 3. ad Scoti argumenta cōtra tertium & 3. d. 1. q. 1. a. 3. ad argumenta Scoti contr. 2. Ferr. 3. contr. gen. 1. 68. & videtur Caiet. 3. p. q. 67. a. 6. cir. fin. qui probans esse impossibile rationes affert implicantiæ. Et videtur D. Tho. 1. p. q. 52. a. 3. & 3. p. q. 82. a. 2. ad. 2. vbi absolutè dicit id esse impossibile & in 1. d. 37. q. 3. a. 3. 5. met. c. 2. Mars. 1. de. gen. 8. Soncin. 5. met. q. 6. Iauell. q. 6. Ferr. 2. physicorū q. 4. Mas. c. 3. sec. 5. q. 2. Vasq. 3. p. tom. 1. disp. 24. c. 4.

Primum Fundamentum sumitur ex natura causæ totalis: nam de ratione causæ totalis est, vt in eo genere, & ordine excludat consortium alterius causæ: ergo idem effectus non potest habere duas causas sic totales, quia implicat poni duas, & requiri exclusionem alterius, antecedens probatur; quia totalis causa dicitur, quæ in actu secundo adhibet totum concursum, quo indiget effectus ad sui existentiam, sed adhibens totum concursum huiusmodi excludit influxum alterius virtutis; ergo. Minor probatur, quia si vna adhibet totum influxum necessarium effectui, iam influxus, & effectus adæquantur in perfectione, ergo nō potest augeri influxus, quin augeatur effectus; nam si influxus vnius est vt octo, & perfectio effectus similiter erit, vt octo, si influxus sit, vt 16. nō poterit effectus adæquatus esse vt octo, quia tunc idem adæquaretur toti, & parti: quod implicat; nam virtus vtriusque est totum, & maior, quam virtus vnius tantum; quare idem esset adæquatum maiori, & minori virtuti: vnde fit, vt debeat ex illis influxibus sequi effectus maior, quā singuli influxus; atque adeo erunt partiales, & non totales, quia implicat præberi à cā potentiori influxu secundum totam suam virtutem, & nō plus operari, quam operetur virtus, minus potens, quia sic virtus eadem esset maior, & minor respectu eiusdem. Neque dicant, non esse id absurdum, quia sunt duæ causæ in quarum singulis est æqualis virtus; & ideo effectus adæquatur vtrique; nam licet habeat æqualem virtutem intensiuam, non tamen extensiuam; quia maior est virtus vtriusque extensiuè, quam vnius: & præterea si tota illa virtus ponatur in vno, & agat influxu adæquato illi, non produceret effectum tantæ perfectionis, ac vna, sed vel plures, vel vnum perfectiorem. 13

Confirm. quia si actio vnius cessaret, oportet aliud agere, & applicare maiorem virtutem in actu secundo; quia actio alterius erat alicuius valoris; ergo diminuebat actiuitatem alterius; alioqui maior esset actualis influxus causæ, quā entitas, & influxus possiuus effectus. 14

Confir. 2. quia implicat dari plures effectus adæquatos vnius causæ, quia si est adæquatus, adæquat virtutē eamque exhaurit; vnde si aliū effectum produceret ageret vltra suam virtutē & suum obiectum adæquatum: quod etiam est verum in Deo, hac enim ratione non possunt produci plura Verba, quia vnum adæquat intellectionem diuinam; ergo neque eiusdem effectus possunt dari plures causæ adæquatę; quia reciperet influxum, & perfectionem vltra capacitatem suam.

Resp.

Resp. per nouam actionem non communicari termino nouam perfectionem, sed eamdẽ, & solum poni in termino nouam dependentiã ab alio agente.

Sed contra; quia non potest intelligi noua dependentia sine noua aliqua perfectione communicata termino; nam antiquam perfectionẽ totaliter habebat per priorem actionem; ergo non potest illam recipere per aliam actionem.

Confir. Tertio effectus haberet maiorem imperfectionem absque deperditione alicuius perfectionis, quia esset magis dependens.

15 Secũdum Fundamentum ex natura productionis, quæ est vt producat rem de non esse ad esse, saltem prius natura: Si effectus adæquatè producitur ab vna; ergo alia vel nihil agit; & sic non est causa: vel actum agit; & implicat; quia producere est deducere rem de non esse ad esse, quare vel neutra agit, vel deducendo de non esse ad esse; vel partialiter agunt, vel vna tantum.

Confir. quia alioqui posset res producere se ipsam; nam maxime impediretur, quia ad producendum requiritur in re producente existẽtia, & in re producta præsupponitur negatio existentiæ, quare idem prius seipso, & prius quam fiat: at secundum hanc opinionẽ res existens produci potest; ergo si res existat poterit se producere.

Confirm. 2. quia effectus producere posset suam causam, vt facilè patet in Eucharistia; qa verba cõsecrationis sunt effectus Christi, quãdo fuerunt prolata à Christo, & tamen produxerunt substantiam Christi.

16 Tertium fundamentum ex natura actionis, quæ non potest esse à duabus causis totalibus; ergo neque effectus; quia eadem est ratio; tum quia actio non est nisi ipsa perfectio effectus in fieri; at eadem est perfectio effectus in fieri, & in facto esse; tum quia vnus effectus, non nisi vna actione fieri potest; nam actio non distinguitur, nisi ex termino. Antecedens probatur; quia actio seipsa pendet ab agente; ergo non potest vna pendere à pluribus, ita vt à singulis totaliter; quia ablato vno agente non penderet ab illo, & tamen adhuc esset; ergo dependentia ab vno, non distingueretur ab ipsa.

Confir. sicut de ratione formali actionis est tendere in terminum; ita de ratione vnius actionis est tendere ad vnum terminum; & si est adæquata excludit à termino omnem aliam actionem, tum quia alioqui non esset inter actionem, & terminum adæquatio, cum terminus secundũ aduersarios ponatur habere vim terminandi duas actiones adæquatas. Hoc autem est contra rationem adæquationis. Tum quia si terminus, & actio adæquantur, iam totum exercitiũ, per quod potest poni effectus ex vi causæ, est positum ex vi illius rationis; ergo excluditur aliud exercitium circa eundem terminum; quia totum dicitur, extra quod nihil illius rei est.

17 Quartum fundamentum ex natura dependentiæ per se, & essentiali, quæ nõ potest esse, nisi ad vnum totaliter, & adæquatè; nam si pẽdet à pluribus, à nulla pendere potest per se, & essentialiter; quia vna ablata, adhuc pendere posset ab alia; sicut patet independentia accidentis à subiecto; nam si ab vno adæquatè, & essentialiter pendet, non potest pendere per se ab alio.

A

Confirm. quia fieret ex dependenti indepẽdens sine sui mutatione; nam cum pendeat ab alia totaliter, potest esse sine alio agente; at quod potest esse sine alio non dependet ab illo.

Quintum fundamentum ex indigentia effectus; quia non potest esse maior influxus in effectum, quam sit indigentia effectus secundũ illam rationem, qua producitur; sed posita vna actione totali non manet in effectu indigentia; ergo neque potest terminare aliam actionem; alioqui esset maior influxus, quam indigentia, & alioqui influxus non esset ad tollendam indigentiam, contra rationem influxus, de cuius ratione est, vt communicet aliquid alteri; at rei non communicatur res, quam habet, sed qua caret, & indiget.

B

Dices, haberi posse eamdem remà duobus, & si ab vno habuit; ex quo ablata est indigentia, ad huc potest illam recipere ab alio:

Sed contra, quia hæc datio, & receptio non est moralis, sed physica; ergo non potest intelligi esse à duobus simul, quia est contra rationem physicæ communicationis, quæ supponit saltem in priori naturæ in termino negationẽ existentiæ, nõ solum vt ab hoc, sed simpliciter; quia per vnius concursum expletur tota indigentia; ergo non est capax alterius.

C

Confir. 1. quia implicat dari duos terminos intrinsecos eiusdem actionis; ergo etiam dari duas actiones circa eumdem terminum, quia sunt correlatiua; productio enim actiua, & passiua inter se adæquantur; neque vna potest excedere aliam; alioqui vel actio esset sine termino producto, vel terminus productus sine actione, ergo sicut eadem actio non potest terminari ad duos terminos; ita neq; idem terminus terminare duas actiones. 18

D

Confir. 2. quia inde sequeretur posse Deum dependere ab alio, etiamsi habeat existentiam à se; quia sicut effectus licet habeat existentiam in se ab vna causa, & tamen potest illam recipere ab alio; ita, & Deus, licet habeat existentiam à se, ad huc tamen posset illam recipere ab alio.

Confir. 3. quia sequeretur eumdem effectũ in eodem instanti bis produci.

Sextũ Fundamentum sumitur ab alijs causis; nam sicut idem compositũ nõ potest pendere, seu componere ex duabus formis substantialibus, vel duabus materialibus; ita neq; pendere à duabus causis efficientibus totalibus; qa sicut compositio, quæ est exercitium partium componentium totalium excludit exercitium aliarum partium; ita exercitium potentiæ adæquatæ, & totalis debet excludere exercitium alterius causæ totalis. 19

E

Confir. quia sicut repugnat in eadem quantitate figuram curuam, & rectam, quia singulæ

ex

ex his figuris adæquant partes quantitatis: vnde excludit aliam figurã ab eisdem partibus; ita actio adæquata totalis recepta in vno termino excludit ab eodem aliã actionem alterius causæ, quia terminus adæquatur ab vna.

Confir. 2. quia sicut vna materia non potest informari simul pluribus formis totalibus; neq; idem effectus fieri propter duos fines totales; ita, neque potest fieri à duabus causis efficientibus totalibus; quia nõ potest assignari diuersa ratio.

Alij concedũt de causa instrumentali, negãt de principali.

20 Hi tamen diuisi sunt; nã quidam distinguunt causam principalem ab instrumentali concedentes opinionem esse veram circa principalẽ, non autem circa instrumentalem. Probant ex pluribus Sacerdotibus, dum ordinantur consecrantibus vnam Hostiam, & pluribus Baptizantibus eumdem hominem. Et rationem discriminis afferunt, quod eadem causa principalis potest vti pluribus instrumentis, & ministris, quia omnia instrumenta agunt in virtute vnius causæ principalis, quæ est vna, vt ipsum principale est vnum. At vero principalis agit virtute propria, atque adeo multiplicatis principalibus, multiplicantur virtutes influentes: hinc fit, vt ex pluribus totalibus principalibus effectus penderet totaliter à pluribus virtutibus, atqueadeo penderet, & non penderet. At vero quando multiplicantur instrumenta, non multiplicatur virtus, à qua dependet effectus, sed est vna, atqueadeo non sequitur ab ea effectum pendere, & non pendere. Ita Mas. loc. cit. & tribuit Ferrariensi.

At vero alij opinionẽ intelligunt tã de causa instrumentali, quam principali. Ita citati Doctores communiter.

ART. IV Explicatur Opinio dicentium nõ implicare supernaturaliter dari duas causas totales eiusdem effectus, sed naturaliter implicare.

Opinio affirmans supernaturaliter non implicare duas causas totales.

21 Tertia Opinio est dicentium, naturaliter fieri non posse, vt idem effectus pendeat à duabus causis, quarum singulæ sint totales; & adæquatæ effectui; at supernaturaliter non implicare. Ita Caiet. 3.p.q.3.a.6. & citatur 1.p.q.52.a.3. quod interpetretur Diuum Tho. negãtem vnum effectum esse posse à duabus causis totalibus, loqui, non de potentia logica, sed naturali, quem sequuntur multi Thomistæ 3.p.q.67.a.6. Occham. in 3.q.1 a.3. Gabr. d.1.a.3. du.3. Fons 5.met.c.2.q.15. Suar. disp. 26. met. sec.4. nu. 14. sequitur Murcia 2.phy. disp.4.q.7. & tribuit Occhamo, ac Thomistis. Ruu. tr.7. q.1. Hier. Pla. disp. de causa. p.3.q.4. Valentia tom.4. disp.1.q.3.p.6.3. mihi videtur.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam quidam putant illam dependentiam à pluribus causis totalibus esse per vnam actionem; tum quia si essent duæ actiones, tunc in eodem subiecto reciperẽtur duo accidentia eiusdẽ rationis solo numero distincta: Tum quia actio est idem realiter cum effectu; ergo si est vnus effectus, & vna actio, nam sicut duo ignes applicati eidẽ subiecto, producunt eũdem numero calorem; ita debent producere eandem numero actionem: Tum quia si tres personæ diuinæ assumerent vnam numero naturam, ibi esset vna vnio terminata ad tres personas propter vnitatem naturæ; ergo similiter propter vnitatem effectus erit vna actio à tribus agentibus; quia non magis vnitur effectus cum agentibus, quam natura cum personis.

Alij vero putant esse duas numero actiones, sicut sunt duæ virtutes adæquatæ, & non subordinatæ; hoc enim distinguitur principium partiale, & totale; quod partiale, cum ex se nõ possit prodire in actionem sine comprincipio, habet vnam actionem prouenientẽ ab vtroque principio partiali, quia ex illis fit vnum principium adæquatũ, & totale: At vero principium adæquatum, & totale, concurrens secundum totam suam virtutem, non indiget comprincipio, vt exeat in actum, sed se solo exit in actum: quare cum sunt duo principia totalia, sunt duo actiones, & exercitia illis adæquata. Ex qua ratione patet, cur ex causis subordinatis, etiam si sint in suo ordine totales, proueniat vna actio, quia scilicet non possunt exire in actum, nisi vtrumque concurrat; hoc autem non est, quando sunt principia totalia non subordinata, & eiusdem generis. 22

Confir. quia actio ex Arist. sumit indiuiduationem, non solum à subiecto, tempore, & termino; sed etiam ab agente sibi adæquato; ergo sicut vbi sunt diuersa tempora, vel subiecta, vel termini, sunt diuersæ actiones; ita quando sunt diuersa agentia.

ART. V. Opinio Auctoris. An possit naturaliter effectus esse à pluribus causis.

PRima Conclusio. possunt dari plures causæ totales eiusdem ordinis, sed diuersi generis; & diuersi ordinis, sed eiusdem generis respectu eiusdem effectus. 23

Prima Pars patet, qa effectus naturales pendent ex quatuor causis, quarũ singulæ sunt totales in suo genere.

Secunda pars probatur, quia idem effectus pendet à causa particulari, & vniuersali; secunda, & prima, vt dictum est.

Naturaliter non possunt dari duæ cãæ totales eiusdẽ ordinis.

Secunda Conclusio. Naturaliter nõ possunt dari plures causæ efficientes totales eiusdem generis, & ordinis. Primo probant Caiet. Plã. & Murc. ex eo, quia naturaliter non possunt duo corpora esse simul; ergo non possunt æque applicari eidem materiæ: at causæ inæqualiter applicatæ nõ possunt habere eumdem effectũ, totaliter à singulis pendentẽ, quia magis pendebit à causa, quæ est perfectius applicata. Sed hæc ratio nõ placet. Tum quia nõ habet locũ in agentibus spiritualibus, quæ possunt esse simul secundum substantiam, atqueadeo secũdum virtutem actiuam æquè applicatam eidẽ subiecto: nam quod dicunt Thomistæ, illa esse in loco p operationẽ, atqueadeo cũ nequeant circa idem operari, non possunt esse simul; id facilè

facilè reijcitur ex probabiliori sententia, quæ ponit, Angelos esse in eodem loco p suas substantias. Tum quia hæc ratio non procedit ex natura virtutis actiuæ, vel effectus, sed ex conditione, idest applicatione requisita:quare posita applicatione æquali per diuinam potentiã, tunc effectus naturaliter sequeretur: vnde si duo ignes circa eamdem materiam ponerentur æqualiter distantes ex diuerso latere, singuli, possent naturaliter circa partem aliquam materiæ illis æquè applicatam producere eumdẽ effectum totaliter.

24 Secundo Probant alij ex limitatione virtutis actiuæ; nam idem numero effectus non continetur totaliter in duabus causis; cum enim indiuiduetur ex ordine ad suam causam totalem, hoc ipso,quod totaliter indiuiduatur in ordine ad vnam, non indiuiduatur in ordine ad aliam; atqueadeo eoquod contineretur in virtute vnius adæquatè, non potest contineri in virtute alterius: Hinc fit, vt quando producitur effectus à duabus causis, ille sit numero distinctus ab omnibus: qui possunt totaliter produci à singulis causis; vnde facta applicatione duarum causarum sufficientium; cum non possint duos effectus singulis adæquatos producere ob materiæ incapacitatem; neque sit, cur Deus cum vna tantum concurrat; cum vtraque causa sit æquè potens; neque sit, cur vtraque cesset ab actione, neque possunt vnum numero totaliter producere,necesse est, vt producatur vnus partialiter à singulis, & ab vtraque totaliter. Hæc est ratio Marsilij,de qua primo, phy.diximus, cum de reproductione rerum corruptarum. Verum hæc ratio petit principium; quia certior conclusio, quam quod principium indiuiduationis sumatur ab agente, in quo nititur, tum quia ex illo principio sequitur, quod neque diuisim possit idẽ effectus pduci à pluribus totalibus: quod incertius est,quam quod nõ possit.Sed ex dictis patet habere vim ex eo, quod potentiæ debent specificari ex actibus.& obiectis,seu terminis:quod principium est in philosophia notissimum.

25 Tertio Probat Suar.ex vnitate actionis, quia vnus numero effectus esse nequit, nisi per vnicam actionem; tum quia vnitas actionis, licet pendeat ab agente, pendet etiam ex termino; quare vnus terminus solum vnam naturaliter actionem poscit. Tum quia,cũ agentia agere possunt per modum vnius, magis vnitas requiritur ex natura vnius termini; at vna actio esse nequit à duobus agentibus totalibus.

Confir. qa cũ absolutè sit necessarius vterque modus agendi, agentia naturalia ex se non possunt se determinare ad alterum eorũ; quare debent determinari à prima causa per debitum concursum; at duplex concursus ad duplicem actionem respectu vnius termini non est debitus naturæ, quia natura abhorret superfluum.

Quarto Probat Masius ex Arist. 2. phy.cap. 3. vbi probat dari plures causas diuersi generis respectu eiusdẽ effectus, vt statua est statuarij, repræsentatio, & figuræ; & nihil affirmat de causis totalibus eiusdem generis; ergo. Sed est argumentũ ab auctoritate negatiuè quare melius.

A Probant alij ex.5.met.c.2. vbi dicitur, posse dari plures causas eiusdem effectus, sed non eodem modo, vt ibi notat D.Tho. quod etiã 2.phy.tex.3.dixit.& ibi Them.Albert.D.Tho. Ægid.Venet.Burl.Niph.& Scot.3.d.1.q.2.qui id intelligunt,non solum ex eo, quod naturaliter nequeat fieri applicatio plurium agentiũ sufficientium, quia id est incertum; nam non apparet,cur id repugnet naturaliter: sed etiam facta applicatione siue naturaliter, siue supranaturaliter,modo agentia relinquantur suę naturæ, non efficient vt causæ totales, sed vt partiales. 26

B Ego probo ex fine virtutis actiuæ, quæ non potest frustra operari; nam cessante fine actionis, cessat actio, quia omne agens agit propter finem: sed effectu producto adæquatè ab vna causa, cessat finis actionis respectu alterius; qa cum actio ordinetur ad communicandum esse alteri indigenti, si effectus adæquatè producitur ab vna causa,non indiget communicatione entitatis acceptæ ab altera:quod si in moralibus velle actum agere, est imprudentis, magis esset insapienter instituta natura, si ad ita agendum esset ordinata; quod omnino videtur absurdũ. 27 *Fundamenti Authoris.*

At respondere possent, non cessare finem;quia finis est terminus, qui producitur.

C Sed contra, quia cum terminus iam habeat suam existentiam ex vi alterius causæ,frustra adhibetur concursus alterius causæ.

Respondere possent secundo alij, nõ frustra adhiberi;quia inde magis roboratur effectus in sua existentia.

Sed contra, quia hæc maior roboratio,vel consistit in intentione formæ;& non; tum quia multæ formæ non sunt intensibiles; Tum quia supponitur ex vi primi agentis habere totam intensionem; Tum quia adderetur aliqua noua entitas, vel saltem perfectio entitatis, contra suppositum,vel consistit in conseruatione effectus;& neque; Tum quia plerique effectus nõ indigent conseruatione à causa secunda; Tum

D quia illi, qui indigent, vt lumen, species, & cet. non exigunt plures causas totales conseruantes, sed sufficit illis vna; neque enim rectè fuisset instituta natura, si ad huiusmodi effectus conseruandos posuisset plures causas totales conseruantes, quia non potuisset esse tam facilis vicissitudo rerum; si enim deficiente vno sole, remansisset alius sol ad conseruandum lumen supra terram, non potuisset esse vicissitudo noctium, & dierum: quodsi dicant, illas causas simul desinere conseruare effectus; iam nulla necessitas est illius maioris roborationis; cum iam simul desinant conseruare.

E Confir. quia postquã est productus effectus, etiamsi alia causa sufficiens applicetur, nihil operabitur: ergo neque poterit idem produci à duabus causis totaliter agentibus simul applicatis;nam vtrobique sunt eædem rationes;quia altera causalitas esset impertinens,& superflua; cum iam effectus habeat totam perfectionem ex vi alterius actionis;vt.n. natura nõ deficit in necess-

necessarijs, ita non abundat in superfluis, quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora.

Confirmatur Secundo, quia illius influxus est connaturaliter capax effectus, qui est necessarius ad sui existentiam, nam sicut exigit existentiam, ita ex natura sua exigit influxum, per quem detur illi existentia; alioqui appetitus naturalis ferretur ad eã, quæ sunt extra perfectiones rei necessarias; sed ad dandam illi existentiam est necessarius, & sufficiens vnus influxus totalis; ergo.

29 Ex his aliqui deducunt, nec posse naturaliter eumdem effectum secundarium materiæ, & formæ esse adæquatè à duabus materijs vel formis; quia cessaret finis causandi, & otiosa esset altera causalitas, & impertinens in rerum natura.

Ex his Respond. ad argumenta primæ opinionis.

Ad Fundamentum Primũ Respondent aliqui, in eo casu nullum agens ex se producturũ ob indeterminationem tã ex parte materiæ, quã agentium, exemplo fili in omnibus partibus eiusdem rationis, quod tractum ab æqualibus virtutibus nullo modo rumperetur, quia non esset ratio, cur in vna potius, quam in alia parte: quare determinatio debet fieri à Deo. Ita Iauell. 5. met. q. 3.

Sed contra, quia actio posset tribui singulis inadæquatè, & vtrique adæquatè, concurrente Deo cum singulis inadæquatè, & cum vtroque adæquatè. Neque exemplum fili est ad rem, qa illud rumperetur in ea parte, in qua vnirentur impulsus vtriusque agentis; quia ea pars non posset resistere vtrique agenti.

Confirmatur qa si virtutes dispersæ in duobus ponerentur in vno, tunc ex illa proueniret effectus, & non se mutuo impedirent; ergo.

Confirmatur Secundo, quia si duo ignes inæqualiter applicati eidem parti materiæ, illã calefaciunt, cur applicati eidem æqualiter nó calefacient? cum habeant maius dominium supra

30 Respondent Secũdo alij, in casu posito produci maiorem quemdam effectum, quam possent à singulis, si non intensiuè, saltem extensiuè; quia sicut ex densitate iuuatur actio, ita ex penetratione duorum ignium, quia sic habebunt maiorem sphæram actiuitatis, & citius: quod si ex parte passi nulla sit repugnãtia, ita vt actio fiat in instanti, tunc Deus attemperabit secum concursum, vnde calor adæquatè sequitur ex vi vtriusq; simul, & à singulis inadæquatè; nam sicut Deus potest efficere, vt causa nihil efficiat, ita etiam vt præstet concursum minorem, quam præberet ex natura sua, vt patet ex potẽtia motiua, quę libere applicatur; & ratio huius attemperationis est, quia maior concursus vt superfluus non exigitur à natura, & ideo Deus vt prudens naturæ gubernator tribuit id, quod est necessarium iuxta exigentiam causarum, & effectuum, qui sunt producendi: quare in his casibus dici potest vnã causam impediri ab alia, ne à singulis producatur effectus adæquatus; nã

A sicut quando effectus est adæquatè productus ab vna causa, si accedat altera æqualis virtutis nihil producit, quia cessat finis agendi; ita ex præsentia vnius, cessat finis, vt altera adæquatè producat; vnde solum ab vtraque producetur adæquatè.

Ego Respondeo effectum adæquatum singulis non posse produci, quia materia non est capax duorum effectuum; quare se mutuo impedirent quoad productionem effectuum, qui sunt singulis causis adæquati, & ratio est, quia dupliciter deberet concurrere cum vtroque agente, primo sustentando actionem, & formã, quod si singula agentia haberent suas actiones, & effectus adæquatos, etiam ipsa materia deberet habere cum singulis efficientem entis B concursum duplicem in suo genere adæquatum, at hoc est contra rationem virtutis naturaliter operantis, & contra rationem concursus adæquati, nam hic ita commensuratur virtuti, vt neque excedat, neque excedatur. Secundo, materia concurrit recipiendo formam, & hic concursus receptiuus respectu formarum eiusdem speciei non potest esse duplex adæquatus, quia potentia informabilis expletur per vnam formam huiusmodi, vt alibi fusius explicabimus, & hinc oritur, vt præsentibus agentibus duobus eiusdem rationis non sequatur duplex effectus singulis adæquatus, sed vnus vtrique adæquatus. 31

Duæ causæ totales applicatæ vni subiecto nihil producerent.

C Respondeo secundo, quod ibi producetur vnus effectus adæquatè ab vtroque, qui est distinctus ab illis, qui essent singulis adæquati, at ille vnus effectus non producetur a singulis adæquatè, sed inadæquatè, & partialiter, quę responsio supponit effectum indiuisibiliter producibilem ab vna causa, non posse produci ab alia; siue quia indiuiduatio effectus sumitur in ordine ad agens, vt sumitur ex ordine ad alias causas, siue quia cuicunque causæ sunt determinati effectus a Deo, vt vna causa possit in alios, præter eos, ad quos est determinata.

D Hinc patet ad argumenta Medinæ, quod ignis, & lumen producant calorem, & duo trahant trabem, quam singuli possent: nam lumen & ignis vniti si præcise producunt effectum producibilem adæquate a singulis separatum, singulæ sunt causæ partiales, sed verè producerent intensius, vel celerius, vel ad maiorem distantiam, quam singuli: & sic etiam trahentes, quia vel non applicabunt totam virtutem singuli, vel si applicabunt celerius fiet tractio, quã a singulis.

E Dices: si duo ignes eiusdem actiuitatis, quorum vnus sit extra sphæram actiuitatis alterius; & passum secundum medietatem sit infra sphæram vtriusque, tunc quilibet ignis poterit in illa mediate producere æqualẽ calorem, ac alter, nec simul poterunt intentiorem, quam quilibet per se; nam posito, quod vnus produxisset calorem in ea parte, alius non intenderet illam; ergo neque si simul applicentur producent intensiorem, ergo effectus idem ab vtroq; totaliter.

Respondeo primo, vtrumque ignem producturum intensiorem calorem in parte illa media, quam singuli; quia licet vterque sit extra A sphæram alterius, tamen vterque habet idem passum sibi applicatum, vnde vterque potest vniri in ratione causæ totalis, nam augeretur vtriusque sphæra ob illam coniunctionem; quod si alter post productionem primi accederet, nihil produceret, secus autem si simul cum alio applicaretur, quia augeretur sphæra actiuitatis vtriusque, quoad intensionem, nam licet non possint producere intensiorem effectum, quam sit in singulis, tamen intra illam latitudinem potest augeri sphæra, quoad intensionem, quando plures vniuntur.

Dico secundo, etiamsi non augeretur sphæra, tunc ille effectus erit ab vtroque, vt causa B partiali, vt diximus supra de duobus ignibus eidem materiæ applicatis ad productionem ignis; nam effectus ille, qui est in mediate materiæ applicatæ, vtrique agenti, licet sit remissus, & proportionatus actiuitati singulorum agentium, respectu illius materiæ in tanta distantia; tamen cum eadem portio materiæ sit æqualiter intra sphæram vtriusq; recipiet vnũ effectum ab vtroque.

33 Ad primam Confirmationem Respondeo ex dictis, quod scilicet neutrum producet effectus singulis adæquatos, sed per vtrumq; produci effectus vtriq. adæquatos, & singulis inadæquatos. C

Ad secundam multa Respondet Suar. loco cit. sec. 5. nu. 27.

Respondet Ferrer. tertio contra gentes cap. 68. fore vnum lumen ab vtroque, tanquam à causis partialibus, non totalibus; sicut si à duobus animalibus portaretur vnum pondus, quod singuli possent, non exercerent totam virtutem; quia effectus non indigeret exercitio totius virtutis singulorum: quod aliqui dicunt determinari à prima causa, vt tanta, vel tanta virtute agatur; quod mihi non videtur necessarium, cum determinatio oriri possit ex indigentia effectus, & determinatione materiæ ad concursum cum illis causis. D

Confirmatur, quia illa diuina determinatio, vel esset præter, vel supra conditionem causarum, & non esset à Deo vt prima causa connaturaliter agente, sed vt agente supra naturam, quod non videtur probabiliter dici, vt alibi ostendimus, vel esset iuxta exigentiam virtutum, quæ sunt in causis, & esset superflua, quia satis esset determinatio existẽs in ipsis virtutibus naturalibus.

34 Ego respondeo, dupliciter posse duo luminosa æqualis virtutis concurrere ad producendum lumen; Primo, vt ponantur simul adæquatè in eodem loco; & tunc neutrum produceret lumen singulis adæquatum, sed producetur vnum lumen distinctum ab ijs, quæ possent à singulis produci, non solum ob distin- E ctam hæcceitatem, sed etiam ob maiorem intensionem luminis ab vtroque producti, quam haberet lumen à singulis productum. Secundo possunt non simul applicari, sed vnum post aliud; & tunc posterius lumen nihil efficeret intrinsecè circa lumen prius productum, sed intendet illud, siue per seipsum solum producendo, siue vnitum cum luminoso priore, nam ex vtroque sit vna causa totalis potens intensius producere, quam singula seorsim. Quæ doctrina supponit primum luminosum non produxisse lumen sibi æqualiter intensum: si id supponatur, tunc ex additione posterioris luminosi non fiet intensius lumen, etiãsi mille lucernæ applicarentur, vt dicemus in libris de generatione.

Tertio, possunt duo luminosa conuenire, non quidem posita in eodem loco, sed in proximo loco, & si vnum prius applicetur, deinde alterum, & à primo luminoso productum est lumen sibi adæquatum: tunc à secundo luminoso nihil producetur in eodem subiecto, sed augebitur sphæra, quoad extensionem, quia cum secundum distet aliqua ratione à primo, habebit etiam distinctam sphæram; vnde intendet lumen in ea parte sphæræ, vbi magis extenditur, & ad totum lumen se habebit, vt agens partiale. Quod si à primo non fuit productum lumen sibi æquale, intendi poterit à secundo lumine, vt agente partiali: quare agens totale continebit lumen maius, atq. adeo maius etiam producet. Ex quo facile colligitur, subtracto altero luminoso, quod lumen sit periturum; neque enim lumen ab vno productum, ab altero conseruari potest, sed simile illi producetur: quod si simul applicentur, producetur lumen ab vtroque, quod ab vtroque pendet in conseruari. 35

Duo luminosa posita in proximo loco, producto lumine adæquato à primo, à secundo augebitur sphæra, quoad extensionem secus si non sit productum æquale à primo.

ARTIC. VI. Explicatur opinio Auctoris circa productionem eiusdem effectus à duabus causis totalibus supernaturaliter agentibus.

Secunda Conclusio. Non implicat terminum prius existentem ex vi prioris causæ terminare nouum influxum totalem ab alia causa totali. Nam omnis repugnantia, vel sumitur ex parte præexistentiæ termini; vel ex parte totalitatis actionis; vel ex parte identitatis termini; vel ex parte Dei; vel ex vnitate actionis; at ex nullo capite repugnat: ergo. 36

Minor probatur; nam Primo, non implicat ex eo, quod terminus existat; nam in diuinis Verbum ab æterno existens, in hoc tamen instanti verè producitur à Patre; & in nobis intellectio, cum sit actio vitalis est in cõtinuo quodam produci ab ipsa potentia vitali; intelligere enim necessario includit producere intellectionem; ergo si in quolibet instanti intelligit, debet in quolibet instanti producere intellectionem, & non nouam, cum ponatur continuare eamdem; ergo eamdem, quam prius. Et idem patet in conseruatione cuiuscumque rei: ergo productio non impeditur ex præexistentia termini, siue sit eadem

actio

actio perseuerans, siue diuersa à prima productione.

Probatur à partium enumeratione.

Secundo, non repugnat ex totalitate actionis, nam totalitas non necessario dicit præcisionem ab alia causa, sed solam sufficientiam. vnde distinguitur totalis sufficiens à totali necessaria; quia non est, cur nequeat Deus rem in vno loco productam totali actione, eandem alibi conseruare per aliam totalem actionem, ita vt deficiente vna actione, sufficienter effectus per aliam existat, vt verb. gra. si Deus cessaret conseruare corpus Christi in cœlo, adhuc existeret ex vi conuersionis. Neque dicas, per eamdem actionem conseruari in cœlo, & in Eucharistia; nam dum desinit conseruatio, ibi fit aliqua mutatio, non ex parte Dei, vt patet; neque ex parte termini secundum substantiam; quia ponitur esse idem; ergo secundum aliquam dependentiam; sed hæc non potest esse illa, quam habet in Eucharistia, quia hæc existit, atque adeo non potest nō existere; ergo erit diuersa. Neque noua actio requirit nouum terminum secundum entitatem, sed sufficit, vt sit nouus formaliter, vt scilicet est terminatiuus nouæ actionis.

Tertio, non repugnat ex vnitate, & identitate termini; quia sicut potest idem terminare productionem, quæ est ab vna causa, & cōseruationem, quæ est ab alia; ita poterit duplicem conseruationem; ergo idem terminus potest terminare plures actiones.

37 Confirmatur, quia licet sit idem terminus materialiter, tamen formaliter potest esse distinctus; nam entitas termini secundum se est producibilis abstrahendo ab hac, vel illa productione; vnde entitas vt creabilis, habet distinctam rationem terminandi ab ea, quam habet, vt est generabilis, vel vt est conuertibilis, & licet illæ rationes terminandi non sint distinctæ à parte rei, sed solum ratione; tamen hæc distinctio sufficit, vt terminet actiones numero, vel specie distinctas; sicut communicatio essentiæ Verbo, & Spiritui Sancto distinguuntur inter se; & tamen essentia, quæ communicatur est eadem; & licet persona Verbi distinguatur realiter à persona Spiritus Sancti, tamen vtraque persona, non nisi ratione distinguitur ab essentia.

Dices: eadem res non potest recipere nouam existentiam, ergo neque nouam actionem.

Respondeo, negando consequentiam; nam potest recipere eamdem essentiam diuersis modis, & actionibus, ita vt quælibet actio seorsim sit sufficiens terminum retinere in esse, etiamsi altera actio desit.

38 Dices secundo, quod semel est corruptum, non potest esse terminus alterius corruptionis, nisi prius iterum producatur, & habeat existentiam; ergo, quod semel est productum, non potest iterum produci, nisi prius desinet esse.

Respondeo, quod sicut eadem res potest habere esse ex duplici actione totali; ita desinere, ex desitione duplicis actionis, si prius duplici actione conseruabatur, & vtraque simul desineret esse; & sicut non potest res corrupta de nouo produci, nisi prius desierit esse; ita nō potest res semel corrupta, de nouo corrumpi, nisi prius iterum habuerit esse. At in hoc differunt, quod res producta potest produci per nouam actionem, remanente priori actione: Res autem corrupta non potest noua corruptione corrumpi, nisi prius habuerit esse; & ratio, quia de ratione corruptionis est, vt terminus præextiterit, atque adeo non fuisset prius corruptus; at productio non petit rem prius non existere, vt supra, sed inceptio rei, id petit; & ideo non potest fieri, vt res existens incipiat esse, nisi prius desierit esse.

Dices tertio, In productione requiritur terminus, à quo: sed terminus à quo, est negatio existentiæ effectus; ergo terminus præexistens non potest iterum produci.

Respondeo, in productione non requiri terminum à quo, qui positiuè non habeat esse, vt patet in productione æterna; sed satis esse, quod negatiuè habeat negationem existentiæ; idest quod non habeat existētiam ex natura sua, sed ab alio, vt alibi fusè.

Quarto, Non est repugnantia ex parte Dei, quia Deus habet virtutē infinitam, quæ se extendit ad omnia, quæ non implicant; quare 39
prius assignanda est repugnantia ex parte termini.

Quinto, Non repugnat ex actionis vnitate, quasi vnius rei vna sit actio; nam licet hoc verum sit naturaliter, non tamen supranaturaliter; quia eadem res secundum se potest produci per productiones distinctas numero, vel specie, vt dictum est; & licet idem terminus non possit naturaliter simul produci per plures productiones, quia sunt simul incompossibiles naturaliter; tamen hæc incompossibilitas auferri potest per potentiam Dei, eleuando capacitatem termini. Neque repugnat superfluitas; quia licet quælibet sufficiat ad communicandum esse effectui; non tamen ad communicandum illi esse pluribus modis præcipuè specie distinctis, quod fit per plures actiones; & licet neutra determinatè sit necessaria ad existentiam præcisè effectus, tamen est necessaria ad ostendendam latitudinem diuinæ potētiæ, quæ omnibus illis modis potest communicare esse effectui. Neque hinc sequeretur illas actiones esse idem, atque adeo non esse distinctas; nam distingui possunt specie ex diuerso modo communicandi esse effectui: vel si non differunt specie; saltem numero differūt in ordine ad diuersa agentia.

40 *Effectus pendens à duabus causis totalibus pendet per duas actiones totales.*

Tertia conclusio, effectus pendens à duabus causis totalibus, pendet per duas actiones totales.

Patet ex dictis in tertia opinione; quia actiones plurificantur ex principijs adæquatis earum.

Confirmatur, quia si esset vna actio, desinente influxu vnius causæ, desineret et ipsa; ergo non pen-

penderet adæquatè ab vna causa; quia vnumquodq; sufficienter existit ex vi suæ causæ adæquatæ. Neque obstat vnitas termini, & subiecti, quia ad plurificationẽ sufficit plurificatio vnius principij.

Quarta Conclusio, hæ actiones sunt naturales secundum substantiam, sed supranaturales secundum modum.

Prima pars probatur; quia substantia actionis sumitur à termino; at hic est naturalis secũdum substantiam.

Secunda pars probatur, quia cum terminus naturaliter non sit capax, nisi vnius actionis, excluditur naturaliter alia actio; at Deus hanc repugnantiam tollit, sicut corpus non est capax, nisi vnius vbicationis adæquatæ; at Deus aufert repugnantiam, quia eleuat corpus, vt possit aliam recipere, sicut eleuat oculum cœcum, vt recipiat visum; quare hæc eleuatio est quoad modum, non quoad substantiam.

41 Confirmatur vtraque pars; quia miraculum consistit in conseruatione duorum incompossibilium: at hæc conseruatio rectè intelligitur sine vlla supranaturalitate, quoad substantiam, vt patet tum in coexistentia, quam vnus habet cum alio morituro, sed miraculosè conseruato; tum ex eo, quod supernaturalitas non esset in priori actione, quia illa naturaliter esset; sed in posteriori; nam primæ debetur concursus, posteriori vero non debetur ob existentiam prioris actionis; atque adeo illi miraculosè datur.

Verum hæc indiget examine; quia cum repugnantia sit in mutua coexistentia, necessarium est poni in vtriusque conseruatione aliquam supernaturalitatem; nam destructa priori actione deberetur naturaliter concursus posteriori actioni.

Aliqui tamen, licet concedant has causas totales circa eumdem effectum supernaturaliter operari, non tamen agere per potentiam obedientialem; quia effectus non est supra actiuitatem singulorum; nam agunt per virtutem naturalem respectu effectus illi adæquati, sed dicuntur supernaturaliter operari ratione finis, qui requiritur ad agendum, quia naturaliter non possunt habere finem ad agendum; sicut si Deus vellet, vt intellectus produceret duas intellectiones eiusdem obiecti simul, posset id effici per virtutem naturalem intellectus, licet non naturaliter applicatam ratione finis intenti: quare non est supernaturalitas, quoad substantiam virtutis, vel modum intrinsecum actionis, sed quoad extrinsecum modum; & ideo non tollit principalitatem virtutis; licet fortasse dici possunt instrumentum ratione applicationis. Sed de hac dicemus opuscul. de potentia obedientiali.

42 *Potest vnus terminus produci primo per duas cās totales.*

Quinta Conclusio, Non implicat, vnum terminum in prima sui productione produci per duas causas totales.

Probat Suarez primo, quia quod aliquid naturaliter fieri nequeat per duas causas totales, non oritur ex defectu virtutis, sed quia A cessante fine, cessare naturaliter debet actio, quæ fit propter illum; at licet cesset finis naturaliter, tamen supranaturaliter potest non cessare, quia Deus potest aliquid extrinsecum ex vi illius actionis intendere. Sed hæc ratio non placet, quia ostendimus supra, naturaliter effectum producibilem ab vna causa eumdem numero non esse producibilem ab alia.

Secundo, probat idem Suarez tertia parte, tom. tertio, disputat. quinquaginta. sect. prima, ex conuersione substantiæ panis in Corpus Christi sub speciebus panis, cum tamen per aliam actionem præexistat in Cœlo; ita vt cessante actione, qua conseruatur in Cœlo, B sufficienter existeret ex vi verborum.

Verum, hæc ratio supponit verba attingere immediatè substantiam corporis Christi: quod multi negant. Deinde supponit, actionem conuersiuam esse adæquatè ab alio principio, à quo est conseruatio substantiæ Corporis Christi; nam dici posset, Deum attemperare suum concursum conseruatiuum, vt partialiter exhibeatur per verba consecrationis.

Ex quibus patet, minus sufficientem esse rationem Hurtad. quod ad formationem corporis Christi Beata Virgo, & Spiritus Sanctus concurrerint per duas actiones totales; quia C probabilius est Beatam Virginem non præstitisse alium concursum, quam qui præberi solet ab alijs matribus circa suos filios.

Tertio, probat Occham. effectus potest pendere à duabus causis finalibus totalibus: 43 ergo etiam à duobus efficientibus totalibus; quia non est maior repugnantia in vna, quam in alia. Antecedens probatur, quia potest quis æqualiter appetere duos fines, & ex illis moueri ad appetitionem medij, ita vt, quilibet seorsim moueretur eodem, ac si alius finis non esset; vt posset quis appetere iter versus Romam, & propter indulgentias lucrandas, & propter beneficium impetrandum.

D Verum aduersarij negant illos fines esse duos totales, sed vnum integrari. sed alibi ostẽdimus esse totales; ideo.

Respondent alij, negando consequentiam; nam diuerso modo causat finis, ac efficiens; finis enim mouet appetitum, & quot sunt fines totales, tot sunt appetitiones, atque adeo immediati effectus sunt duo; actio vero agentis est effectus mediatus, & induit duplicem rationem bonitatis, prout ordinatur ad duplicem finem totalem. At vero terminus duarum actionum est omnino idem, neque recipit aliquid ex vi vnius causæ, quod non habeat ex vi alterius.

E Quarto, probat idem Occham. à priori: quæcunque perfectiones aptè recipi in eodem subiecto, si non habent ad inuicem repugnantiam, possunt simul recipi in eodem: sed duæ dependentiæ totales sunt perfectiones distinctæ ab effectu, & aptè recipi in

codem

eodem, & non habent inter se formalem repugnantiam; Tum quia formaliter sunt eiusdem rationis, atque adeo inter se non repugnant; nam opposita specie distinguuntur: Tum quia constat duas albedines in summo, naturaliter non posse esse in eodem subiecto; & tamen supernaturaliter esse possunt; quia incompossibilitas non conuenit illis ex formali repugnantia, sed tantum ex institutione naturæ refugientis superfluitatem.

Confirmatur, quia non minus corpus adæquatur loco, quam terminus actioni, sed licet naturaliter non possit idem corpus vbicari duabus vbicationibus; tamen per potentiam Dei potest: ergo, & idem terminus potest terminare duas actiones totales.

Confirmatur secundo ab Occham. possunt dari duæ causæ totales respectu eiusdem quietis; ergo & respectu eiusdem motus; nam sicut est virtus actiua in eo, qui facit motum, ita & in eo, qui facit quietem: Antecedens patet, quia graue sursum, & leue deorsum potest detineri à pluribus causis simul, quarum singulæ seorsim sumptæ sint sufficientes ad detinendum; ita vt qualibet ablata, remanente alia corpus detineretur. Verum hæc ratio plus probat, quam sit necessarium; quia probat naturaliter de facto id fieri: quare negatur illam detentionem causari à pluribus causis totalibus, sed vt partialibus integrantibus vnam totalem.

45 Quinto, probant aliqui Recentiores ex cõsecratione hostiæ, quæ fit à pluribus Sacerdotibus dum ordinantur; nam singuli proferentes verba consecrationis sunt causę totales cõuersionis, & transubstantiationis, vt videtur docere S. Thom. 3. p. q. 82. a. 2. & Suar. disp. 61. sec. 4.

Verum aduersarij distinguunt concursum in actu primo à concursu in actu secundo, dicentes, quod licet singuli Sacerdotes in actu primo sint causæ totales per verba consecratoria transubstantiationis, quia habent sufficiẽtem vim, & sint totales in actu secundo, quando seorsim consecrant: At vero quando simul cum alijs consecrant eamdem hostiam, tunc in actu secundo singuli sunt causæ partiales, quia singuli non applicant propriam virtutem totaliter; vnde ille actualis concursus non sufficeret, imo nec poneretur sine concursu alterius; nam debet augeri virtus, vt inde oriatur concursus totalis. Sed vim huius rationis in tertia parte examinauimus. Vnde etiã patet idem dicendum, quando plures ministri baptizant eũdem infantem iuxta ea, quę docet Diuus Thomas tertia parte, quæst. 77. artic. sexto: nam illa dicuntur causæ partiales gratiæ; & idem dicitur de gratia producta à duabus hostijs consecratis, dum quis recipit Sacramentum Eucharistiæ.

46 Sexto probatur, nam omnis repugnantia circa terminos actionum respectu potentiæ diuinæ debet sumi, non ex parte potentiæ diuinæ, quia cum hæc sit infinita, extenditur ad omne id, quod non implicat, sed debet sumi ex parte termini, & rei, quæ debet produci: se[d]
A nulla est repugnantia ex parte termini, vt simu[l] fiat per duas actiones totales: ergo. Minor ti[…] ex dictis, tum ex solutione argumentorum, vt infra art. seq.

Sexta conclusio, quæ dicta sunt de causis totalibus respectu eiusdem termini, vera etiam sunt si sint principales. Est contra Recentiores Thomistas; quia est eadem ratio de virtute principali, ac instrumentali; nam repugnantia, si qua est oritur ex incapacitate termini, quoad duas actiones totales; sed eadem est repugnantia in termino, siue illæ actiones procedant ab vna virtute, siue à pluribus; & ab his siue principalibus, siue instrumentalibus; nam formæ, quæ inter se repugnant respectu vnius subie-
B cti, eamdem repugnantiam retinent, à quacunque virtute procedant, vt calor repugnat frigori, siue sit ab astris, siue ab elementis. 47 *Implicant esse totales principales.*

Confirmatur, quia licet vnum principale agens vtatur pluribus instrumentis; nam diuersam actionem habet per vnum instrumentum, ac per aliam; quia virtus principalis determinatur, & attemperatur per virtutes instrumentales; quia licet sit vna formaliter, est tamen plures virtualiter.

Dices, quæ supernaturalitas esset in illis actionibus.

Respondent communiter esse supernatura-
C litatem, quoad modum, non autem, quoad substantiam actionis, & hac ratione eleuarentur, etiam virtutes actiuæ, circa eundem terminum, qui non esset capax terminandi duas actiones totales per virtutem naturalem, sed obedientialem.

ART. VII. Soluuntur argumenta secundæ opinionis contra secundam, & quintam conclusionem.

PRimo enim dicimus, hanc nostram opinionem non esse adeo certam, vt contraria 48
D opinio non possit probabiliter defendi, & fundari debet in adæquatione actionis cum entitate effectus; quia adæquatio dicit præcisionem quamdam, ita vt extrema non se mutuò excedant.

Secundo, Fundari debet in natura productionis, quæ ordinatur ad tribuendam existentiam effectui; vnde si actio est totalis, attingit totum effectum in actu secundo; atque adeo alia actio nihil attinget in termino; nam impossibile est, quod causa operetur actu secundum totam suam virtutem, quod non producat effectum adæquatum suæ virtuti; quia operari actu secundum totam virtutem
E est efficere actu totum illud, quod potest, hoc autem est effectus adæquatus virtuti; vt v. gra. virtus ẽ vt octo, perfectio effectus erit vt octo, sed si admittamus duas causas totales eiusdem effectus, ibi deberet poni exercitium adæquatum virtuti vtriusque agentis; at hoc exercitium, maioris est perfectionis, quam

fit singulorum, quia maior est virtus vtriusque, quam vnius, & tamen effectus non sequitur adæquatus virtutis vtriusq; sed virtuti singulorum per se; nam effectus, qui fit, habet solum perfectionem vt octo; & tamen virtus, quæ applicatur secundũ actuale exercitium est vt sexdecim.

49 Scio ad hoc responderi multitudinem agẽtium non augere virtutem causæ ad productionem perfectionis effectus; siue qa effectus adæquat perfectionem vtriusq; agentis per se, vt cum duo ignes producunt vnum ignem; siue quia, licet effectus non adæquat perfectionem agentium, tamen est in se summus, qui fieri posset, vt si duo soles eidem diaphano optimo disposito æqualiter applicarentur; ita vt singuli possint producere perfectissimũ lumen, cuius diaphanum est capax; non tamen illud lumen est æquale luci solari; vnde in illis casibus non applicaretur maior virtus intensiuè, sed tantũ extensiuè; nam vtraque causa non posset habere perfectiorem effectum, quam singuli earum per se.

Dices: agerent citius, & ad maiorem distantiam.

Resp. habere quidem maiorem vim quoad modum agendi, non tamen quoad substantiam effectus, quia non haberent perfectiorem effectum secundum substantiam: quare hæ actiones quibus effectus pendens ab vna pendet ẽt p aliã actionem totalem ab alia causa, dicuntur naturales quoad substantiam, & supernaturales quoad modum.

50 *In quo consistat totalitas causa.* Ad primum argumentum Resp. totalitatem causæ non consistere essentialiter in negatione consortij alterius causæ, sed in negatione sufficientis influxus ad existentiam effectus; dicitur enim causa totalis, quæ agit sufficienti influxu ad existentiam effectus, cum quo est quidem coniuncta naturaliter negatio alterius causæ in eodem genere, & ordine, non tamen supranaturaliter; sicut cum corpore vbicato in vno loco, est quidem naturaliter coniuncta negatio vbicationis in alio loco, non tamen supranaturaliter; & licet actu adhibeatur maior virtus à duobus, quam à singulis; tamen non est maior intensiue, sed extensiuè; quia plures virtutes similes in intensione non componunt vnam virtutem intensiorem in actu primo, imo neque vt possint exire in actum secundum intensiorem, nisi quando neutra virtus poterit in effectum secundum totam suam intensionem ob aliquã conditionem in agendo requisitam; at hic ponitur, effectum produci secundũ totam intensionem, & perfectionem; quare cum nõ augeatur virtus intensiua vt sic, nec augebitur effectus, neque ex extensione virtutis augeri debet effectus ille extensiuè, quia licet hoc plerũquè contingat, quod augeatur sphæra agentis, tamẽ non est necessarium, quia ex directione primi agentis potest influxus vtriusq; causæ ad eumdem effectum determinari, quia ex vi pluralitatis virtutum nulla apparet repugnantia; vt neque repugnat dari duas vias ad eumdem terminum.

Ex quo patet effectum adæquatè pendere à causa, dupliciter accipi posse; primo, adæquatione sufficientiæ, ita vt vna posita sufficiat ad ponendum effectũ; & sic dari possunt duæ causæ adæquatæ vnius: secundo, adæquatione necessitatis; & sic non potest quid adæquatè pendere à duabus causis; qa à nulla necessariò pendet. Hinc etiam patet, qua ratione singulæ causæ agant secũdum totam suam virtutem, & producant effectum adæquatum sibi, & tamẽ idem effectus adæquetur duabus virtutibus, & singulis, quia virtutes illæ coniunctæ non sunt maiores, & pfectiores intensiuè, sed extensiuè; at hoc non sufficit semper, vt producatur effectus perfectior secundum entitatem, vel modum productionis; nam si eidem materiæ vltimò dispositæ applicentur duo ignes, vterq; concurret ad formam substantialem; tamen vterque nec producet effectum perfectiorem, quam vnus solus, quià effectus non est capax maioris perfectionis; nec vterque perfectiori modo producet in casu posito; quia nec citius, nec in maiori distantia, quam possit quilibet per se producere. At inquies: quando coniunctio duarum virtutum iuuabit ad perfectiorẽ effectum producendum, vel perfectiori modo. 51 *Effectus dupliciter adæquate pendet à causa.*

Resp. Primo quando effectus recipit magis, vel habet contrarium, vel produci debet cum resistentia; nam in his casibus si duæ causæ cõiungantur æqualis virtutis; poterunt vel perfectiorem effectum, vel perfectiori modo producere.

Hinc patet ad primã Confir. nam licet quãdo causa est partialis ex cessatione vnius non existat effectus; non tamen quando est causa totalis; quia influxus cuiuscunque satis est ad existentiam effectus, & licet influxus alterius sit alicuius valoris, tñ non auget intensiuè valorem alterius influxus, sed tantum extensiue; ideo eo cessante, non debet augeri virtus alterius causæ influentis. 52

Ad Secundam Confir. Resp. tripliciter effectum posse adæquare virtutem causæ, primo, 53 intensiuè; secundo, extensiue; tertio vtroque modo; vnde eo modo, quo adæquat exhaurit virtutem; nam si adæquat intensiue, & non extensiuè potest plures effectus eiusdẽ intentionis. Quod si adæquet vtroque modo, tunc nec poterit maiorem effectum intensiuè, nec extensiuè producere connaturaliter; poterit tamen si eleuetur per potentiam obedientialem: quare eodem modo effectus non poterit connaturaliter fieri per plures actiones totales, poterit tamen obedientialiter.

Resp. Secundo diuersa ratione dici effectũ adæquari causæ, ac causam adæquari effectui; nam tunc effectus dicitur adæquare causam, quando exhaurit virtutem illius, quia causa nõ potest ferri extra suum obiectum adæquatum; At vero causa dicitur adæquare effectum, quãdo tribuit sufficientem influxum effectui iuxta indigentiã illius. Sed hoc non tollit, quin hic influxus sufficiẽs possit præstari à pluribus causis; nam effectus non tribuit, sed recipit influxum.

num, & falsò dicitur nouam dependentiã exigere nouam perfectionem communicatam termino præter se ipsam.

54 Ad Tertiã Cõfir. Resp. dupliciter posse aliquid fieri imperfectius; primo, per negationem perfectionis habitæ; & ita acquirens nouam dependentiam, non fit imperfectius; quia nihil perdit suæ entitatis. Secundo, per additionem impfectionis; & ita posset fieri imperfectius p nouam dependentiam; vnde illud nõ diceretur fieri imperfectius substantialiter, sed accidentaliter.

Resp. Secundo duplicem esse imperfectionem respectu alterius; Vnam simpliciter, quæ vel est pure negatiua, quando tollit aliquam perfectionem; vel positiue, quando additur aliquid malè disponens subiectum, vt calor respectu aquæ: Alteram secundum quid, quando addit quidem perfectionem, quæ non est perfectio simpliciter simplex, & talis est de prima, respectu termini producti; quia sicut terminus existens habet perfectiorem statum, quam non existens; ita perfectior est habens dependentiã, quam carens illa; & quia habens duplicem dependentiam perfectius conseruatur in sua existentia; ideo simpliciter est perfectior.

55 *Duæ causæ totales quomodo agerent in effectum.*

Ad Secundum fundamentum Resp. dupliciter is casus poni potest; primo, quod vtraque causa sit simul applicata, vt simul agere incipiant; & sic neutra propriè actum ageret; sed ageret vtraque eumdem effectum simul tempore, & natura; quia supponimus esse æquales, nec inter se subordinatas, sed concomitanter se habentes; quare neutra supponit effectum alterius, tempore, vel natura prius factũ; vnde vtraque simul agit eumdem effectum, educendo illum de nõ esse ad esse. secundo, vt altera prius produxerit effectum, & deinde altera applicetur; & in hoc casu aliqui dicunt, causam secundo loco applicatam nihil agere, quia ꝙ semel est productum, non potest amplius produci à causa, à qua primò, non est productum. Sed his obstat transubstantiatio, quæ terminatur ad substantiam Christi, & non ad aliquod accidens; quare potest produci supernaturaliter, alia tamen actione: & hoc dupliciter intelligi etiã potest; primo, vt cessauerit actio prior: & in hoc non est difficultas; qa non esset simul à duabus causis, sed productum ab vna, conseruaretur ab alia; quod etiam naturaliter secũdum aliquos contingit, de qua re alibi: secundo vt prior actio duret per modũ conseruationis; & sic diximus, non repugnare, vt alia causa efficiat eumdem effectum quia efficere latius patet, quam de nouo producere; nam conseruatio est etiam efficientia, quæ actio licet potuisset esse productio de nouo, tamen non potest recipere illam denominationem, quia productio de nouo connotat quandam negationem prioris existentiæ effectus.

56 Ex quo patet, qua ratione repugnet actum agere, idest productione, qua dicatur terminus de nouo existere; nontamen repugnat actum conseruari, siue ab eadem, siue à diuersa causa: vnde sicut non repugnat à duabus conseruari, ita neque fieri.

A Ad Confir. conceditur à Suar. aliquid posse seipsum conseruare, modo ponatur res producta, & conseruata per aliam actionem vt 3.p. tom.3.disp.49.sec.1.& disp.50.sec.4.

Respondent alij non posse idẽ se ipsum producere; quia est peculiaris repugnantia, non solum ratione existentiæ prærequisitæ adagendũ, quia hæc repugnantia rectè soluta est; sed ratione distinctionis requisitæ inter efficiens, & effectum; & ideo nulla res vt est actiua, includit seipsam sub obiecto suæ actiuitatis: at duæ virtutes actiuæ possunt claudere eamdem rem ab ipsis distinctam, sub obiecto suæ actiuitatis. Deinde dicimus, hoc non fieri naturaliter, sed supranaturaliter, atque adeo hic non debet inspici obiectum potentiæ naturalis, sed obediẽ- B tialis: qua ratione supra disputauimus, an idem possit influere in seipsum.

57 *forma consecrationis in Christus fit à Eucharistia.*

Ad 2.Confir. Resp.1. effici Christum à forma consecrationis, quæ fit à Christo, sed ab illo distinguitur realiter, vel efficere per mediam volitionem, vel medio corpore ad efficiendum sanguinem, & medio sanguine ad efficiendum corpus; nam licet omnia veniant per concomitantiam, tamen ex vi cõuersionis solum fit formalis terminus; nam quæ veniunt per concomitantiam, non fiunt ex vi talis actionis, vt patet de natura diuina. Ad Replicam dicitur, quod effectus non potest communicare primũ esse suæ causæ; at vbi habuerit esse à sua causa C potest assumi vt instrumentum ad dandam per nouam actionem idem esse suæ causæ, ꝙ antea habebat.

Ad 3. Fundamentum conceditur esse duas actiones, vt supra probatum est ex ratione totalitatis, & dependentiæ actionis per seipsam; nam in hoc consistit differentia inter causas partiales, & totales, quod quando plura agunt vna actione non possint esse totales, quia 58 non dicitur causa totalis per virtutem in actu primo; per illam enim non constituitur causa in actu, sed in potentia, sed constituitur causa in actu per actualem influxum; quare si hic est vnus, iam constituit vnam causam ex duabus, D & singulę erũt partiales, & ideo actio ex vtraq, erit partialis partialitate ex parte causæ; quare vt sit causa totalis, debet agere actione totali sibi propria in suo genere. Neque hinc fit, causã primã, & secundam agentes per vnam actionẽ, esse partiales, vt volũt multi cõsiderãtes nõ genus causalitatis, sed causalitatem simpliciter, quæ tota non est ab vna causa; sed est diuersa ratio, quia inter causam primam, & secundam est subordinatio, & ideo diuersus ordo causãdi, atque adeo quælibet potest esse totalis in suo ordine, etiamsi eadem actione influat vna, qua influit alia causa. At quando duæ causæ concomitantur, tantum per eamdem actionem E influũt, nec simpliciter, nec in illo genere possunt dici totales, sed partiales: quare si debent dici totales, oportet, per diuersas actiones influant. Nec eadem ratio est de effectu, ac de actione; quia effectus est à causa, non seipso, sed media actione; at idem effectus potest fieri per varias actiones, quæ ex alijs circumstantijs in-

indiuidualibus distingui possunt, quam ex ter mino; & ideo cum variæ actiones possint esse à varijs agentibus, potest etiã idem effectus esse à pluribus causis formaliter;quia per distinctas actiones; at actio cum se ipsa pendeat ab agente, non potest esse,nisi ab vno,vel pluribus per modum vnius.

Ad Confir. Resp. vnam actionem non esse tendentiam, nisi in vnum terminum,quæ adæquatur termino connaturaliter; non tamen supranaturaliter; quia sicut terminus potest naturaliter terminare quatuor influxus causarum diuersi generis; ita nõ implicat terminare duos influxus totales vnius generis ob rationes dictas Ex quo etiam intelligitur ratio,cur vnus terminus possit terminare plures actiones, & vna actio non possit terminare ad plures terminos, quia scilicet influxus tanquam quidam modus est addictus termino, non tamen contra; sicut idem terminus numero terminat quatuor numero influxus causarum; tamen influxus vnius causæ,non potest habere plures terminos.

59 *Actio vna tẽdit ad vnum terminum naturaliter tamen posset ad eundem alia tendere super naturaliter.*

Ad Quartum fundamentum Resp. concedendo pendere ab vtraq; causa, quare falsò dicitur à neutra pendere, quod qualibet ablata, non aufertur effectus; quia ad dependentiam nõ est opus,vt ablata vna causa, auferatur effectus,nisi quando est vna causa, vel quando alia non succedit, idem præstans, vt patet in lumine producto à lucerna, quod remanere potest ablata illa lucerna, si accedat alia eiusdem virtutis: quare sufficit ad dependentiã,quod effectus accipiat esse ab alia, & ex communi concursu causarum formatus est ille cõceptus dependentiæ: illud vero necessariò est concedendum, vt ablata vna causa, debeat tolli dependentia effectus ab illa causa,atqueadeo actio illius circa effectũ; non tamen tollitur effectus, quia remanere potest alia actio circa ipsum.

60 *Saluatur dependentia ab vtraque causa totali.*

61 Dices: An sit dependentia per se à singulis. Resp. dependentiam per se accipi posse dupliciter; primo perseitate adæquationis; & ita cõceditur, quod per se pendet, quia adæquatè,& totaliter à singulis pendet. Secundo, perseitate necessitatis;& ita à neutra determinatè necessario pendet, sed indeterminatè ab altera; sicut visio ab vno oculorum, nõ tamen ab hoc, nam causa totalis, alia est sufficiens, alia totalis, vt diximus.

Ad Confir. Resp. primo, independens non dici id, quod potest esse sine alio, sed id,quod est sine alio:quare non potest res ex dependenti fieri independens sine sui mutatione; nam debet cessare dependentia, per quam dependebat.

62 *Indigentia effectus saluatur in totalibus causis.*

Ad Quintum Fundamentum Resp.indigere existentia, posse accipi dupliciter; primo simpliciter; secundo secundum quid. Simpliciter quidem dicitur, quãdo nullo modo habet existentiam; & sic illam recipit in primo instanti, in quo fit, siue fit ab vna, siue à pluribus causis; quia etiamsi fiat à singulis totaliter, adhuc dicitur indigere,quia à nulla habuerat prius esse sed ab vtraque in hoc instanti. Secundum quid vero dicitur indigere, quando habet quidem existentiam,sed non ab hoc;quare indiget existentia, vt ab hoc producibili,quia cum illa existentia sit defectibilis, quo per plures actiones totales existit, eo magis perficitur, & sic minus defectibilis, quia vt desinat esse,non sufficit defectio vnius actionis,sed vtriusque:& ideo vtroq; modo produci potest à duobus; primo vt in eodem instanti incipiat ex vi vtriusq; totaliter. Secundo si prius ab vna, & deinde ab alia simul cum priore, totaliter singulis cõcurrentibus.

A

Dices:quando recipit esse in primo instanti, iam recipiens ab vna vt sic,nõ indiget alia;ergo non potest ab illa recipere. 63

Resp. Primo,receptionem existentię simpliciter non supponere simpliciter negationem in aliquo priori positiuo, vt patet de pductione creaturæ in æternitate.

B

Resp. Secundo, cum receptio sit ab vtraque in eodem instanti,non est ablata indigentia potius ab vna, quam ab alia, sed ab vtroq; simul expletur indigentia; licet naturaliter existentia sufficienter expleatur actione totali vnius agẽtis, non tamen in ordine ad potentiam Dei; sicut materia p vnã formam naturaliter expletur; non tamen supra naturaliter.

Dices: Deus est incapax recipiendi existentiam, quia cum illam habeat, non indiget;ergo similiter cum effectus habet existentiam ex vi vnius causæ,non poterit illam recipere ab alia; quia illa non idiget; indigentia enim essentialiter includit negationem possessionis rei, cuius est indigentia.

C

Resp.Deum esse incapacem, quia habet illã essentialiter; at vero creatura, cum secundum se illa careat,necessariò recipit existentiam ab alio; & licet illi sufficiat recipere existentiam ab vna causa; non tamen repugnat illã recipere à pluribus; sicut ad acquisitionem domini sufficit vnus titulus; non tamen repugnat haberi ex pluribus titulis.

D

Ad Primam Confir. patet ex dictis, & addo primo, esse diuersam rationem, quia terminus se habet vt causa formalis specificans respectu actionis;at eiusdem effectus non possunt esse plures causæ formales; sed actio nõ se habet vt forma respectu effectus, sed extrinsecè vt causa efficiens; & ideo plures actiones esse possunt circa eundem effectum; quare Addo secundo, esse eundem effectum materialiter, sed plures formaliter, respectu diuersarum actionum, vt diximus. 64

Implicat dari duos terminos eiusdem actionis.

Ad Secũdam Confir. Resp. negando sequelam, quia Deus est improducibilis, quia cum habeat existentiam à se, & essentialiter, implicat illam habere ab alio; nam hoc dicit imperfectionem, cuius Deus est incapax.

E

Ad Tertiam Confir. Resp. posse concedi in eodem instanti bis produci, quia extrahitur de non esse ad esse per duplicem actionem, licet ex duplici actione recipiat eamdem existentiam.

Ad Sextũ Fundamentum Resp. esse diuersã rationem, quia causa formalis, cum sit intrinseca composito,non potest variari forma, quin va- 65

varietur compositum; at vero non sic actio respectu effectus; & ideo ex varietate actionis nō variatur effectus.

Ad Primā Confir. Resp. quidam, negando quantitatem per potentiam Dei nō posse figurari pluribus figuris; nam vt potest constitui in duobus locis cum oppositis modis essendi, vt patet ex Sanctissima Christi humanitate, quæ in cœlo est diuisibiliter, & in Eucharistia indiuisibiliter; ita potest figurari varijs figuris.

Resp. Secundo alij negando paritatem; quia figuræ habent essentialem incompossibilitatē, vt curuitas, & rectitudo; sicut dissensus, & assensus; at vero actiones nō habent hanc incompossibilitatem, vt probauimus.

Ad Secundam Confir. Resp. id potius nobis fauere; nam materia, licet naturaliter expleatur per vnam formam totalem; tamen potest supranaturaliter plures recipere: ita, & effectus respectu actionum.

DVBITATIO IV.

An eiusdem effectus possint dari duo fines totales, seu adæquati.

1 PRimo est certum, vnius actionis non posse, dari nisi vnum finem intrinsecum totalem; quia finis intrinsecus actionis est terminus, qui vnius actionis non potest esse; nisi vnus: quare difficultas est de fine extrinseco, qui diuiditur in naturalem, & liberum. Naturalis dicitur, ad quem res ex natura sua ordinatur; qui diuiditur in vltimū, & proximum. Liber vero dicitur is, quē in operando agens liberum sibi cōstituit.

Finis diuiditur in extrinsecum, & intrinsecum.

Secundo, Liberum finem diuidi iuxtra duplicem effectum liberi agentis; nam vnus effectus est immediatus, vt est actus volūtatis: Alter, mediatus, & sunt actus exteriores potentiarum, quæ sunt subordinatæ voluntati. Quibus positis.

2 Prima opinio est dicentium, finem naturalē, siue vltimum, siue proximum vnius rei non posse esse, nisi vnū; nam vltimus est ipse Deus; & proximus est id, ad quod potentia est instituta; at potentia est instituta ad vnum obiectū adæquatum.

Opinio negās finem naturalem esse multiplicem.

Confir quia alioqui non esset rectè instituta natura ad diuersa tendere coacta.

Confir. 2. quia alter esset superfluus.

3 Secundo Dicunt, finē liberum respectu effectus immediati non esse plures adæquatos, & immediatos; quia si plures essent compossibiles, tunc maior ratio boni erit in vtroque, saltē extensiuè, quam in vno solum; vnde magis impellet voluntatem vterque simul, quam alius, si tam perfectè cognoscatur vterq; simul, ac alter tantum. At respectu actus extrinseci, & mediati dari pōssunt duo fines adæquati, si consideretur substantia operationis, & modus intrinsecus illi, non tamen ratione modi extrinseci, quo fit substantia operationis; nā fiet maiori alacritate magis constante, & minus remouebitur agens ob impedimenta occurrentia, quia efficacius mouebitur à maiori bono. Quod si res

A consideretur respectu potentiæ Dei absolutæ, nō repugnat duos fines adæquatos dari respectu eiusdem actus voluntatis, qui immediatè fit gratia illorum; quia Deus poterit efficere impediendo concursum, vt nō magis moueatur voluntas ab vtroque, quam ab vno. At fines naturales non possunt esse adæquati, etiam de potentia absoluta, quia eo ipso, quod supernaturaliter ponuntur, sunt liberi, nec possunt, naturales esse supernaturales.

Secunda opinio est Suar. disp. 26. sec. 5. Dicentis; finē intrinsecum actioni non posse esse, nisi vnum, quia vna actio, nō nisi vno termino potest terminari. At extrinsecus, quem liberū agens pro arbitrio intendit, vel est vltimus; & 4

B non posset, quia de ratione finis vltimi simpliciter respectu operantis est, vt omnia referantur in ipsum; & ideo non potest multiplicari; vel est proprius, & particularis; & potest esse multiplex, et iam totaliter, & adæquatè; vt cū quis intendat elemosinam, vt satisfaciat peccatis, & vt Deū colat, & vt proximo subueniat, & ita hæc intendat, vt propter singula habeat absolutam voluntatem faciendi illud opus, nā hic finis non addit actui intrinsecam entitatem, vel modum realem, sed solum subordinationē ad extrinsecā voluntatem agentis, vnde extrinsecè denominatur, At illi fines si comparantur cum actu voluntatis, nō possunt duo fines eius-

C dem rationis, idest æquè proximi esse causæ totales illius actus; quia idem actus non potest terminari ad plura totalia obiecta, quia tales fines respectu actuum voluntatis sunt formalia obiecta: quare de finibus extrinsecis non repugnat sed repugnat de intrinsecis proximis.

Verum quid de hac re sentiendum sit, dicetur alibi, nam potius pertinet ad Moralem, quam ad Physicū: interim videri potest Vasq. 1.2. disp. 5. Io: Salas trac. 1. disp. 8. sec. 2.

QVAESTIO OCTAVA.

De comparatione causæ ad effectus corruptos.

D

DVBITATIO I.

An idem numero effectus possit semel corruptus reproduci naturaliter.

OMissa opinione Antiquorum dicentium apud Aug. 12. de Ciuit. c. 13. per actis certis annorum periodis omnia eadem numero reddítura, non semel, sed infinities, siue id dixerint Platonici apud Viues in Aug. loc. cit. siue alij apud Ficinum li. 11. de Theolog. Plat. siue Emped. 1. phy. tex. 32. siue Epicur. apud Hier. in c. 1. eccles. siue Pythagorici; qui animarum 1

Refertur opinio antiquorum.

E regressum ad eadem corpora, post varias aliorum corporū informationes. Quam periodum finiendā dixerunt concluso anno magno, idest, peracto cursu magno sphæræ, qui ex Platonicis triginta sex millibus annis finitur, & ex tabulis Alphonsinis quadraginta nouem millibus, quare fallitur Suar. to. 2. in 3. p. disp. 44. sec. 6. dum negat

negat, illos loquutos fuisse de reditu eorumdem numericè, sed specificè: nam contrarium patet ex Agu. loco citato: hac enim opinione reiecta tamquã impia in fide, quæ docet mũdũ habiturum esse finem Apoc. 10. & ad Rom. 8. vt explicat D. Tho. in. 4. d. 48. q. 2. a. 2. & 5. & in additionibus 3. p. q. 91. a. 2. & 5.

Omissis deinde fabulis poetarum de reuocationibus animarum ad corpora; quæ vel falso confictæ, vel delusoriæ dæmonis arte apparuerunt oculis, vel nondum animabus a corporibus separatis, per medicamentum satis dæmoni nota, sunt ad vitæ functiones restituti.

ART. I. Opiniones Doctorum.

2 *Opinio affirmans etiam naturaliter.* Prima opinio est affirmantium, naturaliter id fieri posse. Ric. 4. d. 43. a. 3. q. 1. ad 6. Su. apud Capr. q. 1. Occh. q. 10. Bass. q. 2. a. 3. probabiliorem putat Scotus ibid. q. 3. art. 1. litt. E & .M. & probabilē Tol. 2. de. gen. q. 13. Henr. quodl. 10. q. 4. addit tamen Scotus, quod licet possit idem naturaliter reproduci, nõ tamē eo modo, quo reproduci potest supernaturaliter, quia natura in reproducendis rebus habet determinatum ordinē, quem mutare non potest, sicut illum ordinem habet in producendis rebus, vt scilicet nequeat generare formam substantialē, nisi in materia disposita, nec formam animalis, nisi in materia organizata; At Deus hunc ordinem non seruat, quia potest immediatè ex pulueribus generare animal, & resuscitare hominem.

3 Probatur Primo ex. 8. met. 11. & 12. met. tex. 11. vbi ait idem agens ex eadē materia producere eumdem effectum, vnde formatur ratio, est eadem numero virtus agentis, & materia; ergo; quia idem manens idem, est aptum facere idem. 8. phys t. 53. & 2. de generat. t. 56.

Confir. quia nõ ammittitur per productionem effectus virtus agentis, & in materia manet eadē priuatio; quia corrupta forma manet illius priuatio in materia; at vbi est eadem potentia naturalis ad eumdem effectũ, ibi potest esse idem effectus; quia illa potentia nõ est frustra; & ideo debet illi respondere potentia naturalis actiua.

Secundo Idem agens potest conseruare effectum in tempore A. B. C. ergo poterit in A. & C. non conseruato in B.

Dices esse aliam rationem, quia quando cõseruatio est continuata, est vna actio, quando vero interrumpitur, fit alia actio, atque adeo nõ idem effectus.

Sed contra, quia corrupto posteriori, non necessariò corrumpitur prius, quia hoc est independens ab illo, sed vnitas rei est prior permanentia, ergo hac corrupta remanet illa.

Confir. quia poterit in instanti. A. & B. ergo si produxit in. A. & corrumpatur, poterit iterũ in. B. Neq; dicas obstare tempus; quia hoc est extrinsecum effectui; neque apparet quomodo impediat actionem; neque est ratio, cur non possit idem tempus intrinsecum redire; nam hoc identificatur cum existentia rei; quare eadē ratio est de existentia rei, & tempore intrinseco illius.

4 Tertio Hoc maximè, quia non potest redire eadem actio numero: sed hoc non obstat; quia sicut duo motus locales possunt terminari ad vnum terminum, ita duæ actiones ad vnum terminum.

Confir. ex Resurrectione, quæ est motus distinctus à productione rei; & tamē terminatur ad eumdem terminum.

Hi tamen inter se diuisi sunt, quia Bassol. ait, omnia posse redire, excepto homine, & videtur Scoti; quia omnes aliæ formæ præter humanã educuntur. At Ricc. negat posse redire omnē formam, quæ est ex semine.

Secundo Differunt, quia Bass. licet concedat, posse redire, non tamen de facto aliquem redire, quia Deus statuit se nunquam ad hoc cooperaturum: At alij videntur dicere, quod de facto aliquid reproducetur.

5 *Opinio negās naturaliter.* Secunda opinio est dicentium, naturaliter id fieri nõ posse. Est D. Tho, quodl. 5. q. 5. 4. cõtr. gent. c. 81. vbi Ferr. Capr. 2. d. 43. q. 1. Hisp. q. 1. a. 1. Dur. q. 2. & 3. Gabr. q. 1. du. 10. Argent. q. 1. a. 2. Riccar. a. 3. q. 1. Soncin. q. 1. & 5. met. q. 18. Sax. 2. de gen. q. 14. vbi Mars. q. 18. Bagn. q. vlt. Conim. c. 11. q. 1. ar. 3. Tol. q. 43. vbi Ægid. & Theor. 1. de corpore Christi. Zim. Theor. 105. Suar. to. 2. 3. p. disp. 44. sec. 3. nu. 5. Fonsec. 8. met. c. 5. q. 1. sec. 2. & 3. citatur Scot. 4. d. 43. q. 1. a. 3. 6. His tamen nihil obstantibus.

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui vniuersaliter asserunt, nullum ens corruptum, siue propriè, siue impropriè posse redire secundum identitatem numericam; quia semper datur aliqua variatio, siue secundum substantiam, siue secundum modum, vt patet de artefactis, & rebus continuis, quarum vnitas destruitur per diuisionem.

Alij vero asserunt entia propriè corrupta, scilicet per separationem formæ à materia non posse redire eadem numero; at vero quæ sunt impropriè corrupta, quæ, scilicet non corrũpuntur per separationem formæ à materia, sed solum per destructionem compositionis, vt artefacta, quæ producuntur per situalem compositionem partium; vel per destructionem vnius integralis, vt aqua diuisa in partes, hæc & similia posse redire eadem numero.

6 Alij Tertio dicunt, etiam aliqua ex ijs, quæ corrumpuntur per destructionem informationis posse, redire eadem numero; vt cum nasus abscinditur homini, & deinde reunitus ijsdem partibus corporis informatur eadem anima rationali; nam sicut anima extenditur ad informandas partes corpori vnitas, & dispositas ex vi animæ nutritiuæ; ita ad informandum nasũ vnitum, & dispositum per artem medicinæ; redit enim idem numero nasus: & idem dicitur de omnibus alijs partibus perfectorum animalium habentium animam indiuisibilem secũdũ Thomistas, abscissis, & reunitis.

Secũdo Differunt in assignanda ratione huius opinionis, nam aliqui probant ex natura effectus, qui ratione suæ hæc[c]eitatis vendicat sibi ta-

talem numero actionem,& causam; sed eadem actio nõ potest redire ex 5.met.41. & quia ad actiones inferiorum concurrunt cæli per suos influxus, qui nunquam reddit idem; ergo neq; poterit redire eadẽ actio, & effectus. Ita communis D.Tho.Ricc.Tol. & Conimbr: & licet supranaturaliter idem terminus fieri posset per plures actiones, siue diuisim, siue coniunctim; nõn tamẽ naturaliter. Sed hæc ratio aliquibus non placet, quia putant posse eumdem effectũ fieri naturaliter à pluribus causis totalibus, atque adeo per plures actiones saltẽ diuisim. Aliquibus vero nõ placet, quia est probabile posse redire eamdem actionem; nam eadem ratio est de actione, ac de effectu. Verum ex dictis patet, non posse naturaliter eumdem effectum fieri à pluribus causis per plures actiones totales: similiter esse diuersam rationem effectuũ, & actionũ; nã actiones se ipsis essentialiter pendent ab agentibus, non sic autem effectus.

7 *Probant alij ex decreto Dei.*

Secundo Alij probant, id non oriri ex natura rei secundum se, sed ex libero decreto Dei de non currendo ad effectum semel productum, & deinde corruptum, etiamsi contineatur in virtute causæ naturalis: sed de concurrendo semper ad nouos effectus. Ita Suar.disp.6.met. sec.3. nu.7. vbi videtur reuocare quod docuerat 3.p.to.2. disp.4.sec.6. & significat Fonsec. 1.met.c.1.q.1.sec. 2.litt. C. Et ratio huius est, nam cum omnes causæ naturales sint ex se indeterminatæ ad plures effectus indiuiduos, necessario indigent determinante extrinseco; quia causa indeterminata vt sic, non operatur, nisi sit libera; hoc autem pertinet ad causam primam ex Arimin. in. 1.d.12.q.4.a.2.ad.7. & d.35. q.1.a.1. Tol.8.phy.q.3. Fons.1.met.c.2. q.3.sec.8.&.5.met.c.2.q.9.sec. 2. Conimbr.2. phy.c.7.q.15.a.2. Ex quibus fit, causam naturalem non posse exire, nisi in illos actus, & effectus, quos Deus decreuit.

Refellitur probatio Suarij, & aliorum.

Sed hæc ratio nõ placet alijs; Tum quia probabilius putant causas secundas per se primò esse determinatas ad hanc numero actionem,& effectum à Deo, vt causa prima, non præcisè ex sua libertate, sed iuxta exigentiam causarum; nam decretum liberum Dei non potest nobis constare, nisi ex reuelatione, vel ex aliquo effectu; at nullibi ostenditur factam esse reuelationẽ, quod Deus nolit concurrere, nisi ad nouos effectus; ergo tale decretum nobis debet innotescerè ex aliquo effectu; hic aũt effectus nullus esse potest, nisi natura causarũ, quod .s. ex natura sua non possit producere effectus semel corruptos.

Confirm. quia potest esse, quod causa indeterminata ad plures effectus determinetur à Deo ad hunc potius, quam illum effectum; & tamen inter illos effectus, ad quos est determinata posset esse effectus corruptus, quem ex natura sua potest producere secundum aduersarios. vnde non rectè Suar. ex primo decreto infert secundum.

8 Secundo, quia concursus diuinus cum causis debet adaptari ad naturas causarum secundarum, alioqui non esset à Deo, vt causa naturali, sed supranaturali; ergo si Deus decreuit non concurrere ad effectum corruptum: hoc est, quia natura causæ secundæ requirit hoc decretum; at illud requirit, quia eius natura est sic determinata; hac enim ratione dicimus, Deum concurrere, vt Auctorem naturæ ad animam rationalem in materia disposita, quia illa materia exigit talem animam: quod si produceret animam rationalem extra materiam non esset productio naturalis, quia ad eam productionem non se accommodat modo producẽdi, quem seruant causæ naturales.

Resp. Fonsec. decretum diuinum, non solũ esse de hoc numero effectu ex pluribus, sed de hoc numero in hoc tempore,& instanti; & de alio in alio tempore,& instanti; vnde non deputauit vnum, & eundem effectum eidem agenti in pluribus temporibus, aut momentis, sed vnum in vno, & alia in alijs; & ratio, quia cũ agens naturale non possit ex se, sicut est indeterminatum ad plures effectus, ita etiam ad illos producendos in hoc, vel illo instanti; ita indiget determinatione, non solum ad vnitatem effectus, sed etiam quoad durationem, in qua debet fieri ille effectus.

Tertio alij probant, quod licet quælibet cã naturalis seorsim sumpta sit indeterminata ad plures effectus, tamen coniuncta cum alijs causis inferioribus, & superioribus, & vt substat omnibus circumstantijs temporis applicationis, & similium est determinata ad tales effectus; ita vt ille effectus non possit produci naturaliter, nisi ex concursu illarum causarum: at corrupto effectu, naturaliter non possunt redire omnes illæ causæ cum eisdem circumstãtijs: ergo neque potest naturaliter reproduci idem effectus. 9 *Alij probant, quod nunquã sint reditura eadem circumstantiæ requisita.*

Hęc ratio reijcitur ab alijs, quod putent combinationem illam causarum adhuc esse indeterminatam ad plures effectus numero. Ab alijs vero, eo quod circumstantiæ temporis,& similes sunt extrinsecæ, & per accidẽs se habent ad vnitatem effectus. Sed quidquid sit de veritate harum rationum, certè hęc Ratio est efficax; nam etiamsi ex combinatione illarum causarum oriri possunt plures effectus; tamen hi effectus producibiles ab hac combinatione, non sunt producibiles ab eisdem causis seorsim sumptis, vel cum alijs causis, vel cũ ijsdem aliter applicatis; ergo cum naturaliter non redeat eadem combinatio cum omnibus circumstantijs necessarijs ad talem seriem effectuum, non potest idem effectus numero reproduci; semper enim deerit, vel aliqua causa particularis, vel aliqua cœlestis, vel similis applicatio: vnde fit, vt etiam si determinatio ad hunc potius effectum, quam illum sit à Deo, tamen Deus naturaliter operans non poterit determinare, ex hac combinatione oriri aliquẽ effectum, nisi vnum ex ijs, ad quos se extendit talis combinatio causarum.

Dices; etiamsi de facto non redeant ijdem effectus, eo quod non omnes causæ, ex quibus pendet identitas effectus, nunquam redibũt in eadem dispositione; tamen hoc non repugnat naturaliter fieri, quia posita mundi æternitate (quam non implicat dari ob dispositionem, & or-

ordinem Vniuersi) videtur posse naturaliter sequi concursus omnium earumdem causarum cum eadem dispositione, & applicatione.

Resp. Fons. sec. 3. ad.4. quod etiamsi mundus esset æternus, & annus ille maximus complendus esset, nunquam fore reditura eadem numero effecta, sed specie tantum; Tum quia non manet potentia proxima, seu expedita in causis; nam hæc amittitur statim, ac exit in actum; vnde fit, vt neq; maneat priuatio illius; sed alterius formæ; Tum quia etiamsi maneret potentia non potest exire in actum, nisi sit determinata ad effectum, quæ determinatio ad vnum tantum numero necessaria est in quolibet tẽpore, vel instãti; alioqui aut infinita ageret, aut nihil ageret.

Ego Resp. nunc agi de causis, vt sunt institutæ ab Auctore naturæ, quæ non durabunt per æternitatem; quod si adhuc durarent, non potest certo constitui redituram eamdem combinationem causarum in eadem dispositione, quia multæ causæ pendent à libera applicatione, & concursus multarum simul nonnisi casualiter esse potest.

10 Quarto, alij probant ex natura causarum, quæ non solum est determinata ad tales effectus, sed etiam ad ordines illos producendi, vt scilicet primo hunc, deinde illum; &c. quare effectus semel productus cum non maneat in potentia producentis, non est amplius producibilis. Ita videtur sentire Suar. 3. parte loco citato, & significat in met. disp. 6. sec. 3. nu. 10. quia natura sicut dedit rebus actiuitatem, ita debuit auferre perplexitatem in agendo: at esset perplexitas, nisi haberet talem determinationem.

Confir. quia hic ordo est consentaneus naturæ causarum, quæ sicut necessario agunt, ex qua necessitate habent, vt determinẽt concursum Dei; ita debent habere hunc ordinem; alioqui essent indeterminatæ; at vbi est indeterminatio inde abest necessitas.

Quinto Alij putant, causas secundas ex natura sua esse determinatas ad productionem indiuiduorum, non quidem in circulum, sed in rectum; & hoc in infinitum; & inde fit, vt semel productum non possit ab ipsis reproduci: hanc autem naturam colligimus à posteriori; nam sic videmus naturã semper procedere: quod autẽ natura semper facit, id non per accidens facit, sed se; cum violentum nõ sit durabile; & quod natura semper facit, vel plerunq; id nõ potest habere nisi quia ex natura sua est sic determinata ad faciendum. Neque obstat, ꝙ virtus agendi naturalis sit simplex, qa simplicitas potius fauet huic determinationi, ac modo agendi in rectum, & non in circulum, quia eodem modo semper agat, debet in simplici virtute poni hæc determinatio.

Sexto Alij dicunt dari quidem causam naturalem huius impossibilitatis, sed illam esse nobis occultam, sicut, & aliorum effectuum; quis enim cognoscit virtutem, qua magnes ex vna parte attrahit ferrum, & ex alia repellat; cum tamen constet huius effectus dari causam naturalem. Sed hic modus dicendi vt facile asseritur ita à Philosopho, cuius est inuestigare causas rerum, non est facile admittendus.

ART. II. Opinio Auctoris.

11 *Effectus corruptus nõ est reproducibilis naturaliter.*

PRima Conclusio. Effectus propriè corruptus non est reproducibilis per causas naturales.

Probatur Primo ex Arist. 2. de gen. tex. vlt. vbi omnes Peripatetici; ibi enim distinguit corruptibilia, quæ secundum substantiam mutantur ab incorruptibilibus, quæ mutantur secundum rationem; quod illa non eadem numero fiant sed specie redeant; hæc autem numero, & pro eadem citatur 5. phys t. 37.

Resp. Primo Bassol. Arist. non negasse potẽtiam, sed quod de facto id non sit. At contra; quia constat, Aristotel. loqui de potentia naturali; nam quæ de facto sunt à natura secundum Arist. non possunt aliter euenire; præsertim cum putet secũdum aliquos agere necessitate naturæ, quare.

Resp. Secundo negando in hoc Auctoritatẽ Aristotelis. Sed non est, cur Princeps Philosophiæ tam facile reijciatur, dum loquitur de potentia naturali agentium: ideo.

Resp. Tertio Scotus, Aristotelem asserere, quod corruptibilia redeant eadem numero, dũ mouentur, quia non recipiunt existentiam; at corruptibilia eadem numero non redeunt, quia recipiunt existentiam.

Sed contra, quia ibi, vt ostendat generationes rerum fieri circulariter; primo quærit, cum aliqua circulariter oriuntur, vt pluuia ex aere, & aer ex pluuia; aliqua vero non ita, sed in rectum proficiscuntur, vt ex Socrate Plato, non tamen contra, sed alius homo generetur. Secũdo quærit, an omnia, quæ circulariter redeũt, eodem modo redeant, & resp. huic quæsito, dicens, incorruptibilia redire secundum identitatem numericam, at corruptibilia secundũ specificam.

Confir. ex cap. de oppositis in logica, vbi à priuatione ad habitum negat esse regressum; at hæc propositio nõ põt intelligi de priuatione quia ad productionem primá, vt patet; ergo de sequente corruptionẽ formæ prius productæ.

Resp. Scotus, & Bass. Aristotelem loqui nõ de redditu mediato, sed immediato tam secundum identitatem specificam, quam numericã; quia via naturali ex vino fit acetum, at ex aceto non potest fieri vinum immediate, neque secũdum identitatem numericam, neque specificã, sed vt redeat idem specie, vel numero, exiguntur plures mutationes mediatæ. 12

Sed contra, quia ibi distinguit priuatiuè opposita ab oppositis contrarie ex eo, quod inter contraria detur mutuus regressus; non sic autẽ inter priuatiuè opposita: at non potest fieri immediate mutuus regressus naturaliter inter quæcunq; contraria, vt inter album; & nigrum, sed fit per medios colores ex 10. met. sicut à calido ad frigidum fit transitus per tepidum mediũ; ergo cu Arist. ait, inter contraria posse fieri regres-

gressum, non loquitur præcisè de immediato; sed abstrahendo à mediato, & immediato: ergo inter priuatiuè opposita nullus potest dari, siue mediatus, siue immediatus; nam ille regressus negatur de oppositis priuatiuè, qui affirmatur de contrarijs: sed nõ põt intelligi propositio de regressu ad formam eandem sm̃ speciem; quia constat in materia recipi huiusmodi formas, ét post vnius priuationem; ergo debet intelligi de priuatione, & habitu secundum numericam vnitatem. Ita Tolet. ibi, & Suar. in tex. in 8. met. c. 5. q. 2. licet dubitent Conimbr. c. de oppositis q. vn. ar. 5. vnde notandum, oppositionem priuatiuam, & contrariam conuenire, ꝙ in vtraq; est oppositio inter terminos cões; nam vt cœcitas opponitur visui, sic calidum frigido; at vero differre, ꝙ hæc cœcitas non opponitur cuilibet indiuiduo potentiæ visiuę contẽto sub specie, sed determinato: nam constat in eadem materia esse hanc formam leonis .A. & priuationem formæ leoninæ B. atque adeo priuatio hæc non opponitur cum forma .A. At vero in contrarijs, vnum indiuiduum opponitur cuilibet indiuiduo, vt hic calor, vt octo, cuilibet frigido, vt octo; & ratio est, quia incompossibilitas in contrarijs primario non conuenit indiuiduis ratione .s. indiuiduationis, sed conuenit primariò naturæ cõmuni, & ratione illius, indiuiduis; vnde Conimbr. loc. cit. docent, formas contrarias ratione suarum hæcceitatũ non opponi contrariè, sed disparatè.

13 At in priuatiuè oppositis incompossibilitas primò conuenit formis ratione indiuiduationum, & rõne prædicatorum communium, sed his conuenit secundario, quatenus sunt coniũcta cũ hæcceitatibus formarũ; nã cæcitas ideo opponitur visui, quia hæc cęcitas opponit̃ huic visui. Hinc fit materiã informatã aĩa Petri post mortẽ Petri posse hr̃e, siue immediatè, siue mediatè aliã aĩã rõnalẽ, nõ aũt aĩã Petri, q̃a priuatio aĩæ Petri, q̃ manet post mortẽ Petri, nõ opponit̃ vnicuiq. aĩæ, sed solũ aĩæ Petri. At dices, nullũ esse discrimẽ inter opposita cõtrariè, & priuatiuè; q̃a sicut quoad speciẽ põt fieri regressus in vtraq. cõtrarietate, ita quoad numericam vnitatem non potest, nam sicut anima Petri non potest redire, ita neq. hic calor.

Resp. discrimen patere ex dictis; quia licet non redeat idem calor, tamen redire naturaliter põt alius calor, quia eodẽ modo opponitur frigori, ac calor corruptus: at vero in priuatiuè oppositis nõ redit eadẽ forma, nec alia forma, q̃ redit, est opposita priuationi formæ corruptæ, q̃a sunt simul cõpossibiles; at q̃libet calor est incõpossibilis in sũmo cũ quolibet frigore.

14 *Probatur à posteriori.* 2. Probatur à posteriori; nã id, ꝙ à nullo agẽte naturali hucusq. factũ est, probabile est, non posse fieri; sed reproductio eiusdẽ numero effectus hucusq. nũq̃ facta est ex 2. de ge. tex. 70. vbi ostendit eadẽ sm̃ speciẽ redire, nunquã aũt sm̃ numerũ; & constat ex historijs antiquissimis, in quibus nũquã legimus idẽ numero reꝑductũ à natura: ꝙ si factũ suisset, certè ob nouitatem, eius mentio facta fuisset. Maior probat̃, q̃a natura nihil frustra facit; at si esset potentia ad corruptũ, frustra fuisset sine vllo actu; tũ q̃a ex Palud. & Cap. l. c. ꝙ sẽp, vel freq̃nter est, naturale dr̃, vt patet ex ijs, q̃ docet Arist. de casu, & fortuna, vbi ostẽdit esse ꝑter intentionẽ naturæ id, ꝙ rarò cõtingit, & multo magis, id ꝙ nunq̃; at corruptũ non reproducitur, nec semper, nec frequenter; nã nõ esset rõ, cur natura si hr̃et potentiã ad idem sm̃ speciẽ, & numerũ, tã freq̃nter producat idẽ sm̃ speciẽ, & nũq̃ idẽ sm̃ numerum, cũ remaneat eadem numero cã actiua, & passiua. Resp. Sco. & Bass. non euenire ob impedimenta, quæ sunt ex parte passi, & agentis.

Sed contra; tũ q̃a natura, q̃ dedit actiuitatem causis ad producendos effectus, dedit ẽt potentiam ad superanda impedimenta, alioq. frustra ordinasset ad finem sine potentia ad media: tũ quia hæc media, cũ sint circa potentiam naturalem, violenter detinerent illam ab actione; at violentum non potest esse perpetuum.

Resp. 2. Bass. hanc potentiam non reduci ad actum, quia Deus per legem nobis ignotã statuit non cooperari cum natura in hoc.

Sed contra, tum quia nunc non esset miraculum reproducere, sed non reproducere corruptum, sicut fuit miraculũ, nõ concurrere cum igne Babylonico, quia faceret legem non concurrendi cum omni potentia naturali quoad actus ꝓprios. Tũ quia frustra dedisset natura hãc potẽtiã, si cũ illa nõ debebat cõcurrere.

3. Probatur à priori ex rõnibꝰ dictis in secũda opin. tum prima, tum secunda, tum quarta.

15 *Ens, quod corrumpitur præcise per dissolutionem partium sine vlla alteratione potest reproduci naturaliter.* 2. Concl. entia, quæ corrumpuntur præcisè per dissolutionem partium sine vlla alteratione physica, possunt eadem numero naturaliter reproduci, quia vbi sunt eædem rationes indiuiduantes, ibi est idẽ indiuiduũ; sed in huiusmodi ente sic corrupto, & reproducto sunt eædem cõditiones indiuiduantes ante corruptionem, & post reproductionem; ergo est idem numero corruptum, & reproductũ. Minor patet; nam tota perfectio huiusmodi entium consistit in partibus habentibus approximationem situalem; sed postquam est corruptum manent partes eædem sine debita approximatione, & post reproductionem eadem partes recipiunt eamdem approximationem necessariam ad tale ens; ergo reproducitur idem numero ens.

Dices etiamsi maneant eædem partes; non tñ manet eadem numero approximatio; quia hæc dicit ordinem ad spatium, seu occupationem spatij, quæ non est eadem.

Sed contra, quia huiusmodi entia requirunt approximationem partium, non vt dicunt ordinem ad locum, sed ad totum, vt scilicet vna pars sit supra, alia infra, alia à dextris, alia à sinistris: nam eadem cathedra, siue sit in hoc, siue in illo spatio, habet eandem figuram. Hinc patet, quid dicendum sit de aqua diuisa in partes, quæ postea vniuntur, nam si vnio partium continui non fit per aliquam vnionem, vel aliquod indiuisibile, probabile est redire eandem numero; quia nihil deest ad vnitatem numericam, vt benè Mars. 2. de gen. q. 18. ad 4. Conimbric. c. 11. q. 1. art. 4. ad 2. Fonse. 8. met. c. 5. q. 1. sec. 2.

16 At vero sm̃ eos, qui dicunt, partes continui vniri media vnione, vel puncto, q̃ corrũpitur partibus diuisis, existimo, non redire idẽ continuũ numero sm̃ totã perfectionẽ indiuidualẽ; quia non redit eadẽ vnio, vel punctum; sed sm̃ perfectionẽ partiũ: qua rõne dicitur idẽ homo puer, ac senex, quia remanẽt aliquæ partes primogeneæ in puero, & sene. Vnde aliqui dicunt illud cõtinuũ redire idẽ numero, quoad totalitatẽ substãtialẽ; nõ aũt quoad totalitatẽ integralẽ. Dices: Cũ partes aquę sunt vnitæ, est vnũ suppositũ; at vero cum diuiditur in duas partes corrũpitur vnitas suppositi, & fiũt duo supposita; sed dũ partes reuniunt, amittunt ꝓpria supposita, quia subsistũt per suppositum totius; sed suppositũ adueniens toti ex reunione partium non est idem, quod erat ante diuisionem; ergo.

Resp. suppositalitatẽ distingui ab indiuiduatione; nã humanitas Christi, q̃ nunc subsistit in Verbo, si dimitteretur à Verbo, subsisteret eadẽ numero in proprio supposito: at hic loquimur de identitate indiuiduali, nõ de suppositali. An aũt sit idẽ suppositum, dicetur in metaphysica.

ART. III. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

17 AD 1. Resp. Fons. ibi Arist. nõ loqui de identitate materiæ primæ, sed secundæ, quia ibi distinguit, quod aliqua habeant eandem specie materiam, aliqua diuersam; at materia prima in omnibus est eiusdem speciei.

Resp. 2. ibi neq. loqui de vnitate numerica, sed specifica, de qua intelligitur illud axioma: Idẽ semper est aptũ facere idẽ ex Fõs. 8. met. c. 5. q. 1. sec. 3. ad 3. vbi notat illud, q̃ Arist. docet de reditu earũdẽ opinionũ, & artiũ, intelligi moraliter, nõ metaphysicè; nam, cũ is reditus pendeat ex libera applicatione volũtatis, nihil certè metaphysicè statui põt, sed tñ certitudine morali; q̃a ꝓbabile ẽ, q̃ alij ad philosophãdũ, alij ad mercaturã, alij ad artes exercẽdas se applicant.

Resp. 3. ibi nõ dici oriri eũdẽ effectũ, sed diuersos: *Contingit aũt, vna existẽte materia fieri diuersã propter mouentem causam, vt ex ligno fit arca, & lectum.*

18 Ad Cons. Resp. 1. ẽtsi maneat eadẽ potentia actiua, & passiua, & priuatio; adhuc nõ poterit reproduci effectus; tũ quia nõ manent aliæ cãæ eædem concurrentes, vt influxus cœlestes, & similes, q̃ naturaliter oẽs eædẽ nõ possunt vniri; Tum quia, ẽtsi manerent oẽs eædem cãæ concurrentes, non tñ redire naturaliter põt eadem omnino applicatio, atq. adeo ex illis nõ potest oriri idẽ effectus. Resp. 2. ẽtsi possit fieri eadẽ applicatio earũdẽ cãrũ materialiter, nõ tñ formaliter, & proximè; quia producto effectu, neq. in eã effectiua, neq. passiua manet potentia sm̃ aptitudinẽ proximã ad illũ eũdem effectũ; siue quia potentia proxima receptiua nõ est aliud, q̃ respectus aptitudinalis ad recipiendã formã ex vi agẽtis naturalis ꝑ actionẽ ab eo elicitã; vnde vbi non põt esse naturaliter eadẽ actio, ibi nec põt esse potentia proxima actiua, nec passiua: siue quia potẽtia postq̃ exiuit in actũ, ẽtsi nihil deperdat de sua ꝑfectione intrinseca, adhuc tñ nõ põt exire in actũ circa eundẽ effectũ; idque ex natura cãrum, vt colligitur à posteriori, tũ ex dictis; tum quia post productum effectum, & existentem non potest illum iterum producere; ergo neque si est corruptus.

Dices: effectũ corruptũ reproduci nõ est impossibile; ergo est possibile; quia hæc sunt opposita, sed omne possibile continetur in potẽtia naturali alicuius cãæ; ergo. Resp. negãdo, omne possibile contineri in potentia cãę naturalis, vt patet ex multis, quæ sunt Deo possibilia, nõ tñ ex vi cãrum naturalium; aliud .n. est possibile potentia physica, aliud potentia logica, cuiusmodi est reproductio effectus corrupti. 19

Resp. 3. nõ esse eandem numero priuationẽ existentem in materia eiusdem formæ ante priuationem, & post corruptionem; siue quia fundatur supra diuersam potentiam; nam priuatio præuia est circa formam naturaliter educibilẽ à materia; subsequens vero est quidem eiusdẽ formæ, sed vt educibilis supernaturaliter, atq; adeo conuenit rõne obedientialis potentiæ, vt præuia rõne naturali. Vnde Ferr. 4. contr. gẽt. c. 81. & 2. contr. gen. c. 60. ait redire eamdẽ materialiter propter eadem extrema; non tñ formaliter ꝑꝑ diuersitatem potentiæ. Et hinc Fõs. ad 4. docet priuationẽ, quæ ẽ terminus, ad q̃m, corruptionis non opponi priuatiuè formæ expulsæ; quia non supponit potentiam proximã ad illam eandem recuperandã. Secundo infert, terminum, ad quem, corruptionis non esse eũdem numero cũ termino, à quo, generationis, sed specie, quia eiusdem formæ specificæ: siue quia ad identitatem numericam priuationis nõ sufficiunt eadem extrema, sed requiritur idẽtitas durationis, & continuationis; vnde etiamsi in materia maneret potẽtia naturalis, adhuc nõ rediret eadem priuatio, sicut forma interrupta per corruptionem non redit eadem.

Ad 2. arg. Resp. 1. nõ esse eãdẽ rõnẽ, siue quia q̃n perseuerat effectus est eadem actio, q̃n vero interrumpitur requiritur noua actio; at idẽ effectus naturaliter nõ põt terminare duas actiones; siue quia q̃n effectus est corruptus est contra naturalem ordinem cãrum, vt idem reproducatur, siue quia non adest concursus diuinus vt à prima cãusa, vt dicebat Fons. siue quia nõ adsunt omnes aliæ causæ similiter applicatæ, quæ fuerunt in prima productione; At hæ rõnes non militant in casu, q̃ idem effectus conseruetur. Neque obstat, quod ibi obijcitur de permanentia, quæ est posterior vnitate; quia hic non agimus de corruptione vnitatis, sed de corruptione existentiæ, & dicimus vnum effectum indiuiduum, quod habuit existentiam ex vi cãæ naturalis, nõ posse recipere iterũ existẽtiã ex vi eiusdem causæ, vel alterius naturalis. 20

Ad Conf. patet ex dictis esse diuersã rationem primæ productionis, & reproductionis.

Ad 3. Resp. illam esse bonam rationẽ, & negatur duos motus locales habere vnum terminum intrinsecum.

Ad Confirm. quid dicendum sit de resurrectione patebit ex dicendis, vbi explicabimus, an idem numero supernaturaliter redire possit

nam

nam ꝙ dicunt de diſpoſitione materiæ faciẽda per Angelos virtute eorũ naturali negat Fonſ. inde ſequi poſſe mortuos virtute naturali reſuſcitari: ſiue quia licet poſſint diſponere materiam (applicando actiua paſſiuis) in qua fuit aĩa Petri ad aliam animam, non tamen eaſdem numero diſpoſitiones; quare negat naturali virtute cooperaturos ad diſpoſitionem materiæ in generali reſurrectione. Tum quia etiamſi poſſent diſponere materiam ijſdẽ diſpoſitionibus, non tamen inde ſequitur redituram eandem animam; quia per legem naturalem ab Auctore naturæ impoſitam producto ſemel effectu nõ manet amplius potentia expedita ad illum reproducendum: quare Deus, qui in infuſione animæ ſeruat leges agentis naturalis, non infundet eamdem animam, quod ſi velit infundere eandem, aget ſupra curſum naturæ.

Dices: experientia conſtat, abſciſſo naſo eũdem per artem medicinæ reuniri cœteris partibus corporis, & inde informari eadem anima, atqueadeo reproduci eumdem naſum.

Reſp. ex Fonſeca, & Conimbr. animalia, quibus eſt abſciſſum naſum, vel habere animam diuiſibilem; & in his in naſo reunito non eſt idẽ numero, niſi ſecundum materiam, quando ibi deſierat anima illum informare, quia eſt neceſſaria productio nouæ animæ, quod ſi remaneret pars animæ, vt patet in inſertis diuiſis, tunc eſſet idem naſus numero ſecundum materiã, & formam. Vel habere animam indiuiſibilem; & tunc redit idẽ numero naſus, quoad ſubſtantiam, licet non quoad informationem; quia dũ materia naſi reunitur, recuperat eandem formam, quæ extenditur ad materiam diſpoſitam, & ſibi vnitam; nam impoſſibilitas reproducendi fundatur, vel in corruptione formæ, quando eſt educibilis, vel in ſeparatione formæ nõ educibilis, quæ non poteſt adduci ad informationem ex vi agentis naturalis. At in caſu poſito forma non deſijt; quare ſicut poteſt ſe extendere ad materiam de nouo applicatam per nutritionem; ita etiam ad materiã alio modo applicatam, ſi ſufficienter eſt diſpoſita.

DVBITATIO SECVNDA.

An ſupernaturaliter poſſit idem permanens numero reproduci.

ART. I. Explicatur ſenſus quæſtionis & referuntur opiniones.

1 PRimo Notandum, aliqua eſſe permanentia, alia ſucceſſiua, vt eſt tempus, & motus, & de vtroque eſt quæſtio.

Corruptio alicuius rei triplex datur. Secundo Not. tripliciter poſſe rem corrumpi; primo, quoad totum ſyncathegorematicè ſumptum, ideſt ſecũdum omnes partes, vt ſcilicet nihil remaneat in rerum natura. Secundo, quoad totum cathegorematicè, ideſt ſecundũ totalitatem, ſeu vnionem partium ſine deſitione alicuius partis, vt dicitur homo corruptus. Tertio, quoad totum cathegorematicè, & aliquam ſui partem, quomodo omnia entia naturalia corrumpũtur, quorum remanet materia.

A Quæſtio igitur intelligitur de corruptis hoc triplici modo.

Prima opinio eſt dicẽtium, nullam rem, quæ ſecundum ſe totam, vel ſui partem propriè, & ſimpliciter corrumpitur, poſſe reproduci ẽt ꝑ diuinam potentiam, ſiue ſit ens permanes, ſiue ſucceſſiuum: quod ſi non corrũpatur propriè, & ſimpliciter ſecundum ſe totam, vel aliquam ſui partem, ſed tãtum quoad modum, id poſſe reproduci, vt homo: vnde ſi Angelus, vel homo in nihil ſecundum ſe redigerentur, non poſſe reproduci. Ita Duran. in 4 d.43.q.3. Marſ. 2. de gen. q.8. Abul. in c.22. Matt. qu.238. & videtur D. Tho. 4. d.44.a.2. ad 3. vbi negat hominem reſurrecturum cum eadem anima ſenſitiua, ſi in eo eſſet diſtincta ab anima rationali; quia illa omnino deſineret eſſe; & idem ſignificat 4. d. 12. q.1.a.2. & 3. & in 3. q.67. ar.5. *2 Opinio negãs rem corruptã ſecundum ſe totam reproduci poſſe, ẽt ſupernaturaliter.*

B Fundamentum eſſe poteſt; quia cum ſemel effectus erit extra potentiam, non manet infra illam; at vbi non adeſt potentia in cauſa, nec producibilitas in effectu. Contra hanc opinion. plura Trob. 8. met. q.4.

Secunda opinio eſt dicentium, omnia ſiue permanentia, ſiue ſucceſſiua poſſe reproduci. Hanc docet Baſſ. 4. d.53. quæſ.1. art.3. ſequitur Tol. 2. de gen. q.13. c.vlt. probabiliorem putãt Conimb. c.11. q.2. a.3. de permanentibus, & q. 3. a.2. de ſucceſſiuis quodl.7. quæſ.4. Tribuitur Thom. de Ganapo, & Aur. apud Capr. 4. d.43. q.1. a.2. contr.3. *3 Opinio affirmans.*

C Fundamẽtum eſt, quia nulla apparet implicantia ex parte Dei, cũ ex eo, ꝙ ſemel ꝓducat effectũ, nihil deperdat eius potentia: neque ex parte effectus, quia recepiſſe aliqñ exiſtentiã, & deinde amiſiſſe non dicit repugnantiã cũ iterata receptione eiuſdem exiſtentiæ; nã ſicut ante primam productionem erat non ens, ita & poſt corruptionem.

Reſp. Dur. concedendo potentiã Dei nõ ẽẽ diminutã, ſed rẽ corruptã factã eſſe impoſſibilẽ; quia facta eſt impoſſibilis actio, per q̃ fuit facta: vnde negatio entis ꝑuia ad primã productionẽ non ẽ eiuſdẽ rõnis cũ negatione, q̃ terminat corruptionem, quia ꝑuia fundabatur in re, quæ erat in potentia ad eſſendum, vt patet; nam prius poterat produci ex vi naturæ non autem poſt corruptionem. 4

D Sed contra, quia non apparet, cur ſit magis impoſſibilis poſt corruptionem, ac ante productionem, cũ per corruptionẽ non ſit poſita res intra non ens, ꝙ inuoluit implicantiã ad eſſendum, quia non transfert rẽ de eſſentia reali ad non eſſentiam realem, quæ dicitur ens impoſſibile; ſed in non ens, ꝙ dicit negationẽ exiſtẽtię, quã negationẽ ante mundi conſtitutionẽ habebat: & rõ eſt, quia non ens includens contradictionẽ deſtruit rõnẽ eſſentiæ realis; ſed res tam

E ante primã productionem, q̃ poſt corruptionẽ habent eſſe eſſentiale, cum ſint ingenerabiles, & incorruptibiles, & fundent ꝓpoſitiones æternæ vnitatis; equus. n. ſiue ante productionẽ, ſiue poſt corruptionẽ ſemp eſt ſubſtãtia corporea ſenſibilis, etiamſi abſtrahat ab eſſe exiſtentiali.

Neque tamẽ est eadem ratio de possibilitate in ordine ad causas naturales, quia in termino A potentiæ naturalis, non sufficit potentia logica, sed requiritur physica; & in causa reqritur potentia expedita. Neq; est completa in vna sola causa, sed exigitur concursum plurium causarum cum certis circumstantijs, quæ non possũt cohire ad eumdem effectum.

5 *Alij etiam de re successiua affirmant reproductionẽ.*

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam Aureolus excipit tempus, quod hoc dicat ordinẽ ad durationem imaginariam, quæ non potest redire. At vero alij nihil excipiunt; nam tempus ipsum habet suas partes, quæ abstrahunt secundum se ab hac, vel illa duratione imaginaria, sicut quãtitas permanens ab hoc, vel illo spatio imaginario; nam esse præteritum, & futurũ sunt denominationes relatiuæ sumptæ ab aliquo fine, B respectu cuius dicuntur partes tẽporis, præteritæ, vel futuræ sm quas relationes põt variari.

6 *Opinio affirmans de permanentibus negans de successiuis.*

Tertia opinio est dicentium, permanentia posse, non autem successiua. Henr. quodl. 7. q. 16. Ægid. Theor. 1. de corpore Christi. Palud. in 4. d. 53. q. 4. a. 1. & 5. Capr. q. 1. a. 1. concl. 1. & 2. Bagnes. de gen. cap. 11. q. vlt. Vnde Aug. 22. de Ciu. c. 20. loquens de resurrectione carnis; *etsi*, inquit, *omnibus perijsset modis, nec vlla eius materia in nullis naturæ latebris mansisset; tamen si vellet, eam repararet omnipotens.* Tribuitur D. Thom. quodl. 4. a. 5. & opusc. 9. c. 82. 2. de gen. c. 8. vbi secundum aliquos dicitur retractasse sententiam, quam docuerat in 4. d. C 44. q. 1. a. 1. & d. 12. q. 1. a. 2. & 3. p. q. 77. a. 5. & 4. contr. gen. vbi videtur negari, posse idem numero reparari. At vero Capr. loc. cit. ad 7. putat, vel in his locis loqui ex sententia aliorum, quæ suo tempore vigebat; vel loquitur de potentia Dei, non absoluta, sed ordinata; quia vtitur principijs Arist. qui negat posse reproduci naturaliter.

ART. II. Probatur qua ratione entia permanentia corrupta, possint reproduci.

7 *Res permanẽtes, cuius partes manẽt post corruptionem possunt supernaturaliter reproduci.*

PRima Concl. res permanentes, cuius partes manent post corruptionem, possunt per diuinam potentiam reproduci. Patet ex ijs, quæ D docet fides de resurrectione hominum, quidquid delirent Epicurei cum Stoicis, vt refertur Act. 17. & 26. & Saducci apud Plin. lib. 2. de natural. hist. c. 7. & lib. 7. cap. 55. & patet Matth. 22. & Marc. 12. licet hi negauerint futuram resurrectionem, & nihil dixerunt de impossibilitate. Neque est, quod de hac re plura dicamus.

8 Secunda Conclus. per potentiam Dei idem numero post corruptionem reproduci potest, etiamsi secundum aliquam sui partem, vel omnes desierit existere. Probat Sotus; quia ideo reproductio negatur agenti naturali, quia agens naturale, vt agat, requirit multas circũstantias, quæ naturaliter redire non possunt: sed Deus E ob suam infinitatem non exigit in sua actione has circumstantias; ergo. Sed ad hoc respondet Dur. negando illam esse rationem adæquatam, cum natura non possit reproducere.

Secundo probat Scotus: si Deus producat aliquod in instanti, A. & ipsum conseruet in tempore immediate sequenti, tunc erit idem numero in primo instanti, ac in tẽpore sequẽti, quod terminatur ad instans, B. ergo si Deus productum in instanti. A. nolit conseruare in tempore intermedio, & iterum reproducat in instanti, B. idem numero erit in instanti. A. & in instanti B. Consequentia probatur. Tum quia identitas ipsius rei in instanti B, & in instanti, A. non dependet essentialiter à conseruatione ipsius in tempore intermedio, quia non dependet, nec in genere causæ materialis, nec formalis, nec efficientis, nec finalis. Tum quia si esset hæc dependentia à conseruatione in tali tempore, tunc Deus rem, quæ erat in instanti priori, non posset creare in instanti posteriori; nam identitas rei in hoc instanti posteriori dependet essentialiter ab ipso esse conseruato in tẽpore intermedio; sed nihil idem, & vnum potest esse, & produci, sine eo, à quo essentialiter dependet; ergo non poterit eadem res esse, & produci in instanti posteriori, nisi ab eodem agente esset conseruatũ in tẽpore intermedio.

Sed ad hoc argumentum Resp. Durand. idẽtitatem effectus, dum conseruatur, & non corrumpitur, non esse, quia dependet à tempore intermedio, sed quia qualibet res est eadem sibi ipsi; vnde dum non est corrupta, semp manet eadẽ; at vero postquã est corrupta cũ ipsa non maneat, nec potest iterum produci, quia non manet eadem habitudo causæ ad eundem C effectum; quare supposito, quod sit in instanti A. & conseruetur in instanti B. necessariò dependet ab existentia in tempore intermedio, qa alioqui existentia non esset continuata, sed interrupta; interruptio autem redit simpliciter impossibilem ex Durando.

Sed contra; quia ex vi argumenti probatur, interruptionem non reddere rem impossibilẽ, quia illud indiuiduum est capax existentiæ, tã in instanti A, quam in instanti B. siue existat in tempore intermedio, siue non: nam sicut potuit à principio produci in instanti, B. ita potest reproduci, quia non habet dependentiam à præexistentia in tempore intermedio. Sed in hac D ratione non ostenditur, cur possit reproduci, cum id negent aduersarij.

Tertio probant Scotistæ: Negatio existentiæ 9 pcedens generationem, est eiusdem rõnis cum negatione sequente corruptionẽ, tum quia est priuatio eiusdem esse, & hẽt æqualẽ incõpossibilitatẽ respectu esse; tũ quia mutationes oppositæ hñt terminos eiusdem rõnis, licet diuerso modo; generatio aũt, & corruptio sunt mutationes oppositæ; nã illa eadẽ res, quæ in vna est terminus, à quo, in altera est terminus ad quẽ, & è contra: sed negatio pcedens generationem non impedit, quin possit illud idẽ esse generari: ergo neq. negatio seqns corruptionẽ impediet, E quin ipsũ possit regenerari: nã nõ est ratio, cur vna negatio magis impediet, q̃ alia; nã ibi est æqualis priuatio respectu esse; qa vna non magis priuat esse, q̃ altera, & ibi est æqualis oppositio.

Verũ hæc ratio probat ẽt id fieri posse per potentiam naturalem: vnde supra ostendimus discrimen inter illas negationes.

Quarto

Quarto probant alij: Omnes res continentur eminenter in Deo, tanquam in prima cauſa, non ſolum ſecundum gradus ſpecificos, ſed etiam indiuiduales; ergo omne indiuiduum productum à ſecunda cauſa adhuc manet in potentia actiua Dei; ergo poterit à Deo produci.

Reſp. Durand. quod licet antequam indiuiduum ſit productum à ſecunda cauſa, poterit immediatè à Deo produci; non tamen poſtquam eſt productum, quia factum eſt incapax per corruptionem alicuius eſſe; nam alioqui ſi indiuiduum, quod continetur in potentia cauſæ ſecundæ, produceretur immediatè à Deo, poſſet poſt corruptionem reproduci à cā ſecunda, quia contineretur in potentia illius, cū adhuc non ſit ab illa producta: quod tamen ab omnibus negatur; nam eo ipſo, quo effectus productus eſſe deſinit, non manet amplius in potentia alicuius cauſæ, quia factus eſt ſimpliciter incapax exiſtentiæ.

Verum non apparet, cur ſit ſimpliciter incapax exiſtentiæ, licet non ex vi cauſæ naturalis; nam in cauſis naturalibus eſt ſpecialis ratio ſūpta, vel ex decreto diuino, vel ex concauſis, & circumſtantijs; quia nullus effectus continetur totaliter in vna cauſa ſecunda ſicut continetur in Deo: vel ex natura cauſæ naturalis.

10 Quinto probant ex fundamēto relato in ſecunda opinione, quia vbi eſt æqualis potentia ex parte producentis, & æqualis poſſibilitas ex parte producibilis, ibi eſt æqualis productio: ſed poſt rei corruptionem eſt æqualis potentia ex parte Dei, ac erat ante productionem, cum ſit æquè infinita, & in nullo diminuta; atque adeo eodem modo fertur ad omne, quod non implicat; & ſit æqualis poſſibilitas ex parte rei producibilis; ergo. Minor probatur, quia res producibilis poſtquam eſt deſtructa, nō includit maiorem contradictionem ad eſſe, quā antequam eſſet producta, nam ipſum nihil, in qd̄ terminatur deſtructio, non magis priuat eſſe, nec magis opponitur illi, quā illud nihil, quod erat præuium ad generationem. Vnde Scot. ait, illas negationes exiſtentiæ eſſe eiuſdē rationis.

Reſp. ad hanc rationem Durand. 1. negando eandem eſſe potentiā in Deo ante, & poſt corruptionem, quia potentia eſt habitudo quædā ad effectum; at nullum agens etiam infinitum, habet eandem habitudinem ad eūdem effectū, quam prius ad illum habuit.

Sed contra; quia vel nomine habitudinis intelligit ordinem aliquem trāſcendētalem, quo conſtituitur potentia in actu primo, & ſupponit, quod eſt in quæſtione: vel intelligit ordinē trāſcendentalem actualem, qui eſt actio; & primo falſum aſſumit, quia licet agens naturale, ex eo, quod vnica tantum actione aptum ſit producere effectum, non poſſit bis illum producere, quia non poteſt eadem actio redire; tamen quia Deus non limitatur ad producendū eundem effectum vnica tm̄ actione, non ponitur effectus extra ſphærā obiecti adæquati diuinæ potentiæ ex eo, quod eſſe deſijt: quare .I. Deus non poſſet habere eandem numero actionem, per quam primo produxit effectum, tamē poſſet reproducere per aliam: Tum quia ex ſententia Thomiſt. apud Capr. in 4. d. 45. qu. 1. ar. 3. ad arg. Duran. contra ſecundam, actio qua Deus producit creaturas eſt formaliter ipſa volitio, quæ ſemper eſt vna, & eadem in Deo ſine vlla variatione, quia in hoc diſtinguitur agēs creatum ab increato, quod actio illius eſt in termino; at actio creatoris eſt in ipſo Creatore, quia eſt increata. Sed hæc ratio non recipitur communiter ab alijs.

Reſp. 2. Dur. implicantiam oriri ex parte tū termini, tum actionis; quia idem numero terminus eſt incapax, vt terminet duas actiones, ſicut vna actio non poteſt eſſe ad duos terminos: & quia actio præterita non pōt redire, neq; poterit redire idem terminus; quia neq; per eā, neque per aliam actionem redire poteſt. 11

Sed ex dictis patet hoc fundamentum non eſſe ſolidum reſpectu potentiæ diuinæ, quia nulla apparet implicantia, cum non poſſit per potētiam Dei redire eadem actio, & idem terminus non poſſit fieri per duas actiones, nō ſolum ſucceſſiuè, ſed etiam ſimul, vt dictum eſt.

Deniq. conclu. probatur ex ſolut. arg. quibus oſtendunt aduerſarij implicare.

Primum ſumitur ex parte Dei; quia illos effectus poteſt producere, qui cōtinentur in eius potentia; ſed effectus ſemel productus ab aliqua potentia, non amplius continetur in illa; quia contineri in potentia, eſt eſſe intra potentiam; at effectus productus eſt extra potentiā; idem autem implicat eſſe intra, & extra. 12 *Probatur ſolutione argumentorum.*

Confirm. quia ſi Deus ageret de neceſſitate naturæ non poſſet rem corruptam reproducere: ſed Deus, vt agens liberū, non poteſt plus, quam poſſet, ſi ageret ex neceſſitate, quia libertas, & neceſſitas non variant finitatem, vel infinitatem potentiæ, ſed tantum modum operādi: vnde eadem voluntas infinita Dei amat ſe neceſſario, & creaturas liberè, & voluntas humana, vt præuenit rationem agit neceſſariò, vt ſequitur agit libere. Hinc Philoſophi ponentes Deum agere ex neceſſitate naturæ, agnouerunt Dei potentiam infinitam; imo ſi ageret neceſſariò plus poſſet, quia produceret mundum ab æterno, alias nunquam potuiſſet, q̄m tū non pōt libere. Maior ꝑbatur, tū quia ageret modo aliorum agentium naturalium; at hæc non poſſunt reproducere corruptum. Tum quia ſi generatio Verbi interrumperetur, & reproducēdus eſſet filius, non poſſet reproduci idē filius; ſicut non eſſet eadem generatio; ergo multo magis id dicendum eſt, ſi Deus ad extra ageret neceſſario.

Reſp. quod ſicut ex productione effectus nō diminuitur potentia diuina, quoad ſuam perfectionem; nam alioqui producendo fieret imperfectior; ita neque deſinit eſſe intra potentiam; & licet effectus ſit etiam extra; non tamē repugnat, quia intra eſt virtualiter, & in cauſa; extra vero formaliter, & in ſe; neque eſt eadem ratio de virtute finita ob rationes dictas: & accedit, quia omne finitum per ablationem finiti finitur, non ſic autem infinita. 13 *Effectus productus eſt extra in ſe, intra vero in cauſa.*

Ad Confirmationem Resp. Sot. in 4. dist. 44. quæst. vnic. arti. 2. ad 2, Dur. repugnare Deum habere potentiam infinitam, & agere ex necessitate naturæ; quia exhaurietur per productionem effectus, quia ageret totum, quod potest; at infinitum exhauriri repugnat.

A

Sed de falsitate huius alibi; nam patet agentia naturalia, etiā finita, non exhauriri per productionem effectus.

Resp. 2. Sot. quod si ageret ex necessitate naturæ, adhuc posset reproducere, quia adhuc haberet potentiam infinitam.

Vnde ad primam probationem Resp. dupliciter aliquod dici agere ad modum naturæ; primò, quoad modum determinationis; & ita ageret per modum naturæ, quia non ageret cū indifferentia, sicut agunt agentia libera: Secundo, quoad virtutem, & effectus; & ita negatur; quia natura habet virtutem limitatam, Deus autem infinitam; quia posset producere Angelum, & Cœlum, quod nulla natura potest; atq; adeo non mirum, si creatura non potest reproducere corruptum; Deus autem potest.

B

Ad secundam probationem Resp. Palud. posito illo incompossibili, adhuc generaretur idē filius, quia in diuinis non potest dari, nisi vnus filius, quia vnumquodque agitur sicut natum est agi, quare illud, quod non potest esse, nisi idem numero, non potest multiplicari, sicut si Angelus Michael annihilaretur, & Deus vellet reproducere speciem Michaelis secundū Thomistas necessariò reproduceret eumdem numero Michaelem; quia sub specie Michaelis non potest dari aliud indiuiduum.

C

Tertio Resp. alij cum Capreolo, agens liberum plus posse, quam necessarium, quia potest in contradictoria: vnde non solum differt ab illo, quoad modum agendi, sed etiā quoad virtutē, & effectus; potest enim nunc producere, annihilare, & non annihilare mundum; at tunc non posset, quia natura est determinata ad vnum.

14 Secundum sumitur ex parte actionis; nam idem agens non potest producere eumdē effectum, nisi maneat idem, scilicet quoad virtutē, & habitudinem virtutis ad passum vel productum ex 2. de generat. Sed Deus vt producens per primam productionem, licet maneat idem quoad virtutem, non tamen secundum habitudinem ipsius ad corruptum, quod est reproducendum. Maior probatur, nam si natura non potest reproducere corruptum, & Deus potest; hoc erit vel propter differentiam ex parte termini; & non; quia est idem: vel ex parte modi operandi, quod natura agat per mutationem, non sic Deus; & neque, tum quia in reparatione formæ corruptæ, à quocunque fiat, est vera mutatio; nam subiectum se habet aliter, quam prius: Tum quia quod remaneat aliqua pars corrupti, quæ sit subiectum mutationis, potius iuuat ad reproductionem, quam impediat; quia facilius est, partem reproducere, quā totum. Vel est differentia ex parte virtutis, quod virtus Dei sit infinita, naturæ vero finita; & neque; quia effectus finitus, qui ex sua

Deus non habet eandē habitudinem ad effectum corruptum.

D

E

specie est producibilis à virtute finita, non exigit in causa virtutem infinitam, nisi propter modum, quo producitur, scilicet per creationem, vel alium modum impossibilem creaturæ; sed omnis effectus naturalis est finitus, (excepta anima rationali) producibilis secundum suam speciem per virtutem finitam, ergo non exigit virtutem infinitam, nisi ratione modi producendi, qui modus potest ab esse à reproductione, quia posset reproduci per eductionē, sicut si fieret à creatura; ergo ratio, cur natura non possit reproducere, sumenda est ex modo, quo respicit effectum, quia scilicet non respicit sub eadem habitudine, quæ ratio militat etiam in Deo. Minor probatur; nam dum actio naturæ interrumpitur, non manet eadem habitudo agentis ad passum, vel productum; ergo neque idem effectus potest reproduci.

Confir. 1. quia impossibile est ad eumdē terminum terminari plures actiones, ex vi quarū accipiat esse; tum 2. quia quando aliquid per se, & essentialiter pendet ab alio, hoc multiplicato, necessario multiplicatur id, quod pendet: sed effectus vel est idem, vel dependet à sua productione; ergo hac multiplicata, multiplicatur effectus: sed productio effectus est diuersa à reproductione, quia ad vnitatem actionis requiritur vnitas temporis, cum sit saltem mutato quædā; vnde quæ sunt in diuersis temporibus sunt diuersæ, sicut sunt diuersi motus; ergo termini illarū actionum sunt diuersi: Tū quia non datur instantia, nam si idem locus terminato plures motus, ideo est, quia locus non accipit esse ex motu sed ipsum vbi, quo res locatur in loco; & si eadē anima terminat creationem, & resurrectionem, illud est, quia creatio terminatur ad animā secundū se; resurrectio vero ad animam, vt informantem corpus. 15

Confir. 2. multiplicato eo, à quo effectus per se totaliter, & essentialiter pendet, multiplicatur effectus: sed effectus hoc modo dependet à sua productione: ergo non potest esse vnum productum, & duæ productiones.

Resp. ex dictis patere, quomodo maneat, vel non maneat eadem habitudo, siue in actu primo, siue in actu secundo, sicut etiam ex dictis patet, quæ sit differentia inter naturam, & Deum quoad reparationem; nam natura non potest reparare, non præcise ex eo, quia non potest habere habitudinem prioris actionis, sed quia non potest habere habitudinem ad vnum effectum, nisi per vnam numero actionē; Deus autem vel potest habere eamdem actionem, vel respicit effectum non per vnam, sed per plures actiones. 16

Ad primā Confir. Resp. eumdem terminū non posse terminare plures sui productiones, dupliciter posse intelligi, primò, vt vendicet sibi determinatam actionem, ita vt per nullam aliam produci possit, & patet ex dictis esse falsum; nam etiam fatente Durando, effectus, qui producitur à causa secunda, potest etiam produci immediatè à Deo sine concursu causæ secundæ; at ibi necessariò sunt plures actiones,

imò

imò neque respectu eiusdem potentiæ diuinæ illud est verum; nam idem effectus, qui de facto producitur à Deo vt causa vniuersali, potest produci à Deo, vt causa particulari; & mundus, qui fuit creatus in tali tempore, potuisset creari ante, vel post; at in his casibus sunt plures actiones. Secundo potest intelligi vt neget plures productiones, non quia non potuerit prius produci per plures, sed quia semel productus per vnam, non potest amplius per aliā: & in hoc sensu illud impugnat Palud. in. 4.d. 43.q. 3.nu. 48. quod intensio, & remissio sunt diuersæ actiones, & tamen ad eumdem terminum; sic etiam diuersæ intensiones, & remessiones sunt ad vnum terminum, non vt sit, sed vt magis, vel minus sit.

17 Confir. quia productio, & actio distinguitur à termino; ergo non est necessarium, vt multiplicatis productionibus multiplicetur terminus. Contra quem Capr. ibi. q. 1. a. 3. ad 3. Dur. contr. 2. quod actio, motus, & terminus sunt idem realiter, & differunt solum per habitudinem; ergo non potest multiplicari actio realiter, nisi multiplicetur terminus. Sed fallitur; quia eadem entitas potest fundare plures formalitates: vnde melius illum rejicit, negando terminum intensionis, & remissionis, esse eumdem, qa terminus intensionis est calor sub esse perfecto; non sic autem terminus remissionis. Et idem dici debet termino augmenti, & decrementi. Secundo contra Durandum objicit Paludanus; nam quando plura agentia possunt concurrere ad eumdem effectū, ibi sunt plures actiones; & tamen est vnus effectus. Sed rectè Capræolus negat esse plures actiones, nisi partiales; quia sicut ex illis agentibus fit vnum completum agens; ita ex illis est vna completa actio habens diuersas habitudines ad diuersa agentia: quare. Resp. Capræol. cōcedendo nō posse idem produci duplici productione creata, quia productio secundum esse absolutum identificatur cū re producta; at vero posse idē productum produci per productionem creatā sibi identificatam, & per aliam increatam, quæ essentialiter, & realiter differt à termino.

18 Ego vero Resp. eumdem terminum posse terminare duplicem actionem, etiam creatam; quia licet actio sit idem realiter cum termino; tamē ab eo differt formaliter: at non repugnat eūdem terminum realiter habere duas formalitates distinctas, etiamsi connaturaliter non possit, Neque obstat exemplum, quod adducit de loco terminante plures motus, ex eo, quia non habet à motu, vt sit; nam ratio propria est, quia locus non est terminus motus, nisi extrinsecus; nam intrinsecus est ipsum vbi. Pro qua re videnda sunt, quæ diximus de dependentia effectus ex duplici causa totali.

19 Ad secundam Confir. Resp. Paludanus negando maiorem, nam idem effectus dependet ab agente, & patiente, vniuersali, & particulari, masculo, & femina. Quod si dicatur ab his pendere vt integrant causam sufficientē: at vero argumentū procedit, quando sunt plura, quorū singula sunt sufficientia, à quibus immediate pendet effectus. Tunc id conceditur naturaliter, & simul, non autem successiuè; nam sic duæ productiones possunt terminari ad idem, quia ꝑductio potest terminari ad omne possibile produci; at corruptum est possibile produci sicut prius, quia per annihilationem non magis elongatur ab entitate, quā erat ante creationem, & idem ostendit Trombetta Theologicè, & physicè loco cit. ex generatione, & resuscitatione, & generatione eiusdem æquiuoca, & vniuoca ex Augustino 3. de Trin. cap. 9. & ex eodem vbi acquisito per motum circularē, & rectum.

Resp. 2. Capr. ibid. ad 6. negando minorē, quia nullus effectus dependet necessario, & essentialiter in genere causæ efficientis ab actione creaturæ, quia quilibet effectus potest fieri per actionem Dei, quæ non est multiplicabilis. Verum de hac re alibi.

Tertium Sumitur ex vnitate effectus; nam vnitas effectus numerica pendet non solum ab hac materia, & hoc agente, sed etiā à tali actione: sed hæc actio nō potest redire, quia pendet ab hoc tempore, seu mora. 20 *Obiec. 3. ab vnitate effectus.*

Confir. quia si Deus crearet Angelum, & postea annihilaret, & deinde reproduceret, verè diceretur, quod Angelus bis extiterit; & per consequens haberet diuersas durationes: sed hoc est impossibile; tum quia duratio Angeli est idem realiter cum Angelo, atque adeo Angelo nō multiplicato, nō potest multiplicari eius duratio: tum quia illa pluralitas vel est ex parte agentis; & non; quia est vnus: vel ex parte alicuius extrinseci; & neque; quia posito, quod Deus nihil aliud produxerit, nisi Angelum, adhuc diceretur bis extitisse; ergo est ex parte substantiæ Angeli, vel eius durationis, quæ est idem cum Angelo.

Confir. 2. effectus postquam est productus, non est amplius producibilis; quia iam accepit suam existentiam; ergo post corruptionem nō est amplius reproducibilis; qa ex vi corruptionis non acquirit aliquam perfectionem, at maximam acquireret, si improducibilis, fieret producibilis.

Resp. primo aliqui, negando, actionem secundum se, & essentialiter dependere ab hac vel illa mora; nā posset Deus efficere, vt actio, quæ est in hoc instanti, fieret à creatura in alio instanti.

Resp. secundo, alij, quod etiamsi hæc entitas habeat connaturalem connexionem cū hac actione in ordine ad causas naturales: non tamē in ordine ad potentiam Dei, in qua continentur eminenter omnes virtutes, & actiones causarum creatarum.

Ad Confir. Resp. quidam in eo casu Angelum bis existere per diuersas durationes coexistentes diuersis temporibus; & licet æuum non distinguatur realiter ab Angelo; quia tamen distinguitur formaliter, potest multiplicari æuū non multiplicata substantia Angeli.

Resp. 2. Alij putantes æuū nec realiter, nec formaliter distingui ab Angelo, reproducto Angelo, reproduci idem æuum, quod denominaret

naret Angelum bis existere, quatenus concipitur habere successiuè plures respectus ad plura tempora, quibus coexisteret; nam sicut nunc per idem æuum coexistit continuè diuersis tēporibus; ita tunc coexisteret interruptè; & ideo diceretur bis existere; vnde patet ad secundam probationem, quod tunc diceretur bis existere per duplicem durationem, siue formaliter, siue ratione distincta.

22 Aliter Resp. Palud. & Capr. dicentes, ibi numerari existentiā non numero creati, vel creātis, sed numero creationis .s. passiuæ, quæ ex Capr. ibi ad 4. Dur. contr. 2. nec est eadem cum suo termino, nec illum intrinsecè includit.

Ad secundam Confirm. Resp. effectum corruptum simpliciter esse producibilem, quia non inuoluit repugnantiam, licet sit improducibilis à natura, vt benè probat Palud. quia per annihilationem transfertur quidem in non ens existens; non tamen in nō ens, quod includit repugnantiam. Neque est eadem ratio de effectu producto, quando id durat; nam est improducibilis, non quia distat ab entitate, sed quia habet entitatem productam; productio vero supponit negationem entis, quam negationem habet res corrupta: vnde res per corruptionem non acquirit perfectionem, sed imperfectionē, necessariò tamē requisitam ad productionem. Ex quo fit rem annihilatam, vel corruptam cōtineri adæquatè sub obiecto diuinæ omnipotentiæ, quia habet rationem entis.

23 Quartum, sumitur ex principio indiuiduationis; nam vbi ponitur principium plurificans indiuidua, implicat ibi poni vnitatem, vt patet ex terminis: sed vbi ponitur interruptio, quo ad actum essendi, ibi ponitur principium plurificans indiuidua; hoc autem ponitur in re dū corrūpitur, etiamsi deinde reproducatur; quia inter primam existentiam, & secundam interponitur negatio existentiæ. Minor probatur inductione; nam posito eodem Motore, eodem Cœlo, eodem centro, alia est reuolutio Cœli ab Oriente in Occidens, & è contra, quæ fuit hodie, ab ea, quæ erit cras; quia intellectus ibi cōcipit plures dies, hodiernum .s. & crastinum; at hoc non est, nisi quia ibi intercipitur motus Solis sub nostrum Orizontem.

Obijcit. 4. ex principio indiuiduationis

Secundo, idem patet in luce producta à Sole ascendente, quæ corrumpitur dum abest, & est diuersa numero à luce, quæ de nouo producitur, dum Sol iterum ascendit; at hoc non, nisi quia ibi intellectus concipit interruptionē lucis à luce.

Tertio, idem patet in quantitate dimensiua, quæ per diuisionem plurificatur numero.

Quarto, idem patet in rebus, quæ mensurantur tempore; nam interrupto eo, quod est de conceptu alicuius, interrumpitur esse illius, nā oppositum implicat contradictionem: sed duratio est de conceptu cuiuslibet existentiæ, & actus; quia talia significata per verbum nō possunt intelligi sine duratione, cum verbum significet rem per modum fluxus, & sit consignificatiuum temporis; sed eadem oratio non potest redire eadem numero; quia impossibile est corruptum, & rediens continuari; alias tempus rediens non fuisset interruptum, nec id, quod redit, fuisset corruptum; ergo neque existentia, & talis actus potest idem numero redire; & licet tempus non sit de essentia rei secundum se, est tamen de conceptu rei, vt exprimitur per verbum.

Confirmatur, quia variata causa, variatur effectus; sed causa identitatis in forma est identitas materiæ, & agentis secundum actum: at in re corrupta, & reproducta, licet sit eadem materia; at non tamen idem agens formaliter, quia agens formaliter, & in actu est per actionem; at hæc non est eadem in productione, & reproductione. hæc Aureol.

Resp. Capreolus ex illis argumentis probari successiuum corruptum non posse idem numero reparari, & per consequens etiam ens permanens, quatenus est subiectum motus: non aūt probari de entitate permanente secundum se: vnde negat minorem, & ad primam probationem Resp. illud esse verum de circulationibus, quia sunt entia successiua. 24

Ad secundam Resp. illud verum esse de illuminationibus, quæ fiunt per motum: nō autem de luce, quæ fieret sine motu, vt fiet post diem iudicij; nam si radius tunc interrumperetur, posset idem numero reparari, nec ibi intellectus infallibilis poneret distinctionem inter radium productum, & separatum; licet intellectus sequens phantasticas fallacias poneret distinctionem, sed falsò.

Ad tertiam probationem Respōd. aliud esse diuisionem, quæ est inter duo, nam idem à se ipso non diuiditur; aliud, interruptionem entitatis existentis; nam hæc potest esse eadem producta, & reparata, etiamsi medio tempore non sit existens.

Ad quartam probationem Resp. entitatem permanentem posse cōsiderari dupliciter; vno modo, vt dependet à tempore, & motu; & sic per interruptionem habet diuersitatem, sicut & motus: secundo, secundum se, & ita abstrahit à motu; vnde interruptio permanentiæ nō impedit vnitatem rei permanentis in ordine ad diuinam potentiā, sicut interruptio motus repugnat eius vnitati; & falso dicitur tempus esse de conceptu rei permanentis, vel cointellectu existentiæ ipsius intelligibilis, quod si tempus cointelligitur ipsi esse permanenti, hoc est, per accidens propter imperfectionem nostri intellectus, qui cum pro hoc statu non intelligat sine phantasmatibus, admiscetur in eius intellectione continuum, & tempus, vt ostendit D. Tho. 1. p. q. 85. ar. 5. & 1. dist. 8. q. 2. ar. 3. vbi ait, *quia ratio nostra connaturale habet secundū statum viæ accipere cum tempore propter hoc, quia eius cognitio oritur à sensibilibus, quæ in tempore sunt, ideo non potest formare enunciationem, nisi per verba temporalia; vnde & cogitur de Deo enuncians verbis temporalibus vti, quamuis intelligat illum supra tempus esse.* Hinc fit intelligentias non intelligere necessariò tempus cum esse, vel cum alijs actibus, qui tempore non mensurātur cointellectu verbis 25

Tempus per accidens cointelligitur rei permanenti.

bis, & ad dictum Auer. 4. phyſ. quod tempus ſit, loqui de verbis adiectiuis, vt curro &c. non autem de ſubſtantiuo, alias non poſſet enunciari de rebus permanentibus.

26 *Ad variationē temporis non variatur res.*

Reſp. Secundo, nō rectè ſequi, ex eo, q̃ tempus ſit de cointellectu ipſius eſſe, reſpectu omnis intelligentis, ibi eſſe diuerſum eſſe, vbi eſt diuerſum tempus, quia alioqui nulla res eadem poteſt eſſe in diuerſis temporibus, etiam interruptis, & tamē ſol idem fuit ante tempus Ioſue: quando ſtetit, & poſt illud tempus adhuc exiſtit, quare ad variationem temporis, non eſt neceſſarium variari rem: quæ eſt in tempore.

Ego Reſp. hanc Capr. doctrinam circa res permanentes veram eſſe: ſed circa res ſucceſſiuas infra videbimus.

Ad Confir. Reſp. Capr. rectè inde ſequi non poſſe per naturam idem numero reparari, non tamen per potentiam diuinam, quia natura deberet id præſtare per duas actiones, quæ naturaliter non poſſunt terminari ad eundem terminum, at Deus agit per vnam. Ego Reſpondeo, etiā ſi Deus agat per duas actiones, adhuc poſſent illæ terminari ad eundem terminum, quia ſunt ab vna virtute actiua, tam actiones, quam termini; vnde eſt idem agens formale in actu primo, quia eſt idem principium formale.

DVBITATIO TERTIA.

An idem numero ens ſucceſſiuum poſſit à Deo ſupernaturaliter reproduci.

DE hac quæſtione Scholaſtici 4 diſt. 43. vbi Paludanus q. 4. Capr. Dur. Aureol. Baſſ. Mairon. d. 44. q. 3. vbi Sotus, Henr. quodl. 7. q. 1. Ferr. 4. contra Gent. c. 81. Fonſ. 8. met. c. 5. q. 3. Conimbr. 2. de gener. c. vlt. q. 3. Tol. q. 13. Bañes c. 11. q. vlt. Murcia diſp. vlt. q. vlt. Ruuius tract. de reprod. rerum q. 4.

ART. I. *Explicatur ſenſus quæſtionis.*

1 *Ens ſucceſſiuum quid ſit.*

PRimo Not. ens ſucceſſiuū diſtingui ab ente permanente per modū eſſendi vtriuſq; diuerſum; nam permanens dicitur, quod ſecūdum ſe totum eſt ſimul, cōtra vero ſucceſſiuū cuius nulla pars entis conſtitutiua eſt ſimul cū alia, ſed neceſſariò vna eſt prior, altera poſterior, Hinc ſecundo differunt, quod ens ſucceſſiuum includit plures partes, nā ſucceſſio non eſt eiuſdem ad ſeipſum; at ens permanens, licet poſſit habere partes, non tamen id eſt neceſſarium, quia poteſt eſſe indiuiſibile.

2 *Ratio formalis entis ſucceſſiui quæ ſit*

Secūdo Not. hanc quæſtionē maximè pendere à ratione formali cōſtitutiua entis ſucceſſiui, quæ nā ſit; nam Dur. putat non eſſe, niſi modum purum eſſendi, qui conſiſtit in habitu dine prioritatis, & poſterioritatis vnius partis ad aliam. Alij in negatione modi eſſendi ſimultanei, quaſi idē ſit ens ſucceſſiuum, ac ens, cuius partes non exiſtunt, nec exiſtere poſſunt ſimul. Alij vero dicunt, eſſe formam accidentalem realem fluentem, à qua, cum partes alicuius formæ informantur, ſunt fluentes, & ſucceſſiuæ; & quia ſucceſſio vnius rei ad aliam

A poteſt eſſe continua, & diſcreta, vt ſit ens ſucceſſiuum, debet illa ſucceſſio partium eſſe continua; & quia ſucceſſio continua plurium neceſſariò exigit aliquam durationem, quia in inſtanti non eſt huiuſmodi ſucceſſio, ſed ibi eſt ſimultas; ideo ad quodlibet ens ſucceſſiuū ſequitur ſua duratio intrinſeca, quæ dicitur tempus intrinſecum: & quia ex aliquo motu ſucceſſiuo, qualis eſt localis, ſæpe reſultat alia qualitas ſucceſſiua, quæ dicitur ſonus ex multorum ſententia; ideo tria ſunt genera entium ſucceſſiuorum primum, eſt motus, ſecundum, tempus, tertium, ſonus, nos hoc tertio omiſſo de duobus primis tractabimus.

B Tertio Not. in motu quatuor poſſe diſtingui ſiue à parte rei, ſiue rōne (de qua re infra) Primo partes formæ, quæ ſucceſſiue acquiruntur: Secundo ipſa acquiſitio partium: Tertio ſucceſſio acquiſitionis: Quarto cōtinnitas ſucceſſionis. Denique eſt ipſa duratio ſucceſſiua. Hinc patet, quæſtionem eſſe poſſe de his, an ens ſucceſſiuum poſſit reproduci ſecundum omnes has formalitates.

Quarto Not. à Doctoribus poni tam in duratione, quam in loco duplex ſpatium; vnum imaginariū; alterū reale: inter quæ hoc ponunt diſcrimen, quod imaginarium non eſt aliquid poſitiuum, ſed aliquid negatiuum, quod concipitur ad modum entis neceſſarij quoad ſuū 3 *Spatium duplex datur in loco, & tempore.*

C modum eſſendi actualem abuſiuè; nam imaginariæ durationis partes ita cōcipiuntur fluere, vt quæ ſemel fluxit, nō poſſit amplius concipi, vt iterum fluens, quia vendicat ſibi certā ſeriē in tota duratione inuariabilem: at vero ſpatium reale eſt poſitiuum, ſed contingens, & mobile; nam contingenter exiſtit, cum pendeat à libera voluntate ſaltem primæ cauſæ, & mutari poteſt, vt patet in loco, qui continuè mutari poteſt, & ſpatio durationis, quod licet eſſentialiter, & ſecundum ſe dicat partes fluentes priores, & poſteriores; nulli tamen parti eſt intrinſecum eſſe priorem, & poſteriorem; ſicut partibus termini non eſt intrinſecum, quod vna ſit

D prior, altera poſterior.

Confir. ex numero, qui eſſentialiter conſtat ex pluribus vnitatibus, nulli tamen eſt intrinſecum eſſe primam, & vltimam; vnde fit, vt variari poſſit ordo, & quæ eſt prior fiat poſterior, & è contra. 4

Dices duratio realis correſpondet, & quaſi replet duratione imaginariam; ſed hæc eſt immutabilis; ergo, & duratio realis; nam abſtracto, vel variato termino, deſtruitur, vel variatur reſpectus correſpondentiæ.

Reſp. durationem realē poſſe accipi dupliciter; primo, vt dicat reſpectū correſpondentiæ ad imaginariam; & ſecundum hanc relationem non poteſt ſemel tranſacta redire, quia nō

E reddit ſpatium, cui correſpondet: ſecundo ſecundum ſe, & propriam entitatem; & ita, vt accidit illi correſpondentia ad talem, vel talem durationem imaginariam, ita poteſt variare reſpectum; & nunc habere correſpondentiam ad talē durationem; nunc vero ad aliam. Oritur

tur hoc discrimẽ ex eo, quod imaginariũ concipitur vt non causatum, & per consequens, vt habens fluxum, & ordinem suarum partium à se, & non ab alio; at hoc est esse successiuum, & immutabile quoad suũ modũ essendi abusiuum. At reale est verè productum à sua causa, quæ, cum libera sit, potest dare, & nõ dare illi existentiam, & prius vni, quam alteri parti; & hinc fit, esse contingens, & variabile quoad suum modum essendi.

5 *Spatium imaginarium durationis differt à locali.*

Quinto Not. spatium imaginariũ durationis in hoc differre à locali; quod hoc sit & cõcipiatur permanens, & in sua permanentia immutabile; & ideo vt fiat præsens alicui corpori, necessario exigit mutationem in corpore, quia ad hoc vt duo ex non coexistentibus fiant coexistentia, requiritur, aliqua mutatio in vtroque, vel altero extremo; sed cum spatium sit incapax mutationis, necessariò debet illa esse in altero extremo: & hinc fit, vt idem corpus non possit fieri præsens diuersis partibus spatij, nisi per sui mutationem, qua acquirit modum, qui dicitur vbi. At vero imaginaria duratio concipitur fluens, tanquam fluuius continuo decurrens: & hinc fit, vt possit aliquid ex non præsenti fieri illi præsens sine aliqua mutatione sui, quia talis est mutatio in duratione fluente, sicut turris in medio fluuij immota existens, fit præsens diuersis partibus aquæ ex mutatione aquæ defluentis: vnde fit, vt idem motus possit esse in hac, vel illa duratione imaginaria, & illi accidit, quod coexistat huic, vel illi parti durationis imaginariæ.

6 Confir. quia æuũ, vt coexistens maiori, vel minori durationi imaginariæ, cõcipitur maius, vel minus, cum tamen in se formaliter sit eiusdem, & indiuisibilis perfectionis; ita duratio eiusdẽ motus reproducti intelligitur coextendi maiori durationi imaginariæ, & in se habere maiorem quandam durationem, cum tamen sit in se semper eadem, & æqualis; quia existẽs, dum primò productus fuit, coextitit vni parti durationis fluentis circa illum; & dum reproducitur, per eãdẽ sui existentiam coexistit alteri parti durationis fluentis: quare tota variatio quoad coexistentiã est ex parte imaginariæ durationis fluentis. Oritur hæc differentia ex dictis, quia corpus non fit præsens spatio, nisi per sui mutationem; at durationi, sine sui mutatione, quia sufficit mutatio in duratione, quæ quasi localiter concipitur moueri ad acquirendam præsentiam rebus sub ea durantibus: quæ omnia sunt contra Ruuium loc. cit. supponenda ex dicendis infra de tempore.

7 Sexto Not. ex Conimbr. loc. cit. cum agitur de possibilitate productionis, vel reproductionis alicuius rei, non est necesse, vt illa omnibus modis esse possit, sed sufficit, si sit aliquo modo, etiamsi esse alijs modis implicet, eo q; in illorum modorum positione oritur aliquod absurdum. Ex quo soluuntur omnia argumenta, quæ non probant directè, non posse reproduci ens successiuum, sed non posse reproduci cũ tali circumstantia vt v.g. quod quadrans horæ coexistat mille ãnis, vel omnes quadrantes mille annorum coexistant vni quadrãti. Hinc Mai. in 4. d. 44. q. 3. docet, Deum non posse omnes circumstantias vniuersi reparare; nã licet Deus habeat futurum in potestate sua, non tamen præteritum, vt præteritũ; quatuor enim circũstantiæ inueniuntur in rebus scilicet Primitas, Nouitas, Secunditas, Binaritas; Primitas, & Nouitas se tenent ex parte modi primo producti, nec possunt reparari; quia quod semel prius productum est, non potest amplius prius produci, & similiter q; fuit primo de nouo productum, non potest eadem natiuitate iterũ produci: Secunditas autem, & Binaritas se tenent ex parte renouati; quia non potest aliquid secũdo produci, nisi supponatur primo productũ & annihilatum; nam quando primo producit, non potest bis produxisse.

ART. II. Opinio, & Argumenta, quibus probatur implicare reproductionem entis successiui.

8 *Opinio negãs ens successiuum posse reproduci etiã supernaturaliter.*

PRima Opinio est dicentium, ens successiuũ, nulla ratione posse reproduci, etiã per diuinam potentiã. Ita D. Tho. Henr. Dur. Capr. Ferr.

Primo ex potentia Dei, nam vt dixit ille, hoc solo priuatur Deus, vt careat potentia ad præteritum; vnde in omnium ore versatur, *fugit irreuocabile tempus*: at si posset præteritum reproduci, haberet potentiam ad præteritum.

Respondent, potentiam ad præteritum, quę Deo negatur, est vt nequeat facere, vt præteritum non sit præteritum.

Sed contra, quia si præteritum reproduceretur, iam præteritum esset præsens, atque adeo non esset præteritum; vt v.g. si hora nona ponatur decima, non est amplius nona: Quodsi dicant fuisse tunc, & nunc eamdem etiam esse; tunc sequeretur eamdem horã esse duplo longiorem seipsa; & vnum esse duo; quæ videntur implicare.

Confir. quia sequeretur partẽ horæ breuissimam semper pluere, si immediatè post eius corruptionem reproducatur pluries, & pluries in infinitum.

Secundo Natura entis successiui, ex eo, quod est quantitas, vendicat sibi, quod habeat partẽ extra partem; ex ratione vero successionis vendicat, vt partium illarum aliquæ sint priores, aliquæ posteriores ex 4. physic. t. 50. & 100. at si successiuum posset reproduci; partes quæ sunt priores, possent fieri posteriores, & contra; atque adeo amitteret rationem sibi essentialem. Minor probatur, quia si finito extremo quadrante, posset reproduci hora, posset incipete reproductionem ab extremo quadrante, ita vt ex quarto fiat primus, & tertius fiat secundus, & secundus tertius, & primus denique vltimus, atquè eadem pars erit prior, & posterior respectu eiusdem motus.

Respondent, sicut nõ repugnat, idem subiectum esse album, & nigrum successiuè; ita neq; esse prius, & posterius successiuè.

Sed contra: quia hinc esset idẽ prius, & posterius simul; quia eadem est prior, & eadem est

seipsa

seipsa posterior. Quodsi dicas, nūc esse posteriorem seipsa, quatenus prius fuit prior: tunc contra; quia dum reproducitur successio, reproducitur ipsa prioritas, & posterioritas; nā successio est essentialiter per habitudinē prioritatis, & posterioritas, vnde ipsa prioritas transit in habitudinem posterioritatis; at repugnat vnam habitudinem fieri aliam, sicut albedinem fieri nigredinem, vt fuse Durandus, prosequitur. Maior probatur; quia partes motus non sunt partes, quæ denominatiuè sint priores, & posteriores, sed essentialiter; qa motus essentialiter constituitur ex habitudine prioritatis, & posterioritatis existentiæ mobilis secūdum aliam, & aliam sui partem in loco; qa totus motus est essētialiter successio p totū locū; at si pars motus præterita posset reparari, tunc habitudo prioritatis efficeretur habitudo posterioritatis.

Confir. quia de ratione temporis est, vt constituatur ex partibus præteritis, & futuris continuatis per idem instans: sed si tempus reproduci posset, non constaret ex illis, nam posset pars præterita immediatè post reproduci, atqueadeo esset præterita, & futura; & non esset ibi pars distincta futura, cum qua coniungeretur præterita per instans præsens, quia idem non continuatur secum, sicut neque coniungitur sibi ipsi per vnionem realem.

10 Confir. 2. quia sequeretur posse partē temporis præteritam reproductam fluere simul cū parte præsenti, vel futura temporis: at est impossibile duas partes temporis simul fluere; nā partes temporis debent distingui tanquā priores, & posteriores, vt patet ex natura temporis, quę est numerus motus secundum partes priores, & posteriores. Maior probatur, nam si reproducatur, dum alia pars existit, necessariò fluet cum illa, quia tempus non potest reproduci, nisi vt fluens iuxta naturam suam.

Confir. 3. ex Dur. Quia si posset reproduci, posset etiam conseruari, ne corrūperetur; at hoc esse falsum patet; quia sic permaneret, & non flueret. Minor probatur; quia non requiritur maior, virtus ad conseruandam rem productam, ne corrumpatur, imo minor (cum cōueniat causis naturalibus) quam ad rem corruptam reproducendam; vnde si Deus nō potest facere, quin fluat, dum est; multo minus potest facere, vt redeat, dum fluxit.

11 Resp. negando maiorem, quando conseruatio repugnat cū natura rei conseruabilis, qualis est natura entis successiui; at non sic reproductio; vnde difficilius est rē detinere, ne fluat, quam illam de nouo producere postquam fluxit.

Sed contra, quia sicut conseruatio repugnat enti successiuo, quia inde fieret, vt esset permanens; ita etiam, & reproductio, quia inde fieret; vt etiam esset permanens; nam illud dicitur permanens, quod sine interruptione potest idem simul pluries sumi; at motus v.g. posset pluries sumi sine interruptione, vt v.g. si motus ab.A. in.B. statim reproduceretur postquam mobile peruenit in B. iam iterum sumeretur.

Tertio Ex vnitate numerica entis successiui: 12
A nam implicat idē esse simul multiplex, & vnū; at si idem successiuum posset reparari, tunc idē esset multiplex & vnum; ergo Minor probatur tum primo, ex Goffred. quodl. 6. q. 2. & D. Tho. quia vnitas entis successiui consistit in continuatione durationis suarum partium; sed per corruptionem destruitur continuatio partium, quia destruitur existentia, & duratio, vt patet ex natura corruptionis; ergo ens successiuum corruptum, & reproductum est diuersum, & tamē ponitur esse vnum: ergo. Neque est eadem ratio de continuo permanente; quia hoc sicut accipit vnitatem ex continuatione per vnionem, & non per durationem; ita per se non destruitur eius vnitas per corruptionem
B existentiæ, sed per diuisionem; quare secundū se non dicitur habere duplicem rationem per corruptionē motus, nisi per accidens, quatenus scilicet est subiectum duplicis motus. Tum secundo, quia sequeretur idem subiectum habere duo accidentia solo numero distincta, vt v.g. si ponatur mobile mouere ab.A. in B. per C. tunc si motus vsque ad.C. statim, & immediatè post eius corruptionem reproducatur, & simul moueretur vsque ad.B. tunc ibi essēt simul duæ partes motus solo numero distinctæ: imo sequeretur posse moueri duobus motibus contrarijs simul, vt si dum reproducitur motus ab A. in.B. idem mobile ex virtute sua naturali
C reflecteret motum, & rediret ex B. in A. tunc moueretur naturaliter ex.B. & in .A. & p motum supranaturaliter productum ex.A. in B. quos motus, cum sint ex oppositis terminis, & ad oppositos, patet esse contrarios. Tum tertio, ex Ruuio. Ad indiuiduationem motus requiritur identitas agentis, subiecti, termini, & temporis vt .5. phy. dicetur; vnde quolibet horū variato variatur identitas numerica motus; sed dum producitur & reproducitur motus, & tempus illi intrinsecum, necessario variatur duratio imaginaria, respectu cuius indiuiduatur motus; ergo non est idē productum, & reproductum; cum tamen ponatur idem. 13

D Respondent motum variari quidem ex alijs; at non ex tempore; nam vel accipitur illud, quod est intrinsecum; & hoc cum consequatur, non dat vnitatem: vel extrinsecum; & ab eo non habet dependentiam: vnde Deus potuisset eūdem numero mundū cum eodem motu facere ante, vel post mille annos, quam fecit.

Sed contra, quia licet tempus imaginariū sit extrinsecum; tamen ex naturali ordine est tanta connexio inter motum, & tempus imaginariū: vt sicut non potest concipi motus sine duratione imaginaria; ita neque hic motus sine hac duratione. Neque obstat extrinsicheitas; nam etiā subiectum est extrinsecum motui; & tamen
E hic ab illo pendet quoad suam indiuiduationē: quare sicut dependentia à subiecto est intrinseca motui; ita, & dependentia ab hac duratione imaginaria: & hoc; quia agentia corporea intrinsecè pendent in suis operationibus à tēpore. Tum quarto, quia sicut corpus per suam extensionem fundamentaliter, & per suam pręsentiam 14

sentiā est præsens formaliter spatio imaginario; ita motus per suam extensionem intrinsecam fundamentaliter, & per suam præsentiam, quæ dicitur duratio successiua, est præsens formaliter durationi imaginariæ; nam sicut non potest concipi corpus existere, quin concipiatur in aliquo spatio locali imaginario; ita neque motum existere, quin existat in aliqua duratione imaginaria, (vtrobique enim est eadem necessitas) ita præsentia temporalis indiuiduatur in ordine ad hanc durationem imaginariam: ergo sicut implicat idem corpus siue simul, siue successiue per eamdem præsentiam esse in duobus spatijs, vel in eodem spatio p præsentiam, quæ respicit duo spatia; ita implicat eumdem motum esse in diuersis durationibus imaginarijs p diuersas præsentias, seu durationes proprias at si posset reproduci idē motus; tunc posset esse per eamdem durationem in duabus durationibus imaginarijs, nam per eamdem durationem esset præsens durationi imaginariæ, quæ tunc fuit, & nunc per eamdem esset præsens alteri, in qua reproducitur. Tū quinto ex Fonseca. Motus habet suam indiuiduationem à spatio imaginario successiuo, & hodiernus motus solis, & Dies dicitur ex eo, quod incidunt in hodiernū spatium imaginarium successiuum, quādoquidem si incidisset in hesternū, non esset hodiernus motus, & tempus, sed hesternus; at hodiernum spatium imaginarium nō potest redire, vt ostendit Fonsec. lib. 5. c. 13. q. 11. sec. 2.

15

16 Quarto Ex cōsequentibus entia successiua: nam si motus posset reproduci, posset & tempus; quia est ipsius intrinseca, & necessaria passio; at tempus non potest; ergo. Minor probatur; tum quia tempus verū dicit ordinē necessarium ad tempus imaginarium; at hoc secundum omnes, est irreparabile; ergo. Tum quia tempus imaginarium concipitur ad modum temporis veri, alioqui esset omnino liberè, & sine fundamento fictum; ergo cum concipitur, vt habens partes fluentes immutabiliter, debet tempus verum habere partes simili ratione; nā alioqui esset conceptio non fundata.

Confir. quia reproductio entis successiui, vel est simpliciter possibilis, vel impossibilis: non primum; quia contra communem, posset etiam fieri virtute naturali; nam quando effectus est simpliciter possibilis, continetur sub obiecto virtutis, quæ est æqualis virtuti pductiuæ illius; at virtus, quæ produxit non immutata, sed eadem cum ea, quæ prius produxit; ergo est simpliciter impossibilis, sed talis effectus subterfugit omnem causam.

ART. III. Referuntur aliæ opiniones circa reproductionem entis successiui.

17 *Opinio affirmans supernaturaliter posse reproduci successiuū.* SEcunda Opinio est dicentium, posse omnia entia realia successiua per diuinam potentiam redire. Ita Aureol. apud Capr. loc. cit. citatur Mayr. d. 44. q. 3. sed falsò; Bernardus, cōtra Henr. quodlib. 7. q. 14. & 2. de gen. q. vlt. apud Rubium. Bassol. d. 43. q. 1. Tol. 2. de gen. q. vlt. putant probabilē. Cōimbr. loc. cit. Ægid. Lusit. p. 2. to. 3. lib. 1. q. 3. a. 2. §. 3. concl. 2. & 4. & Suar. 2. to. in. 3. p. disp. 34. sec. 6. ad finem ait, hactenus non esse demonstratum successiua non posse reproduci.

Fundamentum sumitur ex eo, quod diuinæ potentiæ nihil debet denegari, quod non ostēditur implicare; at nulla ratione ostenditur successiuorum reproductionem implicare, vt infra; ergo.

Tertia Opinio est vario modo distinguētiū, nam aliqui volunt, motum posse, tempus non posse reproduci. Ita tribuitur Aureol. apud Capr. loc. cit. art. 2. cōtr. 3. conc. Sequtur Mayr. 4. d. 44. q. 4. in fin. vbi ait, tempus quoad formale non posse reparari, at motum posse; quia potest esse idem in diuersis temporibus. 18 *Alij cōcedunt de motu, negant de tempore.*

Secundo Alij cum Fonsec. loc. cit. sec. 3. distinguunt, motum, & tempus accepta, vt incidunt in tempora imaginaria, non posse reproduci. Secundo motū pro continuitate successiua, p quā forma absoluta acquiritur, & tempus pro duratione illius motus non possunt reproduci. Tertio motus acceptus pro forma absoluta, quæ acquiritur, potest reproduci preter motum localem; nam constat ex dictis, formas absolutas quocunq; modo desierint, posse reproduci, excipitur autem motus localis, quia huius terminus est locus; at cum hic nunquam definet, non potest de eo disputari, an possit reparari; quia locus, vt sic, non potest intelligi sine immobilitate, alioqui rupes in fluuijs, & turres in aere fluente semper loca mutarent ob mutationem superficierum corporis continentis; at dicuntur semper esse in eodem loco ob superficiē sui imaginarij omnino immobilis, in quam incidens superficies realis habet rationē loci. At vero secundum eos, qui ponunt terminum motus esse præsentiam, seu vbi, per quod subiectum finitum est in tali spatio, distinctum à spatio, & mobili, dicendum est, posse reproduci.

Tertio Alij cum Suar. disp. 5. met. sec. 3. nu. 6. in rebus successiuis considerari posse id, quod est reale, & positiuum; & id, quod in illis includitur per modum negationis, seu priuationis; nam successio necessariò dicit, vt aliquid fuerit, & iam non sit; & quod aliquid futurum sit, & non dū sit; & quidē ratione positiui posse reproduci, nam sicut idem calor potest reproduci, ita, & eadem calefactio; & sicut eadem sessio, vbi, &c. ita idem motus localis; qa hæc habent ex se suas indiuiduationes independentes à tempore extrinseco; sed ab intrinseca duratione, vt cætera entia: At quoad negationes non posse reproduci; quia non potest idē simul esse, & non esse; at si reproduceretur, iā esset: & quia ex ratione successionis nō esset, sequeretur, simul esse, & non esse; putant. n. successionem nihil addere supra partes, sed tantum connotare, vnam partem non existere, dum existit alia; sicut duo homines simul producti, nō habent aliquid, quod non habeat, si vnus corū esset productus post aliū; & hanc videtur sequi Hurtadus disp. 11. phy. sec. 10. 19 *Suarij opinio.*

ART.

ART. IV. Opinio Auctoris.

Omnis motus reproduci poteſt per potentiam abſolutam Dei.

20 PRima Concl. omnis motus ratione termini poſitiui poteſt reproduci per potentiā Dei abſolutam .

Probatur, quia ex ratione termini nō poteſt oriri aliqua repugnātia; nam vt diximus ſupra, omne ens permanens poteſt reproduci; at omnis terminus motus ſecundum ſe eſt ens pmanēs; quia licet quatenus exiſtit ex vi motus exiſtat ſucceſſiuè, tamen ſecundū ſe poteſt habere exiſtentiam permanētem, vt patet ex motu generationis, alterationis, augumenti, & localis, cuius terminus ſupponitur eſſe modū intrinſecum diſtinctum à mobili, & ſpatio; nam licet hic modus, qui acquiritur per motum, nō permaneat in inſtanti, tñ non implicat poſſ: permanere per potentiam Dei; nam ſicut poteſt Deus idem corpus replicare; ita poteſt facere, vt per replicationem impleat plura ſpatia ſibi adæquata: quare poſſet Deus efficere, vt dū corpus mouetur, non perdat vbi, quæ in mouendo acquirit, ſed permaneant, ſicut permanent par-
21 tes coloris acquiſitæ per motum. Neque enim audiendus videtur Fonſ. dicens terminum motus intrinſecum eſſe locum, vt incidentem in ſpatium imaginarium immobile; quia alibi explicabimus, quæ immobilitas ſit neceſſaria ad rationem loci, & quomodo. Hinc tamen non debet negari forma intrinſeca acquiſita ꝑ motum localem, per quam corpus coniungitur cū ſpatio imaginario.

Dices, Idem motus sm̄ ſuā rōnē indiuidualē non pōt reproduci; ergo neq. idē terminus; qa terminus idem numero vendicat ſibi eumdem numero motum, ſicut idem terminus eādē viā.

Reſp. ſi verum eſſet antecedens, vt verè eſt falſum, negatur conſequentia; quia poteſt haberi per plures vias idem terminus, non ſolum extrinſecus, ſed ēt intrinſecus, vt dictū eſt ſupra de termino, qui pōt eſſe ꝑ plures actiones.

Omnis motus vt dicit acquiſitionem ſucceſſiuam pōt reproduci.

Secunda Conc. omnis motus, vt dicit acqui-
22 ſitionem ſucceſſiuā, & continuam formæ, rōne poſitiuæ perfectionis, poteſt per potentiam Dei reproduci.

Prob. 1. Bern. de Cannag. apud Capr. qa qñ in cauſa eſt reſpectu eiuſdem effectus, eſt eadē potentia vniuerſalis, quæ reſpicit effectum abſolutè, & ſecundum ſe; & particularis, quæ determinatè reſpicit talem effectum, pōt ab illa produci idē effectus, quia cā, & effectus ſunt correlatiua: quare non pōt manere ordo in cā, niſi in effectu correſpondeat illi rō proportionata: ſed in Deo reſpectu effectus corrupti, ſiue ſit ens permanens, ſiue ſucceſſiuū, manet eadem potentia vniuerſalis, & particularis: ergo pōt ab eo idem effectus produci. Minor probatur; quia potentia Dei hēt ordinem rōnis ad omnia poſſibilia, qui ordo à diuina potentia ex corruptione, vel annihilatione effectus non tollitur, quia Dei potentia, ita pōt circa nihil, ſicut circa aliquid, nā nihil ſupponit ex parte effectus; vnde ita poteſt producere lapidem ex materia, ſicut ex nihilo. Neq. impeditur ordo ex interruptione, quoad exiſtentiam; quia potentia Dei ſemper habet eundem ordinem ad illud eſſe: vnde .l. fiat interruptio, quoad eundem effectū, non tñ quoad ordinem potentiæ diuinæ; ſemp .n. illud eſſe dicit ordinem ad potentiam Dei; quamuis qñ illud eſſe eſt in actu, potentia Dei influat, & qñ non eſt in actu, nō influat. Ex quo
patet, cur potentia finita non poſſit reparare rē 23
productam; quia .ſ. poſt productionem nō manet in agente, nec in materia ordo rōnis determinatus ad illum finem, quia potentia creata non reſpicit effectum ex nihilo producibilem, ſicut potentia Dei, nam potentia paſſiua naturalis non extenditur, niſi ad formas, quæ poſſūt produci ab agente naturali, quia paſſiua naturalis adæquatur actiuæ naturali; at agēs naturale non pōt eādē numero trāſmutationē repetere.

Conf. quia qñ potentia poteſt habere eādem
actionem, poteſt habere eundem effectum, etiā 24
in naturalibus: ſed Deus eadem actione producit effectum cum primo, & cum ſecundo producit: ergo. Minor probatur; quia actio non diuerſificatur ex parte Dei, cum eius principiū ſit ſimplex; neq; ex parte effectus, in quo recipitur; quia actio non poteſt diuerſificari, ex eo, qđ non eſt neceſſarium ad eius actionem; quia res non diuerſificantur, niſi ex principijs per ſe: at actio diuina non requirit ſubiectum recipiens, cum eſſe poſſit ex nihilo, neq. ex parte termini, ſeu effectus, quia ſicut Deus concipit hunc numero effectum, cum illum primo producit, ita poteſt eumdem concipere cum ſecundo producit, & idem ſi infinities producet: quare ſicut diuinus cōceptus ſemper fertur circa hoc productum quantumcumq. annihiletur; ita ea potentia pōt ſemper agere per eamdem actionē; vnde ædificator, licet concipiat eamdem domū corruptam, quam primo produxit; non tñ pōt eadem reparatione reparare, quia non pōt habere eandem numero actionem ædificatiuam: contra vero Deus, quia habet eandem actionē, pōt reproducere eumdem numero effectum.

Verum in hac ratione primo diſplicet, quia
non probat, cur in potentia Dei ordo ad effe- 25
ctum non corrumpatur, & in cauſa naturali corrumpatur; quia ex eo, quod potentia Dei ſit productiua ex nihilo, non fit, magis in illa manere ordinem, quam in potentia naturali; quia ſicut illa reſpicit effectum ex nihilo, ita naturalis ex potentia materiæ, quæ manet eadem, cum non imminuatur ex productione effectus.

Secundo, nō explicat de qua actione loquatur, cum ponit, per eamdem diuinam actionem produci, & reproduci effectum; nam ſi loquatur de actione immanente, non eſt ad rē, quia hæc non eſt ſatis, niſi ſit actio trāſiens: ſi de trāſeunte, non affert rōnē, cur magis ſit vna, qñ eſt à Deo, ac quando eſt à potentia naturali.

Secundo probant alij, ex natura effectus: nā 26
omne quod habet conceptum entis realis eſt poſſibile; quia reale dicitur, quod eſt capax exiſtentiæ; ſed omnis effectus etiam corruptus, ſiue permanens, ſiue ſucceſſiuus, habet conceptū entis realis, qa eſſentiæ rerū ſūt immobiles, nec deꝑdūt ꝑ corruptionē, vel annihilationē.

tum quia res habet eandem definitionem, siue existat, siue sit corrupta; ergo est possibilis, atq; adeo producibilis, quia producibilitas, vel est passio essentiæ, vel de conceptu essentiæ; sed potẽtia Dei respicit omne possibile; ergo ẽt effect' corruptos, siue pmanẽtes, siue successiuos.

Confirm. Mayron. quia id, quod conuenit rei per se, & ante creationem, non potest ab ea auferri per id, quod conuenit per accidens, nec per annihilationem: sed producibilitas cõuenit rei per se, & ante creationem; ergo non potest tolli per annihilationem, quæ conuenit per accidens.

27 Dices: ex hac ratione sequi posse produci etiam ex causis naturalibus; nam eadem essentia est ante primam productionem, & post corruptionem, sed ante primam productionẽ erat possibilis in ordine ad causas naturales; quia possibilitas illa conueniebat cum dependentia à causis naturalibus, in quibus continetur vis cãtiua talium effectuũ, vt v.g. forma materialis non est possibilis ex natura sua, nisi ex materia.

Resp. ex hac rectè sequi formam corruptã, per se esse possibilem, etiam ex vi causarum naturalium, sed per accidens non esse possibilem respectu illarum .s. ex decreto diuino, quo nõ vult cõcurrere ad tales effectus ex talibus causis; siue hoc decretum sit ex pura libertate diuina, siue ex conditione primæ productionis, siue ex perfectione vniuersi exigentis variationem generationis rerum; semper enim impossibilitas est per accidens respectu formæ secũdum se, siue ex alia ratione, de qua supra diximus, fundata in natura rei nobis ignota à priori, sed cognita à posteriori. quare hæc ratio mihi placet, quia Dei potentia extenditur ad omne, quod est capax existentiæ.

28 3. Probatur, quia non maior repugnantia est in productione entis successiui, quam entis pmanentis: sed ens permanens concedunt reparari posse: ergo & successiuum. Maior probatur, quia ens successiuum non distinguitur à permanente, nisi quia permanens habet suam perfectionẽ simul, & si est diuisibile, habet suas partes simul existentes: at successiuum habet partes existentes non simul, sed vnam immediatè post aliam; sed ex existentia partiũ, quarum vna est post aliam, non oritur aliqua maior repugnantia, quoad productionẽ, q̃ ex existentia partiũ, quæ sunt simul; ergo neque oriri põt repugnantia maior quoad reproductionẽ. Minor probatur; tum quia possunt illæ partes reproduci cũ eadem existentia, & modo essendi; sicut qñ reproducitur permanens, reproducuntur eædem partes cũ eodem modo essendi; nam nulla est repugnantia, cur non possint illæ partes existere cũ negatione simultatis, & possint cũ positione simultatis: tũ quia tota pfectio partiũ, q̃ est in motu successiuo, põt poni in instanti cũ diuerso modo essendi, vt alibi ostendemus; ergo ẽt cum eodem modo essendi; quia respectu illarum partium motus est magis cõnaturalis modus essendi successiuus, q̃ simultaneus. Vnde Bass. l. c. probat, ens successiuũ posse reparari per easdẽ rõnes, qbus probatur ens permanens posse reparari; quia est idem terminus à quo, & terminus ad quẽ in creatione, seu productione, ac in recreatione, & re pductione; nam per annihilationem, vel corruptionem res reducitur ad eandem annihilitatem, quã prius habebat ante creationem, & productionem.

Demum probatur ex solutione argumẽtorũ, quibus aduersarij ostẽdere conãtur implicare, vt articulo vltimo, nam eo ipso, quo aliquid nõ demõstraĩ implicare, cõstat esse à Deo factibile. 29

Dices ex Fons. motus nõ põt esse sine suo pprio tpe, cum sit eius passio, 4. phy. tex. 98. & sequentibus: at tempus non põt reproduci; ergo neq. motus: Minor probatur, quia cũ tẽpus sit numerus motus sm̃ prius, & posterius, necessariò includit prioritatem, & posterioritatem; at prioritas, & posterioritas cõplens tẽpus nõ est sumenda ex partibus cõtinuitatis motus sm̃ se, quia põt celerius, & tardius fieri, atq. esse plures partes, vel pauciores in eodẽ tpe; ergo sumenda est ex partibus successiuis continuæ durationis imaginariæ, nam ex his sic aliæ alias pcedunt, vt certã, & ratã habeãt suæ durationis morã; at in tpe necessaria est hæc certitudo, seu ratitudo, sicut Arist. 4. phy. te. 41. docuit immobilitatem loci non esse sumendã ex hoc, vel illo corpore, cũ moueri omnia possunt, sed ex immobilitate totius vniuersi, idest totius spatij imaginarij, in quo est vniuersum; nã superficies concaua corporis, vt coincidit in superficiẽ concauã spatij imaginarij induit rõnem immobilitatis: at hæc duratio imaginaria non põt redire; ergo neque poterit redire idem motus ad eundem locum, & per consequens, neq. idem tempus incidens in durationem imaginariam.

Resp. hinc non probari motum, & tẽpus sm̃ se, & absolutè, vt dicunt propriam extensionẽ, non posse redire, vt probauimus in cõclusione, quia non pendet ab hac duratione imaginaria. 30

Conf. quia Deus, sicut potuit pducere hunc mundum cum ijsdem motibus, & eorũ intrinsecis durationibus multis ante sęculis, ita postq̃ creauit in tali differentia tpum annihilare, ac reproducere cũ similibus motibus, & durationibus, quia nõ pẽdẽt à tali spatio locali, vel durationis. At solum probari, motus, & tempus, vt dicunt coexistentiam cum tali spatio, nõ posse reproduci, atque adeo vt sumuntur secundum conceptum relatiuum. quare sit

Tertia Concl. motus, & tẽpus, vt dicũt coexistentiam cum tali spatio imaginario locali, & durationis, non possunt redire eadẽ numero. Patet ex argumento proposito. 31

Conf. nam motus, & tempus sumpta, vt respiciunt tale spatium imaginarium locale, vel durationis, includũt terminatiuẽ spatiũ imaginariũ; at hoc est oĩno immobile sm̃ situ, & ordinẽ; quare nõ põt, ꝙ ptrãsijt redire, neq. ꝙ futurũ est, anticipari sm̃ eius existentiam abusiuam.

Cõf. 2. ex ijs, q̃ dicũtur de loco, q. 1. vt dicit extẽsionẽ ptinẽtẽ ad pdicamentũ quãtitatis, nõ dicat mobilitatẽ, atq. adeo possit vbiq. poni, & reparari; tñ vt induit rõnẽ loci, & cõnotat supficiẽ spatij imaginarij immobilis, vt inde cõpleat in rõne immobilis; Ita dicendũ de motu, & durõne

rône eius intrinseca, qñs dicũt extensioné ptinenté ad ṕdicamẽtũ quãtitatis: at vero vt dicũt existentiã in tali spatio, seu vbicationẽ respectu talis spatij, ptinẽt ad ṕdicamentũ (qñ) & induũt immobilitatem, & ratitudinem quãdã, quæ nõ potest variari, etiam per potentiam Dei.

Ens successiuũ reproduci põt etiam, vt dicit negatiuã perfectionem.

32 Quarta Conclusio, entia successiua possunt reproduci, non solum, vt dicunt positiuam existentiæ perfectionẽ, sed ẽt vt dicunt negatiuã.

Probatur, quia sicut potest redire eadem perfectio positiua; ita etiam & negatiua; nam negatio, quam includit successio, est negatio simultatis existentiæ plurium partium; at possunt redire plures partes continuæ, quæ non sint simul, sicut non erant simul, quando fuerũt productæ à principio. Neque hinc sequitur contradictio, quam putat Suar. quod successio includit quidem negationem existentiæ vnius partis, dum est alia; nam eamdem negationem habere possent partes, dum reproducuntur; neque est necessarium, vt vna existat, dum est alia; q; si Deus vnam partẽ motus reproduceret, dum est alia, illæ partes singulæ in se haberent suam successionem, sed vna non est successiua respectu alterius, sed simul coexistẽtes, vnde.

33 Resp. ad argumentum Suarij, præterita pars dicitur, quæ prius fuit, & iam non est; at dum reproducitur, non est præterita formaliter, sed est præsens formaliter, licet materialiter eadem pars, quæ secundum primam productionem habet rationem præteriti, iam ratione secundæ productionis habet rationem præsentis: quare simpliciter est, & secundum quid non est, scilicet ex ratione primæ productionis.

Dices: Præteritum, simpliciter non est.

Resp. quod est præcise præteritum, simpliciter non est, sed quod est præteritum secundũ vnam rationem, & secũdum aliam præsens, dicitur secundum quid non esse.

ART. V. Soluitur argumenta primæ opinionis.

34 AD 1. Resp. Deum non habere potentiam ad præteritum, quod scilicet non sit præteritum, id est, quod non fuerit, at habere potentiam ad rem, quæ fuit, vt iterum sit; vnde horã nonam esse nonam ratione primæ productionis, & decimam ratione secundæ, cum tempori tribuitur irreuocabilitas. Vel intelligitur de tempore reali in ordine ad potentiam naturalem; vel si de potentia absoluta, intelligitur de tempore imaginario, vel de tempore reali, vt induit rationem (quando), seu vt coincidit in tempus imaginarium. Neque hinc sequitur, eamdem horam esse intrinsecè duplo longiorem seipsa; quia semper est eiusdem extensionis: sed extrinsece dici longiorem, quatenus coexistit durationi imaginariæ duplo longiori, vt patet de æuo, quod cũ sit in se semper eiusdem perfectionis, nunc dicitur minus, nunc plus durare sine vlla variatione intrinseca, sed solum ex denominatione extrinseca temporis imaginarij, cui coexistit. Neque sequitur vnam esse duos, sed vnam esse replicatam in duobus temporibus, sicut idem corpus potest replicari in duobus locis, vt infra fusius, vbi ex corruptione existentiæ non fieri duplicẽ durationẽ.

Ad Confirm. Resp. quidam apud Fonsec. negando sequelam, quia omnes dies futuri essent inter se realiter distinctæ vnius numero tp̃is; at eadem res non potest esse pars integrans sui ipsius: quare immediatè non posset reparari. 35

Sed contra: quia licet tempus, dum continuum est, sit vnum; tamen potest dies præcedens, discontinuari per breuissimam quietem à sequentibus: vnde si ille reproduceretur, sequeretur idem absurdum, quod per totã æternitatem esset vnus Dies.

Confirm. quia non esset ratio, cur idem dies non possit immediatè reparari post corruptionem, & possit mediatè: nam absurdum, quod colligunt, non oritur ex reparatione immediata, sed ex reparatione simpliciter eiusdem diei successiue, siue imediatè, siue mediatè reparetũ.

Resp. 2. Conimbr. quod licet non possint in vnius quadrantis tempore omnes dies replicati includi; non tamen illi dies sic se penetrantes efficiunt annum, quia annus efficitur ex certo numero quadrantium horarum, dierum, & mẽsium eo modo coordinatarum, vt vnus post alium subsequatur; at hæc coordinatio in casu posito, non esset, vt si omnes palmi vnius cubiti in vno penetrantur, continebitur quidem ibi tota quantitas cubitalis in ratione quantitatis; non autem in ratione mensuræ: At idem annus proximè transactus, redire potest, si Deus fecerit, vt cœli eodem impulsu, & actione motrice per idem spatium, & eodem vbi moueãtur, quo prius moti sunt: nam consequetur eadem duratio cum eadem successione.

Ego Resp. dupliciter posse hoc argumentũ proponi; Primo, vt omnes præteritæ reproducantur infra spatium vnius horæ; & ita non magis implicat, quam plures quantitates poni simul; qua ratione ibi non esset successio vnius horæ ad aliam, quia essent simul; sicut si idem replicatum simul in duobus locis, moueretur; ita idem moueretur pluribus motibus horarijs, & haberet plures durationes horarias: qđ fieri non implicat ex penetratione plurium durationum, vt rectè Conimbricens. An vero implicet ex ratione pluralitatis motuum, infra. Secundo, potest proponi, quoad reproductionem eiusdem quadrantis, vel horæ pluries, & pluries, & infinities per æternitatem; & tunc eadem hora sæpius quasi replicata duraret per æternitatem, non quod in se, & intrinsecè sit duratio æterna; sed quia horaria duratio infinities replicata per reproductionem coexisteret durationi æternæ imaginariæ; sicut si idem corpus infinities replicatum, occuparet spatiũ infinitum. Neque tamen hinc fit, eamdem horã esse seipsa longiorem, quoad intrinsecam quãtitatem, sed solum, quoad extrinsecam denominationem sumptam ex coexistentia ad durationem imaginariam; sicut corpus palmare replicatum non esset se ipso longius, quoad intrinsecam extensionem, sed solum quoad extrinsecam denominationem sumptam ex spatio, cui coexistit. 36

Nulla pars temporis essentialiter habet, vt sit prior, vel posterior.

37 Ad 2. Resp. ex dictis patere successionem essentialiter exigere partem priorem, & posteriorem, sed nulli parti essentialiter conuenire prioritatem, & posterioritatem, sed solum accidentaliter; sicut esse album, vel nigrum: neq; eadem pars simul est prior, & posterior; nam motus vt est ex vi primæ productionis habebat vnam partem priorem, quæ deinde est posterior in motu ex vi secundæ productionis, & è contra, vt dicitur in argumento.

Ad replicam Resp. negando vnam habitudinem fieri aliam, sed habitudinem prioritatis, quæ est in vna, deinde conuenit alteri; & similiter de habitudine posterioritatis: quare fallitur Durandus, dum negat, partes motus esse denominatiuè priores, & posteriores; quia licet illæ partes, vt constituunt motum, includere debeant prioritatem, & posterioritatem, non tamen has habitudines includunt secundum se; imò neque vt constituunt motum, singulæ partes determinatæ includūt essentialiter prioritatem, sed contingenter; quia ad motum satis est habere partes priores, & posteriores, siue illæ partes sint priores, siue aliæ.

38 Dices: sicut de essentia motus in communi est habere partes priores, & posteriores; ita de essentia huius motus est habere has partes priores, & has posteriores: ergo si variātur partes, quoad habitudinem prioritatis, & posterioritatis, variatur identitas motus.

Resp. non posse negari, variari aliqua ratione motum, dum variantur habitudines prioritatis, & posterioritatis; at non variatur identitas intrinseca motus, quia manent eædem partes integrantes totum motum, licet inter illas sit alius ordo, vt benè Conimbr. sicut in resurrectione erit idem homo si habeat eandem materiam, & formam, etiamsi manus, iecur, &c. non essent ex eadem portione, ex qua prius, vt si materia iecoris sit in capite, & cōtra, ex August. in Enchirid. cap. 82. & lib. 22. de Ciu. c. 19 & Ans. ad Eph. 4. quia esset sola variatio accidentalis, & situalis.

Resp. 2. etiamsi totus motus ex illa varietate variaretur secundum identitatem numericam; tamen illa eadem pars, quæ reproducitur, non variatur, quoad suam intrinsecam hæcceitatē, quia reproducitur quoad suas partes constitutiuas cum eodem ordine partium, licet illa pars sic constituta respectu compartium constituentium totum motum habeat alium ordinem, cum reproducitur, ac habebat quādo fuit productus.

39 Ad 1. Conf. Resp. Ruuius, hinc rectè probari, hæc omnia non esse connaturalia naturæ tēporis; at non probare implicantiam, quia in illa parte temporis reproducta, cum sit fluens, satis saluatur pars præterita, & futura distinctio, & continuatio; & licet hæc distinctio, & continuatio partium non sit in tempore, vt dicit extensionem correspondentem imaginariæ durationi; tamen non est id necessarium, quia ad illam extensionem, quoad coexistentiam imaginariam sufficit reproductio intrinseca eiusdem partis defluentis.

Ad 2. Confirm. Resp. Idem, non esse necessarium, duas partes temporis simul fluere; quia existente parte vna, non posset reproduci alia simul cum illa; sicut licet possit reproduci dissensus, tamen si in intellectu est assensus, non potest ibi reproduci dissensus ob repugnantiā eorum simultaneam; vnde si reproducenda esset præterita, suspenderetur futura, & loco eius poneretur reproducenda: quare hæc sola fieret immediatè præsens, & sola flueret.

Ego Resp. sicut non repugnat idem corpus calefieri, & albefieri, atque adeo habere duas durationes, vnam, quæ consequitur motum calefactionis, alteram, quæ consequitur motum albefactionis; ita non repugnat reproduci partem præteritam, motus v. g. calefactionis, simul cum parte alia sequente; quia nulla ibi apparet repugnantia, atque adeo tunc reproducerentur durationes successiuæ consequentes duas partes motus, quæ tamen coexistunt vni tempori extrinseco reali, vel imaginario. 40

Ad 3. Confirmat. rectè ibi responsum, conseruationem repugnare naturę entis fluentis, & successiui. 41

Conseruatio repugnat enti successiuo, nō autem reproductio.

Ad replicam Resp. negando paritatem; nam quando reproducitur, semper reproducitur cum sua successione; neque ex eo, quod potest reproduci, potest pluries sumi, duratione eius non interrupta, quia, vt aliqui dicunt, cum singulæ partes motus fluant, vna non existit existente alia; atque adeo reproductio supponit rem reproducentem desijsse esse, per quam desitionem interrumpitur existentia ipsius. Vel dicendum cum alijs, non posse pluries sumi ex vi primæ productionis: quod si iterum producatur, potest iterum sumi. Vel tertio, dicendum successiuum à permanente non distingui, ex eo, quod permanēs posset pluries sumi, & successiuum nequaquam; nam vtrumque potest pluries sumi, vt probat argumentum: sed ex eo, quod permanens potest idem secundum totū, & secundum suas partes, pluries simul sumi; nō sic autem successiuum.

Resp. 2. Paludanus, negando, quod non maior virtus requiritur ad conseruationem, quam ad reproductionem; quia plus est producere de nouo aliquid, quod non habeat esse, quam reproducere illud, quod aliquando habuit esse; ergo maius est reproducere, quam conseruare, ne corrumpatur; sequitur; quod maius est producere de nouo aliquid, quod nunquam fuit, quam productum conseruare: sed motum, qui nunquam fuit, potest Deus producere de nouo: ergo & potest conseruare ne fluat: at hoc secundum aduersarios est falsum; ergo etiam falsum, quod maius sit reproducere, quam cōseruare; imo ratio aduersariorum videtur concludere, quod sicut motus postquam fuit, non potest reparari, ita quod neque possit produci, antequam fuit. 42

Hinc Resp. illud esse verum ex parte agentis; quia eadem est virtus productiua, reproductiua, & conseruatiua; sed negatur ex parte effectus; nam aliqui sunt, quibus repugnat conseruari, vt successiua, quæ possunt produci ad essen-

essendum, sed non possunt conseruari in essendo.

43 *Ens successiuum reproductum est idē numero cum prius producto.* Ad 3. argumentum Respond. motum, & ens successiuum reproductum non esse distinctum à prius producto; atque adeo non esse multiplex numero, sed vnum & idem; nam vt rectè Paludanus, sicut Deus non potest facere, vt duę lineæ discontinuatæ, siue simul existentes, siue successiuè, sint vna linea, ita neque vt duo motus discontinuati, sint vnus motus: at sicut potest facere, vt linea corrupta, eadem reparetur cum eadem continuatione non obstante discontinuatione temporis intermedij, quoad existentiam; ita Deus potest reproducere motum cum sua continuitate, non obstante, quod sit discontinuata existentia per corruptionem, quæ fuit media inter existentiam motus ex vi productionis, & existentiam eiusdem ex vi reproductionis; quia per illam interruptionē non fuit interrupta continuatio partium, ex quibus constat motus, & tempus.

44 Ad primam probationem Resp. duplicem esse continuationem; vnam intrinsecam, quæ consistit in continuitate partium, essentialiter constituentium motum aliquem; & ex hac oritur vnitas numerica motus, cui opponitur diuisio, seu discontinuatio, etiamsi vtraque pars existeret, vt patet in continuo permanente; & hanc continuitatem habet ens successiuum reproductum, sicut habebat initio, quando fuit primo productum; sicut eadem quantitas per replicationem existens Neapoli, & Romæ, est continua, non quod eadem sibi ipsi sit continua; idem enim non potest sibi ipsi continuari, præsertim cum sit in locis distantibus; sed quia habet suas partes sic continuas Romæ, vt Neapoli.

45 Hinc Durand. optimè ait, continuitatem requisitam ad vnitatem motus, non esse, vt sit semper; quia hoc non pertinet ad continuitatem motus, sed ad æternitatem: quare interruptio solum facit, vt motus primo productus, & reparatus non sint duo motus facientes vnū tertium motum.

Nos dicimus esse eundem, qui prius existebat, & post corruptionem est reproductus; vnde ibi non potest esse continuatio, nec discontinuatio; nam sicut nihil sibi ipsi continuatur; ita nec discontinuatur; discontinuatio enim est inter ea, quæ possunt continuari. Alteram esse extrinsecam, quæ consistit in continuatione huius partis cum alia comparte ad faciendum totum; & hoc est impertinens ad vnitatem numericam quantitatis: oritur autem hæc diuersitas continuitatis ex diuersitate compositionis; quia sicut datur compositio ex his, & compositio cum his; ita datur continuitas ex his, idest ex suis partibus continuis, quibus componitur; & continuitas cum his, idest huius partis cum alia: & hæc discontinuatio nihil facit ad vnitatem numericam partium; quia illæ retinent eādem vnitatem numericam, siue inter se sint continuæ, siue discontinuæ: & solum ex discontinuitate acquirunt quoddam esse suppositale, nam quando partes sunt diuisæ, sunt duo supposita; quia singulæ, cum sint separatæ, habent in se solitarium quoddam esse, quod dicitur suppositale, siue sit negatiuum, siue positiuum, vt alibi.

Sed instat Capr. de ratione continuitatis est, vt eius partes copulentur communi termino: 46
sed motus per corruptionem interruptus, & postea reproductus non copulatur termino communi; quia hanc copulationem aufert essentialiter interruptio.

Confirm. quia continuitas requisita ad vnitatem motus non est cōtinuitas eius cum alio motu, sed qua tēpus mensurans ipsum, sit continuum: at tempus mensurans motū, qui prius erat ante corruptionem, & qui est reparatus post corruptionem, non est continuum, quia discontinuatur per tempus mensurans corruptionem intermediam.

Confirm. 2. quia motus, qui sunt idem debēt habere partes cum eodem modo, & ordine: sed partes motus reproducti non haberēt eundem ordinem, quem habebant partes motus prius existentes ante corruptionem: ergo. Minor probatur; quia fingatur motum prius habere tres partes, prima, sit, A. secunda sit, B. tertia, sit, C. iam, A, esset prior, quam C. at si reproduceretur, iam esset posterior, quā C. quia esset post existentiam ipsius, C, ergo.

Resp. motum reparatum habere partes, ex 47
quibus constat, sic continuatas, sicut habebat ante corruptionem: & hoc satis est ad identitatem, quia illæ partes copulantur termino cōmuni: at vero totus motus reproductus non debet copulari cum motu prius existente, quia est idem, & nihil sibi ipsi continuatur: neque interruptio existentiæ interrumpit copulationem partium essentialem, quam ille motus habet, sed solum est interruptio, quoad mensurā extrinsecam temporis, quæ nihil facit ad continuitatem, & vnitatem motus, nisi significatiui, vt alibi.

Ad primam Confirmat. Resp. durationem intrinsecam vnius motus debere esse continuā, & etiam connaturaliter illi respondere durationem continuam extrinsecam; at non respondere illi idem tempus pro omni statu, quo res existit; nam sicut ad reproductionem, de nouo existit; ita illi respōdet alia pars tēporis extrinseci distincta à parte, quæ illum motum mensurabat, cum existebat ex vi primæ productionis: semper tamen dum motus existit, debet habere mensuram extrinsecam continuam pro illo tempore, quo existit.

Ad secundam Confirmat. ex dictis ostendi, primo posse idem numero subiectum, modò totum constet ex eadem materia, & forma, etiamsi partes materiæ varient situm, & ordinem. 48

Respon. 2. quod in reproductione potest reproduci motus habens tres illas partes cum eodem ordine inter se, quem habebant, quādo primo fuit productus.

Resp. 3. ex eo, quod in reproductione prima pars sit post vltimam, non oriri aliquam contradictionem; quia id est ex vi duarum produ-

ctionum, vnde haberet bis existentiam; sicut quantitas habens tres partes A.B.C. occupans tres partes spatij, corrupta, reproduceretur post spatium occupatum ab ipso, C. esset prior secundum situm ex vi primæ productionis, & posterior ex vi reproductionis.

49 Ad secundam probationem Resp. Capr. non sequi bis moueri, quia licet pars motus secundum se possit reproduci, non autem in subiecto, in quo est alius motus: sed ex dictis patet, quomodo possit reproduci.

Ad tertiam probationem Resp. 1. Conimbr. afferendo instantiam, quia inde sequeretur, nec Angelum posse reproduci: quia eius æuum nõ minus respicere, & commensurari debet cum duratione imaginaria, quam motus, & tempus, cum nullum illorum possit concipi sine coexistentia cum tali duratione.

Motus reproduci posset, sed non vbi alius motus.

50 Resp. 2. ex Fonseca, Ruuio, & alijs, motum, & tempus verum posse considerari dupliciter; primo, secundum se; & ita licet habeat aliquam commensurationem cum tempore imaginario, vt quantitas permanens cum spatio imaginario; tamen non pendet secundum essentiam, vel indiuiduationem ab illo; sicut neque quantitas permanens à spatio: vnde sicut hæc potest aliò transferri, ita & motus, ac duratio eius potest produci in alia duratione imaginaria. Secundo, respectiue, id est vt dicunt illam cõmensurationem, & connexionem cum hoc, vel illo spatio, & hac ratione non possunt habere idẽtitatem variato spatio, vt dictum est.

Confir. quia locus ideo dicitur habere immobilitatem, & tempus habere irreuocabilitatem, sicut illam habet tempus imaginarium; neque obstat, quòd tempus debeat commensurari spatio, quia non vendicat sibi talem, vel talem partem spatij; nam in quacumque sit, semper habet commensurationem cum illa: neque argumentum probat aliquid contra potentiam Dei absolutam, sed tantum de potentia ordinaria: quod productum nunc sit distinctũ à producendo post illius corruptionem.

51 Dices: implicat locum non esse immobilẽ, quia ponitur in eius definitione: ergo recipit suam essentiam à spatio: ergo etiam tempus.

Resp. locum posse considerari ratione suæ extensionis; & ad hanc nihil confert spatium. Secundo, vt habet rationem loci, & sic habet immobilitatem à spatio: at tempus consideratur solum, vt est quantitas; vnde nihil ponitur in eius definitione in ordine ad durationẽ imaginariam.

52 Ad quartam probationem Resp. ibi peti explicationem prædicamenti, *quando*, de quo fusè in logica tract. 17. q. 3. Illud primo videtur certum dicere ordinem ad durationem imaginariam, sicut locus ad spatium imaginarium; & ideo non potest manere idem, etiamsi maneat eadem duratio realis, variata duratione imaginaria; sicut locus non est idem, variato spatio imaginario, etiamsi maneat eadem superficies realis. Ex quo patet, tempus secundum se non indiuiduari ab hac duratione imaginaria, sed solum vt induit rationem formalem (*quando*).

53 Difficultas autem est, quid sit formaliter positiua perfectio ipsius prædicamenti, *quando*; nam aliqui volunt, quod sicut datur *vbi*, quod distinguitur à spatio, & quantitate mobili, ita detur aliud accidens distinctum à tempore, & duratione imaginaria, sed relatum ad tempus imaginarium, sicut, *vbi*, ad spatium: quare secundum hos negatur, ipsum tempus esse formam, per quam aliquid dicitur esse in tempore, sicut quantitas non dicitur forma, per quam corpus est actu in loco. At alij negantes tempus essentialiter esse ipsum *quando*, nisi vt cõcipitur cum ordine ad durationem imaginariam, quæ fingitur immobilis, sicut locus non est *vbi*, nisi vt habet ordinem ad spatium imaginarium: quare sicut res non dicitur habere *vbi*, nisi vt est in loco, vt dicit coniunctionem cum imaginario; ita tempus non est *quando*, nisi prout mensurat res temporales cum ordine ad imaginarium: & sicut non est absurdum, eamdem superficiem realem dicere aliud, & aliud *vbi*, vt est in alio, & alio spatio imaginario; ita neque absurdum; idem tempus dicere varia *quando*, vt coexistit varijs durationis imaginariæ partibus; & quia idem tempus, quando reparatur, habet coniunctionem cum alia duratione imaginaria; ideo potest idem tempus secundum se redire, non autem, vt det esse, *quando*.

54 Resp. 2. Dur. negando durationem se habere, sicut *vbi*, sed sicut quantitas: nam sicut fundamentaliter corpus per quantitatem est in loco, & per *vbi*, est formaliter; ita res temporalis est in tempore imaginario per suam durationem, & formaliter per coexistentiam durationis realis cum duratione imaginaria, quæ correspondet secundum proportionem ad *vbi*; de qua tamen coexistentia solet dubitari, quid sit, an sit aliquid additum durationi intrinsecæ, an solum sit denominatio extrinseca, an relatio rationis, & dictum est in logica, vbi de hac re. Tertio, quod sicut quantitas potest eadem esse in diuersis spatijs, non tamen idem *vbi*; ita duratio intrinseca potest coexistere diuersis durationibus imaginarijs; non tamen eadem coexistentia; quia hæc intrinsecè includit spatium determinatum, tanquam terminum, vel formam, à qua dicitur res coexistens.

Ad quintam probationem Resp. id concedi de die, non vt dicit durationem absolutè, sed vt dicit durationem cum coexistentia ad durationem imaginariam, nam vt sic induitur à tali duratione.

55 Ad quartum argumentum Resp. tam motũ, quam tempus, quod consequitur motum, secũdum se posse reproduci; & licet dicat ordinem ad durationem imaginariam, tamen non dicit ordinem ad talem durationem, vt dictum est; neque est eadem ratio immobilitatis in partibus temporis veri, ac temporis imaginarij; quia tempus imaginarium concipitur, vt improductum: & licet imaginarium concipiatur ad modum temporis realis, tamen non debent habere inter se similitudinem, quoad omnia, vt patet ex alijs huiusmodi rebus.

Ad

Ad Confir. esse simpliciter possibilem non tamen respectu causæ naturalis, sed supernaturalis.

QVAESTIO NONA.

An idem possit esse causa contrariorum.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

1 PRimo Not. cum actum sit de comparatione vnius effectus respectu plurium causarum; nunc explicanda est comparatio vnius causæ respectu plurium effectuum: & quia causarum genera sunt quatuor, de singulis quæstio expedienda est.

Secundo Not. dupliciter causã posse respicere plures effectus vt cõtrarios; primo, sũptã eodem modo, & sub eisdem conditionibus; secundo, sumptam diuerso modo, & sub contrarijs conditionibus, siue illę conditiones sint ex parte causæ, siue ex parte materiæ, & aliarum circumstantiarum.

2 Tertio Not. certum esse, formam nõ posse dare contrarios effectus primarios in genere causæ formalis; quia non causat suum effectũ, nisi præbendo seipsam; ergo in quocũq; subiecto præbet vnum, & idem esse, quod habet, quia non habet, nisi vnum esse. Ex qua ratione patet, neque respectu eiusdem materiæ, neque diuersæ præbere contrarios effectus.

Forma nõ potest dare contrarios effectus.

Confir. quia albedo in quocunque subiecto dat esse album, & non potest dare esse nigrum; & similiter in alijs, siue sit vna forma numero, siue specie, siue genere.

Dices: sicut efficiens dicitur causa cõtrariorũ per sui absentiam, & præsentiam; vt sol præsens causat calorẽ; & absens, frigus; ita anima per sui præsentiam causat vitam, & per absentiam mortem.

Confir. nam forma vna dat esse specificum, vel genericum &c. vt anima rationalis dat esse sensitiuum, & rationalis; cum tamen ipsa non sit nec species, nec genus, vt patet; ergo dat plures effectus.

Confir. 2. quia anima indiuisibilis potest successiue, vel simul informare diuersas partes; ergo dat illis diuersos effectus formales, imò oppositos, vt ossi dat esse ossis, quod habet cõtrarias conditiones carni. Resp. mortem non causari formaliter ab anima, sed a priuatione animæ.

Ad 1. Confir. Resp. illos effectus non esse plures physicè, sed metaphysicè; qa sicut anima cõtinet in vno esse physico plures quasi gradus, ita dat illos materiæ, & composito, cuius est forma; semper enim in forma debet poni principium proportionale, per q̃ dat esse effectui formali: vnde anima rationalis est principium sentiendi, etiamsi sit spiritualis. Quod si dicant, de ratione sensitiui est, esse materiale; facilè negatur; nam abstrahit à materiali, & immateriali. Quod si contendant, animal necessariò includere materialitatem; tunc dicendum est, ly (*animal*) non esse præcisè, & adæquatè ab anima rationali, sed etiã à materia, à qua A habet esse materiale: neq; in osse, & carne est diuersũ esse specificũ substantiale, sed tantum accidentale, vt in libris de anima dicemus.

Quarto Not. materiam, & formam, conuenire, quod vtraq; causat præbendo seipsam: 3 vnde secundum hanc rationem semper dat idẽ esse effectui, idest suum esse potentiale, quod idẽ semper est sub diuersis formis, sicut forma semper dat suum esse actuale: ex quo diuersitas effectuum non sumitur à materia, sed à diuersis formis. Ratio huius est, quia materia est fundamentum, & incohatio essentiæ specificæ, forma autem est complementum, & consumatio; & ideo, licet materia eadem specie sit in diuersis specie compositis; quia satis est diuersitas formarũ, quæ complent essentias. Et hinc B patet distinctio inter materiã, & formã quoad pluralitatem effectuum; quia materia, cum sit receptiua formarum, vt potest successiuè recipere plures formas, ita habet plures effectus, imo & cõtrarios specie; qa de ratione formarũ cõtrariarum est, vt se ab eadẽ materia mutuò excludant. At inquies: sicut materia habet plures effectus recipiendi plures formas; ita forma plures effectus informandi plures materias.

Resp. negande paritatem; nã eadem numero materia potest successiuè, & adæquatè recipere plures formas; at eadem forma non potest successiuè de materia in materiam transire; & licet C forma indiuisibilis in nutritione informet plures materias, non tamen illas adæquatè mutat; imo materia nõ solum successiuè potest plures formas substantiales, sed etiam simul plures accidentales, non tamen contrarias secundum gradus; secundum quos opponuntur.

Quinto Not. ex dictis de fine extrinseco cõstat, cumdẽ finem posse habere plures effectus, nõ solum successiuè, sed etiam simul, vt patet, quia causat electionem, exequutionem, imò & ipsam intentionem. Dixi (*extrinseco*) nam intrinsecus, qui est terminus actionis, non potest esse, nisi vnus; nec naturaliter fit, nisi per vnam actionem: At successiuè potest habere etiã cõ- 4

Finis extrinsecus potest habere plures effectus simul.

D trarios effectus, non quidẽ simul respectu eiusdem subiecti; id enim repugnat, nisi fiat in subiectis diuersis respectu quorum non sunt contrarij.

Dices: quo modo idem finis potest esse causa contrariorum effectuum.

Resp. finẽ posse comparari cum actibus voluntatis internis, & cum externis. Si primo modo, non potest idem finis simpliciter esse causa effectuum propriè contrariorum; nam huiusmodi effectus contrarij sunt amor, & odium, gaudium, & tristitia; nam idem sub diuersa ratione, idest sub ratione boni posset mouere ad amorem; & sub ratione mali ad odium; non tamen E sub eadẽ ratione boni, vel mali potest simul mouere ad vtrumq; effectũ; & licet idem finis consequutus moueat ad gaudium, & absens ad tristitiam; tamen hi effectus, vt sic, non sunt contrarij, quia non sunt de eodem obiecto sub eadem ratione, & conditione, imo illi effectus se consequuntur, sicut tristitia de peccato, & gau-

gaudium de opere opposito peccatis. Secundo modo scilicet respectu actuum externorũ idẽ finis simpliciter, & sub eadem ratione potest mouere ad actus contrarios, non tamen eodem tempore; vt sanitas nunc mouet ad motũ, nunc ad quietem; nunc ad vsum frigidorum, nunc calidorum; quæ sunt contraria inter se, licet vt sunt effectus finis, potius conueniant in ratione vtilis; cum omnia illa appetantur vt vtilia ad sanitatem. Ex quibus patet difficultatem solũ intelligi de causa efficienti.

ART. II. Opiniones Doctorum.

5 *Opinio affirmans.* Prima Opinio est dicentium omnem causã efficientem siue naturalem, siue liberam esse causam contrariorum; nam de libera infra; De naturali patet ex Arist. 2. phy. 30. & 5. met. c. 2. vbi nautam ait sua præsentia, & absentia causare contraria, scilicet salutem, & interitũ Nauis.

Confir. qa apparet ab vna virtute solis prouenire cõtraria; nam in lacte causat dulcedinẽ, & in felle amaritudinem; imo calor indurat lutum, & liquefacit ceram.

Confir. 2. quia ex calore per actionẽ directã peruenit calor, & per Antiparistasim causat frigus; ita videtur sentire Maior. 2. d. 3. q. 5. dũ ait, eãdem causam cum infinitis concausis posse infinitos effectus.

Opinio negãs. Secunda Opinio est dicentium, nullam causam efficientem eamdem posse efficere plures effectus; nam causa eadem debet accipi secundum eamdem virtutem; secũdum enim diuersam est diuersa, non eadem; sed idem manens idem, semper aptum facere idem. 1. de gen. 18.

Confir. ex 4. meteor sum. 2. c. 3. contrariorũ effectuum esse contrarias causas; vnde manauit illud axioma: sicut se habet propositum in proposito, ita oppositum in opposito.

6 *Opinio affirmans de causa libera, negans de naturali.* Tertia Opinio est dicentium, causam liberã posse producere contrarios effectus, non autẽ causam naturalẽ, & hinc cõciliari posset vtraq; sententia; nam in hoc distinguitur agens liberũ à naturali, quod naturale cum sit determinatum ad vnum, non potest plura. At vero liberum cum sit indeterminatum necessariò potest plura, & opposita, non solum secundum exercitiũ, quatenus potest agere, & non agere, sed etiam secundũ specificationem, quatenus potest amare, & odio habere, gaudere, & tristari. Ita communis opinio.

ART. III. Opinio Auctoris.

7 *Efficiens omne potest successiue producere plures effectus.* Prima Conclusio Omnis causa efficiens potest successiuè producere per propriã causalitatem plures effectus. Primo qa omnis causa, dum conseruatur eius virtus potest prodire in actum; sed successiuè cõseruatur eadem perfectio virtutis etiam post corruptionẽ effectus à se ꝓducti; ergo põt successiue exire in actũ; sed actus hi sunt plures, vt patet ex dictis.

Dices: Ab essentia non profluere successiuè plures passiones, sed semper est eadem.

Resp. passiones non effici per propriam causalitatem, sed per resultantiam; quia quando efficientia est per resultantiam, essentia est determinata ad vnum tantum numero effectum, vt anima ad hunc intellectum. Sed non placet, quia constat ex aqua calefacta, recedente calefaciente, se reducere ad pristinam frigiditatem per resultantiam: quæ frigiditas distinguitur numero ab alia corrupta: quare.

Ego Resp. id non semper esse verum, sed solum quando passio est inseparabilis ab essentia, vt intellectus, & voluntas ab anima.

Dices 2. Causa naturalis est determinata ad vnum 2. de ge. ergo non est indifferens ad plures, etiam in varijs temporibus.

Resp. id dici ad explicandam differentiam inter causam necessariam, & liberam; quia hæc positis ijsdem conditionibus, habet ex se potestatem se determinandi in eodem instanti ad vnum oppositorum: at vero causa naturalis nõ sic, sed aliunde determinatur. Hinc potentia visiua potest videre album, dum determinatur per speciem albi; & nigrum, determinatum per speciem nigri; nec habet in sua potestate, vel suspendere actum, vel operari vnum, vel alterum actum, sed necessariò operatur: & hinc patet contingentia, quæ ponitur in rebus naturalibus, quatenus vna causa potest impediri in sua operatione ab alia causa, licet vere contingentia non sit sine libertate. Sed de hac relegendus Flandr. 9. met. q. 2. a. 2. & 3.

Secunda Concl. Hæc pluralitas effectuum respectu causæ vniuocę est numeralis, at respectu æquiuocæ est etiam specifica. 8

Prima pars probatur: quia causa vniuoca ex natura sua determinatur ad effectum vnius speciei, quia respicit effectum sibi similem in specie; vnde non potest multiplicari, nisi numericè.

Secunda pars patet, quia cum sit superioris rationis, quam effectus, poterit respicere plures effectus specificos; & quò superior, eò respicit plures.

Dices: Potest esse causa æquiuoca, quæ habeat effectum tantum vnius speciei, vt albedo, quæ non potest producere albedinem, sed speciem sui intentionalem, quæ est vnius speciei.

Resp. concedendo totum; & ideo non dixi, quod causa æquiuoca necessariò respicit plures specie effectus, sed posse, nam potest dari aliqua, quæ respiciat tãtum effectum vnius speciei.

Tertia Conclus. Nulla causa efficiens potest simul plures effectus adæquatos, sed potest plures inadæquatos. 9 *Causa efficiẽs simul inadæquatos effectus plures potest producere non adæquatos.*

Prima pars probatur, ex ratione effectus adæquati; nam hic exhaurit totam virtutem, alioqui non esset adæquatus, sed latitudo, ad quam extenditur virtus, excederetur à virtute, quia ferretur extra latitudinem adæquatam sui obiecti: quod patet repugnare; vnde fit, vt cum obiectum adæquatum omnipotentiæ, non habeat terminum intrinsecum, sed solum extrinsecum non possit à Deo creari aliquis numerus, quo non possit maior; nam infinitum non potest, & alium numero infra infinitum, om-

omnem potest attingere; quia nullus effectus, vel effectuum multitudo est adęquata omnipotentiæ Dei.

Secunda Pars probatur ex ratione effectus inadæquati; nã cum vnus effectus non adæquet efficaciam causæ quoad obiectum simul attingibile, necessariò poterit plures; & hinc est, quod ignis idem calefacit plura ligna, & eadẽ albedo producit species in pluribus oculis, quia nullus ex illis adæquat virtutem talium causarum: quare virtus finita cũ habet obiectum adæquatum finitum, poterit attingere totam multitudinem effectuum vsq; ad illã, quæ est adæquata virtuti.

Confir. quia cum omne agens vniuersale habeat determinatã sphæram suæ actiuitatis, poterit omnes effectus, qui cõtinentur infra sphęram suæ actiuitatis. Hinc patet, cur Arist. neget, intellectum posse attingere plura, vt plura, sed vt vnum, quia scilicet non plura, vt singula sint adæquata, sed vt vnum, idest vt simul sint adæquatè, sed de hac propositione alibi.

10 Quarta Concl. efficiens naturale nõ potest per se contraria efficere, quia ex 9. met. tex. 3. natura sua est determinatum ad vnum, vnde quando videtur contraria efficere, id non oritur ex eminenti, & perfectione virtutis, sed vel ob diuersas dispositiones subiecti, vt exiccatio luti, & liquefactio ceræ, vel ex concomitantia aliarum causarũ, vt sol producit varias formas; vel vnus effectus fit per se, & alius, per accidens vt in antiperistasi, de qua nos in libris de generatione, & Suar. disp. 18. sec. 9. nu. 14.

Efficiens naturale nõ potest per se cõtraria efficere.

Pro cuius explicatione Not. idem, vt sic, semper esse aptum idem efficere; quia effectus non procedit à causa, nisi vt determinata ad effectum: quodsi non est diuersa determinatio, non sequitur diuersus effectus: Hoc autem debet intelligi de causa particulari, nõ vniuersali, quia vniuersalis potest esse causa cõtrariorum, licet semper supponatur aliqua diuersitas vel in agente, vel in materia. Secundo debet intelligi de effectu p se, nõ de effectu p accidens; nam vna causa, per accidens potest contraria producere: quod ex Fonsec. quatuor modis potest euenire; Primo, quia non resistit agenti contrario, vt sol recedens dicitur frigefacere p accidens, quia per sui absentiam non impedit actiones agentium infrigidantiũ. Ad hęc reduci potest causa remouens prohibens. Secundo extrahendo sibi simile ex re, in quã agit, vnde relinquit contrarium, vt calor dicitur frigefacere sthomacum, quia aperiendo poros facit euaporare calidum, & Sol exiccat lutũ extrahendo ab eo humorem, & Medici morbum ex colera calidum curant per scamoneam calidã. Tertio disponendo ad formam contrariam, vt ignis dicitur gelare aquam, quia scilicet rarefacit partes aquæ, vnde facilius illam ex halutiones siccæ, & frigus penetrant, ex hoc autẽ fit vt facilius congeletur: vnde Arist. 1. meteor. sum. 3. c. 2. refert piscatores circ a pontũ, aquã calidam arundinibus circum fundunt, quod citius congeletur, vtuntur enim gracie, tanquam plumbo vt quiescant arundines. Quarto p antiparistasim, qua ratione calor æstiuus frigefacit

A puteorũ aquas, & frigus hyæmale illas calefacit.

Secundo Intelligitur concl. respectu eiusdẽ materiæ, nam idẽ pro diuersitate materiæ potest effectus contrarios producere saltem secũdario. Hinc Sol lutum indurat, liquefacit ceram; quia cum humidum ceræ sit crassum, & vnctuosum dissoluit quidem, non tamen resoluit, & facit euaporare; sed humidum luti, qa tenuẽ dissoluit, & extrahit, & hinc calor dicitur congregare homogenea, & ętherogenea disgregare, ob variam dispositionem materię. Et ex his patet causam naturalem non efficere contraria, nisi per accidens: & hoc voluit Arist. 2. phy. vt patet ex exemplo; inquit enim *nautam per absentiã esse causã naufragij, per presentiam vero, salutis;* vbi Simpl. dicit esse causam per accidens, quia est causa per absentiam; Philoponus vero, esse causam per se: sed facilè conciliantur, quia Gubernator absens non est totalis causa submersionis; sicut neque adsens est totalis causa salutis; ideo neque semper absente submergitur, neque præsente saluatur: vnde si fiat comparatio cum effectu priuatiuo (.s. non consequi portum, seu non gubernare nauim) absẽtia est cã illius p se, eo modo, quo priuatio potest habere causam physicam, At si cum positiuo (.s. submersionis nauis) est causa per accidens, quia hac ex ventis, & aquæ

11 *Idem pro diuersitate materia potest effectus contrarios producere.*

B

C motu per se causatur, vt dixit Simplicius; licet per se sit causa salutis per præsentiam, quia per suam artem operando positiuè adiuuat td salutem: non tamen est causa per se naufragij, ex quo fit eandem causam posse causare effectus contrarios, scilicet per se, & per accidens. At Suar. disp. 26. met. sect. 6. aliter explicat hunc locum Aristotelis; nam putat illos effectus non tribui presentię, & absentię tanquã causis, quia sic effectus contrarij non essent ab eadem causa; sed à contrarijs causis, sed ipsi nautæ, qui liberè causat pręsentiam, & absentiam, & has causando, causant salutẽ, vel naufragium nauis; & quidem physicè, & per se negationem gu-

D bernationis, at vero effectũ consequutum ex illa negatione non causat physicè nisi per accidens, at per se moraliter, quia potuit & tenebatur adesse, & gubernare. Hinc deducit modũ causandi effectus contrarios per absentiam, & pręsentiam solum conuenire causis moralibus, nam causa naturalis v.g. sol, non dicitur causare tenebras per suam absentiam, licet ex illa sequantur, quia cum ipse non est causa suę absentię, effectus sequens absentiã, nõ ipsi, sed illi, qui causat illius absentiam tribuitur

Dices: Cor est agens naturale; & tamen est principium contrariorum motuum per dilatationem, & constrictionem. 12

Cor quomodo sit principiũ contrarij motus.

E Resp. de hoc motu plura dicemus in libris de anima; interim videatur Zim. theor. 94. Themist. 1. de. an. c. 17. D. Th. opusc. 16. Suar. disp. 18. sec. 7. nu. 13. qui putat, hanc facultatem, cũ sequatur sensitiuam animam, esse nobiliorem cæteris facultatibus naturalibus; & ideo non omnino determinatur ad vnum, nisi intra suã,

quasi

quasi sphærã, idest intra illos terminos, ad quos per dilatationem accedit; & per contractionẽ recedit, ex quibus partibus componitur motus physicè vnus, licet non mathematicè.

Causa libera potest per se effectus contrarios quodcumque producere.

13 Quinta Conclusio. Causa libera potest p se efficere effectus contrarios, siue successiuè, siue simul disiunctim respectu eiusdem, vel coniunctim respectu diuersorum.

Primo probatur ex Arist. 9. met. tex. 18. vbi distinguit potẽtias rationales ab irrationalibus; quod potentiæ rationales positis omnibus requisitis ad agendum, possunt operari, & non operari: at vero irrationales positis omnibus requisitis, possunt operari, imo necessario operantur: deficiente autem aliquo requisito, tantum habent, vt nequeant operari. *Potentiæ*, inquit, *omnes contradictionis sunt; (quod enim potest sic mouere, potest etiam non sic) quæcunque scilicet secundum rationem*, idest per se, & ex virtute propria. *Irrationale vero eo ipso, quod adsunt, & absunt cõtradictiones erũt eædem* idest ipsæ possunt applicari, & non applicari materiæ in quam agunt, vel quia materia potest illis applicari, & non applicari, quare non per se, sed per accidens, scilicet ratione applicationis potest in effectus contrarios.

Confir. ex tex. 3. ibi. *& quæ quidem cum ratione, omnes eædem contrariorum sunt; irrationales vero, vna vnius, vt calidum ipsius calefaciendi solius; medicandi vero potentia infirmitatis, & sanitatis.*

14 Secundo Probatur: nam sicut duplex est libertas, vna quoad exercitium actus, per quam potentia potest elicere, & suspendere actum; altera quoad specificationem, per quam potẽtia potest in actus contrarios positiuos: Ita potentia ex propria perfectione, & positis omnibus requisitis ad agendum, potest in actus oppositos oppositione priuatiuè, & contrariè; nã eadem potentia voluntatis potest circa obiectũ aliquod elicere actum amoris, & suspendere actum, nihil operando; & potest elicere actum amoris, & actum odij circa idem obiectum, successiuè quidem; circa diuersum, simul; imo circa idem obiectum in eodem instanti potest disiunctim, scilicet amorem, vel odium: quam potentiam Arist. loc. cit. explicat exemplo medici, qui per eamdem artem medicinæ potest sanare, & interficere ægrotum.

Effectus priuatiuus causatur per suspensionẽ actus.

15 Dices: negatio non habet causam; ergo causa libera non potest esse causa respectu suspensionis actus.

Resp. causalitatem debere esse proportionatam effectui; quando igitur effectus est priuatiuus non causatur per influxum positiuum, sed per suspensionem influxus, ortam non ex impotentia causæ, sed ex virtute causæ, quæ habet dominium supra suam operationem, & suspensionem illius: quod dominium, quia non est in causa naturali, non potest ipsa causare priuationem, seu suspensionem operationis, sed negatio operationis prouenit ex aliqua impotentia, & defectu illius.

Dices. 2. In. 9. met. tex. 3. videtur negare potentias rationales posse per se in vtrumque contrariorum: sed in vnum per se, in aliud p accidens. *Quare necesse est*, inquit, *tales etiam scientias esse quidem contrariorum: esse vero huius quidem per se ipsas, illius vero non per se ipsas: ratio huius quidem secundum se ipsã, huius vero quodammodo secundum accidens; negatione enim, & sublatione manifestat contrarium.*

16 Resp. Per se, accipi dupliciter; primo perseitate intentionis, & influxus, cui opponitur p accidens accidentalitate intentionis, & influxus; & ita dicimus, causam liberam per se ferre in contraria, nuturalem vero per accidens. Secundo perseitate primitatis, cui opponitur per accidens secundarium; & ita intelligitur Arist. loc. cit. quia causa libera semper primariò respicit vnum actum, v.g. amorem, & secundariò oppositum: v.g. odium. Vnde Arist. ibi ait, *Quodammodo per accidens*; quia hoc secundarium non respicitur vere per accidens, sed per se. Quod

17 Confir. ex contextu, nam ibi loquitur de scientia, quæ primariò definit positiuum; vt medicina sanitatem; & secundario priuationẽ, v.g. morbum. Sed de Differrentia harum potentiarum dicemus alibi: interim legi potest Fonseca. 9. met. c. 2. q. 1. & 2. & ibi Flandr. Soncin. & Alij Suar. disp. 19. & 29. met.

QVAESTIO DECIMA.

An vnio, quæ est inter animam & corpus sit de essentia, & quidditate corporis naturalis.

ART. I. Explicatur sensus quæstionis.

PRimo Not. corpus naturale posse tripliciter explicari: primo, secundum generalem rationem corporis naturalis; qua ratione dicitur esse aliquid habens naturam, seu principium motus. Secundo, secundum explicitam rationem compositi. Tertio, secundum denominationem specificam; vt v.g. dicitur equus, homo, &c. & secundum omnes rationes dubitari potest, an includat essentialiter vnionem.

Vnio tripliciter sumitur.

Secundo Not. ex Caiet. p. p. q. 76. a. 1. ad 6. & Conimbr. 1. phy. c. 9. q. 11. a. 3. & 2. phy. c. 7. q. 8. vnionem accipi posse tripliciter: primo pro causalitate, pro qua extrema vniuntur per suas causas: & hæc vel cõsideratur respectu efficientis, per quam extrema vniuntur, & dicitur vnitio actiua; vel vt est concursus subiecti, & dicitur vnitio passiua. Secundo accipitur pro relatione coniunctionis inter extrema vnita, & de vnione his modis accepta, non potest intelligi quæstio; quia sic habet rationem accidentis, quod non potest esse de essentia substantiæ, vt rectè Conimbr. 1. de an. c. 1. q. 6. a. 3. ad. 5. Tertio accipitur pro fundamento huius relationis, de quo diximus supra non esse modũ accidentalem, vel substantiam directè, sed esse modũ quemdam substantialem, per quem materia, & forma inter se vniuntur ad constituendam vnam naturam per se, sine quo nop potest consistere

ſiſtere rei eſſentia: & de hac vnione intelligitur quæſtio.

2 Tertio Not. materiam, & formam habere tum mutuam cauſalitatem inter ſe, tum cauſalitatem reſpectu compoſiti, quę cauſalitates licet ſint idem à parte rei; tamen inter ſe aliquo modo differunt; nam aliter forma pendet à materia, & aliter compoſitum; quia dependentia formæ eſt vt à recipiente; compoſitum vero vt à componente: qua ratione compoſitũ pendet etiam à forma, à qua pendet etiam materia, nõ quidem vt à componente, ſed vt ab actuante, ſeu determinante illam. Ex quibus cauſalitatibus mutua inter materiam, & formã eſt prior ratione cauſalitate, quã habent reſpectu compoſiti; quia prius intelligitur, materiam, & formam inter ſe mutuis officijs vniri, quam totum conſtituere, licet cauſalitas reſpectu compoſiti prius à natura intendatur, quam mutua earumdem inter ſe cauſalitas.

Quarto Not. hanc cauſalitatem materiæ, & formæ reſpectu compoſiti, poſſe cõſiderari dupliciter; primo, vt ſe tenet ex parte materiæ; & formæ; & ita habet quãdam rationem quaſi actiui; quia eſt ratio, per quam materia, & forma cauſant totum. Secundo, vt ſe tenet ex parte compoſiti, & ita habet rationẽ termini cauſati, non quidem vt (quod) ſed vt (quo): nunc igitur quæſtio eſt, an vnio ingrediatur eſſentiã cõpoſiti, vt ſe tenet ex parte materiæ, & formę, an vero vt ſe tenet ex parte compoſiti.

ART. II. Opiniones Doctorum.

3 *Opinio negãs* PRima Opinio eſt negantium, primo, quia vnio eſt quid relatiuum ſaltem trãſcendentale, at corpus naturale eſt quid omnino abſolutum: relatiuum autem non eſt de eſſentia abſoluti, quia abſolutum eſſet relatiuum.

Confir. nã ſi vnio eſſet de eſſentia hominis, non poſſet idem homo reparari ſine eadem vnione; nã variato principio eſſentiali variatur eſſentia: at illud eſt falſum. Tum quia cũ manet eadem materia, & forma; permanet idem corpus: Tum quia cum vnio indiuiducetur, ꝙ hic & nunc fit, & in tali re, quando fit diuerſo tempore, & diuerſa actione non poteſt eadem numero redire.

Confir. 2. quidquid eſt de eſſentia corporis phyſici, vel eſt materia, vel forma; at vnio neutrum eſt; nam maximè haberet rationem formæ; atqueadeo in eodem compoſito eſſent duę formæ.

Confir. 3. quia non poteſt eſſe de eſſentia, vt habet rationem actionis & paſſionis; quia hæc recedunt manente compoſito; neque vt habent vim referendi, quia ſic eſt accidens, quod non poteſt eſſe de eſſentia ſubſtantiæ: neque vt eſt mutua cauſalitas materiæ, & formæ; quia vt ſic habet rationẽ viæ ad compoſitum, atqueadeo præcedit eſſentiam compoſiti. Ita videtur ſentire D. Tho. in 4. d. 44. q. 1. a. 1. ad. 2. dicens, ꝙ cum vnio non ſit homini eſſentialis, ſed accidentaria, diuerſitas illius, non poterit impedire identitatem humanitatis. Sequitur Abulen. in cap. 22. Matt. q. 238. litt. E E. Viguer. in ſuis in- A ſtit. c. 21. §. 2. vers. 8. & ab Ægid. Lus. Tribuitur Suar. tanquam ſui oblito 3. p. to. 2. diſp. 44. ſec. 2. du. 2. & Ægid. Luſitan. 1. 2. to. 3. lib. 2. q. 5. a. 2. §. 3. vbi negat vnionem eſſe de eſſentia, ſiue accipiatur vt eſt cauſalitas actiua, vel paſſiuè; ſiue vt eſt relatio, ſiue vt eſt fundamentum relationis; quia, vt ſic, eſt negatio cõſequens compoſitionem naturæ humanæ; nam eſt actualis indiuiſio compoſiti in ſuas partes, Soncin. 7. met. q. 42. a. 1. in fine, vbi ait vnionem non eſſe de ratione totius, ſed conditionem ſine qua non: videtur Vaſq. 3. p. to. 1. diſp. 19. nu. 20.

Hi tamen inter ſe diuiſi ſunt, nã aliqui putãt, in eſſentia compoſiti non includi, niſi materiã, & formam; & vnionem eſſe conditionem præ- B uiam neceſſariam, vt materia & forma ſe ipſis immediatè conſtituant compoſitum. Alij vero cum Vaſquio dicunt, præter materiam, & formã in compoſito reperiri quoddam eſſe communicatum materiæ à forma formaliter, quod eſſe diſtinguitur à materia, forma, & vnione.

4 *Opinio affirmans.* Secunda Opinio eſt dicentium, vnionẽ eſſe de eſſentia corporis naturalis. Tribuitur Suar. 3. p. to. 2. diſp. 38. ſec. 2. §. Hinc ſequitur primo, vbi docet, hominem ſine vnione partiũ intelligi non poſſe. Sequitur Hurt. diſp. 6. phy. ſec. 3. videtur Ægid. loc. ſupracit. dum ait naturam humanam nõ poſſe intelligi ſine compoſitione in facto eſſe; vnde ſignificat, vnionem, vt idem C eſt ac compoſitio, eſſe de eſſentia naturæ.

Fundamentum; quia compoſitum nõ poteſt concipi ſine vnione; ſicut albũ ſine albedine, & animatum ſine anima: nam ſicut album eſt effectus formalis albedinis; & animatum, animæ; ita compoſitum compoſitionis, quæ idem eſt, ac vnio; ergo vnio eſt de eſſentia compoſiti, ſicut albedo reſpectu albi, & anima reſpectu animati.

Confir. 1. quia ſi non eſt de eſſentia, erit extra eſſentiam, atqueadeo poſſet exiſtere eſſentia ſine exiſtentia vnionis: at hoc apparet eſſe falſum; nam natura omnium mortuorum, v. g. Diui Petri, iam exiſteret; nam exiſtit eorum D anima, & materia, atqueadeo Petrus mortuus, iam exiſteret; quia non alio modo Petrus exiſtit, quam exiſtente eius eſſentia ſubſiſtente.

Reſpondent concedendo compoſitionẽ eſſe de eſſentia, nun tamen vnionem.

Sed Contra, quia hi diſputant de nomine, cum nos vnionem accipiamus pro compoſitione ſubſtantiali: & patet, quia compoſitum formaliter idem eſt, ac vnitum, atqueadeo compoſitio idem, ac vnio.

Confir. 2. nam eſſentia vna per ſe diſtinguitur ab eſſentia vna per accidens, & non diſtinguitur ratione partium, quia licet aliquando partes ſint diuerſæ, vt patet quando in natura vna per ſe forma eſt ſubſtantialis, & in vna per E accidens, eſt accidentalis; tamen aliquãdo partes nullo modo diſtinguuntur, vt v. g. cum corpus humanũ, & anima rationalis ſunt ſitu vnita ſine informatione, tunc ex illis fit vnum per accidens ſecundum locum, & ſitum: At vero poſita inter illa vnione informationis, fit vna eſſentia

tia

tia per se;& tamen inter illas naturas omnis distinctio est per vnionem: ergo vnio ingreditur essentiam; quia principium distinctiuũ est constitutiuum.

5 Hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui dicunt, vnionem, vt se tenet ex parte materiæ,& formæ, atqueadeo vt habet rationem causalitatis, ingredi essentiam compositi; quia vnio ingreditur essentiam compositi vt id, quo materia, & forma constituunt compositum: at hoc præstat vnio, vt habet rationem causalitatis. Ita videntur sentire aliqui Recentiores, præsertim Hurt.loc.cit.§.24.

At vero Alij putant vnionem secundũ hanc rationem non esse de essentia compositi, sed veluti cõditionem,& viam ad compositum. Ita videntur sentire Conimbr. 1.phy.c.9.q.11.a.3. ad fin. & expræssius in 1.de an.c.1.q.6.a.3.ad.5. & in trac. de an. separ. disp. 2. a. 1. Probauit Suar.2.to.ad.3.p.disp.44.sec.2.du.2. & 3.p.to. 1.disp.8.sec.2.dic.3.& q.2.art.7.in explic.text. Hi tamen nihil docẽt de vnione vt se tenet ex parte compositi.

At vero Alij docent, vnionem, vt se tenet ex parte compositi, esse de essentia compositi; ita enim formaliter ingreditur rationẽ compositi, siue tanquam rationem formalem, siue tanquã conditionem sine qua non, contentam intra essentiam. Significat Ægid.Lus.loc.cit.q.5.a.1. nu.15.&.16.

ART. III. Opinio Authoris.

6 PRima Cõcl. Vnio indistãtiæ, seu simultatis partium est necessaria vt conditio sine qua non præuia ad constitutionem compositi, non tamen est de essentia compositi.

Vnio indistãntia est conditio, sine qua non, non tamen de essentia compositi.

Prima Pars patet, quia non potest intelligi, materiam, & formam habere causalitatem, aut inter se; aut in ordine ad compositum, nisi sint indistantia, vt alibi ostendimus.

Secunda Pars etiam patet, quia hæc vnio cũ sit localis est accidentalis; quæ non potest esse de essentia substantiæ.

Secunda Conclusio. Vnio,vt se tenet ex parte agentis, non est de essentia compositi, quia vt sic est actio; actio autem, cum pertineat ad prædicamentum accidentis,nõ potest esse de essentia substantiæ.

Confir. quia essentia compositi manet corrupto agente; at tunc non manet actio: ergo.

7 Tertia Cõcl. Vnio,vt se tenet ex parte materiæ, & formæ, tanquam earum causalitas, est via,& conditio sine qua non respectu compositi, non tamen est de essentia compositi.

Prima Pars patet; quia sicut nõ potest intelligi compositum sine materia,& forma, ita nõ potest intelligi sine causalitate earum;alia enim ratione compositum dependet ab efficiente,ac à materia, & forma; nam ab efficiente dependet extrinsece,& in fieri;à materia vero,& forma dependet intrinsece,in fieri, ac conseruari.

Secunda pars probatur ab aliquibus; quia causalitas tendit ad existentiam, non ad essentiam;existentia autem non est de essentia.

Secundo alij probant; quia causalitas habet rationẽ viæ; via autem est extra rationẽ termini, cum præcedat terminum, essentia autem compositi habet rationem termini.

Tertio alij; quia omnis causalitas habet rationem accidentis, respectu materiæ,& formę, quia supponit illas constitutas; ergo nõ potest esse de essentia substantiæ; quia quod vni est accidens, nulli est substantia.1.phy.26.27.30.

Contrarium docet Hurt. eoquod vnio sit ratio formalis, qua partes causant compositũ, quia ratio formalis causandi est ea,per quam causans denominatur actualiter causans; sicut visio est ratio videndi; at vnio est ratio, p quã partes formaliter actu causant compositum;qa est vinculum, quo partes inter se formaliter communicãt. 8

Resp. vnionem non habere rationem causalitatis procedentis à materia, & forma, vt se tenet ex parte compositi; quia vt sic habet rationem termini; sed habere rationem causalitatis, vt est in via, & fieri,& vt sic sunt rationes formales causandi, sicut actio est in agente ratio formalis causandi: sed vt sic non est ratio formalis compositi vt habet rationem termini, sed est extra rationem illius, cum habeat rationem prioris.

9 Quarta Conclusio. Vnio ingreditur essentiã compositi vt se tenet ex parte compositi.

Vnio vt se tenet ex parte compositi est de essẽtia cõpositi.

Probatur Primo, qa vnio est terminus (quo) seu formalis causalitatis materiæ; ergo includitur in essentia compositi;quia terminus(quod) seu totalis includit essentialiter terminũ(quo) at compositum est terminus (quod) seu totalis, antecedens probatur;Tum quia causalitas materiæ & formæ habet terminum formalem, qui existit præcise,& secundum se totum ex vi materiæ, & formæ; sed hoc non est compositum secũdum se totũ cathegorematicè sumptum; quia vt non causant seipsas, ita non possunt causare compositum secũdum omnes sui partes,cum ipsa materia, & forma includantur in composito.Tum quia generatio omnis respicit in termino formali vnionem;nam vel est hominis; & hæc præcisè terminatur ad vnionem; qa substantia animæ rationalis non attingitur per generationem vt alibi: vel est aliarum rerum; & in his attingitur quidem forma, sed non secundum se, sed vt vnita, atqueadeo semper in termino formali includitur vnio.

Secundo Probatur ex conditione essentiæ, nam essentia compositi nõ est præcise materia; vel forma; neque materia & forma simul sumpta quocunque modo,sed materia, & forma, vt tali modo inter se vnita per mutuam communicationem; ergo in essentia compositi sicut includitur materia, & forma, ita & vnio talis.

Confir. ex dictis in secunda opinione.

Quinta Cõclusio. Probabile mihi est, vnionem includi in essentia compositi, tanquam rationem formalem proximam. Probatur;nam vel compositum accipitur secundum explicitã rationem;& certum est formaliter denominari à compositione, vt probatum est in secunda opinione: vel accipitur secundum implicitam 10

ratio

rationem, secundum quam denominatur nomine specifico scilicet hominis, equi &c. & secundum hanc rationem, licet non dicat explicitè compositionem tanquam formam, tamen necessariò dicit illã implicitè; nam equus v.g. est essentialiter compositus; ergo essentialiter includit compositionem eo modo, quo compositio est necessaria ad compositum: sed compositio est necessaria ad compositum, vt proxima forma illud cõstituens; ergo similiter equus, vel alia species includet compositionem, vt formam.

Confir. nam sicut equus, licet explicitè dicatur ab equinitate; quia tamen equinitas includit partem aliquam formalem, quam non explicitè, sed implicitè dicit, ita etiã equus includit eamdem partem tanquam sui formam.

Confir. 2. quia vnio, seu compositio, vt est terminus causalitatis materiæ, & formæ se tenet ex parte compositi causati; sed vt sic non potest habere, nisi rationem formæ; quia non potest esse, nisi ratio formalis constituens terminum totalem, quod est compositum; non enim potest esse conditio, sine qua non; nam conditio non concurrit ad effectum; sed requiritur, vt aliud principium concurrat ad effectum; at vero vnio ipsa immediate concurrit ad constitutionem essentiæ; & forma, ac materia non concurrunt, nisi mediatè, quatenus, scilicet concurrunt ad hanc vnionem.

ART. IV. Soluuntur argumenta primæ opinionis.

11 AD Primum Resp. primo eodem argumento posse probari nec materiam, nec formam esse de essentia substantiæ compositæ; quia tam materia, quam forma sunt relatiua trãscendentalia: Quare sicut non est absurdum huiusmodi relationes trãscẽdentales includi in substantia compositi; ita neque vnionem, quæ est transcendentalis quidam ordo.

Substantia creata implicitè includit relationẽ transcendentalem.

Resp. 2. in rerũ naturis alia includi explicitè, alia implicitè; quare in specie substantiali vt explicatur peculiari nomine, leonis, equi &c. licet includatur explicitè vnio, & compositio, ac alia relatio transcendentalis; tamen implicitè necessariò huiusmodi relationes includi debent in omni substantia creata; nam qualibet substantia ex his, est essentialiter creatura; hæc autẽ essentialiter includit ordinẽ ad creatorem, vt alibi ostendemus contra Smiglegium.

12

Idem individuum reparatur per eãdem numero vnionem.

Ad Confir. Resp. magnam esse controuersiam, an sit necessarium ad reparationem eiusdem numero indiuidui, reparari eamdem numero vnionem; nam aliqui negant, sicut negãt esse necessariam omnino eamdem materiam, & formam secundum omnes sui partes, quod satis sit ad esse partis per æquiualentiã. Alij vero dicunt, eam esse necessariam, & reparari posse, imo de facto reparabitur, vt Fons. 4. met. c. 2. q. 5. sec. 6. ad fin. ex Aug. serm. 156. de temp. (qui tribuitur Eusebio inter diuersos serm. 54.) *reuocabitur* inquit, *in cotubernium pristinum animæ, & corporis vnitas, & nullis vnquam seculis dissocianda germanitas.* Et rõ est, quia vbi sunt eadem extrema, ibi potest poni eadẽ vnio: sed possunt reparari eadem numero extrema; ergo & eadem vnio, & mihi placet; neq; enim vnio indiuiduatur ex circumstantijs extrinsecis hic, & nunc, vt aliqui sine fundamẽto confingunt.

Ad Secundam Confir. iam ostendimus habere rationem formæ proximè.

Ad Tertiã Resp. nullis ex illis modis includi in essentiam, sed includi vt est terminus formalis inclusus in termino totali: neque omnis relatio est accidentalis; nam dantur relationes transcendentales substantiales. 13

Vnio includitur in composito vt terminus formalis in totali.

QVAESTIO VNDECIMA.

Quomodo compositum dicatur habere rationem formæ respectu suarum partium.

ART. I. Opiniones Doctorum.

PRimo Not. duplicem poni formam; vnam partialem, quæ respicit materiam primam, quam informat, & totum, ad quod ordinatur, vt simul cum materia illud constituat; Alteram totalem; & quia omnis forma respicit aliquam materiam, non satis constat quid hæc forma respiciat tanquam materiam. Ex quo aliqui moti sunt, vt negent dari hanc formam totalem; nam sicut totum dicitur relatiuè ad partes, hæc forma respicere deberet partes tanquã materia; at hoc videtur repugnare, tum quia inter partes est forma, quæ cum sit essentialiter actus, non potest habere rationem materiæ, quæ est essentialiter potentia; Tum quia altera pars est materia, quæ cum adæquatè informetur per compartem formalem, non videtur posse informari per aliam formã; tertio nõ apparet, quid sit hæc forma totalis; nam totum vt totum non est forma, sed potius formatum; Denique cum omnis forma dicat ordinem ad informationem, non apparet qualis sit hæc informatio, quæ conuenit formæ totali. Ita Mercenarius dilucid. penult. Zabarell. lib. de constitut. indiuidui c. 9. licet hic explicet opinionẽ Scoti in bono sensu, vt infra. Sed hæc opinio nõ videtur approbanda alijs; cũ apertè illis repugnet Arist. 2. phy. tex. 31. qui enumerans varietates formarum, ait, *& totum, & compositio, & species*; ergo si totum & compositio habent rationem formæ, ea nihil esse potest præter formam totius, & in 5 met. tex. 30. totum dicitur denotare formam; & in prædicamento substantiæ ait genera, & species significare quale; at quale pertinet ad formam; & quia forma partis non prædicatur de toto; genus autem, & species prædicatur de contentis sub illis, sequitur, genus, & speciem non esse formam partis, sed totius.

Forma vel totalis, vel partialis. 1

Confir. ex 1. coel. 92. vbi quid dicit cœlum, dicit formam; quid vero hoc cœlum, formam cum materia; at cœlum est quoddam totum. 2

Confir. 2. ex 3. de an. 9. vbi distinguit carnẽ,
& esse carnis; at 1. coel. 92. ait, quod caro est A
forma; caro vero est quid compositum 3. de
an. tex. 9.

Resp. Mercen. quod sicut cœlum significat
formam partis secundum se; ita & caro vniuer-
saliter concepta, quã Arist. 3. de an. 9. explicat
nomine *(carnis esse)* sicut nomine carnis abso-
lutè intelligit formam cum materia vt colligi-
tur ex. 3. de an tex. 10.

Sed contra, quia siue per carnẽ absolutè in-
telligatur quidditas, & per carnis esse intelliga-
tur quidditas contracta & sensibilis, vt 1. cœl.
92. siue cõtra per carnis esse intelligatur quid-
ditas, & p carnem intelligatur quidditas con-
tracta, constat, non significari formam, & ma- B
teriam partis; quia neque essentia carnis dicit
solam formam partis, neque caro dicit solam
materiam, sed compositum ex materia, & for-
ma; nam materia separata à forma non esset ca-
ro, nec similiter forma separata à materia.

3 Confir. 3. ex 2. phy. 11. vbi compositum di-
cit esse naturã, vt formam; at non põt sic dici, vt
formam partis, quam includit, quia sic potius
est naturatum; ergo dicitur natura; quia est
forma totius.

Confir. 4. ex. 1. de gen. vbi dicitur, id quod
augetur esse idem secundum formam, & varia-
ri secundum materiam, & 4. met. contra He-
raclitum res physicas variari secundum quan- C
tum, & seruari secundum quale, idest formam;
at non est forma partis ergo totius. Ex quibus
omnibus hanc formam totius agnouit Auer. 2.
phy. 29. dum ait, genus esse formam commu-
nem: & 1. cœl. 92. formam totius ad cœlum
pertinens vocat cœlitatem. & 5. met. totum ait
denotare formam; partes vero materiam. Eam-
dem significat Simpl. 2. & 5. phy. 11. vbi con-
stitutum ex forma, & materia videtur vocare
formam. Alex. 1. natur. quæst. cap. 3. definitio-
nẽ vocat formam, at non est forma partis; ergo
totius hãc sequútur Scotistæ, vt refert Zerb. 7.
met. q. 5. & Thomistæ vt idem Zerb. 7. met. q.
10. 5. ꝓpter tertiũ, & patet ex 4. D. Th. d. 44. q.
1. ar. 1. Vesor. in tract. de ente, & essentia, apud D
Zerb. lo. cit. Piccol. li. 3. de materia c. 1. & 2. qui
solum hãc distinctionem formæ totius, & par-
tis agnoscit in rebus materiatis.

4 Respondet Mercen. Arist. nomine formę
intelligere formam partis, quæ est tota quid-
ditas rei, vt patet ex explicatione præcipui lo-
ci, quo vtuntur aduersarij; nam 1. coel. 82. vt
probet, in mundo aliud esse formam secundũ
se, aliud formam cum materia, assumit propo-
sitionem hanc *In omnibus, siue per naturam,
siue per artẽ ex materia, & forma constãtibus;
aliud est forma secundum se, aliud forma cum
materia:* at in artificialibus constat, ibi formã
accipi pro forma partis, quæ est figura distin- E
cta à materia, quæ est aurum, vel æs: ergo simi-
liter in naturalibus: vnde subdit, aliud esse for-
mam mundi secundum se, aliud formam cum
materia; at materia mundi ex 1. coel. 96. est
omne corpus sensibile naturale, quod tex. 92.
dicit esse totã materiam: at omne corpus sensi-
bile naturale est materia partis respectu formæ
mundi, quæ est ordo inter ipsa corpora sensi- A
bilia.

Sed contra; quia Arist. non distinguit in ar- 5
tificialibus figuram à subiecto, sed formam à
subiecto formato; atqueadeo contracto: ait .n.
aliud esse formam secundum se, aliud circulũ
æneum, aut ligneum; quia circulus aut sphæra
secundum suam quidditatem nõ dicit aurum,
aut æs: quia tamen infra explicat, se intelligere
per formam, naturam vniuersalem, vt distin-
ctam à singulari, ideo nomine materiæ debet
intelligi ipsum singulare; *aliud*, inquit, *erit esse
circulo, & huic circulo; & illud quidem for-
ma, hoc autem forma cum materia, & eorum,
quæ singularia sunt:* & infra probans cœlum B
esse singularium, subdit: *Si autem singularibus
aliud erit esse huic cælo, & cælo simpliciter;
hoc quidem vt species, & forma; illud autem
vt cum materia mixtum.*

Difficultas autem est, in explicanda hac for- 6
ma, & materia totius; nam aliqui volunt nomi-
ne formæ totius intelligi differentiam, & nomi-
ne materiæ intelligi genus, eoquod hæc prædi-
cata sumantur à toto, & de eo prędicentur;
vnũ in quale; alterum in quid: Sed hic modus
loquendi, licet sit aptus; non tamen est ad mẽ-
tem Doctorum, ponentium formam, & mate-
riam totalem.

Explicatur forma & materia totius.

Secundo Alij putant nomine formæ totalis C
intelligi naturam specificam; nomine vero ma-
teriæ intelligi indiuiduum, eoquod non addit
supra naturam specificam, nisi differentiam
materialem: idque probant ex. 1. coel. 92. vbi
alterum igitur est hoc cœlum, & cœlum Sim-
pliciter; & hoc quidem vt species & forma,
illud autem vt cum materia mixtum. Ita com-
muniter Scotistæ cum Scoto in. 2. p. 3. q. 6. Sed
his obstat, quod compositum dicatur habere
rationẽ formæ respectu partiũ ex, quibus com-
ponitur; cuiusmodi non sunt hæcceitates in-
diuiduantes, quia hæ potius habent rationem
compositi; Tum quia cum differentia indiui-
dualis, quæ dicitur materia totius cõtrahat na- D
turam specificam ad indiuiduum, habet ratio-
nem actus, & differentiæ; at materia habet ra-
tionem potentiæ: Quodsi indiuiduatio non ha-
bet rationem materiæ; neque species habebit
rationem formæ. Tum quia species se habet ad
indiuiduationẽ, vt genus ad differentiam spe-
cificam; sed genus respectu differentiæ habet
rationem materiæ, & non formæ; ergo simili-
ter species respectu indiuiduationis.

Tertio Alij dicunt, formam totius esse ter-
tiam entitatem, quæ oritur ex vnione materiæ
cum forma. vnde perficit adueniendo partibus
vnitis, respectu cuius partes habent rationem
materiæ: quæ explicatio esset conueniens, si da- E
retur hæc tertia entitas: sed quoniam illam
reiecimus, hæc explicatio non est admittenda.

Quarto Alij dicunt, hanc formã totius esse 7
essentiam, non solum specificam, sed etiam in-
diuidualem, vt significatur abstractè à supposi-
to; nam ex misterio incarnationis patet, sup-
positum distingui nõ solum à natura specifica,
sed

sed etiā indiuidualis: quæ explicatio habet difficultatem ex eo, quod si humanitas v.g. haberet ratione formæ respectu suppositi; tūc suppositū haberet rationem materiæ respectu humanitatis; cum tamen suppositalitas sit modus quidam humanitatis; modus autem habet rationem formæ respectu rei modificatæ. Deinde nescio, an explicatio sit ad mentem Arist. qui fortè nō agnoscit distinctionem indiuidui substantialis à supposito. Sed dici posset, suppositum habere rationē materiæ, quatenus est subsistens, cui aduenit essentia, atqueadeo essentia habet rōnem formę, & suppositum ratione materiæ; sicut in propositione, subiectum, quod est suppositum verbi habet rationem materiæ respectu prædicati: quare idem dicendum de supposito naturæ.

8 Quinto Alij dicunt, formam, & materiam totius non differre, nisi secundum modum significandi, eoquod essentia vt significatur nomine abstracto, habet rationem formæ; vt vero significatur nomine concreto habet rationem materiæ. Et ratio denominationis sumi potest ex D.Tho.q.7.de potentia ar.4. & in com. sup Boet. de hæbdomat. quia natura in abstracto significata dicit tantum principia essentialia, ratione quorum dicitur esse absque permixtione accidentium: vt vero in concreto præter essentiam includit multa alia accidentia, sine quibus res existere non potest à parte rei, & hinc à Boetio essentia dicitur forma simplex; quia C secundum se non est subiectum accidentium; nam accidentia sunt in habente illam,

Sexto Forma totius dicitur ipsum totum, & compositum, vt est perfectio partium, atqueadeo partes, quia habent rationem perfectibilis, habent rationem materiæ; vt enim materia refertur ad formam, tanquam sui perfectiuam; ita partes, idest materia, & forma, referūtur ad totum compositum, tanquā sui perfectiuum: hoc autem habet totum, tum ratione vnionis, per quam constituitur in ratione compositi: quare vnio non solum est forma respectu compositi, sed etiam partium; tum ratione totalitatis; quia partes ordinantur ad constituendū vnum principium operatiuum. Neque placet, quod docet D Mercenarius, totum, quod dicit esse formam; esse integrale, nam est absolutio, & consumatio partium integralium, scilicet capitis, bracchij &c. nō sic autem totum essentiale, nam eadem est ratio, imò major in toto essentiali, neque dicat in composito essentiali formam dici totū 1. de generat.t.23. dum generationē docet esse mutationem totius in totum, at illa est secundū formam, nam ibi totum accipitur pro composito essentiali, qui est terminus vt *quod* generationis, licet formæ sit terminus(*quo*)

9 Septimo Ex Zab.lib. de constit.indiuid.cap. 9. admittit formam totius, & partis; non tamen distinctas re, sed ratione.

Primum Probat exemplo humanitatis, & rationalitatis; nā vtraque signifi at hominis quidditatem, quæ non constat ex materia, & forma, sed est forma in materia, tanquam in vehiculo, & conditione necessaria ad existentiam formæ.

A Secūdum Probat; quia rationalitas significat materiam implicitè, humanitas vero explicitè, quatenus dicit formam humanam in tali corpore. Et hinc Similiter dici potest, formā hominis differre à quidditate hominis ratione; nā eadem res, vt extra animam habet esse reale, dicitur forma, vt autem in anima habet esse cognitum dicitur quidditas: vnde non sunt duæ formæ, sed vna habens diuersum modū essendi: sicut equus in animo, & existens, non sunt duo, sed vnus. Hinc intelligitur, quæ dicatur materia totius distincta à materia partis; ipsum enim indiuiduū extra existens dicitur materia totius, sicut Arist. ipsum compositum nominat materiam; nam' materia totius est materia, vt existit; at non existit, nisi formata; materia autē B formata est ipsum compositum existens.

ART. II. Opinio Auctoris.

Prima Conclus. Compositum habet rationem formæ. Patet ex.2.phy.tex.31. vbi distinguens genera causarum: *Harum aute aliæ, inquit, sunt vt subiectū, vt partes: aliæ autem vt quodquid erat esse, & totum, & compositio, & species.* 10 *Compositū habet rationem formæ.*

Confir. ex Porphy.c.de gen. & de spec. vbi genus dicitur totum speciei, & species totum indiuidui, totum autem dicitur forma ex Arist. tex.28. vbi quantitas, & numerus dicitur forma dyapason; & omne superius respectu sui inferioris.

Confir.2. ex Arist.1.post. vbi explicat, propositionem mediatam esse, cuius subiectum, vel prædicatum est in aliquo toto, idest superiori: & in topicis argumentum à parte ad totum, dicit, esse ab inferiori ad suum superius.

Secunda Conclus. Compositum, seu totum dicitur forma respectu partium, duplici ratione: Primo, quia perficit partes, quæ ordinantur ad cōpositionem totius; hæc autem perfectio oritur à compositione, quæ afficit partes. Secundo, quia compositum dicit totam essentiam; at essentia dicitur forma, tum ex.2.phy. 60. & 66. vbi materiam, & priuationem ait esse idem numero, & distingui specie, idest forma, & ratione: tum ex communi modo loquendi, quo essentia determinata per vltimā differentiam dicitur species; & genus comparatum ad superius dicitur species subalterna; species aūt idem est ac forma, iuxta illud Porphy. Priami forma, seu species digna est imperio, forma .n. significat pulchritudinem rei *Cōpositū dicitur forma respectu partiū quia perficit partes & dicit totā essentiam.*

Tertia Concl. Materia respondens formæ, quæ dicitur totum, sunt partes; nam si totum est actuale, illi respondent partes actu componentes, siue sit compositio physica, siue meta physica; si vero sit totum vniuersale illi respon- E dent partes subiectiuæ, quæ sunt inferiora respectu superioris, neque dicas vniuersale nō significare compositum, sed formam, vt ex 2. phys t.28. vbi genus ponitur sub forma ibi definita, q̄ est forma partis, nā ibi numerantur, quæ habent rationem formæ, siue propriè, siue per analogia, vt genus, quod dicitur forma respectu 11 *Materia formæ totius partes sunt.*

inferiorum, quia existit in inferioribus, vt forma indiget materia ad existẽdum, & quia sicut forma dicitur continere materiã, ita genus sua inferiora.

Indiuiduam sunt materia formæ sumptæ per essentiam.

Quarta Concl. Formæ, vt significat essentiã specificam, respondent indiuidua tanquã materia; & ratio nominis est, quia cum essentia specifica sit tota perfectio indiuiduorum, sicut dicitur species, ita & forma; nam dicit pulchritudinem illorum: indiuidua vero habent rationem materiæ ex quadam analogia. Primo, quia sicut superius dicitur forma, ita inferius dicitur materia, quia superius in eo existit, sicut forma existit in materia. Secundo, quod sicut materia est extra essentiam formæ partialis; ita cõditiones indiuiduantes sunt extra essentiam specificam, & licet contrahere sit officium formæ, quando ordinatur ad constitutionem essentiæ; non tamen contrahere ad esse indiuidui; quia potest conuenire etiã materiæ, sine qua non potest esse multitudo indiuiduorum, vt patet ex 10. met. tex. 25. vbi loquens de distinctione maris à fœmina, ait, differre secundum materiam; *Masculus autem*, inquit, *& fœmina propriæ quidem animalis passiones sunt, sed non secundum substantiam; verum in materia, & corpore. Quare idem semen aliquam passionẽ passum, aut fœmina, aut mas fit.* Sed non potest oriri hæc differentia à materia partis secundum se sumpta, quia hæc est communis omnibus speciebus; ergo debet oriri à materia vt informata aliqua forma, siue substantiali, siue accidentali, quæ est materia totius.

12 Confir. nam assignans rationem, cur aliquæ differentiæ faciant differentiam specificam; aliæ vero non; ait. *Quæcunque in ratione contrarietates sunt specie differentiam faciunt; quę vero in coassumpto materiæ* (idest concepto cũ materia) *minime faciunt Quare hominis albedo, vel nigredo non faciet; nec hominis albi ad hominem nigrum secundum speciem differentia est, etiamsi vnũ nomen ponatur Homo nanque vt materia est: Materia vero nõ facit differentiam: non enim hominis species sunt homines Quare & si carnes, & ossa, ex quibus hic, & hic est, diuersa sint, attamen totum diuersum quidem, specie vero nõ est diuersum, quoniam in ratione nõ est cõtrarietas: hoc autẽ est vltimum indiuiduum.* Ex quibus verbis patet differentiam sumi ex materia aliqua informata forma accidentali, vel substantiali, quæ dicitur materia totius, neque obstat, ꝙ obijcit Mercen. eam materiam esse partis, quia est distincta contra animam; nã masculus, & fœmina sunt composita substantialia ex materia, & forma, & differunt inter se per differentias materiales, idest indiuiduales; non autem per formales.

Confirmatur, quia explicãs materiam vtitur exemplo carnis, & ossis, at hæc sine anima sunt æquiuocè talia.

Hinc patet hanc formam totius reperiri, ẽt in rebus abstractis à materia, quia ibi est essentia distincta ab indiuiduis, & à suppositis.

Secundo patet, hanc distinctionẽ formæ partis, & formæ totius reperiri solũ in rebus materiatis, quia ibi nulla est, nec forma, nec materia partis, ex 1. cæli 92. vbi aliud caro, aliud hæc caro, contra vero in seiunctis à materia dicitur 3. de anima tex. 9. ita Piccolom. loc. cit.

ART. III. Soluuntur Argum. Aduers.

SED contra hanc obijciunt, si indiuiduum est materia totius, vel id habet ratione essentiæ, & non, quia sic secundum idem esset materia, & forma, vel ratione indiuiduationis, & neque, quia sic est potius forma essentiæ, quam materia, vt differentia essentialis respectu naturæ genericæ. 13

Confirm. quia talis forma, vel est substantia, vel accidens, non primum, quia sic differrent specie, nam ex 2. post. com. 26. quæ differunt secundum substantiam, differunt specie.

Confirm. 2. quia vniuersale solam formam significat, & non compositum ex materia, & forma.

Indiuiduum habet rationem materiæ ratione indiuiduationis.

Resp. Indiuiduũ habere rationem materiæ, non ratione essentiæ, sed ratione indiuiduationis, quæ licet habeat rationem formæ, vt cõtrahit essentiam, tñ habet rationem materiæ, tum vt est extra essentiam, tum vt est conditio necessaria, vt essentia existat, sicut materia est extra essentiam formæ, & conditio necessaria, vt forma existat, tum quia indiuiduum est quoddam singulare, in quo essentia tanquam vniuersale existit, at vniuersale ex opinione Platonis, habet rationem formæ cum sit essentia indiuidui. Hinc negant contrahere ad esse indiuidui, esse officiũ formæ, sed materiæ, ex qua oritũr multitudo indiuiduorum, ex 10. met. 25. dum loquitur de distinctione maris, & fœminæ.

Ad Confir. 1. Resp. substantiam posse accipi dupliciter, primo pro essentia rei, cui opponitur accidens prædicabile, quod est prædicatum extra essentiam, & sic dicitur differentia indiuidualis non esse substantia, sed accidens. Secũdo, pro ente, quod est capax subsistentiæ, cui opponitur accidens prædicamentale, quod est capax inhærentiæ, & sic differentiæ indiuiduales sunt substantia. Iam vero, quæ differunt secundum substantiam primo modo acceptã, differunt specie, non autem, quæ differunt secundum substantiam secundo modo acceptã. 14

Ad secundã Confir. respondet Piccol. vniuersale significare solam formam partis in prima sui significatione, cum apud Platonem sit ipsa idea, quæ forma quædam est. At vero in secunda significatione, quam vsurpant Aristoteles, & alij, significat solum formam totius, idest, quæ includit materiam, & formã partis, ex 10. met. cap. 10. dum ait, vniuersale constare ex forma, & materia vniuersali, singulare vero ex singularibus.

Confirm. quia nisi vniuersalia essent composita non prædicarentur de inferioribus.

Ex his respõdetur ad argumenta initio proposita. Ad primum, formæ significationẽ posse spectare tũ ex nominis impositione, & dicitur de omni, quæ in re dicit aliquam pulchrituidnem, 15

nem: secundo ex re significata; & propriè dicitur de forma, quæ est altera; pars compositi, vt patet ex vsu philosophorum: & hinc Plato Ideas dicebat esse formas, qa erant partes dãtes compositis materialibus esse essentiale: sed per analogiam dicitur de omni re, quæ participat aliquam similitudinem cum forma; non tamen debet participare omnes cõditiones analogati principalis, vt patet ex alijs analogis; vnde cũ formæ conditiones sint, vt sit aduenicns, sit determinatio, & actuatio, sit pfectio, & pulchritudo, alterius &c. quæ participant aliquam rationem ex his, denominantur formæ: & quod dicitur de forma, proportionaliter applicandũ est materiæ; nam quod supponitur, quod determinatur, quod perficitur, & est imperfectius altera comparte, dicitur materia. Ex quibus patet, compositum habere rationem formæ respectu partium; quia est earum perfectio; & ratione compositionis aduenit, & determinat illas, atqueadeo forma partis habet rationem materiæ respectu illius; nõ quia sit essentialiter potentia, quam ipsa respicit; sed quia respectu vnionis, & perfectionis compositi, ad quam ordinatur.

Plato Ideas dicebat esse formas.

Dices. Vnum oppositum non recipit denominationem oppositi; ergo forma, quæ est actus non accipit denominationem materiæ, quæ est potentia.

Resp. non accipere denominationem materiæ, sicut opponitur, sed alia ratione ex analogia ad illam.

Ad secundum, Resp. primo, materiam non habere duas formas, nisi subordinatas; nam habet vnionem, & mediante illa, habet formã: hoc autem non solum non est absurdum, sed est maximè materiæ consentaneum, quia non recipit formam, nisi mediante vnione; sicut potentia non respicit obiectum, nisi mediante actu. 16

Materia habet duas formas subordinatas & diuersi ordinis.

Resp. 2. illas formas esse diuersi ordinis; nam vna est partialis; altera totalis, ad quam ordinatur, & in qua includitur partialis.

Ad Tertiũ ex dictis patet, quid sit hęc forma totalis; nam est essentia, & vnio partium essentialium, & natura abstractè concepta iuxta varios modos explicandi, vt patet ex dictis.

Ad vltimum Resp. hanc formam, sicut est totalis per analogiam; ita habet informationem per analogiam; nõ enim habere debet informationem propriè, sed proportionalem; nam perficit aliud, siue per veram informationem, siue per identitatem, siue alio modo aduenientem.

Forma totalis analogice informare dicitur.

QVAESTIO DVODECIMA.

An forma sit perfectior composito.

De hac Flandr. 7. met. q. 4. a. 2. Tromb. 12. met. q. 5. & nos diximus supra.

Hæc de principijs, & causis naturæ in vniuersum scripsi ad communem Philosophorum vtilitatẽ, & ad honorem, & gloriam Dei optimi maximi; Cui hos, & omnes alios labores dedico, atq; consecro, atq; omnia, quæ à me dicta sunt Ecclesiæ Romanæ veræ sapientiæ Magistræ subijcio.

Laus Deo, Beatæque Virgini.

INDEX
DIFFICVLTATVM TEXTVALIVM.

IN PROOEEMIVM.

Cap. 1. primae partis summae secundae.

Caput Secundum.

Caput Tertium.

Caput Quartum.

Summae Secundae Pars secunda Cap. 1.

Caput Secundum.

Summae Tertiae Cap. 1. & 2.

7. Quo-

Summæ Tertiæ Cap. 1.

Summæ Tertiæ Cap. 2.

Summæ Tertiæ Cap. 3. & 4.

FINIS.

INDEX

RERVM NOTABILIVM, QVAE CONTINENTVR in difficultatibus Textualibus.

A

C

Mate-

N

O

P

Prin-

D

E

F

G

H

I

L

M

Mate-

N

O

P

Prin-

FINIS.